N O O P
IOH: GEORG: à WERDENSTEIN.

SVMMA PRÆDICANTIVM

OMNI ERVDITIONE REFERTISSIMA,
explicans præcipuos catholicæ disciplinæ
sensus, & locos;

QVÆ OMNIBVS DOMINICI GREGIS PASTORIBVS,
diuini Verbi Præconibus, animarum fidelium ministris, &
sacrarum Literarum cultoribus longè vtilissima, ac pernecessaria est:

NVNC DEMVM POST ALIAS ÆDITIONES
diligentius, ac laboriosius (quoad fieri potuit) recognita,
& Summarijs in singulis Capitibus huberrimis
aucta, & illustrata;

CVM INDICE, QVI PERINDE AC SVMMA
ipsa bipertitus iam recens proponitur, & adijcitur tergemino, nempe Capitum, rerum memorabilium, & materierum omnium, quæ per Annum, Aduentum, & Quadragesimam iuxta Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ
Euangelia sacris concionatoribus
vsuuenire possunt:

Auctore Ioanne Bromiardo Dominicanæ familiæ Theologo præstantissimo.

Secunda Pars.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET REVEREND.MVM
D.D. Matthæum Sanutum Patricium Venetum, Præsulem
Concordiensem Meritissimum.

VENETIIS, M D LXXXVI.

Apud Dominicum Nicolinum.

CAPITVM ELENCHVS QVAE CONTINENTVR IN HAC SECVNDA PARTE

iuxta ordinem Alphabeticum.



† 2 Testi-

TABVLA SIVE INDEX COPIOSISSIMVS VERBORVM, AC RERVM MEMORABILIVM,

Quæ in hac ſecunda Parte continentur, iuxta ordinem Alphabeticum conſcriptus.

Animaduerte numero quolibet in hoc Indice, primo Caput, ſecundo Articulum, tertio folium denotari.

A

B

Benefi-

Confessio

Cupi-

Felici-

Iani-

I

Intentio

Men-

Mo-

Mortem

Munerum

in

Ornantes

P

Pęniten-

Priui-

&

S

Sacer-

T

V

Virtus

Finis Indicis Partis Secundę Summæ Prædicantium.

SECVNDA PARS SVMMAE,

QVÆ DICITVR, PRÆDICANTIVM, omnibus tùm Diuini Verbi præconibus, tùm sacrarum literarum cultoribus

Apprimè vtilis, ac necessaria, diligentissimè emendata,

Cum Indicibus diuersis, ac lepidis seriem Alphabeticum sequentibus, & Summarijs singulis capitibus nuper adiectis.

Auctore IOANNE BROMIARDO Theologo Dominicano, ac Verbi ministro quàm disertissimo.

¶Maledictio. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Bifariam homo maledicitur, ac execratur ab homine;*
Primum æque illum Deus ab homine ob eius piacula maledici permittit.

2 *Exinde iniquè homo hominem detestatur, eique temere maledicit.*
Primum maledictum, Deo iustè permittente, homini detestato nonnunquam incommodat.
Alterum perbello auis exemplo homini detestanti semper officere commonstratur.

3 *Septem perditorum hominum genera Deum ipsum æquemeritò abominari, atque execrari sacræ paginæ exemplis ostenditur.*

4 *Homo seipsum cohibere, ac comprimere debet; ne diris imprecationibus homini malum leuiter optet, atque deuoueat.*

Aledicitur. Primum homo ab homine. Secundo, homo à Deo. Tertio ostendetur, quod non est faciliter maledicendum.

Quantum ad primum, maledicitur homo Ar.1.

homo ab homine dupliciter, iuste uidelicet, & iniuste. In primo casu maledictio super maledictum descendit. In secundo ad maledicentem redit.

1 Exemplum. ¶Primum exẽplo patet sagittantiũ, qui totiens ad metam sagittant, ꝙ aliquando ipsam percutiunt, & perforant. Sic maledicentes, licet in maledicendo errent, quia iurantibus maledicere non deberent, exemplo Christi, qui cum maledicēretur, non maledicebat. 1. Pet. 2. Non tamen est sic contra aliquos faciẽdum, ꝙ ad maledicendũ prouocentur, quia licet maledictio ex parte maledicẽtis, qui potius remittere, & orare deberet, quàm maledicere, minus iuste procedat, tamen Deus illam iuste cadere permittit super ipsos, qui maledicuntur, ipsorum demeritis hoc exigẽtibus; Decipiuntur ergo, qui maledictiones, quas merentur, contemnunt: Sicut patuit de quodam nobili nuper satis potenti, cui cum communem pasturã sibi emere vellet, dictum fuit, ꝙ multorum pauperum animalia ibi pascerẽtur, qui omnes ei maledicerent, quod cum ipse contemneret, quia frequẽter tales euasisse maledictiones fatebatur. Cui alius adiecit, dicens. Inter multos sagittantes, & à meta deficientes aliquando sagitta unius metam percutit, ipsique adhæret. Sic, inquit, de maledictionibus, quod rei postmodum probauit euentus. Nam postea idem nobilis tractus, & suspensus fuit, & sic uitam finiuit, quia dilexit maledictionem, & uenit ei, in 2. Psal. 108.

Exemplum.

Exemplum.

2 ¶In secundo casu ad maledicentem redit. Et est in hoc casu, cũ ille, cui maledicitur, maledici non meruit, de maledictione, sicut de aui ponente se super arborem nauis, quæ ad magnam distantiam à terra distat, hęc à marinarijs, qui illam capere nituntur, de loco suo fugata, dum circumuolando non inuenit, ubi requiescat, pes eius propter aquas, redit ad locum (id est) ad nauem, de qua exiuit, quia locum dispositum pro sua receptione non inuenit. Sic maledictio, ubi locum dispositum in illo, contra quem mittitur, nõ inuenit, quia ipse maledici non meruit, sic nec locum pro eius susceptione disposuit, ad maledicentem redit. Hoc primo confirmatur per decretum sumptum ex verbis Augustini, qui dicit, ꝙ maledictio frequenter in maledicentem reuertitur. 11. q. 3. illud. Et ponit Augu. in decreto illo exemplum de aui ad locum, à quo exiuit, redeunti.

Exemplum.

¶Est secundo ad hoc etiã decretum. 24. q. 3. qui negligunt, sumptum ex verbis Hieronymi super Leuiticum, quod dicit, ꝙ qui non corde, sed ore maledicunt, labiorum immundiciã cõtrahũt.

¶Est tertio ad propositũ dictũ Chrysostomi, sup epistolã ad Thim. Hom. 6. Qui, inquit, benedicit inimicũ, seipsum benedicit. Et q maledicit, seipsum maledicit. Et qui orat pro inimico, pro seipso orat. Benedicite ergo maledicentibus uobis. Luc. 6. Et oĩbus alijs, quia nescitis, qui merentur maledici, & qui non, & ideo periculum est alicui maledicere, ne maledicentes incidant in illud (Psal 36.) Maledicentes autem ei disperibunt. Sed quia Deo merita omniũ nuda sunt, & demerita, ipse secure, & iuste maledicit septẽ gñribus hominũ.

¶Primo superbis, tanquam ei rebellantibus, cum Lucifero, de cuius superbia, & maledictione, sibi, & sequentibus suis debita, dicitur. Eccl. 10. Initium oĩs peccati superbia, qui tenuerit eã replebitur maledictione, in Psal. 118. Increpasti superbos, maledicti, qui de, &c. Ar. 2. 3

¶Secundo inuidis cum Cain, cui cũ suis similibus dicitur. Gen. 4. Maledictus eris super terram.

¶Tertio auaris cum illis, qui tẽpore famis abscondunt frumenta, quia qui abscõdit frumẽta maledicet' ĩ populis. Prouer. 11. Sic oẽs cupidi in acquirendo iniuste auari, & tenaces in tenendo, quibus dicet. Esuriui, &c. Discedite à me maledicti in ignẽ æternum. Matth. 25.

¶Quarto iracundis cum Leui, & Simeone, & sequacibus eorum, de quibus dicitur. Gen. 49. Maledictus furor eorũ, qa pertinax est. Sic maledict' est à Deo,

qui

qui exasperat matrem suam. Eccl. 3. sicut illi exasperauerunt patrem.

¶Quinto accidiosis, sicut fatuæ cum suis similibus, de qua Mar. 11. Rabbi ecce ficus, cui maledixisti, ad literam, quia fructus in ea non inuenit quæ in hoc optime ociosos significat, & negligẽtes in his, quæ Dei sunt, qui simili modo à Deo maledicuntur, qui maledictus, qui facit opus Dei negligenter. Hiere. 48.

¶Sexto luxuriosis, cum illis, quibus dr̃ Deut. 27. Maledictus, qui dormit cũ uxore patris sui, quam maledictionem oẽs merent luxuriosi, quia si ille meruit talẽ maledictionẽ, qui dormiuit cũ uxore patris terreni, eãdẽ immo potius maiorẽ meruit, qui dormiuit cũ uxore Christi, sibi in baptismo per fidẽ copulata, à quo si declinauerit, maledicetur. Num. 5. Sinautem declinaueris, à uiro tuo maledictionibus subiacebis.

¶Septimo gulosis cum Adam, cui ꝓpter gulæ uicium dictum est. Gene. 3. Maledicta terra in opere tuo. Cuius causa est quia sicut terra illa à cultore maledicitur, quæ multas recipit emendationes, & impugnationes, multasque consumit expensas, & nihil reddit, nisi spinas, vel herbas nociuas. Sic terra gulosorum, quę multa recipit, & consumit, & nihil reddit, nisi immunditias per omnes corporis exitus. De quorum terra dicitur, Heb. 6. Terra sæpe uenientem super se bibens imbrem, proferens spinas, & tribulos, reproba est, & maledicto proxima, cuius cõsummatio erit in combustionem. (Exemplum.)

Ar. 3. ¶Cum uero maledictio specialiter quo ad eius probationem Deo reseruetur, cuius causam assignat decretum. 24. q. 3. Deus quando, sumptum ex verbis Augustini super librum numerorum, dicens, ꝙ Deus quãdo maledicit, meritũ eius designat, cui maledicitur, & sententiam promit, utpote quẽ non fallit, neque qualitas peccati, neque peccantis affectio. Homo uero, qui hoc scire maxime quo ad peccantis mentẽ, & affectũ non põt, à maledicẽdo se refrænet. Exẽplo Zenophontis, qui cuidã maledicenti respondisse fertur, tu didicisti maledicere, & ego maledicta contemnere. Si autem excõmunicatio, uel maledictio, delictis subditorum exigẽtibus, proferri debeat hoc non leuiter fieri debet, sed cum causæ cognitionẽ, & ab illo, cui incumbit ex officio maledicere. Sicut patet. E. 9. 1. Et hoc non ex voto vltionis, sed ex zelo iustitiæ, quia dicit Decretum. 24. q. 3. cũ sancti sumptum ex uerbis beati Gregorij Moral. lib. 5. Quod cum sancti uiri, maledictionis sententiam proferunt, non in hanc ex ultionis uoto, se ex iustitię examine prorumpunt, intus subtile iudicium prospiciunt, & mala exterius surgentia, qua maledictione ferire debent cognoscunt, & eo maledicendo, non peccant, quo ab interno iudice non discordant. Nota O. 5. 18. legem ꝙ non est maledicendum. (4; Exẽplũ.)

¶Mandata. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Exemplo perpulchro eos, qui à Deo, totoque cœlicolarum regno honorari, atque obseruari percupiunt, necessario diuina mandata obseruare, ac exequi debere præmonstratur.*

2 *Sicut quislibet dominus seruos omnes eius mandatis prorsus obsequi obedireque exoptat; ita Deus vult nos omnes eius seruos, ac filios iustis ipsius præceptis omni tempore obtemperare.*

3 *Trifariam nobis mandatorũ exequutiones conducunt, ac prosunt; Ante necem, in nece, & post necem;*

4 *Viris ex claro illustriuè genere editis, moribusque ingenuis & cãdidissimis præditis, non multum laboris, ac difficultatis esse uidetur Dei, hominumq; mandatorum obsequium, & exequutio.*

5 *Verum hi inurbani homines qui infimæ ac sordidissimæ conditionis, terræque filij sunt, eadem mondata non paruo negocio efficere, atque obseruare possunt.*

6 *Trinis in discriminibus eos rudes qui Dei mandata penitus paruipendunt, versari atque periclitari non temere, ducimus; ante obitum, in obitu, atque post obitum.*

7 *Perapto quodam adolescentum in religione recipiendorum vel ab eadem expellendorum exemplo edocemur; quòd mandatorum obseruatores in benedictam cœli, sanctorumvè religionem merito ingredietur vero eorundem, præuaricatores ab eadem cœli curia proturbare, ac expellere opus erit.*

8 *Pluribus de causis omne studium, omnemque operam ac industriam nostrã in mandatis Dei obseruandis, & exequendis locare, & ponere debemus.*

Primum, quia Deus nobis perpetuò assistit.

9 *Deinceps, vt cunctas imprecationes, & diras illas minas, quibus Deus ipse Iudæos in veteri testamento eius mandatis inobsequentes in sequitur euadere prorsus possimus.*

10 *Tertio, non ineptis tùm Pharisæorum, tũ Rechabitarum exemplis ad Dei mandata maiori studio ac diligentia custodienda allicimur, & educimur.*

11 *Quarto, ne animã, & corpus, bonaque cuncta tùm temporalia, tùm æterna penitus amittamus.*

Quinto, ne eadem pœna, tùm temporanea, tùm æterna, qua Deus in cæteros eius mandata despiciẽtes animaduertit, nos ipsi hoc tempore plectamur, ac vindicemur.

Sexto tandem Dei mandata exequi sedulo, ac diligenter debemus; vt æternæ mercedis lucrum facere possimus.

12 *Plures sunt, qui à singulis mandatis Dei tanquàm in obsequentes & improbi toto tempore declinare videntur.*

13 *Mirum esse debet nemini, si in nos Christigenos plurifariam Deus animaduertat; & nos etiam ab inimicis crucis infidelibus nostris ciuitatibus dispelli, ac exturbari ipse assentiatur.*

14 *Inertia, & indiligentia atque cupiditas eorum omnium tùm ecclesiasticorum, tùm secularium, qui cæteris præsunt, in causa esse dicitur; quod sancta Dei mandata passim ab omnibus despici, ac contemni solent.*

MAndatorum Dei. Primo, ostendetur obseruantiæ necessitas. Secundo, rationabilitas. Tertio, utilitas. Quarto, facilitas. Quinto, fractionis periculum. Sexto, quòd magna in custodiendo Dei mandata est adhibenda diligentia. Septimo, non obseruantium ostendetur multitudo, & communitas.

¶Exemplum primi, patet, per uolentes habitare in regno, uel ciuitate aliqua, qui si protectionem, & honorem ab illo domino consequi uoluerint, necesse habent mandata illius domini, & leges illius regni, uel ciuitates tenere aliter non honorem, sed pœnam merentur: Ita illi, qui hic volunt esse de ciuitate, & societate ecclesiæ, & sanctorum, qui etiam intendunt à Deo, & regno suo honorari, in illudque æternaliter mansuri intrare, necesse est, quòd Dei & regni teneant mandata. Artic. 1. Exẽplũ. 1

¶ Ergo si uis ad uitam ingredi serua mandata. Matth. 19. Setua (inquit) mandata, eo modo, quo à Deo determinatur, & præcipitur, Leui. 25.

¶Facite (inquit) pręcepta mea & custodire, & implete ea.

¶Facite (inquit) ex opere, scilicet illa ostendentes.

¶Custodite (scilicet) ex corde ea diligentes, ut non quasi coacti, sed uolũtarię ea faciatis.

¶Implete ex charitate, ut sint in intelligentia per meditationem, in memoria per retentionem, in uoluntate per deuotionem, in manibus per operationem. Sic ergo obserua, ut custodias mandata domini. 3 Reg. 2.

¶Huius

Ar.2. ¶Huius autem obseruantię rationē, quilibet recolligere potest ex consideratione propriæ uoluntatis, cogitando, 2 uidelicet, quomodo uellet, ꝙ mandatis suis subditi obedirēt, si subditos haberet. Si enim cogitatio secreta cuilibet dictat, ꝙ uellet ꝙ mandata sua custodirentur, si esset in magno statu positus, cogitet, ꝙ à fortiori mandata Dei sunt tenenda. Hoc ergo faciat in tenendo, & obediendo mandatis Dei, quod uellet sibi fieri quantum ad mandata sua à Exēplū. sibi subditis. Sic enim respondisse legitur quidam in uita patrum: cuidam quærenti quomodo Deo placeret. Cogita, inquit, te esse Deum, & quod uelles tibi fieri, in illo statu, fac ei. Et quod nolles tibi fieri, ne facias ei. Si uelles, ꝙ mandatis tuis hilariter prompte & reuerenter parerent omnes, atque tibi obedirent, & nullam tibi irreuerentiā facerent, uade & tu fac similiter. Luc. 10. vt serues mādatū sine macula. 1. Thi. 6.

Ar.3. ¶Saltem propter triplicem, utilitatē tibi prouenientem, scilicet ante mortem, in morte, & post mortem. Primū 3 patet, quia quod dictum est de corpore Christi. E. 6. 39. de mandatis Dei etiam potest dici, ꝙ sicut se habet corpus Christi, uel castrum ad custodē suum, quod Exēplū. uidelicet custodit custodem suum, dū obsidetur. Et non custodientem, non custodit. Ita si uolueris mandata Dei seruare, conseruabunt te, &c. Ecclesiast. 15.

Exēplū. ¶Secundo in morte etiam custodit à nimio timore, minus enim timet ire ad curiam, quando citatur, regis, qui mandatis eius semper obediens fuit, quia talis literas meretur protectionis, ꝙ nihil mali ei in uia fiat. Sic in uia ad mortem, qui custodit pręceptum, non experietur quicquam mali. Eccl. 8. Beatus ergo, qui in morte dicere potest, illud Psal. 118. Vide quoniam mandata tua dilexi domine in misericordia tua uiuifica me. Quia ueritas ei promittit, dicens. Ioan. 8. Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit, ad eius (supple) damnum.

¶Tertio post mortem cęlum aperit. Quia obseruantia mandatorum Dei clauis est cęli, & causaliter uita æterna, iuxta illud Ioan. 12. Mandatum tuum uita æterna est, ergo custodi pręcepta eius, atque mandata, quæ ego pręcipio tibi, ut bene sit tibi, scilicet ante mortem, in morte, & post mortem. Deut. 4.

¶Quantūcunque uero obseruantia mandatorum Dei esset utilis, si tamen multum esset difficilis; possent homines aliquem habere colorem de illorū non obseruantia. Sed, quia facilima est, nullus ab illorum excusatur obseruantia. Teste enim Ioanne, mandata eius grauia non sunt. 1. Ioan. 5. In qua auctoritate duo ostendit, obediēdi necessitatem, quia mandata eius, de quo dicitur in Psal. 118. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Et perficiendi facilitatem, quia grauia non sunt, quia nihil dulcius, quam respicere in mandatis domini. Eccl. 23. Quid eñ dulcius homini nobili, & ingenuo, quàm facere opera nobilia, & ingenua, & declinare à suis contrarijs? Sed tenere Dei mandata, ad maximam pertinet nobilitatē, non solum apud Deum, sed etiā apud homines. Nobile & ingenuum est diligere dñm diligētem eum, atque ipsum in reuerētia habere, eique seruire, quāto nobilius est Deo credere, qa hoc est mādatum eius, ut credamus ei. 1. Ioā. 3. Eiusque nomen in reuerentia habere, atque ei seruire, diebus specialiter ei deputatis ingenuum est etiam honorare parentes, non occidere, non mechari, non furari, & sic de alijs. Omnia uero mandatis cōtraria, ad magnam pertinent rusticitatem, & inciuilitatem, sicut patet inductiue intuenti, quia inhonoratio Dei, & parentum, furtum, homicidium, & omnia huiusmodi ad inciuilitatem pertinēt, quæ oīa contēnit, & dimittit, q mādatorū Dei respicit nobilitatē. Exēplo, Psal. 118. qui ait. A mādatis tuis intellexi, propterea audiui omnem uiam iniquitatis. Sed sicut sunt facilia homini habenti spiritualiter, & ingenuè nobilem animum.

Art.4. 4 Exēplū.

Ita sunt difficilia non habenti, sicut & alia opera mūdialia, quia sicut difficile est rustico natura, & educatione, alia, quàm ruralia tractare. Tractant namq; fabrilia fabri, ita etiā rustico in moribus, quantum ad Deum. Talis eñ mandatis reluctatur, & non delectatur, quia non habet usum, uel educationē mandatorū Dei. Ideo sicut primi prompte agunt, & faciliter, tanquam habentes usum, & educationē, ita isti difficiliter agunt. Istis ergo duobus comparantur

Exemplum. mandata Dei, sicut prudēs, qua animalia ducuntur, quia sicut animal, quod reluctatur, & trahit cōtra rostim, ipsum trahentem lædetur, quod uero trahentem, prompte sequitur, se à læsione custodit, sic & de omnibus funibus mādatorum Dei. Mandata nanque Dei funes sunt, quo homines ad Deū trahuntur, quibus qui reluctatur, strāgulatur, qui vero prompte, & obediēter s̄m mādata incedit, animā suam à læsione custodit. Et sic qui custodit mandatum, custodit animam suā Prouer. 19. Mandatum dicit in singulari, quia qui unū custodit, de dilectione, uidelicet Dei, vt deberet, omnia custodit.

Arti. 5. ¶Qui uero nec commodo utilitatis, nec amore curialitatis, uel facilitatis, ad mandatorum Dei inclinantur obseruātiam, saltem periculi ad hanc trahantur timore. Pericula vero quæ ti-

6 morē incutere deberent, non tenentibus mandata Dei, sunt tria, unum ante mortem, aliud in morte, tertium post mortem. Pericula vero quæ ante mortem cōtingunt tacta sunt in parte. T. 5. 16. cum sequentibus, q̄ summatim perstringit sacra Scriptura. Thob. 3. dicēs. Quia non obediuimus præceptis tuis, traditi sumus in direptionem, quo ad perditionem rerum, & in captiuitatem, quo ad corpora, & in mortem, quo ad animas, & in fabulam quo ad perditionem famæ, & improperium omnibus nationibus, quo ad blasphemiam fide, & legis nostræ. Nam aliæ infideles nationes, propter nostrā prauitatē & mandatorū Dei trāsgressionem, fidē nostrā perfidiam, & legem nostrā nullam reputanti sicut patet. F. 5 17. In morte etiam transgressores mandatorum Dei inuenient se incidisse in illā sententiā, quæ dicitur in Psal. 118. Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Et quia maledicti in morte, regnum Dei non possidebunt post mortem, tertium periculum habebunt post mortem, quando eis dicetur. Ite maledicti in ignem æternū. Matth. 25. Cuius rei ratio, & iustitia p̄ 7

exēplum patet recipiendorum, uel ex- Exemplum.

pellēdorū inter religiosos, inter quos, sicut modus est, q̄ recipiendis, uel expellendis annus detur probationis, in quo nouicij probentur, si uelint mandata, regulas, & consuetudines tenere religionis, uel non quę omnia si humiliter tenuerit, ad perpetuā fratrum recipiuntur societatem, si uero hæc obseruare noluerint, de religione eijciūtur. Sic spiritualiter, dum hic uiuimus, habemus quasi annum p̄bationis, in quo examinamur, & probamur, an ad æternā Dei, & Angelorum, & sanctorū recipi debeamus religionē, uel societatē, uel non, quę quidam probatio p̄ mādatorum Dei fit obseruantiam, quia si illa humiliter cōpleuerimus, sine dubio ad illam religionem recipiemur. Nam in custodiendis illis retributio multa ab illo, quæ retributionē magnam p̄mittit, dicēs. Serua mandata mea, & uiues, Prouer. 7. Qui uero illa non tenuerit, tanquam malus nouitius ad religionē inhabilis, de religione expelletur ad tenebras exteriores illi promissas, & sic transgrediens mandatum dn̄i incidet in promissionem nequam. Eccl. 29.

¶Ex quibus patet, q̄ multū necessita- Artic. 6.

mur magnam in custodiendis diuinis mandatis, adhibere diligentiam; Non solum ad pericula euitanda prædicta, sed etiam pluribus, alijs exēplis illius diligentiæ necessitas, perpendi potest.

Quorū primū à iudicis uel dn̄i ter- Exemplum.

reni accipitur p̄sentia. Si eñ iudicis vel p̄lati mandata diligenter custodiuntur 8

dum præsens est, eadē rōne Dei manda- Exemplum.

ta, semper sunt diligenter tenēda, quia semper

semper præsens est. Ista de causa docuit heremita malam mulierẽ Dei obseruare mandata, sicut ostẽsum est. L.7. 46. Sic etiam loquitur. Psal.118. dicens, Seruaui mandata tua, & testimonia tua, quia omnes uiæ meæ conspectu.

¶Secundum exemplũ istius diligentis necessitatis, accipitur pęnes commodum, uel damnum temporale, ubi nanque ista imminere solent, homines diligẽtiores reddere se solebant, ut cõmodum haberent, & damnum fugerẽt. In cuius signum Deus uolens populũ suum quondam diligentem reddere in eius mandatorum custodia, cũ terram intrarent promissionis, prædixit eis. (Deut.11.) ꝙ non erat terra, sicut terra, quæ fluminis beneficio secũdatur, ubi per hortos aquę deriuantur irriguę, sed erat mõtuosa, & campestris de cęlo pluuiam expectans, & ideo ibi eis maxima necessitas colere Deum, atq; mandata eius tenere, ut daret eis pluuias temporibus suis, temperaneam (scilicet) in autumno, & hieme in actis seminibus nutriendis, & alendis, & serotinã in uere ad crescendũ, & ad incrementũ dandũ.

9 ¶Istam causam motiuam obseruantiæ mandatorum Dei, recitat Deus. Deut.28. dicens. Si custodieris mandata dñi Dei tui, & ambulaueris in uijs eius, uidebunt omnes terrarum populi, ꝙ nomẽ domini inuocatũ sit super te, & timebunt te. Abundare te faciet dñs omnibus bonis, fructu uteri tui, & fructu iumentorum tuorum, & fructu terræ tuæ. Aperiet dominus thesaurũ suũ optimum cęlum, ut tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo, benediceq; cũctis operibus manuum tuarum, benedictus eris in ciuitate, in agro, & benedicta horrea tua. Et benedictus eris ingrediens, & egrediens, dabit tibi dominus inimicos, qui consurgunt aduersum te, per unam uiam uenient contra te, & per septem fugient à te. Quod si audire nolueris uocem Dei, ut custodias oĩa mandata eius, & cærimonias, venient super te, oẽs istę maledictiones. Maledictus eris in ciuitate, in agro, in horreis, in fructu uteri, & terræ tuę, & iumentorum, & ouium tuarum. Mittet super te dñs famẽ, & pestilentiam, donec perdat, & consumat te, percutiet te dominus egestæ te, febri, & frigore. Cęlum super te erit ęneum, & terra ferrea, imber, terræ tuæ erit puluis, per uiam vnam egredieris contra hostes tuos, & per septem fugies, donec dispergaris per omnia regna terræ, uxorẽ accipies, & alius dormiet cum ea, semẽtem multam iacies in terram, & modicum congregabis, uineam plantabis, & fodies, & uinum non bibes, quoniam uastabitur vermibus, oliuas habebis in omnibus terris tuis, & non vngeris oleo, quia defluent & peribunt. Sequitur ibidem. Venient super te omnes maledictiones istæ, quia non audisti uocem domini, nec seruasti mandata eius.

¶Ista eadem necessitas, qua Deus eos promissis, & minis arctare uoluit, ad diligentem mãdatorum Dei custodiam, nos etiam ad idem cõpellere deberet, quia ꝙ eis promisit in nobis etiam cõplet, in quibus oĩa prędicta mala, & vindictas implet ꝓpter mãdatorũ Dei fractionem (sicut patet. T.5. arti.1.) quia recessimus, & declinauimus à mandatis tuis. Et cito post, omne malum hoc uenit super nos. Dan.9. Sicut expresse iterum patet per Deum dicentem. Esa.48. Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset quasi flumen pax tua.

¶Tertium exemplum ad hoc habemus ex factis pharisęorum & rechabitarum, quorum primi (ſm magistrũ in historia scholastica super euangelia) mandata picta cartis in fronte gerebãt, & in sinistro brachio circunligata, quibus Dei mandata inscripta erãt, ꝓpter hoc quod dixit dñs. Deuter.11. Ponite hæc uerba in cordibus uestris, & suspẽdite illa pro signo in manibus uestris, & inter oculos collocate.

¶Secundi nec ad dictũ Hier. ꝓphetę 10
bibere uoluerunt (sicut patet Hier.35.) Rñdentes, non bibemus quia Ionadab filius Rechab, pater noster ꝑcepit nobis dicens. Non bibetis uinũ uos, & uxores

nostræ, & filij uestri vsque in sempiternum quos ex præcepto Dei adduxit Hieremias in exemplum contra habitatores Hierusalem dicens. Ex ore Dei nunquid non accipietis disciplinam, ut obediatis mihi, sicut Rechabitę obediũt patri suo, propterea inducam super uos mala, quæ locutus sum.

Exempla istorum magnam confusionem inferre deberet Christianis, qui magnam non habent in custodiendis Dei mandatis diligentiam, quia ex quo primi tantam habuerunt diligentiam de mandatis, secundi de mandatis patris sui, nos magnam habere debemus diligentiam, de obseruatione mandatorum Dei, & patris nostri. Aliter non solum erunt cõtra nos exempla & vita omnium prædictorum. Sed etiam generaliter omnium Iudæorum, inter quos vix ita simplex vel laicus inuenitur, qui cordetenus sciat Dei mandata computare, quæ etiam ad literam strictissime tenent, sicut patet. F. 4. 10. Inter nos vero pauci inueniuntur de laicis, qui cordetenus illa sciant recitare, sed multo pauciores tam inter clericos, quàm laicos, q illa opere ostendant, & sic nec illa habemus inter oculos meditatione, nec in manibus operatione nec alijs modis à Deo determinatis. A. 26. 9. quibus loquitur Christus, Matth. 15. dicens irritũ fecistis mandatum Dei.

11 Exemplum. ¶Quartum exemplum ad propositũ ostendendum, accipitur à similitudine potentiæ, & duriciæ punientis, quia si homines multum nituntur mandata principum seruare, ne amittant corpora, vel cadauera, à fortiori Dei mandata sunt diligenter custodienda, ne amittãtur, anima, & corpus, bona temporalia, & æterna. Ergo audi Israel mandata uitæ, & auribus percipe diligẽter, ut scias, & facias. Baruth 3.

¶Quintum exemplum ad hoc est timor pęnæ, qua alios uidemus puniri temporaliter, & æternaliter, qui Dei mãdata nõ custodiunt. Videant ergo superbi casum Luciferi, inuidi, & duri dñi, submersionem Pharaonis, & exercitus sui; Auari damnationẽ diuitis, Iracũdi reprobationẽ serui nequã nolentis misereri. Accidiosi, condemnationẽ serui pigri, qui abscõdit pecuniã dñi sui. Luxuriosi inundationẽ diluuij, & incendium Sodomorum. Gulosi incendium populi iudaici petentis carnes. Qui oẽs simul dicere possunt illud Tob. 3. Magna iudicia tua, quia non egimus secundùm præceptum tuum.

¶Sextum est amor lucri, si enim homo hominis obedit mandato propter lucrum temporale, multo magis Deo est obediendũ ꝓpter lucrum æternum, ad quod non peruenitur sine obseruantia mandatorum Dei, quia illa est carta & sigillum, & signũ, quo hereditas cęlestis vẽdicetur, & adipiscitur, & clauis, sine qua cęlum non aperitur, & cũ qua aperitur. Si (inquit Christus, Matth. 19.) vis ad uitam ingredi, serua mãdata, hæc ergo sunt diligenter seruanda. Fili ergo ne obliuiscaris legem meam, & pręcepta mea. Prouer. 3. Propter præcipientis reuerentiam, & dilectionem, ꝓpter etiam lucrũ tẽporale, & ęternũ, & ꝓpter timorẽ damni tẽporalis, & æterni. Omne mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, caue diligẽter vt facias. Deut. 8.

¶Et Deum time, & mãdata eius obserua, hoc est omnis homo, Eccl. vlt. Ar. 7.

¶Sed heu, isti generali mandato generaliter quasi ab omnibus Christianis contradicitur, quasi oẽs declinauerunt. &c. in Psal. 13. Sicut patet inductiue quasi in omnibus mandatis Dei.

¶Quia cõtra primũ mãdatũ de Deo uno habẽdo, tot eis Deos faciunt, quot res quascunque plusquam Deum diligunt, sicut patet. A. 17. 38. 12

¶Secundũ vero nõ solũ frãgunt iurãdo ĩ uanũ, sed fractionẽ aggrauãt, quasi ad omne verbũ vouendo. Iterũ ẽt illud aggrauãt, quia non solum inaniter, sed (quod peius est) frequenter mendaciter iurant, & solẽniter super librũ, & fidẽ, vel male dant, vel nõ tenent bene datã.

¶Tertiũ vero quo ꝓhibent opera, q̃ sunt de sua natura bona, si debito tpe fiant, sicut arare, & huiusmodi fieri in

diebus

diebus festis, non solũ frangunt hoc faciendo, sed peius, illud destruunt, operaq̃ semper mala sunt, illis diebus plusquam alijs faciendo, sicut patet. F.3.6.

¶Quartũ vero de honoratione parẽtum, in quo non solum intelligitur pater & mater, sed etiã alij parentes, non solum frangunt, non honorãdo, sed penis illud contemnunt multis tedijs, & verbis, & factis ipsos persequendo.

¶Quintũ uero multipliciter trãsgrediuntur, tã occidendo actiuè, quàm ꝑmissiue, ꝑmittẽdo uidelicet multos fame mori, q̃ ẽt detrahendo, odiẽdo, &c.

¶Sextũ uero non solũ transgrediuntur fornicando, uel adulterando, sed multa turpiora committendo.

¶Septimo vero de furto non faciendo, per apertas aggrauant rapinas.

¶Octauũ uero non solũ frangunt, falsum testimoniũ dicendo, sed aggrauãt falsum testimoniũ falso iuramẽto confirmando, & alios ad falsum testificãdũ, & iurandũ prece uel precio, care cõducẽdo, & nimis, & fraudulẽtijs ĩducẽdo.

¶Duo uero residua, de nõ cõcupiscẽdo rẽ mobilẽ, uel immobilẽ ꝓximi, aggrauãt furãdo, & vi auferẽdo, & usuras exercẽdo, accõmodatũ nõ soluẽdo, & multis alijs modis. Et sic loquendo de quouis mãdato, de eo uerificatur illud Ro.7. Inuẽtũ est mãdatũ, qđ erat ad uitã, hoc esse ad mortẽ, quia a falsis Christianis nõ tenet̃. Quibus cõpetit dicere Deo, illud Isa.28. Mãda remãda, mãda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicũ ibi, modicũ ibi, q̃a quãtũcũq; Deꝰ multa mãdet̃, pauca faciũt.

13 ¶Habẽdo ergo respectũ ad ea, q̃ facimus, mãdata Dei trãsgrediẽdo, non est mirabile, ꝙ mala sustinemus, supra e.c. enumerata, uel ꝙ Deus ꝑmisit saracenos de multis terris, quas olim occupauimus, nos eijcere, sicut de terra sancta, & de alijs, de quibus nõnulli mirant̃, ꝙ etiã ꝑmisit illos infideles in multis partibus Christianis dominari, & de eis in bello uictorias obtinere, nec de mortalitate aĩalium, sicut boum, & hmõi, nec de sterilitate agrorũ, quia sicut Deus in oĩbus talibus ꝓsperitatẽ concessit (sicut patet. Deut.28.) sub cõditione, ita uidelicet ꝙ mãdata eius, seruaremus, quia sicut sub illa conditione quondã dixit, & ꝓmisit Iudæis, dicens. Oĩs locus, quẽ calcauerit pes vester, vester erit. Deut 11. Et iterũ Deut.28. Faciet te dñs excelsiorẽ cunctis gentibus, q̃ uersant̃ in terra, & eris in capite, & nõ in cauda. Quibus tñ Dei mandata non tenentibus, totũ cõtrariũ accidit. Ita sub eadẽ cõditione dedit Christianis dominiũ terrę sanctę, & multarũ terrarũ, quas infideles occupant. Et, eadẽ conditione stãte credibile est, ꝙ ante istum diem eis totum dedisset mundum, quia nõ est uerisimile, ꝙ minorem, uel strictiorẽ eis dedisset cõmissionẽ, ſm euangelij ueritatẽ ambulantibus, quàm olim dedit Iudæis ambulantibus in umbra, & figura futurorum bonorum, quibus dixit. Omnis locus, quem calcauerit pes uester, &c.

¶Sicut ergo illis contrariũ accidit, q̃a à conditione resilierunt. Ita nõ est mirabile, ꝙ dominiũ terrarũ illarũ ablatũ est à nobis, quia pactum nõ tenuimus. Hoc enim omni rationi cõsonum est, & à lege ciuili decisum, & diffinitum, ꝙ quando aliquid datur sub conditione, ita uidelicet, ꝙ conditione illa stante, ex parte illius cui datur, gaudeat ille de dato. Conditione uero illa, ex parte illius deficiente, datori cõmpetit repetitio. Sicut verbi gratia, do tibi decem, ut manumittas seruum unum, te non manumittente mihi competit repetitio de decem, sicut patet in digesto ueteri. lib.12. tit. de conditione causa non data causa secuta. l.1. & per totum. Nota. M. 9. 15.

¶Cum ergo (ut prædictũ est) dominiũ illarũ terrarũ, & gẽtium, & ꝓsperitas in omnibus agendis nostris, sub cõditione obseruantiæ mandatorum Dei concessa, & data fuerint, non est mirũ, ꝙ conditione illa ex parte nostra deficiente, reuocata sit donatio, immo plus mirandum est, ꝙ in quacunque mundi parte quantũcunque miserrime, habitare uel dominari permissi sumus, & ꝙ

non

non abstulit dominū à Christianis vbique terrarum, gentibus, & infidelibus, illud dando, non propter illorum merita, sed propter nostra demerita, sicut regnare facit hypocritam propter peccata populi. Iob 34. Et sicut permisit genus humanum in primis parētibus, & quotidie permittit cadere in seruitutem diaboli, non propter diaboli merita, sed propter nostra peccata. Et quia infideles minus mali sunt (sicut ostensum est. C.17.33. Et F.4.11.) Et ideo iustum est, ꝙ sicut nos in malis, id est, mandatorum Dei crescimus transgressionibus, ꝙ nostrum dominum, & omnis exterior prosperitas decrescat, & uindictæ, & mala, quæ toleramus, crescant, quia peccatum propter mandatum operatum est. (Rom.7.) id est, contra mandatum.

14 ¶Cuius transgressionis causa est, ex magna parte, solum nomine regentiū negligentia, & auaritia, per quos fere omnis lex decretum decretalis constitutio est abrogata, nisi lucratiua pecuniarum. Et quia in multis casibus diligentia de obseruatione mandatorum Dei, non est lucratiua, si ea obseruare facerent, per pęnas corporales, sicut deberent, ideo de illorum obseruatione minus curant, uel quarūcunque legum non lucratiuarum, uerbi gratia. Est cōcessum episcopis, ꝙ in dedicationibus ecclesiarum possunt ꝓcurationes suas accipere, ubi unquam uisum est, ꝙ legē illam negligerent, immo si illud dissimularent, reputarent iura ecclesię suæ deperire. Ex alia parte est decretalis, quæ pietatem, & charitatem & curam cōtinet animarum, ꝙ uidelicet in omni cathedrali ecclesia, & alia etiā, cuius sufficere poterunt facultates, ordinetur magister, qui scholares in grammatica informet, cui de ecclesia prouideatur, ꝙ etiam in omni metropolitana ecclesia theologus legat, & sacerdotes, & alios in sacra pagina doceat, cui à capitulo unius præbendæ prouentus assignentur. Probantur hæc omnia in decretali. lib.vi. de magistris. c. quia nonnullis.

Exēplū.

¶Sed de pęna, quæ est pecuniaria, magnam habent diligentiam, eamque executioni semper demandant, de secunda uero qualem habeant diligentiam, uel qualiter executioni demandetur clarius experientia, quàm Scriptura ostenditur. Et sicut de his duabus legibus, quæ gratia exempli adducuntur, dictum est, ita de omnibus alijs, quæ inter librorum principia, & finés continentur, fere dici potest, quia quando committitur contra decretum, uel decretalem, uel legem, uel statutum, vel consuetudinem, ex quo commisso, ille, cui correctio incumbit, & punitio, siue regimen habeat ecclesiasticum, siue sęculare, uidet, ꝙ lucrum eminere potest pecuniarum, diligenter leges, quæ in illo proposito ualere possunt, scrutatur, & eas operi demandat (ut patet. C.16.47. Et H.4.14.) Et intantum tales cordi habent, ꝙ vix est sacerdos, quin sciat allegare decretalem, de canonica portione habenda. Leges uero quæ sacrilegium, & concubinatum prohibet, negligit, sicut & alij qui mandatum illud. (Eccl.17.) unicuique mandauit de proximo suo, quod specialius eis conuenit, quia mandatum hoc ad uos o sacerdotes. Malach.2. in causa pecuniarum, & non animarum intelligere uidentur, quæ sine causa colunt me, docentes doctrinam, & mandata hominum. Matth.15. Quorum periculum in parte. F.3.20.

¶Maria. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Quàm subtilissima, & eruditissima sacri huius nominis (MARIA,) in quo quinque literæ non inconsultò collocantur, interpretatio ob oculos ponitur.*

2 *M, Primùm illam tùm mediatricem esse, tùm misericordiæ, miserorumuè Matrem, & restim clarissimè ostendit.*

3 *A, Qui-*

3 A, Quibusdam notatu dignis exemplis Mariam nostram Aduocatam, atque auxiliatricem esse declarat.
4 R, Eam nobis Christicolis refugium, & reconciliationem ueram esse non ineptè demonstrat.
5 I, Mariam esse nobis tetro caliginis, & tenebrarum tempore Illuminatricem claram, stellamque Maris, quæ Polus arcticus uocitatur, aptè patefacere videtur.
6 A, Amatu dignam, atque amabilem, ob præfulgentem eius pulchritudinem, & præcipuam faciei venustatem ac decorem Mariam esse, latius probare dicitur.
7 Quodam insuper exemplo hæc eadem Mariæ eximia pulchritudo clarius significatur.
8 Singularem, ac mirificam vitæ virtutumque Mariæ præstantiam, eius dona, & priuilegia amplissima duodena, quæ totidem sidera fulgentia sunt, clarissime aperiunt.
9 Primum Donum id est, quòd una Maria à Deo singulariter electa fuit, vt ipsius filij parens, præ omnibus seculi mulieribus, eiusque tabernaculum seu habitaculum esset.
10 Secundum est, præstantissima ac singularis Mariæ in utero Annæ suæ parentis in coniunctione animæ cum corpore sanctificatio.
11 Tertium est læta Angeli salutatio, & fælix diuini partus instructio, atque nuncium.
Hæc etiam salutatio ab Angelo Mariæ Deiparæ facta trifariam nobis conducit.
Primū nos quidē à dæmonis offensis, ac discriminibus eā liberare affirmamus.
12 Dein ipsos prauos dæmones à nobis procul expellere non negamus.
Tandem hac eadem salutatione Miracula circa mortuos uisa esse certe cognoscimus.
13 Quartum Mariæ priuilegium, gratiæ tùm corporalis, tùm spiritualis plenitudo fuit.
14 Quintum donum est incontaminata, & immaculata Filij Dei & sui conceptio.
15 Sextum est, quòd sine pœnis, & ærumnis, atque labore, et eius virginitatem haud quaquam amittens, filium peperit.
16 Idem Virginis Partus sex quàm pulcherrimis exemplis eruditissimè probatur, & num. 17.
Primum est uerbi humani,
Secundum Apum, operumque earum,
Tertium florum, ac naturalium illorum operum
Quartum arborum, et earum fructuum
Quintum est illius egressus, quem Christus fecit à tumulo exeundo.
Sextum verò præstantissimum luminis per vitrum transeuntis esse videtur.
18 Prius quam lumen istud increatum Christus Iesus fulgeret; omnes in tenebris, tum culpæ originalis ante mortem, tum pænæ damni post mortem miserè iacebant.
19 Idem opus Redemptionis, ac recreationis, seu reformationis operi creationis, seu formationis non ineruditè conferre conatur, & num. 20.
21 Septimum donum id esse dicitur, quod Maria Virgo simul & parens fuerit: & illam mirificas omnium tùm veteris, tùm noui testamenti Mulierum conditiones adeptam esse asseritur; ac tandem tripliciter Lunæ plenæ non abre similis esse dicitur.
22 Octauum Mariæ priuilegium tale est, quod eius filius Deus & homo simul fuit: cuius necessitas, ac utilitas bifariam cerni, ac cognosci potest.
Nonum donum est, quòd in una Maria tanquam in lucerna, tunc temporis cum per triduum Christus exanimatus ac mortuus fuerat, lumen fidei totius ecclesiæ duntaxat permansit.
23 Decimum Priuilegium huiusmodi esse credimus, quòd Maria corpore unà, & anima cæteris altius assumpta fuerit.
24 Hac Virginis Mariæ ad cœlum unà cū corpore et aīa assūptio sex robustissimis rationibus impēdio doctius cōmostrat.

25 Vnde

25 *Vndecimum donum Virginis est; quòd in die eius Assumptionis locum eminentiorem in cælo super omnes, tùm Angelos, tùm Sanctos non temerè obtinuit.*

25 *Duodecimum vero ac ultimum Priuilegium Mariæ Dei genitrici traditum id esse dicimus, quod Regina, ac Imperatrix facta fuit, ut omnibus tam in cælo, quam in terra, & etiam subtus terram Dæmonibus, ne nimium seruis eius, sicuti uellent, afficere ualeant, imperet, iubeat, atque mandet.*

27 *Maria tum Oliua, & Rosa, tùm Cælum non iniuria uocitatur.*

28 *Varia, ac multiplicia, quibus Mariam in eius Annunciationis solemnitate extollere, ac celebrare non ineptè possimus; hoc in loco ex sacra pagina carptim collecta aperiuntur.*

29 *Exemplo certe non incomposito Mercenarij, habitatione carentis, eamuè sibi quæritantis, clarè, & doctè dilucidatur quòd hæc auctoritas (nempe; hæc requies mea in seculum seculi) Deo incarnato accommodatè ascribitur.*

Eandem etiam auctoritatem eiusdem Dei parenti Mariæ, cum dies eius Assumptionis festus quotannis peragitur, appositè conuenire, decenti Peregrini exemplo enodatur.

30 *Maria Virgo, tùm corporaliter, tùm spiritualiter impēdio magis circa Christum: laborauerit, quàm Marta, & Magdalena sorores.*

31 *Mariæ eius Matri Deus ipse cælum pro hospitio dedit, quia ipse in ea hospitatus est: longè aptius de Maria Dei Matre hæc auctoritas (Maria optimam partem elegit) dici debet, quàm de illa Maria Magdalena.*

32 *Euangelium, quod de Marta, & Magdalena dicitur, in festo Assumptionis Mariæ die non iniuria mehercule ab ecclesia legitur: Nam præcipuum euangelium, quod Mariæ Assumptionem laudibus efferat, & exponat, & ob id ab Euangelistis exaratum, seu literis mandatum minime fuit; quia illi euangelicas historias ante eius ad cælum Assumptionem memoriæ prodidere.*

33 *Variæ sacrarum literarum auctoritates literis mandantur, quæ Mariæ Conceptioni, Annunciationi, ac Natiuitati eximiè possunt conuenire.*

34 *Auctoritas hæc (quæ est ista; quæ progreditur, quasi aurora consurgens) Natiuitati, Purificationi, atque Assumptioni Mariæ non indoctè apponi potest.*

35 *Cunctis Mariæ Deiparæ solemnitatibus auctoritas hæc (Inueni scilicet, quem diligit anima mea) peraptè accommodari potest.*

36 *Maria, & Ioseph eius vir, tertio & quarto consanguinitatis gradu coniuncti fuerant: Maria vero, atque Elisabeth secundo consanguinitatis vinculo, & gradu auinctæ, & copulatæ fuerunt.*

Ariȩ. Primo, ostēdetur nominis moralis expositio, quo ad omnes literas in nomine eius contentas.

¶Secundo, ipsius uitæ ostendetur prærogatiua singularis. Tertio ipsius ad diuersas creaturas, fiet comparatio. Quarto themata, ad eius festa ostendentur pertinentia. Quinto computatio fiet graduum consanguinitatis inter ipsam, & Ioseph, & inter ipsam, & Elisabeth.

¶Ratione primi, est sciendum, quòd quinque literæ eius nomen (de quo Luc. 1. Nomen Virginis Maria) componentes, pulcherrime eiusdem non solū videntur significare, sed etiam ostendere proprietates, & conditiones. Art. 1. 1

¶Quid nanque uidetur litera prima huius benedicti nominis (Maria) videlicet congruentius significare, quàm mediatricem, & matrem misericordiæ, & miserorum. Ipsa nanque medium & mediatrix fuit inter antiquum testamentum & nouum, inter Deum & hominem,

minem, & inter peccatorem & ueniã, & quies media inter motus contrarios, culpæ (scilicet) & gratiæ, quæ uidelicet motum terminat priorem, & sequentẽ iniciat. Hanc nanque quietis mediç cõditionem ei conuenire ostendit miraculum, quod factum fertur, circa quandam religiosam mulierem, quæ ex consuetudine genuflectendo coram imagine beatæ uirginis, anglice dicere solebat, domina pro tuis quinq; gaudijs, duc me per uiam rectæ uitæ hæc postmodum de exitu tentata, cum duabus noctibus, antequàm ad portã ueniret, hoc diceret ad portam ueniẽs, nec portam, nec aperturam, sed murum integrum inuenire potuit. Tertia ergo nocte, de consilio illius, ad quẽ ire uoluit, cum salutationem illã dimitteret, portam aperiens, imaginem illam, ut sibi uidebatur, loquentem audiuit, & dicentem, per mea quinque gaudia hæc non est recta uia uitæ, quæ compuncta rediens malum motum illum, & uiã pro suo proposito dereliquit, & bonã perseueranter iniciauit, & hoc per mediationem illius, quæ est ordinata per angelos in manu mediatoris. Gal. 3. Quæ mediatorem peperit Dei & hominũ 1. Thimo. 2. Hæc illam peccatricem media charitate constrauit Cant. 3.

Exemplum.

2 ¶Secũdo, litera hæc M. uidelicet matrẽ mõstrat misericordiæ & miserorũ.

¶Misericordiæ mater pro tanto dici potest, & restis, quia ipsum concepit & peperit, qui est pater misericordiarum, ipsa quasi mediante quadam resti, lampas illa de cœlo ad terram trahebatur, illuminare his, q in tenebris, & in vmbra mortis sedent.

¶Mater insuper miserorum, pro tanto dici põt: quia miseros de bonis suis pauit, ad modum matris. Sicut. E. 3. 3. Et restis, qa sicut ĩfirmi & impotentes, qui uiribus pprijs de statu miseriæ, in quo iacent assurgere non possunt, quandoque restis adiutorio dependentis, quam manu tenent, eriguntur. Sic miseri in hac lachrymarum ualle, quibus uires sursum ascendẽdi, defuerũt, hac restim fide & amore tenentes, usque ad cœlos eleuantur. Vel ideo mater, & factrix restis dici potest miserorum: quia restim illam Christum formauit, per quam ab hac miseria omnes saluandi sursum ad cœlos trahunt, ipso hoc pmittente, ubi ait. Omnia traham ad meipsum. Io. 12.

Exẽplũ.

¶Ergo uoca nomẽ eius, accelera. Isa. 8. quia ipsa, salutem nostrã accelerauit.

¶Per secundam uero literam huius benedicti nominis, per, A, uidelicet, aduocatam adiutricem seu auxiliatricem intelligere possumus.

Exẽplũ.

¶Sicut patet primo per miraculum, quod de ea legitur: quomodo iuuit Basilium episcopum Cesariensem, & ciuitatem & populum sibi subiectum contra Iulianum apostatam Imperatorẽ, qui ad bellum contra regnum Persarum, per Cesareã transiẽs, quia à Christianis utpote apostata Christianitatis, non honorifice, ut uoluit, receptus fuerat, minabatur se uelle ciuitatem illam, in reditu suo funditus destruere. Ergo episcopo, & populo beatam uirginem cum ieiunijs, & eleemosynis oratibus, apparuit hæc vna nocte, episcopo in ecclesia oranti, & militem quendam mercurium nomine, in eadẽ ecclesia prius sepultum, resuscitauit, & diligenter armatum, & dextrorum impositum, iussit, & populum suum, & seruos suos à Iuliano defenderet, qui ipsum (exercitu suo uallatum, lãncea perforauit) dicentem, uicisti gallilee, sic enim Christũ derisoriç uocare consueuerat. Mercurio igitur ad quietem suam in ecclesia statim redeunte: Episcopus populo uisionem, & rem gestam ostendit, qui laudes beatæ Mariæ reddiderunt adiutrici.

Exẽplũ.

¶Secundo idem ostenditur, per aliud miraculum, quod de ea legitur, quomodo uidelicet quendã fidelem ad terram (à quodam latrone, qui eum occidere uoluit) prostratum ad ipsam continue clamantem iuuit. Cum enim latro ille (quasi de eo securus, eius clamorẽ audiens) diceret, scito, nimis tarde ueniet, statim beata uirgo in forma

corpo-

corporali apparuit, fidelem erexit, latrone sub eo prostrato.

Exemplum. ¶Tertio idē ostēditur, per aliud miraculū, quod de ea legit, qūo uidelicet clericum quendam à Iudæis occisum, resuscitauit. Hic nanque clericus in villa quadam moram traxisse dicitur, in qua multi habitabant Iudæi, in quorū infidelitatis testimonium, cum per uitum, in quo morabantur transiret, sępius aliquam cantilenam de Beata Virgine cantare solebat, de quo Iudæi offensi tempus aptum expectātes ipsum vno die occulte acceptum occiderunt, & in cloacam proiecerunt. Cito post, cum sacerdos ad ecclesiam veniret, & clericum non inuentum quæreret, audiuit, ipsum de cloaco cantilenam beatæ Virginis altè clamantem, qui Christianos secum adducens, ipsum de loco illo eduxerunt, narrantem, quomodo per beatam Virginem ad uitam resuscitatus fuerat. Et sic de illa congrue dici potest illud (Sapien. 10.) Hęc uenditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum, descenditque cum illo in foueam, & in uinculis non dereliquit eum. Ergo in quacunq; necessitate fuerimus tantum in te recordabimur nominis tui. Isa. 26.

4 ¶Per tertiam insuper literam R, videlicet intelligere possumus proprietatem refugij, & reconciliationis, quam in ipsa specialiter esse miracula ostendunt, de ea scripta. In ipsa nanque cōsolationis esse refugium, quantum ad mestos, & mortem timentes. Ostendit primo miraculum de ea lectum in legenda sanctorum in festo Assumptionis, de quodam, qui eā sæpius per quinque salutationes consolari solebat, cōtra quinque dolores, quos habuit de quinque vulneribus filij sui, huic ergo morienti, & trepidanti, apparuit hæc dicens. Cur fili tantum times, qui mihi gaudia totiens nunciasti, gaude & tu, & ut æternaliter gaudeas, mecum uenias.

Exemplum. ¶Secundo idem ostenditur per aliud miraculum de quadā puella, quę ipsam sæpius deuote salutasse fertur, non obstante, quacunque occupatione, huic ergo morienti, & trepidanti, de hoc, q domum plenam uidit dæmonibus, hęc apparuit, & omnes fugauit, hoc autem magna cum deuotione dicendum est frequenter. Tu nos ab hoste protege, & in hora mortis suscipe, quia hæc hos, qui se obseruant, à doloribus liberabit, Sap. 10. Nota ad hoc M. 11. 39.

Exemplum. ¶Quomodo est etiam lapsorum reconciliatrix, patet per miraculum, de Theophilo, quod habetur in legenda sanctorum, in festo natiuitatis Virginis gloriosæ. Quæ eum non dereliquit, donec reconciliaretur in gratiam. 2. Esdrę 4. Ideo oleum effusum nomen tuum. Cant. 1.

5 ¶Per quartam etiam literam I, videlicet, intelligere possumus illuminatricem illam clarissimam, quæ in hoc tempore tenebroso, ad modum stellę maris, lumen præbet omnibus nauigantibus, per mare huius mundi, quia sicut illa maris stella, quæ polus arcticus uocatur, quæ occasum sicut aliæ stellæ, nescit, sed semper in altum se tenet, & quantum in ea est, omnium nauigantium, uel aliter indigētium, aspectibus se ostenditur, omniumque uiam monstrat, eosque ad portum dirigit, & ducit optatum nisi nebula interposita, eius impediat ducatum. Sic hæc, quę occasum, dum uixit, nesciuit delicti, quæ in die Assumptionis eiusdem in altissimo cœlorum loco situata fuit, ut sciant omnes populi terræ nomen tuum. 2. Paral. 6. Et ut in æternum occasum nesciant eam mentis oculis intueri, abeaque duci ad portum salutis uolentibus, sed semper eos ducat & dirigāt per viam salutis, eisque semper lucis suæ & misericordiæ suæ radios ostendat, nisi hoc nebula impediat peccatorum. (Exemplum.)

¶Recte ergo polus arcticus hanc significat Virginē, cuius gratia & misericordia omnibus sunt promptissima. Polus uero antarticus, qui ab huius mundi habitatoribus, minime uidetur, iustitiam seu iudicium significat iudicantis,

castis, quod dum hic uiuitur, non apparet, inter quos medium est tenendũ, ut non nimis de misericordia præsumamus, sicut faciunt, qui peccant in spe veniæ, nec iudicium nimis timeamus, vt in desperationem cadamus, sed inter Caribdim & Scillam, medium teneamus, quia & ad hoc, ꝙ à periculis istis caueremus, luminaria ista.s.solem iustitiæ, & Lunam, seu stellam misericordiæ nobis in hoc mundo tenebroso nauigantibus ostendit. De qua stella gratię, & Sole, seu virga iustitiæ, quæ de ea orta fuit, pulchrè prophetatum legitur. Numeri. 24. Orietur (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab &c. Sic ergo (sicut dicitur. 1. Reg. 18.) Celebre factũ est nomen eius. Nota de talibus luminibus nauigantibus necessarijs. D. 7. 2. & G. 3. 7. Per quintam & ultimã huius
6 nominis literã A, uidelicet quid aliud melius intelligere possumus, quàm amabilitatis conditionem. Illa nanque fuit tot amabilis, pulchra, & decora.
Exemplum. Quod primo ostenditur per miraculũ, quod de ea legitur, de quodã ei deuoto, & multum eam uidere desideranti, cui diabolus inuidens, magnam ei cuiusdam mulieris, quæ ei pulchra secundùm faciem uidebatur, tentationem immisit. Cui virgo gloriosa compatiens, nolensque sui dilectoris casum uidere detestabilem, ei seipsam in corporali forma semel ostendit pulcherrimam, quam cum rogaret, ut diutius illam uidere posset, respondit; Non poteris modo, sed iterum apparebo tibi in morte, & ducam te, ubi semper me uidebis. Si tamen uisum tuum à uanitate, & teipsum à peccatis interim custodieris, & extunc intantum illa præcedens extincta fuit tentatio, ꝙ omnis pulchritudo ad illam comparata, uidebatur turpitudo. Nec mirum, quia de ea legitur, ꝙ de nulla alia dici potest, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Cant. 4.

7 ¶Secundo idem ostẽditur per aliud
Exẽplũ. miraculum, de quodam, qui cum frequenter oraret, quòd illam uidere mereretur. Responsum ab Angelo habuisse legitur, quod non esset dignus post tantam uisionem cum eisdem oculis aliquam uidere uanitatem. Vnde & quæsiuit, si libẽter uisum amittere uellet illa cõditiones, ꝙ illam uidere posset. Qui respondit, ꝙ libenter. Assignatio ergo die, quo illam uidere debuit, cogitauit interim, ꝙ unum clauderet oculum, quo uisum, alio amisso, lucraretur, ꝙ cum fecisset, tantam delectationẽ habuit in uidendo ipsam cum uno oculo, ꝙ quasi inconsolabiliter doluit, quòd cum vtroque eam non respexit oculo, & utrunque amisisset, propter maiorem, quam habuisset delectationem, si cum utroque illam uidisset. Ipso ergo iterum rogante, ꝙ iterum cum alio oculo ipsam uidere posset, quẽ libẽter sicut alium illa conditione amitteret. Iterum ei apparuit, nec eum oculo, quem habuit priuauit, sed illum quem propter defectum fidei, & amoris amittere meruit, in hoc ꝙ paratus non erat pro eius amore, & visione utroque carere oculo, restituit oculum credenti, & utroque carerę parato. Patet ergo ꝙ erat formosa ualde, & incredibili pulchritudine omnium oculis gratiosa, & amabilis uidebatur, Hester 2.

¶Quod etiã erat amabilis ualde super amorem mulierum. 2. Reg. 1. Et sic nomẽ eius amabile domino. 2. Reg. 12. Et sic patet, quomodo, & quare congrue scribitur. Matth. 13. Mater eius dicitur Maria, q̃ (sicut dicitur Hier. 33.) Erit mihi in nomen & gaudium. De quo Psalm. 54. Confitebor nomini tuo, quoniam bonum est, &c. Nec mirum, quia est (sicut scribitur Apoc. 3.) Nomen ciuitatis Dei.

¶Sed quia nomen tam præeminẽtis significationis, non est æstimandum, sine uitæ esse & uirtutum prærogatiua singulari, inuestigata eius nominis significatione, inuestigare oportet, eius uitę & uirtutum excellentiam singularem. Arti. 2. 8

¶Quam

¶Quam excellentiam, quo ad duodecim eius priuilegia, quæ nunquam in alio puro homine, uel muliere inueniebantur, exprimere, & ostendere uidetur Io Apocal.12. dicens mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarũ duodecim, & in utero habens, &c.

¶Mulier hæc benedicta, ideo primo amicta Sole dici potest, quia sicut ipsa Solẽ iustitiæ Deum habitu induit carnis humanæ, quando habitum illum (de quo ad Phil.2. dicit Apostolus, ꝙ habitu inuentus fuit ut homo) ab ea in sua benedicta incarnatione suscepit. Ita Deus ipsam hic induit amictu gratiæ, & in cœlo ornamento gloriæ ita ꝙ Deus fuit de rebus matris eius, & mater de rebus filij.

¶Et Luna sub pedib⁹ eius, quia mũdus, qui per Lunam significatur, quia ad modum Lunæ in fortunis suis crescit & decrescit, sub pedibus affectionis eius fuit.

Corona Mariæ. ¶Coronã insuper in capite suo stellarum habuit duodecim, quia duodecim dona singularia habuit gratiarum.

9 ¶Quorum primum erat, quòd ante omnes alias mulieres pro habitaculo filij Dei, tanquàm sola digna electa fuit ab illo, qui in suis non erat electionibus: Qui nec eam elegit propter mundiales diuitias, uel pulchritudinẽ, uel aliam corporalem gratiam, sicut homines faciunt mundiales, sed propter solam bonitatem, & animæ uirtutes, scilicet propter fidem, mundiciam, Charitatem, & specialiter propter humilitatẽ. Sicut ipsamet fatet, dicens Lucę 1. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent, &c.

¶Cum ergo quemcunque elegerit dominus, ipse sanctus sit. Numeri 16. Non est dubium istam esse sanctissimã, sic à Deo præ omnibus electam, in qua electione magnam nobis dedit humilitatis, & aliarum uirtutum exemplum: quia ex quo ille, cuius omnis actio nostra est instructio, matrem elegit humilem & pauperculam, in paruaque uilla natus fuit, & adoratus, & magnam sustinere uoluit confusionem, & mortẽ, exẽplum in his nobis dare uoluit, superbiam, & mundi cupiditatem contemnendi, & malorum confusionem, uel derisionem, & mortis passionem, propter iustitiam etiam coram multis non timendi: Sic ergo fuit electa ut Sol Cant. 6. (id est) singulariter, sicut Sol, solus est, & singularis: In quo sole, filius Dei posuit tabernaculum suũ in Ps 18.

¶Secundam (in corona) habuit stellam, seu florem eleuatum ad modũ corone regalis, in hoc, quòd fuit cæteris eminentius, & specialius sanctificata. 10
De alijs enim bene legitur, quòd fuerunt in utero sanctificati, sicut de Hieremia, & Ioanne Baptista. Non tamen illico ita fuerunt sanctificati, quin potuerũt uenialiter peccare: Ipsa uero, tam eminenter sanctificata fuit, quòd nec mortaliter, nec uenialiter peccauit, sicut patet per sanctum Thomam in tertia parte de Christo q 37 articu.6 In eadem etiam quæstione articu.2. ponit eius sanctificationis excellentiã, quãtum ad temporis prioritatem in hoc, ꝙ sanctificata fuit in sua animatione .i. in coniunctione animæ cum corpore, in utero matris suę, & non ante, quia sanctificatio & mundatio fit per gratiã, cuius subiectum est anima. Nihil enim est capax gratiæ, nisi anima rationalis. Sic ergo sanctificauit tabernaculũ suũ altissimus, in Psal.45.

¶In quo nobis magnum datur sanctificationis exemplum Quia sicut nec ipsa (ipsum concepisse) ipsiusq; mater, qui sanctissimus est, fuisse potuisset corporaliter, nisi fuisset sancta, quia nec ei aliter placuisset: Ita nec nos ipsum cõcipere, uel ipsius mater esse possumus spiritualiter, uel ei placere, nisi Dei patris faciendo uoluntatem, sancti simus. Quia ipsi soli Dei fieri merentur matres, ipso teste, qui ait. Matth.12. Quicunque fecerit uoluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Ad hoc ergo, ut spiritualiter priuilegium mereantur ma-

ternitatis

ternitatis ipsius, necesse est obedire precepto, qui ait, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum dicit dominus. Leui. 19.

11 ¶ Tertiam (in corona) habuit stellam, inquantum fuit cæteris singularibus, & affectuosius, & nobilius, & diligētius ab angelo salutata, & de filio, quē cōciperet, & pareret, & de concipiēdi, & pariendi modo, diligentius instructa. Quia licet angeli legantur, alios de prole parienda, præmonuisse, sicut patet Gen. 18. ubi præmunierunt Abraam, de Isaac nascituro. Et Iudic. 13. ubi angelus prædixit Manue, & uxori eius de Samsone nascituro. Et Lu. 1. prædixit Zachariæ de Ioanne Baptista nascituro, licet insuper legantur alios specialiter salutasse: sicut patet Iudic. 6. ubi Angelus salutauit Gedeonem, dicēs, Dominus tecum uirorum fortissime, nunquàm tamen leguntur alicui prædixisse, quòd Deum esset paritura, sicut prędixit Mariæ. Lucæ 1. dicens. Filius altissimi uocabitur. Nec leguntur aliquem, ita specialiter salutasse dicendo, q esset plenus gratia, sicut salutauit Mariam. Lucæ 1. dicens. Aue, &c.

¶ Tantæ nanque fortitudinis, & uirtutis, nunquàm alteri personæ protulerunt salutationem. Quia hęc salutatio tantæ uirtutis est, & fortitudinis: q mundæ uiuentes, & in illa sperantes, primo à periculis liberat diaboli. Sicut patet per miraculum, quòd de ea legitur in legenda sanctorum, in festo assumptionis de milite depauperato, cui diabolus multas promisit diuitias, illo pacto, quòd Deum negaret, & q certo die uxorem etiam suam ad certum locum duceret, ut ipsa etiā Deū negaret, q̄ dū in ecclesia, iuxta quam inter illorum erat ante imaginem beatæ uirginis oraret. Beata uirgo formam eius induens ad locum destinatum properabat, quam diabolus uidens, fugit, sicque miles ad pœnitentiam ducitur, & uxor à peccato mediantibus salutationibus, quas in ecclesia dixit, custodita fuit: Sic sanctificatus est uir infidelis, per mulierem fidelem. 1. Cor. 7.

Exemplum.

¶ Secundò hæc salutatio dæmones fugat. Sic patet per miraculum ostensum circa quandam reclusam, cui diabolus in forma boni angeli aliquotiens apparens fertur in doctrina sua mala bonis copulasse, in quo, à sua antiqua non recessit consuetudine, quæ cum confessori suo ostendisset; Ille dixit, periculum quandoque in talibus contingere apparitionibus: Et quòd forte in illa apparitione ei ostensa, aliqua fuit dęmonis deceptio: Quod cum illa de difficili crederet, rogauit quòd in aduentu illius, quasi illum examinatura, alte, in honorem beatæ virginis salutationem diceret angelicam. Quod cum factum fuisset, angelus ille euanescens, fœtore derelicto, angelum fœtidum se esse ostendit. 12

Exēplū.

¶ Tertio propter hanc salutationem sæpius repetitam, Deus quandoque circa mortuos miracula ostendit, Sicut patet in legenda de festo annunciationis, de milite facto monacho, de cuius tumulo post mortem suam, lilium pulcherrimum ascēdere uisum est: In folijs suis, salutationem illam scriptam habens, in signum frequentis salutationis: Et sic ostenditur, qualis esset ista salutatio. Lu. 1.

Exemplum.

¶ Quartam (in corona) habuit stellam, in hoc quòd post Christum, uerbum Dei patris (de quo dicitur Ioā. 1. Plenum gratiæ & ueritatis) fuit gratia plenior, tam corporali quàm spirituali. 13

¶ Corporali, quia cum pulchra fuisse legatur, & decora, tantam in corporali eius aspectu, quilibet inuenisse legitur gratiam, quòd ipsam uidendo castior reddebatur. Nunquàm quòd aliquis ipsam uidendo, quantumcunque lasciuus esset, ad lasciuiam, sed potius ad continentiam mouebatur, tam propter gratiam diuinitus ei collatam, quàm etiam propter gestus & habitus maturitatem.

¶ Spirituali insuper gratia intantum

plena erat, ꝙ peccator ad eam deuotus accedens, per illius auxilium ueniam inuenit, iustus in illa exemplum inuenit, ꝙ iustior fiat, angeli de illa gloriã, filius Dei carnem, & tota trinitas gaudium accipiunt: Et sic de plenitudine eius, omnes accipimus gratiã pro gratia. Ioan. 1. Nec mirum, quia ipsum intra se habuit, ĩ quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Col. 2.

14 ¶Quintam (in corona) habuit stellam, id est prærogatiuam singularem, sine macula, & corruptione filium Dei & suum concipiendo. Cuius rei possibilitas, primo exemplo patet uerbi humani, quia sicut uerbum humanum, ab homine prolatum cor intrat auditoris, sine auditoris corruptione, & quemcũque locum clausum, sine apertione: Sic uerbum Dei patris increatum (de quo Ioan. 1. In principio erat uerbum) cor, corpus, & animam intrauit suę genitricis, & sine sui corruptione. Absurdum nanque esse uidetur, quòd uerbum hominis intrare posset corpus auditoris, sine sui corruptione, & uerbum Dei intrare non posse, corpus uirginis, & ibi manere sine uirginitatis amissione. Hoc enim sentire, non est aliud, quàm maiorem potentiam, & simplicitatem attribuere uerbo hominis, quàm uerbo, & filio Dei, qui simul & semel fuit cum patre in cœlo, & cũ matre in terra, sicut uerbum ab homine prolatum, simul & semel est in mẽte dicẽtis, & audiẽis: Nota ad hoc plura exẽpla. E. 6. 3.

Exemplum.

Exemplum.

¶Secundum exemplum ad ostendẽdum istius cõceptionis possibilitatem, ab alijs Christi accipitur operibus: Si enim ianuis clausis, cum corpore intrauit humano ad suos discipulos, quid mirum, si sine corpore humano ad matrem intrauit uirginem?

Exemplum.

¶Tertio idem per exemplum patet de speculo, quod quidem imago intrat magni hominis, cum sit in se clausum, & paruum, sine sui corruptione: Sicut etiam modo secreto lumen intrat uitrum, sic lumen increatum uitrum corporis uirginalis. Cui dicere congruit illud. Iob 30. Secreto erat mecũ dominus in tabernaculo meo.

Exemplum.

Exẽplũ.

15 ¶Sextam (in corona) habuit stellã, id est doni singularis excellentiam, in hoc, ꝙ non solum ipsum Deum (ut dictum est) sine corruptione concepit, cum esset Deus & non homo, sed (quod maioris ur esse admirationis) ipsum peperit sine pœna, & labore, & sine uirginitatis amissione, cum esset Deus & homo. Huius autẽ facti possibilitas, multis ostenditur exemplis, & rationibus.

¶Primo nanque hoc patet exemplo uerbi humani: quia sicut illud ab vno prolatum, in alio concipitur, & recipitur, & ab illo, à quo recipitur, uoci sensibili coniungitur, & de cordo & corpore producitur, & ostenditur sine corruptione. Sic uirgo hoc uerbũ à Deo patre prolatum recepit, & carni sensibili copulatum sine sui macula, mundo edidit saluatorem.

Exemplum.

¶Et sicut mentis conceptio uox efficit sensibilis: sine corruptione, sic Christi conceptio, caro facta est sine uiolatione. Et isto modo. Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis, &c. Io. 1.

¶Secundo idem ostenditur per exẽplum de apibus, & operibus illarum: Qui enim concedit, quòd illę, duas in flore colligunt naturas, & substantias, ceram uidelicet, & mel sine floris læsione: Quomodo negabit, quin Deus qui apibus potentior est, possit in uirgine matre duas accipere naturas, corpus uidelicet, & animã, sine sui læsione?

Apes.

16 ¶Tertio idem ostenditur per exemplum de floribus, & naturalibus operibus illorum, quia sicut sine sui labore, dant dulcem odorem, & sine sui diminutione: Sic uirgo Maria, & mater peperit saluatorem. Bernard. Si quęris, quomodo uirgo genuit saluatorem, quomodo flos uitis dedit odorem. Si inuiolatum, inuenit florem eo, quòd dedit odorem, uiolatum non crede pudorem, eo quòd genuit saluatorem: Ei ergo singulariter dicere conuenit illud. (Ecclesia. 24.) Quasi uitis fructificaui suauitatem odoris.

Exemplum.

¶Quarto

Exemplum. ¶Quarto idem ostenditur per exẽplum arborum uel fructuum earum. Si fructus arborum tantam habeat potentiam, quòd nasci de arbore poterit, sine macula maternæ integritatis, quãto fortiori ratione fructus ille benedictus potentissimus, de matre sua nasci potuit absque macula materne puritatis, uel absque diminutione eius mũdissime integritatis?

Exemplum. ¶Quinto idem ostenditur per exemplum aliorum operum Christi. Ille nãque, qui potens fuit exire de sepulchro, monumento clauso, potens fuit nasci de Matre Virgine.

17 ¶Sexto idem ostenditur per exemplum luminis, quia sicut radius seu lumen Solis, per uitrum transiens nõ solum lumen, & claritatem per uitrum mittit: sed etiam species colorum sensibiles uitro, per quod transit, similes, secum portat, & oculis ostendit intuentium, sine uitri corruptione. Sic lumen illud increatum (quod dicit, Lux sum mundi. Ioan. 8. quod potentius est in operatione sua quàm lumen creatum) per corpus uirgineum transiens, non solum diuinitatis claritatem, uerum etiam sensibilem humanitatem, per uitrum misit uirginei corporis, sine sue uirginitatis diminutione. Congrue ergo respondit Christianus, Iudeo dicenti, Nunquàm natura sic mutauit sua iura, ut uirgo pateret, post partum uirgo maneret. Cui Christianus. Lumine solari, nescit uitrum uiolari. Nec uitrum Sole, nec uirgo puerpera prole. Talis etiam luminis istius natiuitas sacræ consonat scripture, in qua per istum modum nasciturus prophetatus legitur. Isa. 62. Egrediatur (inquit) ut splendor iustus eius, & saluator, ut lampas ascendatur: Egrediatur (inquit) ille, qui ab eterno egressus fuit à patre (sicut ostensum est. F. 4. 16.) Ex tempore à matre Virgine, ut splendor per uitrum. Et Saluator (id est) Christus, sic de Virgine natus, ut lampas accendatur, quia sicut in lampade accensa est natura uitri, olei, & luminis ad aliorum illuminationem: Ita in illo, natura fuit corporis, & anime, & lux diuinitatis, ad omnium quãtum in eo est, illuminationem, quia erat lux uera, que illuminat omnem hominẽ. Io. 1. Que quidem lux Christus est, sicut patet ipsomet asserente, Ioan. 12. Ego (inquit) lux in mundum ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris nõ maneat.

¶Ante nanque illustrationem istius luminis, omnes in tenebris mãserunt, tam culpe originalis ante mortem: quã pene damni post mortem. Nec mirum, quia lumine illo caruerunt, quia medium istius luminis delatiuum. (De quo Isa. 7 *Ecce uirgo concipiet, & pariet, &c. sicut patet. F. 4. 10.*) nondum habebat natura humana, quo lumen illud ad eos descenderet, & ideo illuminari non potuerunt, quia sicut vult philosophus, quòd si esset uacuum inter cœlum, & terram, Sol non illuminaret habitantes in terra, eo quod non esset medium luminis delatiuum. Sic in proposito, totum genus humanum corruptum fuit, & spiritualiter gratia uacuum. Gen. 1. Tera erat inanis & uacua, scilicet, ante productionem beate Marie. Et quasi pro defectu medij, non illuminabatur, sed tenebre erant super faciem abyssi, sed à Gabriele isto bene dicto medio in Nazareth inuento, ipso mediante, habitantibus in regione vmbre mortis, lux orta est eis. Isa. 19. Quia lux illa increata, per medium illud descendit, illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. Luc. 1. 18

¶Septimo, possibilitas & rationabilitas istius operis redemptionis, & recreationis, per exemplum ostenditur operis creationis. Cõuetionis nãq; ur, quòd similitudo sit inter opera creationis, & recreationis, uel potius inter opera formationis, & reformationis. Sicut ergo Iudei, & omnes alij scripturas ueteris testamenti recipientes, concedunt Euam, siue materiam, de 19 Exemplum.

qua Eua fuit facta, costam uidelicet de latere. Adde extractam, per potentiam diuinam sine eius dolore, uel læsione, & labore. Quare non concedunt Christum filium Dei, per eandem potentiam posse produci de corpore matris suæ, sine labore, dolore, & corruptione?

¶ Ex quo namque eadem potentia in Deo manet, per quam miraculum tale circa matris suæ corpus ostendere potuit, quale circa corpus Adæ, & formationem Euę ostendit: Et maior adsit ratio, quare circa corpus matris filij sui, & circa filij sui formationem miraculum tale ostendere debeat, sine causa vnum concedunt, & aliud negant. Quod autem filij Dei natiuitate maior insit ratio, & congruitas, quare miraculum tale ostendere debeat, patet non solum propter nascentis excellentiam, qui quanto dignior fuit Eua, tanto digniorem modum requirebat producendi, sed etiam propter illius formationis, & illius natiuitatis effectum: Quanto nanque effectus istius natiuitatis est utilior, tanto decet quòd causa, & uia ad talem effectum ueniendi, sit melior, & purior, ut sit conformitas inter causam & effectum, sed effectus natiuitatis Christi fuit multo utilior, quàm extractum de Adam, quia illud fuit causa damnationis totius generis humani: Ex Maria uero tractum fuit causa saluationis omnium credentium, & bene operantium: Illa Eua post eductionem suam, rapuit fructum de arbore, & in uêtre suo posuit totum mundum damnando.

20 ¶ Maria econuerso fructum de uentræ suo eduxit super arborem crucis ponendum. & diris clauis affigendum ne iterum ista faciliter raperetur, de ligno mundum saluando. Ergo decuit & rationi consonat, quòd iste fructus nobiliori modo de matre sua educeretur, quàm illa de uiro suo, quod uerum non esset, si cum matris suæ dolore uel labore natus fuisset.

¶ Rationabile ergo, & iustum fuit, quòd sicut Eua educta fuit de corpore illius, qui dum ampliare uoluit gratias suas, ferrum perdidit innocentiæ, sicut filij prophetarum perdiderunt ferrum, dum ampliare uoluerunt domos suas. (4. Regum. 6.) sine dolore uel pœna: Sic filius Dei, qui ad modum Helisei supernatare fecit illud innocentiæ ferrum, super omnes humanas corruptiones, & illud in Maria uirgine cum manubrio humanitatis, de quo prius ceciderat, coniunxit sine dolore, & pœna, ut illud impleret quod angelus Gabriel matri eius prædixit Lucæ 1. dicens. Ecce concipies in utero, & paries filium, &c. Et illud Isaiæ. 7. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, &c.

¶ Septimam, in corona, habuit stellam (id est) donum Dei singulare in hoc, quòd fuit uirgo simul, & mater omnium mulierum, tam ueteris quàm noui testamenti, in se perfectissimas complectens conditiones. 21

¶ In ueteri namque lege, mulieris perfecta conditio, reputabatur fecunditas. In nouo uero reputatur uirginitas. Cum uero uirgo & mater hæc utranque in se habeat conditionem, patet, quòd perfectione in se continet, tam ueteris quàm noui testamenti Et ista de causa primo, Luna plena, uocari potest, quia sicut in Luna plena coniunguntur, copulantur, & complentur, quodammodo cornua nouę lunę & antiquę. Ita in ista excellẽtia nouæ legis & antiquę. Exēplũ.

¶ Secundo ideo lunę assimilari põt, quia sicut Luna crescit usq; ad 14. diẽ, & tunc est plena Ita Maria. 14. anno, uel prope, creditur plena fuisse filio Dei.

¶ Tertio, q̃a sicut in luna plena apparet imago quasi hominis (sicut nonnulli dicunt) onus portantis spinarum: Sic in sancta Maria apparuit ille q̃ spinas peccatorum nostrorum pertulit in corpore suo super lignũ, qui etiã crucis onus ĩ scapulis, & spineę coronę sarcinam in capite suo, p̃ nobis portauit.

¶ Ille

¶Et sic patet, ꝙ quasi Luna plena in diebus suis lucet. Ecclesia. 50.

22 ¶Octauam (in corona) habuit stellã, in hoc, ꝙ filius eius simul fuit Deus & homo. Cuius rei necessitas, & utilitas prima fuit, ut pacem inter Deum, & hominem peccatorem faceret, pro homine, Deo satisfaciendo, & pacẽ ad modum arbitris componẽdo. Sicut patet. A.13.31. Necessarium nanque fuit inter partes discordantes, Deum uidelicet, & hominem purum, qui tot damna de discordia sustinuit arbitrum habere pacis, quem non decuit Deum esse tantum, uel hominem tantum, quia partes erant, sed medium, quod naturã utriusque extremi participaret, Dei videlicet, & hominis, ut inter Deũ & hominem pacem reformaret. Not. N.1.5.

¶Secunda uero utilitas, & istius copulationis naturæ diuinæ cum humana, causa fuit nostra perfectio.

¶Sicut nanque ex creatione, & formatione rerum creatarum. (Gen. 1.) ostenditur, homo vltimum locum tenuit, & inter creaturas rationales infimum & imperfectissimum: quẽ Deus uolens perficere, illum suo copulauit principio, ex qua copulatione suã adeptus est perfectionem: quia secundùm Philosophum, tunc est vnumquodque perfectum cum coniungitur suo principio. Et hac de causa uocatur Christus. (Apoca.1. & 21.) Alpha, & o, quia (secundùm Decretum sumptum ex uerbis Hieronymi, & eius Glo dist.35.) Ab exordio Christus ueniens in finem temporum, reuocat. o. quæ est Grecorũ ultima litera, ad. a. quæ est latinorũ prima, dum primum statum hominis renouãdo, extremitatem ad suum retraxit principium.

¶Cũ uero circulatio ista, quæ fit per reductionem finis ad suum principiũ, facta fuit in beata uirgine, patet, quòd ipsa fuit complexus, & quasi nodus connectens circulum prius diuisum, & quasi lapis angularis, parietem naturæ diuinæ, cum humanæ naturæ coniungens pariete, & medium in quo reconciliantur ima summis, Deus scilicet, & angeli hominibus, quia per eam suscepit Israel puerum suũ. (Lucæ. 1.) Deum scilicet, & hominem. ipsum nãque hominem esse, Iudæi, & omnes infideles confitentur, ipsum etiam Deũ esse non solum ostenditur. A.13.5. & F.4.16. cum sequentibus, sed etiã per hoc quod de ea quasi ab eadem dictum legitur. Ecclesiasti. 24. Qui (inquit) creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Nota de prædicta perfectionis, & circulationis materia. A.25.9.

23 ¶Nonam (in corona) habuit stellã, in hoc, quòd in ipsa sola, quasi in lucerna lumen fidei totius ecclesiæ, in illo triduo mortis Christi seruabatur.

¶In quo lunæ conuenienter sequitur conditionem. Quia sicut sole declinante ad occasum, Luna plena flumen solis occidentis apud se retinet, & custodit lumen uti nolentibus illud communicat. Sed hæc solę iustitię per mortem occidente, & lumine fidei in cordibus hominum uacillante, quia teste Ioan. 20. Nondum sciebant scripturas, quia oportebat eum à morte resurgere. Et (teste Marco) discipuli omnes fugerunt. Mar. 14. Mater eius conseruabat omnia uerba hæc, conferẽs in corde suo. Luc. 2 In quo facto typum tenet montis Armenię, super quem solum arca Ecclesiæ requieuit in diluuio persecutionis: Et sic de monte isto uerificatum est illud Abdię. c.1. In monte syõ erit saluatio. Et illud Isaiæ. 25. Requiescet manus domini in monte isto. Exemplum.

24 ¶Decimã (in corona) habuit stellã, in hoc, ꝙ in corpore, & anima, cæteris altius assumpta creditur. Quod autẽ in corpore assumpta sit, & anima, historia, & sanctorum ostẽditur rationibus. Historia ad hoc est de quodam religioso, de quo fertur ꝙ diu, illam assumptam in corpore credidit, & aĩa. Sed cum uerba Hieronymi legeret, q de hoc dubitare vř, uel ꝓ nõ determinato derelinquere, incepit de hoc dubitare, de cuiꝰ corde beata uirgo uolẽs dubietatis amputare vulnꝰ, corpꝰ suũ palpabile, & uisitabile osten- Exemplum.

ostendit, quærens, quid sentiret, uel uideret, cui ille, corpus (inquit) carneũ, ex ossibus, & carnibus solidum. Cui illa, si tantum ostendi slem Hieronymo, nunquàm de corporis mei assumptione dubitasse, & sic illum in eius assumptionis fide stabiliuit. Cuius exemplo, nos idem, quod ipse oculis uidit corporis, oculis uidentes fidei, illud firmiter credamus.

¶Quia etiam ad hoc credendum, efficaces sanctorum inueniuntur rationes. Quarum prima accipitur per locũ à diuisione.

¶Illius namq; corpus benedictum, quilibet Christianus concedet, in cœlo esse assumptum, uel in terra dimissum, sed concedere secundùm, quòd uidelicet in terra sit dimissum, uidetur incõueniens & irrationabile.

¶Primo, q̃a ad corpora, uel ossa sanctorum in terra dimissa, fiunt peregrinationes, & miraculorum ostensiones, & sanitatum adeptiones, quę omnia ad corpus, uel ossa, uel reliquias maximè fierent sanctissimæ uirginis Marię corporis (in quo ipsemet Deus, nouem mensibus habitabit corporaliter) si illud uel aliquid de illo esset derelictum in terra, circa quod cũ nihil tale ostendatur, non uidetur in terra remansisse.

¶Secundo, quia hoc concesso, non uidetur ille, qui præceptum dedit de honoratione parentum (qui uenit legem adimplere, & non soluere) pręceptum illud sufficienter adimpleuisse, si matris corpus in terra putrescere sineret.

¶Tertio, quia hoc concesso, concedere hoc oportebit, quòd plus honorauit alia corpora, quàm proprię matris, quia aliqui doctores sentiunt quòd illi, qui surrexerũt cum Christo, ipso Christo ascendente in corpore & anima, cũ ipso ascenderunt.

¶Quarto, quia ipsa fuit mundata ab originali peccato, quod fuit incinerationis & putrefactionis causa: Cessante ergo causa, cessare debuit effectus.

¶Quinto, quia sanctus Thomas super 4. sententiarum. dist. 12. q. 1. arti. 3. assertiue dicit, eam assumptam esse cũ corpore, & anima.

¶Sexto, quia aliqui tãtum demeruerunt, quòd in infernum descenderunt: sicut, Dathan & Abyron Numeri. 16. Ergo aliquis potuit tantum mereri, q̃ in cœlum in corpore & anima ascendere posset: cũ Deus pronior sit ad misericordiam, quàm ad uindictam: sed hoc maximè uidetur matri Dei conuenire: ergo, &c. Prędictis ergo historia, & rationibus, ostensum est quomodo Maria in diebus illis abijt in montana, Lucæ 1.

25 ¶Vndecimã (in corona) habuit stellam: quando in eminẽtiori loco in cœlo collocata fuit, super omnes Angelos, & sanctos, quando de illa uerificatum fuit, quod de Matre, quondam dicebatur Salomonis. (3. Reg. 2.) Positus est thronus matris eius, q̃ sedebat ad dexteram eius. Quę quidem auctoritas, sicut figuratiue de matre Dei dicta fuit: Ita hodie. i. in die assumptionis, de illa impletum fuit, quãdo in throno, iuxta regem filium suum collocata fuit, & in tantum gloria dotata fuit, quòd etiam ipsi Angeli, quasi de eius gloria mirantes, leguntur dixisse illud. (Cant. 6.) Quę est ista, quę progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa, ut soli, terribilis ut castrorum acies ordinata. Et illud. (Cãt. 8.) quę est ista, quę ascendit de deserto, delitijs affluẽs, & innixa super dilectum (id est) super filium suum, per cuius potentiam, & ad cuius gloriam, dum ascendit, ei innixa dicitur.

26 ¶Duodecimam (in corona) habuit stellam, quãdo regia seu Imperiali data ei potestate, fuit facta regina, & imperatrix ad ordinandum, & pręcipiendũ, & suam uoluntatem in omnibus habẽdam, tam in cœlo, quàm in terra & etiã quantum ad malignos spiritus, qui etiã eius obediunt imperio, pro tanto, quòd ipsa illorum resistit malitię, ne seruis suis tantum noceant, quantum uellent nocere: Sicut patet per miraculũ quod Exemplum.

de ea

&ea legitur de quodam pictore, qui pingere solebat diabolū in forma turpissima, & sanctam Mariam in forma pulcherrima. Cui diabolus de hoc offensus semel sibi apparens dixit, quòd nisi de hoc cessaret, ei faceret vnam uerecūdiam, seu damnum: Ipso ergo minas eius non timente, cum vna die, in altū ascenderet, ad artem suam exercēdam, diabolus assem cui innitebatur, deiecit, ut de alto cadens collum frangeret: Qui cum per quandam sanctam Mariæ caderet imaginem, miraculosę imago manum suam extendit, & eū tenuit, & à ruina saluauit: Ex quo facto apparet, quòd potestatem habet resistēdi inimicis, & saluandi amicos mater Iesu Maria. Matth.1. Iesu (inquit) q coronauit te in misericordia: in Psal. 102. Qui te ĩ die assumptionis uocauit, dicēs, ueni coronaberis. Canti.4. In quo die data est corona. Apocal.6. In qua modis prędictis in perpetuum coronata triūphat. Sapien. 4. Hęc ergo Maria illa ciuitas est. Apoc.21.) prędictis duodecim fundamentis fundata, & prędictis duodecim margaritis, seu lapidibus preciosis ornata habens portas duodecim, quarū aliquę respiciunt ad orientem, aliquæ ad occidentem, aliquæ ad austrum, aliquę ad aquilonem, quia ad omniū hominū nationes eius misericordia aperta est, omnibusq; quātum in ea est, gratiam suam dirigit, & nomina 12. tribuū filiorum Israel scripta sunt in portis, quia omnium nationum memoriam habet adiuuandum, quia hęc mulier illa sapiens est de thecua, quę in die assumptionis ingressa est ad regem Dauid, ad interpellandum eum pro Absalon filio suo. (2 Regum 14.) id est pro peccatoribus: Propter hoc enim ueniet ad domum Mariæ. Actuum 12. id est ad cœlum.

Artic.3. ¶Ex hac ultima eius conditione tertius elicitur articulus quia ex hoc, quòd oleū misericordię in ea copiose pro omnibus dispositis inuenitur, uocatur oliua speciosa in campis. Ecclesi.24.

27 ¶Quia sicut per fructum oliuę. i. oleūm, reges & sacerdotes, & baptizādi iniunguntur, ut fiant apti ad regnandum, & Deo ministrādum: Ita per opera misericordiæ, quæ copiose in sancta Maria inueniuntur, disponūtur homines ad regnandum cum Deo. Matt. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Exēplū.

¶Misericordes ergo bene per oleum figurātur, quia sicut oleum aquę mixtū supernatat, & super aqua statim ascendit: sic misericordes in morte sup omnium tribulationum, uel pœnarum aquas usque ad cœlum ascendunt. Si tātum Christum sequantur ascendendo per crucem pœnitentiæ in montē oliueti, sicut Christus ascendit, & matrem eius per uiam mundiciæ, & misericordiæ illā uidelicet oliuā uberē pulchrā fructiferā sicut patet. E.3.3. & M.9.14. Sponsam uocauit dominus nomē eius ad uocem loquelæ grandis. i. ad salutātionem angelicam exarsit in ea ignis. Hiere.11. Exemplum.

¶Secundo ex hoc odorem in se habuit, non solū misericordię, sed & omnium aliarum uirtutum contra fœtorē, & corruptionem totius mundi, in quo omnis caro corruperat uiam suam: in Psal. In quo corrupti, & abominabiles facti sunt, &c Dr Eccle.24. Quasi plantatio rose in Hierico, id est in hoc mūdo corrupto.

¶Tertio ex hoc, quòd solem iustitiæ seu diuinitatis, & lunam humanitatis, & stellas uirtutum in se continet, uocatur firmamentum seu cœlum, de quo Esa. ulti. Cœlū mihi sedes est. Nota uirtutem eius in loquendo Lu.5.29.

¶Et ex talibus diuersis comparationibus, & rerum, quibus comparatur, proprietatibus, diuersa ad eius commēdationem possunt accipi themata, & prædicationis materiæ. Artic.4. 28

¶Quia ex hoc, quòd in annunciatione, seu incarnatione in ea quasi in cœlo de nouo inhabitare incepit. i nouo mō nostrā naturā in ea sumendo, potest de ea dici illud. (Apoca. 21.) Vidi cœlum nouum, & terram nouam. Non

illam terram, quæ maledicta fuit i. natura corruptam, quæ spinas produxit, & tribulos uitiorum. Sed terra illā benedictam, de qua prophetatum fuit in Psal. 84. Terra nostra dabit fructum suum, panē scilicet illum benedictū. i. carnem & sanguinem, quæ in altari sumuntur.

¶Eadem de causa potest dici ciuitas noua, de qua Apoca. 21. Ciuitatem nouam sanctam Hierusalem uidi. Et illud (Matth. 19.) Venit in sanctam ciuitatem: Quod etiam de eius assumptione dici potest. Ecclesia. 24. In ciuitate sanctificata requieui. Vide materiam. C. 4. per totum & specialiter. G. 1. 25.

¶Item in annunciatione eius illud. (2. Paral. 6.) Elegi Hierusalem, ut sit nomen meum in ea: Et Deut. 6. Elegit dominus ut habitet nomen eius ibi. Et illud. (Actuum. 12.) Venit ad domum Mariæ: Et illud (Psal. 131.) Hæc requies mea in seculū seculi, hic habitabo, &c.

Exemplum. ¶Hæc nanque auctoritas pro tanto de Deo incarnato dici potest, quia fuit de eo quodammodo in hoc casu, sicut de artifice, uel mercenario, qui terram non habens mansionē sibi quærit, terram uel ciuitatem uel uillam uel societatem ubi commodius habitare poterit, & diu quęrens, & fortunam non inueniens, optatam si finaliter inuenerit, qđ quæsiuit cum gaudio dicit, hæc requies mea, &c.

29 ¶Sic filius Dei uolens in aliquo loco, & de aliqua muliere naturam nostram assumere, & nobiscum morari, à principio mundi nullam inuenit pro hospitio dignam, quia omnes peccato originali, uel actuali uel utroque infectæ erant: Et tandem uero in fine mundi hanc mundissimam inueniens uirginem, in qua nullum erat peccatum, uel originalem, uel actuale, tanquàm gaudens de fortuna optata inuenta dicere potuit, hæc requies mea, &c. Qui etiam eadem de causa dicere potuit illud. Ecclesi. 24. In omnibus requiem quæsiui, scilicet in lege naturæ, in lege Moysi, in omnibus sacrificijs, & oblationibus ueteris legis, & non inueni, quem diligit anima mea: Cant. 3. Tandem in fine, hanc gloriosam inueniens puellam, dicere potuit, quod sequitur. in hæreditate domini morabor. i. in hac uirgine, per quam hęreditas domini, prius perdita recuperata fuit, & non in alia. quia nec de alia, sed de illa sola prędictum fuit per prophetam, quòd in illa requiesceret. Isa. 25. Requiescet manus domini in monte isto.

¶Et eadē prædicta uerba, quæ Deus dicere potuit in sua humanatione, mater eius dicere potuit in sua assumptione dicendo. Hæc requies, &c. Et in omnibus requiem quæsiui. i. quia ipsa cōditionem in hoc habuit peregrini, qui quantumcunque per pulchras transeat regiones, uel ciuitates, nunquàm tamē reputat se quietum, donec ad patriam redeat, sed semper festinat usque illuc ueniat: quo cum peruenerit, dicere poterit. Hæc requies, &c. Exemplum.

¶Sic ergo Maria, cui chorus angelorum eam in die assumptionis ad patriā suam deducendo, dicere potuit illud. (Hiere. 31.) Reuertere uirgo Israel ad ciuitates tuas. In quibus inuenies requiem. Eccle. 6. dicens. Inueni requiem mihi. Ecclesia. 11.

¶Et sic ciuitatem fortium ascendit. Prouerb. 21. De quo nota. C. 4. 21. Sic assumptum est in gloria. 1. ad Thim. 3.

¶Et merito requiē inuenire debuit: quia cum Martha, & Maria prius corporaliter laborabat, & spiritualiter, immo utrisque plus circa illum sollicitabatur, tam ipsi ministrando & hospitādo, quàm etiam ipsum audiendo: Plus 30
namque Maria mater Christi circa ipsum laborauerat, quàm Martha: Et plus circa eius frequētabatur ministerium, & sæpius illum hospitio receperat, quia Martha ipsum hospitio recepit prędicantem, & tunc ei aliquando ministrabat, quando in Hierusalem, uel alijs locis uicinis prædicauerat. Cuius quidem hospitalitas, uel ministratio quadriennij tempus non attigit, quia nec tanto prędicauit tempore.

¶Maria

¶Maria vero mater eius, ipsum non solum in corporis sui recepit hospitio, in quo Marthę excessit hospitalitatem, quia familiarius, & propinquius fuit hospitiũ corporis, quàm domus exterioris. Sed etiam ipsum hospitio recepit infantem, & secundùm conditionẽ naturæ humanæ impotentem, eique tunc continuè ministrabat, quando secundùm humanitatis fragilitatem seipsum iuuare non poterat; Et non solum triennio, uel quadriennio, circa ipsius frequentabatur ministerium, sed toto tempore iuuentutis suæ, etiã post annum ætatis suæ duodecimum, quia & post ætatem illam, de illo dicitur. (Lucæ 2.) Descendit cum eis in Nazareth, & erat subditus illis.

31 ¶Hęc etiam Maria mater eius sępius ipsum audiuerat, quàm Maria Magdalena.

¶Si ergo tibi Marthę hospita Christi dedit Christus hospitium cęli, & requiem post labores tuos. Ergo à fortiori ratione, O Maria hospita Christi, & Christianorum, requiem dedit tibi dominus à labore tuo. Isa. 14. Quia diutius, & plus laborabas. Et si Dauid, per quem Christus in sacra Scriptura intelligitur, cum omni Israel deducebat arcam testamenti in ciuitatem, & domum suam cum lętitia magna (sicut patet. 2. Reg. 6.) Dauid & omnis Israel deducebant arcam testamenti domini in iubilo, quia in ea fuerunt hospitata virga Aaron, & manna, & Deut. liber, quanto magis illa actoritas de Dauid nostro. i. Christo & Angelis suis ducentibus arcam suam propriam in die Assumptionis dici potuit, in qua ipsemet Deus hospitatus fuit. Merito ergo in illius persona loquens Psalm. 72. Cum gloria suscepisti me.

¶Et si de Maria Magdalena dictum fuit, Maria optimam elegit partem. (Lucæ 10.) quia ipsa eum audiebat, à fortiori ratione, hoc de Maria matre eius dici potest, quæ ipsum sępius audiebat, quæ optimã partẽ elegit, quę nõ aufertur ab ea, in Annunciatione, & informatione angelica, quando dixit. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundùm verbum tuum. Quæ iterum optimam partẽ elegit, quãdo puero in obsequijs inseparabiliter adhæsit, quia inuenerũt puerum cum Maria matre eius Mat. 2. Et etiam in passione usque ad eius mortem, quia stabat iuxta Crucẽ Iesu mater eius. Ioã. 19. Post etiam mortẽ filij eius adhuc in terra posita, optimam partem elegit, in hoc ꝙ in orationibus suis, & sanctis operibus usque ad Assumptionem eius cum discipulis fortiter perseuerabat, quia erant, scilicet discipuli in oratione cũ mulieribus, & Maria mater Iesu. Actuum 1.

¶Quæ ergo totiẽs immo semper an- 32
te trãsitum suum, de hoc mundo optimam elegerat partẽ, merito in illo suo de hoc mundo transitu, optimã eligere debuit partem. i. gloriã, q̃ nunquàm auferetur ab ea. Non ergo immerito, & sine causa euangelium de Martha, & Maria, in Assumptione legitur Mariæ, qa (sicut ex dictis patet) tã bona opera, propter q̃ Martha & Maria in illo euãgelio comendatur, quàm etiã illorum operum æterna merces, quæ in die Assumptionis ei dabatur, multo excellentius, & nobiliori ratione isti Mariæ matri Dei, quàm illis conueniebat. Et sic quæ de Martha & Maria dicuntur ad literam, de matre Dei dicuntur quantũ ad intellectũ spiritualem. Nec mirum, ꝙ de eius Assumptione specialem non faciunt euãgelistæ mentionẽ, quia ante eius assumptionẽ euangelia scripserũt.

¶Nota de prædicta materia. i. ꝓ quibus operibus habebitur requies, & Assumptio ad gloriã post mortem. L. 1. 6.

¶Huius ergo virginis & prædictarũ Marthæ & Mariæ sequentes exempla, & opera festinemus ingredi in illam requiem. Heb. 4.

¶De eius uero Conceptione, & Natiuitate dici potest illud Isa. 5. Vinea facta est dilecto, illi videlicet, de quo. (Matth. 3.) Hic est filius meus dilectus. Nota ab hoc capitulum de dilectione.

¶Ad idẽ, Gen. 2. Faciam⁹ ei adiutoriũ.

Et

Et in Psal.131. Paraui lucernam Christo meo. Et Isa.25. Requiescet manus domini in monte isto.

33 ¶De eius uero cōceptione, annunciatione, & natiuitate dici potest illud. (Apoca 21.) Ecce tabernaculum Dei cum hominibus. Vide ad hoc capitulum de hominibus. H. 1.

¶In die nāque conceptionis & sanctificationis eius, quę statim facta fuit vinea dilecto & tabernaculum Dei factum, & sanctificatum fuit, quia illo die sanctificauit tabernaculum suum altissimus: Ad hoc nota capitulum dedicationis & sanctificationis, & mundationis.

¶Quia festum illud potius sanctificationis, quàm cōceptionis dici debet, quia solennitas ad punctum sanctificationis, & non conceptionis, quia cōcepta fuit in originali peccato, referri debet.

¶In annunciatione uero eius dici potest illud. (1.Reg.17.) Misit manum suam in peram.

¶Per manum enim Dei, uel ecclesię frequenter in sacra scriptura intelligitur Dei filius Iesus Christus. Sicut in vno patet exemplo per auctoritatem. Isa.25. Requiescet manus domini in monte isto: Cuius vna causa est, quia sicut manus specialius operatur opera totius corporis, quàm aliud membrū. Ita omnia opera Dei, & salutis totius ecclesię, specialiori quadam prærogatiua, & appropriatione filio Dei attribuuntur, qui operatus est salutem in medio terrę: Psal.9.

¶Sicut ergo Dauid uadens cōtra Goliam pro defensione populi manū misit in peram: de qua pera extracta, & in funda posita Goliam deiecit & populū liberauit. Sic Deus uolens bellare contra diabolum populumq; suū de eius liberare seruitute, Manum suam .i. filiū suum in incarnatione misit in peram uirginis Mariæ, qui inde extractus & in funda crucis positus, Goliam i. diabolum deiecit, & populum suum liberauit? Vel potest qui uoluerit fundam, in quam lapidem misit, uterum accipere beatæ Virginis.

¶De eadem etiam annūciatione dici potest illud. Lu.10. Intrauit Iesus in quoddam castellum, cuius cornelli patēt supra e.1.c.artic.2. Nota de hac materia. A.33.12 & N.1.1. 34

¶In assumptione, Vocata, ingressa est ad eum 4.Reg.4. Item uenit ad eum. Io. 6.

¶In natiuitate uero ipsius, in purgatione, & assumptione potest dici illud. Canti.6. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, huius autem natiuitas ideo aurora dici potest, quia sicut aurorę ostensio, parum solis præcedit ostensionem: ita huius natiuitas parum respectiuæ Christi pręcessit natiuilatem. Aurora.

¶Secundo, quia sicut aurora finis est, in quo nox finitur pręcedens, & principium, in quo dies incipit sequens. Ita in hac finis fuit vmbræ legis iudaicę & initium diei gratiæ, pro tāto, quòd ipsum in se habebat, qui est alpha, & o. (Apoca.21.) finis uidelicet vnius legis, & principium alterius.

¶Itē de natiuitate eius. Numeri.24. Orietur stella ex Iacob.

¶In festo etiam purificationis quasi aurora ad templum processit, quia sicut desolatis de nocte prolixitate uel diē multum desiderantibus uel infirmis, qui communiter de die melius habent, quàm de nocte, uel etiam per deuium ambulantibus, & uolucribus cœli aurora est lętitię nuncius. Ita aduentus eius ad templum se habuit ad Symeonem, & Annam, & alios iustos, qui expectabant redemptionem Israel: In festo etiam assumptionis, quasi aurora surrexit, quia noctem pręsentis seculi finiuit, & diem incepit habere æternitatis. Exemplum

¶De omnibus uero istis tribus festis simul dici potest, quia sicut in ostensione aurorę, uolucrum cęli incipit iocūditas, ipsi nanque statim cantare incipiunt: & ex tunc etiam boni operarij, qui lumen affectant ut operentur, ad Exemplum.

opera-

operatione suam se disponunt, & progrediuntur, vulpes uero, & lupi, & aliæ malæ bestiæ, & omnes operarij iniquitatis, sicut latrones & huiusmodi, qui lumen in operibus suis fugiunt, latibula sua tunc quęrunt, & de luminis aduentu tristantur: Sic boni qui ad modũ auium cęlestium, audita istius uirginis conceptione, uel natiuitate, uel annũciatione, uel quacunque eius gratia, uel solennitate lętificantur, & Deo in eius solennitate laudes referunt, & ad occupationem spiritualium procedũt operum, sicut patet de Symeone, qui uisa hac aurora in laudem prorupit saluatoris dicens, Nunc dimittis seruũ tuũ, &c. Et de omni alio iusto, de quo dicit Ps. 96. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia: Perfidi uero Iudæi, & saraceni, & hęretici lumen istud fugientes infidelitatis suæ latebras quærẽtes de istius luminis aspectu, uel auditu tristantur, quia oculis ęgris, &c.

¶ In purificatione uero ipsius dici potest. Tolle filium tuum, quem diligis, & offeres eum. Gen. 22.

¶ In annunciatione. Ad uocem loquelę grãdis exarsit in ea ignis. Hier. 11.

¶ Assumptionis in festo dici potest. Ascendit de deserto. Canti. 8.

35 ¶ In omnibus festis eius, Inueni, quẽ diligit anima mea. Canti. 3.

¶ In festo nanque sanctificationis, quod vulgariter festum uocatur conceptionis, Maria inuenit Deum ipsam in matris utero sanctificantem.

¶ Inuenit Deum in annunciatione de ipsa carnem assumentem.

¶ In assumptione. Inuenit Deum: ipsam glorificantem.

¶ In natiuitate uero ipsius Mundus inuenit solem ipsum clarificantem.

¶ In purificatione uerò Symeon inuenit puerum ipsum lętificantem: Dicat ergo Maria, dicat mundus, dicat Symeon, Inueni, quem diligit anima mea: In quo tria relucent. Gloriosę dedicationis, seu benedictionis, uel incarnationis, uel assumptionis, uel illuminationis, uel lętificationis expressio, seu ostensio inueni: Gratiosę operationis impletio diligit.

¶ Virtuosę naturę conditio, anima. Dicatur igitur. Inueni tripliciter, corde, credulitate, sensuum perceptione, uisu, uel auditu operis, seu miraculorũ, uel scripturarum ostensione, quem *diligit*, quia nihil delectabilius, *uel utilius*, nihil iustius, anima *mea donis naturalibus* potenter dotata, à peccatis omnibus mundata, gratijs & uirtutibus excellenter ornata.

¶ Dicat nõ solum Maria, uel Symeõ, sed quiscunq; iustus, qui prædicto modo animam habet dispositam, qui inuenit puerum cum Maria matre eius: Et inuenerunt (inquit) puerum cum Maria matre eius. Matth. 2. Inuenit (inquit) quem diligit anima mea. Anima (inquit) mea potenter donis naturalibus dotata inuenit corde credulitate, quem diligere nihil delectabilius.

¶ Secundo anima mea à peccatis diligenter mundata, inuenit sensuũ perceptione, quem diligere nihil utilius.

¶ Tertio anima mea gratijs naturalibus excellenter ornata, inuenit operũ ostẽsione, quem diligere nihil iustius.

¶ Quantum uero ad quintum articulum, ut sciatur quomodo computatio genealogię Ioseph ad computationem pertinet ad genealogiæ Mariæ. Quomodo etiam Elisabeth conata est Mariæ: Est aduertendum, quòd (sicut ex scriptura natiuitatis sanctæ Mariæ colligitur) Maria & Ioseph fuerunt in tertio, & quarto cõsãguinitatis gradu, qa Melchi & Pãter fuerũt fr̃es, de Melchi uero uenit Iacob, de quo uenit Ioseph, de Pãter uero uenit Parpãter, de quo uenit Ioachĩ, de quo uenit Maria. Artic. 5. 36

¶ Maria uero & Elisabeth fuerunt in secundo consanguinitatis gradu, qa Anna, & Ismaria fuerunt sorores, & de Anna nata est Maria mater Dñi, de Ismaria nata est Elisabeth mater Ioãnis Baptistæ: anna tres habuit uiros Ioachim, & ex isto habuit Mariam despõsatam Ioseph matrem Dei: Cleopham, & ex isto habuit Mariam desponsatam

Alpheo,

Alpheo, de quo peperit Symonem & Iudam, & Iacobum minorem fratrem domini, & Ioseph iustum: Salome, & ex iusto habuit Mariam desponsatam Zebedeo; de quo peperit Ioannẽ Euangelistam, & Iacobum.

¶ Matrimonium. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij amplitudo, atque præstantia inter cætera sacramenta hinc clarè dignoscitur, quia à Deo in Paradiso ante cætera sacramenta institutum, ac inceptum fuit:*

2 *Ab infidelium indiæ mulierum exemplo edocemur, quòd coniuges fideles summo se amore prosequi debent.*

3 *Connubium profectò singulare, mirificumque, atque eximium est; illi tamen virginitatem atque viduitatem, tùm ob maiorem mercedem, tùm ob innumera damna, insanasque calamitates quæ coniugibus vtplurimum euenire in dies solent; præstare, ac præferri intrepidè asserimus.*

4 *Aerumnas Matrimonij, tùm quoad virum, tùm quoad uxorem plurimas emanare, coniuges ipsi maxime experiuntur.*

Coniuges ab his quatuor potissimis conditionibus angi, & discruciari etiam atque etiam assuescunt.

5 *Fecunditate, sterilitate, pulchritudine, ac deformitate.*

Diuitiæ insuper, & paupertas vxorem valde solicitam, ac morosam efficiunt.

6 *Exemplis quibusdam non rudibus in Matrimonio Coniugum repugnantiam fore, vxorumque voluntatem virorum votis potissimum aduersari, ac reluctari, prædemonstratur:*

7 *Hi nefarij viri, qui tùm contra verum Connubij propositum atq; institutum, tùm contra sancta ecclesiæ iura vxorem ducere audent, tergeminum pœnarum genus persoluere debent.*

Quarum prima excommunicatio est;

Secunda supplicium æternum.

Tertia vero pœna temporaria fuerit;

Qua quidem pœna variè, atque multifariè ideo improbi Mariti hac in vita afficiendi sunt.

Quia victi specie coniugalis voluptatis, se tradunt varijs, ac multimodis sceleribus, & libidinibus constringendos.

8 *Sicut trifariam præsertim Matrimonio Coniuges abutentes sceleratè agunt. Ita tripliciter in ipsos animaduertit Deus.*

Primum qui vxorem duntaxat ducunt explendæ immodicæ libidinis causa, Prolis priuatione, non immerito puniuntur.

Qui deinde illam accipiunt, non vt Deo bonos filios procreare, sed vt satis opibus, illas die noctuque coaceruantes, ualere possint.

9 *His, qui maximopere admirantur uidentes quamplures diuites, ac nobiles optata prole misere carere; uberrimè satis fit, & num. 10.*

11 *Secundo, qui coniugem accipiunt non vt filios Deo bonos procreare, sed vt satis opibus, illas die noctuque coaceruantes, valere possint; bonis omnibus, tùm temporarijs, tùm æternis abdicari merito debent.*

12 *Tertio demum, qui coniugio abutuntur, pœnam hanc perpetuo cordis dolore, & corporali nece luere debent.*

13 *Quòd pœna hac temporali Coniuges male nubentes, coniugioque abutentes plectantur, binis exemplis patet.*

Atrimonij; Primo ostenditur dignitatis excellentia. Secundo, qualem requirit fidelitatis dilectionem. Tertio ostendetur, ꝙ licet matrimonij sacramentum in se dignũ, & magnum sit; tamen mundicia virginalis, & continentia ei præferuntur. Quarto illorum, qui mala intentione vel

vel contra iura matrimonialiter copulantur, pena ostendetur, & periculum.

Ar.1. ¶Quantum ad primum, dignitas istius sacramenti, ex hoc ostenditur, quod inter omnia sacramenta fuit prius, & in solemniori loco.i.in paradiso à Deo

1 institutum. Ex quo patet, quod ultra alia sacramenta loci, & prioritatis habet praeeminentiam, quę duo proculdubio ipsum Deum multum charum reddũt, quando recta intentione contrahitur, & munde custoditur.

¶Recta intentio esse debet; quod contrahatur cum intẽtione prolis procreãdæ, ad Dei seruitium, in terra augmentandum, & angelicam ruinam in cęlo restaurandum. Munde custoditur, quando sic utuntur matrimonio, quia omnis refrenatur libido. Et sicut cum istis conditionibus matrimonij legem custodientes, sunt Deo chari, ita sine his offenditur his, qui in matrimonio iuncti sunt.1.Cor.7.

Ar.2. ¶Propter vero prædictas conditio-

2 nes, ad hoc quod sit Deo charum, magna in matrimonio requiritur fidelitas, & dilectio, ad quæ in matrimonio præcipuè habenda Christianorũ, eos mouere debent infidelium exempla. Quoniam (ut ait Hugo.li.2. de sacramentis: parte 11.cap.7.) Quantum uituperandi sunt Christiani inter se in matrimonio suo infideles, perfecto ostenditur infi-

Exẽplũ. delium. Exemplo de quibus narrat Solinus.li.10.cap.6. Et Tullius lib.5. Tusculanarum quæstionum. Mulieres in India in certamine eueniunt, quæ cum marito sepeliri debeat (plures enim vni esse solent) & quam plurimum ille dilexerat, læta ut uictrix à prosequentibus suis, una cum uiro in rogum imponitur, alia uero mesta discedit. Ecce qualiter amabat eum usque ad mortẽ inclusiue. Et si tanta est fidelitas, & dilectio inter infideles, quorum dilectio cum ista uita finitur, maior esse deberet inter fideles, quorum dilectio hic incipit, & in cęlo augmentatur. Ergo illi maxime omnia prędicta habere deberent intentionem videlicet munditiam, & fidelitatem. Exemplo Thobiæ, de quo habetur. (Thob.8.) quod vxori copulatus cum prima nocte ad cameram uenisset, uxorem docuit, dicens: Sara exurge, & oremus dominum hodie, & cras, & secundo cras, quia istis tribus noctibus iungemur Deo, filij enim sanctorum sumus, & non possumus ita coniungi, sicut & gentes quæ ignorant Deum. Et ad Deum in oratione sermonem dirigens adiecit, dicens, Tu scis, quia non luxuriæ causa accipio sororem meam, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in sęcula sęculorum.

¶Licet in statu matrimonij prædictas conditiones habentes copulati, saluari possunt, quia (secundùm beatum Greg.) status matrimonij per ciuitatem illam segor. (Gen 19.) significatur, quia sicut illa media quodammodo fuit inter Sodomam, de qua Loth Dei præcepto exire debuit, & montem, ad quem ascendere (ut dicebat) non ualuit. Ita status matrimonij mediũ est inter desideria carnalia inordinata, de quibus fugere tenentur omnes, & montẽ continentiæ, seu castitatis, ad quem qui ascendere ex vecordia non potest, saluet se in segor.i.in matrimonio. Et hoc est quod ait Apostolus.1.Cor.7. Si non continent, nubant: Melius est enim nubere, quàm vri, &c. Arti.3 3

¶Licet insuper matrimonij sacramẽtum magni sit meriti in uita, & mercedis in patria, utpote cui tricesimus debetur fructus; Castitas tamen uidualis, cui fructus debetur sexagesimus. Et cõtinentia uirginalis, cui fructus debetur centesimus, maioris sunt meriti, & mercedis, maioremque corporis continent quietem, & cordis libertatem.

¶Quod vt melius appareat, ostendenda sunt incõmoda, & seruitutes, quæ aliquotiens matrimonium cõsequuntur, à quibus continentes absoluuntur.

¶Hęc aũt incõmoda, & tedia quãdoque contingunt propter fortunas cõtingentes, ex parte viri; quandoque propter fortunas cõtingentes ex parte mulieris.

¶Ex

¶Ex parte uiri, unam de duabus cõtingere necesse est, fortunam bonam, scilicet, vel malam. Bonam, vtpota quia diues est, & fortis, & gratiosus, & in omnibus vxori suæ placens. Malam vtpota in omnibus cõditiones habens contrarias, quarum utraque ab uxore mentis aufert quietem.

¶Prima, quia ei duplicem incutit timorem. Vnum de infortunio, quia quandocunque absens est, timet uxor, ne infortunium ei accidat, & de eius reditu prospero magnam corde habet sollicitudinem. Alium de morte, quia talis uxor timet, ne maritus per mortē ab ea subtrahatur.

Exemplum. ¶Propter prædictas causas fert quādam nobilem uiduam omnes eam ad matrimonium sollicitantes repulisse, dicens, nullum iterum uolo maritum, quia si bonum habuero, sicut alius fuit, timebo ne illum amittam, sicut alium amisit, si malus fuerit, tediosum erit mihi cum eo uiuere. Et per hoc mota consilium secuta fuit Pauli, dicētis, dico autem non nuptis, & viduis, bonum esse illis, si sic permaneant, sicut & ego. 1. Corin. 7.

4 ¶Ex parte vxoris tedia contingere possunt, non solum propter causas prędictas de viro, quæ etiam de uxore dici possent, sed etiam propter euentum, qui quandoque contingit in natura, quandoque in exteriori fortuna, quandoque in interiori uoluntate, & peruersis moribus.

¶Primus euentus conditionem respicit corporis, ut communiter quantum ad aliquam de quatuor conditionibus, quia uel secunda est, uel sterilis, pulchra, uel turpis, quarum quęlibet, vt frequenter, matrimonium reddit onerosum, uel periculosum.

¶Quia si pauper sit, & uxorem habeat magnam prolem parientem, non habet, unde eos nutriat, & secundùm antiquum prouerbium tediosum est magnam habere prolem, & modicum panem. Si uero diues, sit magnam de prole ditanda uel promouenda habet sollicitudinem, ex qua sollicitudine frequenter auari, & tyranni fiunt, & propriarum animarum perditores.

¶Si vero sterilem habeat vxorem, tristatur eo, q̄ hæredem post se non derelinquet, tamen ista secunda fortuna de sterilitate minus periculosa est, quantū ad animam propriam, & tolerabilior quantum ad subditos, sicut patet per exemplum. D. 12. 21.

¶Si vero pulchra sit, ut frequenter uana est & sumptuosa in ornatu, & clamorosa, & tediosa, nisi sumptus habeat pro ornatu optato, & aliquotiens luxuriosa, tum quia à multis desideratur, tū quia cupida est, & libenter munera à libidinosis oblata recipit, cum quibus ornamenta emat, pro quibus emendis sumptus non sufficiunt à marito dati, talem ergo difficile erit custodire. 5

¶Si uero deformis sit, eius societas grauis erit. Propter istas causas respondit Theofrastus Philosophus, vel Aureolus secundùm aliquos (sicut recitat Hieronymus in epistola contra Iouinianum) dicens, Nec pulchram uolo nec turpem; Non pulchram, quia difficile erit custodire, quod amant omnes. Non turpem, quia molestum est possidere, quod nemo dignatur habere. Exemplum.

¶Secundus euentus conditionē respicit diuitiarum uel paupertatū, quarū utraque conditionē uxoris reddit onerosam, sicut patet ex auctoritate Theophrasti philosophi, dicentis, Pauperē inquit uxorem alere est difficile, diuitem uero ferre est tormentum. Tales nanque elationes esse solebant maritis, quia sibi diuitias, quas per illas habent, improperari atque sub hoc prætextu eis dominari solent. Exemplum.

¶Tertius euentus conditionem morum respicit, & uoluntatum, in quibus s̄m consuetudinem mulierum, quę cōditionem naturæ tortæ & contrariæ costæ, de qua factæ sunt sequuntur, frequenter inuenitur contrarietas, quam quidem cōtrarietatem quidam in vxore sua expertus fertur ipsam submersam contra aquæ cursum quæsiuisse. 6 Exemplum.

¶Alius

Exemplum. Alius uero idem in sua vxore expertus, fertur ipsam decepisse sua propria cõtrarietate, qua semper eius præceptis contrariari solebat, unde deuillans nihil aliud ei præcepisse fertur, nisi ꝙ perticam quandam in camera putridam non ascenderet, quod ideo præcepit, quia sciuit ipsam contrarium esse facturam, quia sciebat ipsam de illorum esse conditione, qui semper cõtrarium faciunt in illo, quod præcipitur. Marito ergo deuillante, ipsam perticam ascendens cum Symone Mago fractis tibijs cecidit.

¶Ex prædictis ueritas patet verbi discipulorum dicentium, Si ista est causa hominis cum uxore sua, non expedit nubere. Matth. 19. Et verbi Apostoli dicentis, Solutus es ab uxore, noli quare re uxorem. 1. Corin. 7. Quia qui sine uxore est, cogitat quæ sunt domini, quomodo placeat domino. Qui autem cum uxore est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori. 1. Corinth. 7.

Ar. 4. 7 ¶Illorum uero, qui contra intentionem tactam in primo articulo, uel contra iura, contrahunt ecclesiastici, præter excommunicationis pœnam (de qua dictum est A. 7. 14.) & præter pœnã, quam in alio patientur sæculo, multiplex est eis pœna debita temporalis. Pro quo est sciendum, ꝙ iuste tot portabunt pœnas, quot in copulationis affectu, uel coniugij abusu peccata committunt, & delicta, ut secundùm mensuram delicti sit & plagarum modus. Deut. 25. In copulationis vero affectu primo erratur ex hoc, ꝙ ad matrimonium copulandum affectus plus trahitur causa mali desiderij, seu libidinis suæ explendæ.

¶Secundo erratur, eo ꝙ ad hoc trahitur potius propter diuitias congregandas, quàm propter prolem ad Dei honorem procreandum. Et quòd vterque error frequenter contingat, ex verbis patet Hugo. de Sancto Victore scribentis ad quendam nobilem nubere uolentem. Ducuntur (inquit) hodie vxores non causa fornicationis uitãdæ, sed causa luxuriæ explendæ, non causa prolis, sed pecuniæ. Et habendo respectum ad istam secundam causam sapienter respondit (secundùm prędictũ Hugonem, Martia filia Catonis minoris, à qua cum quæreretur, cur post amissum uirum non nuberet, respondit se non inuenire, qui se magis uellet quàm sua. Exemplum.

¶Tertio in usu coniugij delinquunt, qui matrimonio utuntur more illorũ, de quibus dicit Angelus. (Thob. 6.) Hi qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se suaq; mente excludant, & suæ libidini ita uacant, sicut equus & mulus in quibus non est intellectus, habet potestatem super eos dæmonium.

¶Ex ista triplici culpa triplicem merentur pœnam, propter omnes nanque tres culpas acceptas coniunctim, ubi simul concurrunt, uel propter unam illarum diuisim acceptam, priuationem merentur prolis, propter secundam vero priuationem merentur bonorum tam temporalium, quàm æternorum, propter tres uero simul, uel propter unam illarum, quietem & pacem merentur amittere cordium, & damnum, seu mortem incurrere corporum.

¶Ad declarationem primæ pœnæ est aduertendum, ꝙ nonnulli mirantur, & plures grauantur, ꝙ multi matrimonialiter copulati prole carent, uel si prolem habeant, de ea non gaudent, quia cito moritur, vel quia nec morigerata, nec bene fortunata viuit. Nec admiratio ista ratione caret, quia ex quo istud est sacramentum à Deo ordinatum ad finem prolis procreandæ, sicut patet ex hoc quòd primis coniugibus in illorum copulatione dixit, Crescite & multiplicamini, &c. Et Deus potens sit omnia ab eo ordinata ad debitum deducere finem, non irrationabiliter mouentur, qui miratur, quòd Deus matrimonium ab eo ordinatum ad debitum non deducit finem, prolem dando bonam ad Dei honorem ordinatam:

¶Quibus respondetur, quòd [illegible] illorum

Illorum admiratio est rationabilis, habendo respectum ad matrimonij sacramentum, in quantum est à Deo ordinatum, ita est irrationabilis habendo respectum ad contrahentium intentionem, qui alium intendunt finē, quàm Deus intendat, quia si unum intenderent cum Deo opus & operis finem, mirabile esset, si operis frustrarentur mercede, sicut mirabile esset, ꝙ fidelis operarius, qui opus exequeretur secundùm modum & finem, prout à fideli conductore determinatum est, si mercede careret operis, immo hoc mirabilius esset in Deo, Tum quia (teste apostolo Ro. 13.) quæ sunt à Deo, ordinata sunt. Ordinata autem non essent, si sine debito & mercede carerent. Tum quia (Deut. 28.) Benedicuntur fructus ventris sui, qui in fideli matrimonio Dei mandata custodiunt. Tum quia non solum Thobiæ, sed illi similibus, Angelus ex parte promisit. (Thob. 6.) dicens. Tertia autem nocte transacta accipies virginē cum timore Dei amore filiorum magis, quàm libidinis ductus; ut in semine Abrahæ benedictionem in filijs consequeris.

Exemplum.

10 ¶Ex quibus omnibus patet, ꝙ si coniuges eundem, quem Deus intendit intenderent finem, & modo ab ipso ordinato hoc sacramento reuerenter uterentur mirabile, immo quasi irrationabile, & quasi impossibile uideretur, ꝙ sine debito, & prolis frustrarentur mercede. Sed habendo respectum, & uertendo intellectum ad finem libidinis, uel diuitiarum, quem intendunt, quem Deus nec intendit nec ordinat, habendo etiam respectum ad operis abusum, quem in matrimonio, exercent, qui Deo displicet, non est mirabile, ꝙ sine debito, & prolis frustrantur mercede. Sicut non est mirabile, quòd operarius mercede caret qui nec finem intendit nec opus exercet ad cōductoris uoluntatem. Immo sicut mirabilius esset, si conductor tali operario mercedem solueret, & nisi ei pęnas pro demeritis infligeret, maxime si subditus suus esset, cui pęnas pro demeritis infligeret, maxime si subditus suus esset, cui pęnas positiuas imponere posset. Ita mirabilius esset, si Deus talibus prolem daret fortunatam, quos pęnis multis non solum priuatiuis, sed etiam positiuis affligere potest. Sicut illos, qui multa mala eis illata plangunt. 1. Esd. 9. quia irrita fecerunt mandatum, & matrimonia, recordantes etiam quantam mercedis salutem eis dedisset, si mandata, & matrimonia tenuissent, dicunt. Dedisti nobis salutem, sicut est hodie, ut non conuerteremur, & irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia.

Exemplum.

11 ¶Pro secundæ pęnæ iusta ostensione sufficere uidetur, ꝙ ille, qui potius accipit filiam vnius tyranni vel vsurarij, vel cuiuscunque alterius mali perquisitoris, cum multis possessionibus uel denarijs male acquisitis, quàm filiam fidelis hominis cum paucis denarijs, vel ille, qui filiam uel mulierem sibi quouismodo attinentem, potius uni tali dat, quàm fideli. Diuitijs illis nō gaudeat ille, qui uxorem accipit, uel illa, quę maritum propter talem accipit cōditionem, quia sicut nec ipse, qui diuitias illas male possedit, illis diu huic, & nusquam in futuro gaudere poterat, ita nec illa, quæ ei propter diuitias illas sociatur, quia sicut socij in culpa, erunt socij in pęna. Ita participantes diuitias male acquisitas, participabunt pœnas eis debitas. Et sicut equus gibbosus vel morbosus in matrimonio datus, transit cum morbo suo ad generum. Ita possessio vel pecunia male acquisita trāsit cum vitio suo. Errant ergo, qui vxores accipiunt, cum malis diuitijs, uel qui vxores potius dant malis diuitibus, quàm bonis fidelibus, qui potius in viro malignam eligunt pecuniam, quàm solidam bonitatem, uel sapientiam.

Exemplum.

Ideo Themistocles philosophus (sicut recitat Valerius. lib. 7. cap. 2. & Tullius de officijs) consuluit cuidam quærenti ab eo consilium, utrum filiam suam nubilem potius daret diuiti insensato, vel pauperi sapienti, cum vterque illam peteret,

peteret, dicens; Malo (inquit) dare filiã meam uiro indigenti pecunia, quàm pecuniæ indigenti viro. Sicut ille plus voluit pro filia sua virum sine pecunia, quàm pecuniam sine uiro. Ita deberet quilibet Christianus plus uelle pro filia sua, uel cum uxore sua parum cum iustitia, & fidelitate, quàm diuitias peccatorum multas. Psal. 36. Qui ergo nubere uolunt, regulam teneant Apostoli dicentis Cui vult, nubat tantum in domino. 1 Cor. 7.

12 ¶ Ad declarationem uero tertiæ pœnæ male nubentibus, uel matrimonio male utentibus debitè, quotidiana videtur sufficere experientia, in qua uidemur, quod illi, qui propter pulchritudinem, uel uoluptatem, uel diuitias nubent, cito pacem amittunt cordium, & quietem corporum, & ad maxima odia, & discordias, & uerbera, & adulteria conuertuntur. Cuius causa est, quia quando propter diuitias contrahit, non fuit uerus amor, nec fortis in principio cõtractus, nisi forte parua scintilla, quæ faciliter extinguitur, qua extincta ad apertas conuertuntur inimicitias, & ipse, uel ipsa, qui propter diuitias accepit, quem diligere non potuit, alium quærit, quem diligere potest, relinquens uirum, & statuens hæredem ex alieno matrimonio. Eccl. 23. Et idem effectus processu temporis in his sequitur; qui ratione nubent pulchritudinis, quia causa illa infirmitate, uel infortunio, uel senectute cessante, cessat dilectio, & crescit inimicitia, uel saltẽ illi, qui si carnaliter afficiuntur, pulchriori visa suam cõtemnunt, & pulchriorem concupiscunt, contra præceptum Pauli (Ephesios 5.) Vnusquisque, inquit, uxorem suam diligat, sicut seipsum, uxor autem timeat uirum suum.

13 Exemplum uero pœnæ corporalis male nubentium, uel matrimonio abutentium, habemus tã in maritis, quàm in uxoribus, & prole. In maritis. (Thobiæ 6.) vbi Dæmon legitur septem viros occidisse, qui carnali affectu cum Sara cõtraxerunt, & libidinose ad eam egressi sunt; In vxoribus, & prole, in legenda Sancti Andreæ, ubi legitur de vxore quadam, quæ multum in pariendo laborat, ad cuius domum pro auxilio habẽdo ductus Andreas dixit, Merito hæc pateris, quia male nupsisti. Ipsa uero pœnitente liberata fuit, sed aborsum peperit. Ex quo patet, ꝙ matrimonium male contractum tam in mariti, quàm uxoris, quàm etiam prolis redundat pœnam & miseriam. Ergo qui habent uxores, tanquàm non habentes sint. 1. Corin. 7. Nota. A. 17. per totum.

¶ Mendacium. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Quaternum Mendaciorum genus passim esse perhibetur.*

Perniciosum siue malignum; Iocosum —, Ociosum, seu benignum, aut pium; & indifferens.

Primum quippe genus, quia Dei, sui met, atque proximi charitati perpetuò aduersatur, crimen mortale nullo tempore nequaquam esse asseritur.

2 *Iocosum, postea atque Ociosum Mendacia errata venialia esse omnibus hominibus sacri quamplures doctores affirmant.*

Quartum Mendacij genus indifferens id appellatur, quo tunc aliquis ad quæstionem indifferentem mendaciter respondet; quando quærentis nihil vtiq; refert, si rem petitam sciat, vel nesciat: cum res, ac circunstantias, quas ad eum nullo pacto spectare cognoscit, ab eo quærere, & rogare omnes neruos intendat: & hoc tùm veniale, tùm — lethale peccatum posse esse astruimus.

3 *Mendacium perniciosum nobis quatergeminum detrimentum, atque dispendium afferre, nemo est qui ignorat.*

Primum etenim Mendacis animam enecat, exinde famam propriam lædit; Tertio Mendax ob criminis turpitudinem Diaboli filius euadit.

4 *Nonnulli nostra ætate homines adeo improbi, ac criminosi esse offenduntur; ut Diabolo eorum parente vaniloquiores, & mendaciores esse, vtrinque constat; quia vaniloqua eorum mendacia singulo prolato uerbo, tùm periurijs ac iureiurando, tùm frequentibus execrationibus affirmare assuescunt.*

5 *Creberrimus Mendaciorum usus omnibus hominibus dedecus, & ignominiam meherculè affert, & parit; sed peculiariter locupletes, atque opulentos maxime dedecet.*

6 *Demum ob execrabile mendacium nefarios à iocundissima beatorum gloria longe abesse ac propulsari, non est cur dubitemus.*

MEndaciorum; Primo ostendetur distinctio; Secundo, turpitudo, pœna, & periculum.

Ar. 1. ¶Quantum ad primum; uidetur, quod
1 mēdacium quatuor modis fieri possit, videlicet, malignitate, iocositate, benignitate, & indifferentia.

¶De tribus primis mēdaciorum generibus prosequitur glo. super Decretum 22. q 2. Ne quis arbitretur, sub eo qui sequitur tenore. Notādum (inquit glo. illa) quod est triplex genus mendacij. Malignitatis, quod fit causa decipiendi, & illud omnibus est peccatum mortale; Iocositatis, ubi nemo læditur, & illud nulli est mortale peccatum. Benignitatis, siue pietatis, quæ fit pro salute alicuius, & de illo dicitur, quòd sit mortale perfectis, ueniale imperfectis.

¶Sed quare non est mortale potius illud mendacium, quod fit ioco, & quod nulli prodest, quàm illud, quod prodest alicui? Respondetur, quia illud non fit ex animo, sicut istud, & per istud intēdit decipere, & per illud non. Et intelligas hic perfectum solum illum, qui ex toto renunciauit omnibus pompis secularibus, qui si decederet, statim saluaretur, hæc ibi. Ad cuius glosæ declarationem est aduertendū, quod mendacium malignitatis uocat mēdacium perniciosum, quod contrariatur charitati Dei, uel suijpsius, uel proximi: Dei, sicut quando mentitur de articulis fidei, & huiusmodi, quæ fidē Dei, & ecclesiæ respiciunt, doctrinam. Suijpsius, quando de seipso mentitur. Proximi, quando suo mendacio proximus iniuste læditur. Et in his tribus casibus, os, quod mentitur occidit animam. Sapien. 1. Et perdes omnes, qui loquuntur mendacium, in Psal. 5.
Duo vero alia mendacia, scilicet, iocosum, & ociosum (secūdum aliquos doctores) in omni persona sunt uenialia, nisi propter scandalum, uel aliud damnum consequens, ut si quis non vult dimittere mentiri, ubi uerisimiliter aduertit aliquem de hoc scandalizari, vel nisi iuramento cum deliberatione, uel de consuetudine, quæ deliberationi æquipollet, confirmetur: Est tamen ab omnibus abstinendum, & specialiter à viris ecclesiasticis, quia mores hominum mendacium sine honore. Ecclesiastici 20. 2

¶Quartum uero mendacij genus, mendacium, uidelicet, indifferentię dici potest illud, quo quis respondet mendaciter ad quæstionē indifferentem, scilicet quando non refert, utrum quærēs sciat, uel non sciat illud, quod q̄rit, quia quærit de rebus, uel circū stantijs ad eū non pertinentibus, ut si quærat quot Cornelli sunt in turri? vel quotiens bibit in mensa, si ad tales quæstiones aliter respondeat quàm ueritas se habeat, dummodo nullus inde lædatur, nec alicui nocere intendat, non potest dici perniciosum, dum etiam ludere nec intendat, nec inde ludus sequitur, non potest dici iocosum, dum insuper nulli prodest non potest dici ociosum, quia ociosum est, quòd alicui prodest, sicut si malefactores quærant hominem ad occidendum, uel spoliandum, & ille à quo hoc quæritur, cum negat esse, ubi est.

¶Ex

¶Ex qui ergo istud genus cum nullo de prædictis coincidit, uidetur per se quartum facere genus, si tamen quod quæritur ad quærentis, uel quæsiti pertineat utilitatem, sicut quando quæritur de aliquo, utrum sit in domo, uel huiusmodi, quam quęstionem quęrens dirigit ut aliqua ex illa sequatur ei, uel illi, quem quærit, uel utrisque utilitas, & ille in hoc casu de quo quærit ueritatem, negat, si tanta sit quærentis necessitas, uel quæstionis utilitas, ꝙ ueritatis negatio caritati Dei, vel hominis contrariętur, vel si cum iuramento, vel scandalo in hoc casu neget, mortaliter peccat, & talis testis mendax peribit. Prouer 21 quia qui loquitur mendaciū non effugiet. Prouerb. 19.

Ar.2. ¶Istius autem peccati turpitudo pęna, & periculum ex hoc apparet, ꝙ turpius os & animam mentientis maculat, & maiori periculo exponit, quàm quicunque sordes corporales, quia muscę uel quæcunque sordes in ore, nec animam perdunt, nec hominem reddunt malæ famæ, nec filium faciunt diaboli, nec à regno Dei excludunt, quæ omnia facit mendacium in ore.

3 Exēplū.

¶Animam nanque occidit. Zach. 13. Non viues, quia mendacium locutus es: sicut patet de Anania & Saphira vxore eius. (Actuum 5.) cui dixit Petrus, Non es hominibus mentitus, sed Deo, ideo statim uterque occisus fuit à Deo.

¶Secundo famam lædit, quia non potest diu mentiri, quin aliquando conuincatur, & quando hoc contingit confunditur, & fama læditur. Confusus est omnis conflator, quia mendax conflatio eius. Hiere. 51.

¶Tertio diaboli filiū facit, quia ipse mendax est, & pater eius, & cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur. Ioan. 8. Immo non solum ipsius filij nō impares, uel minores dicēdi sunt, quia nonnulli mentientiū tanquàm patres vel magistri diaboli peiores, & horribiliores, & frequentiores mētiores, quàm ipse, inuenti sunt maiores, quia ipse nō legitur mendacia sua iuramentis, vel uotis affirmasse, quod isti de consuetudine faciunt, sicut patet. I. 12. 7. Nec legitur mendacia in tanta habere consuetudine; quia & aliquando etiam veritatem dicit, sed lingua aliquorum mentientium tota die uastitatem, & mendacium multiplicat. Oseæ 12.

Et in tantum aliqui illorum illud in consuetudinem ducunt, quod est in eis, quasi uitium incorrigibile. Vnde de quodam magno fertur prælato, ꝙ dicere solebat, se malle nepotem habere luxuriosum, quàm mendacem, quia illud in senectute decrescit, istud vero econtrario in senectute crescit. 4

Exemplum.

Et si tam peccatum ipsum in se, quàm & peccati consuetudo in omnibus sit uituperabilis & periculosa, maxime tamen in diuitibus, quia alij aliquando propter paupertatem mentiuntur (sicut patet de adulatore. A. 15. 3.) Et licet tales in aliquo colorem habeant, quia suauis est homini panis mendacij. Prouerb. 20. quia etiam mendacio suo lucrantur, propter quæ mentientes, dicere possunt illud. (Isa. 28.) Posuimus mendacium spem nostram & mendacio protecti sumus, tamen male lucrantur, quia hic famam, & in futuro bona perdunt æterna. Ex quo patet, quòd qui congregat thesaurum lingua mendacij, uanus & excors est. Prouerb 21. Et si talis quantūcunque pauper sit, uanus sit, & excors, à multo fortiori diues, qui nullum mentiendi habet colorem. Ideo sacra Scriptura in persona 5
Dei loquens, Eccl. 25. dicit. Tres species odiuit anima mea & aggrauor ualde animæ illorum, pauperem superbum, diuitem mendacem, & senem fatuum & insensatum, &c.

¶Quarto excludit à gloria beatorum, quia non intrabit in illam aliquid coinquinatum faciens abominationem, & mendacium. Apocal. 21. Foris autem canes, & venefici, & omnis, qui amat & facit mendacium. Apocal. 22. 6

¶Ex primo ergo istorum articulorū præcedentium patet, quatuor esse men-

 daciorum

daciorum genera. Ex secundo patet, quatuor esse mendaciorum damna, & pericula. Ergo non mentiemini, neque decipiat unusquisque proximum suum. Leuit. 19. Et quia istud uitium frequenter mercationibus se immiscet, congrue post istud capitulum sequitur capitulum de mercationibus.

¶Mercatio. Cap. VI.

SVMMARIVM:

1 *Trinum Mercatorum, ac Mercationum genus esse ostenditur; Dei, Diaboli, & Mundi.*

Primi Dei Mercatores prosigua æternæ uitæ negocia nunquam non gerunt.

Secundi vero Diaboli execrabilem æterni supplicij Mercaturam semper exercent.

Qui quidem bini Mercatores quincupliciter ab inuicem dissident;

Primum, quia Probi Dei Mercatores, dum negocia tractant, plurimum calamitatis dispendijvè, & luctus exterius ferunt; cum autem solutionem negociorum accipiunt, interius maximopere lætantur.

Nefarijs verò Diaboli Mercatoribus cuncta contrariè euenient.

2 *Secundo, quia primi Mercatores minus tradunt, & maius accipiunt; atqui secundi maius pro minori perpetuo præbent.*

3 *Tertio, quia primi non nimium laboriose, & immoderate, sicut secundi negociari solent, res, atque merces exercent, & agunt.*

Quarto recti Dei Mercatores solertes, ac sagaces esse præ se ferunt. Improbi autem Dæmonis Mercatores dementes, ac desipientes sunt, nihilque planè sapiunt.

4 *Cauti denique Dei Mercatores, cum mercedem mercium accepturi fuerint, negocium, ac mercimonium eorū bonū fuisse lucidissimè uidebunt, & mirifice gaudebunt.*

Incauti vero Dæmonis nundinatores tunc temporis dolorem magnum capient, & modum lugendi & complorandi nullum facient.

Verum Mundi Mercatores uictus, uestitusque negocia, & opum, ac pecuniarum huius seculi res assiduè habere, & gerere consuescunt.

5 *Quòd hæc regula, quam ab omnium Mercatorum ore semper emanare experimur; (scilicet, res tantum valent, quantum uendi possunt) fallax, insidiosavè, ac dolosa, & falsa sit, tùm seorsum, & separatim, tùm simul, & coniunctim quoad uendentes, & quoad ementes, multifariè enucleatur.*

Primum namque istæc regula quoad homines ementes quadrupliciter subdola, & fraudolenta esse censetur.

Primum illa ob nimiam uendentium necessitatem emptores decipit.

6 *Secundo ob inscitiam & imperitiam uenditorum.*

7 *Tertio ob ipsorum emptorum uersutiam, falsitatemque ac fraudem, & ob phalerata & mollia eorum uerba, quibus uenditorem circumuenire, & irrepire conantur.*

Quarto ob eorum immanitatem, atque impietatem; quando minis, terroribus, litibus, accusationibus, carceribus, persequutionibus, atque huiusmodi inhumanis impijsque insidijs venditorem ad venundandum viliori precio inducunt, & cogunt.

8 *Ipsamet regula venditores etiam trifariam maximè fallit;*

Primum, ob eorum fraudes calliditatesque, & falsitates, quas circa res uenales emptoribus arare, & nectere continuè student.

Secundo ob quantitatis rerum venalium imminutionem; quando cuiusque rei minus, quam debeant, callidè apponunt, tàm pondere, & numero quàm mensura.

Pondere ipsi venditores rem venalem imminuunt, dum statera dolosa ac fraudolenta & falsa vtuntur.

9 Numero

9 *Numero exin; quando putrida, fœtida, & mala cum bonis ac recentibus numerantes computant, uel (vt eorum verbis utar) saltum faciunt.*

Mensura tandem; quam minorem pro rebus venalibus habere, cum vendunt, & maiorem, cum emunt, insidiosè enituntur.

10 *Tertio, Regula ista uenditores decipit, ob rei venalis uitij latitationem, seu ocultationem; quod quidem uitium venditorem non fugit; sed tamen emptor illud ignorat, nec videt.*

11 *Tres potissimum longè robustiores, atque efficaciores Mercatorum nolentium rerum venalium vitia emptoribus detegere, & significare excusationes, & (vt satius dicam) deceptiones plurifariam non imperitè & leuiter prosternuntur, ac comprimuntur.*

Prima etenim vafra eorum ratio tripliciter refellitur.

12 *Secunda eorundem astuta, & stulta excusatio bifariam confutatur.*

13 *Tertia, ijdem Mercatores, tùm ementes, tùm vendentes, ad seipsos tuendum, asserentes, contrahentibus licere se inuicem fallere, & fraude circumuenire, allegant legem Codicis: lib. 4. tit. de rescindenda, venditione. l. 1. Quibus dupliciter legem præadductum exponentes satisfacere conantur.*

Primum lex illa iuxta primorum iurisperitorum sententiam.

14 *Dein iuxta peculiares sacrarum literarum professores, quàm eruditissimè enodatur.*

15 *Mercatores omnes frandolentos & subdolos, qui emptores omnes scelerosis factis, tenebrosis locis, phaleratis & captiosis uerbis, atque creberrimis periurijs frandare, ac pellicere operam dant, in grauem culpam prolabi latissimè patet.*

16 *Quod regula eadem omnes simul, tùm emptores, tùm venditores in fraudem adducat, bifariam aperire operam adhibemus.*

17 *Duæ inanes ac futiles emptorum malæ fidei excusationes non vulgariter eijciuntur, & auertuntur.*

18 *Gemina pœna in dolosos, atque fraudolentos Mercatores non abrè animaduertendum est; quarum altera temporaria, altera æterna est.*

Temporaria vero pœna adhùc gemina existit.

Altera, qua ipsimet mercium domini, & tabernarum, seu officinarum capita iure optimo afficiuntur.

Altera autem est, quam Deus æquissimus hac uita ab eorum filijs, & hæredibus, sæpius exigit.

19 *Binis memoratu dignis exemplis horrificis, Deum ab eisdem Mercatoribus res fraudulenter agentibus, nec hilum quidem vlli restituentibus æternam pœnam debitam accipere & expetere, indicatur. & num. 20.*

MErcationis; Primo ostendetur distinctio, & differentia. Secundo, in quibus casibus regula, & responsiones fallunt mercatorum. Tertio sic fallentium pœna ostendetur, & periculum.

¶Quantum ad primum, mercatorum, & mercationum triplex inuenitur genus & differentia; quia quidam sunt Dei, quidam diaboli, quidam mundi. Ar. I. 1

¶Primi mercantur circa uitam æternam, quia bona naturæ, fortunæ, & gratiæ eis à Deo qui illis loquitur. (Luc. 19.) dicens. Negociamini dum uenio, data in bonis expendunt usibus, & operibus ad modum fidelis seruientis, qui pecuniam ei traditam, fideliter ad utilitatem domini sui administrat.

¶Secundi mercantur circa pœnas æternas, quia bona prædicta eis à Deo concessa, & mala à diabolo accepta in malos conuertunt usus.

Isti ergo duo mercatores quandoque in mercationibus suis habent diuersitates. Quarum prima est in hoc, ꝙ mercatur, exterius tedium habet, & tribulationem, atque laborem, quia multa habet in uita ista sustinere, tam à diabolo, quàm à ministris eius, sicut patet de Iob, Thobia, & omnibus martyribus, qui omnes (teste. Psal. 125.) Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua. Sed in receptione solutionis, quæ in fine mercationis suæ, eis debetur, lætantur. Et hoc est, quod in prædicto sequitur psalmo, Venientes (inquit) venient cum exultatione, portantes manipulos suos; quando complebitur in eis illud Hiere. 31. Conuertam luctum eorum in gaudium.

¶Sed mercatores diaboli, id est, peccatores, dum mercantur, lætantur, quia lætantur, cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Prouer. 2. Et ad modum phrenitici, qui in suo maxime
Exēplū. lætatur, & ridet periculo. Et admodum stulti qui dum pecunia durat, pro qua hæreditatem uendidit, cum lætitia co-
Exēplū. medit, & bibit. Et admodum sitibundi, qui hilariter potum bibit dulcem, sub quo latet venenū, quod affert mortem. Sed quando recipient, quod emerunt, dolebunt, teste Iacobo qui ait Risus uester in luctum conuertetur. Iac. 4. Et hoc est, ꝙ ipse saluator de primis exprimit, & de secundis dat intelligere, dicens, plorabitis, & flebitis uos. Ioannis 16.

2 ¶Secunda differentia in hoc ostenditur, ꝙ mercatores Dei dant minus, & accipiunt amplius. Dant nanque eleemosynam, ieiunium, orationem, & breuem laborem, & paupertatem, & accipiunt regnum æternum, & æternam satietatem, & laudem, & requiem, & diuitias æternas, quia bonum habent ꝓcuratorem, & largum, de quo Isa. 61. Misit me, ut mederer contritis corde: Et infra. Vt darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. Sed mercatores diaboli econuerso pro minori dant maius, quia superbi pro uana gloria, & honoribus transitorijs dant gloriam, & honorem æternum, inuidi & iracundi animas suas, & omnia hona æterna pro modica uendunt uindicta. Sicut patet de fratribus Ioseph, qui sic uēdiderunt Ioseph. (Gen. 37.) quantum in eis fuit, licet prouidentia diuina eum non deseruerit, quia hæc venditum iustum non dereliquit. Sapien. 10.

¶Cupidus paruo lucro, vel re transitoria, immo pro terra, quæ est fex elementorum, immo pro minima terræ portione, sicut usurarius pro modio frumenti, aduocatus pro salatio, meretrix pro parua mercede uendunt animas suas, & bona alterius sęculi infinita. Nihil ergo nequius, quàm amare pecunias, hic enim animam suam venalem habet Eccl. 10. Gulosi pro paruo cibo & potu, sicut Esau. primogenita sua. Gen. 25. Luxuriosi pro parua & breui delectatione. Hi, omnes venundati sunt, vt facerent malum. Macha. 1 Sed Exēplū.
quia ultra medietatem iusti precij defraudantur, possunt dum viuunt cōtractum per pęnitentiam reuocare. Quod pulchrè figuratur Leuiti 25. Qui (inquit) uendiderit domum suam infra muros vrbis (id est) infra ambitum ecclesiæ, & Christianitatis habebit licentiam redimendi.

¶Tertia differentia inter eos in hoc attenditur, ꝙ mercatores Dei non cum 3
tanto labore & sollicitudine, & vigilijs, & cęteris operibus nitunrur bona domini sui augmentare, sicut mercatores diaboli, sicut ostensum est. L. 1. artic. 7. per totum.

¶Quarta differentia in hoc attenditur, ꝙ mercatores Dei sapientes sunt, alij uero stultissimi sunt. Quę enim maior stultitia, quàm ꝙ quis ad nundinas uadat, ubi nunquam aliquis lucrabitur, nec lucratur, nec in æternum lucrabitur? sed omnes perdiderunt perdunt, & perdent. In quibus superbia stationem eleuat, auaritia forum tenet, & contractum facit emptionis, & uēditionis, & precium soluit, & recipit, ubi

gulositas coquinam & tabernam administrat,& luxuria camerã sternit. Quæ iterum maior esse posset, quàm illud quod faciunt in mercatu illo,quia dum emere posset regnum cęlorũ, emit spinas,quibus cõburatur, & laqueos quibus suspẽdatur, quid nanque sunt peccata, nisi laquei æterni suspendij.

4 ¶Quinta & ultima differentia penes vltimã, quã habebunt,attenditur solutionẽ,& mercedem,quia in morte mercator Dei uidebit, ꝙ bona est negociatio eius.(Prouer.31.)Et ꝙ melior est acquisitio eius, negociatione auri. Prouerb.3. Sed tunc negociatores terræ flebunt, & lugebunt, quoniam merces eorum nemo emet amplius. Apocalip.18.

¶Tertij uero circa uictum & uestitũ & diuitias, mercantur mundi. Et isti quodam modo medium inter extrema tenent præcedentia. Et sicut medium tenent, ita in extremorum participant naturam, & conditionem, secundùm plus tamen & minus, quia licet omnes in mercationibus suis, aliqua committant bona,& aliqua mala, tamen aliqui fideliter in statu suo laborantes, & negociantes plus ad conditionem appropinquant bonorum mercatorum uitæ cęlestis, cum eisque remunerabuntur; sicut patet.L.1.ar.3.per totum.

¶Alij uerò artem suam, & negociationes infideliter exercentes, ad conditionem plus appropinquant mercatorum pęnarum,cum eisque solutionem accipient sui laboris.

Artic.2. ¶Sed isti secundi de fraudibus ab eis
5 commissis in confessione, uel prædicatione,uel alia locutione admoniti,multipliciter se excusant,multas pro eis responsiones, & regulas,quas ipsi ueras reputant, allegantes, quæ tamen quia veræ non sunt, ostendere oportet,quomodo p eas, & decipiunt,& decipiunt.

¶Regula uero,quam pro eis allegãt, & multis responsionibus, & excusationibus uanis. & periculosis defendunt, hęc est,ꝙ possunt emere ita vili precio, & vẽdere ita care,sicut possunt, vt verbis illorũ utar. Et tantũ ualet res, quãtum vendi potest. Sed hæc regula deficit,& ea utentes in multis casibus decipit, tã ementes,quàm uẽdentes diuisim, quãdoquẽ etiam utrosque coniunctim.

¶Ementes primo specialiter decipit, & alios, à quibus emunt corporaliter decipere facit in quatuor casibus.

¶Primo propter vendentis necessitatem,scilicet,quando uenditor est in tãta necessitate,& tam urgenti,ꝙ oportet eum omnino rem suam uendere immobilem,vel mobilem, sicut accidit de illis, qui in caritate, ac penuria famis necessitate ad rerum suarum uenditionem, uel alio tempore alio infortunio compelluntur: circa quam uenditionẽ ita uelociter urgẽtur, ꝙ emptorum copiam expectare non poterunt, nec mercatus diem,in quo casu arctantur rem suam immobilem,sicut terram,uel domum alicui uendere perquisitori illis uiciniori,& res mobiles alicui propinquiori, qui eius uidentes tam urgentẽ necessitatem, notabiliter de uero,subtrahunt precio & ualore, minus quod possunt,ꝓ re sua dãtes,nõ bene emũt, Exẽplũ.
quia homo posset tantum habere famis defectum,ꝙ pro uno pane regnum,uel hæreditatem daret mille librarum.Nec tamen est aliquis ratione utens, qui diceret, ꝙ emptor ille hæreditatẽ sic emptam bene possideret; quia nec æqualitatem, nec iustitiam in emptione sua seruat. Nec ualet quod dicunt,ꝙ videlicet placuit ei sic vendere,quia in contractu emptionis,& uenditionis potius debet rerum uenalium, & precij attẽdi æqualitas, quàm uendentis cõditionata uoluntas, qua quis quandoque cogitur res suas in mari proijcere, ne cum rebus suis pereat.

¶Secundo,hæc regula deficit ex par- Exẽplũ.
te emẽtium,& decipit ꝓpter uendentis 6
ignorãtiã,quãdo scilicet uẽditor ignorat ualorẽ rei uenalis,& nõ emptor, sicut patet in exemplo August. de trini. Exẽplũ.
lib.13. Quod quidẽ exẽplum sic cõcipi potest. Quidã laicus inter alia bona sibi à patre legata inuenit librum, quem

uendere necessitate vrgente cogitur, sed precium & ualorem ignorat: hunc ergo si clericus habere posset pro dimidia marcha monetæ Anglicanæ, cũ ualeret 20. solidos eiusdem monetę, non esset emptor bonæfidei, nec fidelis homo hoc faceret. Sicut patet per hoc ꝙ Augustinus ibidem adducit dictum cuiusdam mimi, qui in quibusdam nũdinis altum locum ascendens, clamauit, quòd uoluntates omnium diceret illuc congregatorum, & cogitationes: quod cum admirando auscultarent, dixit. Omnes uelletis care uendere, & ꝓ paruo precio emere. Quod reprobat Augu. ponens exemplum de quodam fideli, qui librum, quẽ à laico, qui eius precium ignorauit, carius emit, plus pro illo dando, quàm ille peteret.

Exemplum.

Exemplum.

7 ¶Tertio, hæc regula deficit ex parte ementium propter ementis falsitatem, quando suis fallacibus blanditijs, & falsis promissionibus, uel deceptorijs munusculis, & uoluptatibus, aliquem simplicem, & minus prudentem inducit, ut hæreditatem uẽdat pro minori precio, quàm ualeat. Isto nanque casu errat emptor, si uerum debet ualorẽ propter dolum, qui dat causam contractui: quem errorem aggrauat in hoc, ꝙ minus dat quàm deberet.

¶Quarto, hæc regula deficit ex parte ementium, propter ementium crudelitatem, quando scilicet minus uel terroribus, uel magnorum precibus, quæ minis ęquipollent, uel crudeli circumuentione aliquem inducunt ad uendẽdum, quã circunuentionẽ multis exercent cautelis, quia quandoq; ipsum sic persequuntur, indicant, incarcerant, accusant, lites diuersas cõtra eum litigãdo mouent, uel mouere faciunt, ꝓ quibus obligatus, & depauperatus dare, vel vendere eis cogitur, quod desiderãtur, ut saltem cum uita euadet.

¶In oĩbus ꝑdictis casibus, qui emit, nõ lętetur, qa aĩam suã, & regnũ cęlorũ ꝓximũ suum defraudando vendunt. Et q vẽdit, nõ lugeat &c. Ezech. 7. vel quia nõ peccat, uel quia minus peccat, vel propter hoc quod sequitur, quia qui vendidit ad id, quod vendidit non reuertetur, ergo frustra lugeret.

¶Ex parte uero uendentiũ prędicta deficit, & decipit regula propter tria.

¶Primo ꝓpter uẽdentis fraudẽ, falsitatẽ, quã circa rẽ operaƭ uenalẽ, quo ad quãtitatis eius falsam ostẽsionẽ segetũ magnũ ẽt interius uacuum in grangia faciẽdo cumulũ, ut pl⁹ appareat quàm sit, & uendatur carius, quàm ualeat. 8

¶Secundo ꝓpter quãtitatis diminutionẽ, qñ scilicet cuiuscunq; rei uenalis põdere, numero, uel mẽsura minus apponunt, q̃ deberent, uel qñ in aliquo ꝑdictorũ triũ fraudẽ cõmittunt, ut de quãtitate, & ualore diminuãt in põdere, qñ scilicet staterã habent dolosam, cõtra Dei præceptum, Leui. 19. Statera iusta, & ęqua sint pondera, &c. quia statera dolosa abominatio est apud Deũ. Prouer. 11. uel qñ quadã cautela sic stateram manutenent, & onerãt, ꝙ eã sine bono, & uero pondere deprimunt. De quibus in Psal. 61. Filij hominũ mẽdaces in stateris, ut decipiãt, uel qñ põderandis rebus mala uel extranea subtiliter admiscent. Sicut illi, qui cũ lana sabulũ miscent, uel lanã madefaciunt, ut plus ponderet, uel cũ speciminibus nouis bonis antiqua & mala componunt ex integro & corrupto pondus sufficiẽs ostẽdentes, uel quia falsa habẽt pondera ꝯ Dei ꝑceptũ. Leui. 19. æqua sint põdera, iust⁹ modius, ęquusq; sextari⁹, &c. qa abominatio est apud Deũ põdus, & põdus, mẽsura & mensura. Prouer. 20.

¶In numero, qñ scilicet in numero saltum faciunt, uel quãdo in rebus numerandis mala cum bonis gratis componũt, sicut illi, qui falsos danarios cũ bonis, uel qui putrida cum alijs cõiungunt, numerant, & exponunt. 9

¶In mẽsura qñ scilicet mensurã habent uel mutuo accipiũt minorẽ quàm deberent, ꝓ solidis, uel liquidis, uel vẽdendis, cõtra Dei pręceptum. Leuit. 19. Iustus modius, ęquusq; sit sextarius.

¶Cõtra qđ ꝑceptũ multũ deliquunt, qui mensuram habent minorẽ; quando

do uendunt, Et maiorem quãdo emũt: vnde & amicis suis uolentibus mutuari dicere solent, emistis, uel uendidistis: Et tam habentes, quàm mutuo accipientes minori utuntur in uendendo, & maiori in emendo : Et ideo nunquàm prosperantur spiritualiter, nec diu temporaliter. Nec mirum, quia facta illorum reprobantur, & pœnę taxãtur, tam in iure ciuili: in ff. nouo. lib. 9. tit. de extraordinarijs criminibus. l. annonam. in fi. legis: ubi sic dicitur. Sed diuus Adrianus eum, qui falsas habuit mensuras in insulam relegauit: Et in eodem ff. lib. 10. tit. ad legem Cor. de falsis. l. pen. §. si uẽditor habetur, quod sequitur. Si uenditor mensuras publicas probatas frumenti, uini, uel cuiuslibet rei, aut emptor corrupuerit, dolo, uel malo fraudem fecerit, quanti ea res est, eius dupli condamnetur. Decretoq; diui Adriani præceptum est in insulã eos relegari, qui pondera falsassent, aut mensuras: hæc ibi.

¶ Si istam exilij relegationem eis à iure ciuili impositam hic euadunt, alibi non euadent, quin in insulam deportabunt inferni, nisi restituãt, & pœniteant.

¶Quam in iure canonico, quia Decreta. lib. 3. titu. de emptione & uenditione. c. ut mensuræ, dicit, ꝙ si quis iustas mensuras, aut pondera lucri causa mutare præsumpserit per triginta dies in pane, & aqua ieiunet.

¶Quam etiam contra iura, & legem Dei, & prophetarum Micheę 6. Mensura (inquit) minor iræ plena: Vel qa mensuram quidem bonam habent; sed illam non replent. Vel quia replent, sed cum malis ad mixtis, quia lolium, uel uilia cum frumento, uel alia segetẽ cõponunt, dicẽtes illud (Amos 8.) Quisquilias frumenti; uenundabimus.

¶De omnibus istis prædixit propheta, quasi in persona illorum loquens, & dicens (Amos 8.) Venũdabimus merces in caro, scilicet, tempore, quod ipsi pro suo lucro & aliorum desiderãt miseria, & inopia, & sabbatum, quia nec à mercationibus in festis cessant, in tantum quòd uix missam audiunt priuatam: Aperiemus frumentum, scilicet in caro tempore, & minuamus mensurã, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas, & possideamus in argento egenos & pauperes pro calciamentis. glo. (id est) pro uilibus, & sic patet quomodo delinquunt in pondere, numero, & mensura.

¶Tertio ex parte uendentium prædicta deficit, & decipit regula, propter 10 defectus occultationem, quando scilicet uenditor defectum scit in re uenali, quem emptor ignorat, quia nec ei apparet, & tamen pro re bona, & sana illam uendit, ęquos scilicet malos, & defectuosos pro bonis; & oues squalidas pro sanis, & auricalcum pro auro. & uestes ueteres, & politas pro nouis, monetam falsam pro bona.

¶Omnes prędicti, & his similes peccant pro tanto, ꝙ defectum rei uenalis emptori non ostendunt, contra rationes & leges in ff. ueteri. lib. 19. titu. 1. de actionibus empt. & uendit. l. 1. §. uẽditor, ubi habetur, ꝙ si uẽditor scit seruitutem deberi à ꝑdio uendito, emptore hoc ignorante, tenetur emptori ad interesse (id est) ad omnia dãna, quæ ex tali incurrit celatione.

¶Et in eo. ff. li. 21. ti. 2. de edilitio edicto. l. 1. §. aiunt: & §. si intelligitur, q mãcipia uendit debet admonere emptores, de moribus, & uitijs.

¶Ad idem est lex in eodem titu. l. q̃d si uenditor, ubi habetur, ꝙ si uenditor excipit de aliquo uitio, dicens rẽ uenalem talẽ habere defectum, emptor non habet actionẽ cõtra eũ, si uero defectũ aliquẽ tacet, hẽt actionẽ de dolo cõtra eũ. Vide aliã l. huic concordantẽ. V. 2. 9.

¶Ex quo patet, ꝙ non ualet, ꝙ dicũt respõdentes, & se de dolo excusantes ꝑ hoc, ꝙ emptori dixerunt, ematis eũ ꝓ tali, qualis ipse est, nolo eũ sustentare, nec teneri de defectibus, tu uides qualis est, si uis emere, emas, qa ĩ sola defect᷑ celatiõe dolũ facit, & iura ꝓdicta offendit. Debet ergo defectũ rei uenalis

emptori ostendere, sicut patet expressè in ff. ueteri. lib. 19. titu. 1. de actionibus emptio. & uendi. l. quæro.

11 ¶Sed tamē de hoc, nec defectum reuelant, quòd insuper simplices decipiunt carius eis uendentes, quàm alijs, qui sciunt cum eis tractare.

¶Primo se excusant, dicentes, ꝙ emptores habent sensum, & intellectum suum, sicut ipsi suum, quando ergo rem coram eis uident uenalem, emant, uel dimittant.

¶Sed istud est irrationabiliter dictū. Primo, quia non habet tantam cognitionem de re illa, quantam tu habes, & de illo, quod tu habes plus non debes proximum tuum decipere, sed iuuare.

¶Secūdo, quia si ista responsio sit bona, responsio latronum est bona, & rationabilis, qua dicere poterunt, postquàm homines in nemore spoliauerūt, ipsi habuerunt sensus, & fortitudinem, & arma, quare non defenderunt se.

¶Tertio, quia (sicut patet ex prædictis legibus) tenetur defectum reuelare, quia multi sunt defectus, in equis, & huiusmodi, qui exterioribus sensibus, & maximè simplicium non apparent.

¶Secundo se excusant dicentes: Nos eminus equum illum pro bono, uel recepimus illam falsam monetā pro bona, & de alijs, quare ergo nō possumus, illa alijs exponere, sicut ad nos uenerunt.

¶Sed in hoc etiam irrationabiliter dicunt.

12 ¶Primo quia simile est, ac si dicerēt, vnus furatus est equum meum, uel pecuniam, uel rem aliquam, ideo furari uolo equum uel rem alterius: Eadem enim ratio est vtrobique dicere, quia vnus decepit me, & ego uolo alium decipere, qui me non decepit, & dicere, quia alius est furatus rem meā, uel mihi nocuit, uel me percussit, ideo ego uolo alteri nocere, uel alium percutere, qui me non percussit.

¶Ex quo ergo utrobique eadem, uel similis est culpa, similis utrobique erit & pœna: Sicut ergo ille, qui furatur, quia alius ab eo furabatur, captus suspenditur: sicut ille captus suspenditur, qui ab eo furabatur. Ita qui decipit, quia decipitur, æque cum primo decipiente dānabitur.

¶Secundo: quia soluētes falsam monetam etiam apud mundi iudicia non liberantur, quin adhuc maneant obligati, sicut patet expressè in ff. ueteri. li. 13. titu. de pignoratitia actione. l. elegāter, ubi sic dicitur, ꝙ qui reprobos nummos soluit creditori, constat neque eū liberari posse, quia reproba pecunia nō liberat soluentem, multo ergo minus talis libere euadet in iudicio diuino, quòd nullam fraudem dimittit impunitam.

¶Tertio, se excusant dicentes, ꝙ non peccant, mutuo se decipientes in contractu emptionis & uēditionis, quia lex dicit (ut dicunt) ꝙ licitum est contrahētibus se inuicem decipere, & allegatur ad hoc lex C. lib. 4. titu. de rescindenda uenditione. l. 1. Ex illa enim lege arguunt, ꝙ non tenentur ad restitutionē, nisi fuerit deceptus emptor, uel uenditor ultra medietatem iusti precij: Verba autem legis, quibus innituntur, hæc sunt. Minus autem precium esse uidetur, si nec dimidia pars fuerit iusti ꝓcij soluta.

¶Sed sanum huius legis intellectum declarat, primo glo. in Decretali. lib. 3. titu. de emptione, & uenditione super capitulum, cum dilecti, dicens, quòd lex illa locum habet, ubi nec dolus dat causam cōtractui, nec incidit in ipsum contractum.

¶Dat causam contractui: quando dolo inducitur quis ad uēdendum: Et ponit Hostiensis exemplum ad hoc tale. Tu uis, ꝙ ego uendam tibi Decretales meas, Respondeo me nolle hoc facere, quia non sum uenditurus eas. Tu replicas, dicens, si scires aliam compilationē esse uenturam, sicut ego scio, libenter uenderes, ego credens hoc uerum, uēdo tibi, non tenet contractus, sed est rescindendus, & est restituendus mihi liber,

ber,& tibi precium,ut ff.de dolo malo, l. eleganter.i.digesto ,,ue.lib.4. Si uero dolus incidit in cõtractum : quia eram uenditurus librum meum , sed per dolum,& circumuentionẽ induxisti me, ꝙ minus uendidi, uel per dolum meũ plus emisti,tenet quidem contractus, sed agitur ad supplementum residui. Si uero nec dolus dat causam contractui, nec incidit in cõtractum, nec deceptus ultra dimidium iusti precij, locum obtinet lex prædicta. Vnde expresiè dicit glo.illa,ꝙ lex prædicta locum habet in contractibus bonę fidei, quando scilicet nenditor scit, ꝙ emptor decipitur, nec econuerso,quia uterque defectum rei ignorauit,tunc neuter potest agere contra alium ad rem recuperãdam, uel ad supplendum residuum, nisi sit deceptus ultra medietatem iusti precij, ubi uero decipiens est deceptionis cõscius, lex illa locum non obtinet, quia tunc contractus ille est rescindendus, uel ꝑcium supplendum (sicut prædictũ est.) Patet ergo ꝙ lex illa nullum prædictorum ementium uel uendẽtium iuuat, quia omnis fraudem sciunt, quam cõmittunt,& sic peccant:nec sic licet contrahentes se inuicem decipere, sed ad restitutionem tenẽtur, sicut patebit infra articu.3.

14 ¶Secundo sanctus Thomas in secũda secundę.q.77.arti.1.prædictam legẽ & legis causam declarat, & ostendit dicens,ꝙ lex humana,hanc inæqualitatẽ totaliter non prohibet,huius causa est, quia non datur solum uirtuosis,sed populo,in quo sunt multi deficiẽtes à uirtute,vnde prohibet tantum ea,quæ destruunt humanum conuictum, alia autem permittit (id est) non punit: Vnde tantum punit, cum est magnus excessus,puta si quis sit deceptus ultra dimidium iusti precij:tunc enim cogitad restitutionem. Lex autẽ diuina nihil impunitum relinquit,'quod sit uirtuti cõtrarium. Vnde secundùm diuinam legem,illicitum reputatur, si in emptione,& uenditione non sit æqualitas iustitiæ obseruata,& tenetur ille,qui plus habet recompensare ei, qui damnificatur,si sit notabile damnum, quod ideo dico,quia iustum precium rerum quãdoque non est punctualiter determinatum,sed magis in quadam æstimatione consistit,ita quòd modica additio, uel diminutio non uidetur tollere,æqualitatem iustitiæ.hæc ibi.

¶ Ex his patet, ꝙ tam regula prędicta,quàm etiam illud, ꝙ communiter dicunt) ꝙ tantum ualet res quantum uendi potest) falsa sunt, quia sic mancipium, qui quandoque pro 30. solidis uenditur,plus ualeret, quàm Christus, qui uendebatur pro denarijs 30.

¶Et si tã magnum committunt peccatum,qui uitium rei uenalis non reuelant,nec ostẽdunt,sed stant in pace, dicẽtes,Emas in periculo proprio, si nolueris,patet,quàm maximum sit peccatum illorum, qui alios false & fraudulenter,factis,uel locis,uel uerbis sophisticis,uel cautelosis,& falsis iuramentis alios decipiunt,uel qui tempus, quod Deus uenale esse noluit,uendunt. 15

¶Primo de factis nephandis, exemplum poni potest de quodam, qui nuper uolens quoddam uendere prædiũ, dimisit ut dicebatur, in platea segetes trium annorum, dans emptori intelligere,quòd vnius esset anni.Emptor ergo magnam illius terrę credens fertilitatem,prædium illud emit, quo facto terrę sterilitas inuenta ipsum deceptum ostendit. Exemplum.

¶De locis uero,exemplum poni potest de illis,qui pro pãnis suis, uel quibuscunque rebus loca quærunt oscura, ut res pulchior & melior appareat, uero eius colore quodammodo abscondito, & quodam alio per excogitata media, & quadam luminis per alium colorem transparentia ostensio, & plus pro panno illo recipiant, quàm ualeat, in quo facto bene se ostendunt esse filios tenebrarum,& de numero illorum, de quibus ait saluator. Io,13.Qui male agit odit lucem,& qui facit ueritatem uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius: Et omnis talis, qui in negocijs suis sic Exemplum.

tenebras

tenebras diligit, uerisimiliter timere potest sententiam saluatoris, dicentis. (Matth.22.) Mittite eum in tenebras exteriores, ubi luce carebunt ęterna, q̃a carere nolunt à negocio perambulante in tenebris: in Psal.90.

¶De uerbis uero illorum duplicem habẽtibus significationem, difficile esse tot inuenire exemplo, quot committunt fraudes, per vnum tamen, qui dicit uel iurat ꝙ plus constitit sibi intelligens hoc non de portione, quam ille nominat, sed de toto residuo omnes intelligere possunt, ꝙ qui sophistice loquitur odibilis est. Ecclesia.37.

¶De falsis uero illorum iuramentis in parte exemplificatum est. I.12.7. & M.5.3. Ergo nullus supergrediatur, neque circumueniat in negocio fratrem suum: quoniam uindex est dominus de his omnibus. 1. Thessal.4.

16 ¶De his uero qui tempus uendunt: dicetur. c. de usuris.

¶Ex parte uero tam ementiũ quàm uendentium prædicta regula deficit, & contractum illicitum reddit, propter duo.

¶Primo, quia res, quæ de facto uenditur, sub precio cadere non potest, cuius est res spiritualis, & sic male uendũt, & emunt simoniaci.

¶Secundo, quia uterque est particeps fraudis, sicut accidit, quando quis emit rem, quæ uendentis non est, sicut rem inuentam, seu raptam, uel in bello illicito, seu ab hominibus qui de bello nõ sunt occupatam, talia enim uenditioni exposita nonnulli libentius emunt, q̃a uilius precium habent, sed tamen si sit particeps fraudis, & emptor malęfidei, non plus iustitię habet emptor, quàm habuit raptor, quia etiam secũdùm iura Ciuilia, quando emptor est particeps fraudis, non bene possidet: Et ponit lex exemplum in. ff. nouo. lib. 4. titu. de his, quæ in fraudem creditorum fiunt. l. ait prętor. §. ij. Ita demum de illo, qui emit omnia bona alicuius debitoris legati (si sciuit ipsum esse obligatum) particeps est fraudis, & reuocabitur contractus. Si uero nesciunt ipsum esse obligatum, dicunt iuristę, ꝙ non reuocabitur contractus, nec habebunt creditores remedium, quia inanis est actio, quã inopia excludit debitores.

¶Si uero emptor fuit bonęfidei in emendo, & postea desinit esse possessor bonæfidei, tenetur rem reddere, si illã habet, nec potest precium, quod dedit, ab illo qui rem suam uendicat petere, sed ab illo, qui rem suam uendidit ei: Si aũt eam nõ habet, tenet̃ ꝓ tãto, ꝓ quãto locupletior factus est, quia non tenetur de consumptis: ut dicit glo. in ff. ueteri: lib. 5. titu. de petitione hæreditatis. l. si possessor. §. restituere: & l. si in rem. & l. utrum.

¶Sed dicunt tales emptores malęfidei, uel qui emunt à non dominis, uel qui emunt à dominis fatuis, quos decipiunt, uel qui emũt in tempore, uel loco interdicto. i. ĩ diebus festiuis, uel locis sacris, quod prohibetur expresè, ne uidelicet mercatio rerum fiat in ecclesijs, uel cęmeterijs (in 6. Decretalium: titu. de immunitate ecclesiarum. c. decet domum, uel in aliquo de casibus prædictis. e. c. 5. emunt) si nos nõ emeremus, alij emerent. Quibus pro respõsione sufficere deberet quòd melius esse deberet, quòd alij irẽt ad infernum, quàm ipsi. 17

¶Dicunt etiam, nos ememus rem talem, quid ad nos, bene conueniat uenditori: nos titulũ emptionis habemus pro nobis. Ita dicere poterũt, & in parte dixerunt Iudæi, qui Christum emerãt à Iuda (sicut patet. A.12.39.) Quid ad nos? tu uideris, quasi dicerent: si culpa aliqua sit, super te sit, quia tu uendidisti, & non super nos, quia nos emimus: Sed tamen quia utrobique culpam committunt, quia negociatores tui ab adolescẽtia sua vnusquisque in uia sua errauerunt. Isa.47. utrobique pœnam portabunt.

¶Et sicut culpa introducit pœnam, ita finis articuli præcedentis principiũ introducit sequentis. Arti. 3.

¶Pro quo est sciendum, quòd falsorum

rum mercatorum, seu negociatorum duplex est pœna, & periculum vna temporalis, alia æterna.

¶Iterum temporalis est duplex, quia quædam redundat in capita propria, ex hoc, ꝙ de alienis mercationibus non prosperantur, sed multipliciter in terra, & mari, & pericula, & rerum incurrunt amissiones, & de pauperationes. Argumentum ad hoc. A. 12. 21. & plures incarrerēt, & maiores paupertates, si omnia restituerent, quæ restituere tenentur, etiam secundùm leges mundi, non solum prius allegatas, in diuersis locis istius capituli, sed etiam per legē. C. lib. 4. tit. de rescindenda uēditione. l. 1. quę continet, ꝙ in electione illius, qui decipitur, erit, ꝙ res ei restituatur, uel quod precium minus datum suppleatur. Et certum est, ꝙ si omnes defraudati sic elegissent, & esset electioni illorum satisfactū, pauperes essent omnes negociatores terræ, & theman. Baruch. 3. Et Babylonij mercatores, qui de uirtute delitiarū eius diuites facti sunt. (Apoca. 18.) essent sicut coruus ille. A. 12. 36.

¶Quædam uero in miseriam redundat, & paupertatem filiorum, & specialiter hæredū, sicut ostēsum est. A. 12. 13.

19 ¶Qui uero tot modis committunt cōtra Dei præceptum, & proximi charitatem (sicut prędictum est supra c. c. ar. 2. per totum. & F. 1. 6.) non solum temporali, sed etiam æterna sunt pœna digni. Quod uero hęc pœna sit eis debita, qui multos defraudant, & non restituunt, duobus ostenditur exemplis.

Exemplum. ¶ Quorum vnum cuiusdam ualde ueracis, & sancti uiri relatione didici, qui asseruit, se uidisse factū, quod narrauit de duobus mercatoribus in quadam uilla, qui in mercationibus suis erant socij. Quorum vna nocte sanus ad lectum uadens, subito subtractus fuit, alter uero parum superuiuens cū in die paschæ communicatus esset, & circa quindecim dies postmodum semper tristem vultum ostendisse, finaliter grauiter infirmari cępit, & cum de sacramentorum admoneretur receptione, renuit, dicens. Hostiam, quam in die paschæ acceperat, adhuc in gutture suo esse, quod guttur si cultellū haberet, scinderet, ut inde hostiam illam extraheret. Et cum de misericordia Dei eum hortarentur cogitare, se damnatum esse asseruit, fuisseque in inferno, & ibi socium suum prius mortuū, & locum suum iuxta eum uidisse testatus est: Qui cum de causa tantæ damnationis requisitus esset, respondit, qa cum multorum deceptione, & specialiter in mercatione lanæ ditati fuimus, uicini uero eius eum insanire æstimātes, portauerunt eum in ecclesiam ponentes eum ante imaginem crucifixi, hortantes, quòd imaginem illam respicere dignaretur, qui nullo modo caput ad uidēdum crucifixum leuare uoluit, sed & si faciem eius ad crucifixum uidendum eleuarent, manu, uel caputio oculos uelabat, & sic miser desperatus obijt. Consimilibus dans exemplum, qui dicunt, Iacob. 4. Mercabimur, & lucrum faciemus qui ignorāt, quid sit in crastinum, quid est enim uita nostra, uapor est, ad modicum parens: & deinceps extreminabitur. Aliud exemplum fide dignum ad idem narrari solet de quodam tali mortuo, & inter religiosos sepulto, quos de nocte terribiliter uexauit, uel saltem diabolus in forma eius, quē cum quidā exorcizaret quare sic iret? respondit, quia emi per maius, & uendidi per minus: Per istorum ergo ostenditur exempla, quòd eis similis non erit mercator, ultra in domo domini. Zacha. 14. Sic ergo cum negociatore de traiectione, & cum emptore de emptione tracta. Ecclesia. 37. Exemplum. 20

¶Militia. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Militiæ geminum genus eſſe conſtat, mundi ſcilicet, & ſpiritus.*

Militiæ mundi milites, regulam illam ſibi traditam à Diuo Ioanne Baptiſta (neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, ſed contenti (eſtote ſtipēdijs veſtris) obſeruare penitus debent.

Quam quidem regulam trifariam diſcriminari, & diſtingui clariſſimè liguet.

2 *Septem conditiones ſunt, quæ quales ijdē mundi milites eſſe, & quare arma capere debeant, non leuiter manifeſtant.*

Primum circa noctis crepuſculum, cum arma capere volunt, ſeipſos balnearibus aquis abluunt.

3 *Secundo, nouis, & pulchris veſtibus induuntur.*

Tertio ipſi milites his veſtibus induti totam noctem inſomnem ac excubias facere, ducere debent.

4 *Deinde pedibus eorum calcaria imponuntur; & collo precioſa torques inijcitur.*

Quinto robuſti milites gladio, qui (vt nonnullarum vrbiū mos inualuit;) è ſacra ara capitur, accinguntur.

5 *Sexto in prandio ſobrij, ac ſilentes diſcūbebant, & comedebāt: gladium tandem Deo optimo maximo ad aram offerre conſueſcunt.*

6 *Exemplis veterum bonorum militū memorādis, noſtrates milites quo pacto ſe gerere debeant, erudiri & inſtrui facile poſſunt.*

7 *Vita hominis, qui binam perfectionem habet, ethicam, ſeu monaſticam quoad Deum, & politicam quoad rempublicam defendendam; eſt militia ſuper terram.*

8 *Septem alias militum mundi conditiones prudentes iuriſpetiti poſteris ac memoriæ eruditè prodidere: ex quibus addiſcāt ſpirituales milites quo modo arma mouere, atqui accipere debeant.*

Primum, quòd milites non ſint negociatores.

Secundo, quòd examinentur.

Tertio, quòd iureiurando affirment ſe mortem nunquam euitaturos eſſe.

Quarto, quòd enſe cingantur.

Quinto, quòd ſignum quoddam, quo ab alijs ſeligi, ac diſcerni nullo labore poſſint, eorum brachijs inſcribatur.

Sexto, quòd in aliorum numero collocētur, atque conſcribantur.

Septimo vero, quòd militibus non modica tùm corporis tùm mentis promptitudo ad fortiter dimicandum adeſſe videatur.

9 *Primas, & ſecundas ſeptenas conditiones ſpiritualiter expoſitas omnes Chriſtiani milites, ſed præcipuè Eccleſiaſtici, continuè habere ſtudeant; vt ſtrenui Chriſti milites fieri vere poſſint.*

10 *Milites omnes huius noſtræ ætatis prædictis militum conditionibus quatuordecim aduerſantes, auctor ipſe acerrimè ſectari, & vitia dare, ingenium adhibet atque acuit.*

11 *Qui quidem milites his, qui olim Chriſtum ſæuiſſimè crucifixerunt, non iniuria conferri poſſunt.*

12 *Quatuor eadem vitia deteſtabilia ab illis facinoroſis militibus, dum chriſtum in crucem tollerent, patrata, milites noſtri, ac equites & Comites chriſtigenæ noſtra hac tempeſtate grauiter admittere non erubeſcunt.*

Militiæ. Primo oſtēditur diſtinctio. Secundo, quales milites mundi eſſe deberent. Tertio ex his, quæ ad ſtatum pertinent militum mundi, oſtendetur, quales eſſe deberent ſpirituales Chriſti milites. Quarto oſtendetur, quales uterque de facto ſunt.

¶Quantum ad primum, militia eſt duplex (ſicut ex uerbis elicitur Vrbani Papæ. diſtin. 59. ſi. officia.) Vna mundialis uidelicet armis corporalibus armata ob iniuriam propulſandam uel Artic. 1. 1

propter

propter uindictam inferendam instituta: sicut patet in decreto. 23. q. 1. ꝙ militare. Alia spiritualis armis spiritualibus ornata, ad resistendum militię mūdi, carnis, & diaboli, & desiderijs carnalibus, quæ militant aduersus animā. 1. Pe. 2. Instituti de prima militia fuerunt illi. 4. Reg. 11. Milites introducit ad se in templum domini. De secunda. Lu. 2. Facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis.

¶Primorū ordo status, & actus sunt laudabiles, si regulam ordis illorum teneant, quia non actus, uel status illorū culpatur, sed abusus, sicut patet in decreto. 23. q. 1. militare.

¶Regulam uero ordinis illorū, quā necesse est tenere, dedit eis Ioānes Baptista. (Lucę 3.) ubi dicitur. Interrogabant autem & illum milites, dicentes, quid faciemus & nos? Et ait illis. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, sed contenti estote stipēdijs uestris.

¶Hæc regula tres habet partes, quarum prima præcipit, ne quem lędant in persona, uerberando, uel occidēdo, seu iniuriosè incarcerando, uel detinendo, in hoc ꝙ dicit, Neminem concutiatis.

¶Secunda præcipit, ne aliquem lædant in fama: In hoc quod dicit, neque calumniam faciatis: Calumniari enim (ut 2. q. 3. §. notandum: & ibi glo.) est alicui falsa crimina imponere: Idē dicit in ff. nouo. lib. 10. titu. de abolitionibus criminum. l. 1. & C. de calumniatoribus. l. 2. Nulli ergo crimen imponere deberent, nec etiam ab alijs impositum faciliter credere: Sicut faciunt quidam, qui occasiones quærunt ut aliorū possessiones, uel pecunias extorqueant.

¶Tertio præcipit, ꝙ nemmmem lædāt in bonis exterioribus, ipsa auferendo, uel multa mutuando, & emēdo, & nihil uel tarde soluendo, dicens, contenti estote, &c. Et de proprio & non alieno uiuite. Et nota secundùm gl. 23. q. 1. super c. militare. In quo uerbo recitantur Augustini in li. de uerbis domini, mactatu 19. In quibus prædictam adducit regulam. Hæc regula non tātum dici debet de armata militia, sed de omnibus, qui aliqua officia exercent sub aliquibus, uel super aliquos de ꝓdictis tribus regulę partibus simul. Leui. 19. Ne facias calumniam ꝓximo tuo (quātum ad secundam partem) nec in opprimes eū in persona uel bonis (quātum ad primā, & tertiam eius partes.) Sed milites in illis militiam bonā, habentes fidem & bonam conscientiam. 1. Thimo. 1.

¶Qualiter uero prædictam Ioannis regulam, & ultimam Apostoli auctoritatem, & præceptum, iu operæ & militia, & uitæ puritate semper ostendere deberēt, ostendunt tam illa, quę in ordinis sui susceptione promittunt, uel faciunt, & omnia, quæ circa illos tunc aguntur, quàm sacræ historiæ auctoritas. Artic. 2. 2

¶Septem namque quæ circa eos in ordinis susceptione fiunt, ad quem finem arma suscipiunt, euidenter ostendunt.

¶Quorum primum est quòd circa noctis principium, quæ diem præcedit, in quo arma suscipiunt, balneantur, in signum interioris lotionis, & mūdiciæ, quem semper seruabunt, ad hoc ut in utraque militia tam corporali, quàm spirituali fortes existant. Quod autem talem per mundiciam semper obtinebunt fortitudinem ostēsum est. B. 2. 39.

¶Econtrario immundicia molles facit milites, & in bello debiles, propter quod antiqui sapientes saraceni omnia exercitum mollientia uel sordidantia amouerunt sicut ostensum est. B. 11. 18. Et si saraceni hoc fecerunt, à fortiori ratione nos Chistiani hoc facere deberemus. Nam (teste Paulo) arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed spirituali. 2. Cor. 10.

¶Sic uero aqua loti nouis, & pulchris induuntur uestibus, in signum ꝙ post spiritualem lotionem, quàm illa nocte recipere deberent, peccata sua munde confitendo, nouo induēdi sunt habitu uirtutū, humilitatis uidelicet, 3

& cha-

& charitatis, & pietatis, & aliarum uirtutum, quæ in utraq; militia homines fortes reddũt, sicut patet. B.2.39 & 42. Ergo induite nouum hominẽ: Ephe.4. & induite armaturam Dei. Ephesios 6. & induite uos, sicut electi Dei Collo.3. Qui uicerit sic.1. seipsum (de qua victoria habetur. B.2.31.) Vestietur uestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro uitæ Apoc.3.

¶Sic uero loti & induti, in matutinarum & prædicationum auditionibus, & sanctis meditationibus, noctem ducunt insomnem, in signum, q semper spiritualiter uigilabunt, à peccatorum somnis se retrahendo: In quo exemplum sequuntur illius optimi militis Christi, qui nocte illa, quæ diem præcessit, in qua in cruce optimam, & fortissimam cõtra diabolum exercuit militiam, populum suum de manu eius liberando uigilasse, & milites suos ad uigilandum hortasse legitur, dicens, uigilate, & orate, & non intretis in tentationem. Matth.26. Talis autẽ uigilia, quæ à peccatis hominẽ custodit, multum iuuat in utraq; militia: Quod uero uigilia corporalis in corporali militia multum iuuet, & necessario requiritur, sicut in talibus armis experti: Et sicut uigilia corporalis est necessaria in militia corporali, ita spiritualis in utraque. Propter qđ speculator Petrus clamat dicens. Sobrij estote, & uigilate, qa aduersarius uester diabolus, tanquàm leo rugiens circuit. 1. Pet 5. Vigilate ergo spiritu, carnẽ non sequentes, militũ Christi sequentes exempla, qui dicunt, in carne uiuentes, non secundùm carnem militamus. 2. Cor.10.

Exẽplũ.

4 ¶Post hoc uero ĩ crastino eis imponuntur calcaria, & ictus in collo datur, quæ pœnitentiam significãt, quia sicut calcaria & uerbera equum pũgunt, ipsumque in uia sua citius ire faciunt: Ita pœnitentia corpus pungit & carnem cum sessore, scilicet anima in uia Dei festinare fecit, dicentem, pœnæ militãt in me Iob.10.

¶Talis uero pœnitẽtia est militibus ualde necessaria, quia pulcherrimam uictoriam eos habere facit, illam (scilicet) de qua habetur. B.2.31.

¶Gladio insuper accinguntur quem secundùm alicuius regionis consuetudinem de altari accipit, ut se esse ecclesiæ filios profiteantur in hoc, q de ecclesiæ gladium accipiũt ad ecclesiæ defensionem, quia (teste Petro) non sine causa gladium portat, ad uindictã malorum ad laudem uero bonorũ. 1. Pe.2.

5 ¶In prãdio cum sobrietate sedent & silentio, in signum q hæc duo multum in utraque ualent militia. Quod uero sobrietas milites uictoriosos faciat, per argumentum ostẽditur à cõtrario sensu, sumptum ex historia, quæ habetur G.5.4. Quod etiam silẽtium à nociuis magnam in militia conferat fortitudinem: patet per illud. Isaiæ 30. In silentio, & spe erit fortitudo uestra.

¶Aliqui etiam gladium super altare offerunt: & hoc ideo (sicut dicitur policraticon lib 6. c.7.) quia militiæ est ordinate, tueri ecclesiam, perfidiã impugnare, sacerdotium uenerari, pauperũ propulsare iniurias, pacificare prouinciam, & (si opus est) pro fratribus animã ponere, in qua positione, sicut nunc offert gladium, sic tunc offeret Deo spiritum, quam oblationem semper expectare debet dicens. Cunctis diebus, quibus nunc milito expecto donec ueniat immutatio mea Iob.14.

6 ¶Et non solum ex his, quæ circa eos agũtur, sed etiam ex antiquorum probantissimorum militum, & sacrarum historiarum patet exemplo, quales milites esse debent: Iudæ nanque Machabei, & fratrum eius intentio, & operis executio fuit pugnare pro legum Dei, & iustitiæ terrenæ, seu patriæ defensione, & in ista defensione & intentione vsq, ad mortem prosperati decertarũt. Primum ergo, q post uictorias suas in corde suo habuit, & in opere exercuit, siue mundare, siue re ædificare templũ Dei; sicut patet. 1. Machab.4. Hæc militia omnes perfectiones, & conditiones præcedentes comprehendens, est uita hominis

hominis super terram. Iob 8.

7 ¶Et non quæcunque uita popularis, sed uita duplicis perfectionis, qa ĩ hoc, ꝙ uitam interius, & quo ad Deũ habẽt sanctam, perfectionem habent monasticam, siue ethicã, qua seipsos bene regunt, in hoc uero, quòd rempublicam defendunt, & ecclesię conseruant libertates, perfectionem habent politicam.

¶Et quia tam excellentibus uitę perfectionibus, magnę correspondent in cœlo remunerationes, nõ est dubium, quin tales in cœlo magni sunt meriti, qui prædictas in omnibus obseruant perfectiones. De illis ergo in cœlo colligẽdis uerificari potest illud, qđ dr̃ per os Prophetæ Zachariæ 9. Circundabo domum meã ex his, qui militãt mihi.

Artic. 3. ¶Cũ ergo oĩs perfectio in milite, seu militia inuenta regis terreni, de cõgruo perfectiori modo inueniri deceat in

8 militia, seu milite regis ęterni, pro quãto perfectior est, cui immediatè militare tenetur, non solum ad prędicta septem, quę circa milites mundi fiunt, specialiori & perfectiori modo obligãtur, sed etiam in alijs septem, quę secũdùm iura in militibus mundi necesse est inuenire, intueri possunt milites spirituales, quales esse debeant.

¶De quibus septem conditionibus, quæ in militibus mundi requiruntur, sex habentur in ff. ueteri. libro 4. titu. 6. quibus ex causis maiores. l. ultima. In glo. or. super uerbo periculo.

¶Sex (inquit glo. illa) sunt necessaria in milite.

¶Primum, quòd non sit negociator: ut C. negociatores ne militent. libro 2. l. 1.

¶Secundùm, quòd examinetur: ut C. de his q militare possunt, uel nõ. l. 1.

¶Tertium, ꝙ pręstet iuramentum, quòd non euitabit mortem pro republica. ut ff. quibus ex causis in l. pen. & ff. de his quę notantur infamia. l. 2.

¶Quartum, quòd ense cingatur: ut ff de testamento militari. l. filiusfamil. i. in fortiato. lib. 5.

¶Quintum, quòd stigma, id est, nota publica brachijs eius inscribatur, id est, quoddam signum distinctiuum, per quod miles ab alio homine cognosci poteris, sicut nunc cognoscitur per calciamenta, uel calcaria, ut C. de fabricensibus. l. 3. lib. 11.

¶Sextum, quòd in numero aliorum ponatur, & scribatur, ut ff. de testamẽto militari, lege ex eo tempore. Et talis habet priuilegia militibus concessa. Vnde uersus. Talibus ornatus est miles iure uocatus. Cingat mucro latius, sit nobilis, atque probatus. Scriptus turbatus, sit stigmate nobilitatus.

¶Septimum, quod in eis requiritur, est circa militiam suam mentis & corporis promptitudo. In cuius rei signũ, lex in digesto nouo, libro 11. de re militari. l. milites, prohibet, ne agrum cõparent in prouincia, ĩ qua bellica opera per aguntne studio culturæ à militia reuocentur.

¶Si istę conditiones in militibus 9 mundi requiruntur, quanto magis in militibus spiritualibus, id est, in omnibus Christianis, tam in illis militibus, quàm in alijs, ut Deo excellentius, & deuotius, & feruentius militent, per uitam contemplatiuam, quàm mũdo per actiuam, quàm etiam ĩ omnibus Christianis, specialiter tamen in clericis, & uiris ecclesiasticis, qui diuinę militię specialiter applicantur, quia sicut Decretum. distin. 59. si officia, reputat erroneum, quòd dux esse desideret, cum Tiro, id est, nouellus miles ante non fuerit. Sic, quòd prius uelit docere, antequàm addiscat.

¶Omnes ergo, & specialiter ecclesiastici, quantum ad primas septem conditiones, seu operationes, quę circa eos fiũt, debẽt esse confessione lotis uestibus uirtutũ induti, uigiles, & sic de alijs.

¶Quantum uero ad alias septẽ, quę ĩ eis requiruntur, debẽt esse spũaliter nobiles, filij, uidelicet, Dei nõ solũ creatione, sed actꝰ imitatione, & similitudinis participatione, sicut ostẽsum est. F. 31.

¶Secūdo, ꝙ oēs in scientia sint bene examinati, & specialiter ecclesiastici, non solum in conscientia, sed in alijs, quæ ad statum illorum requiruntur, de quibus dicetur infra c. de ordinibus.

¶Tertio, ꝙ omnes pro fide tot sustineant, & moriantur, si necesse sit, & pastor pro grege suo, quot milites sustinere deberent pro republica, pro qua si tot sustinerent, uel ipsi milites, uel alij, quot sustinent pro uanitate, & cupiditate, supra magnos sanctos essēt in cœlo collocandi, sicut patet. L. 1. articu. 7. per totum.

¶Quarto, omnes ense cingantur pœnitentiæ, sicut dictum est: supra eodem cap. 4.

¶Quinto, omnes Christi mililes talē gerant habitū, ꝙ in eius forma cognoscantur Christi, & non superbiæ, & diabolo militare. Clerici uero specialiter talem deferant habitum, ꝙ clerici esse cognoscantur, Christi militiæ specialiter ascripti.

¶Sexto, omnes nitantur in libro scribi uitæ: ut de numero sint illorum militum, quorū nomina sunt in libro uitæ, qua aliter nec digne Deo militare poterunt, nec in cœlo militū Dei gaudebunt priuilegijs, sicut probatum est. L. 4. 6. ¶Septimo, omnes cupiditatem, & terrenam fugiant occupationem, & specialiter Christi milites clerici, ut feruentius ei militent, cui ad hoc deputantur, scientes, quòd nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus. 2. Thimo. 2.

Artic. 4. ¶Sed, heu, timendum est, ne plures, qui mundi, & Christi milites nuncupātur, inueniantur, qui prædictis 14. con-
10 ditionibus cōtraria faciant, quàm illas spiritualiter teneant. Quia hodie (sicut ait Petrus Blesensis in quadam epistola) militaris disciplina, quam Vegetius uenatus est & alij plurimi docuerūt, prorsus euanuit. Olim enim se iuramenti uinculo milites obligabant, ꝙ starent pro rei publicæ statu, ꝙ in acie non fugerent, & ꝙ uitæ propriæ utilitatem publicam præferrent. Sed & hodie enses recipiunt de altari, ut profiteantur se filios esse ecclesiæ, atque ad honorem sacerdotij, ad tuitionem pauperū, ad uindictam malefactorum, & patriæ liberationem, se gladios accepisse. Porro in contrarium res uersa est. Nam ex quo hodie militari cingulo decorantur, statim insurgunt in Christos domini, & desæuiunt in patrimonium crucifixi, spoliant, & prædātur pauperes sibi subiectos, & miserabiliter atque immisericorditer affligunt miseros, ut in doloribꝰ alienis illicitos appetitus, & extraordinarias impleant uoluntates, & uoluptates: Clypeos deferunt optimè deauratos, prædam potius hostiū, quàm certamen, bella, & conflictus depingi faciunt, & legi, ut se quadam imaginaria probitate, delectant, in pugnis, quas actualiter ingredi, aut uidere non audent, ab expeditione, sine uulnere, & cicatrice cum integris armis ꝑ Dei gratiam reuertuntur. Curritur ad uidendū, exhausta canunt prælia, illuc æacides, illuc tendebat ulixes, hi sunt in prætorijs leones. In prælijs lepores. In pacē prædam, inter arma fugas. Inter uictores uictorias sectantur. Porro ordo militum nunc, est, ordinem non tenere. Nam cuius os maiore uerborum spurcitia polluitur, qui detestabilius iurat, qui minus Deum tenet, qui ministros Dei uilificat, quia ecclesiam non ueretur, iste hodie in cœtu militum fortior, & nominatior reputatur. Et sic patet, ꝙ in eis completa est prophetia. Isa. 34. Tabescet omnis militia eorum, & omnis militia eorum defluet in bello, uidelicet, sicut defluit folium de uinea, 11
quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus. Nota. B. 2. 50.

¶Hi omnes de regula, ordine, & ꝓfessione esse uidentur militum crucifigentium Christum, in quorum actu, sicut quatuor inueniebantur articuli, super quos, ordo illorum fundebatur.

¶Quia primo illudebant, ei & milites acetum offerentes. (Lucæ 23.) Coronam

ronam spineam plectentes. Ioan. 19.

¶Secundo ipsum spoliauerũt. Io. 19. Milites cum crucifixissent eum acceperunt uestimenta eius, & fecerũt quatuor partes, vnicuique militi partem Tertio occiderunt. Nam & milites quidem hęc fecerunt. Io. 19. ¶ Quarto ad sepulchrum perdiderunt, & nunquàm postea inuenerũt: quo pdito. (Mat. 28.) Pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes. Dicite, quia discipuli eius uenerunt nocte, & furati sunt eum, nobis dormientibus, at illi accepta pecunia fecerunt, sicut fuerunt edocti & diuulgatum est inter Iudæos uerbũ istud usque in hodiernum.

¶Ita prædictorum militum, & om-
11 nium tyrannorum, & falsorũ Christianorum, & specialiter in potestate positorũ uita pro magna parte in quatuor prædictis dependet conditionibus. Nã primo Christo peccando, & mẽbra sua ad amaritudinem prouocando multis modis illudunt.

¶ Secundo ipsum in membris suis eis subiectis spoliant, pro quo nomen, & pœnam merentur prædonis. Quia (secundũ iura) prædo vno modo dicitur, qui ultra stipendium sibi taxatum quærit. 24. q. 1. militare. Iob 24. Vim fecerunt deprædãtes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt.

¶Tertio iuramentis suis, & alijs peccatis Christum quantum in eis est, iterum crucifigunt, & occidunt, quia causam iterant mortis eius, scilicet, peccata, & sic, quantum in eis est, etiam effectum iterum inferunt crucifigentes filium Dei. Heb. 6.

¶Quarto, ipsum ita in terra perdũt, quòd nunquã ipsum in cœlo inueniẽt. Quia quando de bonis militibus mũdi, uel Christi, id est, quibuscunq; Christianis bonis, qui corporaliter, & spiritualiter, uel saltem spiritualiter prædictam regulam. (Lucæ 3.) à Ioanne Baptista datam, & 13. conditiones prætactas tenuerunt, & contra mundum carnem, & diabolum fortiter militauerunt, & ad capiendam gloriam, & patriam beatam armis uirtutum perseueranter, & fortiter præliauerunt, uerificabitur illud. Isa. 29. Militauerunt, & obsiderunt, & præliauerunt aduersus eam. Tunc de malis, qui de regula, & uita, & actu sunt prædictorum militum crucifigentium Christum, qui omniũ prædictarum 14. conditionum faciunt contrarium, sicut inductiuè patet intuenti, qui hic à carne, mundo, & diabolo ducuntur captiui ad culpam, & illic captiui ducentur ad pœnam, uerificabitur illud. Naum 2. Miles captiuus adductus est: Nota. X. 1. 17. & N. 3. 15.

¶Ministratio. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Duplicem esse ministrationem, spiritualem quippe, & corporalem, clare agnoscimus: Spiritualis ministratio speculatiua est, & circa animam duntaxat exercetur.*

Corporalis verò actiua est; & corporis eiusquè exteriorum bonorum sedulò satagere debet: viri optimè exercentes vtranque ministrationem tùm spiritualem tùm corporalem, Christi ministri meritò nuncupantur.

2 *Ministratio spiritualis animã ipsam tãquam locum, vbi spirituales ministri ministrare possint; tenere debet, & ministrantium cubicula seu efficine virtutes existunt, iustitia scilicet, & humilitas, & cæteræ id genus virtutes.*

3 *Ianitores sanctæ Dei curiæ atque habitationis sunt viri probi, simplices ac Deum timentes.*

4 *Dispensatores, qui in Dei curia bona domini tùm custodire, tùm destribuere & impertiri diligentissimè debent, ecclesiastici, omnes, sed prælati potissimũ esse dicuntur.*

5 *Speculatores in Dei ministerio, & præcones vigiles & canori verbi cines prædicatores esse censentur.*

Ministri mensæ seu architiclini in curia Dei, & in eius ædibus sacris omnibus

bus conniuijs discumbentibus varia eduliorum fercula ordine, & tẽpore exhibent, ac ministrant oẽs sacerdotes, tum seculares, tũ regulares esse ducunt.

6 *Dei eleemosynarij in eius curia uiri misericordes sunt. (se æstimantur.*
Ipsiusquè Cubicularij omnes pacifici, es-

7 *Exemplo earum geminarum sororum ab ecclesia cõmẽdatarũ, Magdalenæ s. q̃ ad Iesus pedes sedebat, et Martæ, q̃ rerũ ministerij frequenter satagebat; vberrimè ostenditur oẽs ministros tã spirituales quã corporales, si fideliter ac ritè administrationi operã nauauerint, à Deo laudari, ac p̃mijs dignis plurimũ affici.*

8 *Tam domini & principes, qui ministros ad loca sibi subdita gubernanda instituunt, ac mittunt, quàm ipsimet ministri impendio magis ipsorum locorum communitati ac reipublicæ, quàm sibimet consulere, ac prouidere debent.*

9 *Duobus insignibus exemplis vberius constat; respublicas, ac populos ex frequentiori ministrorum, & præsidum amotione atque mutatione parum commodi, ac emolumenti percipere.*

10 *Nonnullis exemplis & auctoritatibus, tùm sacris, tùm profanis latissimè indicatur, eos ministros non bene audire nec laudari, qui omni cura ac diligentia incumbunt, & prænsant; vt locorum præfecturas, atque ministrationes assequi è sententia possint.*

11 *Quatuor potissimum sunt, quæ dominos, principesq; ac eorũ ministros erga subditos populos sese benignè, atq; clemẽter gerere, ĩducere, et allicere debẽt. Primum etenim est peccatum, a quo omnis dominij, seu potestatis ratio, & infœlix hoĩum seruitus exordium sumit.*

12 *Secundum est naturalis humanæ conditionis æqualitas.*

13 *Tertio inconstantis fortunæ mobilitas, ac mutabilitas & varietas, à principibus ac præfectis expendenda est. Denium cuncti domini ac reges, eorumuè ministri, & proreges turpiorẽ ac detestabiliorem seruitutem eorum voluntariam, qua sponte omnibus scelerum generibus adeo turpiter famulantur, & obsequuntur; mẽte animoquè considerent, atque spectent.*

14 *Hi omnes tùm domini tùm ministri, qui in eorum gubernatione & administratione sese optime gerũt, gemino honore, & emolumento, tùm in terra, tũ in cœlo à Deo optimo maximo, afficiẽdi sunt.*

15 *Improbi ac simulati ministri ab improbis principibus ad populos gubernandos missi, vt sibi potius pecunias coaceruare, & accumulare, quàm crimina castigare, et punire studeant; tribus potissimũ, nẽpè Belis sacerdotibus, annosæ uulpi, et Rhãno, cõparari merito debẽt.*

16. & 17. *Facinorosi ministratores dũ miserã plebeculã ministrare ac regere clemẽter, placideq; dissimulãt, mustelæ, cani, et apibus nõ ab re assimilari possũt.*

18. & 19. *Principes ipsi iniusti vnà cum eorum similibus ministris quales sint, nonnullis haud paruipendendis exemplis non obscurè demonstratur.*

20 *Deinde domini, qui scelerosos ministros, ac præsides pro oppidorum suorum regimine collocant & extollunt, vento circumstanti assimilantur.*

21 *Illi criminosi ministri dummodo eorum dominis morem gerant, & placeãt, subditos pœnis, ac iniustitijs afficiẽtes, Deũ ipsum non magni faciunt.*

22 *Tã domini, quàm ministri nonnunquàm culpam grauem simoniæ committunt.*

23 *Geminis exẽplis friuolæ, inutiles, atq; callidæ dñorũ excusationes circa suorũ ministrorũ institutionẽ facilè respuuntur.*

24 *Aliæ insuper eorumdem leuiores causæ exemplo quodam per bello, & per scito, nullo labore refelluntur.*

25 *Longe futiliores, atque inutiliores ministrãtium excusationes, qui eorum principum obsequium, ac obedientiam præcipuè causantur, nõ difficulter proculcantur, & euertuntur.*

26 *Eorum excusationibus & causis vberrimè satisfit, & multifariam eædem satis leuiter refelluntur.*

27 *Binis, exemplis egregijs ostenditur quod ministris probi ritè ac iustè gubernantes, antequàm in consideratam inconsultorum eorum dominorum sententiã*

exequantur, eos veritatem prorsus erudire debens.

28. & 29. Stultæ profectò, & pueriles elatorum, ac procacium ministrorum causæ, & excusationes non difficulter cōprimuntur, & prosternuntur.

30 Quadrifariam subditi simplices, abiecti, demissi, atque egeni, eorum ministros elatos, insolentes, ac iactatores appositè comprimere queunt:

Primò nāque periucunda quadā Muscæ, ac Formicæ de earum præstātia, & claritate vnà concertantium ac disceptātium fabella, nimiam eorum insolentiā, & elationem respondendo deprimunt.

31 Deinde alia non illepida muris Vrbani, & muris rustici fabula, ostenditur subditos pauperes opulentos ministros facile respuere posse.

32 Apologo etiam lupi famelici, ac gracilis, et canis nitidi pinguisq; patet, quomodo subditi macilenti & famelici illis pinguibus respondere, & irridere possunt.

33 Quarta demū haud rustica canis præ cæteris homines mordentis, & vnius ob id ad collum nolam afferentis fabula, clarius edocentur simplices & humiles serui, quomodo ministros audaces; & arrogantes, qui nimium de diuitijs acquisitis & xenijs elargitis sibi placent; deijcere, & comprimere debeant.

34 Duplum dispendium, & damnum hi facinorosi, ac iniqui ministri principibus seu dominis eos pluris facientibus, & mirificentius diligentibus, ac fouentibus, ignominiose afferunt.

35 Alterum temporarium est; iacturā adhùc temporalem dominorum improbi, & cupidi ministri eo magis accrescunt; quò munificentiora munera eis crebertimè largiuntur.

36 Domini & principes, (vt iam ex Diui Thomæ Aquinatis sacri prædicatorij cōuētus ornamēti sentētia vberrimè cōstat) suorum oppidorum vicorumque ac ciuitatum munera et ministrationes eorū præsidibus, ac ministris nullo tēpore, summo quocumque oblato precio, venūdare debent; quia istæc locorum munera ministri iniurij, tenaces, & ad pecunias auidi duntaxat comparare operam nauant: à quibus tandem non solum detrimentum tùm temporariū, tùm æternum dominis ipsis exoriri, & imminere compertum habemus.

37. & 38. Sed etiā ipsimet ministri eadē pcella perturbantur, atque iactantur. Geminis appositis exemplis liquet temporarium ministrorum iniquorum detrimentum.

39 Pluribus pulcherrimis exemplis patet discrimen, & damnum, in quo æternaliter ijdem versantur.

40 Mali itidem ministri tùm ecclesiastici, tū temporales non modicam iacturā spiritualem his, qui omnia in ipsos studia cōtulere, afferre poterunt.

41 Improbi omnes atque iniusti, tùm domini tùm ministri toti ciuitatum, castrorumque reipublicæ maximopere dānificare, & incommodare videntur.

42 Exemplo columnæ ad cadendum curuæ ac flexæ ostenditur, mirum nō esse quòd à malis tùm dominis tùm ministris locorum reipublicæ malefiat, & detrimentum afferatur.

Inistrationum. Primo, ostēdentur diuisiones. Nā diuisiōes ministrationū sunt. 1. Cor. 12. Secūdo, ostēdetur, qualis esse deberet intētio, tam ministrū instituentis, quàm ipsius instituti. Tertio, qualis esse debeat ministri executio in ministrādo. Quarto, quale sit bene ministrantiū cōmodū tēporale, uel pmiū ęternū. Quinto, ostēdetur, qualē de facto se ostendūt habere intētionē, & operis executionē, tā instituētes, quàm ministrātes. Sexto, quàm magnū sit male instituentiū, uel ministrātium delictū. Septimo tā instituētium, quàm ministrantium, quàm etiam sub ipsis ex afflixione dolentium, audiēdæ sunt responsiones. Octauo, tam male instituentibus, quàm male ministrantibus inferenda est pœna.

¶Ratione primi, est aduertendum, ꝙ ministratio quædam est spūalis, pertinens Artic. 1.

tinens ad animam, quædam est corpo-
1 ralis, ad corporum, & rerum exteriorũ,
seu operum, quæ exterius apparent, p-
tinens gubernationem. Prima est spe-
culatiua, secunda actiua, uterque tamẽ,
si rite faciant quod ad eos pertinẽt, mi-
nistri Christi sunt. 2. Cor. 11. Sed quia
ministri distincte suas exercere non
possunt operationes, nisi distinctas, &
ordinatas habeant officinas, in quibus
ministrent. Primo oportet, utrisque
ministris loca deputare ordinata, & se-
cundùm locorum, & occupationum
exigentias, oportet ministros deputare
eisdem.

¶Locus ergo interioris, seu spiritua-
lis ministerij ipsa est anima, cum offi-
cinis, cameris, & diuerticulis omnium
uirtutum, de quo loco, seu habitatione
dignè præparata, & mundè custodita,
dicere potuit, qui habitationem talem
habuit illud. (Eccle. 24.) In habitatio-
ne sancta coram ipso ministraui.

2 ¶In habitatione (inquit) sancta;
quàm fides ĩ solo animo fundat, in quo
fundamentum aliud bonum, & dura-
bile nemo potest ponere, uirtutes ędifi-
cant, & exaltant, & per diuersas man-
siones distinguunt. Alia nanque mã-
sio, seu camera quodammodo est iusti-
tia, alia humilitas, & sic de alijs, quas vi-
dendo, & in quibus habitando, & qua-
si gestiendo delectantur Deus, Angeli
sancti, & propriæ meditationes, quia
ibunt de uirtute in uirtutẽ, sicut de ca-
mera in camera. Scientia gubernat, ab-
stinentia mũdat, ne sit ibi fœtidum, uel
putridum aliquid per gulam, uel luxu-
riam: Patientia quietat, ne à uento agi-
tetur, uel prosternatur. Pietas ditat.
Amor delectat. Charitas operit, & or-
nat, quia charitas operit multitudinẽ.
Tam fœlicem & beatam curiam, hor-
tatur Petrus nos in animabus nostris,
primo omniũ ędificare, dicens. 2. Pe. 1.
Vos autem curam sub inferentes mini-
strate in fide uestra uirtutem. In uirtu-
te autem scientiam. In scientia autem
abstinentiam. In abstinentia patientiã.
In patientia pietatem. In pietate frater-
nitatis amorem. In amore autem fra-
ternitatis charitatem.

¶Et quia ędificium sic formatum, & 3
distinctum, uel destrui posset per por-
tas sensuum, uel alias insidias, uel saltẽ
inutile esset, nisi ministros haberet di-
stinctos, & ordinatos, ipsum custodien-
tes, & digne in eo ministrantes, ad mo-
dum diuersitatis ministrorum in curijs
magnorum, est diuersitas ministrorum
ordinanda in ista curia Dei: Sicut ergo Exem-
in curia mundi sunt ianitores arcentes plum.
indignos ab ingressu, & dignos intro-
ducentes. Ita in curia Dei locum isto-
rum tenent uiri mundi, & Deum timẽ-
tes, qui diligentes obseruant, ne mors
intret per sensuum fenestras, qui om-
nia illicita ab aĩa, & domo Dei, quan-
tum possunt, excludunt, & qui domum
ornant, uel mundant, introducunt. De
tali digno ministro loquitur Deus (in
Psal. 100.) dicens, Ambulans in uia im-
maculata hic mihi ministrabit.

¶Secundo in curia mũdialium sunt Exem-
dispensatores bona domini sub claue plum.
custodientes, & loco, & tempore ea di- 4
stribuentes, horum locum in curia Dei
tenere deberẽt uiri ecclesiastici, & spe-
cialiter prælati, qui sacramenta, & cę-
tera bona, tam spiritualia, quàm corpo-
ralia distribuere tenentur indigẽtibus.
1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, ut
ministros Christi, & dispẽsatores mul-
tiformis gratiæ Dei. Sed iam quęritur
inter dispensatores, ut fidelis qs inue-
niatur. Ibidem, & raro inuenitur. Et ta-
men sicut boni, & fideles ministri sunt
Angeli, de quibus in Psal. 100. Benedi-
cite domino omnes angeli eius, mini-
stri eius, qui facitis uolũtatem eius. Ita
mali sunt dęmones.

¶Iterum in castris nobiliũ sunt spe- Exem-
culatores, quorum officium, seu mini- plum.
sterium est, alijs dormientibus uigilare 5
noctis horas preconizare, somnolentes
die adueniente excitare, ad prandiũ fa-
miliam uocare. Horum uices gerũt p̃-
dicatores in curia Dei, de quorum nu-
mero extitit Paulus, qui cum omnibus
sequacib⁹ suis exẽplo pastorũ. (Lucæ 2.)
habet

habet super gregem domini uigilare, ne ipsis dormientibus, id est, scandalose uel negligenter agentibus, inimicus homo superseminet zizaniā in medio tritici. 2. Thi. 4. Tu uero uigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ ministerium tuū imple, noctis horas. i. huius uitæ breuitatem, inquantū dies alterius seculi appropinquat, omnibus annunciare, & dormientes in peccatis excitare, dicendo, hora est iam nos de somno surgere, nox præcessit, dies autē appropinquauit. Exurge ergo à mortuis, qui dormis, & debes de Dei familia ad agni cęnā clamore orationis, & tuba prædicationis Apostolorum, q illo officio specialiter fungebātur, sequētes exemplo, dicētes. Nos uero orationi & ministerio uerbi instātes erimus.

Exemplum. Act. 6. Tales multum sunt Deo accepti, sicut minister gratus, qui damnum ꝓprium negligit, uel patienter suffiert, & totum intellectum applicat, ut domini sui faciat uoluntatem, sicut talis minister acceptus est domino terreno. Ita acceptus est regi suo celesti minister intelligens. Prouerb. 14.

Exemplum. ¶Iterum, nobilibus sunt aliq deputati, ut eis sollicite, & honeste, & sine macula, & offensione mensis seruiant. Horum statum in curia Dei i. Ecclesia tenent clerici, & sacerdotes, tā religiosi, quàm seculares, ad ministrandū sacris altaribus specialiter deputati, de qbus Ezech. 44. Sacerdotes & leuite accedant ad mensam meā, & ministrabūt mihi.

6 ¶Iterū, in curijs potentiū sunt eleemosynarij, horum locū tenent uiri misericordiæ, curiā pauperū gerētes, sicut Paulus, qui dicit. (Ro. 15.) Nunc igif ꝓficiscar Hierusalē ministrare. Quod & alios similiter facere hortatur, dicēs. De ministerio, quod fit in sanctos ex abundanti est mihi scribere.

¶Sunt insup cubicularij, seu camerarij, quorū typū tenent pacifici in secreto cordis, Deo cubiculū pparantes, & uarijs uirtutibus ornātes. 1. Paral. 6. Cōstituit ante arcā dñi de leuitis, ut ministrarent, & recordarētur operum eius, & glorificarēt Deū. Sic ergo habemus in domo Dei spiritualē ędificationē cū diuisionibus suis, & spūales ministros in singulis officijs, de quibus duob⁹ simul. (Eccl. 24.) In habitatione sancta coram ipso ministraui.

¶Ministri uero, q administrationem rerū deputātur mūdialiū, sub diuersis dñis, ꝑ tot loca, & officia, seu ministeria, quot mundus, uel mūdiales habent administrationes, uel rerū curas ad eos ꝑtinētes, q tñ oēs ad eius, cui seruiunt, ꝑtinere familiā dinoscūtur, qa dicit lex in ff. uèteri. li. 21. tit. 1. de ædilitio edicto. l. ediles, ꝙ familię applicatione omnes, qui in seruitio sunt, continentur, etiam liberi, qui ei bona fide seruiunt.

¶Ministrātibus uero ꝑdicto mō quasi per similitudinē Marthę, & Marię diuisis, hoc est aduertēdū, ꝙ sicut utraque sororū ꝑdictarū, tā Maria, q sedebat ad pedes Iesu, quàm Martha, q satagebat circa frequēs ministeriū. (Luc. 10.) ab ecclesia cōmēdantur. Ita tā primi, quā secūdi ministri, si fideles inueniātur eorū ministeriū in ministrādo. (Ro. 12.) à Deo commendabitur, & mercedē ministerij sui ab eo recipient, quia omnes iuuant ad consummationem sanctorū, in opus ministerij, in ędificationem corporis Christi, donec occurramus omnes. Eph. 4. 7

¶Ille tamen, cuius ministerium specialiter pro animabus ordinatur saluandis, melius est sortitus ministeriū, quanto, & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Hebr. 8.

¶Et tñ ministeriū exterius cū Martha est tam ministranti, quàm ministrū instituēti, utile & meritoriū (sicut ostēsum est. L. 1. 5.) & Deo cōmendabile, si rectam habeat ex parte utriusq; intentionē, & debitam executionem. Intētio vero tam instituētis, quàm instituti esse deberet, principaliter, ut respublica recte gubernetur, & saluetur, & subditi reddāt quæ sunt Cæsaris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo. Artic. 2. 8

¶Ad hoc nos informat exemplum

Exemplum.

historiæ,& auctoritas. ¶Exemplũ eius in natura ostendit, ꝙ sicut nisus oĩum mẽbrorum tẽdit, ad hoc,ut uita cõseruetur corporis:Ita nisus,& intẽtio omnium dñorum,& ministrorum esse deberet conseruare rẽpublicam,& corpus Christi mysticũ.i.fideles in vna pace, & iustitia. Et sicut mẽbra potius vitam, salutẽ,& bonum statum intẽdunt totius corporis, quàm salutẽ propriam, sicut patet de manu,quæ quasi salutis ꝓpriæ oblita se pro salute totius corporis exponit, ictum in se recipiens, qui corpori ueniebat. Sic prædicti bonũ statũ cõmunitatis potius intendere deberẽt, quàm ministrorũ promotionem, quia bonum vniuersalem diuinius est, secũdùm philosophum primo Ethicorum.

Exemplum.

Exemplum.

¶Exemplũ ad hoc recitatur in historia scholastica, super actus apostolorũ, de Tiberio Cæsare (de quo dicit Iosephus) ꝙ in oĩbus negocijs suis moro-
9 sus erat, vnde cũ statuerat procuratores in prouincijs,uix,aut nũquàm eos mutabat, quod cũ sæpius quæsitũ esset ab eo, quare eos non mutaret,rñdit, se in hoc parcere plebiculæ scientes enim ꝓcuratores se ad modicã habituros procurationem emungunt usq; ad sanguinem,& tanto dominãtur grauius quãto breuius: Et qui recentes superueniunt dissipant quicquid inueniunt. Quod exemplo ostẽdit cuiusdam vulnerati, qui cum iaceret in uia, & non amoueret multitudinem muscarum à vulnere, superueniens alter putabat, ꝙ hoc omitteret ex imbecillitate, & abegit muscas, quæ operuerant vulnus eius. Ad quẽ ille, Male fecisti mihi, qa muscę, quas amouisti, iã plenæ erant sanguine, & partius me molestabant, quæ autẽ superuenient recentes, acrius me pungent. Sic & procuratores, uel officiales, & ministri quocunque recẽter substituti acrius in subditos desæuiunt.

Exemplum.

10 ¶Non ergo sunt audiendi, qui dños procurant, ut ministros suos frequenter amoueant, & nouos ibi ponant, ut ex officio illo cum multis falsitatibus, & maledictionibus promoueantur, & ditentur. Nec etiam sunt ipsi ministri in hoc audiendi,qui per seipsos & alios talia procurant officia, quia si bonus & omnino fidelis esset, hoc raro procuraret,quia raro inuenitur officiũ, in quo oĩno fidelis magnũ reportat cõmodũ. si uero pauper sit,uel cupidus, uel malus, & falsus,& si hoc procuret, non est audiendus.

¶Exẽplũ ad hoc de Scipione, de quo referunt historiæ, ꝙ cũ quædam regio Romanis rebellaret,& duo electi essẽt, ut irent pacẽ reformare. Cũ consilium quærerent à Scipione æmiliano,qui ꝓpter senectutem ad consilium ire non potuit,si illi duo essent mittẽdi,uel nõ, rñdit,neutrũ, esse mittẽdũ, qa vni oĩa desunt,alteri nulla sufficiunt, vnũ notauit de nimia paupertate,alium de nimia cupiditate, propter quas uterque munera reciperet, & populum grauaret,& à uero deuiaret, & propria communibus antepõneret.

Exemplum.

¶Huic Scipionis consilio, auctoritas concordat Bernard. de consideratione:lib.4. Ad Eugenium Papam. Tales (inquit) quærendi sunt ministri, qui marsupia non exhauriant, sed corda reficiant, & crimina corrigant.

¶Et auctoritas Tullij de officij lib. 3. c. 5. Vnum (inquit) in omnibus debet esse propositũ ut eadẽ sit utilitas vniuscuiusque, & vniuersorum, quàm si ad se quisquàm rapiat, omnis humana societas dissoluitur. Sicut patet. D.12.9. Talis ergo proprij commodi, uel suorum promotio lõge debet esse à Christianis,quos hortatur apostolos, dicẽs. in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros. 2. Cor. 6.

¶Quæ auctoritas tertium introduxit articulum, quia ad hoc, quòd in omnibus simus Dei ministri,non sufficit,quòd illam intẽtionem habeamus bonam,de qua in ꝓcedenti dictum est articulo:sed requirit,ꝙ executio debita fiat totius ministerij. Hæc autem exe-

Artic. 3.

cutio tunc bene fit, qñ dñi uel eorum 11
ministri cum humilitate,& pietate subditos quoscunque tractant. Ad qđ eos

monere

mõnere deberẽt quatuor. Prima cauſa, ſeu ratio dominationis, ſeu poteſtatis, quam in miniſtrando ſuper eos accipiunt. Cauſa enim, quare homo homini dominatur, ortum habet à peccato, quia ſi nunquam fuiſſet peccatum, nunquam homo hominis ſeruus fuiſſet: vnde Auguſt. 19. lib. de ciuitate Dei. cap. 15. Nunquam (inquit) in ſcripturis legimus ſeruum, antequam hoc uocabulo Noe iuſtus peccatum filij indicaret. (Gen. 9.) dicens, Maledictus Chanaan, ſeruus fratrum ſuorum erit. Hoc oſtendit, ibidem Auguſtinus ex conſideratione humanæ creationis in qua homini dictum fuit; Præſit piſcibus maris, & ſit terror ueſter, ac tremor ſuper cuncta animantia. In quo oſtendit nõ hominem homini, ad Dei imaginem facto, ſed pecori debere dominari. Inde primi patres iuſti paſtores pecorum, magis quàm reges hominũ conſtituti ſunt. Gen. 47. ut ſic inſinuaret Deus, quid ordo poſtulet creaturarum. Cum ergo dominium illorum, & miniſterium regendi ortum habeat à peccato, quod excogitatum cor humiliare deberet, & non eleuare patet ergo ꝙ de ſuperioritate illorum ſuper eos ſuperbè eleuari non deberent, exẽplum reſpiciẽtes ſummi domini & miniſtri, qui ait, In medio ueſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat: Luc. 22.

12 ¶Secũdo, naturalis cõditionis ęqualitas, de qua Iob 31. Nunquid, non in utero fecit me, qui & illum. ſ. ſeruum? iugiter mediata faciet non imperare ex ſuperbia, & cupiditate, ſed potius conſulendi & prouidendi miſericordia. Vnde beatus Grego. moral. 21. ſuper dicta auctoritate, potẽtibus (inquit) viris, magna eſt humilitatis cauſa oſtenſa, æqualitas conſiderata conditionis.

¶Et ſi iſtam æqualitatem conditionis, quantum ad propinquam illorum conditionem, negare uoluerint, prout corporis reſpiciunt nobilitatẽ, in quo de propinquo licet non à principio maiorem quandam habere uidentur nobilitatis excellentiam; tamen reſpiciendo animarum nobilitatem, in qua omnes ad Dei ſunt ſimilitudinem, & ut Deo ſeruiat, eſt eius anima, & inæquali naturæ dignitate creata. Si ergo ad inferioris contemptum eum prouocat cogitatio nobilitatis corporis, quã fortuna de propinquo cauſauit, eum reuocet conſideratio æqualis nobilitatis animæ, quam ab initio Deus ordinauit. Et ſi ſeruum ſuum contemnere, uel dure tractare uoluerit, quia ſeruus ſuus eſt, ſeruum & ſubditum Dei in reuerẽtia habeat, & cum timore regat, quia Dei; Ergo in omni uirtute tua dilige eum, qui te fecit; & miniſtros eius ne derelinquas: Eccleſiaſt. 7.

¶Tertio fortunæ mutabilitas, qui enim nunc ſuperior eſt, cogitare deberet, mundum maris habere conſuetudinem, in quo unda nunc ſuperior, cito erit inferior, & econuerſo. Ita erit de illis, uel hic uel in futuro. Ex hac cõſideratione Seneca quemcunque ſuperiorem hortatur dicens (Epiſt. 47.) Neſcis, qua ætate Hecuba ſeruire cęperit? qua Cræſus? qua Darij mater? uiue ergo cum ſeruo clementer. 13 Exemplum.

¶Quarto ſeruitutis maioritas, quam in ſeipſis inuenire poſſunt. Vnde Seneca Epiſt. 47. Seruus eſt, ſed forſitan liber animo; hic ſi ſeruus ſit, illi non nocebit, oſtende, quis ſeruus non ſit; Alius libidini ſeruit, alius auaritię, alius ambitioni, omnes timori, nulla ſeruitus turpior, quàm uoluntaria.

¶Sed (heu) non obſtãtibus omnibus iſtis motiuis, miniſtri eorum depreſſerunt populum. Neemiæ 5. Nec à dominis de illa depreſſione, uel oppreſſione iuſtitiam obtinere poterunt. Sed ſi eos conqueri contingit, à dominis nihil, niſi leue reſponſum, quo ad Architriclinum, mittuntur, habent: à miniſtris uero maius damnum reportant; quia ipſi audientes, quòd de eis conqueſti ſunt, offenduntur, & iurant, quòd peius ualebunt, qualibet talis peccati miniſter eſt. Gal. 2.

¶Illorum

¶Illorũ uero, qui prædictis acquiescunt motiuis, piè ministerium, & superioritatem suam prosequendo, magnus est honor, & commodum tàm in terra, quàm in cęlo.

Artic.4. ¶Primo nanque in terra. Sicut honor est seruo nobilẽ sequi dominum. Ita honor est ministro sequi Christum,
14 eique assimilari, qui dicit, Quicunque uoluerit inter uos maior fieri, erit vester minister, filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam. Matth 20. Si quis ergo mihi ministrat, me sequatur. Ioan. 12. Secundo, in terra dat fiduciam de cęlo habendo, quia sicut qui arat, arat in spe. Ita qui bene ministrauerit, bonum sibi gradum acquirit, & multam fiduciam gloriæ. 1. Thim. 3. In cęlo vero triplicem consequitur honorem, & utilitatem. Primo, quo ad locum, honoratur enim minister, quando ad cameram vocatur regis. Ioan. 12. Vbi ego ero, illic & minister meus erit. Secundo, quantum ad cibum, qui erit ipsimet Deus. Numeri 18. Precium est pro ministerio, quo seruitis in tabernaculo, & non peccabitis, egregia & pinguia reseruantes. Tertio quantum ad seruitorem, honorat enim seruum rex, qui ei personaliter ministrat. Sed ipse Deus transiens ministrabit illis. Luc. 12. Sic ergo, si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Ioan. 12. Sed (heu) non obstantibus meritis, & præmijs, cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, neq; custodistis legem iustitię, neque secundùm uoluntatem Dei ambulastis. Sapien. 6.

Exẽplũ.

Exẽplũ.

Ar.5. ¶In qua auctoritate datur intelligi illud, quod ostensum est. D. 12. 8. cum
15 sequentibus. Et illud, quod quotidiana docet experientia, ꝙ uidelicet mala intentione ministros instituunt, plus propriam, quàm communem intendẽtes utilitatem, quia & tales instituunt, qui plus reportent, non qui iustius regant. Et ipsi sic instituti, sciẽtes, ꝙ oportebit eos, si in officio remanere uoluerint, multa reportare, plus nituntur pecunias colligere, quàm culpas corrigere, promptioresque ad uindictã, quàm ad iustitiam se exhibent, plus enim nituntur cupido domino suo: quàm Deo placere, ut in omnibus se domino suo conforment, & sic de eis uerificetur illud. (Prouer. 29.) Princeps, qui libenter audit uerba mendacij, omnes ministros habebit impios, quia tales habebit, qui multa narrabunt ei multos falso accusantes, & dominum ad prædam prouocantes, & hoc, ut ei placeant, quẽ sciunt talia diligere. Tales ergo in accedendo ad ministerium. Primo similes sunt sacerdotibus Belis. (Dan. 14.) Qui intrabant proprium intendentes commodum. Exẽplũ.

¶Secundo, similes sunt vulpi fraudulentæ, quæ se mortuam fabulosę finxisse dicitur, ut super bigam proijceretur, ut quæ in biga erant, comederet, & asportaret. Sic illi, ut in officijs uel beneficijs ponantur ecclesiasticis, fictã prætendunt humilitatem, se mundo mortuos mendaciter simulantes, ut uero in alijs ponãtur mundi ministerijs, vulpinas exquirunt cautelas, promittentes se pro dominis utiliter esse facturos, sed totum, ut comedant, & diuites fiant, & quæ poterunt, asportent. Exẽplũ.

¶Tertio rhanno assimilantur, quia sicut alijs arboribus fructuosis, gubernationis lignorum ministerium fugiẽtibus. (Iudic. 9.) Rhannus illud gratanter admisit, de quo postmodum ignis exiens, arbores combussit. Ita fidelibus officiarijs fugientibus propter causas tactas. D. 12. 9. ipsi non solum suscipiũt; sed procurãt, & emunt, ut sint in diuersis officijs, tam ecclesiasticis, quàm mũdialibus, quod precium datum postmodum pro mercedibus, soluant meretricum, & latronum, quos pro muneribus peccare permittunt, & sic ignis de eis exiens, subditos spiritualiter comburit, dum eos non corrigunt, & temporaliter dum exteriora auferunt bona, ut licentius peccent. De sic ergo Exẽplũ.

acceden-

accedentibus, potest dici illud. (Numeri 3.) Qui administrandum accesserit, morietur.

16 ¶In ministrando uero tales sunt similes mustelæ, de qua dictum est. A. 12. 50. Exemplum.

¶Secundo cani propter tres eius cōditiones, quia primo cum magno latratu uenit uersus latronem, quasi eum deuorare uellet, qui pane in ore proiecto tacet. Qui secundo super omnē ignotum latrat, ipsumque prosequitur. Qui tertio ad macellum, ubi inuenit bonos bolos, assuetus, non faciliter à loco illo remouetur. Sic isti primo multa minantur, pecunia data, minę cessant. Secundo ignotum uolentem in uillis, vel alijs locis inter illos habitare, & prospere agere, ex inuidia, & auaritia pluris modis uexant, occasiones contra eū quærentes. Tertio ad officia, & curias assueti, non faciliter reuocantur, quantumcunque aliunde satis habeant, unde copiose, & quiete uiuere possent. De quo nonnulli frequenter mirantur, dicentes. Mirum est ꝙ talis, qui habet satis unde viuere de ecclesia, uel præbenda sua, vel de terris, uel redditibus suis, qui quietam in domo propria vitam ducere posset, vult se tali onerare officio, in quo tota die, & nocte tot sustinebit labores, anxietates, & sollicitudines, & pericula corporalia, & spiritualia, & tot hominum incurrit odia, & inimicitia, quia siue faciant iustitiam, siue nō, ex alia parte inimicitias acquirent iniustorum, circa quos iustitiā exercent. Si uero iniustitiam fecerint, maledictionem, acquirunt Dei, & odium, & inimicitias, & maledictiones iustorum, quibus nocent. Exemplum.

17 ¶Sed uiso prædicto exemplo de cane assueto ad macellum, omnis ista cessat admiratio, quia in tantum per lucra, quæ in officijs suis acquirunt, & per bonos bolos, quis in curijs comedunt, & quia bonis proprijs, dum ibi sunt, parcant. Et quia sperant se posse ibi amicis suis, maiorem locum tenere, & quia hi in maiori sunt honore, & timore, quia alij dum cum magnis sunt, eis nocere non audent, & propter causas tactas. A. 15. 20. ad curias, & officia alliciuntur, immo in illis tantum mente ligantur, ꝙ uidetur eis, ꝙ quasi mors esset recedere. Et si illa derelinquant, vel amoueantur, uias multiplices excogitant redeundi. Quod exemplo patet illius, de quo à fidedigno, qui locum & personam signare solebat, narrari consueuit, ꝙ cum conscientia ductus ministrationē suam dimisisset, & postmodum sibi, & uxori suæ, solita non uenirent dona, & xenia, statum suum quo ad animam melioratum, & alleuiatum, grauiter portare cęperunt, inter se de ista fortuna conquerentes, & finaliter concludentes, ꝙ melius esset ad solita redire officia, quod cum factū fuisset, una die ipso equitante, horribilia cęperunt corruscare fulgura, sonare tonitrua, & tempestates terribiles oriri, inter quas diabolus in forma simiæ, super equi colum se posuit, & super eum derisorie cachinnans dixit, bene ueneris ad ministrationem tuam, cum duplici replicatione, qui nimio terrore correptus, uoto facto, ꝙ nunquam illud, uel aliud simile exerceret officiū, per Dei gratiam à bestia illa liberabatur, utinā sic terrentur omnes ministri iniquitatis, ut nō uituperetur ministerium vestrum. 2. Cor. 6. Exemplum.

¶Tertio, in ministrando tales apibus inutilibus, quæ anglicè dromis, Gallicè bordones uocantur, assimilan- 18
tur. Quia sicut apes illæ amissis aculeis amplius utiliter non seruiunt, sed aliarum apum consumunt labores, sic illi amisso aculeo diuini timoris, & pœnarum infernalium. Exemplum.

¶Quarto marinæ beluæ assimilātur de qua. A. 12. 44. Exemplum.

¶Quinto domini mali cum ministris suis, animalibus cadauer mortuū circundantibus assimilantur, quia sicut animalia magna, sicut leones, vrsi, vel canes, primo ad cadauer illud uenientia, magnā discerpunt frustra, quibus recedentibus, minora accedunt animalia, Exemplum.

malia, ut canes minores, & aliæ bestiæ, qui propter maiora prius tangere non audebant cadauer, postremo accedunt corui, milui, & aliæ aues, partem suam accipientes, qua accepta nihil dimittunt, nec carnem, nec neruos super ossa. Ita minutus populus primo deuoratur à magnis prælatis, & dominis, qui excessiuas, & magnas petunt, & leuant exactiones, & talliationes pro filiarum connubio, pro filiorum militia, pro superfluis expensis in belli simulacris, & huiusmodi, pro infortunijs, & equis amissis in bellis, & ꝑ redemptionibus incarceratorum in terris inimicorum, & multis alijs de causis. Post ea ueniunt Architiclini, & iudices, & grauibus & iniustis emendis, eos ad opus domini & muneribus, & xenijs, ad opus proprium vexant. Exemplum. Vltimo ueniunt inferiores de familia, qui omnes ad munera respiciunt, sicut patet. D. 12. 22.

¶Et sicut in terris bellorum. Prima turma equitum homini occurrens, eū spoliat de pecunia, & gemmis, & huiusmodi. Secunda non inueniens pecuniam, aufert meliores uestes. Tertia uero peditum nihil dimittit, nisi uix forte vitam. Sic prædicti, qui illis assimilantur, de quibus dicitur (Ioan. 7.) Miserunt principes & pharisei ministros, ut comprehenderent Iesum. Sic mittunt adhuc, ut comprehendant membra eius. Nota de talibus. A. 12. 5.

Exemplum. ¶Sexto scarabeo assimilantur, quia sicut scarabeus ĩ fecibus nutritus, quā-
19 do in uespere uolare incipit, magnum faciens sonum, nec Christo, nec Apostolis parceret, si eis obuiaret, quin in fronte eos percuteret. Sic nonnulli talium ministrorum in paupertate nati, & nutriti quando uolare incipiunt, grossa dicunt uerba, quantum ad dominum; cui se habent ad modum Echo Exemplum. resonantis (de quo Sapien. 17. Aut resonans de altissimis montibus Echo) quicquid minarum, uel iniuriarum dixerit, cum augmento reflectentes, quia si ipse dixerit, uel præceperit quēpiam esse excoriandum, uel uerberandum, ipsi iurabunt ipsum esse occidendum. Ecce Echo grossiorem faciens sonum, quàm fecerit uox primo emissa, & quantum ad subditos, quorum nulli parcunt, nisi Crucem deferat argenteam, quia asperius nihil est humili, cum surgit in altum. Et talia contra conscientiam emittunt uerba, & faciunt opera, ut dominis placeant, ne ab officijs amoueatur, de quibus Chrysosto. in Dialogo suo li. 3. Qui metuunt, ne de potestate deponātur, amaram sustinent seruitutem, quæ malis redundat innumeris, atque tam Deum, quàm homines frequenter coguntur offendere.

¶Quæ auctoritas sextum introducit Artic. 6.
articulum, quia domini dum metuunt, ne aliquid de dominio suo amittant, contentiosos homines, & sine conscien 20
tia in officijs suis ponunt, per quos à latere innumera fiunt mala, dum uero ipsi timent, ne domino cupido displiceant, & sic officium amittant, innumera mala committunt, ut dominis suis placeant, & officium non amittant.

¶Prima consideratio causa est, quare domini uento assimilantur. Exemplum. Quia sicut uentus plumas, & paleas exaltat, & puluerem, quæ cum parum exaltauerit, cito in lutum, & puteum propinquum cadunt. Ita illi sæpius malos exaltant, qui fiunt, tanquam puluis ante faciem uenti, quia ad breue tempus exaltantur, & cito in lutum peccati, & in puteum cadent inferni.

¶Secunda. i. ministrorum consideratio facit, ꝙ parati sunt ad obediendum dominis suis contra Deum, quia si quis prælatus, clericus, uel laicus noluerit tyrannorum audire preces, quas scribunt pro clericis suis promouendis, uel pro quibuscunque alijs negocijs, quæ cordi habent, statim scribunt ministris suis, uel amicis, ut illis noceant omnibus, quibus possunt, modis; Nec hoc est nouum, quia sic scripsit Iesabel iudicibus Israel ꝯ Naboth. 3. Reg. 21.

sicut

sicut patet. A.12.45. Illi uero (ad modum illorum iudicum de Israel) quicquid iniuste imperatum est, exequuntur, immo videntes dominos suos ad taliam inclinatos esse, eis dant cupiditatis, & crudelitatis consilia, ut per talia consilia prudentiores appareant, & dominis acceptiores, &
21 coram Deo damnabiliores fiant. In quo multum errant, quia domino & remuneratori immortali displicent, ut breui & mortali remuneratori placeāt: Et ut parum lucrentur, regnum cęlorū, & uitam æternam, & animam propriā periurijs, & falsitatibus perdunt, quæ plurimi illorum committunt, quia (ut communiter à maioribus iudicibus, & ministris vsque ad minimos iurant se fideliter esse facturos. Vnde & de iuramēto Regum, Imperatorum, & Pontificum, est certa iurandi forma in libris ordinationum illorum ordinata, de quorum etiam iudicibus & iusticiarijs certus iurandi modus emittitur, in quo inter alia cōtinetur, ꝙ faciant omnibus tā diuitibus, quàm pauperibus, quod iustitia requirit. Et ꝙ hoc non dimittent, amore, munere, odio, uel fauore. Nec iustitiam impedient, uel repetent.i. different contra rationem, & leges terræ. Quod etiam de nullo accipient sine licentia regis, nisi cibū, & potum pro die. Vicecomites etiam & alij ministri regis iurati sunt. Quod vero iuramentum istud teneat, scient postea, quando nulla erit redemptio.

22 ¶Ex parte uero vtriusque tam domini quàm serui, frequenter delictum cōmittitur simoniace, sicut patet, tam ex his, quæ dicta sunt. I.9.16. quàm ex his, quæ dicit Hostiensis lib. 5. rub. 4. Ne prælati uices suas, &c. Item est secunda, & habetur in Summa confessorum. tit. de simonia. q. vlti. ꝙ uidelicet qui dat pecuniā, ut in Imperatorē promoueatur, uel in aliquā potestatem, vel rectorē alicuius ciuitatis, simoniā cōmittit, quia potestas spiritualis est, talis ergo tā ex parte domini, quàm ex parte serui, seu ministri, est ministratio mortis literis deformata. 2. Corin. 3.

¶Tamen, antequā ad mortis illorū Ar.7.
ꝓcedatur sententiā, audiendi sunt, nō solū dn̄i & ministri iniusti, sed etiā per eos afflicti, vt ex illorum irrationabili, & istorū rōnabili rn̄sione, illorū iniustitia, & istorū iustitia clarius pateat uexatio. 23
Dn̄i uero primo rn̄dent dicētes, ꝙ bona intentione ministros instituūt, quibus & ꝑcipiunt, & iurare faciunt, ꝙ iustitiam in oībus teneant, sed tn̄ in rei veritate hoc præcipiendo, nōnulli illorū similes sunt cuidā homini duro, de
quo dr̄, ꝙ ministrū habuit nomine fa- Exemplum.
uel, cui frequēter ꝑcepit, ꝙ cibū uel potum portaret ampliorē, qd̄ tn̄ ipse semper facere dissimulabat, cū semper respōderet se libēter hoc facere. Cui cum quidā diceret, ꝙ fauel malus esset minister, quia non fecit qd̄ ei dixit, rn̄dit benedictus sit fauel, quia licet non faciat qd̄ dico, facit tn̄, quod uolo. Ita nōnulli dominorū ministros instituētes præcipiunt, ꝙ iuste faciant, quod & ꝓmittunt se esse facturos, quod tamen si non fecerint, faciunt quod uolunt, sed non quod dicunt, sicut manifeste ostensum est. A.12.44.

¶Et hoc non solum in uoluntate re- Exemplum.
tinent, sed etiā quandoque uerbis manifestāt, sicut patet per exēplum illius, qui quendam reprehendit constabularium, quē sub eo habebat de hoc, ꝙ nimis benigne quendam tractabat incarceratū, cui ille, debuisses eū permisisse mori. Cui ille respondit ꝙ nunquam facient bonum factum, quo uerbo uoluntatem suam ostendit, quales sine conscientia & pietate habere cupiebat ministros.

¶Secundo se excusant, dicētes, quod 24
multos instituunt, & ordinant, tam in officijs ecclesiasticis, quàm secularibꝰ, aliorum & maiorum ad hoc inducti precibus, quibus licet pro indignis resistere non audent, uel non decet, qui tamen circa tales preces, potius Dei
honorem, & populi utilitatem, & ani- Exemplum.
marum salutem respicere deberent, quàm rogantiū uolūtatem. Et respondere

dere, sicut respondisse dicitur quidem episcopus, cuidã pro leui persona petenti, ꝙ in ecclesia sua promoueret eũ: Si (inquit) à te peterem, ꝙ festucam in castro tuo ꝓ columna poneres, in hoc me non audires. Cum ergo ecclesia sit castrum Dei, non debeo in eo festucam, uel calamum fragilem ponere spiritualiter, quia magis cauenda est, & plangenda ruina ecclesiæ, quàm castri materialis, quam tamen destruunt, qui indignos in illa, uel in quacunque alia collocant communitate. In quorum collatione uerificatur, illud. Isa. 49. Venerunt structores tui destruentes te. Cuius destructionis factus sum ego minister. (Eph. 3.) potest dicere ille, per quem talis in ministerio profertur, vel ordinatur.

25 ¶Ministri uero se excusant primo, dicentes, ꝙ mandata dominorum suorum exequunť; & illis eos parere oportet, unde & dicunt, habeo commissionem domini, ad hoc faciendum, facias partem tuam erga dominum, & ego cessabo. Sed reuera si ista sufficiat excusatio, latrones obedientes præposito illorum, & spiculator de mandato Herodis amputans caput Ioannis Baptistæ, & assantes Sanctum Laurentium de mandato Decij imperatoris, & torquentes quoscunque martyres, postremo etiam ipsi principum ministri, & pharisęorum, quos miserunt. (Ioan. 7.) ut comprehenderent Iesum, excusantur, si isti prædicti sint immunes à culpa, mandatis superiorum: obediendo crudelibus. Et isti moderni ministri tyrannorum, qui illorum contra Deũ, & ecclesiæ libertates obediunt præceptis, arripiendo & incarcerando animalia ecclesiæ, & pauperum, & ecclesię subditorum, & uirorum ecclesiasticorum arrestando, & uerberando, & bona pauperum capiendo, sub emptionis titulo, & nihil soluendo, & multa alia crudelia exercendo, sunt etiam immunes à culpa, quia talia habent in mandatis.

¶Sed uideant, si prædictos tortores excusare sufficienter non poterunt, nec etiam seipsos per consequens à peccato excusare non poterunt coram Deo, quia nec hoc rationabiliter possunt coram mundo.

¶Sed dicēt, nullus de modernis hominibus, prædictis sanctis comparari potest, & ideo nec iniuste affligentes, etiam si concedatur, ꝙ iniuste affligantur, in culpa tortoribus illis æquari potest. Et præterea illi manifeste & aperte, malum operati sunt, nos uero credimus, nos iuste facere, quia non habemus domini nostri discutere consilium, sed debemus supponere, ꝙ ex quo de consilio domini sit, & præceptum est, ꝙ iustum est. 26

¶Quantum ad primum, licet culpã negent esse ęqualem, non tamen negare poterunt, quin utraque sit magna. Et quid ualet, ꝙ illi grauius, & isti leuius peccauerunt; dummodo omnes mortaliter peccent, sufficiat eis, ꝙ uadant ad infernum, & præterea licet in hoc culpa primorum tortorum sit aggrauata, quod illi afflicti ab eis, erant sanctiores: Istorum tamen multa alia aggrauant delictum.

¶Primo, quia isti sunt Christiani, illi fuerunt Saraceni, uel Iudæi, & delictum Christiani contra Christianum grauius est.

¶Secundo, quia nunc sunt plures excommunicationis sententiæ latæ contra tales, quàm tunc, in quas incidunt isti.

¶Tertio, quia isti surgunt cõtra matrem suam ecclesiam, cuius filij facti fuerunt in baptismo, quod ipsi non fecerunt, quia non fuerunt filij ecclesiæ.

¶Quantum ad secundum, quòd dicunt, quod illi apertum fecerunt malũ, respõdetur, ꝙ istud, quod ipsi fecerunt, non uidebatur illis malum esse, quod fecerunt, sicut nec uidetur istis, immo ipsi crediderunt bene facere, quia tempus illud aduenerat, de quo prædixit Saluator. (Ioan. 16.) Omnis, qui interficit uos, arbitretur se obsequium præstare Deo. Et sicut isti dicunt, quòd discutere

diſcutere domini conſilium non pertinet ad eos, ita dicere potuerunt illi. Sicut ergo illi per malam æſtimationem ſuam, non excuſantur, ita nec iſti.

27 Exẽplũ. ¶In hoc caſu eſſet faciendum, ſicut fecit quidam, qui de iuſſu cuiuſdam regis, qui literas ei direxit, ut uiſis literis caput cuiuſdam nobilis, quem in carcere habebat, amputaret, qui antequam obedire uellet, regem adijt. Rex uero aliter informatus ſententiam reuocauit; Et miniſter inobediens, plurimũ in hoc ei placuit, ꝙ iuſſum ſuum feſtinatum non impleuerat.

Exemplum. ¶Ad propoſitum eſt etiam, quod recitatur in hiſtoria ſcholaſtica ſuper Actus Apoſtolorum, quomodo Gaius Imperator mandauit Petronio Præſidi Syriæ, ꝙ ſtatuam ſuam poneret in templo in Hieruſalem, & Iudæos cogeret, ut ſtatuam illam adorarent, quam fere omnes gentiles, qui uidẽtes, ꝙ grauem per hoc incurreret Gaius iacturã; quia Iudæi potius morerentur, & terram incultam dimitterent, & ſic tributa ceſſarent, miſit epiſtolam Gaio per uiros honoratos, ut deſiſteret ab hoc mandato.

¶Ita moderni facere deberent miniſtri, quia domini ſui in multis errare poſſunt, uel nimis prçcipitanter mandare, & maxime ubi mandatur ad patriam diſtantem, propter quam diſtantiam de illo, quod mandatur, minus plene informantur. Miniſtri ergo qui in patria illa morantur, & plenius de ſpirituali, & corporali informãtur periculo, & ueritate, antequam in talibus obedirent, dominum & conſilium ſuũ plenius informare deberent. Et ſi ſic informati à malo propoſito deſiſtere nollent, deberẽt ab eis recedere, & potius Deo quam hominibus obedire, ut de eis ueraciter impleretur illud. (1. Corin. 4.) Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti.

28 ¶Secundo excuſant ſe miniſtri, dicẽtes, Si ergo non eſſem, alius eſſet, qui officium illud faceret. Quibus reſpondetur, ꝙ ſint in illis officijs cum fidelitate domini cçleſtis, & terreni cum benedictione Dei, & non aliter. Sed dicunt non poſſumus, uel quia non eſt certum annexum, de quo uiuere poſſimus, & propter potẽtes, & quandoque amore, quandoque timore, quandoque cupiditate, à fidelitate nos deuiare oportet. Ergo officium dimittant, & alij illud occupent; quia melius eſt illis, ꝙ alij ſint fures, & periuri, & damnati, quàm illi. Nec ualet coram Deo dicere, ſi ego non fuiſſem furatus rem illam, alius hoc feciſſet. Iudex enim terrenus in hoc cum excuſatum non haberet.

¶Sed aliud cogitant, licet hoc ore nõ dicant, ꝙ uidelicet nullus ita fideliter, nec ita bene illud faceret, ſicut ipſi faciunt, & talis cogitatio multorum inaniter eleuat corda, tam prælatorum, quàm clericorum, & quorumcunque uirorum in officijs, uel artibus ſcientijsvè, quia uidetur eis, ꝙ nullus ita bene faceret, uel faciat ipſis amotis, ſicut ipſi faciunt, quorum cogitatio ſimilis eſt imaginationi cuiuſdam phrenitici. De quo hiſtoriæ referunt, ꝙ ſub dio ſtans, manus ſuas continuæ uerſus cçlum tenuit erectas, aſſerens ſe cçlũ ſupportare manibus. Nec uoluit ad horam manus deponere, uel deprimere, ſaltem ut comederet, affirmans, quòd ſi parum manus deprimeret, cçlum ſtatim caderet, & mundus deſtrueretur, quia nullus alius aptus eſſet illud iterum ſupportare. Illi uero, qui curam eius gerebant, facta columna ibi, ipſũ informauerũt, ꝙ ipſa iterum illud ſupportaret, & ſic ipſo abducto cœlum nõ minus ſtetit quàm prius. Sic nonnulli credunt ſe in tantum aptos eſſe in his, in quibus poſiti ſunt officijs, uel actibus, ꝙ totum opus, & utilitas in eis depẽdeat, & ſine illis nihil ualeat, quia nullos pro talibus ita ſufficientes æſtimant, ſicut ipſi ſunt, ſed ipſis amotis per illos, quibus intereſt, uel ui ſubtractis, uel mortuis, & alia columna i. vtili perſona loco illorum poſita, non plus caderet domus, uel opus, quàm ante;

ante; immo melius forte staret, quia loco talis elati, substitutus est Tychicus charissimus frater meus, & fidelis minister. Eph.6.

¶Nota simile exemplum. C.12.5. De excusationibus & responsionibus non ualentibus & consimilibus casibus, tam dominorum, quàm ministrorum. Nota. F.3. artic. 8. per totum. Et I.9.33. Et I. 12.24. Contra excusationem dominorum. Nota C.11. artic. ulti. per totum. Et contra allegationem ministrorum. D.12.8.

50 ¶Tertio audiendę sunt simplicium, & à prædictis dominis, & ministris afflictorum responsiones, quomodo cōscientia bona, & secura uerbis illorum elatis respondere poterunt. Pro quo est aduertendum, ꝙ nonnulli diuitijs uel officijs exaltati, cęteros inferiores uerbis, & factis, quibus possunt, contemnunt, de statu suo nimis gloriantes, & inaniter iactantes: Vnde est de illis cōtemptoribus, & istis uilipensis, sicut (secundùm fabulas Æsopi) fuit quondam de musca, & formica, inter quas scribit quandam fuisse disputationem, in qua musca formicam contempsit, dicens, Tu miser torpes in imis, ego uolo in altum sicut nobilis auis, dat tibi fossa domum, nobilis aula mihi, delitiæ tuæ grana, & aqua, mihi regia mensa; & meritum bibo de auro, tu sugis lignum, pręmis terram, ego regia certa ede cibo potu thalamis cum regibus utor. Respondit formica; Sunt mihi pauca satis; sunt tibi multa parum; pax & lætitia me mellit, te tristitia & timor toxicat, plus mihi grana placent, quàm tibi regis opes: Ego de labore, tu de furto uiuis. Mundo farre fruor; tu fędas omnia tactu. Cum nulli noceam, cuilibet uel una ipsa noces. Est mea parcendi speculum, tua uita nocendi. Sunt mea quæ carpo, non tua, sed rapta uoras: Vt comedas uiuis; comedo, ne uiuere cessem. Frequenter flabello percuteris, si cętera euadis, non tibi parcit hyems. Recte, sicut ista formica rationabiliter scribitur respondisse illi muscæ. Ita per omnia respondere possent simplices, qui de paruo, & fideli statu suo contentantur, illis, qui propter dominium, uel officium, quibus male utuntur, uel propter malitiam honorantur, & magnum tenent locum, in quo fideles contemnunt, quia eadem subest materiæ ueritas; sicut inductiuè in omnibus punctis, patet intuenti.

Exemplum.

¶Iterum eis respondere poterint, sicut in eisdem fabulis legitur murem siluestrem respōdisse muri uillano sorori suæ. Villanus namque fingitur uisitasse, & quæsiuisse à campestri, quid comederet & biberet, & ubi cubaret, qui respondit, quod fabæ & huiusmodi dura, eius erant cibus, & aqua potus, & fossa, seu foramen terræ lectus, & hæc omnia ei ostendit: Alius uero dixit, cibum suum esse panem albissimum, & optima quæque, quæ in cellario, uel lardario regis, & dominorum inueniebantur, pro cibo suo, & potu parata esse asserebat, dominorum etiā lectis ad libitum utebatur, qua nobilitate exposita campestrem contempsit, quasi inscium, ꝙ ad consimilia habenda ad uillam non ueniret; unde ipsum inuitabat, ut secum ueniens eius experiretur delitias, & nobilitates. Simul ergo cellarium cuiusdam diuitis intrantibus, & delicata ibi inuenta comedentibus, utputa caseum & huiusmodi, contingit dispensatorem sæpius intrare, ad cuius introitum timore magno perterriti foramina petebant, cibo derelicto, non solum tali terrebantur aduentu; sed etiam instrumenta ad mures capiendos forte ex omni parte parabantur, ut se de illis uindicaret, qui cibum suum consumpserant: Campestris ergo tantam uidens inquietationem, ꝙ pacifice comedere non poterat, ex omni insuper parte timores perpendens insidiarum, & culparum periculum, quia de alienis uixit, alteri ualefaciens dixit, Rodere malo fabam, quàm culpa perpete rodi. Fellitumq; metu non puto dulce bonum;. Malo 51

Exemplum.

fabã rodere liber, & lætari; quàm delitijs affluere seruus, & tristari. Sic omnino, quando fideles simplices vident peccatores, & abundantes in seculo obtinere, & iactare diuitias, & victus & vestitus, delitias, & domorum, & equorũ nobilitatem, quæ omnia vel ex magna parte ex mala habent acquisitione, cũ animarum periculo, & conscientiarum timore, quibus melius esset fabam comedere, & aquam bibere cum consciẽtiæ lætitia, & securitate, dicant in cordibus cum mure campestri, malo meã ruralem paupertatem, cum securitate, & lætitia, quàm splendidas epulas illas, & vestes cum remorsu conscientię, & cum tot hominum, & dęmonum insidijs, & pęnarum infernalium timore, sciens, quoniam melior est bucella panis cũ gaudio, quàm domus plena diuitijs cum iurgio. s. consciẽtię. Prou. 17. Quando etiam fideles homines ad officia, vel facta, in quibus lucra eis promittuntur, quæ cum securitate conscientiæ lucrari non possunt, prædicto modo inuitantibus respondere deberent.

32 Exẽplũ. ¶Tertio eis respondere poterunt, sicut (secundùm fabulas) lupus macilentus & famelicus rñdit cani pingui. Fingitur nanque, ꝙ lupus talis cani prædicto obuians, quæsiuit, vbi & quomodo tantum haberet cibum, de quo tã pinguis esset. Cui ille, seruio homini, qui mihi satis dat. Cui lupus, ergo vadam ego tecum, vt ei etiam seruiam, & consimilibus fruar delitijs. Cũ vero simul in tali erant proposito, contingit lupũ canis collum respicere depilatum, qui causam illius fortunæ quæsiuit. Cui canis; de die cathena ligatus sum, quæ collum meum modo, quo vides, male stringit, & tractat. Cui lupus valefaciẽs, & ad nemus rediens, aiebat, malo esse macer cum libertate, quàm pinguis cũ seruitute. Reddit lupus verba, non est mihi copia tanti. Quod fieri seruus vẽtris amore velim. Ditior est liber mendicus, diuite seruo. Ita potius eligere debet quis, vt liberam, & nudã habeat conscientiam cum paupertate, & fame, & siti, & nuditate; quàm omnibus diuitijs, delitijs, & honoribus abundare, cum seruitute peccati, & diaboli. Et ad istum intellectum potest intelligi illud Ecclesiastes 7. Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. Domus nanque paupertatis est, quasi domus luctus, ad quã tamen libentius vadit, qui videt mundialiter conuersantes in animæ virtutibus denudatos, sicut prædictus canis, fingitur in collo fuisse nudatus. Nota materias his similes. A. 25. 33. & D. 12. 34.

¶Quarto ipsi sic exaltatis, de exaltatione sua gloriantibus, & alijs minantibus, vel eorum amicis fęlicitatem illorum narrantibus, quomodo videlicet tã diuites facti sunt, quomodo etiam cum potentibus, & nobilibus, tantam inuenerunt gratiã, ꝙ ad eorum quotidie vocantur consilia, ꝙ etiã sunt optime cũ eis, & multum honorati, & in magnis officijs positi, & magnis muneribus dotati; Respõdere poterunt, qui audiunt, sicut respondisse fingitur quidam cuidam admiranti singularem cuiusdam canis prærogatiuam, & nobilitatem singularem, quia ipsum solum in tota villa vidit nolam ad collum portare. Cui alius, qui causam sciuit, quare nola collo eius appendebatur, respondit, dicẽs, non propter eius bonitatem, sed propter eius malitiam, illam obtinet excellentiam. Fingitur nanque fuisse ita malitiosus, quòd super homines silenter insilens, ipsos lædere solebant, cui nolam appendebant: vt homines audientes nolæ sonitum, se ab illo custodirent. Pro tanto ergo exemplum est ad propositum, quia sicut ipse illam vltra alios canes obtinuit excellentiam propter suam potius malitiam quàm bonitatem. Ita prædicti omnia prætacta dona, & gratias, & officia, & dominorum amicitias, vt frequenter, potius propter falsitatem obtinent; quia videlicet sciunt ipsos reuolutores esse, & per fas, & nefas lucratiuos:

33

Exẽplũ.

nos;quam propter fidelitatem & solidam veritatem. De quibus dum à dominis suis iusti esse asseruntur, & ipsi etiam verbis iustitiæ, omnia falsa facta sua colant, pulcherrimè prædixit apostolus dicens. Transfigurentur ministri eius sicut ministri iustitiæ. 2. Corin.11.

Artic.8. ¶Ex quibus tamen, quia iusti non sunt, vt apparent, magnum ex eorum iniustitia consequuntur damnum, tam ipsi domini, qui tales diligunt, & instituunt & non corrigunt, nec admonēt,
34
quàm etiam ipsi ministri, necnon & qui pro eis rogant, vel eos supportant, quàm etiam eorum officij, seu ministerijs subiecti.

¶Primo nanque domini ex talium ministrorum falsitate damna incurrūt temporalia, & æterna. De temporali patet; tum quia cupidi cum sint & falsi, a dominis capiunt, quicquid capere possunt; Ab inimicis vero domini, quicquid clam capere possunt; A subditis vero domini, quicquid extorquere possunt, dumque istarum sint conditionum, inimicos domini, vel contra eum delinquentes, euadere permittunt impunitos, & iustas emendas eos amittere faciunt; dicunt nanque eis delinquentes, sis bonus socius, & non loquaris amplius, & habeas istud, de cuius receptione, si credant se posse latere, illud recipiunt, & iustitiam facere dissimulant, & sic munera recipiunt in damnum domini, non dantes verò in spirituale domini damnum, & etiā temporale, dum subditos suos depauperant, & vltra iustitiæ debitum puniunt, & dominum insuper vtroque modo damnificant, dum eum male contra aliquem, quem ex odio, vel cupiditate accusant, prouocant, dicentes, talis fecit si contra dominum tuum, vel sic te contempsit, vel sic dixit te; prætendentes, quasi totum faciant, vt honor vel dominium domini custodiatur, & tamen in rei veritate totum dicunt, & faciunt, ut per dominum de illo vindicentur.

¶Talibus ergo ministris, vel patriæ reuolutoribus non est faciliter credendum, quia si eis faciliter credatur, dominum suum ponunt in vno ludo, & iurgio, vbi expendet 40. libras & non lucrabitur 10. denarios, vbi ipse semper perdet, & ipsi lucrabuntur; vbi dominus erit semper in eorum dominio, quasi eis semper indigens. Istas nāq; videntes fortunas, ad domini vocati consilium, & quid in tali casu facere debeant, requisiti, dicunt, custodi dominum tuum, & honorem tuum, & sic agas contra eum, vident enim ꝙ ex tali rixa illorum surgunt ex vtraque parte lucra; quia domini videntes se illorum indigere consilio, & auxilio, ampliora daut feuda & munera, & festa. Et ꝙ hāc Exēplū.
quantum ad dominum habeant intentionem, vno patet exemplo de quodā, qui dixit nuper de quodam domino, à quo res accepit, nisi dominus noster habeat facere, non cognoscet vicinos suos.

¶Ex parte etiam alia illis accrescunt 35
munera, vt clāculo aduersariorum gerant negocia, & ideo dominos suos in tribulatione, & lite tenent & litigare faciunt, vt ipsi habeant lucrum, & dominus damnū. Sed (heu) in hoc casu, de quo dolendum est, non est damnum dominorum nimis faciliter credentiū, vel malis ministris adhærentium, sicut esse deberet, sed perditio erit pauperū tenentium, quia tenentes in aliorum venientes dominium, statim capiuntur, & spoliabuntur: domini vero non minus comedent vel dormient.

¶Dominus ergo prudens tales non 36
habebit ministros, nec alicui officium vendet, quia communiter nulli emunt, nisi mali. Sicut ex responsione Sancti Thomæ de Aquino, patet in quadam epistola ad ducissam Lothoringiæ, à qua requisitus erat, si ministris, & officiarijs possit officia vendere, cui respondit dicens, talis venditio expediēs esse non videtur. Primo quia frequenter contingit, ꝙ illi, qui essent magis idonei ad huiusmodi officia exercēda,

sunt pauperes, vt officium emere non possunt. Si etiam diuites sint illi, qui meliores sunt: huiusmodi officium nõ ambiunt, nec inhiant ad lucra ex officio acquirenda. Si ergo officia vestra venditis, vt plurimum, illi officia vestra suscipient, qui sunt peiores, ambitiosi, & pecuniæ amatores, & subditos vestros opprimentes, vestra commoda etiam ita fideliter non procurant; Vnde magis expediens videtur, vt bonos homines, & idoneos ad officia vestra eligatis, quos etiã inuitos (si necesse fuerit) ad suscipienda vestra officia compellatis, quia per eorum bonitatem, & industriam, magis accrescet vobis, & subditis vestris commodum; quàm de prædicta officiorum venditione acquirere valeatis. Et hoc consilium dedit Moysi Ietro (sicut patet. A. 27. 58.) Prouide (inquit) tibi viros, &c. Si verò principijs non obstetur, quin malos saltem habeat ministros, & contentiosos, non eis faciliter aquiescat; vt litigare contra quemquam incipiant, sed parte amicabiliter vocata, & audita, si se iustificare poterit de impositis, bene quidem, si vero se iustificare non Poterit, amicabiliter citius, & melius, & cum minori damno corporum, & rerum facient finem, quàm cum lite & rigore, & cum maiori quiete corporum, & amore cordium, nec est subito contra aliquem procedendum. Et iuste quidem modis prædictis domini per malos damnificantur ministros, qui gladium

Exẽplũ. fatuis tradunt. Et quia (sicut prædictum est) ad modum venti puluerem in altũ eleuant, puluis vero in altum eleuatus, quandoque ad oculos reflectitur eleuantis. Sic &c. Nec etiam de malis factis excusantur ministrorum, quin de eis coram Deo respondere teneantur. Et sic etiam damnum in alio seculo reportent spirituale: sicut patet. A. 12. 44.

Exẽplũ. ¶Idem etiam exemplo patet de cane ducente cęcum in lutum, pro pane sibi in luto proiecto. Sic isti pro lucro suo, dominum suum ad lutum ducunt peccati, & pęnæ typum, & vitam sequentes Iudæ, qui pro lucro suo dominum suũ vendidit. Ita quilibet prædictorum, qui sortius est sortem ministerij huius. Act. 1. Nota de hoc. F. 3. 33.

¶Ipsis etiam ministris damnum imminet, tam temporale, quàm æternum. 37

¶Temporale frequenter experimento patet; quo docetur, ꝙ ministri malorum dominorũ sunt, sicut cochlear panis; & sicut bestiæ rapaces, quæ leonem sequuntur ad prædam; & sicut aues, quæ aquilam sequuntur, dum aues venantur. Primum patet in facto Exẽplũ. virorum simplicium, qui quandoque pulmentum suum, fabas videlicet, vel pisa comedunt, & ori cum cochleari applicant paneo, quibus comestis vltimo etiam ipsum deuorat cochlear. Ita prædicti domini, cum tali ministro bona colligunt subditorũ, in fine etiã bila super factis suis accepta, & plurimorum quęrelis auditis, ipsius etiam colligunt bona. Vt de illo verificetur illlud Isa. 33. Veh qui prędaris, nonne Exẽplũ. & ipse prædaberis? Vnde de quodam consimili fertur ministro, qui cum à domino suo spoliaretur; dixit, domin⁹ meus fecit de me cochlear panis.

¶Dicitur etiam, ꝙ leonem & aquilã 38 ad prædam properantibus, bestiæ, & Exẽplũ. aues sequuntur rapaces; vt partem prędæ, quam ipsi satiati derelinquunt, capiant. Sed aliquando quando a præda deficiunt quæsita, proximum capiunt sequentem. Ita ministros dominos propter lucrum proprium sequuntur; sed frequenter accidit, ꝙ loco alterius prædæ, quando aliam non capiunt ad sufficiẽtiam, super illos redeunt ministros, bilas, & quærelas de ipsis libenter audiunt, & omnibus quærentibus iustitiã, de illis se facturos ꝓmittunt. Sed quid sequitur. Reuera si inuenerint illos mala multa, & iniustitias commisisse, & multorum bona abstulisse, & multis damna intulisse, illos quidẽ ministros, quandoque incarcerant, vel torquent vsque magnam dederit redemptionẽ,

vel quandoque suspendi vel occidi faciant, & omnia sua auferunt. Quot enim vidimus a diuitibus exaltatos, & honoratos; & in magnis officijs positos, & ab eijsdem diuitibus, vel hæredibus suis turpiter deiectos, & depauperatos? & aliquando tractos & suspensos. Sed raro visum est, ꝙ de bonis, quæ ab illis auferunt damnificatis satisfacerẽt; bona quidem, quæ ipsi ab alijs male abstulerunt, ab eis auferunt; sed non reddũt ea eis, à quibus ablata fuerũt. Ad quod

Exẽplũ. tamen tenentur per legem. R. 6.3. vbi patet, ꝙ domini tales accipiunt spinam de pede ministrorum suorum, & ponunt in pede proprio, & non vbi poni deberet. Sed quandoque visum est, ꝙ ipsi ministris sic spoliatis, eos in eisdem reponerent officijs; vt plura congregẽt, de quibus spoliari possent; qualis ergo iustitia fit damnificato per talem ministrum; vel quid reportat ille de querela; vel bila sua; ex quo bona sua domino confiscantur, & spoliatis vel damnificatis minime redduntur? non potest aliud in causa ista dici verius, nisi quòd ministris spoliantibus & ministris spoliatis, semper domini lucrentur, & subditi luunt, & lachrymantur, &c.

39 ¶Secundo, ꝙ ęternum talibus ministris immineat damnum, ex hoc coniecturari potest, ꝙ hic non restituunt quę auferunt, nec (vt deberent) puniuntur. Cum enim non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum; & ablatum hic nunquam restituant. Cum insuper plura auferant, quàm latrones, qui hic su-

Exẽplũ. spenduntur. Sicut falco domesticus plura mala facit auribus, quàm siluestris; quia siluestris, pro sua necessitate aues capit; fame vero extincta capere prædam cessat, domesticus vero non solum pro se prædam capit, sed pro domino, domina, & filijs, & filia. Sic la-

Exẽplũ. tro in nemore pro sua furatur necessitate. Ministri vero iniusti pro sua, & domini, & dominę, & familiæ, ideo oportet, ꝙ plura capiat, quàm latro: Vbi ergo iniusti sunt, magis latrones respectu aliorum dici possunt. Ideo refert Valerius Maximus li.7. ꝙ Socrates Exẽplũ. videns tales ministros quendam latronem ad suspendium ducere, risit; & interrogatus de causa, respondit, quia video magnos latrones ducere paruum ad suspendium. Cum (inquam vt patet) magni sint latrones, & hic non suspenduntur, rationabiliter æstimari potest, ꝙ alibi suspendentur cum illis (de quibus dictum est. A. 12.8.) Et iuste quidem à Deo in alio seculo puniẽtur; quia (supra e. cap. 18. dictum est) ꝙ tales Exẽplũ. sunt, sicut bordones inter apes. Sicut ergo paterfamilias tales inter apes inueniens occidit. Ita Deus tales finaliter occidet Hæc cogitantes vlulate ministri. Iohel. 1.

¶Tertio ex delicto male ministrantium in quocunque officio ecclesiastico, seu seculari, imminet damnum spirituale, illis; qui pro eis rogauerunt, ꝙ ordinarentur, vel promouentur, uel ad tale officium susciperentur, quia (secundùm legem in ff nouo. li. 12. ti. 1. ad municipales. l. imperator.) Si is, qui nominatur, deficiat, nominãs de damno per eum postmodum facto tenetur, ac si fideiussor eius esset. 40

¶Quarto ex culpa malorum dominorum, & ministrorum, damnum incurrit tota communitas subiecta eisdẽ. Quia sicut respublica prosperitate bellica defraudatur, ex hoc ꝙ non fortes, Exẽplũ. sed miseri ad hoc eliguntur, qui locum fortium militum tenent, & stipendia talium accipiunt, & tales non sunt, sicut patet. B. 2. 29 Ita nunc communitas tam ecclesiastica, quàm terrarum, regnorum, ciuitatum, & villarum, pace, & iustitia, & abundantia, & bono carent gubernatore, quia fideles communia subterfugiunt officia, & falsi & indigni ea emunt. Ex hoc nanque sequitur, quòd assisa panis, & aliarum rerum victualium muneribus acceptis frangit, ꝙ etiam malefactores, & peccatores secundùm voluntatem suam viuere permittunt, ꝙ etiam partes, quę coram 41

ram eis agere habent prolongant, & grauant; vt alij interim accipiant, maliciam suam sub quodam colore palliantes verborum, dicentes expecta non est modo tempus, faciam libenter, quando potero, quando videro tempus, & locum, & huiusmodi, quæ quidem verba quidam recolligens, dixit. Expecta non est tempus, faciamque libenter. Hęc imperfecta pariunt mihi damna frequenter. Omnia ista, & peiora faciunt, vt quod dederunt, cum lucro eleuent. Ergo qui emit non lætatur. Ezech. 7. Nota I. 9. 9.

Disti-chon.

41 ¶Nec mirum videatur, quòd tales sunt causa ruinæ ciuitatis, vel communitatis eis subiectæ, immo mirabile esset, si communitas vel quiscunque status ecclesiasticus, vel secularis, stabilis & bonus esse posset, qui malis regitur gubernatoribus, quia dum caput ægrotat &c. Quia sicut mirum esset, quomodo columna putrida, vel ad vnam partem quasi cadendo inclinata, posset magnum opus stabiliter supportare. Ita mirabilius esset, quomodo talis posset spiritualiter, vel corporaliter alios supportare, quia si eos mundare nititur, nonne mirum videtur, quo ab immundo aliquid mundabitur? Si de iustitia fiat sermo, nonne mirum videtur, quomodo qui non est iustus, alios iustificabit? quomodo non rectus, nec ad Deum eleuatus, sed ad terrena & carnalia inclinatus, alios rectificabit, vel ad Deum eleuabit? quomodo non pacificus alios pacificabit, cum plus exempla sequantur, quàm verba (sicut ostensum est. E. 11. 2.) Ergo probentur primum, & sic ministrent. 1. Thim. 3. De istis damnis simul nota. C. 11. 48.

Exēplū.

¶Misericordia. Cap. IX.

SVMMARIVM:

1 *Geminam Misericordiam esse, diuinam videlicet, atque humanam pro comperto habendum est;*

Diuinam adhuc geminam esse, præcedentem nempe, ac subsequentem non te fugiat.

Humanam etiam binam esse, spiritualem scilicet, ac corpoream pro certo tenendum est.

Misericordia humana spiritualis quatuor præcipuè peragit.

Misericordia verò humana corporea duo potissimùm facit, tradit, & profectò mutuat.

Dum tradit, septena pietatis opera planè complectitur;

Dum autem mutuat, binas sibi vendicat conditiones; altera spectat ad illum, cui mutuum datur, ex indigentia;

Sed altera illum tangit, qui mutuum dat, absque vlla spe in hoc seculo retributionis consequendæ.

2 *Primæ humanæ corporeæ Misericordiæ conditioni hi potissimùm aduersantur, qui libentiùs viris opibus satis valentibus, quàm indigentibus mutuare solent. Alteri autem eiusdem misericordiæ conditioni vsurarij reluctantur.*

Misericordia humana tum corporea tum spiritualis Riuulo copiosè fluenti, qui à fonte egrediens ad viuarium aquis copiosis affluit, & illabitur, non inurbanè assimilari potest.

3 *Sicut opera misericordiæ corporea, ita etiam spiritualia in nos priùs à nobis ipsis exercenda, sunt, quàm in cæteros; tùm consulendo, tùm castigando: quia Riuulus terram propinquiorem irrigat, & influit.*

4 *Deinde in proximum egenum, & inopem (more riuuli affluentis) prestantissima vtriusque misericordiæ studia, ac opera conferre debemus.*

5 Hanc Misericordiam, quam nobis, alijsvè conferre, ac præstare debemus, cœlum, planetæ, ac stellæ præ se ferunt.

6 Membra etiam ipsa nostri corporis, pedes scilicet, manus, tibiæ, crura, oculi & id genus similia, dum alterum alteri mēbro deficienti, ac languenti suppetias fert; misericordiam non obscurè significant.

Eodem pacto faciundum est inter membra huius nostri corporis mistici, Christi scilicet & ecclesiæ; qui oculi, qui viri sapientes esse dicuntur: & manus, quæ iustitiæ ministri, latronumque, ac improborum animaduersores domini sunt; & pedes, qui sunt ecclesiæ, ac Mundi fulcimentum ac sustentaculum fidele: & huiusmodi membra mistica cæteris membris debilioribus opem ferre, & adminiculari debent.

7 His, qui præfata exempla ad misericordiam innuendam pro viribus sternere, & proculcare contendunt, non imperitè satis superque fit respondendo.

8 Sicut quælibet Regio, seu Patria, licèt ei magna plurium rerum copia, atque vbertas sit; alienæ tamen ciuitatis, & agri adminiculo vt plurimum egere videtur, ita Deus voluit hominem homini laboranti, tùm spiritualiter, tùm corporaliter, rebus illis, quæ illi desunt, omni tempore adesse, & opitulari.

9 Gemina etiam ratione allicimur, & trahimur vt proximo opis nostræ indigo, & egeno misericorditer præsto esse velimus.

10 Deus cuncta eius opera, tùm creationis, tùm recreationis, & gubernationis fecit, nempè cœlestia, & terrena creando, vt eius exemplo, sicut ipse nobis hisce operibus opem tulit, nostramque miseriam arripere curauit; ita nos adinuicem hominibus laborantibus, ac egentibus misericorditer non deesse velimus.

11 Quincuplex vtilitas suadet, vt misericordiam quàm libentissimè prosequamur.

Primùm viri misericordes cum bona naturæ amittunt, vna misericordia recuperare solent: vt puta mortui ad vitam reuocantur.

12 Secundò clementes, & pij a morte liberantur, & incolumen vitam transigunt.

Exinde fortunæ bonis, seu opibus hac pietate affluunt, & exultant.

13 Quartò multifariam gratiæ bonis exuberant, & abundant.

14 Primò misericordia animam virtutibus decorat, & auget.

Secundò eam Christo similem efficit.

15 Tertiò viros pios, ac mites, Dei generos eique percharos, ac periocundos fieri curat; associari, ac ducere contendit.

16 Misericordia tandem ad cœli gloriam veros eius Asseclas dilectoresque, ac sponsos meritò comitari, ac ducere studet.

17 Sex rationibus aperitur eos, qui in hac vita plus laboris perpeti voluerunt, misericorditer erga proximos seipsos gerentes, priorem locum inter cœlicolas non iniuria adipisci, & possidere.

18 Bifariam misericordia nobis opem ferre solet, vt æternæ beatitudinis gloriam facilius assequi valeamus; tùm nosipsos roborando, tùm hostes nostros perterrefaciendo.

Bina insuper malorum genera sunt, quæ nos ita interpellant, vt prorsus nos à beatorum gloria abducant; quorum alterum culpa, alterum pœna est:

A malo culpæ bifariam misericordia nos omnes liberare incumbit, tùm tribuendo, seu elargiendo pauperi, tùm remittendo conuicia, & offensas.

Itidem à malo pœnæ dupliciter misericordiæ ope abripimur, dando scilicet ac remittendo.

Duo sunt hominum genera, quibus minimè deest misericordia, vt cœli bonis perpetuò frui possint.

Pœnitentibus nempe, & diligentibus hominibus presto semper est.

19 Si reduces tandem ad gloriæ portum appellere cupimus, misericordia vti in miseros operæprecium est.

20 Timere sibi vehementer debent hi, qui miseri-

misericordiæ opera in diuites duntaxat exercent; pauperes verò famelicos nudosque, ac egenos prorsus destituunt.

21 Et qui verbis tantummodo, & non operibus misericordes esse præ se ferunt.

22 Fabella quadam non rudi Auis non credentis Aucupi oculos lippos, & lachrymosos, manus verò truculentas habenti lautissimè patet non solùm eos circa misericordiæ opera claudicare, qui verbis solùm misericordes sunt, & impendio minus ex eorum opulentioribus diuitijs, quas possident, inopi proximo erogant. Sed qui iniquitatibus, raptioribus, dolis, fraudibus, & vsuris aliena subripere, & auferre nunquam non solent; & oppresso pauperi non modò haud subsidio sunt, sed eum potius diuexant, & opprimunt, licet ore, & sermone Christianos se esse exterius fateantur.

23 Trifariam in eos, qui dum miserorum misereri possunt, misericordes esse nolunt, Deus non iniustè animaduertit.

Primùm ante necem; vt pluribus præclaris exemplis conspicuè innotescit.

24 Exinde in Nece, dum vitam adhùc agunt, debitas ab eis pœnas Deum expetere, atque exigere, geminis exemplis horrificis non obscurè dilucidatur. num. 25. & 26.

27 Exemplo quodam satis apposito exprimitur, eos, qui in vita Deo misericordiam facere negant, eandem ab ipso in morte petere maximè dedecere.

28 Immisericordes demum post necem debitas pœnas persoluent.

Nam veluti ingrati, & immemores Patris officiorum filij, cœlesti hæreditate orbatos esse cognoscent.

29 Tunc etiam duo præcipuè coram omnibus in iudicio sufferre cogentur, verecundiam profectò non paruam, & pœnam magnam, omni quocunque subsidio destituti, atque orbati verecundiam profectò non paruam, & afflictionem haud leuem.

30 Leues eorum causæ, qui in spirituali misericordia quos conuicia, ac iniurias potissimum lædent, condemnare solet, seipsos excusantes, iustitiam ipsam tantummodo causantur, in ipsos quàm optimè retorquentur, ac reijciuntur.

31 Inutiles illorum loquutiones, qui corporalem misericordiam in fratrem non colentes atque iactantes quadam illius dicti interpretatione (si duas habes tunicas, da vnã non habenti) & rebus alijs seipsos excusant, & tegunt, penitus refutantur, & abijciuntur. num. 32.

33 Qui corde inopum vicem dolent ac miserabilium ærumnas, & calamitates non ore, nec oculis, sed corde deplorant, & plangunt: & illis manus eleemosynis plenas porrigunt, & auxilio verè sunt, ipsi mehercle misericordes, ac pij esse censentur.

34 Satius ac laudabilius esse ducimus, miseris, & indigis succurrere, & præsto esse, quàm hostes à fide, & pristina mente desciscentes expugnare, ac subiugare.

35 Homines illi criminosi improbissi, atque ingrati, qui sceleribus seipsos quotidie astringunt, Dei misericordiæ nimium tenere nituntur.

Ii quidem scelerosi qui peccata peccatis singula quaque hora adijcientes, in Deo omnem eorum spem, ac confidentiam nimium temere collocant, Fimeto fœtido comparari possunt.

36 Qui in Deo spem nimiam ac confidentiam arroganter statuunt, singula hora mortis honore suspiciosi vexantur, & affliguntur.

37 Iidem improbi homines peccata peccatis addentes, Medicis malis, coquis improbis, & artificibus quibuslibet nefarijs conferri non abre possunt.

38 Melius equidem esset his, qui prolixam vitam improbè, ac sceleste ducũt eo primodie, quo lucis vsura frui incipiunt, vitam cum morte mutare.

39 Item hi nefarij homines, qui spe saluandi institutum scelerum iter omni tempore

pere pergunt, inueteratis latronibus, qui spe euadendi & latendi, nunquam furari desinunt, comparantur.

40 *Quampluribus non inutilibus exemplis hos omnes facillimè decipi & à fallaci eorum spe creberrimè defraudari commostratur.*

41 *Apposito quidem exemplo, seu fabula periucunda ostenditur, quid responderi debeat his, qui cùm ad vitæ terminum perueniunt, timore mortis perculsi misericordiam petere volunt.*

42 *Hi, qui incolumes vita superstite misericordiam Dei continuè aspernantes aliam sibi paratam fore pro cælo misericordiam cùm è vita decesserint audacter asseuerant, hominibus temulentis, ac vinolentis assimilari possunt.*

43 *Cælum castro: seu ciuitati, quam mobili ponte de die duntaxat adire possumus, longè appositissimè conferri solet.*

Misericordiæ tempus hunc vitæ nostræ cursum præcedit;

Iustitia verò (diuina sic decernente voluntate) statim post è vita discessum sequitur.

44 *Istæc Diui Iacobi Apostoli cap. 2. sententia (superexaltat autem misericordia iudicium) ab auctore perquàm doctissimè dilucidatur.*

45 *Qui vitam omni improbitate, ac scelere plenam agentes præstolantur & petunt Dei misericordiam, cùm summum obeunt diem, improbis mercenarijs seu operarijs non ineptè similantur; quibus herus mercedis partem ante operis initium tradit, promittens si operam eorum ex conuentione facta ei prorsus locauerint, & perfecerint, totam pecuniæ solutionem actutum dare; si autem opus institutum reliquerint, omni mercede carebunt.*

46 *Fictione poetarum pulcherrima, asserentium, duo dolia, alterum amarum & alterum dulce in Iouis limine fuisse, haud rusticè exprimitur; quòd qui priùs humanam misericordiam erga se, & alios, tanquam amarum potum prælibantes, exercere noluerint: Diuinam misericordiam, velut dulcem potum gustare, & cognoscere nequaquam poterunt.*

47 *Iidem immisericordes, qui animam exalantes tunc mortis æternæ timore, à Deo misericordiam rogant, atq; expostulãt; improbis, & impudendis clericis comparantur, qui clericalem habitum exuentes, toto vitæ suæ curriculo sceleratè agunt: cùm verò tandem à satellitibus capiuntur, pœnam debitam, seu mortem timentes, clericorum priuilegio saluari inaniter volunt.*

48 *Dæmon ad instar Medici corporalis his hominibus qui misericordiam in vita nunquam exercent, fallaciter imponens, tribus modis eorum corda tangere videtur.*

Primùm his aliena grauiora scelera, tùm prælatorum, ac religiosorum, tùm principum, atque procerum callidè significat; vt eò magis ad seipsos constringendos criminibus, spe misericordiæ diuinæ consequendæ, alliciat, & impellat.

49 *Deinceps idem insidiosus Tentator eos spe longioris vitæ, & validioris complexionis ad iniquissimè faciendum inducit.*

50 *D.nique facinorosum hominum cor, velut alter Medicus, ipsemet Dæmon hoc pacto tangere conatur; quia maiorem esse grauioribus hominum piaculis diuinam misericordiam, vt audaciùs nullum flagitium prætermittere vnquam velint, vberrimè, & creberrimè ostendit; Et hac de causa, nihil, vel parum de Dei Misericordia in suggestis, à sacris concionatoribus palam dicendum esse arbitramur, & indicamus: quò Dei potestas adeò timeatur vt misericordia ametur.*

Misericor-

Isericordiæ. Primo, ostendetur distinctio. Secũdo, quomodo ab omnibus rebus ostenditur, & docetur. Tertio, ꝙ ab omnibus est habenda, ꝑpter bona, quę cõfert. Quarto, ꝙ ab omnibus est, pręseruantur custodienda, quia in bello spirituali multum iuuat, & à multis malis pręseruat. Quinto, ostendetur habendi & conseruandi necessitas, pro tanto, qđ sine illa ad cœlum nõ peruenitur. Sexto, eodem ostendetur necessitas pro tanto, quod sine illa, pœnas multiplices incurrimus. Septimo ostẽdetur nõ habentium misericordiam, nec in opere illam ostendentium respõsio. Octauo experimentum ostendetur, quo qs ęstimare possit se misericordiam habere, uel non habere. Nono ostenditur, ꝙ non est de Dei misericordia nimis pręsumendum.

Artic. I. ¶Quantum ad primum, duplex legitur esse misericordia, vna diuina, alia humana.

1 ¶Diuina uero est duplex, quia vna est præcedẽs, qua nos creauit, redemit, & bona naturæ, fortunę, & gratię dedit. Alia est subsequens, qua bonos in cœlo remunerabit.

¶Humana etiam est duplex, quędã spiritualis (sicut patet C.1.3) quę secũdùm decretũ, primo est offensas & iniurias remittere (dist. 45. tria. & c.) quę sunt eleemosynę. Et dis. 50. considerandum. Secundo delinquentes corrigere, à qua qui parcit, crudelis est. dist. 45. sed illud. Item bona docere; & iuxta consulere, dist. 45. disciplina.

¶Alia est corporalis, quę in duobus consistit, in dando scilicet, & mutuãdo.

¶Primum patet, & ostenditur in septem operibus misericordiæ, quæ pro parte enumerantur in decreto. 81. dist. non satis, quæ omnes enumerantur. C. 1.4. Illa uero, quæ omnes istas simul compræhendit, maior est omnibus holocaustomatibus: dist. 50. põderet. in fi. Illa uero, quæ consistit in mutuando, duas habere debet conditiones, vnã, ꝙ fiat ꝑ indigentia, aliã, ꝙ fiat sine spe retributionis in hac uita, iuxta illud. (Luc. 6.) Date mutuũ, nihil inde sperãtes. Prima cõditio requiritur ex parte illius, cui mutuatur. Secunda ex parte mutuãtis. Contra istas regulas faciũt nonnulli, quia libentius mutuant diuitibus, quàm pauperibus, qui mutuo accepto, potius utũtur, quasi superbi, quàm indigentes. 2

¶Et si obijciatur. Ipsi ĩdigẽt, ergo eis motuandũ est, rñdetur ꝙ aliqui indigent ex fortuna seculi, qui nõ possunt nõ indigere, sicut necessario pauperes, uel indigentes, & illis mutuare est regnũ cœlorum comparare. Alij uero indigent ex propria fatuitate nimis prodige & uoluptuose uiuendo, qui per mutuũ necessitatem, in qua sunt, non subleuabunt, vt in posterum parce uiuãt, sed potius uoluptates suas nutriẽt, & illis mutuare, nihil aliud est, quàm uoluptates suas nutrire, & mutuata frequenter amittere, & quando petuntur, debitorum irã incurrere. Vnde in hoc casu est de debitore nobili, & creditore mediocri, sicut fabulosè fingitur fuisse de leone, & alijs bestijs secum uenantibus, quæ multum se nobiles ęstimabat, de hoc, ꝙ cum leone tantam habuerũt amicitiam, ex qua insuper amicitia ęstimabant se multa lucrari posse. Vnde leoni cum labore gratanter, tamen in spe, prædã duxerunt, de qua cũ partem suam uẽdicarent, ait leo, quicunq; partẽ quamcunquàm de præda ista petierit, non erit amicus meus, immo caueat quilibet, quia tantùm pro parte sua instare poterit, ꝙ damnum reportabit. Sic mercatores & nummosi, reputant se nobilitatos, & multa lucraturos, de hoc, quòd cum nobilibus uidentur habere amicitiam, & quòd eorum res portare possunt, & ad eorum uocantur conuiuia, & quòd cum eis ire possunt venatum, sed finis omnium istorum est, ut prædam, quam ipsi cum magno acquisierint labore (id est) pecu- Exemplum.

niam eis portent, & mutuēt, quam cum iterū petierint, nō erunt amplius amiti, immo frequenter visum est, quòd totum amittant, & laborem magnum, & alia damna, & minas, nisi cessent, incurrunt.

¶Secundo contra illas regulas faciūt vsurarij: de quibus dicetur infra loco suo.

¶Istis ergo cōditionibus malis amotis, in omnibus prædictis misericordijs humanis, estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit nobis Ephe. 4. Sicut (inquit) Deus donauit nobis, quasi diceret, sicut fons est copiosus, ita sit riuulus modo suo copiosus. Ad cuius declarationem est sciendum, quòd misericordia humana inter duas prędictas Dei misericordias .i. inter præcedētem, & consequētē, se habet, sicut riuulus fluens à fonte, & intrans viuarium, quia sicut ubi fons est copiosus, riuulus abundanter fluit, & uiuariū aquis abūdat, nisi transeat per terram nimis siccam, & nimis calidam, & male dispositam: Ita ubi misericordia Dei abundāter dat bona naturæ, fortunæ, & gratiæ, abundanter danda, & in Dei seruitio sunt expendēda: ubi uero Deus minus dat, minus detur: Et hoc est quòd Thobias, docuit filium suum (Thob. 4.) Quomodo (inquit) potueris, esto misericors, si multum tibi fuerit, abundāter tribue, si exiguum fuerit, etiam exiguum libenter stude impertire: Hoc est etiam, quod Christus docuit discipulos suos (Luc. 6.) Estote (inquit) misericordes, sicut pater vester cælestis misericors est. (q.d.) sicut ipse misericordiam ostendit uobis, ita uos illam ostēdatis uobis, & alijs in opere, & uirtute, ita semper, quòd sicut misericordiam corporalem, semper à vobisipsis incipitis copiosius, uosipsos cibādo, & potando, & uestiendo, &c. Ita etiam incipiatis, & impleatis copiosius opera misericordiæ spiritualis in uobisipsis consulendo, castigando, &c. vt riuulus copiosius irriget terram propinquiorem, & quod corpori suo, uel corpori chari amici facient, quātum ad opera misericordiæ corporalis, ipsum cibando, & incarcerato compatiendo, & condolendo, & redimendo, hoc faciat animæ suæ quantum ad opera misericordiæ spiritualis, ipsam cibando, verbis de ore Dei procedentibus, ipsi etiam compatiendo, & condolendo, quòd regna amisit cęlestia, & acquisiuit infernalia, & ipsam à carcere diaboli liberando, iuxta illud Ecclesi. 30. Miserere animæ tuæ placens Deo. Deinde postquàm riuulus ille misericordiæ sic irrigauerit terram propinquiorem .i. propriam, copiose, etiam fluat per opera vtriusq; misericordiæ ad terram, quātū possibile est, omnium indigentium quod si fecerit, aqua misericordiæ, copiose & abundanter inuenietur in uiuario cœli i in æterna retributione in misericordia, de qua Psal. 22. Misericordia tua subsequetur mę, vt, scilicet, qui in suo æterno misericors fuit, in Deo, misericordiam, inueniat, dicens, misericordias domini in æternum cantabo: in Psal. 88.

¶Et de hoc sit securus, quia teste Leone Papa, in quodam sermone, qui incipit, obseruationem; Et legitur in multis ecclesijs dominica prima. 40.) Nunquàm miserendi efficacia deserit, in quo misericordia ipsa non deficit. Si vero fons, qui in se copiosus est, primo ad terram transeat siccam, arenosam, uel corruptā, uel totaliter siccatur, uel minuitur, uel corrumpitur, & nihil ad cisternam pro stagno transit: Sic quando fons ille diuinæ misericordiæ, qui in se copiosus est (quia apud dominū misericordia & copiosa, &c. ī Psal. 129.) cōmunicatur ad auaros, qui vulgariter sicci uocantur, uel ad quoscunque peccatores, dando eis bona naturæ, fortunæ, uel gratiæ, sicut, scientiæ, & huiusmodi, in eis absconditur, minuitur, vel propter malam vitam, corruptū & fœtidum uidetur: ex quo sequitur, quòd nulla misericordia pro eis in posterum in thesauro Dei reseruatur, & de hoc sunt

Exemplum. (left margin, beside "Deus in Christo")
3 Exemplum. (left margin, beside "sericordiæ spiritualis")
4 Exemplum. (right margin, beside "rando, iuxta illud")
Exemplum. (right margin, beside "quo misericordia ipsa")

sint securi, quia teste Iaco. 2. Iudicium sine misericordia ei, qui non facit misericordiã: Nota de hac materia: E.3.3.

Artic.2. ¶Sed ne riuulus iste in nobis deficiat, uel corrumpatur, sed (quantũ possibile est) nobis, & alijs (vt prædictum est) abundanter deriuetur, multis in-

5 formamur exemplis, tam naturalibus, quàm rationalibus, quàm etiam supernaturalibus: Primo namque naturalibus ad hoc faciẽdum informamur exẽplis, tam in illis rebus, quæ sunt supra nos, quàm in illis, quæ sunt infra nos, quàm etiã in illis, quæ sunt iuxta nos.

¶In illis enim, quæ sunt supra nos, videmus, quod cœlum, & omnes planetę, & stellę, misericordiam pro tanto nobis prædicant, nosq; misericordes in hoc esse pręcipiunt, quòd miserijs nostris occurrere non cessant: Nam lumẽ nobis ostendunt, & tenebras expellũt, ut luminis adiutorio operemur: & agamus pro miserijs nostris subleuandis, quæ sine lumine agere non possumus: Iterum de nocte se retrahunt, & tenebras inducunt, vt quietius dormiamus: Sic terra, aqua, ignis, uolucres cœli, & pisces maris, vniuersa insuper & pecora cãpi, dum defectibus nostris occurrere non cessant, quid aliud ab illorum creatore, vel etiã ab ipsis docet, quàm quòd nos mutuis nostris miserijs subueniamus.

Exemplum.

¶Nec hoc solum docetur in natura insensibili, uel irrationabili quæ supra nos est, sed secundo hoc docet natura corporis rationalis, quę infra nos est, qua uidemus, quòd vnum membrum in corpore sano defectui alterius mẽbri occurrit, quia si pes deficiat, & corpus sit in cadendo, manus nititur pedis supplere defectum inter terram, & corpus se ponendo, ne ad terram totaliter, vel uiolẽter cadat, hoc etiam mutuum adiutorium, in cęteris videtur membris: Nec hoc mirum uideri debet, quia ad hoc membrum, potentiam, & uirtutem habet, non tantum, vt seipsum iuuet. Non enim dedit Deus oculis potentiam visiuam propter seipsos tantũ,

Exemplum.

tùm, sed ut omnia corporis mẽbra ducerent, & dirigerent, sic de potentia pedum, tibiarum manuum, & cęterorum membrorum, sicut patet. C.12.7. Si uero corpus sit mortuum, uel ualde infirmum, ista mutua supportatio deficit, sicut patet. C.22.12.

¶Ita omnino est inter mẽbra Christi, & ecclesiæ, inter quæ vnum est, quasi 6
oculus, qui uidelicet ampliorẽ recepit à Deo sapientiam, ad aliorum ductionem.

¶Alij sunt quasi manus, qui uidelicet tenẽtur terram à latronibus, & malefactoribus defendere, eosq; punire, & iustitiam facere.

¶Alij uero sunt quasi pedes, illi uidelicet, qui labore suo fideli, mundum, & ecclesiam supportant: Sicut ergo nec oculus habet uisum pro se tantùm, ita nec sapiens sapientiam pro se tantùm, & sic de cęteris. Sed sic ut alios per uirtutem à Deo acceptam iuuẽt, sicut mẽbrum aliud iuuat membrum, quod & faciunt, si membra uiua sint: Si uero non iuuant, mortua sunt. Si uero vnum membrum uirtute à Deo acceptam aliud dilacerat, & mẽbra se mutuo expugnant, illa, phrenitica sunt membra. Quia sicut signũ est, ꝙ illa mẽbra sunt phrenitica, q se mutuo destruunt: Ita signum est, quòd ille qui sapientia sua alium decipere nititur, & ille, qui propter diuitias suas alium contemnit, & ille, qui fortitudine sua alium uerberat, & sic de alijs sunt membra innaturalia, & phrenitica, qui in hominem sibi similem non habet misericordiam Ecclesi 18.

Exemplum.

¶Sed dicent, quòd prædicta exempla adducta, quòd nostra misericorditer communicare debemus, vel sunt de 7
illis rebus, quæ circa illa, quę communicant, nihil laborant, sicut planetę, & huiusmodi, uel sunt de illis rebus, quę naturali motu hoc faciunt, nec aliter facere possunt, sicut mẽbra corporis, nos vero in acquirendo illa, quæ communicare deberemus, multũ laboramus, & his etiam multum indigemus, &

ideo

ideo nõ possumus ita libere nostra dare, sicut illa possunt lumen cõmunicare; Nec ita naturale est nobis alios iuuare, sicut est membrum iuuare.

¶Quãtum ad primum in hoc, quòd talia cum maiori faciunt labore, ad illorum maius pertinet præmium.

¶Quantum uero ad secundum, fortius deberet esse uinculũ charitatis inter membra Christi, quàm vinculũ naturæ inter mẽbra corporis, in illis qui fuerunt uiri misericordię; quorum pietates non defuerunt. Eccle. 44.

8 ¶Tertio idẽ docetur in his, quę iuxta nos sunt, in q̃bus uidemus, quòd Deus sic totum ordinauit mundũ, regna, terras, & ciuitates, quòd vnaqueq; alterius indigeret auxilio, ut quęlibet regio, vel patria, in aliquo bono, super aliam abũdaret, sicut vna ĩ uino, alia in lana, alia in frumento, alia in animalibus, alia in serico, & sic de alijs: Et vnamquamque regionem in illo, in quo abundauit, illam iuuare noluit, alteriusq; supplere defectum, propter vtriusque augmentum. Sic spiritualiter voluit vnumquẽque per illud, in quo abundat, alterius supplere miseriã: & hoc propter vtriusque commodum: Quod enim misericorditer datur, sicut est ad commodum corporale accipientis, ita & amplius est ad commodum spirituale dantis, quia feneratur domino, qui miseretur pauperis: Prouerb. 19. Nota de hac materia. C. 1. 8. Et E. 3. 2.

Exemplum.

9 ¶Et non solum prædictis ad misericordiam naturalibus prouocamur exẽplis, sed etiam secundo loco ratio hoc dictat. Rationabile namque uidetur, ꝙ illi, qui omni die à Deo regnum petũt, dicentes, Adueniat regnum tuum, paruam panis, ei dent petenti portionem, uel qua securitate ab eo petere poterũt maxima, qui nec ei dare uolunt minima. Iterum ratio dictat, quòd si mali malos iuuant propter terrenam retributionẽ, quòd boni bonis benefaciant, propter retributionem æternam, ergo misereamur impio. (Isa. 26.) quantũ ad misericordiam spiritualem: Et esto pupillis misericors. (Eccles. 4.) quantum ad misericordiam corporalem.

¶Nec solum ad misericordiã amandam informamur rebus naturalibus, & rationabilibus, ut dictum est; sed etiam supernaturalibus. Nã omnia Dei opera creationis nostræ, & omnium rerũ, etiam ipsorum angelorum, & redemptionis, & gubernationis, nõ solum sic, fecit, ut nr̃am significaret spirituale vnitatẽ (sicut dictum est. T. 1. 7.) Sed ẽt ut nos informaret ad mutuam miseriam subleuandam, in omni Dei opere, magistra, & doctrice, misericordia, q̃a misericordia domini plena est terra (in Psal. 118. & 32.) quia terra plena est operibus eius: Et misericordia eius super omnia opera in Psal. 144. Ergo misericordia eius plena est terra, & nõ solum terra plena est hac doctrina misericordiæ, sed ẽt magnificata est usq; ad cœlos misericordia tua, in Psal. 56. quia non solum terrena, sed cœlestia ad nostrum creauit adiutorium, nos docens mutuum habere adiutorium: Et nõ solum usque ad cœlos, sed etiam in cœlo misericordia tua: in Psal 35. quia illud etiam fecit pro nostra miseria subleuãda, & oratores in eo posuit, qui pro nostris miserijs interpellarent, si inter nos misericordes fuerimus: Prędictis ergo informati exemplis, estote vnanimes ĩ oratione, misericordes, modesti. 1. P. 3. 10

¶Quos uero ad misericordiã amandam, & in opere exercendam, exempla non mouent, saltem utilitas inde prouenient, moueat, ut misericordes sint: Vtilitas autem eius ex bonis, & augmẽtis quæ eam habenti ratione ipsius ꝓueniunt, attẽditur. Ratione cuius sciẽdum est, quòd per uirtutem misericordię ad bona naturę primo quis restituitur. Secũdo, in bonis naturę conseruatur. Tertio, ut bonis fortunæ prosperatur, & iocũdatur. Quarta in bonis gratiæ augmentatur. Quinto, ad bonum glorię perducit. Artic. 3.

¶Primum patet per filium uiduę per Heliam resuscitatum. 4. Reg. 17 Et per filium sunamitis resuscitatum per Heliseum Exẽplũ. Exemplum.

liseum prophetam. 4. Reg. 4. Et per Tabitam, quę in ecclesia erat plena operibus bonis & eleemosynis, quã resuscitauit Petrus. Act. 9.

Exemplum. ¶Secundum etiam patet primo per istud ꝙ scribit Valerius libro secundo de Symonide, quasi per istum modum, hic cum ad portum quẽdam applicuisset, & mortuũ inuenisset & sepelisset, vox ad eum ait. Non intres iterum nauem istam cum alijs, quo in terra remanente, alij in mari submergebãtur. Iterum cum in vna domo cum alijs sederet, uenerũt duo ad portam, ipsum petentes, ad quos cum exiret, nihil inuenit, sed ipso ibi circunquaque respiciẽte, domus, de qua uocatus exiuit, omnes oppressit Et sic patuit, ꝙ pro misericordia bis in hoc seculo à morte liberabatur, & uitam inuenit, præter illud, quod ĩ alio seculo inueniet. Et hoc est, quod ei & sibi similib⁹ ꝓmittitur. (Prouerb. 21.) Qui sequitur misericordiam & iustitiam, inueniet uitam, & iustitiã & gloriam.

12 ¶Ista auctoritas desperationem excludit, & præsumptionem. Et dum per misericordiam aufert desperationem, & per iustitiam excludit præsumptionem, omnes hortatur medium tenere, & tam Scillam, quàm Caribdim præcauere.

¶Tertium quãtum ad bonam temporalium fortunam patet, tam ex his, quæ dicta sunt E. 3. 13. cum sequẽtibus, quàm etiã ex hoc, quod scribitur primo li. historiæ tripartitæ de Spiridone

Exemplum. episcopo, ꝙ uidelicet eius mos erat, ex fructibus, alios erogare pauperibus, alios & mutuare indigentibus, nec tamen per se dabat, uel mutuabat, nec recipiebat, sed petentibus dicebat, quòd quantum opus haberent, tollerent, & denuo redeuntibus dicebat, ut tantùm reponerẽt, quantum se recepisse nouerant, quidam uero non reposuit, quod reportauit, sed plura asportauit, credẽs hoc episcopũ latere, qui iterato venit, petens mutuum, quem episcopus more solito ad horreum misit, quod ille nacuum inuenit. Et cum episcopo hoc renunciaret, ait, mirum est, quomodo tibi soli uacuum uisum est, sed uide, ne quod alias mutuatus es, non soluisti, & sic captus ueritatem fassus est. Ex quo facto episcopi ostenditur charitas, quæ indigentibus horreum aperiebat, & sibi, & alijs abundare faciebat, & nõ reddẽtis, immo rapientis peruersitas, quæ ipsum egere faciebat. Et sic de istis duobus, & eis similibus, uerificatur illud (Prouerb. 11.) Alij diuidunt propria, & ditiores sunt, alij rapiũt nõ sua, & semper in egestate sunt. Nec mirum quod misericordes etiam in rebus temporalibus diuites sunt, quia (Prouerb. 22. dicitur.) Qui pronus est ad misericordiam benedicetur, supple, ab illo, quo dicitur Prouerb. 10. Benedictio domini diuites facit.

¶Quantum uero ad iocunditatẽ melius ostenderetur in effectu, quàm in scriptura, quia in effectu iocundã haberemus uitam, & nullus multum indigeret, si quilibet alium pro posse iuuaret. Si diues daret, sapiẽs consuleret, fortis defenderet, pauper ꝓ omnibus oraret, tũc esset ecclesia, & societas Christianorũ, quasi ciuitas firma. Quia frater, qui iuuatur à fratre, quasi ciuitas firma, & iocũda, non solum ante mortem, sed etiam in morte, in qua iocundus homo, q miseret̃, & cõmodat, &c. in Psal. 111. sicut patet. E. 3. 15. 13

¶Quarto in bonis gratiæ augmentatur, quia per misericordiam primo anima uirtutibus, & gratia ornatur. Secundo similis Deo efficitur. Tertio gener Dei esse comprobatur, & multũ Deo carus. Quarto per illam in omnibus istis conseruatur.

¶Primo gratiam dat, quod patet per prologum Hieronymi in Abdiam prophetam, de quo ibidem dicitur, quòd quia prophetarum cetum pauerat, accipit gratiam prophetalem, & de duce exercitus fit dux ecclesiæ, tunc in Samaria paruum gregem pauerat, nunc in toto orbe Christi pascit ecclesiam. 14

¶Secundo

¶Secũdo similem Christo efficit, ipse namque naturaliter misericors fuit, tam ex parte patris, quia pater eius fuit, & est pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. (2. Cor. 1.) quàm etiam ex parte matris, quia ipsa fuit, & est mater misericordiæ (sicut ostensum est M. 3. 27.) Et talem se in opere ostẽdit. E. 3. 3. Illi ergo, cui tam propriũ fuit misereri à natura multum assimilatur misericordes, qui vtranque ostendunt misericordiam, uidelicet, spiritualem, & corporalem. Et tales, & non alij filij Dei sunt, quia sicut filius assimilat patri: Ita ipsi Deo, qui scilicet conditiones habẽt tactas. F 5. 3. Et sicut illi sunt Deo similes, ita immisericordes sunt Deo dissimiles, quia sicut ipse omnia fecit, ut esset, quod donaret, & cui donaret, uoluit etiam omnes perdonare. Ita econuerso illi, nec uolunt donare, nec perdonare. Isti ergo nõ sunt Dei filij. Si ergo filij Dei esse cupitis, estote misericordes, sicut pater uester. Lucæ 6.

15 ¶Tertio facit hominem Dei generũ, & non quemcunque, sed multum Deo charum (sicut patet. A. 13. 24.) Plures namque misericordiæ, plures sunt Dei filiæ, qui est pater misericordiarum, per acceptionẽ ergo misericordiæ in vxorem, efficitur quis gener Dei, & pater pauperum, quos mediante matre pauperum, id est, misericordiæ fouet, & nutrit ad modum patris.

¶Sed, heu, nonnulli misericordiam, quã ab episcopo uel alio, quasi in vxorem accipiũt, dum statum, uel promotionẽ, uel officium admittunt, ad quos pauperum pertinet educatio, & hospitalitas, cito repudiant, & pauperum filiorum efficiuntur, ultrices, quia opera misericordiæ non faciunt, quæ facere deberent, terras uero & prædia & dotẽ quæ intuitu vxoris accipiunt, quando ab episcopo intuitu charitatis beneficium capiunt, libenter accipiunt, & tenent, sed ipsam sponsam diligere, uel filios alere refugiunt, immo (quod peius est) ipsum matrimonium sine iuris processu diuorciant. Nec dotem, quam cum illa accipiunt, restituunt, cõtra legem, non solum Dei, sed etiam mundi. In infortiato. l. 1. titu. soluto matrimonio. l. secunda, ubi habetur, quòd soluto matrimonio, dos, quam cum muliere accepit eidem restituatur. Cõtra hãc legem propriam, multum faciunt, qui soluto matrimonio scilicet inter eos, & misericordiam, beneficiũ, quod intuitu charitatis, & misericordię receperũt, retinent. Nota aliam legem contra tales. M. 2. 13. & O. 4. 15. cum sequentibus. Et O. 6. 50. & P. 13. 43. Et R. 5. 60.

¶Quarto misericordia omnia prædicta bona in homine conseruat, quia sicut lignum multum uiride semper tenet uiriditatẽ Ita misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Matth. 5.

¶In quo notatur quintum bonum gloriæ, ad quod misericordia perducit, & tãquàm cœli hostiaria, sponso, & dilectori suo cœlũ aperit, & in loco suo ipsum collocat, quia misericordia faciet vnicuique locum secundùm meritum operum suorum. Eccle. 16. 16

¶In qua auctoritate patet differentia inter diuisionem rerum terrenarum in hoc mundo, & rerum diuinarũ in cœlo, quia inter mundiales, & etiam inter nonnullos, qui in vna viuunt domo, & societate, nõ qui plus laborãt, uel operãtur, sed qui plus habent proprium uel appropriatum, primũ obtinẽt locũ etiam plus habẽt de solatio, recreatione, & misericordia, licet frequẽter minus operentur. Sed in cœlo econuerso misericordia faciet vnicuique locum suum secundùm operum meritum suorum.

¶Et hoc sex uijs, & iuribus scilicet iure consuetudinis, conditionis, mercationis, laboris, mutuationis, & rationis. 17

¶Primum patet per aliquorum religiosorum consuetudinem, inter quos attenuati, & uexati laboribus, & infirmitatibus ad misericordiam mittũtur. Sic uexati hic bonis operibus ad misericordiam illam mittendi sunt, de qua

in

in Psal. 35. Domine in coelo misericordia tua.

¶Secundum patet per iudicium Dei in quo ponet oues, id est, illos, qui de conditione sunt ouium à dextris, & dicet, uenite, &c. Sed misericordes sunt de conditione ouium, quæ uestiunt, & pascunt, igitur &c. Ergo à cõtrario sensu luporum habentibus cõditiones dicet. Ite &c.

¶Tertio iure mercationis. Est enim misericordia mercatrix sapientissima, quia lutum commutat in aurum, dum pro temporalibus accipit æterna. Prouerb. 14. Qui facit misericordiam, beatus erit.

¶Quarto, iure laborationis. Est enim laboratrix mirabilis, nã ĩ agris, qui uidẽtur aridi & steriles, seminat & seminare præcipit. Luc. 14. Cum facis prandium, uoca pauperes, & debiles, & claudos, & beatus eris. Retribuetur enim tibi in retributione iustorum.

¶Quinto uia, & iure mutuationis. Ecclesi. nãque 29. dicitur, qui facit misericordiam, fœneratur proximo suo. Cuius fœnerationis testis est Christus literas suas apponens patentes Matt. 5. Beati misericordes. Vbi ergo illi, quibus mutuatur, sunt impotentes ad reddendum, iustũ est, quòd fideiussor reddat pro eis uitam æternam, quia super illum mutuauit, ut si non reddatur hic, quod mutuatur, reddatur ibi uita æterna, & regnum cœlorum, & tamẽ Deus reddit hic, & ibi.

¶Sexto uia rationis. Omni namque rationi consonum est, quòd qui alios, id est, Christi membra à miserijs suis liberant in terra, & dominio suo, quòd Christus eos liberet à miserijs in terra sua. Et quòd illis, qui ei dederunt quod habuerũt hic, det quod habet ibi, & sic patet, quòd misericordia & ueritas ꝓparant bona. Prouerb 14. Nota quomodo sola misericordia mortuum sequitur. A. 27. 57.

Artic. 4. ¶Et ut securius, & sine impedimento ad illa bona gloriæ perueniatur, misericordia in spirituali bello iuuat, & ab omnibus impedimentis liberat. Iuuat namque dupliciter, fortificando, sicut unctio pugilem, & inimicos multitudine terrendo, sicut princeps multitudine exercitus sui terret & uincit aduersarios suos. Prouerb. 20. Misericordia, & ueritas custodiunt regem, & roborabitur clemẽtia thronus eius, sicut patet. B. 2. 42. 18 Exemplum.

¶Impedimẽta uero gloriæ sunt duo, malum culpæ, & pœnæ.

¶A prima liberat hominem duplici remedio. Primo dando, quia sicut muneribus placatur offensus, ita Deus misericordia offensas peccati remittendo. Prouerb. 15. Per fidem & misericordiã purgantur peccata. Secundo remittendo. Matth. 18. Nonne oportuit te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Sic ergo peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordia. Dan. 3. Exemplum.

¶A secũdo liberatur, primo quis misericordia, sicut latro à suspendio muneribus Prouer. 16. Misericordia & ueritate redimitur iniquitas. Secundo, sicut quandoque quis, antiqua liberatur amicitia, habens enim in memoria beneficia, quæ prius pro eo fecit, & antiquam inter eos amicitiam, pronior est ad misericordiam, ne grauiter puniatur. Sic Deus se habet in beneficio suo, ergo da misericordi, & ne suscipias peccatorem. Ecclesi 12. Exemplum. Exemplum.

¶Prædicto modo dupliciter iuuat, & ab impedimẽtis liberat duo genera hominem Pœnitentes sicut leo parcit ꝓstratis, sic altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus Ecclesi. 12. Exemplum de filio prodigo. Et diligentes, sicut pater parcit filijs, sic Deus, qui dicit Deutro. 5. Faciens misericordiam in multa milla diligentibus me. Exemplum. Exemplum.

Artic. 5. ¶Quos uero ad misericordiã amandam, & sequendam, nec mouent bona, quæ confert, nec mala, quæ fugat, saltẽ ipsa moueat necessitas, ꝙ aliter quàm per uiam misericordiæ saluari non poterũt. Licet enim uiæ domini sint duæ, 19

iuxta

iuxta illud. (Psal.24.) Vniuersæ uiæ domini misericordia,& ueritas, quarũ primam respicit saluandos,& vniuersaliter in corpore uiuentes. Secũda respicit iudicandos,& corpore exutos, tamẽ per primam oportet membra caput sequi, si in secunda cum capite gaudere uoluerint. Caput enim nostrum Christus per uiam illam nascendo, laborando, prædicando, moriendo, resurgẽdo, ascendẽdo, id est, per uiscera misericordiæ Dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Lucæ 1.

¶Per hanc etiam super miseros motus fuit, ipsosq; iuuat, sicut patet. Luc.7. de uidua, cuius filius mortuus fuerat, quam cum uidisset Iesus misericordia motus super eam dixit. Adolescens tibi dico surge,&c.

¶Per hanc etiam famelicos pauit, dicens. Misereor super turbam. Marc.8. In omnibus his rationabile nobis relinquens exemplum, quòd si ad uitam ingredi uolumus, per uiam misericordiæ, necesse est, quòd membra caput sequãtur, quia si aliam tenent uiam, mẽbra diuisa sunt,& caput non sequuntur ad gaudia. Oportet ergo ad hoc, quòd ipsum sequamur ad gaudia, quòd uiscera misericordiæ aperta habeamus ad miseros, ipsos iuuando, & famelicos pascendo, aliter Christum non sequimur.

20 ¶Paueant ergo, qui diuites cibãt, potant, uestiunt, recipiunt, uisitant, sepeliunt,& pauperes famelicos, immo fame morientes, nudos, & miseros derelinquunt, qui aquã in mari proijciunt, & terram aridam dimittunt, qui dominis & principibus taxationem petentibus concedũt. Illi, scilicet, qui maiores sunt,& patriæ ductores, vt principum captent beniuolentiam, per quos etiam minores, q ita liberi sunt, sicut illi, cõtra rõnem taxantur, de concessione requisiti, magna differentia est ĩter taxationes talium Christianorũ, & Iudęorum, quia Christiani taxationes, & pecuniarum collectiones concedunt, & faciũt regibus,& principibus, ipsas petentibus, & pro pauperibus petẽtibus, & fame morientibus inauditum est, q aliqua collecta modernis temporibus fieret in populo Christianorum. Ideo dicit, quia in Actibus Apostolorũ Apostoli leguntur collectas fecisse pro pauperib⁹. Iudæi uero annuatim collectas faciunt pro pauperibus modo, quo dictum est. F.3.15. Ex quibus patet, quòd pulcherrime prophetauit de misericordia Christianorum. Oseæ 6. Misericordia uestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane transiens, quia nõ obũbrat peregrinos in meridie contra solis calorem, quando indigent, sed in mane eos refrigerat, qui non indigent, sicut ostensum est in alijs Christianorum iudicum negocijs. 1.9.9. Paueant insuper qui misericordes tantum sunt sermone, & non opere. Christus enim tetigit leprosos, & male habentes. Isti vero est contrario pauperum plangunt miserias, sed operę nõ tangunt, nec iuuant. Isti in uia misericordię claudicãt, quia vno pede recte eũtes, id est, loquela, alio pede, id est, opere deficiũt. Christus plus opera quàm uerba respicit, potiusq; opera remunerabit. Nõ enim dicit, Beati q misericorditer loquũtur, sed misericordes, designãs opus, non quodcunque opus, quia non sufficit multum diuiti paruam dare eleemosynam, sed si multum tibi fuerit, abundanter da. Thob. 4.

Exemplum.

21

22 ¶Et si isti periculose claudicant, qui collectas pro superbijs suis nutriendis petunt, & qui talia cõcedunt, pauperibus dimissis, qui etiam sua nõ dant, sed tantum misericorditer loquuntur, qui insuper minus dant, quàm de abundãtijs suis dare deberẽt, quomodo in uia misericordiæ periculose claudicãt, qui se Christianos signo profitentur,& manibus aliena p iniustitias, rapinas, furta, usuras,& fraudes tollũt, quę oppresso non subueniunt, sed plus opprimũt, qui contra omnia opera misericordiæ, crudelitatis opera faciunt, quantũcunque tales ore se Christianos in mortis articulo profiteantur, & culpam plangant

gant

gant mortis timore, uel in quacunque confessione, dum tamen non restituăt, nec offensam de cordibus suis misericorditer relaxant, vno pede claudicant.

¶ Quando ergo de talibus, uel quibuscunque bene loquentibus: & aliena detinentibus, uel male agentibus dr̄, quàm deuote orat & matutinas, & horas dicit, & missas audit, & cōfitet, misericorditer loquit, & huiusmodi, optimè responderi possit, sicut in fabulis respondisse legitur auis de aucupe, qui lachrymosos forte ex frigore habēs oculos, dum aues capiebat, lachrymabatur, & forte orabat, de quo cum auis hoc uidens, aui diceret. Ecce qualiter lachrymando nostræ compatitur miseriæ. Cui alia. Nō solum respicias oculos uel linguam, sed manus, in quibus aues detinet, & capita earum frangit. Sic de illis dici potest, sicut dixit Isaac de filio suo, uox quidem uox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau. Sic etiā in morte quando pro talibus mortuis ecclesia orat dicendo. Non intres in iudicium cum seruo tuo. (Psal.142.) Sed fac cum seruo tuo misericordiam (in Psal.118.) quia te ore nō negauit, Deus enim plus opera sua quàm aliorum pro ipso attēdent uerba.

Exemplum.

¶ Si enim illum seruum nequàm. (Matt.17.) iussit tradi tortorib⁹, q̄a dimittere noluit debitum centum denariorum conseruo suo, quibus dęmonibus tradet illos, qui ad ualorem cētum solidorum iniuste capiunt, uel detinēt? cum peius uideatur etiam parua aliena capere, quàm sua petenti non dare, uel non dimittere? Sicut enim pro misericordibus, tota orat ecclesia, ut misericordiam consequantur, dicens. Ostende nobis domine misericordiā tuā, &c. in Psal.84. Ita pro talibus sine satisfactione morientibus orat dicens. Non miserearis omnibus, qui operātur iniquitatem. Quorum orationem promitit se Deus uelle audire, dicens. Non parcet oculus meus, & non miserebor. Ezech.7. Et iterum. (Hierem.13.) Non parcam, & non concedam neque miserebor, ut non perdam eos. Vide. V.7.14.

¶ Non parcam (inquit) quin eos quandoque puniam ante mortem, semper uero in morte, & post mortem. Artic.6. 23

¶ Primum patet, primo, per illud, quòd in speculo legitur historiali de quodam paupere, qui tempore Focæ Imperatoris eleemosynam petiuit, & ipsis respondentibus, quid petis? nihil habemus hic, nisi lapides, statim panes illorum in lapides conuersi sunt. Et iuste quidem, ut qui prius eleemosynam fecisse potuissent, & panem pro se, & paupere habuisse, postea propter immisericordiam suam, nec pro se, nec quòd pauperi darent, haberent.

Exemplum.

¶ Secundo idem ostenditur per hoc, quod legitur in uita sancti Basilij, quòd accessit ad eum quædam mulier, tanquàm ad multa petentem apud principem regionis, postulans, quòd principi pro ea scriberet, ut misericordiam de illa dignaretur habere, qui ei scripsit dicens, hæc mulier dicit me apud te posse, si ergo possum, ostende. Qui rescripsit dicens, pater sancte uolui misereri illi, sed non potui, pro eo, quòd tributis iacet. Cui Basilius rescripsit, dicens, si quidem uolens non potuisti bene utcunque res se habet, si potens noluisti, ducat te Christus ad indigentium chorum, ut quando uolueris, non possis, & sic factum est. Nam postea captus fuit, & intercessione sancti Basilij liberatus, postmodum timens ne iterum in talem caderet statum, in quo misereri non posset, mulieri duplicatū restituit, quod abstulit.

Exemplum.

Quod prædictis accidit, frequenter contingit, quòd uidelicet illi, qui dum possunt restituere, uel misericordiā facere, uel de corde remittere, qui nec de seipsis uitam emendando, nec de alijs misericordiam habere uolunt, in talem etiā ante mortem cadūt paupertatē, & miseriam, quòd nec restituere, nec misericordiam facere poterunt. 24

In morte uero semper in talem cadunt miseria, quòd nec hoc facere, nec de se ipsis misericordiam habere poterũt, nisi ante mortem illam habuerint. Et iuste quidem, potestate priuatur miserendi, qui misereri noluit, dum potuit. Talis namque, meretur priuilegium amittere, quod ei (in Psal. 101.) concessum est, ubi dicitur. Tempus miserendi eius, quia uenit tempus. Nota. A. 6. 4.

25 ¶ Secundo tales semper puniuntur in morte, quando uitam cum cæteris, quæ dilexerunt, amittunt, quam quidem pœnam quandoque mortis hora appropinquante Deus signis uisibilibus ostendere dignatur: ut uiuos illorum, præmuniat exemplo. Sicut patet primo per illum, de quo fertur modo, quo sequitur, quod uidelicet in charistia, quæ nuper modernis præcessit tẽporibus, cum multas habere segetes, & omnibus frugibus in alijs horreis illius uillæ deficientibus mures in maxima multitudine ad eius confluerunt horreum procurator suus ad eum uenit dicens, melius est ut frumenta tua uendas, propter tria. Primo quia iam ualde charum est, summa enim uenditur pro 20. solidis. Secundo, quia pauperes uicini fame moriuntur, & possumus uendere, & mutuare sub pignore, ut uiuant. Tertio, quia comeduntur à muribus. Cui ille, permittas mures ea deuorare, modo, quo uis, & des eis cum hoc aquam ad bibendum, quia pro certo ea nõ uendam nec mutuabo, antequam habere potero 30. solidos. pro summa. Cito postea accidit, quòd prædictus dominus in lecto suo iacens, horribiliter clamaret, & camerario currenti, & quærenti, quid haberet, respondit, cito quęras lumen, quia uidetur mihi, quòd sint mures multi in lecto meo, & me male mordent. Ad quem cum camerarius cũ lumine ueniret, inuenit maximam multitudinẽ dęmonum in forma glirium, quos ab eo nullo modo fugare poterat, antequàm eum occidissent, & lacerassent.

Exemplum.

Et quidem satis iustum Dei iudicium uidetur, quòd ille qui maluit frumentis suis glires pascere, quàm pauperes, glires carne propria pasceret, quando pauperes pascere non posset.

¶De quodam etiam alio diuite, & duro, qui illis uixit temporibus, narratur, quòd fame moriebatur, quasi modo, quo sequitur: habuit enim ex Dei uindicta, maximum in gutture dolorẽ, qui ita guttur suum arctum fecit, quod cibum nullum sumere potuit, non obstante, quòd multum de fame, & stomacho cõquereretur, & sic miser, quasi fame moriebatur, dum cibum capere non potuit, quem desiderauit, ut per illum Deus ostẽderet, quòd illi, qui alios fame affligi permittunt, nec iuuãt, hic, uel alibi, uel tam hic, quàm alibi, eandem sustinebunt pœnam, ut iusto Dei iudicio eadem mensura eis mensuretur, qua ipsi alijs mensurauerunt. & eadem sustineãt, quæ alios sustinere gaudebant: sicut patet. A. 27. 25. Et ideo apprehendit eum dolor durus uiscerũ, scilicet, fames, in quo orabat scelestus dominum à quo non esset misericordiam consecuturus. 2. Machab. 9. quia nec ipse alijs clamantibus uiscera aperuit misericordiæ. 26

Exemplum.

¶ Et cogitet quilibet in corde suo qua conscientia a Deo in mortis hora, petere posset misericordiam, dicendo, miserere: qui de alijs prius misericordiam non habuit, qua fiducia, ad eum tunc clamare, uel respicere poterunt, qui eum prius, negauerunt, quia (secundùm decretum) qui negant misericordiam facere, ipsum Christũ negant. 7. quæst. 1. omnis. Si enim aliquis uestrum haberet aliquem amicum diuitem, qui pro amore suo pauper deueniret, in qua paupertate, si sibi, uel suis necessaria denegaret, cum succurrere posset, si ille iterum diues fieret, quomodo præ uerecundia ei appropinquare posset, & ab eo cibum, uel potum, uel uestem, uel hospitium, uel quodcunque simile petere, cui prius omnia talia negauit? Ita erit per omnia de 27

Exemplum.

Deo,

Deo, & de misericordibus, in morte Deo appropinquantibus, & clamantibus, si in præ uerecundia clamare ad Deum poterunt, quòd si poterunt, nō exaudient, quia qui obturat aures suas ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Prouerb. 21.

28 ¶ Tertio misericordes semper puniuntur post mortem, quia hæreditate priuabuntur celesti, sicut filij ingrati, de quibus dictum est. F. 5. 5. Et iustum satis uidetur, quòd propter ingratitudinem ad participationem, & societaté, non recipiantur prosperitatis qui socij, & coadiutores esse noluerunt paupertatis. Quid ergo facient tales in iudicio, quibus oculis Christum respicere audebūt pro eis natum, passum, & crucifixum, qui etiam eos creauit, & pauit, & omnia, quæ iuste habuerunt, dedit eis, qui ei pro eis esurienti, panem negauerunt? Ex vna parte non est dubium, quin magnam patientur uerecūdiam, sicut ille, cui magna exprobatur ingratitudo, multum erubescit, quando coram multis ei improperatur, nec excusationem habet de obiectis, ut si aliquis pro aliquo multa fecisset ei dando, & multa pro eo sustinendo, & postea pro eius amore inopiam sustinendo, ut ipsum ditaret, si ei in inopia sua parua negaret, & postea ab eodem exaltato, illa ingratitudo coram multis ipso præsentaretur. Nonne multum erubesceret. Sic immisericordes in iudicio, quando ipsis præsentibus coram toto mūdo recitabit, quid pro eis sustinuit, & quam ingratitudinem ei reddiderunt, dicens. Esuriui, &c. Matth. 25. Tunc enim erubescant impij, & deducātur in infernum: in Psal. 30.

Exemplum.

Exemplum.

29 ¶ Ex alia parte magnam sustinebunt pœnam, quia nullum habebunt refugium, uel adiutorium, peius namque eis tunc continget, quàm contigit illi, de quo legitur in legenda sanctorum, in gestis beati Dominici in fine. Cui cum uideretur in somnis, quòd esset in quodam campo, maximis ex omni parte uallatus, tempestatibus, fulguris, & tonitrui, & huiusmodi, uidebatur ei insuper, quòd uidit quædam habitacula prope, ad quorum vnum fugit, introitum petens. Cui inhabitator, quis es tu, inquit? Cui ille respondit, se talem esse, nomen suum exprimens, cui ille, & ego qui habito, sum iustitia in meo habitaculo, nec per me saluari poteris, quia potius à me damnari meruisti, & iudicari. In alio habitaculo responsum habuit, quòd ibi fuit ueritas, quàm non dilexit, & ideo per eam saluari non poterat. Tertio uenit ad domum pacis, in qua simile habuit respōsum. Consuluit tamen, quòd ad domum iret misericordiæ, ut in ea saluaretur, quod etiam fecit. Nam habitum, & uitam suscepit prædicatorum. Iste ergo misericordiam inuenit, quia eam tempore debito quæsiuit. Sed prædicti vsque post mortem expectantes, uidentes se tempestatibus, & periculis circumuallari (de quibus est auctoritas. Anselmi. L. 11. 18.) Ad iustitiam, seu ueritatem, uel pacem clamare non poterunt, & si clamauerint, non saluabuntur per illas, nec protectionem habebunt, quia illas nunquàm dilexerūt, nec opere exercuerunt, nec tunc in cœlo misericordiam inuenient, quia non est misericordia Dei in terra. Oseæ 4. Nota legem ad hoc. A. 6. 8.

Exemplum.

¶ Sed nonnulli tales immisericordium audientes, pœnas illas, falsis excusationibus, quibus ab utraque misericordia se excusant, euadere, inanites estimant. A spirituali namque misericordia, quæ specialiter in iniuriarum consistit, dimissione, se excusant (sicut in parte tactum est. D. 10. 4.) dicentes, nihil petimus, nisi iustitiam. Tales Deum docent, qualiter eos iudicare debeat. Ipse namque ait. (Lucæ 6.) Eadem mensura, qua mensi fueritis, &c. Si ergo mensura iustitiæ alijs mensurare uoluerint, Deum docent, quòd mensura iustitiæ eis mensurabit, Artic. 7. 30

bit, quod & faciet, quia hoc eis ibidem promittit, & ad maiorem mensurationis illius certitudinem, exemplum ad hoc adduxit. (Matth. 18.) de seruo, qui noluit dimittere conseruo suo. Tales enim, quando in tribulationis, uel mortis sunt, periculo, nunquàm ad Deum clament, nec misericordiam petant, quàm non fecerunt alijs, sed iustitiam: petent, ergo iustitiam, qua certum est, quòd damnabuntur, & si misericordiam petant, illam non habebunt, quia tunc dictum ueritatis falsum esset, quo dicit. Eadem mensura, &c. Si ergo durum eis, videtur, quòd Deus tunc sit ita durus contra illos, non sint ipsi ita duri nũc, vt ad vnguem omnia puniant ad iustitiam, uel ultra iustitiam, quæ contra eos committuntur: Et si uident, immo quia quotidie uident, & indigent, quòd Deus eos patienter expectat peccantes, quia si iustitiæ rigorem contra eos exercere uoluerit, statim quando mortaliter peccant, eos iustè damnare posset, & ipsi similiter patienter expectent, & humiliter emẽdam accipiant, ne in istud incidant inconueniens, de quo Ecclesiastici 28. Qui uindicari vult, à Deo inueniet uindictam, & peccata illius seruans, seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur, homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam, in hominem sibi similem, non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur altissimum, quis exorabit pro delictis illius? memento nouissimorũ, & desine inimicari.

31 ¶ A misericordia etiam corporali se excusant, dicentes, quòd non tenentur dare, nisi superfluat, & allegant pro eis vnam glosam super illo uerbo. Si duas habes tunicas, da vnam nõ habenti, hoc uerbum (dicunt) glosam intelligere de superfluis quæ, scilicet, quis habet ultra necessaria sibi, & suis. Sed licet ista glosa bona sit in se bene intellecta, tamen male intelligentibus potest esse ruinæ occasio, illis uidelicet qui nunquàm dicunt, sufficit. Auarus enim (teste scriptura Eccles. 5.) non implebitur pecunia, qui ergo nunquàm impletur, nũquàm credit se satis habere, ergo nunquàm credit se habere superflua, & sic si totum haberet mundum, nunquàm reputaret se obligatum ad aliquid dandum indigenti, & sic talibus excusationibus, uel glosis innitẽtes, nunquàm opera facient misericordiæ: Glosa ergo illa de superfluo non intelligitur, quando pauperes sunt in ultima necessitate, tunc enim de his quæ tibi necessaria reputas, subtrahe, & esto pupillis misericors. Eccles. 4.

¶ Sed dicent, si omnia dederimus isto anno, quid habebimus anno sequenti, sed hæc est illa nimia sollicitudo, quæ prohibet à Christo. (Matth. 6.) Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester, quia omnibus his indigetis, quærite autem regnum Dei, & iustitiã eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinum, crastinus enim dies sollicitus erit sibiipsi, sufficit enim diei malicia sua, hęc ibi. 32

¶ Qui enim prohibet sollicitari de crastino, à multo fortiori prohibet sollicitari de anno futuro. Talis ergo prouidentia nullum ab operibus misericordiæ retrahere deberet, quia potius cogitare deberet, sicut cogitat qui seminat, quòd ex semine seminato, melius anno sequẽti uiuet, quàm si illud in horreo suo reseruaret. Sic in proposito, sicut multis ostensum est exemplis E. 3. 11. cum sequentibus. Vbi ergo pauperes in extrema sunt necessitate (sicut in caris continget annis) omnis talis prouidentia postponenda est, quia qui habuerit substantiam huius mundi & uiderit filios Dei, & fratres Christi, & suos fame mori, & clauserit uiscera sua, ab eis, quomodo chari- Exemplum.

charitas Dei est in illo? Sed cogitant forte, quod multa alia bona faciant opera, sicut ieiunare, orare, peregrinari, & huiusmodi, per quæ saluabuntur. Sed hoc inuanum cogitant, quia si omnia opera bona, sine ieiunia habeant, hypocritę sunt: homines apparentes, & non existentes, quibus Deus dicturus est in fine, illud (Matth. 23.) Veh uobis scribæ & pharisei, hypocritæ, qui decimatis mentam, & anetum, & ciminum, & relinquitis, quæ grauiora sunt legis iudicium & misericordiam, & fidem.

Artic. 8. ¶ Cum ergo tanta (ut prædictum est) sit misericordiæ utilitas, & immisericordiæ periculum, necessarium uidetur, quòd quilibet diligenter in seipso experiatur, an misericors fuerit, uel non, antequàm ad Christi compareat tribunal, in quo solus misericor-
33 diam inuenier, qui prius misericordiā quæsiuit, eo, scilicet, modo, quo ueritas eam quærere docet, dicens, petite misericordiam corde compatiendo, & iniurias remittendo, & accipietis, quærite ore consulendo, corrigendo, &c. & inuenietis, pulsate opere misericordiā indigentibus, in opere exhibendo, ne tantum misericordiam habeatis in ore, quæ sic non prodest, sicut nec bonus cibus, & dabitur uobis scilicet misericordia. Ergo, cum sis in mensa, primo de paupere pensa. Nam si pascis eum, pascis amore Deum, qui non erit tibi ingratus, quin tibi misericordiam reddet & cuicunque, qui fecit misericordiam in illum. Lucæ 10.

Distichon.

¶ Ex qua historia diligenter, excogitata, quilibet experimentum capere potest, si in illo misericordia uigeat, quia sicut sacerdos & leuita, ibidē uulneratum uidentes, sed non opere iuuātes, à Christo misericordes non reputantur, sed solum Samaritanus, qui uidens eum, misericordia motus, & opere iuuit, eius proximus atque misericors reputatur. Sic in proposito, non qui miserias ore plangunt, aut oculis uident miserorum, sed qui corde super eos mouentur, atque manus porrigunt adiutrices misericordes reputatur. Qui insuper in seipsis maiorem inueniunt pronitatem ad remittendum, & ad miseros subleuandum, quàm ad uindicandum, uel bona pauperum colligēdum, certissimo se cognoscere possunt experimento misericordiam habere, & misericordiam imposterū posse inuenire.

¶ Nec de hoc dedignentur experimento, tanquàm illud indignum reputantes, quia magis honorificum est miseris subuenire, quàm rebelles subiugare, quia illud ad amorem naturæ, istud ad gloriam uictoriæ pertinet, sicut patet ex uerbis Valerij. B. 2. 37. 34

¶ Ad quod etiam propositum ostendendum ponit exemplum ibidem Valerius libro 5. de Gaio Imperatore, qui capto rege Armenię, sibi rebellante, cū ante eum ductus caderet, & coronam proijceret, misericordiam petendo eū eleuauit, & coronā capiti suo reposuit, dicēs. Ita honorificū reputo regē facere, sicut regem destruere. Nec mirum si ille meliorem reputauit misericordiā, quàm uictoriam bellicam, cum saluator noster, qui in suis reputationibus falli non potest, meliorem reputauerit misericordiam, quàm sacrificium, dicens. (Matth. 12.) Volo misericordiā, & non sacrificium. Exemplum.

¶ Ex qua auctoritate, & alijs sibi similibus, in quibus in sacra scriptura, multum misericors prædicatur, misericors, & miserator dominus, in Psal. 85. Nonnulli de Dei misericordia nimis præsumentes, audaciam sumunt delinquendi. Ratione quorum, primo ostēdetur, quid sit de Dei misericordia nimis præsumere, uel in eo periculose confidere. Secundo ostenditur, quibus rebus assimilantur, & quæ mala pericula pœnas, & damna, ex tali incurrunt præsumptione. Tertio quæ sit tantæ illorum deceptionis causa. Artic. 9. 35

¶ Quantum ad primum, illi nimis in Dei confidunt misericordia, qui de Dei misericordia ingrati existen-

tes peccata peccatis addunt, dicentes illud (Eccles. 5.) Peccaui, & quid accidit mihi triste? misericordiam Dei magna est, multitudinis peccatorũ meorum miserebitur. De quolibet uero tali uidetur tota trinitas loqui. (Isa. 26.) Misereamur impio frequenter peccata condonando, & non discet facere iustitiam de peccato se corrigendo, sed potius ipsa augmentando, in terra sanctorum iniqua gessit, peccata peccatis accumulando, non uidebit gloria Dei. In qua auctoritate secunda pars relucet istius articuli. Ratione cuius est sciendum, quòd tales primo Fimeto assimilantur, quia contra misericordiæ raditos fœtores emittunt peccatorum, sicut patet. G. 4. 8. Quis enim tales ingratissimos non iudicaret: qui quando audiũt prædicari pœnas, quas Deus peccatoribus infligit, quando etiam persuasiones quascunque audiunt, quomodo iustus iudex delinquentes punit, cogitãt, uel ore aperto dicunt, Deus est melior & magis in expectando, uel non statim puniendo misericors, quàm quiscunque pater, uel iudex, uel homo quicunque, & facilius pacificari potest? Et ex tali Dei patientia, Deum audacter peccando expugnant, & malum cõtra bonum reddunt. Cum omnis homo etiã saracenus, & canis, & bestia, communiter quæcunque diligat, & pro posse benefaciat benefactori suo, ipsi cõtra omnium animalium naturam misericordem benefactorem suum expugnant, & quanto maiorem eis ostendit bonitatem, tanto magis ipsum persequuntur, ipsisque magis inobedientes fiunt, cũ quasi omnia animalia propter beneficiorum assuefactionẽ homini obediant, ipsi propter beneficiorum Dei assuefactionem Deo inobedientes fiũt, ipsiq; peiores existunt. Dicere namque vel cogitare, quia Deus bonus, & misericors est, ideo adhuc multæ, & sine uindicta peccare possum, uel in peccatis meis iacere, & quando uidero tempus & habuero gratiam, uitam meam emendabo, non est aliud cogitare, vel

Exemplum.

dicere, nisi quia ipse bonus est, & patiẽs erga me, & non me statim damnauit, cum iuste potuit, ideo ergo malus & ingratus adhuc uolo esse erga eum.

¶Potius econuerso dicere deberent, quia ipse erga me, benignus, & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malicia. Iohel. 2.

¶Ideo ergo gratus ei existam, hæc enim consequentia, & cogitandi & loquendi modus esset rationabilior, & etiam securior.

¶Pro tanto enim rationabilior esset, 36
quia ingratitudinem excluderet, & pro tanto securior, quia mortis incertitudinem non timeret. Ille namque, qui in prima stat cogitatione omnem horam suspectam, & omnem mortem timidam habet: Nec mirum, quia non est certus, quòd ille, qui tot eum expectauit annis per suam misericordiam, ut uitam suam emendaret, quot in peccatis uixit, & quot sunt, ex quo peccare incepit, forte 40. uel 50. expectabit eũ per diem. Congrue ergo tales ammonet scriptura. Eccles. 5. dicens. Non tardes conuerti ad dominum: & ne differas de die in diem, subito enim ueniet ira illius, & in tempore uindictæ disperdet te. Et iuste tales disperdet, qui in spe pœnitendi peccant, quia si nõ esset timor mortis, nunquàm cessarent peccare (sicut ostensum est. C. 5. 14.) Nota de talibus. P. 6. 10.

¶Secundo tales, qui misericordiæ tẽ- 37
pore abutuntur, cogitantes, quòd frequenter peccauerunt, & euaserunt, & ideo iterum peccare uolunt, & iterum pœnitere, & euadere, pessimi sunt apothecarij, uel medici, qui de tyriaca misericordiæ uenenũ cõficiunt suæ mortis & dãnationis. Et pessimi coqui, qui de preciosissimo cibo diuinæ pietatis, & bonitatis, cibum conficiunt venenosum, quo anima intoxicatur. Et pessimi artifices, qui dum tempus habent, in quo se liberare possent, catenam eis faciunt peccatorum, qua ad infernum ducantur (sicut patet. A. 3. 14.) Et breuiter

Exemplum.

Exemplum.

uiter longa uita, & omnia bona naturalia, fortuita, & gratuita eis concessa ad salutem, ad aliorum cõuertunt pœnas, propter rationes & causas tactas. D.1.16. Vnde beatus Grego. Moral. 6. Vita pueri in longum trahitur, ut à factus puerilibus corrigatur, sed si à peccati perpetratione, nec temporis longinquitate compescitur, hæc ipsa longinquitas, quam per misericordiam accepit, ei ad cumulum maledictionis crescit. Vnde necesse est, ut cum nos diutius expectari conspicimus, ipsa prærogare pietate tempora, quasi damnationis argumenta timeamus, & vnde quisque à morte eripi poterat, inde grauius ad mortem tendat.

38 ¶Dum ergo tales, qui lõgam & malam ducunt uitam, uel illorum amici illud magnum reputant bonum, si fortunam futuram sollicite cogitarent, nõ solum melius esset eis primo die, quo nascuntur mori, sed etiam minus malum esset eis, primo die, quo mortaliter peccant, cum peccato suo mori, quia quotidie peccata sua, & pœnas augmẽtantur, qui si semper uiuerent, semper mali essent. Propter quæ, & his similia, recitat August. de ciuitate Dei, libro 9. cap. 10. Plotinum Platonicum dixisse, quòd ad magnam misericordiam pertinet, quòd pater noster misericors mortalia nobis corpora dedit. Cuius dicti causam cum causis prætactis tãgit Boetius, lib. de consolatione philosophiæ, dicens, quòd uita malorum quãto prolixior, tanto infœlicior, quia plures sibi pœnas aggregat, & qui de malefactis suis, hic non punitur, & tam qui facit iniuriam, quàm qui patitur, infelicior est. Vnde talis lingua Anglicana, congrue fœlix homo dicitur.

39 ¶Tertio tales, qui credũt, quòd Deus peccatum illorum non uideat, uel nõ ponderet, qui Deum ignarum reputãt, uel iniustum, dicentes cum illis perfidis infidelibus (in Psal. 93.) Qui uiduam, & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt, & dixerunt, non uidebit dominus nec intelligit Deus Iacob (secundùm Anselmum) sunt sicut latrones, qui multis annis furantur, & semper sperant latere, & euadere, cogitantes, nemo uidet nos, & quanto diutius, & frequentius euadunt, tanto audacius furta perpetrant, & homicidia, quibus frequenter, contingit, quòd quando minus suspicantur, capiuntur, & ad ecclesiam, ad quam confugere sperabant, multis impedimentis fugere non permittuntur: Sic in proposito. Et sicut latrones quantumcunque sint obsessi, semper saltem ad ecclesiam euadere sperant, quamuis totaliter euadere non poterunt. Ita prædicti cogitant, quòd quantumcunque in posterum fuerint inimicis, uel morte subita, uel infirmitatibus obsessi, ꝙ mortem omnino euadere non poterunt, saltem misericordiam inuenire præsumunt. Sed sicut uidemus, quòd multi fures in hoc decipiuntur, nec ad ecclesiam, sicut sperabant, fugere possunt. Ita non est dubium, quin multi de prædictis decipiantur, & misericordiam non inueniant, quia ita sunt inuoluti, & in tantùm excęcati peccatis suis præcedentibus, & tantum illa, quæ prius dilexerant, inordinate cordibus suis infra sunt, quòd seipsos, id est, salutem propriam obliuioni tradunt, sicut patet. P.7.61. Et illud, in quod specialiter prius sperabant, tunc nec nominare poterunt, prius namque sperant maximè tunc petere misericordiam dicendo miserere. Et in tantum in hoc confidunt, quòd iactant se dicẽtes, si poterimus habere tria uerba ante mortem, saluabimur.

Exemplum.

Exemplum.

40 ¶Sed ab hac præsumptione semper deficiunt, sicut patet de usurario, cui cum sacerdos morienti, corpus Christi portaret, & secundùm consuetudinem patriæ admonuit, vt diceret. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic uerbo, & saluabitur puer meus. Cũ primũ uidelicet, ꝙ non fuit dignus, frequenter recitaret, ſm nullo mõ dicere potuit, uidelicet, dic uerbo., &c.

Exemplum.

¶Ad istud propositũ nota plura exẽpla,& auctoritates. A. 12. 33. Item. A. 27. 49. Item. D. 2. 3. 8. & 9. Item. E. 1. 7.

Exẽplũ. ¶ Item illud, quod fertur de quodam diuite, qui nuper eum senex & debilis ad mortem traheret, & per duos dies loquelam amiserat, qui circa eum erant, eum uel mortuum, uel quasi mortuum ęstimantes, clauibus acceptis uoluerunt cistam aperire, in qua nummi erant, quod ut uidit, dixit, adhuc uiuo, adhuc uiuo, magnum miraculum apertio cistæ, os aperuit muti, & qui per duos dies non loquebatur, confitendo uel misericordiam petendo, qui insuper tam debilis erat, quòd nec pro Deo, uel salute, & lucro animæ, quem semper habuisse potuisset, os aperire potuit, pro pecunia, quam illa nocte erat amissurus, loqui potuit. Quia sicut oblitus est sui, & aliorum misereri, dum potuit, ita (teste sacra scriptura) obliuiscatur illius misericordia Iob 24. Nec mirum, quia tales in fine misericordia carent, quia uidentur tacite suo renunciasse priuilegio, quia (sicut secundùm decretalem libro 5. titu. 34. de priuilegijs, cap. accedentibus) qui per 40. annos non fuit priuilegio suo usus, uidetur tacite iuri suo renunciasse. Ita qui per totam uitam suam misericordiæ usum non habuerunt, nec animarum propriarum, nec miserorum misereri uoluerunt, cum ex priuilegio eis à Deo induko potuerunt, uidentur tacite protectioni domini misericordiæ, & priuilegio renunciasse. Vnde non est mirum, si illo in fine non gaudeant priuilegio. Nota legem ad hoc. A. 6. 6.

41 Nec propter non usum tantùm, merentur in fine illud priuilegium amittere misericordiæ, sed etiam propter delictum, sicut patet. A. 6. 3.

¶ Ex quo ostenditur, quòd eis in fine per se, uel per alios misericordiam petentibus responderi potest, sicut secundùm fabulas respõdisse fertur mater miluo petenti, quòd Deos pro ipso rogaret infirmato, mater uero considerans, quòd frequentet Deorum sacrificia, circa ea, quando in montibus monte gentilium, offerebantur, uolitando detur pauerat, & partes, quas potuit, abstulerat, quod etiam dij considerarent, quòd non amor, sed timor eum ad ueniam petendam arctabat: propter quas causas nolẽs petitionem, quam impetrare non sperabat, dijs ꝓponere, respondit. Nate cum sacra turbares, pœna timenda fuit. Te cogit timor esse pium, te pœna fidelem. Ita talibus respondere poterunt, mater illorum. Maria, & alij sancti, quãdo mortem timentes dicent, sancta Maria ora pro me, sancte Petre, &c. Qui respondere poterunt, quare de isto fine, & de misericordia petenda non cogitastis, quando quæ ad honorem diuinum pertinent, peccando deturpastis, & quæ ad Deum, & proximum pertinebant, subtraxistis, & omnes sanctos, & ecclesiam, & ecclesiæ, filios expugnastis, de quibus conqueruntur, dicentes. (Can. 1.) Filij matris meæ pugnauerunt contra me (de quibus. F. 5. 17.) propter quæ sancti, qui ex vna parte uident, quòd timore, & non amore, eos inuocant. Et ex alia parte Dei ab eis uoluntatem auersam uidentes, pro eis orare nolunt, scientes, quia non miserebitur eius, qui fecit eum. Isa. 27. Exemplum.

¶Quarto tales, qui misericordia, seu tempore misericordiæ, quæ eis, dum sani uel iuuenes & fortes sunt, conceditur, abutuntur, & aliam, quando de mundo egredientur, paratam inuenire opinantur, similes sunt ebrijs, qui credunt se duas uidere candelas, ubi non est, nisi vna. Et dum vnam extinguunt, credentes aliam sufficere, in tenebris remanent, quia nulla alia cãdela superest, sicut, fatuæ putabant, & admirantes, & dicentes, ubi est alia cãdela. Ita in proposito, diuitijs, delitijs, & honoribus, uel quibuscunque peccatis inebriati, nõ solum suas, sed multas esse paratas luces, id est, misericordias, 42 Exemplum.

dias, dicentes illud (2.Reg.24) Multæ enim misericordiæ eius sunt omnes alias misericordias eis a Deo concessas in natiuitate Christi, & Passione, & in bonis naturæ, fortunæ, gratiæ, & longæ vitæ, de quibus. (Thren.3.) Misericordiæ domini multæ, ꝙ non sumus consumpti, extingunt, eisque abutuntur male viuendo, æstimantes misericordias in puncto mortis super eos paratas, sed in fine erit de eis, sicut de nonnullis, qui ita diu ludendo garrulando, & potando, lumen suum consumunt, ꝙ in tenebris cubant; sicut illi dicentes illud (Iob.17.) in tenebris straui lectulũ meum. i. in tenebris illis exterioribus. i. pęnarum gehennalium, de quibus saluator ait, ligatis pedibus, & manibus, mittite eum in tenebras exteriore. Matth. 22 Tunc admirantes quærere possunt (sicut prædicti ebrij) vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ (in Psal.88.) id est, illæ misericordiæ, quas superesse credebamus nobis antiquatis, & morientibus paratas? sed noluit consolari, quia non sunt.

Exemplum.

43 ¶Ex qua fortuna ostenditur, ꝙ est de cęlo, sicut de castro, vel alio loco; ad quem non intratur, nisi per pontẽ, qui de nocte eleuatur, quia sicut venientes nimis tarde ad ciuitatem Italiæ, cuius porta de nocte clauditur, nec propter bella inuenitur domus extra portam; vel sicut venientes post pontis eleuationem locum illum intrare non poterunt. Ita in proposito. Ratione cuius est sciendum; quod magna differentia est inter portam inferni, & cęli, quia porta inferni ianitores habet ita benignos, quod semper die, nocte, & mane, & tarde eam apertã dimittunt, nec venientes quoscunque excludunt. Sed locus cęli non aditur, nisi per põtem misericordiæ, quæ de nocte mortis clauditur eis; qui de die in lumine vitæ non ambulauerunt, nec ad eum peruenerũt. Ideo Christus docet, & præcipit ambulandum esse de luce. Et Psal.91. hortatur ad loquendum esse de misericordia ante mortis occasum; dicens, Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem, quasi de mane, dum vita durat, est loquendum de misericordia, & de nocte mortis de veritate. Quia sic Deus ordinauit, ꝙ misericordia (id est) tempus misericordiæ dum homo viuit præcederet, & tempus iustitiæ dum moritur sequeretur. In cuius rei signum in diuersis sacræ Scripturæ locis, vbi misericordia, & veritas, vel iudicium simul copulantur, misericordia præcedit, & veritas, seu iudicium sequitur, sicut patet in Psal.88. vbi dicitur, Misericordia, & veritas præcedent faciem tuam. Et iterum, Misericordiam, & iudicium cantabo tibi domine. Et Iac.2. Superexaltat autem misericordia iudicium.

Exẽplũ.

Ad cuius auctoritatis intellectum est aduertendum; ꝙ de iudicio possumus loqui dupliciter, vel prout quãdoq; sumitur ꝑ ipsa re iudicata, vel prout stat ꝑ ipsa iudicis sententia In cuius signũ decretalis hæc duo simul copulat; li.2. titu.26.; de sententia, & re iudicata, in rubro. Si ergo iudicium in prædicta auctoritate Iac. accipiatur in primo intellectu pro ipsis iudicandis; manifestum est; ꝙ sicut in machina, de qua lapis in altum leuatur, & etiam in statera, pars in qua multa ponuntur, aliam exaltat, aliter non. Ita imaginando, & cogitando misericordiam, & iudicium tanquam duas machinæ, vel stateræ partes, si in parte misericordiæ multa ponantur, id est multa prius opera misericordiæ, fiant, in morte quando cauilla de machina extrahitur, & lingua stateræ de manu tenentis dimittitur, misericordia in qua, vel in cuius parte multa ponebantur, aliam partem id est iudicium, & iudicandos in altum cœlorum eleuat; & sic misericordia superexaltat iudiciũ. Iaco.2. 44

Exẽplũ.

¶Quinto tales, qui tempore abutuntur misericordię, dum viuunt, & tẽpus misericordię expectãt, dum moriũtur; sunt sicut mali ministri, vel operarij, q̃bus dñs aliquid dat prę manibus, plenã solutionẽ promittens post operis consumma- 45

Exẽplũ.

summationem, si tamen fideliter operentur, & conditionem in conuentione factam seruent, si vero contrarium fecerint, plena solutione careant. Sic in proposito, Deus conducens,& ponens operarios in vinea sua. (Matth.20.) aliquid dat de mercede pręmanibus.i.aliqua misericordiæ dona,bona.s.naturæ, fortunæ,& gratiæ; promittens plenam misericordiam post operis consummationem, & complexionem; Si tamen prædicta eis tradita ad laborandum, & expendendum fideliter dispensent, & conditionem appositam. Matth.5. (vbi dicitur, Beati misericordes) seruent; plenam misericordiam consequentur; Et hoc est quod sequitur,ipsi misericordiam consequẽtur,quasi diceret, si misericordes fuerint,misericordiam consequentur; si autem misericordes non fuerint, sed prædictis eis traditis abusi fuerint,& illa male expenderint,misericordiam postea non inuenient. Nec mirum,immo mirabile esset in thesauro animæ misericordiam inuenirent; quam ibi nunquam reposuit; cum nec in sacco inueniri, vel extrahi poterit; quod in illo positum non fuit: Et hoc est,quod de vtrisque simul veritas dicit (Matth.13.) Qui enim habet.i. misericordiam humanam in uita sua,dabitur ei misericordia diuina in morte sua.& abundabit; qui autem non habet, scilicet,misericordiam humanam; & hoc, qđ habet,auferet̃ ab eo.i. misericordia, & misericordiæ tempus ei concessum auferetur ab eo, & etiam misericordia, quam in æternum consequi potuisset, si uoluisset. Et sic patet,ꝙ omni tali exiguo conceditur misericordia.Sapien.6. Omnis enim misericordia exigua est, quæ æterna non est.

46 ¶Ex qua deductione aperte ostenditur;ꝙ illi,qui malam ducunt vitam,de qua reprehensi respondetur; ita bene veniam ad cęlum, sicut tu; magna est misericordia Dei: cęlum non fuit propter tales, qualis tu es, tantum factum, errant, quia vellent habere misericordiam diuinam in cęlo, absque hoc, ꝙ haberent humanã in terra de seipsis,& de alijs; vellent habere misericordiã, & societatem in cęlo cum sanctis, absque hoc,quòd haberent misericordiam sanctorum in opere, in terra; quod esse nõ potest. Sicut patet tam ex dicto, & doctrina August. G.a.6. Quod etiam per exemplum,quod dicit Boetius de consolatione. lib.2. prosa. 2. de dicto poetarum,dicentium, in limine Iouis duo fuisse dolia; unum de potu amaro, & aliud de potu dulci, & volenti & desideranti bibere de secundo necesse fuit prius bibere de primo. Sic in limine.s. in introitu cęli,vel quantum ad intrandos ad cęlum, ista sunt duo dolia, vnũ de misericordia humana, quam erga seipsum, & alios prius exercere debet; quæ quandoque dura videtur,quia dura videtur nonnullis sua dare, quasi potus videtur amarus,quam tamen amaritudinem Paulus iubet, quemcunque quantum potest dulcedine temperare, dicẽs,qui miseretur in hilaritate:Ro.12. quo temperato de illo prius gustet, si de illa dulci potatione iterum gustare voluerit, de qua (in Psal.35.) Domine in cęlo misericordia tua. Sed(heu)sicut inter scamna duo cadit anus humo. Ita inter istas duas multi cadunt in infernum.

Exẽplũ.

Exẽplũ.

¶Sexto, tales similes sunt clericis deordinatis & secularibus negocijs, & crudelibus, & furtis applicatis, qui in tota vita sua clericos, & ecclesiam, & bonos viros persequuntur, spoliant, & male tractant, nec aliquid quòd ad ordinem pertinet clericalem, obseruant, & in fine capti timorem habentes suspendij, sub clericali appetunt, & clamant saluari priuilegio,dicentes,quod sunt clerici, ideo priuilegium peto clericorum,& in spe talis euasionis, prius audacius mala perpetrabant; qui tamẽ tali spe frequenter frustrantur,& priuilegio illo priuantur, vt cum sęua exercent,& ordini contrarium; sicut officiũ occidendi condemnandos,vel torquẽdi reos, uel mutilandi, uel aduocandi in causis criminalibus, tunc ipso facto 47 Exẽplũ.

priuilegio

priuilegio nudatur clericali; sicut patet per decretum illud. 84. di. cap. quisquis: Vel quando seculariter viuunt negociando, tabernam tenendo, vel tonsuram dimittendo; tunc nullo gaudebũt priuilegio, nisi illo, de sententia excõmunicationis, si quis suadẽte, quo gaudebunt (sicut patet per Innocentium, extra lib. 5. titu. de apostatis. cap. praeterea) quousque ter moneatur ab episcopo; post quam admonitionem, si se nõ correxerit; illo, & omni alio priuatur; & libere pro malefactis suis, ad mortẽ, quam meruerit, iudicatur. Sic illi, qui in tota vita sua nunquam misericordiae opera dilexerunt, sed odio habuerunt, timorem habentes mortis, & ęterni suspendij, misericordiae inuocant auxilium, dicentes; Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, in Psal. 50.

¶Sed quia in spe talis misericordiae, prius multa mala misericordię contraria exercuerunt, & non solum ter, sed frequentissimè; à Deo per se in sacra Scriptura, & per suos nuncios, & prędicatores: admoniti se minime correxerunt, priuilegio illo non gaudebunt. Sed iudex Deus ad mortem, quam meruerunt aeternam, eos condemnabit, nec flectetur vlla misericordia. Deuter. 25.

48 ¶Quantum vero ad tertiam partem huius vltimi articuli, est sciendum; ꝙ causa deceptionis omnium praedictorum, & causa damnationis fere omniũ falsorum Christianorum, est vna generalis dęmonis tentatio, & seductio: qua aliorum peccata grauiora esse ostendit, & longiora vitae tempora promittit, & Deum misericordem praedicat; in qua tentatione se habet ad infirmum spiritualiter, sicut medicus quodammodo ad infirmum corporaliter; Quia sicut medicus tribus digitis brachium, seu pulsum tangit infirmi; ita tribus praedictis digitis, seu modis pulsum tangit, seu cor tangit peccatoris. Primo nanque indice aliorum peccata grauiora ostendit; Et sicut medicus infirmum confortat, dicens, infirmitas tua nõ est magna; bene euades, sis boni cordis; Ita ipse ferè omnes confortat, dicens, Viri ecclesiastici, & clerici, & magni status homines, non caste viuunt; & talia scilicet vsuras, & iniustitias faciunt; quare ergo tu non faceres talia; ne timeas, quia talia in te parua sunt, respectu peccati eorum. Tu non es homicida, vel latro; sicut multi alij sunt. Sed quid valebit, quod illi pro maioribus delictis sint in inferno? & tu cum minoribus, cum vtrobique pęna sit, licet in aliquo forte sit tibi tolerabilior, erit tamen ęterna, sicut & illis? Et quid valet, quòd magna per ciuitatis obsessę sit bene custodita? dum per posticum hostibus pateat ingressus: Nota. M. 11. 131.

Exẽplũ.

(Exẽplũ.)

¶Secundo cum longo digito, eorum tangit cor; dum dicit, longa erit tibi vita naturaliter: Nam bonę complexionis es; & parentes tui longam duxerunt vitam, & sic eos in tali spe ad peccandũ hortatur (sicut patet. A. 21. 8. & C. 6. 52.) Et confortat dicens. Iuuenis es; multos vidisti in iuuentute peccare, & in senectute vitam bonam ducere. Quibus respondetur; primo. C. 6. 61. Secundo; quòd sicut viderunt multos in senectute vitam emendare, ita multos viderunt, qui se nunquam emendauerunt; sed in peccatis suis mortui, & damnati sunt. 49

¶Tertio digito Deum misericordẽ prędicat, dicens, pecces audacter; quia quantuncunq; magna sint peccata tua; maior est misericordia sua. Et in isto tertio puncto plures, immo quasi totũ mundum decipit, & ideo plus contra istam dęmonis deceptionem, & paruũ, vel nihil est de Dei misericordia prędicandum, quia contra centum, qui in prędicatione sunt, & nimis peccant misericordię pręsumptione, non est vnus, qui peccet desperatione. Eis ergo feruẽter ostẽdendum est; quomodo potestas Dei est, & tibi domine misericordia; quia tu reddis vnicuique iuxta opera sua in Psal. 61. glo. sic potestas timeatur, ut misericordia Dei ametur, nec potestas 50

ſtas pro miſericordia cõdemnatur; nec pro poteſtate miſericordia deſperetur. Ne ergo adijcias peccatum ſuper peccatum, & dicas, miſeratio Dei magna eſt, quia miſericordia, & ira ab illo cito proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. Eccleſiaſt. 5. Miſericordia, quantum ad iſtos, qui tempore miſericordiæ non abutuntur, & ira, quantum ad illos, qui de miſericordia Dei nimis præſumunt. Et ſi Deus aliter ſe haberet ad illos, iuſte contra iura faceret, quæ notantur. V. 7. 16. cum ſequentibus. Et illud quo volunt, ꝙ ſi manſionarius inteſtatus decederet; in loco vbi manſionem elegit, ſepeliatur. Cum ergo finaliter peccator ſubditus, & manſionarius ſit diaboli; iuſte in loco ſuo ſepelietur cum illo diuite. (Luc. 16.) Qui eſt ſepultus in inferno, vbi prius ſe legauerat, & teſtamentum confeſſionis, & ſatisfactionis fecerit. Et ſicut periculum eſt aliquod teſtamentum rerum differre vſq; ad infirmitatem, vel mortem. Ita periculoſius eſt differre teſtamentum animæ; quia qualem te inueniet, talẽ te iudicabit; de pę. diſt. 1. nunquid Cayn. Nota. M. 11. 138. Nota contra illos, qui nimis in Dei confidunt miſericordia. P. 2. 36.

Exẽplũ.

Exẽplũ.

¶Miſſa. Cap. X.

SVMMARIVM:

1 *Bifariam de Miſſa ſermonem habere poſſumus.*
Vel quoad eius eſſentiale, quod quidem Chriſti corpus eſt.
Vel quoad eius effectum;
Primo modo in omni Miſſa idem eſt Chriſti corpus: altero verò modo dupliciter differt Miſſarum effectus.
Primum enim effectum Miſſæ ex miniſtrãtium merito ſeu demerito, deuotione aut indeuotione exoriri, & contrahi dicimus: quem exemplo non parum faciendo diuerſum hominum munus perituendum, & earum eorum dominò aſferentium, quorum primus voluptate, alter verò moleſtia eum afficit, ſatis conſpicuè commonſtrare contendimus.

2 *Hoc præallegatũ exemplum primo Miſſæ effectui ex vna parte appoſitum eſt; ſed ex altera ineptum eſt.*

3 *Satius vtique eſt vnum honeſtæ, ac integræ vitæ ſacerdotem pro aliquo celebrantem habere, quàm mille flagitioſos, atque inhoneſtos, quia (vt exemplis vnius Heliæ, cunctorum Achab Sacerdotum conſpicuè liquet) ille, & ſi vnus ſit, à Deo auditur:*
Iſti vero licèt mille fuerint, non exaudiuntur.
Nam etſi Deus malorum Sacerdotum munus oblatum. ſ. filium eius ab immundis eorum manibus conſecratum ſuſcipere dignetur: eos tamen malos haud quaquam admittit: nec eorum precibus Dei iram lenire, atque pacare fas eſt.

4 *Hi, qui facinoroſos, ac improbos Sacerdotes domi ſuæ ſæpius tenent, & eleemoſynis conducunt, vt Deum quotidie orent tum pro ipſis, & amicis ſuperſtitibus, tum pro defunctis, ſeipſos, & Sacerdotes ſeducere, ac fraudare clarè videntur.*

5 *Exemplis nonnullis, tùm electionis, quæ ob vnius vtilitatem legitur, tùm candelæ in Miſſa ob vnius diuitis honorem appoſitæ quidam longè doctiſſimi doctores aſſerere voluerunt Miſſam, & & cætera id genus ſuffragia pro aliquo in Purgatorio commorante facta, tantum valere (quoad liberationem à pœna) habentius charitatem æqualem cum eo, quantum illi, pro quo ſuffragia fiunt; & plus, habentibus maiorem charitatem; & minus valere, minorem charitatem habentibus; non autem quoad honorem.*

6 *Exemplo quàm appoſitiſſimo Redẽptionis ſeu pecuniæ datæ pro incarceratis euidentiùs, & veriùs aperitur, Miſſam, vel aliud quodlibet ſuffragium quoad liberationem illi animæ magis prodeſſe, ac ſuffragari, cui à pœna*

facientis

facientis intentio dirigitur & applicatur; quam cæteris animabus quibus & suffragium fert eadem Missa, quia eos alius liberatione, ac vtilitate maximè gaudere dicimus.

7 *Trifariam Missæ præstantia, atque dignitas perpendi, & agnosci potest.*

8 *Quadrifariam sacra Missa dignè tùm celebrata atque facta tùm audita conducit;*

Primum audientium spiritum recreat, reficit, & corroborat;

9 *Exinde exemplo quodam significatur ob Missam auditam homines expeditius, ac citius eorum negocia peragere.*

Tertiò ab interitu liberat; & tandem deuotè tam celebrantes tam audientes ad Cælorum regnum mittere, & comitari non ignoramus.

10 *Quadrupliciter sacerdotes necessariò sacra facere tenentur.*

Primum Dei præcepto

Secundò, ecclesiæ statuto,

Tertiò ratione donorum sibi à Deo collatorum;

Demum sanctorum auctoritate:

11 *Leues Sacerdotum excusationes non difficulter respuuntur, & euertuntur.*

12 *Seculares omnes Christigenæ (ex Decreto ecclesiæ) die Dominica saltim integram Missam sub præcepti transgressione, nisi à necessitate penitus eam relinquere cogantur, deuotè audire tenentur.*

Issarum. Primo ostenditur differentia. Secundo dignitas. Tertio vtilitas. Quarto necessitas.

Arti. 1. ¶Quantum ad primū, si loquamur de missa, quātum ad illud, quod est essentiale in ea, corpus scilicet Christi, sic in missa omni est identitas. Si vero loquamur de missarum effectu, sic duplex inuenitur in eis diuersitas; quarū primam contrahit ex merito, vel demerito, deuotione vel īdeuotione ministrantium. Secundam vero contrahit ex speciali applicatione, vel non applicatione celebrantium.

¶Prima differentia videri potest in exemplo duorum, portantium alicui dño Xenium multum ei charum, & dilectum, quorum primus est ei multum acceptus, & dilectus, alter vero est odiosus, quorum intentio est post Xenium, seu donum datum, aliquas petitiones gratiosæ ab illo requirere. Dominus vero ille nobilis primi nuncij acceptat, & gratificat, tam personam, quàm donum, quàm etiā iustas, quas porrigit, preces ac petitiones. Secundi vero nuncij, nec acceptat personam, nec donū, nec preces exaudit, nec placat, sed irascitur: In proposito vero in aliquo est simile; in aliquo dissimile; In hoc vero est simile. ꝙ duobus sacerdotibus, quorum vnus est bene cum Deo, alter male, missas pro viuis, vel defunctis celebrātibus, & filiū Deo patri offerētibus, primi nuncij acceptat Deus, tam personā, quàm filiū oblatū, & preces insup exaudit, quas in missa porrigit. Dissimile vero est pro tanto, quia secundi nuncij. i. mali sacerdotis munus oblatū recipit. Nec mirum, siquidem ille, qui filiū recepit, per manus Iudęorum in cruce oblatū, eundē filiū recipit ꝑ immūdas manus pessimorū sacerdotū cōsecratū: Propter illorū nāque malitiā ministrorū, filiū ꝓprium dilectissimū, negare non poterit, vel refutare; ꝑsonas tamē non acceptat, nec illorum accessu placatur, sed potius prouocatur. Quia (ſm beatum Grego.) Cum is, qui displicet ad intercedēdum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Nec orationes illorum, inquantū à tali persona porriguntur, exaudit, quia scimus, qm̄ peccatores non exaudit Deus. Ioan. 9. Sed si quis cultor fuerit. Nota. O. 5. 2. Et O. 6. 21. Et S. 1. 4.

Exēplū. 2

¶Ex quibus causis motus quidam valens sacræ Theologiæ professor, in cathedra sua legens, dixit; quòd maluit unum bonum sacerdotem pro ipso celebrantem, quàm mille malos, quia 3

ipse,

Exẽplũ. ipse,& si solus fuerit, auditur; illi, & si mille fuerint, non exaudiuntur? Quod pulcherrime ostensum est in facto Heliæ, & sacerdotum regis Achab. (3. Regum 18.) Ipse nanque solus erat ex vna parte orans, & ipsi erant octingẽti quinquaginta, orantes à mane vsque ad meridiem, & non exaudiebantur: Helias vero solus clamauit, dicens, domine Deus patrum nostrorum exaudi me hodie; qui statim exaudiebatur; nam Deus statim ignem misit, & holocaustum ab eo oblatum inflammauit: Patet ergo, quod sicut de illo, ita de quolibet sacerdote bonæ uitæ tantum uerificatur illud Iaco. 5. Multum ualet deprecatio iusti assidua; De quolibet uero malo uerificatur illud Prouer. 21. Clamabit, & non exaudiam.

4 ¶Patet ergo, quod multum decipiuntur, & decipiunt, qui sacerdotes malæ uitæ tenent, vel conducunt, ut pro ipsis vel amicis uiuis orent, vel defunctis; Quod quandoque fit propter causam tactam. C. 5. 19. Seipsos nanque, vel ipsos, pro quibus orant, defraudant, propter causas prætactas; quia illorum oratio non est ita effectuosa, sicut bonorum virorum: Et in isto opere non deberent tantum attendere efficaciam, punientem ex opere operato. i. sacramento, sed etiam prouenientẽ ex opere operante. i. ex deuotione & merito celebrantis.

¶Celebrantes etiam decipiunt; quia occasionem eis præbent ruinæ; Si nullus nanque malos sacerdotes conduceret, vel promoueret, de facto saltem ad bene viuendum attraherẽtur, & arctarentur, & fames eos ad Deum reduceret; sicut reduxit filium prodigum. Sed quia vident, quod ita bene, conducuntur, & promouentur mali, sicut boni, minus bene viuere curant.

¶Illi ergo qui eos tenent, vel conducunt, non solum seipsos bono defraudãt spirituali (sicut ostẽsum est. E. 2. 15.) Sed etiam peccãt, dum occasionem eis præbent delinquendi. Tali ergo obolũ non darem, ut pro anima mea vel patris mei per annum celebraret, sciens, quia amicus stultorũ similis efficitur. Prouer. 13. Et qui dat occasionem damni, damnum dare videtur. ff. ad legem aquiliam: si obstetrix, id est, in. ff. veteri. lib. 9.

¶Secundam autem differentiam videre possumus in redemptione data ꝓ incarceratis. Ad cuius intellectum est aduertendum; ꝙ quidam dicere volebaut; ꝙ missa, vel quæcunque suffragia facta pro aliquo specialiter in purgatorio, tantum valent illis, qui ęqualem habent charitatem cum eo, quantum illi, & illis, qui maiorem habent charitatem, plus, & illis, qui minorem, minus valent, quantum ad liberationem, & vtilitatem, sed non quantum ad honorem: Et ponitur exemplum de electione, quæ propter vnum legitur, quam tamen plures præsentes audiunt, de qua plus honoratur ille, pro quo legitur. Sed tamen maiorem inde reportat vtilitatem, qui maiorem in intelligendo habet capacitatem, & æqualem, qui æqualẽ, & minorem, qui minorem. 5 Exẽplũ.

¶Aliud etiam exemplum ponitur, ad idem de candela posita in mensa, ob alicuius diuitis reuerentiam, quæ ęqualiter facit ad sociorum mensæ solatiũ, & vtilitatem; sed magis est ad diuitis honorem. Exẽplũ.

¶Verius tamen, & rationi magis cõsonum videtur, ꝙ suffragium plus valeat ei, pro quo ex intentione facientis deriuatur, quantum ad liberationem à pęna; quia suffragia ecclesiæ magis se videntur habere per modum satisfactionis, & redemptionis, quàm lectionis, vel luminis. Detinentur nanquẽ in purgatorio ad certum tempus; vt ꝓ delictis suis interim satisfaciant, pęnas debitas sustinendo, nisi aliunde eis succurratur, redemptione pro illis data, ad modum incarceratorum. Inter quos sicut videmus, ꝙ redemptio certa pro vno data plus ad eius, quàm aliorum valet liberationem. Sic in proposito, inter quos sicut iterum videmus, quod 6 Exẽplũ. Exẽplũ.

omnes,

omnes, qui in charitate sunt, & eũ, qui de illorum liberatur carcere, & societate diligunt, & eius liberationi congratulantur, atque de eius vtilitate lætantur, & sic quod pro illo factũ fuit, omnibus profuit, & qui maiorem erga eũ habuerunt charitatem, maiorem habuerunt vtilitatem, & lætitiam, & qui æqualem, æqualem, & qui minorem, minorem. Sic in proposito, cum omnes in purgatorio sint in charitate, quilibet de bono & liberatione gaudet alterius, & qui plus habet charitatis, plus habet solatij, & qui minus, minus, &c. Et sic intelligi potest verbum Hieronymi, quod habetur in decreto de consec. dist. 5. cap. non mediocriter, vbi dicit, Cum pro centum animabus psalmus specialiter, vel missa dicitur, nihil minus, quàm si pro quolibet illorum diceretur, accipitur. Nota M. 11. 61.

Artic. 2. ¶Huius vero missæ dignitas, ex tribus perpendi potest. Primo ex sacramẽti, quod in illa tractatur, institutione, de qua habetur E. 6. 1. Secundo ex
7 ipsius executione, de qua habetur in chronicis pontificum, de temporibus Octauiani, ꝙ sanctus Petrus Apostolus, dicendo Pater noster, cum verbis sacramentalibus, primam missam dixit. Tertio ex Angelorum frequentatione, de qua beatus Gregorius. (4. lib. Dialogorum, versus finem libri) Quis (inquit) fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocẽ, cęlos aperiri, in illo Iesu Christi ministerio, Angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrã cęlestibus iungi? vnum idemq; ex visibilibus, atque inuisibilibus fieri.

Artic. 3. ¶Quia vero tanta missæ dignitas, sine utilitate magna in digne celebrante, esse non potest; aduertendum est, quòd eius vtilitas (quantum ad pręsens, relucet) in quatuor operationibus.

8 ¶Primo nanque spiritum confortat,
Exẽplũ. & roborat, quia sicut capite sumente cibum vtilem, omnia membra fortificantur, & confortantur, quæ capiti coniuncta sunt. Sic sacerdote, qui in spirituali bus locum tenet capitis, celebrante, & corpus Christi sumente, omnes audiẽtes missam, qui locum tenent membrorum, si ei, cuius locum caput ibi tenet (id est) Christo, qui est sacerdos in æternum, charitate coniuncti sint, & copulati, spiritualiter confortantur, & corroborantur, quia sicut ipse sacerdos corpus Christi sumit sacramentaliter; ita ipsi sumunt spiritualiter.

¶Secundo in terrenis negocijs expeditiores facit. Sicut patet per exemplũ, quod scribitur in li. de apibus, de quodam sacerdote Daciæ apud Hierusalem, cum alijs peregrinante, qui in redeundo quodam die solus remansit, missam auditurus, socijs in itinere, festinantibus, cui soli in via post missam ambulãti, eques quidam socium se dedit, a quo cum causam, quare solus iret, interrogasset, equum suum post eum ascendere fecit, quo facto, subito se inuenit in terra sua; quia cognita, eques euanuit. 9
Exẽplũ

¶Tertio à morte liberat, sicut patet, I. 6. 26.

¶Quarto ad cęlũ mittit, & ideo missa dicitur non solum, quia ille ibi offertur, quia à cęlo mittitur, sed quia digne celebrantes, & audientes, ad cęlum mittit. De his & alijs vtilitatibus huius sacramenti, quod in missa tractatur. No. E. 6. per totum.

¶Magna verò missarum necessitas, Artic. 4.
indicta est tam celebratoribus, quàm auditoribus. De celebratoribus patet primo præcepto diuino, Sacerdotibus nanque præceptũ est, hoc facite in meã commemorationem; Secundo statuto 10
ecclesiastico in quo reputatur inconueniens, ꝙ sacerdos, vix quater in anno missarum celebret solennia. sicut patet in decretali. lib. 3. tit. 46. de celebratione missarum. cap. dolentes referimus. Ergo multo magis inconueniens reputasset, si sciuisset aliquos ordinatos, qui de toto anno, nec semel celebrassent. Tertio ratione, & auctoritate. (Teste enim beato Grego.) cum crescunt donationes crescunt donorum. Cum

igitur

Igitur sacerdoti sit data ptās nobilissima, reus negligentiæ erit, nisi illa utatur ad honorem Dei, & salutem suam, & aliorum viuorum, & mortuorum, secundûm illud. 1. Pe. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illā administrantes &c. Dicit insuper Sanctus Thomas in vltima parte Summæ. q. 82. arti. 10. ꝙ quantuncunque populum non habeat subiectum, in præcipuis festis celebrare tenetur, & maxime in illis diebus, in quibus fideles communicari consueuerunt.

11 ¶Sed dicent aliqui, ꝙ sunt tantum in alijs negocijs occupati, ꝙ eis celebrare non permittitur. Sed hæc excusatio, coram Deo non allocabitur, quia possent alias occupationes dimittere, vel diminuere, vt illius intenderent ministerio, cui seruire necesse est; Alij dicēt, ꝙ non sunt dispositi. Tales sub indispositionis excusatione in maximum incidunt inconueniens: ꝙ semper videlicet indispositi permanent: vbi se disponere possent & vellent si sępius celebrarent.

12 ¶Ex parte vero audientium hæc necessitas ostenditur, in decreto de conse. dist. 1. cap. missas, vbi pręcipitur omnibus secularibus (sub nomine seculariū comprehendens illos, qui nec beneficia habent ecclesiastica, nec infra sacros sunt) vt in die dominica, missam ex integro audiant. glo. Non audiens missam in die dominica præter articulum necessitatis, transgressor est præcepti. Et tamen multi sunt, qui vel non audiunt, vel non ex integro audiunt. Sicut illi, quibus videtur sufficere; ꝙ illo die officium diei, vel euangelium coram eis dicatur, & panis benedictus detur, & illi, qui in cęmiterijs circa alia occupantur, & intrant ecclesiam, dum corpus Christi eleuatur, vel aqua benedicta aspergitur, vel saltem illam non audiunt, quam audire tenentur, & deberent. Non enim sufficit audire missam quamcunque; sed debet audiri missam de die (sicut patet in decretali pręal. de celebratione missarum. capit. quidam laicorum) vbi prohibentur missæ peculiares, puta de beata Virgine de Angelis, diebus non suis. glo. Non, quia malum sit istas audire, sed ne malum sequatur; ut missa de die omittatur, &c.

¶ Mors. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Tergeminum Mortis genus esse, te non fugiat;*
Primum Mors culpæ, seu Mors spiritualis dicitur;
Quam variam, ac multiplicem esse dignoscitur.
Secundum genus mors naturæ, siue corporalis vocitatur; quæ quidem quoad seipsam eadem est;
Sed trifariam varia ac multiplex esse asseritur.

2 *Primum, quoad moriendi medium, & vsum, plurifariam varijsque modis Mors infœlices homines occumbere facit; nam gladium ancipitem in senes occidendos aliquando vibrat, & mouet: & hastas, ac spicula seu sagittas acutas in robustiores iuuenes enecandos sæpe sæpius dirigit, ac longè protendit.*

3 *Varius iste modus, quo ipsamet Mors in nos omnes vitam profundentes vtitur, à quàm eruditissimo, Seneca exemplo longè appositissimo hominum significatur; qui dum alta obsessæ ciuitatis mœnia scandere desudant, & conantur; ab eius custodibus tela, & saxa iacientibus, ac canculantibus, diuersè sanciantur, deijciuntur, ac prosternuntur.*

4 *Tametsi Deus optimus maximus, ad omnes homines tum grandæuos, ac iuuenes, tum iuniores, impuberes, et ephebos antequam mortem appetant, internuncios mittere curet; ad illos tamen facilius, ac sæpius, quàm ad istos ijdem accedunt.*

5 *Exemplo quodam vulgari & noto clarè constat;*

constat; quid Mors respondere potest his morientibus, qui tunc temporis de ipsa, tanquam insidiosa, fraudolenta, atque fœdifraga queri uoluerint.

6 Alio memorabili exemplo non obscurè exprimitur Mortem ad quemcunque ferè hominem ante necis horam plures nuncios præmonentes mittere.

7 Etsi omnes, tùm senes, tùm iuuenes, qui hos mortis nuncios nullo labore, nulloque die videre, ac suscipere volunt; vesani, & desipientes non iniuria esse censeantur. Illos tamen senes, quos iam ad vitæ exitum natura ipsa penè perduxit, impendio magis desipere, ac insanire pro certo tenendum est.

8 Exinde naturæ Mors seu corporalis diuersa esse constat quoad eiusdem tolerantiam, ac timorem, tùm faciliorem, ac difficiliorem, tùm maiorem, ac minorem.

Facilius namque Mors ipsa despicitur, minusque timetur à probis, pauperibusque, ac grandæuis hominibus, quàm ab improbis, opulentis, atque iuuenibus.

9 Præclarissimis integerrimæ vitæ patrum exemplis significatur, eandem Mortem viros bonos, cum homines sint, nunquam non extimescere. num. 10.

11 Tertio tandem Mors naturæ, seu corporalis, quoad ipsius terminum, atque finem varia est; quia Deus diuersa habitacula his, qui diuersè per viam Mortis proficisci volunt, decernit, & præstat: vsputa Cælum amicis sanis, ac bonis, Purgatoriumq; amicis ægris & Inferos inimicis per mortis viam transeuntibus parat.

12 Tertium vero genus gehennalis Mors passim vocitari solet; quæ quidem perquam acerba grauis ac varia est; & à triplici causa huiusmodi oriri solet;

Primum ex pœnarum multiplicium varietate,

Secundo, ex summa amicorum improborum ingratitudine quibus, vt placerent, sceleratè egerunt.

Tertio autem ex terrifica Iudicis Christi voce.

13 Tergemina Christi vox in sacris litteris esse reperitur.

Prima viuentibus dicitur, qua eos ad Dei proximique dilectionē omni tempore attrahere contendit,

Secunda bonis perseuerantibus editur.

Tertia tandem malis deficientibus profertur, dum ipse Christus vociferando, inquit.

Ite maledicti in ignem æternum.

14 Septem conditiones, quæ corpori morienti vsuuenire solent, Animæ etiam spiritualiter occumbenti prorsus accidere videntur.

15 Sicut homines dum corporaliter è vita excedunt, tam morientes, quàm eorum amici antiquiores incredibilem pœnam, & dolorem perpeti solent;

Ita dum grauis culpæ morte peccatores creberrimè intereunt; omnes tùm delinquentes, tùm cariores eorum amici quàm acerbissima cordis afflictione seu contritione vehementer dolere, & angi deberent.

16 Postquam grandæui nostrates parentes maximo illo priori scelere sese adstrinxerunt, in naturæ, seu corporis mortem iusto Dei iudicio, nemine dempto, omnes prolapsi sunt.

17 Huiusmodi naturalis mortis iudicium, bonos iucunditate, & malos terrore, ac demum omnes tùm probos, tùm improbos, stupore, ac tremore afficiet.

Causa verò nostræ admirationis ex aliquorum interitu ea est; quia illos, qui probi viri à mundo censentur animam ignominiose expirare quandoque videmus: eos verò, quos flagitiosos, & infames nos omnes esse existimamus, ab hominibus honoratè demigrare, clarè experimur.

18 Exemplo quidem perquàm memorabili duorum, quorum alter facinorosus, ac scelestus, qui iniquissimè semper fecerat, honorificè mortuus, & humatus fuit.

Alter autem probus, ac rectus vir, qui

qui optimè semper egerat, à leena immaniter enecatus, ac voratus fuerat; incomprehensibile, ac mirabile Dei iudicium longè à ratione nunquam abesse, satis superque patet.

19 Perquam digno exemplo Mauritij Imperatoris ab egeno, strennoque milite Phoca, in bello truculenter interempti clarè significatur, viros præclaros, patricios, ac Reges, pro præsenti eorum criminum solutione, & purgatione, fœda turpinè Morte (non iniusto Dei iudicio) quandoque occidere, vitamque turpiter finire.

20 Exemplo itidem haud indigno scitu, Dauid regis, ac prophetæ, qui cum ab hominibus demigraret, Salomoni filio, quò Ioab facinorosum hominem perime potissimum iussit; manifestissimè liquet, improbos homines impræsentiarum sordido mortis genere vnquam deperire; vt prolixiorem pœnam in alio seculo euitare facilius possint.

21 Omnes homines, tùm nocentes, tùm innocentes, quodcunque Mortis genus, atque supplicium, quod Deo tum debitum, tum non debitum nonnunquam persoluunt, satis æquo animo ferre debent. Nam si debita erit animaduersio, & Mors eam ab illis non ægre sustinendam esse, facile elucidatur.

22 Mortem etiam, quam nocentes, etsi pro illa culpa eis falso imposita, aliquando subire cogantur; pro alijs tamen criminibus à seipsis clam perpetratis, facile ferre velint.

23 Pluribus præclarissimis, tùm sacris, tùm profanis, exemplis haud obscurè indicatur, viros probos, ac innocentes turpem infamemque, Mortem, qua quidem immerito extremum spiritum effundunt; non iniquo animo sustinere debere.

24 Cum certum, stabileque, & exploratum habeamus, omnes homines tùm locupletes, tùm mendicos vitam cum morte commutare nos virtutibus, optimisque operibus satis instructi, vel muniti, tam quotidie præstolari debemus.

Adhæc ingens eorum dementia, qui quasi perplexi & ambigui de Morte, ad eam suscipiendam parati, & muniti non sunt, geminis exemplis haud rusticè ostenditur.

Mors profectò ipsa cunctis rebus, quas imposterum nobis sine dubio euenire cognoscimus, certior esse, constat; & regula, modus, ratio, atque metrum bonorum omnium tum naturæ, tum fortunæ non temerè dicitur.

25 Ipsamet quidem Morte, quam metrum, seu mensuram rerum omnium mortalium, iure optimo esse, neminem latet, non inerudité exprimitur, omnia bona defunctorum, tum diuitum & nobilium, tum pauperum, ac vulgarium, nihil esse; Immo ad modum quid deterius esse, quàm nihil asserimus.

26 Vberimè expromitur celeberimo exemplo quam prouidissimi sagittarij varia iacula in varios homines, tum circa, ac supra, tum infra ac iuxta eum commorantes emittentis atque enecantis; quem cum homo illigatus cuidam stipiti effugere non valens lætus ac festiuus omni tempore crapuletur, voluptatique indulgeat, consilij ac mentis non satis habere constat; homines omnes, qui videntes Deum longè sagacissimum iaculatorem, acutum Mortis spiculum, seu telum in varios cuiuslibet ætatis homines coniicientem vitæ integritate, candidisq; moribus & probis actionibus declinare haud quaquam contendunt, mentis, ac rationis inopem, ac expertem esse, & penitus delirare.

27 Exemplo quidem appositissimo latronum viatores ad angustiorem itineris locum grassantium, illosque ac omnia, quæ secum asportant scrutantium, ac perquirentium penitus innotescit; quòd Dæmones, more grassatorum, cum homines decedunt è vita, tunc ad illum periculosum, & ærumnosum transitum, improuiso impetu adoriuntur, & ingruunt; cunctaue, quæ secum gerere possunt, quam

quam diligentissimè exquirunt, dicentes. Vnde venis? quo vadis? & cuius isthæc sunt, quæ sequeris?

28 Cum nos mortales ab hominibus mortem ipsam obeuntes, demigramus, angeli omnes, tùm probi tùm improbi subito circumuadunt, & nos ipsos, nostraque cuncta, antequam transeamus, sedulo inuestigant; quis & qualis vnusquisque sit.

29 Exemplis non leuibus, nec obscuris patet, quamplures homines superstites, per semitas scelerum gradientes, à Dæmonibus blandè, & callidè esse deceptos; qui ob id in eo mortis transitu, omni planè spe æternæ saluationis abiecta animam expirans.

30 Eadem Mors omnium hominum tum malorum, tum bonorum somno ipsi variè conferri solet;

Primum exemplis notatu dignis exponitur improborum Mortem sopori non abre comparari.

31 Tergeminis rationibus proborum Mors eidem somno haud ineruditè comparatur.

32 Septifariam Mors viris probis ac rectis ex diro corporis ergastulo solutis, aut liberatis non immeritò expedit;

Primum Mors bonis fructuosa est, & improbis officit, quia apud eam æquissimus iustitiæ locus est.

Secundò, quia omnia tùm paria, tùm imparia optimè instituit, atque instruit.

Tertiò, quia Mors triticum à paleis, & aristis non indiligenter depurgat; & illud in horreo Cæli, paleas verò, & aristas in inferorum igne collocare, & emittere incumbit.

Quartò, quia Mors cùm ad homines tùm probos, tùm improbos venit, æque ac sapientissima magistra, de quacunque re abdita & abscondita, eos maximè instituit.

Quintò, quia tunc Mortis ope quamplures opes, quæ prius auarè indecenterque à superstitibus paratæ fuerant, pluribus perquàm largiter erogari, ac impertiri solent.

33 Sexto, quia Mors quam solertissimam omnem curam, ac industriam ad hoc ponit, vt homines segnes, & ignaui Deum ipsum quærere, & eorum saluti consulere, diligentius operam nauent. Mors demum frugi bonæ cunctis hominibus bene pereuntibus emolumento est; quia ipsis Cæli ostium est: sed hominibus iniquè occidentibus incommodum parit; quia eis Erebi ianua esse constat.

34 Quàm nobilissimis exemplis eruditè enodatur, quod omnes homines tùm qui nullam culpam prolapsi sunt, tùm qui culpam nunquam subiere, diuersè appropinquauerunt vsque ad portas Mortis.

35 Ternis rationibus Mors ipsa viris probis dilectationem ac voluntatem mirificè afferre debet.

Primum, quia tunc Morte accedente debitam mercedem sine dubio consequi sperant.

Secundò, quia dum extremum diem obeunt, Deum, Angelosque, ac Sanctos nullo labore conspiciunt.

Tertiò, quia peroptatum eorum liberationis, atque iusti, fidelisque Iudicij diem appropinquare optimè nescunt.

36 Quæ quidem Iudicij, ac liberationis nostræ dies quomodo morte adueniente, aduentare agnoscatur; triplicibus non ineptis exemplis latissimè patet.

37 Sex quidem causis viri hi, qui virtute præditi diuturnam duxere vitam, occasu vitæ aduentante mirum in modum lætari debent.

38 Exemplis oppidò memorabilibus conspicuè liquet, Christum, eiusque Virginem Matrem Mariam, Sanctosque Angelos, ac omnes indigetes cælicolas his, qui ex corporis vinculis non nequiter euolant, creberrimè apparere, num. 39. & 40.

41 Exemplis etiam haud floccipendēdis clarè indicatur, è ne nostra sanè esse; si ad

ad aliquem potissimum sanctum ex copiosa innumerabilium cœlicolarum caterua, deuotè, ac reuerentem confugere conabimur.

42 *Longè eruditissima Diui Gregorij sententia, clarissimoque exemplo causa fusius cõmostratur; quare homines duntaxat decedentes tunc temporis spiritus tùm probos, tùm improbos, quos sospites, & sani, qui obitui intersunt, cernere minimè valent, facillimè intuentur.*

43 *Nonnullis mirificis exemplis, extremum obitus diem Natali potiorem, lætiorem, ac iucundiorem fore vberrimè indicatur.*

44 *Homines insuper facinorosi, qui omni magnorum scelerum genere se adstringentes, satis longum vitæ spacium peregerunt, Mortem ipsam terrificam (vt quamplurimis tùm rationibus tùm exemplis egregijs & appositis latissimè commostratur) impensius extimescere debent. num. 45. 46. & 47.*

48 *Improbi homines impendio magis terribilè mortis occasum timere debent; quia non solum tum magnam Dæmonum ludibrio eos habentium turbam ipsimet deridiculi vndelibet inuenerint, atque conspexerint;*

49 *Verum etiàm truculentas pœnas quas in æternum soluturi sunt, & pares socios qui fisolem angustijs diuexati secũ nunquã non fuerint (vt ex senis exemplis venustis, ac dignis neminem præterire arbitror) uidere, & cognoscere inchoauerint.*

50 *Adhæc, homines scelesti dum mortem appetunt, sibi vehementer timeant: tùm quia soli (nullo auspice vel comite) ad diuersandum apud exteros ad oram in uiam, desertam, horridam, & ignotam (vt exempla memoratu digna satis exprimunt) necessario egredi debent.*

51 *Tum quia paulo post id genus supplicij inuenient, quod miseri mutare nullo tempore poterunt.*

52 *Formido, ac timor, quem Christo dira ac sæua Mors illo teterrimo passionis tempore attulit, non ad rationalem sed ad sensibilem naturam duntaxat spectare asseritur.*

53 *Vita cuiuscunque viri proba ac recta esse debet; vt eiusdem Mors, ac miseriæ liberatio bona existat.*

54 *Trinum ergastulum possident, & colunt animæ mediocriter bonorum; tùm eorum qui aliquẽ improbitatem amantes ex corporis vinculis ad Cœlum, confestim haud quaquam euolare possunt; tùm eorum, qui non omnes grauiores culpas admittentes, ab hominibus ad stygias sedes illicò non descendunt;*

Primum ante necem Mundus ille fallax est.

Secundum est corruptibile, tabificumq; corpus.

55 *Tertium autem post necem, animarum nõ plenè purgatarum ergastulum Purgatorium esse dicitur.*

56 *Insignibus exemplis, & auctoritatibus plurimi faciendis demonstratur, eos perpaucos esse, qui ex corporis carcere liberati quam acerbissimum Purgatorij ignem prorsus euitare possint; licet ad Cælorum regna perueniant.*

57 *Trifariam iustorum animæ ex terginis earum ergastulis solui, ac liberari possunt num. 58.*

Nam à primo huius Mundi carcere, tùm sponte, tùm vi, & coactè eripi, atque abduci possunt.

59 *Ex conspicuis exemplis agnoscimus, & experimur; quomodo aliquis ab eodem Mundi carcere corde & corpore verè amoueri ac liberari arbitretur.*

60 *A secundo corporis carcere bonorum animæ, peracto naturali interitu liberantur.*

61 *Præclaro exemplo edocemur; quòd Animæ à tertio Purgatorij ergastulo plurifariam amicorum ope, ac suffragijs liberantur.*

62 *Nobilissimo exemplo latè patet, quincupliciter animabus Purgatorij incolis nos opem ferre, ac suffragari haud iniuria posse.*

63 *Primum Sanctorum auxilio intercessioneque; quibus illi superstites humillimè sese deuouerint:*

Secundo,

Secundò, amara Christi Passione, eiusq; Redemptione vnà cum suismet operibus in vita peractis.

Tertio, ecclesiæ Indulgentijs.

Quartò proborum virorum orationibus.

64 Quinto tandem defunctorum animabus in Purgatorio commorantibus, amicorum viuorum, tùm exequutorum, tùm non ingratorum fictorumque familiarium subsidijs, ac ope suffragari valemus.

65 Longè satius, & conducibilius esse affirmamus; quòd quislibet dum diuturna lucis vsura inter homines fruitur, seipsum à Purgatorij carcere, nemini non satisfaciendo, alterius opes restituendo, & sæpius de peccatis confitendo abducere, & abripere enitatur.

66 Probi viri etiam magnum ex Morte fructum, & oblectamentum percipiunt; quia ipsamet Mors cunctis eorum calamitatibus, tùm spiritualibus, tùm corporalibus, cunctis vitijs, ac sibimet ipsi optime consulere potest.

Duplici namque ex causa homines ob graue primorum parentum scelus miserabiliter angebantur & diuexabantur; quibus vna Mors prorsus prospicere valet.

Primum ex malis, ac miserijs, tùm intrinsecis corporalibus, & spiritualibus, tùm extrinsecis.

67 Deinde ex bonis, à quibus tam Mundus, quam corpus ipsos homines prorsus abripiunt, & abducunt, ne illis potiri possint.

68 Hominem hanc mæstitiam & afflictionem Mors ipsa (Deo ita decernente) in gaudium vertens penitus auocauit, atque abstraxit.

69 Quatuor pulcherrimis rationibus vberrimè ostenditur, ob charorum familiariumque mortem (dummodo probam duxerint vitam, ex eaque Christianè decesserint) haud esse dolendum; quin potius ob eorum probitatem maximè lætandum.

Primò per bella quadam collatione inter equum, sessorem militem in bello habentem, & iusti animam corpori annexam in huius mundi certamine existentem: quæ, licèt corpus interitu cadat, ipsa nihilominus è medio hostium, à se debellatorum, euadens, ad cœlestem triumphanter euolat Patrem.

70 Secundò, hoc bonæ conscientiæ, & amicitiæ rationi obstaret: cunctas enim, quæ nos hic premunt miserias, moriendo aufugit; de exilio ad Patriam, deq; incertitudine ad certitudinem est regressus; ibiq; nobis hospitium parat orando.

71 Tertiò, quia contra Fidem, ac Spem huiusmodi dolor versatur: quod pulcherrima quadam explicatur similitudine inter Cosmicum, quendam filium, seu familiarem nostrum in suam Curiam introducentem, maximoque aliquo munere prope se eum afficientem, & Cœlestem Regem huiusmodi animã defuncti suam in Cœlestem aulam prope se suscipientem.

72 Dei demum decreto, necnon Prouidentiæ hæc reluctatur mæstitia, cùm ipsa diuina bonitas omnes morituros statuerit: tametsi, non Deo decernente, sed permittente, suum quandoque mali præueniant in obeundo terminum.

73 Quamplurimis hucusque præallegatis, nonnullisque hùc recenter appositis & exẽplis, et auctoritatibus, haud multùm de bene morientibus dolendum, quinimmo hosce sic flentes, stultos auctoritate Senecæ habendos, peroratur.

De nullius pueri innocentis morte mœrore conficiendum, tum ex præmissis, tum sequentibus & exemplis fulcitur, & auctoritatibus.

74 Huiusce etenim raptum, vel transitum perpendendo, quoad tria explanat.

Primò, quòd Deus cum sic moriente misericorditer operetur.

Secundò quòd piè itidem cum eius amicis agat.

Tertiò de hisce parum dolendum, immo satius exultandum, affirmat.

Siquis enim (vt primum reddatur clarum exemplo promissum) suum videns amicum ad candelæ lumen ludentem, maximam amittere pecuniam; atque ne, vlterius progrediendo totius æris iacturam faciat, ei lumen extinguat, longè gratiosè operatur: ita Deus amicus noster, quos ad male ludendum cum mundo proclines inspicit, vitæ lumine morte citò orbat.

75 *Secundum sic præ oculis ponitur: quandoque, vt in defuncti amicos temporali pœna animaduertat: aliquando vt eos morti semper præstò esse, præ se ferat: interdum verò vteor amorem, delectationesq; diuersas ad diuersa directas, hac ad se via extrahere nitatur.*

76 *Huius insuper generis dolorem irrationabilem habendum, hoc patefit exemplo.*

Siquis tibi aliquid ad tempus pro sua voluntate custodiendum traderet, hilari tibi fronte illud ipsi petenti deinceps restituendum esset: ita, si Deus tibi puerum custodiendum cedat; ipse verò illum ei repetenti mussitando reddas; hoc ratione admodum expertē esse, quis ibit inficias?

77 *De sumente ouem de proprio grege, deq; aliquo consanguineo, vel familiari, citò ad portum perueniente mærere, irrationabile admodum quidem est: ita etiam de mortem subeuntibus: Abraã nanque ad Dei voluntatem proprijs manibus suum necare filium, nedum necatum absque dolore intueri paratus erat; Non secus ac Dauid, suo, tantùm sibi dilecto, mortuo filio, pro luctu cibum sumpsit.*

Nec de bonorum, nec de malorum interitu multùm esse dolendum, quinque validissimi patefit rationibus.

78 *Primò propter maximam, quàm è vita decedens, consequitur vtilitatem, vt D. Ioãnis Chrisostomi sententia comprobatur mirabili.*

Secundò propter defunctorum ad vitam irreuocabilitatem: quod pulcherrimè corroboratur exemplo cuiusdam auẽ habentis, quæ hæc tria speciosissima documenta, videlicet, quod non crederet rem incredibilem: quòd non niteretur nimis apprehendere, quod apprehensum teneri non poterit: quodq́ue de re irrecuperabili haud doleret, hac sibi promulgauit, quòd sibi libertatem largiretur.

79 *Tertiò, quia contra Dei voluntatem, vt Ezechielis patet testimonio, versatur.*

80 *Quartò propter quamplurima insignium virorum exempla, vbi Anaxagore, Zenophontisque specimine hoc omnibus axioma explanat num. 81.*

82 *Quintò propter Christi promittentis veritatem; omnibus siquidem resurrectionem illis Apostoli Pauli verbis (Mortui, qui in Christo sunt resurgẽt) pollicetur. Quam sententiam perfectè enodans, non quoslibet, sed in Christo tantùm mortuos lætificat.*

83 *Quorum facultate verborum, hanc eiusdem D. Pauli annectens auctoritaritatem (Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo) sequentem triplicem subinfert diuisionẽ, nempe, Aliquos contra Christum, alios pro Christo, nonnullos verò cum Christo, seu in Christo è vita labi.*

Quid autem horum vnumquodque sit, optimè pandit.

84 *Mors triplex, naturalis, spiritualis, & gehennalis: de primo vt per habita in superiori articulo liquidò constat, parum est dolendum: de secunda verò, & tertia tam ipsi mortuo, quàm eius amicis est maximè eiulandum.*

Secunda etenim necet morienti, omnibus eum spiritualibus bonis, cælestique Patria priuando.

Cunctis obest terrestribus creaturis, quæ propter bonos creatæ sunt, et bonis existentibus, existunt: deficientibus autem, & ipse, quod eos, deficiunt.

Cælestibus insuper maximè reluctatur, cum ruinæ Angelorum impletionem, ac electorum numerum impediat.

85 *Tertia*

85 Tertiæ verò mortis horror detrimentumque perspicitur ex maximis, quibus vita extinctus afficitur pœnis; quæ quidem ex tribus deducuntur; ex loci, nempe Inferni, arctitudine, & obturatione: ex nocivorum multitudine: ex odij denique, animæ videlicet ad suum fœtidissimum corpus magnitudine.

86 Hac triplici, sui ipsius, proximi, & Dei cognitione, præ oculis ante mortem posita, nulla mæstitia moriens, aut quivis eius familiaris ob lethum affici vnquam poterit.

Qui enim seipsum, & mortem subiturum intuetur: ac perinde nullum admittere facinus, sed honestam ducere vitam, viribus totis elaborat. Quod perpulcre quodam dialogo inter Alexandrum Magnum, nonnullosque alios Philosophos habito, congruenter ostenditur.

87 Tria in semetipso inspicere quilibet debet.

Primò cordis, oris, operis, ac omissionis propriam iniquitatem in conscientia; vt confitendo, pœnitentiamque agendo, doleat.

Secundò propriam fragilitatem, vt præcaveat.

Tertiò mortis certitudinem, vt omnia peritura faciliter contemnat.

88 In proximo itidem tria: ignorantiam, vt doceat: malorum, bonorumque vitam; eorum, vt corrigat; horum verò vt promoveat: eius indigentiam, vt suppleat.

In Deo similiter tria: iudicium districtum, vt ipsum timeat, offensamque vitet: charitatem, vt ipsum diligat: voluntatem, qua sua præcepta haberi iussit, vt ea operibus exequatur.

89 Homo peccator, tanquam cæcus & imparatus mortis tempore admodum obstupescit: vir autem probus, & iustus, cen videns, ac paratus, etiam si subita præventus fuerit morte, illam minimè miratur.

Homines, bonam ducere vitam, malam verò vitare, mors suadet omnes: quonamque pacto quatuor hæc, scilicet, cupiditatem, luxuriam, superbiam, ac longæ vitæ temeritatem, in quibus quamplurimi aberrant, vitare debeamus, perfectè detegit.

90 Brevitatis vitæ cognitionem, contra cupiditatem esse remedium, doctissimis verbis explanatur.

91 Quamplurimæ miseriæ quibus ante mortem, in morte, & post mortem corpus afficitur, a corporis voluptatibus, indigestisque eius delitijs animam deterrent. Contra superbiam etiam, ac longæ vitæ fiduciam duobus fortissimis remedijs à morte fulcimur. num. 92. 93.

94 Ad mortis memoriæ contemplationem pulcherrimis sanctorum virorum exemplis, atque documentis inducimur: quin ipsimet mortui ad hanc memoriam suos nos modo quodãmodo redigunt. nu. 95. 96 97. 98. 99.

100 Mors re ipsa, diligenterque excogitata, omnem fugat cupiditatem: superbiam expellit: a luxuria retrahit: terreni honoris appetitum amovet: ab omnibus noxijs tuetur: mundum denique totum cum quibuslibet in eo inclusis contemnere instruit. num. 101. 102. 103. 104.

105 Cùm mortis memoriam tot (vt iam iam narratum fuit) spiritualia commoda sequantur, quænam cura adhibenda sit, vt novissima nostra cũ operis ostensione mente voluamus nullus haud ex se perspicere valet.

Triplicem itaque finem, scilicet, mundi gloriæ: bonæ, malæque vitæ, qualiter vnumquemque præ oculis habere iugiter oporteat, perpulchrè nemini nec ostenditur. nume. 106. 107. 108. 109.

110 Præcipua impedimenta, multorum mentes a mortis memoria retrahentia, tria sequentia esse, non te lateat: conscientiæ remorsionem, vel ponderositatem: vitæ spem longioris: experientiæque defectum. num. 111. 112. 113. 114. 115.

116 Cogitatio pro defunctis, vtillima quidem, ac saluberrima pro illorum auxilio, ac liberatione censetur.

117 *Quo circa propter tria, & sibi, & nobis apprimè conducentia, pro eis preces fundere, aliaque pia opera exercere tenemur.*

Primò quia maximè indigent.

Secundò quia præcepto ad hoc naturali obligamur.

Tertiò propter nostrum proprium commodum. num. 118. 119.

120 *Ex naturalium nanque rerum exemplo: ex virorum expertorum opere: ex proborumque virorum documentis, cogitationem de defunctis ad vivorum exemplum vtilem, pro comperto habendum est. num. 121. 122. 123.*

124 *Non ab re in præcedenti articulo viuentibus, vt aliquid suffragij impertiri mortuis velint, persuasum est: ipsi etenim mortui, vt viuos ad eorum compassionem, cooperationemque inclinent, illis patientissimi Iob verbis (Miseremini mei, saltem vos amici mei; quia manus domini tetigit me) gemitum, querelamque apud eos deponunt. Cuius quidem auctoritatis perpulchra in hoc articulo explanatio describitur.*

Mortui siquidem in Purgatorio existentes, cùm sint ibi, ceu in hoc mundo, incarcerati: debitis obligati: & impotentes, seu infirmi; amicorum, consanguineorumque auxilio satis indigeant, perspicuum est. num. 125. 126. 127. 128.

129 *Mortui insuper, vt viuentium pietatem magis erga se conciant, exclamant: Manus domini tetigit me.*

Quæ manus duplex esse describitur: alia misericordiæ: iustitiæ altera: vnaquaque, aut harum quinque habere digitos, vnà cum manuum, digitorum, iuncturarumque declaratione, pulcherrimis verbis, exemplis, auctoritatibusque explanatur. num. 130.

131 *Diabolo verò, velut deformi, ac monstruoso, vnicam tantummodo cum sex digitis inesse manum, disertissimè, ac spetiosissimè ita singula in hoc articulo toto describuntur, quòd si ea humanissime lector lectitabis, summopere tibi arrisura, non verebor. num. 132. 133.*

134 *A purgatorij pœnis liberationem non mortui tantùm à Deo pro viuentium auxilium, verùm etiam mortales, ac morientes omnes petere debere, huius sententiæ declaratur explanatione: Libera me domine; & pone me iuxta te, num. 135. 136. 137.*

138 *Morientes quandoque à sanis iuuari posse; mortuis quoque viuorum suffragia maximè prodesse; quòdque viui circa mortuis exhibenda commoda, parum pro eis operando elaborent, mirabilissimum, seu veriùs incredibilissimum esse, aperitur. num. 139.*

140 *Mortuis, adiumentum à nobis efflagitantibus, propter duo, nempe, vt bonū assequamur, & malum euitemus, auxilio esse deuincimur. num. 141.*

142 *Licèt quoad multa, non autem quod visus sensum, apud viuos obliuioni datus est mortuus; cùm in loco sacro sepultus sit: quò viuentes, se percrebrò conferentes, eius tumbam intueri necessum est. In loco autem sacro humani, bonis, tantummodo prodesse, asserendum est.*

143 *Malos verò in loco sacro sepeliri vanū esse fatendum est: eorum etenim mors, bona naturæ, fortunæ, & gratiæ, immo cuncta, quæ ad eos priùs pertinebant, uel in quibus ipsi delectabantur, confidebantvè, irrita concludit. nu. 144. 145. 147. 148. 149. 150. 151.*

MOrtis. Primo ostendetur diuisio. Secundo, mortis naturæ, & culpæ similitudo. Tertio mortis naturæ generalitas, & turpis mortis admiratio, & causalitas. Quarto, certitudo. Quinto, districta morientium examinatio. Sexto, quod mors tam bonorū, quàm malorum somno comparatur sub diuersa tamen ratione. Septimo, ꝙ mors est bene uiuentibus utilis, & male uiuentibus inutilis. Octauo, ꝙ cogitatio mortis

mortis debet esse bene uiuentibus delectabilis, & male viuentibus terribilis. Nono, ostenditur prædictæ vtilitatis,& delectationis ratio, quia, uidelicet,est liberatio à carcere,& ab omni mūdi angustia. Decimo, quia per illam dantur remedia contra oēs mundi miserias. Vndecimo, quod non est de morte bonorum dolendum,immo potius gaudendum. Duodecimo,quòd nō est de morte iuuenum dolendum. Tertiodecimo,ꝙ de morte malorū est multum dolendum. Decimoquarto, si dolor de morientibus omnino de amicorum cordibus excuti non potest, est de bene, & male morientibus diuersimode habendus. Quintodecimo, ostendētur conditiones, quæ mortem præcedere deberēt ad hoc, ꝙ secure expectaretur. Sextodecimo ostēdetur, qualiter mors docet, & nos admonet tales habere conditiones. Decimoseptimo, ꝙ mortis memoria est iugiter habenda. Decimooctauo, quàm salubris est cogitatio defunctorū. Decimonono defunctorum ostendetur gemitus, & querela. Vicesimo qualiter Dei, & uiuorum petunt suffragia. Vicesimoprimo qualiter uiuorum suffragijs multum iuuantur. Vicesimosecundo, ꝙ suis adiutoribus grati existūt. Vicesimotertio, ꝙ bonis tantùm prodest in loco sancto sepeliri. Vicesimoquarto, qualiter ꝑ mortem ostenditur mundus cum malignitate sua esse uanitas uanitatum, & omnia uanitas.

Artic. I. ¶Quātum ad primum, mors est triplex culpæ naturæ gehennæ, id est, spiritualis corporalis, & gehennalis, sicut patet in decreto de pen. dist. ulti in fin. Per primam uero peruenitur ad secūdam & tertiam.

1 ¶Prima tātam habet multitudinem, & diuersitatem, quantam habet diuersitatē peccatum mortale, quia de quolibet mortali uerificatur illud Eccl. 28. mors illius, mors nequissima, & utilis potius infernus quàm illa, quia melius esset in loco esse inferni, sine mortali peccato, quàm extra cum mortali.

¶Secunda uero identitatem habet, quantum ad ipsam mortem in se, sed habet diuersitatem. Primo quātum ad moriendi modum. Secundo, quantum ad mortis tolerentiam. Tertio quantū ad mortis terminum. Primo namque mortis identitas, & modi diuersitas ostēditur. 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi, &c. Et Apoc. 20. Vidi (inquit) mortuos pusillos, & magnos, in quibus ostenditur mortis vnitas, & æquitas, quia nec paruo, nec magno, nec iuueni, nec seni, nec pauperi parcit, aut diuiti. eiusdem uero quo ad modum diuersitas ostenditur in hoc, ꝙ in præallegata sequitur auctoritate, & quasi aquæ dilabimur super terram, quia sicut aquę super terrā expansę, per diuersas transeūt uias. Ita nos per diuersæ mortis uias & modos, & diuersis de hoc mundo transimus ætatibus. Exemplum.

2 ¶Ratione cuius est aduertendum, ꝙ Deus, qui nos creauit in tali conditione, ꝙ uitam sine moriendi necessitate habuissemus, si ei obediētes fuissemus, ex quo ei rebellare peccando cepimus, mortis exercitum ad nos humiliandū conquerendum, & subiugandum contra nos ordinauit, qui multis modis, & insidijs diuersis, cōtra nos gladium suū uibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit uasa mortis, sagittas suas ardētibus effecit: in Psal. 7. Quasi gladio suo senes, & quasi sagittis iuuenes occidit, quia sicut qui occiditur gladio, de propinquo occiditur, qa oportet ꝙ sit quasi iuxta occisorā. Sagittis uero occiditur quis, qui multum distat ab occisore. Sic senes de propinquo occiduntur, quia (etiam secundùm hominum communem opinionem) multum ad mortem appropinquant, antequàm ipsa percutiantur. Iuuenes uero quasi de longinquo, percutiuntur, quia (secundùm communem hominū opinionem) uidentur multum à morte distare, ad quis, tamen tunc sagittam ardentem, id est, acutam, nunc febrem, nunc hydropisim, nunc apostemata dirigit, & occidit, de quibus in Psal. 44. Exemplum.

Sagittæ

3 Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadēt. de hoc uario euentum prælij loquens Seneca in libello ad Marciam dicit, ꝙ sumus similes nitētibus ascendere murum castri, uel ciuitatis obsessę, de quo custodes super ascendentes tela iaciunt, uel saxa, de quo sicut aliqui vulnerantur, deijciuntur, & cadunt de summitate, aliqui de medio, aliqui de fundamētis, alij insuper telis, alij lapidibus. Sic nobis in mundo isto ad altum statum diuitiarum, uel honorum ascēdere nitentibus, aliqui morte deijciuntur de summo statu honoris, uel diuitiarū, de quibus Psal. 36. Vidi impium superaltatum, & eleuatum, sicut cedros, transiui, & ecce non erat, qui morte subtractus fuerat, & fecerat, tu autem altissimus. Alij de statu mediocri, alij de summa paupertate, deijciuntur, alij insuper in summa senectute, alij in iuuentute, alij in infantia deijciūtur. (Ideo, ut ait Hugo) Apud gentiles dicebatur Pluto Deus inferni, uel mortis habere tergum, quia omnes capit in tribus ętatibus, scilicet pueritia, iuuentute, uel senectute. Omnes tamen quos in prædictis statibus, uel ętatibus diuersis capit, in terra ęquales facit Ex qua consideratione superiores admonet, ne superbiēdo, uel contemnendo, animo superiores, uel superbiores sint, sed ęquales, qui tam cito in terra corpore futuri sunt ęquales: vnde Seneca lib. 3. de naturalibus quæstionibus in fin. Qui clientulo tuo irasceris, sustine paululum, uenit ecce mors, quæ uos pares faciet.

Exemplum.

Exemplum.

4 ¶Circa prędictam uero mortis fortunam est aduertendum, ꝙ mors benignius uenit ad senes, quàm ad quoscūque alios, quia eos ꝑmonet, ne eos non paratos inueniat. Multos enim certissimos nuncios præmittit, sicut tissim, tussim, faciem rugosam, caniciem capitis, quæ secundùm libros medicorum, est uexillum mortis. Nasum, & vngulas liuidas, oculorum caliginem, dorsi inclinationem, & totius corporis cum mēbris suis debilitationem.

¶Alios uero iuniores, & fortiores, licet aliquos quandoque præmittat nūcios, sicut febres, & diuersas infirmitates, non tamen sunt ita certi nuncij, sicut prædicti, qui ad senes mittuntur. Et ideo periculosius ad istos uenit, quàm ad illos, quia quandoque subito, quandoque ex insperato, & ideo eos improuisos inuenit.

¶Ad omnes uero prædictos, siue senes, siue iuuenes, ideo nuncios mortis mittit Deus, ut ei nosmetipsos uoluntarię in bello isto reddamus, testamentum faciendo, aliena restituendo, & uitam nostram bene ordinando, antequàm ui capiamur. Quia (sicut uidemus) ꝙ reges mitius agunt, cū his inimicis, qui sponte se illorum submittūt gratiæ, quàm cum his, qui ui capiūtur. Ita Deus mitius aget cū illis, qui ante mortem se ei reddunt, quàm cum malis, qui carnem suam delicate nutriendo, & diuitias congregando tantùm se contra mortis exercitum, & nūcios ordinant, quātum possunt, & se ad rebellandum instaurant. Sicut ille stultus. (Luc. 12.) qui dixit animæ suæ, quod habuit multa bona in annos plurimos, quibus & dicetur in fine, sicut dicebatur illi, stulte hac nocte à te animā tuā repetent. Exemplum.

¶Qui & si de morte eos ī fine sic inuadente, ꝙ ulterius spacium concedere noluerit uiuendi, & de diabolo animas illorum rapere uolente, conqueri uoluerint, à morte, & diabolo eis responderi poterit, sicut hactenus respōdisse consimilibus leguntur. 5

¶Primo namque exemplum quoddam continet, quod quidam pepigit cū morte fœdus, cum illis, qui dicunt, percussimus fœdus cum morte Isa. 28. qđ nullo modo eū tolleret, nisi prius tres uel quatuor nuncios ei mitteret. Accidit post modum socium illū infirmari, cui medicus ueniens eum præmonuit, ꝙ animam suā disponeret, quia signū mortis inuenit in pulsu, & vrina, ipse etiam dixit se perdidisse appetitum comedendi, & nihil se posse retinere. Ad quem cito post mors intrans, illum uocauit. Exemplum.

cauit. Cui ille. Adhuc non ueniam, quia nuncios nõ misisti, sicut dixisti. Cui illa, immo omnes misi, sicut promisi: Vnum namque nuncium misi, quando febris te agitauit. Alio etiam nuncio te præmonui, quando medicus dixit, mala signa esse in pulsu, & vrina. Tertio te præmonui per appetitus perditionem, iniuste ergo conqueris surge igitur, & uenit. Sic dicet prædictis, quos ad literam per tales nuncios, mors salutat.

6 ¶Iterum aliud continet exemplum, quasi sic de quodam, qui pro lucro terreno diabolo pactum fecit, tali tamen conditione quòd eum præmoneret tribus annis ante mortem, dicens, qui primo anno de illis tribus eis in forma humana obuians dixit. Canescis, qui iratus ei maledixit, quasi uolens eum percutere. Secundo anno dixit, multum inclinaris. Tertio multum debilitaris, quo dicto eum rapuit. Cui respondere potuit, ꝙ eum, sicut promisit, præmonuit, & ideo iuste conqueri, nõ potuit? Ita nec aliquis talis modo, qui propter nulla signa, uel aliorum exempla præmoniri vult, nec paratus esse, nec mortẽ ꝓpinquã æstimare, de quo. (Eccl. 11.) Est qui locupletatur parce agẽdo, & nescit, ꝙ mors appropinquat, & dimittat omnia alijs, & moriatur.

Exemplum.

7 ¶Et si prædicta stulticia in omnibus sit admiranda, maximè tamen in senibus, qui nullam diu euadendi habere possunt præsumptionem, quibus (ut prædictũ est) certissimi mittuntur mortis nuncij. vnde Cyprianus de 12. abusiuis. Quid superest, nisi dum huius uitæ defectus appropriat, uitæ terminus instat. Senibus uero cunctis maturior ex hac uita recessus est. Duo ergo eis pericula cauenda sunt, quæ non ueterascunt ad peccandum. Cor uidelicet, & lingua. Nam antiqua indurati maliciа, uel mala cogitant, uel loquuntur, quæ dolentes operari nõ possunt. De talibus loquitur Hugo in lib. de claustro animæ, secundo, dicens. Inter abusiones huius seculi, sola maior est obstinatio senis, q̃ morti proximus, mortis non abhorret aduentum, qui quasi ad ostium mundi huius positus, foris non respicit, nec uitæ præsentis attendit aggressum, audit nuncios mortis, & cedere, uel credere non vult.

¶Secunda differentia mortis naturæ attenditur penes tolerantiam faciliorem, uel difficiliorem, & penes mortis timorem, maiorem, uel minorem. Circa q̃ duo ostendere restat. Primo enim ostendetur, qui sunt illi, qui morte appropinquãte plus timẽt. Secundo ostẽdetur, ꝙ boni etiã, quia homines sunt, nec certam scientiam habere possunt, ꝙ opera illorum Deo placuerunt, quia nemo scit, utrum amore, uel odio dignus sit, morte appropinquante tãtùm timent, quantum à salutis certitudine, deficiunt. 8

¶Quantum ad primum, facilius cõtemnitur, & minus timetur mors à bonis, quàm à malis, à pauperibus quàm diuitibus, à senibus quàm iuuenibus, ab illis, quibus nec ipse mundus placet, nec ipsi mundo, quàm à mundi habentibus prosperitatem. Primum patet, qa boni uitam præsentem magnam non reputat, sed meliorem expectant dicẽtes Non habemus hic manentem ciuitatẽ, sed futuram inquirimus. Heb. 13. Mali uero econuerso. Et ideo de illis dicit scriptura Eccl. 41. O mors, quàm amara est memoria tua homini iniusto, & pacem habenti in substãtijs suis, viro quieto, & cuius uiæ directæ sunt in omnibus, & adhuc ualenti cibum accipere, Nec mirum, quia tunc omnia q̃ diligunt, amittunt: Vnde Tullius lib. de paradoxis Mors (inquit) his, quorum cum uita extinguntur omnia, terribilis est, quia omnia tunc amittunt, quæ diligunt. Secũdum etiam patet, quia pauperes quanto minus habẽt in hoc mũdo, quod diligunt, tãto minus in morte molestantur, iuxta illud Eccles. 41. O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur uiribus defecto ætate, &c. Diuites uero econuerso, quanto plus habẽt, quod diligunt,

ligunt, tanto plus in separatione à dilectis molestantur. Et pro tanto dicit. Secundus philosophus ꝙ mors est pauor diuitum, desiderium pauperum.

Exem. plum ¶Tertium insuper patet, quia sicut poma natura faciliter de arboribus cadunt, ubi cruda ui auelluntur. Sic uita à senibus: quasi sine magna pœna separatur, & timore, quę à iuuenibus cum magno timore & ui auellitur. Ideo in p̄allegata auctoritate dicitur, ꝙ iudicium mortis est bonum illi, qui minoratur uiribus, & defecto ætate.

Exemplum.

¶ Quartum currit cum primo. Sed nota, ꝙ in omnibus istis quatuor casibus hoc ĩtelligere oportet, quòd illud, quod dictum est de his, qui uoluntariè uel inuite moriuntur, intelligatur, si in tali statu boni fuerint, uel iusti: Nam si boni fuerint in omni ætate, uel statu, minus timent. Si verò mali fuerint, in omni statu, & ætate timēt. Quia (teste Ambro. li. de bono mortis.) Mors iustis qui eus est portus, naufragium uero putatur nocentibus.

9 ¶Quantum uero ad secundam partem, ꝙ boni uidelicet (ut prædictum est) in morte timeant, patet per exemplum, quod habetur in vi. Pa. lib. 2. parte 3. de abbate Helia, quæ dixit, quod tres res timuit, quarum vna est egressio animæ de corpore. Alia de occursu animæ Deo: Tertia de sententia, quæ de eo proferenda fuit. Et ibidem parte 11. scribitur, ꝙ abbas Agathon moriturus per tres dies mãsit immobilis apertos tenes oculos, ad quem dixerunt fratres: pater ubi es? qui respondit, in conspectu diuini iudicij assisto. At illi, tu times, q̄bus ille, laboraui uirtute, qua potui in custodiendis mandatis Dei, sed & homo sum, & nescio si placuerunt opera mea coram Deo, quia aliter sunt iudicia hominum, aliter iudicia Dei, nec præsumo antequàm uenero ante Deum: Et cum uellent eum amplius interrogare, ait. Nolite multum loqui, q̄a occupatus sum, quo dicto mortuus est in gaudio.

Exemplum.

Exēplū.

10 ¶Iterum idem ostenditur per exemplum de abbate Arsenio in vi. Pa. lib. 2. parte 15. qui cum esset traditurus spiritum, uiderunt eum discipuli flentem, qui dixerunt ei, & tu times mortē pater? Quibus ille, in ueritate timeo, & timor, qui in hac hora est mihi, semper fuit in me, ex quo fuit factus monachus, & sic in pace dormiuit: Huius exemplo beatus homo, qui semper est pauidus: Quia (sicut dicitur in vi. Pa. lib. 2. parte 11.) memor semper esto exitus tui, & ne obliuiscaris ęterni iudicij, & non erit delictum in anima tua.

Exemplum.

¶ De tali vero electorum in morte timore, dicit beatus Greg. in moral. lib. 24. Quod cum semper diuina iudicia pertimescant, tunc cum hic uehementer metuūt, cum ad soluendum humanę conditionis debitum venientes, districto iudicio appropinquare se cernunt, & sit tanto timor, acrior quanto & retributio æterna vicinior. Et Saluator noster solutioni carnis appropinquans, & membrorum suorum speciē seruans, factus in agonia, cœpit prolixius orare, non pro se, sed nostræ mentis in se certamē morte appropinquãte expressit: Quid ergo secundum eūdem beatum Grego. mortal. lib. 10. facient tabulæ, si tremunt columnæ? aut quomodo virgulta tunc immutabilia stabunt, si huius, pauoris turbine, etiã cedri quatiuntur. Solutioni, enim carnis appropinquans, nonnunquam terrere uindictę etiã iusti anima turbatur.

¶Tertia differentia in morte naturæ attenditur, penes mortis terminū. Nō enim ad eundem transeunt terminū omnes, qui per uiam transeunt mortis, quia sicut in mundo isto habent magni domini palacium, & aulā ꝓ amicis, camerā, seu hospitale pro infirmis, carcerē pro inimicis: Ita Deus in alio seculo pro diuersis, diuersa habet loca: habet nãque palatium cœli pro amicis sanis, camerā purgatorij pro infirmis, carcerem inferni pro inimicis; In quo dicere possunt illud (Psal. 17.) circundederūt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. 11

Exēplū.

¶Ex

Exēplū. ¶Ex quo vero melius est per duram viam ire ad conuiuium aulę, quàm per pulchram viam ire ad foueam carceris, plus attendendus est locus, ad quem oritur, quam mors, per quam transitur, quia melior quantum ad locum, ad quem per mortem itur, fuit mors Lazari in sterquilinio, canibus & vlceribus circundato, quàm mors diuitis in triclinio circundati parietibus pictis, & pannis sericis, & famulorum multitudine copiosa: Illius insuper Lazari (vt æstimo) locum post mortem, quilibet prius eligeret, si posset: Sed qui vellet locum habere, deberet vitam eligere; quę ad locum illum adducit, quia sine via, & vita, vię terminum attingere non possunt: Sicut nec Balaam, qui dixit.
12 Num.23. Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia.

¶Tertia vero mors in istius articuli contenta diuisione (idest, gehennalis,) magnam habet acerbitatem, & diuersitatem, sicut patet. D.1.3. cum sequentibus. Quæ primo consurgit ex pęnarū multitudine, & diuersitate, secundo ex amicorum ingratitudine, & ex illorum præcedenti stoliditate; Nonne graue erit eis cogitare, ꝙ illi, pro quibus ipsi peccauerunt, ut eis placerent, sicut mali ministri dominis, vel socij socijs, vel subditi superioribus, vel leccatores leccatoribus, pro quibus & illas sustinent pœnas æternaliter; qui nec pro toto mundo illas sustinerent per vnum diem, nec eis compatiuntur, vel iuuare nituntur, sed eos totaliter obliuioni tradiderunt? De quo conquerendo dicere possunt illud (Psalmus 30.) Obliuioni traditus sum, sicut mortuus, non solum ab ore, vel operis adiutorio, sed etiam a cordis cogitatione. Tertio ex diuini iudicij terribili auditione: de qua. Ioan. 5. Mortui audient vocem filij
13 Dei.

Vox Christi triplex. ¶Pro quo est aduertendum: ꝙ tria genera vocum Christi in sacra Scriptura inueniuntur.

¶Prima ostenditur viuentibus ad eos attrahendum ad bonum i. ad Dei, & proximi dilectionem, qua omnes vocat, dicens, Venite post me; venite (inquit) peccatores peccata derelinquēdo, venite iusti perseuerando, & in bono proficiendo, & ego reficiam vos. Secunda erit perseuerantibus, quando dicet illud. Matth. 25. Venite benedicti patris mei percipite regnum; Tertia erit deficientibus, quibus dicet illud. Matth. 25. Ite maledicti, &c. (De prædictis vocibus, nota A.10.1. cum sequētibus. Prima voce vocat & vt vocanti) obediamus, dat dona naturæ, & fortunæ, & gratiæ, dicens, Ecce omnia ista tibi do, vt me diligas, & mandata mea custodias; Secunda maiora promittit, vel potius dat; Sed quia multi ad primam vocationem sunt surdi; quia licet Deum audiant dicentem, accipe, non tamen audiunt redde, sed in hoc surdi sunt.

¶Ad secundam vero. i. ad promittentem: sunt negligentes, & ideo tertiam audient timentes, quando aures surdorum patebunt ad audiēdam vocem, dicentem, Ite maledicti, &c. Et si mors peccatorum erit terribilis, & pęnalis ex corporis, & animæ separatione, & ex dæmonum argumentatione, de qua. D.2.7. Et approximatione ad Deum, quem nunquam dilexerunt, quia nec fratrem suum, quem viderunt dilexerunt, & ex viuorum ingrata ostensione, pessima erit tempore istius vocis auditionis. Et tunc de eis verificabitur illud. Psal. 33. Mors peccatorum pessima. Mala enim est in omnium rerum temporalium amissione, peior in corporis & animę separatione, pessima in vtriusque finali damnatione, quando audiet. Ite maledicti, &c.

¶Visa prædicta inter mortem corporalem, & spiritualem diuisione, & differentia ne omnino in eis credatur, dissimilitudo, seu diuersitas, est aduerten- Artic.2. 14
dum, ꝙ multiplex inuenitur in eis similitudinis identitas. Ad cuius similitudinis declarationem, Primo ostēdi-

tur,

tur, quanta est in eis similitudo ad malum. Secundo quãta deberet esse in eis similitudo ad bonum. Primo nanque in hoc est similitudo inter mortẽ corporis & animæ, quia sicut corpus infirmitate moriens, primo distemperatur. Secundo infirmatur. Tertio moritur, & separatur carũ à caro, anima à corpore, & uita recedente remanet corpus mortuum. Quarto omnia perdit, tam bona naturæ, scilicet, pulchritudinem, fortitudinem, & efficitur deformæ, quàm bona fortunæ, & efficitur pauper. Quinto effertur. Sexto in terra ponitur. Septimo terra, uel lapide cooperitur, & à parentibus & amicis separatur. Sic anima. Primo incauta cogitatione distemperatur, & languescit. Secundo delectatione infirmatur. Tertio consensu in delectationẽ, seu actũ illicitũ moritur, & Deus ab anima separatur, & ipsam mortuam derelinqt. Quarto omnia bona amittit. Primo scilicet spiritualem fortitudinẽ, in tantùm ꝙ illa, quæ post Deũ facta est creaturarum fortissima, quam nec omnes creaturæ uincere poterunt, nisi ipsa velit, facta est tam debilis; ꝙ dęmones eã in uita ista ducunt, de peccato in peccatum, sicut equum se cum de luto in lutum, & de foueo in foueam, & in futuro ad omnem pœnam, quia in nullo eis tunc resistere poterit, quin ducatur ad pœnam, quæ hic resistere non vult, quin ducatur ad culpam, spiritualem decorem secundo amittit in tantum, ꝙ ipsa, quæ ad Dei fuit similitudinem, ad diaboli efficitur similitudinem, immo multis dęmonibus efficitur turpior, sicut ostensum est. A. 23. 6. Quinto operis euidentia, & peruerso exemplo foras portat. Sexto consuetudine in terra ponitur. Septimo obdurατione sepelitur, & ibi iubet Plato quiescere, quia difficile est tales ad rectam uitam, iterum reuocare. Dicat ergo sic spiritualiter mortuus, illud Psal. 87. Factus sum, sicut homo sine adiutorio inter mortuos.

15 ¶Similitudo uerò ad bonum inter mortem culpæ & pœnæ, esse deberet pro tanto, quòd sicut mors pœnæ (id est) corporis, uel gehennalis, non est sine pœna, & dolore illius, qui moritur, & amicorum suorum. Ita mors culpæ nunquàm esse deberet sine dolore tam peccatis, quàm amicorum eius quem dolorem & læsionem, si nunc sentirẽt, per cordis contritionem, & mortem culpæ uincerent per oris confessionẽ, & satisfactionem, non lęderentur, nec vincerentur iterum à morte pœnalitatis, siue corporalis, siue gehẽnalis, iuxta illud Apoca. 2. Qui uicerit, non lędetur à morte secunda, non, ꝙ per hoc mortem corporis euadere possit, sed quia, si mortem uincceret culpæ, mors corporis, ad eius non erit nocumentũ.

¶Post primorum nanque parentum delictum, mortẽ corporis nullius quãtumcunque sanctus euadere poterit. Illud nanque Dei iudicium. (Gen. 2. Quacunq; die comederis ex eo morte morieris) de omnib⁹ datũ fuit, sicut patet. Eccle. 41. ubi sacra scriptura de hoc mortis iudicio loquens dicit, hoc iudicium datum à domino omni carni. Et iuste quidẽ, quia generali delicto, generale debetur iudicium. Et secundùm mensura delicti, sit & plagarũ modus, Deut. 25. sed delictum fuit generale omni carni humanæ, quia omnis caro corruperat uiam suam. Gen. 6. Ergo iuste hoc iudicium est à domino omni carni. In quo tria relucent, austeritas, quia iudicium, de quo Amos 7. Vocabit iudicium ad ignem, in quo austere arguet mundum de peccatis, de iudicio, &c. Iob 16. Secundo generalitas omni, de qua generalitate. 2. Reg. 14. Omnes morimur, &c. Tertio fragilitas carnis. Matth. 26. Caro autem infirma. Artic. 3. 16

¶Quantum ad primum, iudicium mortis est bonis delectabile, malis terribile, omnibus mirabile. De primo & secundo dicetur infra artic. 8. 17

¶ Circa tertium uero quomodo iudicium mortis, & specialiter quantum ad mortem, quæ apud mundum reputatur turpis duo dicenda sunt. Primo enim

enim ostendere restat, quòd uidelicet tale mortis iudiciũ est mirabile in primo aspectu. Secundo ostenditur, quòd est ualde rationabile causam diligenter scrutanti. Causa uero admirationis in hoc cõsistit, quòd illi, qui erga Deũ, & mundum boni reputantur, quandoque turpem, quantum ad mundum & hominum iudicia, habent mortem, qa à malis hominibus, uel bestijs, uel tonitruis uel fulgoribus occiduntur, vel submerguntur, uel suspenduntur, uel fame moriuntur, &c. Et econuerso illi, qui mali reputantur, quandoque quãtum ad mundum, pulcherrimam habent mortem, & sepulturam. Propter quam diuersitatem, potest dici de tali Dei iudicio, illud Psal. 35. Iudicia tua abyssus multa. Et illud Roma. 11. Quã
18 incomprehensibilia sunt iudicia eius apud rationẽ, & cogitationem infirmitatis humanæ quàm tamen rationabilia sint, diuinam consideranti dispensationem, & ordinationem, patet tam historiarum exemplis, quàm ratione, & auctoritate.

¶Primo nanq; huius euentus ratio, historia ostenditur, quæ habet. B. 4. 5.

Exemplum. ¶Secundo idem ostenditur quadam historia, q̃ (si bene occurrat) quodammodo in uitaspatrum continetur, de quodam puero seruiente cuidam heremitæ, qui cum ad uillam proximam iuisset, inuenit vnum pessimũ hominem, quem usura cum multis uicijs, apud seculum notatum fecerat, mortuum cum episcopo ciuitatis, & omni plebe ad sepulturam portare, quod cũ uidisset, incepit esse melãcolicus, quòd Deus permisit tam malum hominem tam pulchrum habere finem. Expedito uero negocio, pro quo ad uillã uenerat, cũ ad desertum rediret, inuenit magistrum suum à leone deuoratum, qui ergo prius erat melancolicus de Dei permissione, seu iudicio, tunc erat quasi totus insanus, dicẽs in corde suo, quòd ille malus, qui postquàm sciuit peccare, nũquàm Deo placuit, pulchrũ habuit finem, & magistrũ meum, qui postquàm sciuit peccare, nũquàm pro posse suo displicuit, sed tot annis fortè quinquaginta, uel amplius Deo deuote seruierit, tam turpem habuit finem, ergo (inquit) mirabilis, est dominus Deus. Cui angelus à Deo missus, per rationem ostendit, ꝙ de prædicto Dei iudicio mirari non debuit, quia erga vtrũque iustitiam, & iustum exercuit, iudicium. Ratio nanque exigit, ꝙ à iusto indice, nullum bonum sit irrenumeratum, uel malum impunitum. Cũ ergo prædictus (inquit) malus nõ ita malus fuit, quin aliqua bona quandoq; fecerit, sicut nec quicunque alius malus, scilicet, orando, uel ieiunando, uel eleemosynas dando, quæ tamen bona tam parua sunt, respectu malorũ, quæ faciunt, ꝙ in uita æterna non sunt remuneratione digna, oportet, ꝙ Deus tales remuneret in uita ista. Et hac ratione, Deo ordinante, prædictus malus uitam habuit apud mundum prosperam, & finem ac sepulturam honorificã: Hac insuper ratione uia impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui præuaricantur, & inique agunt. Hiere. 12. Quibus iterũ in morte pro bonis operibus mercedem petentibus respondebitur. Amen dico uobis, quia recepistis mercedem uestram. Matth. 6. Magister (inquit) tuus aliqua peccata commisit uenialia, pro quibus purgãdis, Deo misericorditer pro eo iudicãte, hic duram peregit uitam, & turpem sustinuit mortẽ, sicut Abdo propheta. (3. Reg. 13.) ne malum esset impunitum, uel in alio seculo grauius punitum: Et hac ratione adhuc (teste beato Grego.) bonos hic per afflictionem iudicat, & illic per miserationẽ remunerat, sicut patet. T. 5. 29. Ille videlicet iustus iudex, qui omnia peccata hominum in tribulatione dimittit.

¶Tertio idem ostenditur quadam historia contenta, quasi per istũ modũ ĩ chronicis Imperatorũ, de Mauricio Imperatore, q imperauit tpe Gregorij Papę, q eius filiũ de fonte baptismi leuauerat, huic vna nocte ꝑ uisionem 19 Exemplum.

nem videbatur, ꝙ coram Deo ducebatur recepturus iudicium, prout meruerat. Hic ergo cum in multis accusaretur a dæmonibus, quibus sufficiēter respondere nesciuit, Deus (vt ei videbatur) ab eo quęsiuit, vtrum mallet in hoc seculo pro peccatis suis, puniri, & purgari, aut in alio seculo futuro, qui misericorditer petiuit, ꝙ hic puniri posset, quod cum elegisset, Deus loquens apparitoribus, qui eum adduxerāt, ait, Tradatis eum, & Constantiam vxorem eius, & filios eius Focæ militi. Qui euigilans quæsiuit a principe militum, si nouit aliquem militem, qui tali nomine vocaretur, qui dixit, ꝙ sic pauperē, sed strenuum in armis. Accidit, postquàm miles ille fuit stipendiarius in quodam bello, contra prædictum Imperatorem, in quo victo Imperatore, ipsum in tantum persequebatur, ꝙ illum cum vxore, & liberis occidit. Ex quo per propriam electionem, & diuinam ordinationem fuit ei traditus ad purgandum, & ipse nihil aliud circa eū egerit, nisi quòd turpi morte & dura eum occidit. Patet ergo, quòd turpis mors quandoque est ad morientium purgationem.

20 ¶Quarto idem ostenditur per hoc ꝙ
Exēplū. Iudæi dicunt, ꝙ in tabulis, & memorialibus eorum scribitur, ꝙ hac de causa Dauid moriturus iussit ꝙ Salomon occideret Ioab filium sororis suæ, & principem militiæ suæ. (3. Reg. 2.) quia cum propheta esset, & Ioab, quem dilexit, culpabilem sciret, maluit, ꝙ hic turpi morte, quam alibi longa pęna puniretur. Ex prædictis patet (quod ad Dei pertinet iustitiam) ꝙ mali hic prosperitatem, & pulchram habeant sepulturam; & ꝙ boni quandoque vtroque careant, quia (teste Christo Luc. 16.) Diues receperat bona in vita sua, & Lazarus similiter mala. Sed in alia vita econuerso accidit. Et (teste decreto) qui hic puniuntur, alibi non punientur. 23. q. 5. quid ergo. per totum. Item Dei iudicio aduersa bonis eueniunt, vt humilientur, & purgentur, & mereantur.

6. q. 1. Oues. §. ipsa. Et econuerso mali Exēplū.
hic premiantur, sicut seruus, qui omni die accipit laboris stipendium, cui in fine anni nulla mercedis spes superest.

¶Ex quibus omnibus ante mentis oculos deductis, manifeste apparet, ꝙ tam sustinentes, quàm illorum amici infortunia huius mundi, & turpē mortem eis indictam patiēter sustinere deberent, siue eam ex causis eis impositis meruerint, siue non, dicentes illud. (Psal. 108.) Iudicia tua adiuuabunt me, (quia si eam meruerūt) ad magnam illorum est purgationem, vt patiēter pęnam tollerent pro culpa nequiter perpetrata, pro qua necesse est eos hic, vel alibi, pati, cum quibus Deus misericorditer agit, quando eos de magno statu honoris, & diuitiarum, ad magnam miseriam deducit carceris, & paupertatis, & vilem mortem, non solum, quia his purgantur, sed quia impotentes facti, ad restituendum aliena, quę prius iniuste occupauerunt, facilius habebunt velle restituere, si possent (in quo velle saluari poterunt) quàm restitutionis factum, si restituere possent, quia non ita cordi adhærent bona non habita, sicut adhærent possessa. Qui ergo pro velle in paupertate saluatur, pro nolle in diuitijs damnaretur. Ex quo patet, ꝙ Deus misericorditer cum tali agit, auferendo ei posse, & dando velle. Si vero culpam impositam, pro qua & morti iudicatur, non fecerat, mortem tamē patienter toleret, quia & alijs de causis forte talem meruit mortem, sicut patet, D. 1. 2. 21

¶Si vero nec illam turpem mortem, 22
nec in speciali, nec in generali meruit, sicut nec Christus, & alijs martyres, qui pro veritate moriebantur, patienter toleranda est, non solum prædictorum, sed etiam Socratis exemplo. De quo Exēplū.
historiæ continent, ꝙ veneno interijt, quia dixit, ꝙ libētius adoraret canem, quam plures Deos, quia sunt idola vana, & factura hominum, quo moriēte, cum uxorem fleret conspiceret, causam

flectus

fletus sui quæsiuit, quæ respondit, quia innocens sine causa morti adiudicaris. Cui ille, hoc non est fletus causa, sed si mortem meruissem, causa flendi subesset. Voluit enim dicere, quòd non turpis mors quæ ad uitam ducit, sed turpis mortis causa flenda sit, quia quantumcunque mors sit turpis, quam uita bona præcessit, parum est curandum, quia (teste sacra scriptura) iustus si præoccupatus fuerit morte, in refrigerio erit. Sapien. 4. Cuius causa, & ratio patet, infra eodem cap. 89. Et teste beato Augustino de ciuitate Dei. libro primo. cap. 6. Non est curandum, qua morte moriatur, sed quo post mortem ire cogatur, quia non potest male mori, qui bene uixit. Et ponit exemplum de pluribus bonis, qui mirabili morte moriebantur. In omnibus ergo prædictis patet, ꝙ rectum iudicium tuum, in Psal. 118. Et oĩa iudicia tua iusta sunt. Thob. 4. Nota supra eod. c. 11.

Artic. 4. ¶ Præcedentis uero articuli principium, docet nos esse de morte certos, finis uero nos admonet, ad illum suscipiendum, semper esse paratos, quia modum, locum, & tem-
23 pus eius ignoramus, & sic parati, cum uenerit, sustineamus illam patienter, & quasi semper illam expectantes, hoc scientes, quòd non paratis licet certa sit, sicut paratis, tamen semper timenda est, quia periculosa propter causam tactam. M. 9. 36. Paratis uero, & si certa sit, (iuxta illud Psal. 78. Quis est homo, qui uiuit & non uidebit mortem?) non tamen est periculosa? Prima uero (id est) illi, qui de ea certi sunt, non tamen, sicut de illa certi, uiuunt, quia nec plus se ad mortem parant, quàm si nunquàm essent morituri, in maxima detinentur stultitia, quia de certissima regula, & mensurà, qua si incerti & increduli uidentur. Pro quo est aduertendum, quòd sicut in rebus dubijs, quæ ponderan-

Exẽplũ. tur, numerantur, & mensurantur, per aliquod certum pondus, numerum, uel mensuram certificamur. Ita in omnibus rebus quæ finem habent, & incertitudinem, per mortem, quę est certissima in se, certificamur.

¶ Sicut iterum illi, qui per certam mensuram de re prius incerta, ad oculum certificati, stulti sunt, si sensu negauerint certitudinem, quam uident, incertitudinem reputantes. Ita in proposito. Circa quod ostendendum primo ostendere restat, quomodo mors de omnibus terrenis nos certificat. Secundo, quomodo stultissimi sunt, qui certitudinem illam moribus peruersis, & uita mala negant. Exemplum.

¶ Ratione primi est sciendum, quòd regula, & mensurandi ratio congruè morti attribuitur, quia regula & mensura debent esse certiores rebus regulandis, vel mensurandis, quia certitudinem in alijs facere debent, & omne propter quod & illud magis. Ita mors inter omnia, nobis in futuro contingentia est certissima, & omnibus alijs certior, quia si dicatur de aliquo nunc nato, longęuus erit, diues erit, honoratus, uel fortis, uel pulcher, uel delicatus, uel bonus clericus, uel miles, uel sapiens, uel stultus erit, uel quodcunque simile, dubium est, & incertum. Si uero dicatur, mortuus erit, certissimum est. Ergo ratio mensuræ ei maxime conuenit, cum qua omnia bona naturæ, & fortunæ, quæ in se incerta sunt, mensuranda sunt, ad hoc, quòd sciatur quid, qualia, uel quanta sint. Ad hoc ergo quod sciamus prædictorum bonorum certitudinem, & conditionem, accipiamus regulam, & mensuram mortis, probatam, & expertam, non nostræ mortis (quæ adhuc in opere probata, & experta non est, & ideo de modo, loco, & tempore, & sequela, seu euentu post mortem, magnam habet incertitudinem,) sed mortis aliorum, quæ iam probata, & opere osten- 24 Exẽplũ.

sa est, & de omnibus prædictis habet certitudinem, in qua mensura, si ponātur, uel ad quam regulam, si applicentur, omnia bona naturæ, uel fortunæ, & omnes illæ personæ quæ enumerātur. G.2.41. cum diuitijs, delicijs, & honoribus suis. quæ male acquisierūt, uel expenderunt, & illa mensurentur, inuenietur, quòd nihil, uel peius, quàm nihil sunt, exceptis his, quæ meruerunt, uel demeruerunt, pro quibus eis gloria de residuo superest, uel pœna.

25 ¶ Ideo autem hæc mensura ea ostendit nihil esse, quia dormierunt somnum suum scilicet mortis, & nihil inuenerunt, in Psal.73. Et hoc ad oculū quilibet videre pōt, si diligenter in corde scrutetur, & q̄rat illud Iob 14. homo cum mortuus fuerit, & nudatus, atque cōsumptus, vbi quæso est, quantum ad bona naturæ scilicet fortitudinem, pulchritudinem, & huiusmodi, uel bona fortunę, diuitias. Respicite illos, qui hac mensura mensurati sunt (id est) mortuos, & uidete, si aliquid amplius de p̄dictis habet diues à paupere, delicatus à non delicato, senex à puero, & certissime inuenietis, quòd nihil, quod per hoc patet, de quo dicitur Luc.16. Mortuus est diues, & sepultus in inferno, nihil de omnibus prædictis bonis inuenit, qui nec guttam aque de omnib⁹ bonis suis habere potuit. Ideo vero dicuntur peius esse, quàm nihil, quia effectus peior est, q̄a dicuntur peius esse, quàm nihil, quia quod simpliciter nihil est, non ducit ad pœnam, quod ipsa faciunt, quia in malitia sua expellitur impius, sperat autem iustus in morte sua. Prouerb.14.

26 ¶ Circa uero ostensionem secundi (id est) quomodo stultissimi sunt, qui de omnibus prædictis bonis tam corporis, quàm rerum corporalium, per mensuram, & regulam mortis certificati, illam certitudinem male viuendo negant, aduertere oportet, quòd illi, qui sic viuunt, ac si de morte certificati non essent, sed semp euadere possent, sunt similes ligato ad arborem, cui, uel circa quem cautissimus sagittarius, multas iaceret sagittas, multos circa eum, & prope eum occidendo, aliquos supra ipsum, aliquos iuxta, aliquos sub ipso, & ille miser sic ligatus, quòd euadere non potest, comedit, & bibit, & ducit lætos & malos dies, quasi nulla sagitta, illum ferire posset, quis talem non diceret insanum, quia si sapiens esset, cogitaret, quomodo euadere posset, uel si euadere non posset, & speraret, quomodo mortē securius expectare posset, & ad Deum iugiter clamare. Sic illi amentes dicendi sunt, qui uident cautissimum sagittarium Deum, qui arcum suum tetendit, & parauit uasa mortis, in Psal.7. De arcu nunc sagittam mortis mittit ad illos, qui supra nos sunt (id est) ad patres, matres, & seniores. Nunc aliam mittit ad illos, qui iuxta nos sunt, qui scilicet ęqualis nobis sunt ętatis. Nunc vero ualde prope nos sagittā mittit quando fratres nostros, uel proximos occidit parentes. Nunc à dextris amicos, nunc à sinistris inimicos. Nunc subtus iuniores occidendo. Si ergo inter tot mortis sagittas, talem uitā malam duxerimus, ac si semper euadere possemus, quis nos non diceret similes phreneticis, q̄a si sapiētes essemus, semper certi & parati vnam de sagittis illis expectaremus, dicentes. Iam lętus moriar. Gen.46. Exēplū.

¶ Ad hoc uero, quòd contra mortis sagittas, semper parati simus, nos inducere deberet, districta morientiū examinatio, quam bene parati euadunt, sicut scholaris, qui bene scit lectionem suam, & in qua non bene parati deficiunt, & male tractantur. Artic.6. 27 Exemplum.

¶ Pro quo est sciendum, quòd sicut latrones insidiantur transeuntibus in passu maxime periculoso, & contra eos ibi insurgunt, ipsosque, & omnia, quæ portant, scrutantur. Sicut Exemplum.

etiam

etiam princeps, & cautus bellator in passu arcto, per quem eos, quos capere vult, necesse est transire, armatos ponit, illis in passu illo cum tota potentia occurrit, sciens quòd si passum illum euaserint, eos capere non poterit, ideo ibi mactat, & capit, quos capere uel occidere potest. Sic dęmones primo more latronum, morięntes in periculosissimo (id est) in mortis inuadunt passu, omnia, quæ circa eos sunt, diligentes scrutantes dicentes illud Gen. 16. Vnde venis, aut quo uadis, & cuius sunt hæc, quæ sequeris. Vnde venis, de ecclesia Dei, uel ecclesia malignantium, de Christi seruitio, aut diaboli: scrutabunt, ut inde sciamus, quo uadis, ad cœlum, ut stipendium recipias à Deo, cui seruisti, aut ad infernum, ut mercedem recipias à diabolo, cui seruisti, dum potuisti. Et cuius sunt hæc, quæ sequeris (id est) opera tua, quæ prius operabaris, Dei, aut nostra. Et bene dicit, sequeris, quia tunc sequetur homo opera, quæ prius præmisit, licet enim opera illorũ quãdoque sequantur illos. Apocal. 14. quia post illorum obitum, ab amicis illorum pro eis fiunt, tamen melius est in bonis, quòd ipse moriens sequatur opera bona, quàm econuerso. De tali consimili quæstione habetur. 1.
18 Reg. 30. Quis es tu? & vnde? & quo pergis? quæ quidem interrogatio ad bonos angelos ad morientes missos, Exemplum. uel ad malos ad eos uenientes, referri potest. Quia sicut bello existente inter duos dominos, in passu medio, inter illorum dominia, ponuntur exploratores, ad explorandum, & scrutandum transeuntes, qui sint, & vnde sint, & quo uadant, & qui portant, literas uidelicet amicorum, uel inimicorum, ad amicos, uel inimicos. Ita in mortis transitu ueniunt tam angeli boni, quàm mali ad scrutandum transeuntes, quis sit prælatus, uel mercenarius. Rex, uel tyrannus, sacerdos Dei, uel belis, miles, uel raptor, & sic de aliis, qualis (id est) cuius sit in anima imago, & superscriptio, Dei, an cęsaris, an pecuniæ, cupiditatis, luxuriæ, & seu caterarum uirtutum, uel uiciorum, quia qui tarditus vult dominum terrenum, quàm Deum offendere, imaginem portat Cęsaris, qui ꝑ creatura, uel uicio quocunque Deum operibus negat, plus aliud pro quo contra Dei facit mandatum, quàm Deum diligendo, ipsius portat quasi literas, seu pixidem (id est) imaginem, & similitudinem, sicut patet A. 20. 2. Si ergo de terra, & societate, & seruitute uenerit diaboli, & eius portauerit literas, & similitudinem, non est dubium, quin in carcerem inferni, ut cum ipso, cui seruierunt, uiuant, mittendi sint, quos tunc paratus expectat, quia, secundùm beatum Gregorium, hostis antiquus ad rapiendas peccatorũ animas tempore mortis expectat. Et quos Exemplum uiuentes blandicijs decipit, morientes sęuiendo rapit, & ad hoc circa morientem congregantur, sicut corui circa cadauer, & princeps ille diabolus, 19
de quo dicere potest moriens illud Ioan. 14. Venit in me princeps huius mundi, qui prius sine impedimento blande, & pacifice, peccatorũ, quos in fine capere vult, dominum suum per quascunque delictorum uias intrare permittit; cogitans, quòd sciet, quomodo in fine exibunt per arctum passum, quo cum toto suo exercitu obiurabit, sicut ostensum est E. 8. 10. In quo passu multos per desperationem perdet, sicut patet de illo (de quo scribitur in libro de apibus.) Cui diabolis in mortis passu apparens, & li- Exẽplũ. brum ostendit, in quo scriptum erat, mortificabas animas, quæ non moriuntur, & uiuificabas animas, qui non viuunt, quod cum uideret, & uisum dimittere uellet, ne plus uideret, dixit, quòd etiam glosam legeret, quæ talis erat, quomodo reduces animas de inferno, quæ ibi propter tuum multum exemplum torquentur, quo

audito, & uiso desperatus, obijt. Nec mirum, quia 3. Reg. 22. erit anima tua, pro anima illius. Quod uero dicitur uiuificabas animas, quæ non uiuunt, potest intelligi de his, qui potestate, uel procuratione, uel iuramēto, & purgatione liberāt, & iustificant iniustos. Nota de alijs in isto mortis passu per eandem illius bellatoris, qui circuit, quærens quem deuoret, cautelam deceptos. D.2. per totum. Habendo ergo respectum ad hoc, quòd eos blande per uiam, quam diligunt, uiciorum, dominium suum ingredi sinit, ut eos in mortis passu capiat. De uia illorum potest dici illud Prouerb.14. Est uia, quæ uidetur homini recta, nouissima autem illius ducunt ad mortem. Boni uero tunc contra istum dęmonum insultum, habebunt remedia, q̃ notantur. D.2.15. Per quæ remedia mors, quæ erit malis ad laborem, erit bonis ad quietem, propter quam quietem in sacra scriptura mors bonorū somno cōparatur, seu dormitioni, sicut patet. 3. Regū 3. ubi de Dauid dr̃, quòd dormiuit cūpatrib⁹ suis.

Artic. 6. 30 Mors somno comparatur. ¶ Ad cuius auctoritatis declarationem aduertendum est, quòd mors tam bonorum, quàm malorum somno cōparatur, seu dormitioni, diuersa tamē ratione. Malorum nanque mors somno comparatur pro tanto, quia sicut dormientes, ut communius, in locis dormiunt obscuris, & temporibus tenebrosis, sicut de nocte, iuxta illud, 1. Thessal. 5. Qui dormiunt nocte dormiunt, & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Ita peccatores in tenebris moriuntur culpæ, & ad tenebras tendunt in morte pœnarum, quando per mortem à somno excitantur peccatorum. Pro quo est sciendum, quòd sicut dormiens ponit quandoque vestem inter caput, & lapidem, & superueniens talis, qui non curat illum offendere, & uidens eum profunde dormientem, & quòd non faciliter excitatur, uolensque eum festinanter excitare, extrahi uestem, & permittit caput cadere ad lapidem, & lædi. Ita peccatores in uoluptatibus suis dormientes, & bonis naturæ, & fortunæ innitentes à morte quæ bona illa subtrahit excitantur, dicente, Vsquequo piger dormis? quando consurges è somno tuo? Prouerb. 6. Et anima misera cadens læditur, quia in puncto ad infernum descendit. Iob 21. In qua euigilatione inueniet, quòd prius nimis profundet, & nimis diu dormiuit. Et quòd tota uita sua præcedens fuit, quasi uisio somniantis, quia secundùm beatum Gregorium, sæpe in noctis uisione, nonnulli pauperes se factos diuites ęstimant, deferri sibi honores aspiciuntur, sed repente cum uigilant, inueniunt falsum fuisse, de quo gaudebant, quia dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt. Et tunc inuenient, quòd fuit de eis, sicut de pueris ludentibus, qui non sentiunt se lassos, antequàm de somno excitati fuerint, sed tunc primo sentiunt membra dolentia. Sic isti postquàm in morte excitati fuerint, sentientes dolores inferni, intelligent se prius male fatigates, dicentes illud Sapien. 5 Lassati sumus in uia iniquitatis, & perditionis, sed nimis tarde, quia in æternum sustinebunt illud veh Eccles. 41. Ve uobis uiri impij, qui dereliquistis legem domini altissimi, & si nati fueritis, in maledictione erit pars uestra. Nota, & uide de hac materia. P.6.2. cum sequenti.

Exēplū. Exemplum. Exēplū.

31 ¶ Mors uero bonorum, de qua potest dici illud Ioan. 11. Amicus noster dormit, Et illud Canti. 5. Ego dormio, & cor meum uigilat. Et illud Psal. 4. Dormiam, & requiescam. Et illud Ioan. 11. Si dormit, saluus erit. Et illud 2. Machabęo. 12. Qui cum pietate dormitionē acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Et illud Matth. 9. Non est mortua puella, sed dormit. Dormitioni comparatur, propter tres rationes. Primo,

Dormire.

mo;quia sicut dormiens tripliciter excitatur;uidelicet propria natura, tactu, & clamore. Sic mortuus liberatur proprijs meritis, præcedentibus, & uiuorum eleemosynis, qui cum manũ porrigunt ad eleemosynas dandum, quasi eum tangunt, & trahunt ad excitandũ, & liberandum, & clamore orationis, de sic ergo, dormientibus dicant amici, illud. (Ioan.11.) Eamus, & à somno excitemus eum.

Exẽplũ. ¶Secundo, quia euntes ad lectum dormiendum, uestes deponunt, quas post somnum agiliores, & melius dispositi reinduunt. Sic moriẽtes corpora deponunt, quę in resurrectione melius dispositi, cum dotibus agilitatis, claritatis, subtilitatis, & impassibilitatis reassument, qui uero sic dormit, saluus erit.

Exẽplũ. ¶Tertio, quia sicut, cõmuniter, qui plus laborauit, melius à postmodum dormit, iuxta illud Eccles.5. Dulcis est somnus operanti, siue multũ, siue parum comedat. Sic qui plus laborauerint in his, quæ ad Dei honorẽ, & animarum pertinent salutẽ, melius morientur, & melius post laborem, quiescunt, cum ad mortis quietẽ venerint, quia amodo tam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Apoca.14. de quorum quolibet dici potest, illud Act.7. Obdormiuit in domino: & illud Iob 11. Defossus securus dormies, & non erit, qui te exterreat.

¶De prædictis uero, tã bonis, quàm malis in morte, ut prædictum est dormientibus, potest dici illud Dan. 12. Multi de his (id est) omnes, qui dormierunt in puluere terræ euigilabunt, alij in uitam æternam, alij in opprobrium, &c.

Artic.7. ¶Ex qua auctoritate patet, ꝙ mors, mortis ꝙ euigilatio, erit vtilis bonis, & inutilis malis, cuius ter causa est, quia mors tales erit morientibus, quales inuenit morientes, & sic mors se habet ad morientes, sicut cibus corporalis, uel etiã spiritualis, id est, corpus Christi ad sumentes per rationem ostẽsam

Exẽplũ. E.6.9. quia sicut cibus sanus est utilis sanis. Ita preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius in Psal.115. 32

scilicet sanctis, & preciosis. In quo facto ostenditur. Primo, qđ mors est iustissima iustitiaria, ꝑ quã iustissime remunerãtur boni, & puniũtur mali.

¶Secundo ostenditur, quòd est districtissima ordinatrix. In mundo nanque isto: nonnulli sunt deordinati, quia ipsi peccatores, & abundantes in seculo, aliqui per potentiam, aliqui per falsitatem, aliqui per cautelas præponuntur, & vnus alium, uel alterius locum capit, & occupat, sicut familia in calculo, & rapax, & potens, seu peccator exaltatur, sicut falco super perticam, & simplex, seu fidelis eijcitur, sicut canis, sicut patet de diuite, & Lazaro. Lucæ 16. Sed per mortis ordinationem omnes ordinantur, & in locis ponuntur suis. Et sic patet, quòd illud, quod August. de ciuitate Dei. libro 19. cap.13. dicit de ordine, quòd uidelicet ordo est rerum parium dispariumque, sua cuique loca tribuens dispositio, optime morti conuenit. Exẽplũ.

¶Tertio ostenditur, quòd est districtissima purgatrix, hic nãq;, in mũdi cãpo, granum cum palea permixtũ est, quod quidem per mortem à paleis purgatur, & granum in horreo cœli reponitur, & palea in ignem inferni mittitur: Ego o mors quàm bonum est iudicium tuum: Eccles.41.

¶Quarto patet, quòd est sapientissima doctrix, & magistra. In mundo nanque isto diminutæ sunt ueritates à filijs hominum, tam in opere, quàm in apparentia. In opere, quia multi sunt falsi, in apparentia, quia frequenter ueritas nos latet, nec scimus, qui sunt ueraces, qui falsi, quia multi falsi, sicut poma interius putrida, exterius colorem habent Christianitatis, & ueritatis, sed mors cum uenerit, docebit nos omnẽ ueritatẽ, sicut spũssanctus, quia ipsa ostendet, qualis quisque sit, tam interius, quàm exterius, ergo bonum est iudicium mortis. Exẽplũ.

¶Quinto vtilitas eius in hoc apparet, quod est largissima eleemosynaria, quia multa prius auare collecta, & retenta, large dare facit, sicut patet (1. Mach. 1.) de Alexandro, cui uiuenti nō
Exemplum. sufficiebat mūdus, regnum suum moriens diuidebat.

33 ¶ Sexto idem apparet in hoc, quod est diligentissima stimulatrix tepidorum,
Exemplum. quia sicut vox appropinquās à uiatoribus accidiam fugat. Ita mors uelocius Deum, & ea, quæ ad animæ pertinent, salutem, quærere facit, quia multiplicatę sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt (in Psal. 15.) Illi uidelicet, qui iugiter habent in memoria illud. (Eccles. 14.) Memor esto, quoniā mors non tardabit. Alij autem, qui illius non diligunt memoriam, sunt si-
Exemplum. cut pueri, qui in lusibus feruent, qui nollēt mortē appropinquare: & ideo de eius approximatione turbantur, sicut illi dicentes illud (Psal 54.) Timor mortis conturbat me.

¶Septimo, & vltimo quomodo est vtilis bonis, & inutilis malis, ostenditur in hoc, quòd sicut est porta inferni malis, ita est ianua cœli bonis. Vnde Cyprianus. Mors est ianuam uitę victoria belli, portus maris: Malis uero econuerso accidit. De vtrisq; uero morientibus, potest dici illud Psal. 106. Appropinquauerunt usque ad portas mortis.

¶Sed diuersimodæ, quia beneuiuē-
34 tes lætanter appropinquāt, sicut famelici ad portam, vbi magnum præpara-
Exemplum. tur cōuiuium, pauperes ad portam, ubi datur larga eleemosynarum distributio peregrini ad portā domus propriæ, sicut pater, filius, uel amicus ad portā palacij, in quo scit filium, uel patrem, vel amicum potenter, & gloriose regnare. Sic boni appropinquauerūt vsq; ad portas mortis (in Psal.) per quam itur ad palacium, in quo Christus pater noster, & parētes, & amici nostri cū eo regnāt, quod eis more benignorū, & affabiliū, quod amicis ad eos uenientibus occurrūt. in porta mortis occurrēt, sicut patebit articulo immediate sequēti. Et si qs illorū ī porta pressurā senserit infirmitatis, sicut quandoque ad magna intrantes festa, sentiunt præssuram, uel antequām ad mensam regis accesserit, dure in purgatorio manus suas lauerit, & se totum purgauerit, uel pœnā saltē in spe alleuiat, uel non meminit pressuræ propter gaudium.

¶Qui uero male uixerant, aliter appropinquāt ad portas mortis, quia nec sani, nec infirmi causam habent sperādi, ad magnum in mortis porta intrare conuiuium, quia non sunt ueste induti nuptiali, nec ibi eleemosynarū accipere largitiones, multum sperant, uel affectant, qui plus in terrenis delectantur, plusquām carnalia, quàm spiritualia desiderant, & diligunt. Nec illi de exilio, uel peregrinatione properant, qui hic patriam habent, nec ad patrem Christum, fidenter clamare poterunt, qui ipsum operibus peruersis frequenter patrem esse negauerit. ideo eis nihil magis cōgrue quantum ad uitam, quam ducunt, dicere uel separare conuenitur, quàm illud Isa. 22. Comedamus, & bibebamus cras. n. moriemur, quasi dicerent accipiemus hic solaciū, quod possumus, quia aliud post mortem non speramus.

¶Ex iam dicto articulo, ratio patet articuli sequētis, quia ex quo mors est Artic. 8.
tam vtilis bene uiuentibus, & inutilis malis, patet, quod cogitatio mortis, est bo- 35
nis delectabilis, & malis terribilis, vel saltē rationabiliter esse deberet: Quod vt manifestius appareat, utranq; partē ostendere restat exemplis, historijs, & auctoritatibus.

¶Quod nanque iudicum mortis deberet esse bonis, iocundum, & delectabile. Primo ostenditur rōne spei, quam tunc habebūt de bonis operibus. Qui
enim multa fecit, & sustinuit pro potē- Exēplū.
ti dn̄o, & grato, sperat mercedē, & auxiliū in necessitate. Secundo rōne visio-
nis Dei, uel sanctorū angelorum. Sicut Exēplū.
legitur de S. Nicolao, quod moriens, vidit sanctos angelos ei uenientes, uel ali-

quo-

quorum sanctorum, quos dilexit. Tertio ratione iudicij in se. Et hoc diversis ostenditur exemplis. Quorum primũ est, de his, qui sine culpa ꝓpria incarcerãtur, utpote quia falsò indictati, uel appellati sunt, quia sicut uidemus, ꝙ quando tales sperant habere fidelem iudicem, & patriam, libenter audiunt loqui de die liberationis, & lætantur die illo appropinquãte, quia sperãt de seruitute carceris, & de pœnis, quas ibi sustinent, liberari, & libere ire, quo uoluerint, quia se reos mortis, nõ sentiunt. Ita illi, qui diligenter scrutantes conscientias suas, non inueniunt se esse culpabiles aliquo delicto mortali, nec reos mortis æternæ gaudere deberent de appropinquatione diei liberationis (id est) mortis, sperantes, ꝙ cũ ibi fidelis sit iudex, & patria, ꝙ liberabuntur de miseria carceris huius mũdi, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Et ideo quilibet illorum dicere potest, illud (Psal. 118) Memor fuit iudiciorum tuorum, & consolatus sum.

Exemplum.

36 ¶Secundum exemplum ad idem est de illo, qui habet laceratas uestes, & debiles exterius, sed interius pulchras, & bonas, quia sicut talis non timet, nec erubescit deponere uestem exteriorẽ, & interiorem ostendere, etiam coram multis, ita qui corpus reputant, uestimentum fragile, & debile, habentes interius nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est (id est) animã pulcherrime ornatam, non timẽt corpus deponere, nec erubescunt animã coram Deo, & tota curia cœlesti ostendere, immo cuilibet tali: iuxta illud. Psal. 118. iudicia tua iocunda. Tertio idem ostẽditur historia, de illo, de quo fertur, quòd per totam uitam suam habuit vultum ponderosum, & parum uel nihil risit, hic de morte certificatus, vultum exhilarauit, & ridere incepit, & iocunde loqui, de quo cum circunstantes mirarentur, maxime, quia talia sanus minime ostendit, & ab eo causam quærerent, tantæ lætitiæ, respondit, cum sanus essem, propter miseriam carceris huius mundi, in quo me esse uidebam, à patria mea cœlesti multum elongatum, non sapiebat mihi risus: Nunc autem ideo rideo, quia me cerno patriæ meæ appropinquare. De isto uero, & de omni ei simili pulcherrime prophetatum uidetur. Prouerb. ultimo. Ridebit in die nouissimo.

Exemplum.

Exemplum.

¶Et aduertite, quòd bene uiuentes multas habent rationes, quare non multum timebunt, sed potius gaudebunt, mortis appropinquante termino, quarum una ostensa est. A. 27. 48. Et B. 2. 19. quia uidelicet multa huius mũdi non habeant, uel si habeant, nõ multum ea dilexerunt, nec cor apposuerunt. 37

¶Secunda uero tangitur. C. 7. 19. quatem. uidelicet habent caritant, bene loquentu.

¶Tertia tangitur. D. 2. 15. q̃ est memoria præcedentium operum.

Exemplum.

¶Quarta patet per exemplum illius, qui scit bene dare computum suum, & ideo nõ timet, quando ad computum vocatur.

Exẽplũ.

¶Quinta causa, seu ratio accipitur ex confidentia: quam habent in illum Deum, cui prius seruierunt, sicut patet in vi. Pa. de sancto Hilarione, qui quãdo debuit mori, dixit animæ suæ, egredere audacter, quare times egredi? egredere: nõne 70. annis seruisti Deo? quare ergo times ire ad eum, si tot annis seruisses regi mortali, non timeres ire ad eum? Beatus, qui sic dicere poterit moriturus, & confortare animam suã, & dicere, noli metuere iudicium mortis. Ecclesiast. 41.

¶Sexta ratio accipitur, ex sanctorum uisione, qui bonis morientibus occurrunt ad ipsos uisitandum, confortandum, & ad illos recipiendum: Circa quod duo sunt ostendenda. Primo eñ ostenditur, quòd sancti bonis morientibus apparent. Secundo, quare sani circunstantes illos non uident, sicut morientes. 38

Exẽplũ.

¶Primum ostendit beatus Grego. 4. dia-

Exēplū. dialogorum multis exēplis. Quorum vnum ostendit, ipsum Christum cuidam morienti apparuisse. Scribit nanque de Tarsilla amita sua muliere religiosa, & bona, quòd moriens circunstantibus dixit, recedite, recedite, Christus uenit, quo dicto, spiritum reddidit, post cuius transitum maxima odoris suauitas remanens, ostendit auctorem suauitatis, illuc aduenisse.

39 ¶ Aliud uero exemplum in eodem lib. ostendit, matrem Dei quandoque morientibus occurrere. Scribit nanq; quòd cuidam uirgini nomine Musa, morienti, beata Dei genitrix cùm pulchra apparens uirginum societate, & ab ea quærens, si libenter de illa esse uellet societate, ipsa respondente, quòd sic, adiecit, nihil leue gesseris, sic ut à risu, & iocis abstineas, & tricesima die ueniam, ut te ad societatem nostram accipiam quæ uicesimaquinta die febre corrupta, & tricesima moriens, eandem uidit societatē, post se uenire.

Exēplū. ¶ Ad idem est, quòd inter alia perpetuę uirginis Mariæ miracula fertur, quòd quædam mulier, quæ ad ipsam habuit specialem deuotionem, moriens, vultum multum tristem ostendit per aliquod spacium, post quod exclamauit, dicens, benedicta tu, inter mulieres. Et requisita de huiusmodi tristitiæ & clamoris causa, respondit, ꝙ uidit multitudinem dęmonum domū illam implentem, de qua cum nimis timeret, beata uirgo Maria apparens cum chlamide, omnes fugauit. Nota ad idem. M.3.4.

40 ¶ Et non solū Christus & mater eius, sed angeli, & alij sancti morientibus se ostendunt. Sicut patet primo per hoc, quod scribitur in vi. Pa. de quodā sancto patre, qui moriens, & subito hilaris factus, quærentibus uero tantæ lætitiæ causam, respondit. Nonne uidetis sanctos patriarchas domum istam intrare? Et modico interuallo facto, idē dixit de Prophetis, post paruā uero pausam idem dixit de apostolis. Exēplū. Iterum idem de angelis, postremo idem dicens de Christo expirauit.

¶ Secundo idem patet per hoc, quod scribit beatus Grego. super euangelia. libro primo. Homel. 15. de sancta muliere Romula nomine, ad quā morientem uenerunt duo chori psallentes. Exēplū.

¶ Idem ad idem scribit. 4. dialogorum de paupere paralytico, qui Seruulus dicebatur, qui pauperibus quicquid habere poterat, erogauit, & in dolore agebat gratias, & laudibus diuinis, & lectionibus uacabat, hic moriens assistentibus, ait. Nunquid non auditis, quantæ laudes resonant in cœlo: illis uero laudibus intentus spiritum tradidit. Circunstantes uero, mira fragrantia usque post sepulturam eiusdem repleti fuerant. Exēplū.

¶ Ad idem est, quòd idem scribit in eodem libro de quodam, qui ursinus dicebatur, qui moriens uidit Apostolos ad se uenire, & sępius replicauit, bene uenerint benedicti domini mei, gratias ago. Exemplum.

¶ Idem ad idem scribit ibidem de probo seruo Dei, qui moriēs uidit Iuuenalem, & Eleuterium martyres ad se uenire. Ibidem etiam quidem alius moriens, uidit Ezechielem, & Danielem ad se uenire. Exemplum. Exēplū.

¶ Ex quibus patet, quòd licet omnes sancti sint diligendi, specialis tamen, & quasi singularis deuotio ad aliquem habenda est, iuxta illud. Iob 5. Ad aliquam sanctorum conuertere, quia illi specialiter ad morientes ueniunt. Sicut patet per hoc, quòd legitur in uita beati Marci Euangelistę, de quodam fratre prædicatore moriente in papia, qui vultu & manibus magnam ostendens lætitiam. Circunstantibus causam esse respondit, quia vidit beatum Marcum, ad quem specialem habuerat deuotionē, ad ipsum intrare. 41 Exēplū.

¶ Sancti ergo nunc fatienti sunt amici, quia durum & timidum est patriā ignotā intrare ubi nullū inueniet ami-

amicum. Nota plura morientem confortantia. I.3.15. Omnes vero istę historiæ, cum historia concordant sacræ Scripturæ de Sancto Stephano, qui morti appropinquans (sicut habetur. Act.7.) vidit gloriam Dei, & ait, Ecce video &c. Ex iam dictis patet, ꝙ qui se prius bene viuendo disponit propter omnes rationes prædictas, sperat iustus in morte sua. Prouerb. 14. Ideo Seneca in extrema parte epistolarum suarum epistola.12. hortatur dicens, Formemus animum, tanquam ad extremum ventum sit, quia nemo venientem hilarem mortem recipit, nisi qui se diu ad illam composuit.

42 ¶Quare verò morientes, spiritus videant bonos vel malos, quos sani videre non possunt, ex sententia potest colligi beati Gregorij 4. Dialogorum. Ad cuius mentem plenius intelligendam, oportet cogitare, mortem esse medium punctum, inter hoc seculum, & futurum, & quodammodo finem huius seculi, & principium futuri, sicut diluculum, vel tempus quodcunque signatum, inter noctem præcedentem, & diem sequentem, quando dies in aliquo incipit clarescere, est medium inter diem, & noctem, & finis noctis, & principium diei. In quo quis constitutus, plura videre potest, quàm poterat prius in obscura nocte constitutus, vel quàm alius in nigra nocte adhuc qui detinetur. Ita appropinquans morti, & quasi diem alterius seculi videre incipiens. Quod ideo dies respectu huius seculi nox dicitur, quia sicut de die clare ostenduntur, quæ de nocte absconduntur, sicut tunc manifesta erunt abscondita cordium, quia nunc latent multæ res illius seculi, & spirituum apparitiones, & visiones videre incipit, qui prius in obscura nocte (id est) multum elongatus a die illo, uidere non poterat, sicut nec alij, qui eum circunstant, videre possunt, quia a die illo adhuc elongati sunt, qui illi incipit clarescere morienti, & sic dies diei eructat verbum, in Psal.18. id est dies alterius seculi ostendit scientiam diei morienti, de quo die habetur. Ecclesiast. 7. quòd melior est dies mortis, die natiuitatis. Nota. P.3.20.

Exēplū.

¶Nec mirum, quia sicut nauta reputat meliorem diem, quo portum capit optatum, quàm quo nauigare incipit. Et dux diem quo victoriam accipit. Et agricola diem, quo fructus colligit vberes. Ita sacra Scriptura meliorem bonis reputat diem mortis. In quo lætantur, quasi capta preda. In quo lætantur quasi messores in messe. In quo venientes venient cum exultatione, portantes manipulos suos. In cuius signum refert Solinus, quòd in quadam patria gentilium, quando infans nascitur, amici lachrymantur, & quando moritur, lætantur, & festa faciunt. A multo fortiori talis esse deberet Christianus, qui transiet de morte ad vitam. Ioā.5. Si tamen pedes habet, amoris erga Deum, & proximum. Amor nanque pro tanto pedibus comparatur, & ponderibus in arboribus, quia sicut pedes ad certum locum, quo corpus ire afficitur, portant, & pondus ad partem, cui inclinat, arborem trahit cadentem. Ita amor ad patrem, seu iocum, quem diligit, & dilexit, portat, & trahit morientem, & in illo ipsum reponit, iuxta illud. Ecclesiast. 11. Si ceciderit lignum ad austrum (quantum ad saluandos, secundùm glo.) aut ad Aquilonem (quo ad damnandos) in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Argue contra hoc per legem. B.7.20. & responde. Patet ergo, quòd illi, qui de morte transeunt ad vitam, congrue transitus causam assignat, dicentes, Translati sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres, Ioan. in canonica sua in epistola. 1, capitu. 3. Et quòd sine hoc non est 43

Exemplum. Exemplum. Exemplum. Exēplū. Exēplū.

est transitus de morte ad uitam, patet per hoc, quod sequitur, qui non diligit, manet in morte.

¶Sed (heu) referendo dictum ad prædictum verbum Solini, non inueni tantam fidem in Israel, quantam videlicet in talibus gentilibus, vel

Exẽplũ. etiam quantam in Alexandro Magno de quo refert Trogus Pompeius, quòd post bella festis se dans in Babylone à suis intoxicatur, & per quatuor dies ante mortem fletu militum suorum, se moriturum præsentiens, in vultu in nullo tristior, sed quasi hilarior eos cõsolabatur, & manu osculando tradidit spiritum. Et sicut nec ab hoste, ita nec à morte vinci potuit, quantum scilicet ad animum. Quanto magis Christianus animum in morte inuincibilẽ habere debet. Cui mors vltra non dominabitur. Rom. 6.

44 ¶Ostensa prima parte huius articuli, ꝙ videlicet mortis cogitatio, vel approximatio deberet esse viuentibus delectabilis, ostendere restat secundã partem, ꝙ videlicet eadem cogitatio, vel approximatio est male viuentibus terribilis. Circa cuius ostensionem procedetur, sicut circa ostensionem primæ partis. Exemplis, historijs, & auctoritatibus.

Exẽplũ. ¶Primo nãque, sicut incarcerati pro furti, homicido, & huiusmodi, quando sciunt, ꝙ fidelem habebunt patriam, & iudicem, & multos, & fortes aduersarios, tristantur, quando cogitant, quòd dies liberationis appropinquat, quia timẽt ire de carcere ad mortem: & mallent in carcere miserabiliter viuere, quàm extra turpiter mori. Ita qui sentiunt se magna fecisse peccata, rapinas, furta, adulteria, vsuras, fornicationes, & huiusmodi, de quibus non satis fecerũt, habẽt tam mortis cogitationem, quàm approximationẽ timendam, quia sciũt, ꝙ habebunt iudicem inflexibilem, quẽ latere nihil potest, & patriam fidelem, quæ errare non poterit (sicut ostensum est. I. 19.) & aduersarios multos, & fortes, sicut patet. I. 11. 16.

¶Ex quo scire potest quilibet talis, quòd de carcere huius seculi, vadit ad mortem interminabilem, & ꝙ ille dies, qui est bonis ad salutẽ, & vitam, est istis ad mortem, & damnationẽ, quia (teste Psal. 108.) Cum iudicatur exeat, condemnatus, sicut patet. D. 2. 7.

¶Secundo idem ostẽditur exemplo. 45
Qui habet exteriorem ornatum, pulchrum, & interiorem turpem, qui etiã habet faciem laruatam, ne in furto suo cognoscatur, prius erubescit vestem suã exteriorem coram multis deponere, & seculo laruam suam. Ita peccatores, qui totaliter corporis intẽdunt honoribus, & delitijs, ipsum ornantes, & pascẽtes, & animam atque eius ornamẽtum interius turpissimum habentes, quibus corpus est quasi larua. Quia sicut larua abscondit faciem latronis, ita corpus abscondit animam peccatoris, erubescunt, & timent in morte coram Deo & tota curia Cęlesti, & etiam dęmonibus vestem deponere corporis, scientes ꝙ larua illa deposita anima latronissa, & peccatrix ostendetur omnibus gentibus, quia ille Deus mentiri non potest, qui hoc ei promittit, dicens. Ostendam gentibus nuditatem tuam. Naum 3. Exẽplũ

¶Tertio idem ostenditur exemplo illius, qui multa bona ab aliquo accepit ad expendendum, in vtilitatibus secundùm voluntatem domini tradentis, si omnia, vel maiorem partẽ male expendat, timet venire ad computum. Sic &c. Qui ergo multa in isto casu daret, prolongatione computi ad terminum vitæ suæ, quare non multa dat, vel restituit pro prolongatione computi Dei, ne in illo deficiat, sed vitam habeat ęternam, & computus damnosus ei nunquam indicetur. Exẽplũ.

¶Quarto idẽ patet historia de quodam, de quo fertur, ꝙ morti appropinquans timuit, quem cum amici confortarent, dicentes, ꝙ gaudere debuit, quia appropinquauit Deo, & patriæ suæ, de exilio, & peregrinatione, & carcere, & ꝙ esset in fine miseriæ suæ, & in principio 46 Exẽplũ.

pio gaudij sui respondit. Si bene vixissem, bene diceretis, quia tunc bene gaudere deberem, propter causas, quas dicitis. Nunc autem, quia male vixi, timeo, iusto iudici appropinquare, timeo etiam, quod gaudium finio, & pœnas incipio, & quòd vado de patria ad carcerem. Ideo timor mortis conturbat me in Psal. de quo timore Chrysosto. dicit Homel 44. Quid est timor mortis? non dolor exeundi de corpore, sed desperatio vitæ post mortẽ. Qui ergo nõ putat se viuere post mortem, ille timet, oĩa enim quæ sunt ante mortẽ, grauiora sunt ipsa morte, q ergo nõ timet, quod grauius est; quõ, qđ leuius est, timeret?

¶Quinto idem apparet, quod videlicet mali in morte timent, quia omnia, quæ dilexerunt, amittunt: sicut patet A. 27. 48. cum sequenti. Idem etiam ostenditur exemplo cuiusdam regis, de quo scribitur, quod cum per medicos esset certificatus de morte, incepit gemere, & dicere, heù me miserum quàm pulcherrima castra, & palatia ciuitatesque, ac cætera, quæ multum dilexi, dimittam, & ad patriam ignotam vadam, vbi nescio, quis in tugurio misero me recipiet. O mors quàm amara est memoria tua. Eccl. 41. Exẽplũ.

47 ¶Sexto timet ex dæmonum occursu, & uisione, quia sicut boni (vt dictũ est) videbunt sanctos ipsos confortantes. Ita mali videbunt dæmones ipsos irridentes, & in disperationem ponentes, quos licet sancti aliquando morientes videant, sicut patet de Christo, de quo dicit beatus Grego. super illo verbo euangelij (Io. 14.) Venit princeps huius mundi: & in me non habet quicquam, quod ipsi etiam morienti in Cruce appropinquauit, vt videret, si aliquid in eo inuenire posset, quod reprehensibile esset. Licet etiam sancti aliquando ante mortem, dum sani sunt, hanc aliqualiter timeant visionem. Tamen ipsis appropinquantibus, sanctis morientibus, eis audacter respondent, atque eos longius fugant, sicut patet de Sancto Martino, de quo in gestis suis legitur, quòd moriens vidit dæmonem versus eum venientem, vel iuxta assistentem, quem secura conscientia confutauit dicens, quid hic stas cruenta bestia? &c. Exẽplũ.

Talis enim non timebit, cum loquetur inimicis suis in porta, in Psal. 126. In vita etiam beati Bernar. legitur, quod cum extremum traheret spiritum, adfuit Sathan, improbis eum accusationibus pulsans, quem humilitate fugauit, dicens, Fateor non sum dignus proprijs meritis regnum obtinere cęlorum, sed Christi Passione, quo dicto recessit. Et sic patet, quod serpens ille antiquus insidiatur, etiam tam calcaneo iustorum, quàm iniustorum, de quo (Gen. 3.) Et tu insidiaberis calcaneo, id est, morti eius, sed tamen vtrobique non succumbunt, licet contra vtrosque contendat, contendit nanque contra bonos tunc specialiter, vt hæreditatem cęlestẽ eos amittere faciat. Sed ipsi, sicut habentes bonam chartam, & fidelem patriã eorũ litem non timent; Mali vero in charta conscientiæ deficientes timent, & succumbunt, & hęreditatem amittunt, quia ad visa, & audita, quæ morientes vident, & audiunt, disperant, sicut patet primo de illo. A. 36 37. Exẽplũ.

¶Idem secundo patet per hoc, quod scribit beatus Gregorius. 4. Dialogorũ, de quodam malo moriente, qui Crisaurius vocabatur, lubricus, & cupidus, qui vt vidit dęmones circa eum venientes, vocauit filium & familiam, petẽdo ab eis auxilium, qui cum eum iuuare non possent, vertebat se ad parietem, illorum volens aspectum fugere, & eos etiam ibi inueniens, anxius & tremens se hinc inde vertendo, ab illis dęmonibus inducias petebat, saltem vsque mane, nec obtinuit, quia statim miser obijt. Nec mirum, quod non obtinuit, quia inducias à iuuentute ei à Deo cõcessas accipere noluit, vt in eis pęnitentiam ageret, & bene viueret, quare ergo illas dæmon ei daret, qui à Deo oblatas accipere noluit. 48 Exemplum.

¶Ad idem est, quod scribitur in vitaspa. de sancto patre, qui vidit (vt ibi scribitur) Exemplum.

ſcribitur) dæmones cuidam malo morienti appropinquare, à quibus moriens, petiuit miſericordiam. Cui illi reſponderunt, nimis tarde clamas, quia
Exēplū. iam tibi Sol obſcuratus eſt. Item in eodem libro habetur, ꝙ Deus cuidam ſancto patri oſtendit finem tam boni hominis, quàm mali; Bonum vero, vt mori vidit, adfuit circa eum (vt videbatur) Dauid cum cithara ſua, & diuerſi Sancti cum diuerſis muſicorum generibus, & anima illa cum magna dulcedine egreſſa eſt. Ad malum vero morientem, vidit dęmones venientes cum vncis ferreis, eius animam cum magno dolore extrahere. Cui dixit Angelus, qui ei oſtendebat, ſic magno cū dolore moriantur mali, qui cum vita omnia amittunt, quæ diligunt.

49 ¶Septimo, mali morientes timendi habent cauſam, quia quandoque antequam anima exeat, vident pęnas, ad quas vadunt, & ſocios, quos in pęnis
Exēplū. habebunt. Sicut patet per hiſtoriam beati Grego. 4 Dialogorum, de duobus ſimul in Roma morientibus, quorum vnus Eumorpheus, alter Stephanus vocabatur, quorum, vterque parum ante mortem, puerū ſuum alteri miſit, dicēs, ꝙ paratus eſſe uenire, quia nauis parata erat ire in Ciciliam. Qui ideo verſus Ciciliam ſe ituros dicebant, quia in illis partibus ignis pluſquā in alijs mundi partibus infernalis ſe oſtendit, oſtendētes ſe per hoc verſus infernum ſimul properare debere, vt qui ſimiles fuerāt in culpa, ſimiles etiam & ſimul eſſent in pęna. Et qui ſimul mortem ſuſtinuerunt corporalem, & temporalem, ſimul ſuſtinerent æternam. De qua, Ioan. in canonica ſua epiſtola prima. cap. vltimo. Eſt peccatum ad mortem, non pro
50 illo dico, vt roget quis. Ergo mali morientes timoris habent materiam, quia inter omnes prædictos dæmonū exercitus, & viſiones terribiles ſoli exibunt, & ad regionem ignotam ſine ductore noto, vel defenſore contra inimicos, vel aduocato. Si enim hæc ſecum habere poſſent, forte minus timerent, ſed quia non habent, non eſt mirabile, ſi multū timeant. Sicut patet de quodam rege, Exēplū.
de quo ſcribitur, ꝙ die mortis certificatus dixit, heu quot præceſſores, & præcurſores habere ſolebam ad parandum mihi hoſpitium, & omnia neceſſaria, antequam ad illud venirem, hodie recedo ſolus ad patriam ignotam, & nullum inuenio, qui velit me præcedere, vel mecum ire. De hoc timore Bern. loquens, ait, O anima mea, quis erit ille pauor, cum ſola ſine cuiuſcunque ſocietate egredieris in regionem incognitam? cum tibi occurrentia cateruatim illa teterrima monſtra videbis, ad cuius fugies auxilium, quando eris ab omnibus bonis, dimiſſa? hæc ille. Quando omnia, & omnes amites, quæ dilexiſti. Non erit tecum vxor, vel adulator more ſolito te confortans. Nec aduocatus cauſam tuam iniuſtam defendēs, nec procurator pro te comparens, & reſpondens. Quia dicit lex canonica, ꝙ in pęna criminali, non per procuratorem, ſed per ſe debet quis reſpondere, ſicut patet in decretali. lib. 1. titu. 38. de procuratoribus. cap. tuę fraternitati. Dicit etiam lex ciuilis, ꝙ in publicis iudicijs fruſtra interuenit procurator, vt ff. de publi. iudi. l. accuſatore. §. ad crimen, id eſt in ff. nouo. lib. 10. titu. 1. Quis ergo miſerum ſic morientem tuebitur? quis occurreret? quis conſolabitur? nullum aliud ei tunc reſtabit ſolacium, nullum aliud canticum, quàm illud. Pſal. 17. Circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me, dolores inferni circundederunt me; præoccupauerunt me laquei mortis.

¶Nono male moriētes timendi habent cauſam, quando morti appropin- 51
quant ex hoc, ꝙ poſt puſillum inuenient, quod nunquam mutabunt. Si enim malum, & pęnam, quam cito inuenient, mutare poſſent, & iterum redire, & vitam corrigere, & mala illa ſemel inuenta vitare, & tolerabile eſſet. Sed quia nō poſſunt, valde videtur terribile illud cogitare. De quo timore beatus

beatus Gregorius moral.lib.9. super illo verbo. Iob.10. Si impius fuero, veh mihi est, & si iustus non leuabo caput, saturatus afflictione, & miseria. Cum (inquit) morituri, de omnibus semper districta iudicia pertimescant, tunc tamen vehementer metuunt, cum ad soluendum humanæ conditionis debitũ venientes, districto iudicio appropinquare se cernunt. Et fit tanto timor acrior, quanto & retributio æterna vicinior. Ante oculos autem cordis nihil tunc inane transuolat, de fantasmate cogitationis, quia subductis e medio omnibus, se & illum tantummodo considerant, cui appropinquãt. Neque enim tunc cuiuslibet anima immerito timet, quando post pusillum inueniet, ꝙ in æternum mutari non possit. Quis nostrum præcedentium patrum vitam, vel superare possit, vel assequi? & tamen Dauid, dicit, Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens. Et iterum, A iudicijs enim tuis timui. Et Paulus cum diceret. Nihil mihi conscius sum, adiecit, sed non in hoc iustificatus sum. Iacobus dicit 3.cap. Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis, multis enim offendimus omnes. Ideo dicitur. 1.Ioan.1. si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Sed si confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus, vt remittat nobis peccata nostra &c. Quid ergo facient tabulæ si tremunt columnę, aut quomodo virgulta immutabilia stabunt, si huius pauoris turbine etiam cedri quatiuntur? Solutione enim carnis appropinquante nonnunquam terrore vindictæ, etiam iusti anima turbatur.

52 ¶Iste vero timor de vindicta, seu pęna sequenti, vel de salutis incertitudine in Christo, vel alijs perfectissimis viris, quibus certa de salute reuelatio facta est, fuisse non est credendus. Sed timor, & horror ille, quem Christus dę morte habuit, quando dixit, Pater si possibile est, transeat à me calix iste. Et tristis est anima mea vsque ad mortem. Matth.26. ad naturam sensibilitatis, & non ad naturam rationalitatis referendus est. Ex natura nanque rationali illam mortem sustinere voluit, & horã, & modum moriendi elegit, sed ex natura fragilitatis abhorruit.

¶Cuius horroris causa est, non solum in Christo, sed in omni homine, naturæ humanæ contrarietas, in morte inuenta. Pro quo est aduertendum, quòd omnis natura de mundo abhorret, & suum fugit contrarium, ex quodam naturali instinctu, sicut agnus lupum, & gallus vulpem. Cum ergo mors contra naturam nostram sit, quæ immortalis in sua creatione facta fuit, pro tanto quod viuere potuisset, si voluisset, non est mirabile, ꝙ naturali instinctu mortem timet, tanquam suum contrarium, & destructiuum. Sicut etiã naturaliter plus timet homo esse solus in tenebris, quàm lumine, quia etiam tenebrę cõtra naturam nostram in sua creatione sunt, quia homo factus fuit, vt semper in lumine vixisset corporaliter, corporalibusque tenebris caruisset, si se à tenebris spiritualibus custodisset. Sicut ergo Deus hominem, qui omnino mori uoluit, spiritualiter contra naturam rationalem, seipsum spiritualiter occidendo, permisit miserabiliter mori, quo ad corpus in natura corporali mortem inuitè sustinendo. Sic illi, qui uoluntarie lumen interius extinxit gratiæ, exterius addidit luminis carentiam. Et ob hanc causam quiscunque naturali instinctu, sicut in tenebris esse abhorret. Ita mortem timet, & abhorret, quantuncunque tam perfectus sit in vita, ꝙ dicere possit cũ Paulo, mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Philip.1. Exẽplũ.

¶Nec mirum, quòd de seipso vel de quocunque alio iusto dixit, ꝙ fuit lucrum mori, atque delectabile, quia mors illos de carcere huius mundi, de quo liberari petunt, in Psal.141. dicentes, Artic.9.

53 tes, Educ de custodia, vel de carcere (secundùm aliam literam, animam meam) liberat, & educit, & de omni angustia, & tribulatione, de quibus iterum, in Psal. 119. & 114. petunt liberari, dicentes, Domine libera animã meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa, in tantum saluat & liberat, ꝙ de omni tali mortuo, potest dici illud. Prouerb. 11. Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo. In qua auctoritate tria de omni iusto moriente, ostenduntur. Primo virtus, per quam meruit iustus scilicet à iustitia liberari. Secundo, locus, à quo exijt de angustia. Tertio, est certus de statu, ad quem transijt, quia liberatus est.

¶Quantum ad primum est aduertẽdum, ꝙ tam prædicta auctoritas, quàm eiusdem diuisio, congruum obseruat ordinem, quæ prius uirtutem ponit, per quam vitam rexit, & secundo mortem, qualiter scilicet de mundo perrexit. Quia sicut in canonizatione sanctorum (secundum iura) primum debet fieri inquisitio de vita, & postea de morte, & de miraculis, qualiter videlicet, & ob quam causam mortuus sit, ut sicut per antecedens cognoscitur consequens (sicut patet in decretalibus. lib. 2. tit. 20. capit. de testibus. cap. venerabili.) Ita per statum vitæ cognoscatur, & concludatur de mortis, & miraculorum veritate. Quia si est antecedens, necesse est consequens esse, quia vnum aliud includit. Ita si vita sit bona, necesse est mortem esse bonã, quia vnum aliud necessario inducit. Ad hoc ergo, ꝙ certu sciamus, ꝙ mors cuiuscunque sit bona, vtpote eiusdem de miseria liberatio, præmittit vitam illius esse bonam, & virtuosam, dicẽs. Iustus per virtutem suę iustitię, de qua dictum est. I. 13. per totum.

54 ¶Ratione secundi est aduertendum, ꝙ animæ mediocriter bonorum, qui non sunt ita perfectæ purgati, vel sanctificati, ꝙ stati in morte ad cęlum uolant, vel ita male, ꝙ statim ad inferna descendant, habent triplicem carcerẽ. s. mundialis, falsitatis, corporalis, corruptibilitatis, & purgatoriæ pęnalitatis, quorum duo sunt ante mortem, & tertius est post mortẽ, quibus anima misera vallata dicere potest illud. Dan. 13. Angustiæ mihi sunt vndique, & illud. Psal. 118. Tribulatio & angustia inuenerunt me: De istis nota.

¶Primo quomodo mundus carcer sit, & per quam rationem, patet per exemplum ostensum. G. 1. 27. Quia sicut auis cauta, de caueat, & incarcerata ad patriam suam ire desiderat: ita iustus de cauea, & carcere huius mundi. Exemplum.

¶Secundo, ꝙ corpus animæ iustæ carcer sit, patet pro tanto, quia sicut incarceratus ligatur, & impeditur per carcerem, in quo est à multis operationibus, & motibus congruis conuenientibus, & desideratis, quia (uidelicet) nec potest facere, quod vellet, nec esse ubi esse vellet. Ita anima per corpus à multis operationibus sibi conuenientibus, & desideratis, sicut studij, orationis, vigiliarum, mundicię, diuinæ cõtemplationis, & huiusmodi, impeditur, & retrahitur, qa corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Sapien. 9. Dum propter ipsum corpus, & eius opera, quæ sunt comedere, dormire, ludere, & huiusmodi, anima sua opera continuare non potest. Exemplum.

¶Tertio, quòd ignis purgatorius non carcer animæ, quiscunque sit, sed durissimus, ostenditur exemplo & auctoritate. 55

¶Exemplum ad hoc est de illo languido, & infirmo, & mori desideranti, Cui (ut fertur) Angelus à Deo missus dixit, quòd eligeret, vtrum mallet in languore illo per duos annos viuere, quàm mori, & esse in Purgatorio per duos dies, qui elegit secundum. Cui mortuo, in Purgatorio idem Angelus apparens, ab ipso quasi mentitor reprehenditur. Ait enim promisisti mihi, ꝙ non essem hic nisi per duos dies, & iam videtur mihi, ꝙ ego fui hic per centum annos. Ad quem Angelus, adhuc Exemplum.

hac non transijt vnus dies, ex quo hic fuisti, adhuc corpus tuum est in domo tua, adhuc tibi datur optio, vtrum redire velis, & languorem sustinere duorum annorum, an hic remanere, & pęnam complere duorum dierum. Cui ille, Malo (inquit) redire, & languorē vsque ad diem sustinere iudicij, quàm die alio in hoc loco remanere tormentorum. De quo loco, seu igne, & tormento decretum sumptum ex verbis Augustini in sermone de igne purgatorij dicit, quòd ille ignis, & si æternus non sit miro tamen modo grauior est; superat enim omnem pęnam, quam homo vnquā passus est in hac vita, vel pati posset, sicut patet dist. 25. c. qualis hic ignis. Vide. P. 8. 1.

56 ¶Nec est solum huius carceris aduertenda pęnæ acerbitas, sed insuper multum timenda est eiusdem carceris ineuitabilitas, quia pauci pure ad cęlum auolant, quin in ipso prius non purgantur: Sicut patet tam historia, quàm auctoritate.

Exemplum. ¶Historia hoc ostenditur contenta (vt dicitur) in Sancti Thomæ Cantuariensis. In qua habetur; ꝙ die, quo sanctus prædictus moriebatur, in toto mundo moriebantur tria millia triginta, & tres, de quibus tria millia iuerunt ad infernum, triginta ad purgatorium, tres ad cęlum, scilicet Sanctus Thomas martyr prædictus, & duo alij, quorū unus charo Sācto suo reuelauit illud: Huic ī parte cōcordat auctoritas sancti Pauli dicētis, Vniuscuiusq; opus, quale fuerit ignis probabit. Sed forte dicunt aliqui, uel cogitant, ubicunque erimus, societatē inuenimus. Quibus respondet decretum. 2. q. 1. Multi, in fine dicens, ꝙ nullus debet gaudere de magna societate peccantium, quia non minus ardebit, qui cum multis ardebit. Non obstante, ꝙ prædictus triplex carcer sit triplex funiculus, qui difficile rumpitur. Ecclesiast. 4. Triplici tamen modo, de prædicto triplici carcere animæ iustorum liberantur. De primo namque liberantur voluntate spontanea, vel arctata. De secundo liberantur, naturali morte ab omnibus expectata. De tertio liberantur amicorum gratitudine à Deo approbata.

¶Primum patet, quia non obstante, ꝙ carcer mundi istius multa continet vincula, & laqueos peccatorum: Sicut patet per hoc, ꝙ quidam sanctus pater, in vitaspatrum, vidit mundum plenū laqueis, & per hoc, ꝙ dicitur. Oseæ 4. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra, sed maledictum, & mendacium &c. tamen aliqui spōtanea voluntate se à carcere & vinculis istis (quantum ad animum) se liberant, sicut illi, qui mundum cum concupiscentijs suis, & falsitatibus cōtemnunt & vitam eligant contemplatiuam, dicentes, illud. Luc. 1. Sine timore inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi, in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. 57 Exemplum.

¶Alij vero quasi voluntate coacta (id est) per pęnas & infirmitates ad hoc fugantur, ut carcerem prædictum animo fugiant. Sicut illi elati, superbi, potentes in armis ad malefaciendum, & luxuriosi, qui totaliter dū sani sunt, mundi magnifaciunt honores, & diuitias & delitias, sed dum infirmitatibus, & aduersitatibus percutiuntur, prius amata detestantur, & cęlestia, quæ nunquam, vt debuerunt, dixerunt, amare, & desiderare incipiunt, plangentes, ꝙ ita tarde inceperūt, & dicēres, heù, ꝙ sic decepti fuimus, qa ita dileximus vana & perniciosa, quæ cum hoc ꝙ ea necessario amittimus, nobis etiam timorem incutere deberent pęnarum. Quæ quidem cogitatio, licet vtilior esset prius, dum sani sunt, quia melius esset, quòd tales eis facerent uitam, & cogitationes, dum sani sunt sponte, quales habere vellent in morte, quasi coacti, tamen per ignem iusti liberabuntur, & imperpetuum viuent. Sapien. 5. 58

¶Sed quia nonnulli credunt se corde ab hoc carcere liberatos, vtile videtur 59

tur

tur signum ostendere, per quod cognoscere poterunt, si adhùc in illo corde, & corpore detenti sint, vel corpore tantum. Cuius rei euidentia per annonarum prouidentiam pro mora corporis in carcere, quàm deberent, sollicitantur, signum est, ꝙ nec corde, nec corpore de carcere liberantur. Plus autem quàm deberent, sollicitantur, quando omnia, quæ sine peccato tenere possunt, non restituunt, quando ad locum alterius seculi, in quo manentem habebunt ciuitatem, omnia, quæ possunt, non mittunt, vel potius præmittunt, quando ad locum illum ex toto corde non desiderant ire, quod ex dicto præcedenti frequenter dependet, quia ex hoc, ꝙ ad locum illum multa non præmiserunt, nec illum instaurauerunt, nec ædificauerunt, ad locum illum minus ire desiderant. Quia est de eis in hoc casu, sicut de hominibus, qui habent duo ruralia loca, quorum unum multum diligunt, & in eo pulchra habent ædificia, multaque mobilia, & immobilia, magnamque omnium rerum abundantiam, quæ omnia diu ita ædificauerunt, & collegerunt, cum intentione ibi diu manendi. Aliud vero non diligunt, nec illo ædificauerunt, nec necessaria præmiserunt, nũquàm ad istud secundum ire desiderant ad manendũ, quia ibi nihil sperant inuenire optatũ, nec inuenient, sicut patet. Q.1.3. Sic in proposito, de mundi amatoribus, quorum tota prouidentia est circa terrena, nunquam cupiunt dissolui, & esse cum Christo. (Quorum stultitia ostensa est. A.23.28 & C.2.4. Et G.1 32.64. cum sequentibus.) Tales de carcere huius mũdi, ad illorum salutem non liberabuntur, quia si iustus vir saluatur. 1. Pet. 4. isti quo deuenient? Sapiens uero, quæ prouidentiam præmittit, ad locum illũ sequi desiderat, animæ suæ loquens, & dicens illud. Psal. 114. Conuertere anima mea in requiem tuam. Et ideo talis de carcere huius mundi animam suam liberat, cuius illud. Eccl. 9. Vir sapiens liberauit eam.

Exemplum.

¶Liberauit (inquit) eam, non solum de primo mundi carcere, sed etiam de secundo carcere corporis, de quo boni & iusti liberari cupiunt, sicut auis de cauea, de qua. G.1.27. Et sicut senex, qui (vt scribitur) dicere solebat, plus volo hodie mori, quàm cras, sciens, quia non perdes iustum cum impio. Et (secundùm Cyprianum) sicut nauta de naufragio, vel de periculis, & sicut peregrinus de exilio, & sicut habitator de domo ruinosa. Sic anima de corpore libenter exit, & cum magno desiderio, dicit cum Paulo, O infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Rom. 7. Et illud Philippen. 1. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Et moram in carcere isto plangunt, dicentes, cum Psal. 119. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. De carcere vero corporis liberati (iterum gaudentes) cantant, cum Psal. 123. dicentes, Laqueus contritus est, & nos liberati sumus, qua libertate Christus nos liberauit. Gal. 4. sicut patet per legem. X.1.11. Sicut promisit per prophetã suum dicens, de manu mortis liberabo eos. Oseæ 13.

60 Exẽplũ. Exẽplũ.

61 ¶Quantum ad liberationem de tertio carcere purgatorij sunt tria ostendenda. Primo nanque ostenditur, ꝙ iuuari possunt. Secundo quomodo iuuari, vel liberari poterunt. Tertio ꝙ melius esset, ꝙ seipsos liberarent ante mortem.

¶Ratione primi est aduertẽdũ, ꝙ talis est differẽtia inter incarceratos in inferno. & incarceratos ĩ purgatorio, qualis est inter incarceratos pro homicidio, & alijs crudelitatib9, & inter incarceratos seu detentos ꝓ debitis, seu paruis delictis, quia sicut incarcerati ꝓ homicidio voluntario (secundùm Dei legem) nec redimi, nec liberari poterunt. Alij vero soluto debito, vel cum satisfecerunt læso, liberari poterunt. Sic in proposito in inferno nulla est redemptio, sed de purgatorio, ita ꝙ sunt quasi pro debito detenti (sicut ostensum est. M.10.6.) multis modis per amicorum suffragia libe- Exẽplũ.

tari poterunt, quibus cũ liberati fuerint gratias agentes dicere poterunt illud. Psal. 43. Liberasti nos ex affligentibus
62 nos. Quantũ ad secundũ, modi, & via, quibus liberari poterũt, sunt quinque, quos videre possum⁹ in exẽplo alicuius
Exẽplũ. impotẽntis. Quia sicut videmus, ꝙ homo impotens ad ambulandũ ad aliquẽ locũ sine auxilio quinq; modis iuuari potest, ut citius illuc veniat; Primo nãq; in aliquo vehiculo trahi potest; sicut in curru, & huiusmodi, per animalia, uel hoĩes, qui currum ꝓcedunt. Si uero tali vehiculo careat, ĩ lecto portari poterit. Tertio iuuari poterit per ducatũ à dextris, ꝙ videlicet aliquis à dextris uadat super quẽ innitetur. Quarto modo similiter iuuari poterit à sinistris. Quinto modo iuuari poterit per pulsum, & supportationẽ, & manu tenentiã à tergo porrigẽdo videlicet manũ ad eũ, hi qui ipsum sequunt, ne cadat à tergo. Ita illi, qui in purgatorio sunt, ad transeundum ad cęlum, & passum purgatorij periculosum euadere per quinque iuuari poterunt.

¶Primo per tractum sanctorũ precedentiũ ad cęlũ, ad quos specialẽ, dum vixerunt, habuerunt deuotionẽ, quibus & dicere poterunt, illud Cant. 1. Trahe me post te; qui & libenter hoc facient, quia (sicut supra.e.c.38. cum sequẽtibus ostẽsum est) veniunt ad iuuãdum moriẽtes. Ita uerisimile & credibile est, ꝙ libẽter liberant afflictos in purgatorio, si tñ hoc meruerint apud eos, dũ viuerẽt. Quod pulchre ostẽsũ est. 1. Reg. 14. vbi dicitur, ꝙ liberauit in die illa populus Ionatham, ne moreretur, orãdo scilicet regem Saulem, & hoc quia prius hoc à populo meruerat eis beneficia pręstando. Sic illi, qui nunc merentur apud sanctos ipsorum sequendo mores, & ipsos diligendo, & honorando, qui pro amore sanctorum nunc pauperes liberant à fame, & miseria, eis pro posse dãdo, tunc per sanctos liberabuntur, beatus ergo, qui intelligit super egenum, & pauperem in die mala liberabit eum: in Psal. 40.

¶Secundo portantur à duobus, scilicet, à passione, & redemptione Christi, ex vna parte, & ab operibus proprijs, ꝗ prius fecerunt orando, ieiunando, eleemosynas dando. Sicut nanq; duę alæ auem in altum portant. Ita istæ duæ alę ad cęlum portant, si tamen prius portabantur, quia sicut pennę nõ portant auẽ à terra, nisi prius portarentur ab aue in terra. Ita nec tũc bona opera portabũt, quæ prius non fiebant. Qui ergo tunc in altum portari voluerit, faciat, ꝙ ala bonorũ operum, nõ sit nimis curta, hoc sciẽs ꝙ ala ex parte Dei est satis longa, non tñ in altum portabit sine alia, quia coadiutores Dei sumus, & ipsi duo cõstituti à periculo liberati sunt. Ecclesiastici 46. 63 Exẽplũ. Exẽplũ.

¶Tertio iuuantur per ducatũ a dextris (id est) per indulgentias ecclesiæ, quas (videlicet) acquisiuit, dum vixit, opera pia faciendo, & orando, vel quę dantur post mortem ipsorum, ad excitandum alios ad orandũ pro ipsis, quod est magnę pietatis opus, quia (sicut dicit decretalis. lib. 3. tit. 41. de celebratione missarum c. cum Marthe. in fine) orationes pro mortuis semper vtiles sunt, quia pro valde bonis sunt gratiarum actiones, pro valde malis consolationes viuorum sunt, pro mediocriter bonis expiationes sunt, ut etiam habetur. 13. q. 2. tempus, & ibi per totum. Quarto per ducatũ à sinistris (id est) per orationes bonorũ virorum; propter quas Deus illos liberabit, sicut liberabit Loth; de quo Gen. 19. Recordatus est dominus Abrahæ, & liberauit Loth de subuersione Sodomæ.

¶Quinto iuuantur per amicos, qui post illos remanet, quibus incumbit, quasi eos quodammodo ad Cęlum pellere, quorũ aliqui ad hoc obligãtur ex debito iustitiæ, sicut executores, & alij cum quibus bona sua diuiserunt, vt eos cum illis liberarent, quod si non faciunt, crudelissimi fures sunt, sicut ostensum est. E. 8. 11. Alij ad hoc tenentur per legem gratitudinis, illi videlicet, quibus illi dũ uiuerent ostende- 64

rant amicitiam,& illi, qui eis dum vixerunt, ostenderunt amicitiam, nunc eis ostendant illam, quia nunc apparebit, quis sit verus amicus, & quis fictus, in morte nanque de hoc experimentũ haberi potest, quæ quidẽ amicitia ideo eis citius ostendenda est, quia forte cito liberabunt, & tunc erunt magni in curia Dei, & vicem gratitudinis rependere poterunt, & faciet, quia nihil eos latebit, quod pro eis fit (sicut patet. A. 35. 17.) nec ingrati ibi esse possunt, ergo oportet, ꝙ sint grati gratis. Quibus si nunc grati fuerimus, quinq; prędictis modis creaturarum liberabitur à corruptione. Rom. 8. Quia in bonis iustorum liberabitur ciuitas illa (videlicet) purgatorij. Prouer. 11.

65 ¶Tertio tamen melius, & securius est, ꝙ quilibet dũ viuit, nitatur seipsum de purgatorio liberare satisfactione, restitutione, & pura confessione, quia confitendo, os iustorum liberabit eos. Prouer. 12. Satius eñ est, ꝙ ignem extingat, antequàm intrat, quàm ꝙ in eo sedeat expectando, vsque alij tarde illũ extinguant. Et ꝙ prouisionem ante illum ad locum, quo iturus est, præmittat, ne defectum habeat, antequam ingrati post eum remanentes emittant: Sicut ergo mare sine reditu trãsiturus, non dimitteret pro vxore, & filijs, vel amicis quibuscunque, quin bonã partem de bonis suis portaret secum, vel ante eum præmitteret. Ita moriturus, fac quod dico filij, & teipsum libera. Prouer. 6. Et non sis viuentibus ita largus, quin sis tibiipsi iustus faciendo partem tuam meliorem, quia talis iustitia à morte liberabit. Prouer. 10.

Exemplum.

Exemplum.

¶Nec mors tantum propter hoc est bonis vtilis, & delectabilis, quia eos de prædictis liberat carceribus, mundi, & carnis, sed etiam quia per illam contra omnes miserias, tam spirituales, quàm corporales, & contra omnes defectus, & etiã contra seipsam certissima & ęterna dantur remedia. Per illam nanq; tristitia vestra vertetur in gaudiũ. Ioã. 16. Et per illam trãseuntes dicunt. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, in Psal. 29. quia dirupisti vincula mea: in Psal. 115.

Art. 10.

66

¶Pro quo est aduertendum, ꝙ homo per peccatum, postquam inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Sapien. 2. Primo magnam habuit tristitiæ materiam, ex malis tam interioribus, quàm exterioribus, quę sustinuit, & sustinet. Ex malis interioribus, tã corporalibus, cuiusmodi sunt infirmitates, debilitates, senectutes, fames, sitis, & huiusmodi, quàm spiritualibus, cuiusmodi sunt peccata quotidiana, quæ vitare non possumus, & remorsus conscientiæ, qui illa sequitur. Ex malis & miserijs exterioribus, tam quæ sustinet, cuiusmodi sunt frigiditates, caliditates, & tempestates, & mali rumores, de his quæ nos uel amicos nostros affligunt, vel eis contingunt, ex quibus tedia interiora generantur, quàm quæ in futuro sustinere expectat, tam circa mortẽ, quàm etiã ĩ ipsa morte, quàm etiã post mortem, propter quæ omnia, & specialiter propter illa, quæ circa mortem, & mortis incertitudinem contingunt, si quis sentiret quo tẽdit, & vnde veniret, nunquàm gauderet, sed in omni tempore fleret, dicẽs. Sunt tria vęh quę mestificant me. Hoc est, ꝙ transibo, ꝙ nescio quando, quo ibo. Et illud Pauli, Rom. 9. Tristitia mihi magna est, & dolor cõtinuus, qa iugũ graue super oẽs filios Adam à die exitus de ventre matris eorũ vsq; in diẽ sepulturæ in matrẽ oĩum. Cogitationes eorũ & timor cordis, adinuentio expectationis, & dies finitionis à residẽte sup sedẽ gloriosam vsq; ad humiliatũ in terrã & cinerẽ, ab eo, qui vtitur hyacintho, & portat coronã vsq; ad eum ꝗ operitur lino crudo, furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia, perseuerantia, & contentio, &c. Eccl. 40.

Tristitia.

¶Secundo magnã habet tristitiæ materiã, ex bonis, à quibus p carcerẽ huius mundi, & carnis, & corporalibus vinculis impedit. In tm̃ nanq; corpus, quod corrumpitur, aggrauat aĩam. Sapiẽ. 9. ꝙ 67

sicut

Exemplum. sicut oculus extra locũ suũ positus non videt, nec lingua extra os loquitur, nec membrum aliquod capiti, & corpori nõ coniunctum, suam habet operationẽ, vel perfectionẽ. Ita nec nos per vincula prædicta, quasi extra locum nostrum detenti, & à capite nostro Deo, in gloria quasi separati, & multum elongati, nec perfectam habemus Dei visionem, nec fruitionem, nec perfectè intelligimus, nec volumus, nec operamur ea, quæ Dei sunt, vel ad animarũ ptinent salutem, propter quæ tota die contristatus ingrediebatur: in Psal. 37. Sicut peregrinus in extranea patria, plena bellis & latronibus, contristatus ingreditur, & sollicite cogitat, quomodo securius per ductores, vel stipendiarios cõductos transire poterit. Ita nos necesse est eadem de periculis, & periculi euasione, per stipẽdiarios pauperum cogitare, & de eisdem esse quasi tristes, semper autem gaudentes. 2. Cor. 6.

Exemplum.

68 ¶Semper enim quasi tristes esse debemus propter mala prædicta, quæ sustinemus, & expectamus, & quia à bonis, ad quæ ordinamur, retardamur. Et semper gaudentes; pro tanto, ꝙ mors illam tristitiã conuertet in gaudium, & dirumpet vincula, per quæ à bonis, ad quę creati sumus, retardamur, patre misericordiarum hoc ordinante. Qui (ad modum optimi medici, de mortis veneno fecit tiriacam contra mortis venenum, dum illud crudele iudicium, quod in peccati vindictam indiciũ fuit. Gen. 2. Quacunque die comederis ex eo morte morieris, in sanationẽ conuertit peccati; Et non solum peccati, sed etiam omnium prædictorum malorum, & miseriarum, quæ ex peccato incurrimus, & in destructionem suiipsius. Quia ipsa, bonis de omnibus prædictis (sicut patet inductiue) finem facit, & est suiipsius & timoris, q ex illa accidit sententia, quia p ipsam semel habitã habemus, ꝙ amplius ipsam nõ timeam*, patet ergo ꝙ mors, q̃ olim ab oībus timebat, postquàm vita in ligno mortua fuit (id est) Christus, qui mortẽ conuertit in gaudium, & remediũ contra omnia mala, qui humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortẽ autẽ Crucis, à nullo bono, & bene viuente timeri deberet. Nolite metuere iudicium mortis. Eccl. 41. quia timenti Deum, bene erit in extremis, in die defunctionis suæ benedicet. Eccl. 1.

¶Ex qua auctoritate datur intelligi ratio vndecimi articuli, quia sicut bene viuens nõ debet mortem metuere. Ita nec amici bene morientis deberent de morte sua dolere, sed potius gaudere, propter multas rationes. Art. 11.

¶Primo propter rationem inclusam, & intellectam in illa auctoritate, quæ de omni sic moriente dici põt. 2. Reg. 3. Princeps, & maximus hodie cecidit in Israel, quãtum scilicet ad corpus tantũ, & ideo nõ est de casu dolendum, sed de probitate gaudendum, quia equus in bello cecidit, & inimicos cum probitate euasit, & vicit, & de hostibus suis nobiliter triumphauit. Hoc nãq; in factis videmus bellicis, ꝙ turpe, & vituperabile est, quòd miles de equo suo cadat, equo stante, sed ꝙ equus sub eo occidatur, & cadat, si ipse vincat, & euadat, nõ est ei, nec amicis eius verecundũ, sed aliquãdo iucundum, quia quandoque ei accidit ex sua magna ꝓbitate, & audacia, qua hostes potenter inuadit, & vincit. Sic si anima, quę deberet corpus regere, sicut miles equum peccãdo cadat, verecundum & dolendum est, (sicut patebit infra art. 14.) sed, ꝙ caro moriatur, & sub anima cadat, & anima inimicis qui ei in passu mortis insidiatur, potenter victis euadat, non est verecundum, nec damnosum, sed laudabile, & ad eius probitatem magnam pertinet, ꝙ equo sub eo cadente, ipse potenter vicit, & cum triumpho ad patriam suã redijt, & viuit in patria sua cũ Christo, qui dicit, Qui credit in me, etiã si mortuus fuerit, viuet. Ioan. 11. 69

Exemplum.

¶Illud ergo solatium, quod Christus moriturus discipulis dereliquit, dicẽs; Gauderetis vtique, quia vado ad patrem, deberet cuilibet sufficere Chri-

stiano de transitu chari sui, quia iuit ad patrem.

70 ¶Secundo, quia multa pericula euasit, quia nobis in isto mundi bello quotidie attędiatis & vulneratis, bene mortuus sedet in alto, & certamen nostrum securus respicit, & orando locum pręparat: vincentibus charis, & gratis confortationem derelinquens, quam Christus dereliquit discipulis suis, dicēs. Vado vobis parare locum. Multum ergo videt esse cōtra rōnem bonæ conscientiæ & amicitię, ꝙ aliquis doleat de hoc, ꝙ amicus suus multa euasit pericula & miserias, & de exilio rediȷt ad patriā, & de incertitudine ad certitudinē: immo potius dolendum esset: si huc redire deberet. Quia & illa de causa ſm Hieronymū in epistola ad Tirasium: Christus doluit & lachrymatus fuit in resuscitatione Lazari, quia quodāmodo amicabiliter coact⁹ fuit dolore sororū, ipsum de loco certo & refugio ad locū huius mundi incertum & miserum reducere.

71 ¶Tertio videtur multùm esse contra fidem, & spem, ꝙ quis de bene moriēte multum doleat. Quia, si rex tolleret filium, vel filiā de domo tua: vel etiam charū amicum, & poneret eū in domo sua in magno officio: in quo multa ꝓ amicis suis facere posset: si firmam haberes fidem, ꝙ Rex esset amicus suus, & ꝙ ipse esset potens cum Rege, & multū honoratus, & ditatus, non doleres de hoc ꝙ assumptus esset ad curiam illam, sed gauderes: nec desiderares, ꝙ ad te rediret, sed potius ꝙ ibi remaneret & maxime si in breui esses ad illam curiā ꝓ arduis negocijs expediendis venturus, & sperares, te illum ibi visurum, & illum tibi illic multum proficuum. In hoc nanque casu tecum cogitares & diceres: inueniā amicum meum in curia illa, qui me in negocijs meis multum bene iuuabit, bene mecum egit Deus, qñ illum de domo mea ad illā curiam trāstulit. Recte si bonā & firmā haberemus fidē & spē, sic cogitare deberemus de bene mortuis, qa qñ moritur in statu pęnitētię verę videlicet cōtritionis, cōfessionis satisfactionis, firmissimè credendū est, ꝙ est uel citò erit magnus & potēs in curia regis ęterni. Et certū est, ꝙ nos in breui ꝓ periculosis negocijs, versus illā curiā, recepturi quod meruimus, venturi sumus: & ꝙ magnū locū ibi nobis tenere possunt, & ꝙ eos ibi si boni fuerimus videbimus, & de societate illorū in ęternū gaudebimus: sinceriusq; eos ibi diligemus, & ab illis diligemur, quàm hic fieri posset. Quare ergo dolemus? si eñ de ꝑdictis firmā haberemus fidem, & spem: nō desideraremus illorū vel nobiscū morem, vel ad nos reditū, sed potius de hoc ꝙ ipsi in bono loco sunt, gauderem⁹. Et de hoc, ꝙ nos tñ post illos hic remanemus, dolorē haberemus. Vnde Hieronymus ad Theodorum, In breui es mortuum tuum visurus, quare ergo plangis? non est mortua puella, sed dormit.

Excemplum.

Quarto talis dolor videtur esse multùm cōtra ordinationē Dei. 72 Tales nāq; de Dei dolēt ordinatione & voluntate: licèt eñ aliqui terminū suum ꝓueniāt, malè moriēdo, ꝙ Deus nō ordinauit, q nō vult mortē peccatoris: sed pmisit, dicens. In peccato suo morieť. Ezech. 3. Tamen de multis, & maximè de benè moriētibus, Dei ordinatio & ꝓuidētia impletur, de qua nullus dolere deberet. Contrariū vero facientes, reprehendit Hieronymus in epistola ad Tirasium, dicens. Finaliter si solam Dei considerares voluntatē, & resurrectionem non sperares, tibi sufficere deberet, ꝙ ille qui dedit, suum auferat. Cōsidera seculi inimicitias, & gaudebis mortuū subtractum, Christus fleuit Lazarum, non morientē, sed ad istam vitam resurgentem, tu uero conuerso.

¶Nota hic miraculum de muliere, quę fleuit puerum suum iuxta Melchebron, & habetur in paruo folio in principio libri.

¶Itē sic etiā, cōfortat Seneca amicos suos, in libello de cōtēptu mortis, recitādo seculi inimicitias, seu miserias & mortis breuitatē: & cōmoda, dicēs. Dolor inquit mortis breuis est remed⁹ eme si tecum

secum esse posset, sed necesse est: aut non perueniat: aut citò pertranseat. Et adiungit mortis commoda, dicens. Desinam ægrotare posse: desinam alligari posse: desinam mori posse.

¶Idem etiam libro de senectute: homines de transitu mortis confortat per hoc ꝙ ad mundum tanquàm hospites, cum necessitate citò exeundi venerunt, dicens. Ex vita ista discedo tanquam ex hospitio, non tanquam de domo: commorãdi natura diuersorium nobis dedit: non locum habitandi.

73 ¶Christiani ergo prædictis exemplis informati & auctoritatibus, non deberent de bene morientibus multùm do-

Exẽplũ. lere. In cuius signum Christus, cuius omnis actio nostra est instructio, in euãgelio de mortua puella: legitur eiecisse tibicines: quoddã videlicet genus hominum: qui dolorosis & lachrymosis rhythmis & cãtilenis sup mortuos, populum ad fletũ prouocabant: quemadmodum adhuc faciunt infideles: qui spẽ, ut habere deberent, non habent resurrectionis: vos autem Christiani non contristemini, sicut cęteri qui spem nõ habent. Si enim credimus ꝙ Iesus mortuus est: & resurrexit. Ita & Deus eos, qui dormierunt, adducet cũ eo. 1. Thessal. 4. Vnde Ambrosius. Doleant inquit perfidi: quibus resurrectionis spes non est: sed nos non: quia in breui visuri sumus, quos absentes dolemus: quia mors bonorum secundùm Apostolum, non mors, sed somnus appellatur.

Exẽplũ. ¶De eodem tamen Ambrosio scribitur, ꝙ aliquando mortuos flebat: & discipulis suis causam quærentibus, cùm hoc alijs non prædicaret: respondit, nõ fleo, qa decesserunt, sed quia me pcesserunt. Tantũ enim desideriũ habuit illuc eundi, quò ipsi præcesserunt ꝙ doluit, ꝙ nõ fuit de primis illuc euntibus. Nec mirum, si tantus doctor tam magnum habuit alterius seculi desideriũ: cùm, sicut recitat Augustinus de ciuita-

Exẽplũ. te Dei. li. 1. c. 22. quidam discipulus Platonis, cùm corã Deo legeretur liber de immortalitate aĩę: de muro se pcipitẽ dedit desiderio aliã vitam accelerandi.

¶Horũ ergo patet exemplis, ꝙ sicut dicit Seneca de remedijs fortuitorum, stultus est, qui mortẽ mortalium deflet, nihil enim hoc nouũ aut mirũ est. Idẽ in epistolari suo ad Lucillũ epistola 75. Non affligitur sapiens liberorum amissione, nõ amicorum: eodẽ enim animo fert illorũ mortem, quo suã expectat.

¶Ex prædictis elicitur, & ex sequẽtibus ostẽditur, ꝙ de morte nullius pueri innocentis est multũ dolendũ: quia raptus est, ne malitia mutaret intellectũ eius, aut ne fictio deciperet animã illius. Sapiẽ. 4. Raptus est inquit, à Deo per mortẽ temporalẽ, vel aliã. s. naturalẽ: ne viuendo peior fieret. Sicut patet de illo puero, de quo scribitur in vita Ioan. eleemosynarij. cuius pater prædictũ Ioannẽ precibus & eleemosynis induxit: vt pro se & suis oraret: qui cum citò post in mari submersus fuisset, & patre de hoc melancolico: cõtra prædictũ Ioannẽ reuelatũ fuit, ꝙ pꝑter orationes Ioãnis subtractus fuit: antequã mala faceret, quæ facturus esset, si diu vixisset: vnde & ei pceptũ fuit: ne Ioannem infestaret: sed gratias ei ageret &c. Atti. 12. 74 Exẽplũ.

¶Circa cuius raptum vel transitum tria ostẽdere restabit Primò enim ostẽdetur, ꝙ Deus misericorditer agit cum sic moriẽte. Secundò, ꝙ misericorditer agit cum amicis sic morientis. Tertiò ꝙ non est de morte subtracti multum dolendum: sed potius gaudendum.

Exẽplũ. ¶Primum patet per exẽplum de incipientibus vel volẽtibus de nocte ludere ad taxillos ad lumen candelæ, in quo ludo pecunia amittitur: de amico illorum, hoc vidente: & eos impediente: & lumen illorum extinguente. Talis enim amicus videns illos: vel vnum illorum velle multũ: vel omnia amittere: si lumen ad libitũ haberet: gratiosè cum eis agit lumen illorum extinguendo. Rectè sic agit amicus noster Deus: quandoque cum illis, quos vidit dispositos, ad malè ludendum cum mundo, & cum his quæ in mundo sunt, vel quòd in futuro decipi possent: lumen

vitæ illorum cito extinguẽdo, antequã nonnulla damna incurrant corporalia & spiritualia, & finaliter animam amittant. Inimici vero lumen non extinguit. Sic nec Deus. Et hęc est causa: quare mali sunt longeui. Et quare vita impiorum prosperatur. Hierem.12. Et quare impius multo viuit tempore, &c. Ecclesiast.7.

¶In hac vero subtractione, moriens magnum Dei donum assequitur & beneficium, ꝙ de præsentis vitæ periculis & miserijs, in qualicunque salutis statu euocatur. Vnde de quibusdam pueris, qui cũ parentibus morte preuenti sunt, à beato Augustino diffinitur, ꝙ in hoc eis diuina clementia prouidit, ne diu viuentes, malorum patrum vestigia sequerentur. Iosie etiam regi Iuda ꝓ magno munere à Deo promissum est: ꝙ ipsum citiùs ad patres suos in pace colligeret, antequam videret mala super terram ventura, sicut patet. 4.Reg.22. in fine capituli. Ista ergo de causa flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra. Iob 14. Iste flos, scilicet mundiciæ, &c.

75 ¶Secundum etiã, videlicet, ꝙ misericorditer agit cum amicis sic morientis, patet: vel quia eos temporaliter punit ad modum domini terreni: qui delinquentes contra legem suam, quãdoque in corporibus, quãdoque in rebus suis punit, vel qa eos admonet, vt semper sint ad mortẽ parati, vel quia amorem illorum, & delectationes ad diuersa diuisas, ad se colligere nititur, & in altum ascendere facit: & ideo filiorum & amicorum prescindit ramusculos, sicut ostensum est. A.20.10. Et prophetatum Esa.18. præscindentur ramusculi, &c. & obturat aquam ibidem, & sepit viam: ibidem 12. Et subtrahit inordinatè dilectionem: sicut. D. 9.26. vt ipse totaliter diligatur: sicut patet per confessionem nobilis mulieris Romanæ, Mela-
Exẽplũ. nia nomine: de qua scribit Hieronymus: ꝙ, mortuo marito, antequàm sepeliretur, mors vtriusq; filij eidẽ nunciabatur. Illa verò quasi fortis in bello ait: scio Christe quid quæris, totũ scilicet amorẽ meum: magnã enim partem dedi marito, & magnã filijs: sed ex quo vis totum habere, iustũ est vt totum habeas. Vnde Aug. li. 4 confessionum, de hac materia loquens, occasione cuiusdã iuuenis dilecti ab eo, per mortem subtracti, dicit: Deus vltionum, & fons misericordiarum, miris modis nos ad te conuertis: dilectum enim per mortem attrahendo, quasi vnam ouem per mortis passum ad Cęlum ducit: vt aliorum affectus illic sequatur.

¶Ex his duobus elicitur tertiũ, quia ex quo Deus innocentes subtrahendo, 76
tam misericorditer agit cum morientibus, & cum amicis illorum: patet ꝙ de morte illorum non est multùm dolendum: sed potius gaudendum. Hoc insuper ostenditur, tam exemplis, quàm auctorictatibus.

¶Primò enim exemplis ostẽditur, ꝙ Exẽplũ.
tales irrationabiliter dolent, quod quidem vni sic dolenti congruo ostẽditur exemplo. Fertur nanque ad sic dolentẽ de morte filij vel nepotis quendã venisse: & pulchrum iocale custodiendũ tradidisse, vsq; illud repeteret, qui annuit: post paucos verò dies illud repetijt, & alius sine dolore, vel murmure, seu tristitia retradidit. Cui alius: miror, inquit, multũ de vno: de quo, inquit alius? de hoc, inquit, quod dicam, Deus & ego apud te, quo ad aliquid, eiusdem sumus conditionis: in hoc videlicet ꝙ vterque tibi tradidit pulchrum iocale custodiẽdum, ꝓ tradentis uoluntate, ipse uidelicet gratiosum puerum, & ego cappam. Et, Deo depositum suũ petente, murmuras: & me depositum meum petente, non murmuras: in quo facto tu plus contra rationẽ agis, & ego pro tãto plus miror, pro quãto Deus cum maiori ratione omnia agit tradendo, & depositũ reuocãdo, quàm nos agere sciamus, vel poterimus. Qui, ẽm Hieronymum in epistola cõsolatoria ad Tirasium, nihil abstulit tuum, qui recipere dignatus est suum. Nota etiã hic de muliere iuxta Melchebron supra e. c.72. Creditũ suũ

recipere decuit creatorē & creditorē:& nihil aliud agere decet, quàm gratias agere creatori mutuanti, & dicere cum Iob: Dn̄s dedit, dn̄s abstulit, sicut dn̄o placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum. Iob. 1.

¶Si quis enim murmuraret contra
77 aliquem de hoc, ꝙ de grege proprio,
Exemplum. ouem acciperet: nō haberet prò bono.
Nec Deus habet ꝓ bono, ꝙ murmuratur cōtra eum de hoc, ꝙ ipse quasi ouē propriam accipit, ergo non est murmurandum: sed cum Iob dicendum, sit nomen domini &c.

¶Iterum irrationabiliter, doleret, q de hoc doleret, ꝙ charus suus cito ad portum, veniret. Sic in proposito. Vnde Seneca epistola 71. Si quis in mortē ante primos annos delatus est: non magis conqueri debet: quàm qui citò nauiga-
Exēplū. uit. Exempla ad propositum in sacra continentur Scriptura. Et primo de Abraam. Gen. 22. qui non solum videre filium suum mori sine dolore voluit, ad Dei præceptum & ordinationē: sed ipsum quem summè diligebat, proprijs manibus occidere paratus erat, qui tamen statim ad gaudia non misisset: sicut nunc innocens mortuus in huiusmodi Abrae exēplo: qui filium suum ad Dei voluntatem, proprijs manibus occidisset: nisi aries pro eo immolatus, ipsum à mortis saluasset periculo. Quid dicturus est Christianus, qui filium suum ad cęlum euntem plangit? potius dormientē & requiescentē quàm morientem: quia ille mysticus aries, qui habuit cornua omnipotētiæ, & summæ sapiētię, tanquàm ouis ad occisionē ꝓ eo ductus est, habens cornua crucis in manibus: vbi abscondita est fortitudo eius. Abac. vlti. inter uepres peccatorum suspensus ꝓ Isaac, id est, pro nobis mortē nostram sustinuit: & in tantū nos sua morte à mortis saluauit periculo: quod ipse de seipso perhibet testimonium, dicēs. Omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in æternum. Ioan. 11.

Exēplū. ¶Aliud exemplum habetur ad idem. 2. Reg. 7. de Dauid: qui, mortuo filio, quem multum diligebat, non lugebat: sed petiuit poni panem, & comedit, respondens seruis suis, & dicens: Nunc autem quia mortuus est: quare ieiuno? Nunquid potero eū reuocare amplius? ego vadā magis ad eum: ille verò nō reuertetur ad me.

¶Ex hac ultima auctoritate elicitur Art. 13.
ratio articuli sequentis: ꝙ uidelicet nec de morte bonorū, nec malorū, est multum dolendum: in hoc ꝙ dicit: ille non 78
reuertetur ad me: inanis enim uidetur dolor, qui dolenti nocet: morientē verò nec reuocat, nec ei prodest.

¶Pro quo est sciendum: ꝙ propter quinque: quæ contrarium ostendunt, de morte nullorum est multùm dolendum. Primò ꝓpter morientiū utilitatem: quam ex morte consequuntur. Secundò propter illorum irreuocabilitatem. Tertiò propter Dei uoluntatem. Quartò propter proborum virorū exēplaritatem. Quintò propter Christi ꝓmittentis veritatem.

¶Primum patet ex uerbis Chrysostomi super Ioan. Homel. 61. Non inquit debemus peccatorem mortuum multū lugere: quia abscissa est eius malitia. Nec iustum: quia erutus est de incertitudine. Nec iuuenem: quia citò liberatur. Nec senem: quia satiatus liberatur. Ergo s̄m eundē ibidē, Homel 64. Nolite plorare mortuum: sed plorate raptorem: auarum, & huiusmodi.

¶Secundū patet ꝑ exēplū de li. Bar- Exemplum.
laam, in quo ostendit illorū stultitia, q de re irrecuperabili dolent, ꝑ exēplum de illo, qui habuit auē: quæ eū docuit tres sapiētias, illā cōditione, ꝙ illā auolare ꝑmitteret. Quarū prima videtur, ꝙ nō credat rem incredibilē: qn̄ uidelicet cōtrariū videt ad oculū: licet totus mūdus diceret cōtrariū. Cōtra quā faciūt, qui credunt mūdi gaudium esse bonū, lōgum, & delectabile: nec uerum, quia quotidie uidēt cōtrariū, ꝙ uidelicet illi, q plus cōfidunt in mundi, diuitijs, delitijs, & honoribus, turpius decipiuntur. Ex quo ad oculū patet, ꝙ nō est uerum, nec durabile, sed sophisticū & fallibile.

 ¶Secun-

¶Secunda videtur: ꝙ non nitatur nimis apprehēdere, quod apprehensum, teneri non poterit: quod est cōtra illos, qui mundi diuitias, delitias, vel honores, nimis apprehendere nituntur, quia vel non apprehendunt: vel non diu retinent.

79 ¶Tertia videtur, ꝙ de re irrecuperabili non doleat: quod est cōtra illos qui de rebus perditis, quas recuperare non possunt, doleat: vel de charis mortuis, quos reducere nō possunt, multum dolent: quibus improperari potest: illud Psal. 83. Nunquid mortuis facies mirabilia? cum lachrymis tuis: aut medici suscitabunt, &c.

¶Tertiò non est multum plangendum: ne videamur facere contra Dei voluntatem: quæ est ꝙ nō multū plangamus mortuos: sicut patet Ezech. 24. vbi loquitur prophetæ, & oībus etiā in nomine prophetæ, dicēs. Fili hominis, ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorū, & non planges: nec mortuorum luctum facies. Et locutus sum ad populum manè: & mortua est vxor mea vespere. Nolite ergo lugere mortuos, quia ſm decretum, immoderatus fletus plus accidit ex disperationis pusillanimitates, quàm ex pietate. 13. q. 2. vbicunque. & §. sequenti.

80 Exemplum. ¶Quartò proborum virorum exempla ostendunt, mortuos nō esse lugendos Valerius nanque li. 5. refert, ꝙ Anaxagoras, audita morte filij, respondit. Nihil inexpectatum aut nouū nūcias, ego enim ex me sciebam, eum esse mortalem: sciebam enim & ipsa rerum natura accipiendi spiritum & reddendi legem dari: atque vt neminem mori, qui non vixerit: ita nec viuere aliquē quidem posse, qui non sit moriturus.

Exēplū. ¶Item Zenophon, audita morte filij maioris coronam de capite deposuit: sed audiens ipsum fortiter præliantē, tanquam probum militem, iterū coronam quam deposuerat, reposuit contēstans se maiorē ex virtute filij voluptatem, quàm ex mortuo tristitiā habere. A multo fortiori Christiani de morte nullius deberēt dolere cū Anaxagora: vel saltē de morte proborum cum Zenophonte: nam vtrunque super bona ratione fundatur.

¶Quòd eñ cum primo de morte nullius sit lugendum, super rationem fundatur accōmodati. Nō enim est plangēdū, ꝙ accōmodās accōmodatū repetit. Quòd nec cū secundo de morte ꝓborū militum Christi non est plangendū, super rationē fundatur naturalis gratitudinis. Sicut nanque nullus de hoc lugere debet, ꝙ amicus suus equum suū peiorem perdat: vel opes laceret in seruitio grati & potētis domini, qui ei dabit meliores, nec ille qui si equum perdidit vel facultates lacerauit; debet cū tristitia vel dolore ad talem dominum appropinquare: vt alias opes petat: sed audacter & cōfidenter accedere debet: quia primum esset cōtra naturalē gratitudinem in amico, ꝙ videlicet doleret, ꝙ amicus equum peiorē mutaret ꝓ 81
meliori. Secundum verò ingratitudinē supponeret in domino, propter quam cū timore ad illū accederet? Sic in proposito: nullus lugere debet de hoc ꝙ charus suus diuitias corporis sui, id est, totā fortitudinē suā, & sensus, & ipsam carnē in seruiendo Deo ieiunijs, & vigilijs, & laboriosis occupationibus laceret: ꝙ etiā postremò in eius militia moriendo, equum corporis mortalis pro equo mutet immortali. Nec talis cum timore ad Deūm moriendo accedere debet: vt hoc petat: quia in eo nec impotētia est ad dandum meliorē, quia à mortuis suscitare potens est. Hebr. 11. Nec ingratitudo, quia reddet vnicuique iuxta opera sua: in Psal. Nec falsitas: ꝙ velit facere contra hoc, quod per Apostolum suum promittit, dicens. Mortui, qui in Christo sunt, resurgēt. 1. Thessal. 4. In qua auctoritate ad litteram tangitur quinta causa, luctum pro 82
mortuis dissuadens: quia contra viuorum tristitiam, quam de morte habent, propria vel amicorum consolationem & promissionem de meliori corpore & loco & vita iterum recipiēdis apposuit, dicens:

dicens: Resurgent. In qua auctoritate ostendit nostræ fragilitatis conditionẽ in mortuorũ expressione, & ꝓmissionem immortalitatis in mortuorum resurrectione, quasi diceret, quantumcũque conditio uestra uel amicorum uestrorum sit fragilis, & misera quorum conceptio culpa, nasci pœna, uita labor, necesse mori, &c. Tamen nolite contristari, quia tam corpora uestra quàm illorum surgent, quæ promissio tristitiã de conditione uincere deberet, sicut patet per exemplũ ante positum, de equo peiori mutando ꝓ meliori, & de terra, seu luto mutãdo pro auro, & parua terra pro regno, & beneficio exili pro magno, & paruis diuitijs, ac delitijs, honoribus ꝓ magnis, & pitura ꝓ duraturis.

¶Sed est aduertendũ, ꝙ prędicta auctoritas, non omnes uiuos de resurrectione omnium confortat mortuorũ, sed solum de resurrectione, & promissione illorum qui mortui sunt in Christo, quia aliorum resurrectio nulli erit ad consolationem, quia non resurgunt impij in iudicio, supple ad gloriam. Et iõ signãter dicit, mortui qui in Christo sunt, resurgent (id est) oẽs bene moriẽ-
83 tes. de qbus Col. 3. Mortui estis, & uita uestra abscõdita est cũ Christo in Deo.

¶Ad cuius apostolici dicti intelligẽtiam, est aduertendum, ꝙ aliqui moriũtur cõtra Christũ, aliqui ꝓ Christo, aliq cũ Christo, seu in Christo, primi pessime, secũdi optime, tertio medio mõ.

¶Contra Christũ moritur, qui spiritualiter moritur, mortaliter peccando, qui de exercitu est diaboli, cõtra Christũ, de quo Psal. 2. Astiterunt reges terræ, & principes cõuenerunt in vnũ aduersus dñm, & aduersus Christum eius, de quo Apocal. 3. Nomen habes, quòd viuas & mortuus es. De talibus non loquitur apostolus, quia licet ad iudicium cũ alijs sint uenturi. Iuxta illud Ro. 14. Omnes stabimus ante tribunal iudicis, non tamen resurgent ad uitam.

¶Pro domino seu Christo moriuntur martyres quibus dicitur pro iustitia agonizare pro anima tua, & usq; mortem certa pro iustitia. Ecclesi. 4. de quorum morte dicitur in psalmo. Preciosa in conspectu domini mors, &c.

¶In domino seu Christo moriũtur, qui in fide Christi & ecclesiæ moriuntur. Sicut innocentes uel penitentes de quibus dicere possumus, ꝙ moriuntur in domino pro tanto, quia sicut dicimus, ꝙ aliquis moritur in alio qa moritur inter brachia illius. Ita dicere possumus, ꝙ ipsi moriuntur in domino qa moriuntur inter brachia ipsius (id est) inter baptismum, & pœnitentiam ad ipsis brachijs tenti & adiuti sicut tenetur, & iuuatur à brachijs alterius qui infra brachia illius moritur. De istis dicitur Apocal. 14. Beati mortui, qui in domino moriuntur. Et de istis morientibus vltimis duobus modis dicit Apostolus. Mortui q ĩ Christo sunt resurgẽt.

¶Ex quinque ergo causis prædictis patet ratio Decreti quod dicit, ꝙ fletus immoderatus non debet fieri pro morte amicorum, quia ipsos per mortẽ non amittimus, sed præmittimus. 13. q. 2, quàm præpostterum.

¶Si uero nec prædictis causis ratio sensualitatem vincere possit, quin in aliquo de morte doleat carorum, aliter est de morte corporali, atque aliter dè morte spirituali, & gehennali dolendum. Quia de morte naturali, si omnino dolor excuti nõ possit, quin sensualitati in aliquo satisfaciat, est parũ dolendum. De spirituali uero, & gehennali est multum dolendum, & cõpatiendum. Quod pulchrè docetur Ecclesi. 22. Super fatuũ (inquit) plora, deficit eñ sensu. Modicũ plora super mortuũ, qa requieuit. Luctus mortui septẽ dies, fatui autẽ, & impij oẽs dies uitæ illorum.

Arti. 14. 84

¶Primũ, uidelicet, ꝙ dolor de morte naturali oĩno tollẽdus, uel mitigandus est, patet p totum articulũ pręcedentẽ.

¶Secundum, ꝙ uidelicet de morte spirituali est dolendũ, tam ipsi mortuo, quàm eius amicis, patet propter tria.

¶Primo, quia amittit totũ lucrũ suũ spirituale, qđ à natiuitate sua acquisiuit, & hæreditatem cęlestem. Si amicus

tuus.

tuus tot bona temporalia, fieri si posset, amisisset proprio defectu pro parua delectatione uel lucro malo: magna caussa inesset tam tibi quàm ipsi lugendi.

¶Secundò quia non solum sibijpsis vt dictum est, nocent: sed quia totam damnificant communitatem Peccator nanque peccando omnia creata & totum mundum, quantum in ipso est, destruit, & mortem Christi euacuat, & sacramentorum ecclesię effectum annullat: quia omnia erant creata propter bonos. Et mors Christi, & sacramenta bonis prosunt, & ipsis existētibus, stāt: & effectum habent: & ipsis deficientibus, deficiunt: sicut patet de Sodoma: quę stetisset: si decem bonos habuisset. Ergo sicut peccatores tunc Sodomā: ita nunc, quantū in eis est, destruūt mūdū.

¶Tertio peccando, non solum terrestribus, ut dictum est: sed etiam quodāmodo cęlestibus nocent: inquantū impediunt impletionem ruinæ angelorum, & numerum electorum.

¶Sic ergo morientes lugendi sunt, vt lugentes benedictionem consequantur. Matth. 5. Beati qui lugent. Sed heu pro spirituali morte uel amissione pauci dolēt: uel de spirituali profectu amicorum parum sollicitantur. De parentibus nanque inquirunt & amicis, si sint corpore sani: si habeant uictum & uestitum: si diuitias, honores, & pmotiones, greges, equos, aurum, argētum, terras, potenti: in gratiam & amicitiā: pacem temporalē: & de alijs, quæ ad corpus pertinent, tam circa seipsos, quàm amicos solliciti sunt: & nihil quærere omittūt: uel quomodo prosperatur: uel quomodo infortunium passus est. De his uero, quæ ad Dei pertinent, & honorem animarum salutem, uel perditionem, sollicitationem nullam, uel paruam gerunt: nec de his quæstiones faciunt: in quo aperte se ostendūt amicos esse corporum, & non animarum.

Tertiò ꝙ de morte gehennali est dolendum, tam ipsis, quàm amicis: patet primò tam ex his quæ tacta sunt supra eodem capitu. 12. quàm ex his quæ in capitulo de pœnis dicenda sunt.

¶Secundo idem patet ex eius pœnalitate & afflictione, quæ quantum ad præsens, consurgit ex tribus. Ex loci arctitudine & obturatione. Cum enim ibi multos esse dubium non sit, & locus sit artus, & ignis & fumus magnus: omnino imaginari oportet: ibi pœnam esse magnam. 85

¶Secundo ex nociuorum multitudine. Omnia nanque quæ quis imaginatur hic ei esse nociua, ibi cogitet illa post diem iudicij inuenire ei magis nociua.

¶Tertio ex odij magnitudine, quod uidelicet anima habebit ad illud corpus turpissimum: de quo. C. 2. 10 quia quanto hic maiori amore illud dilexit inordinatoria, tanto maiori odio illud ibi habebit. Et si multū tristatur à corpore illo recedens, eius videns feditatem: multo magis dolebit: quando pro suo perpetuo ei copulabitur: & in illo turpissimo coram toto mundo in iudicio apparebit uestimento: quis ergo dolorem excogitare poterit, quem anima misera habebit: quando illi corpori turpissimo pro cuius desiderijs sequendis ipsa damnatur: magno cum dolore inuita ligari debet: quando tam turpe uas intrabit: ut in perpetuum infelicem & pœnalem simul habeant societatē. De isto ergo morte uerificat illud: Psal. 33. Mors peccatorum pessima. De secunda ergo & de ista tertia, & non de prima: multum dolendum & lugendum est, quia ibi erit fletus & stridor dentium In cuius rei signum dicit Ambrosius: ꝙ Dauid mortem Absalonis lachrymatus est: sicut patet 2. Regum. 18. ubi dicitur, ꝙ audita morte eius, fleuit, dicens: Fili mi Absolon: Absalon, fili mi: Quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te. Non autem filij innocentes: quia sciuit vnū peccatorem: & alium innocentem mortuum.

¶Ad hoc uero ꝙ moriēs non doleat: nec amici doloris habeant causam uel occasionem: tres conditione ante mortem habite morientem iuuant: cognitio, Arti. 15. 86

tiò, uide licet, cum effectu suijpsius, proximi,& Dei. Ideo dico cũ effectu, ut sic uiuat, quod opus exterius ostendat, ꝙ cognoscit se moriturum. Omnes nãque scimus, quia moriemur, quia uerissimum prouerbiũ est: ꝙ est nostræ sortis transire per ostia mortis. Est graue transire sit transitus, absque redire. Sed non omnes sic uiuimus, ac si sciremus nos mortales. De quo quidam philosophi leguntur congruo reprehendisse Alexandrum magnum. De quo legitur, ꝙ trãsiens per mundum, & audiẽs loqui de quibusdã philosophis: eos ad se accersiri fecit: à quibus cum diuersas quæsiuisset quæstiones, & responsiones eorum eidem placuissent: dixit eis, ꝙ peterent ab eo, quod uellent. At illi petierunt immortalitatem: quibus ipse respondit: priùs reputaui uos sapientes: nunc uero uos insipientes. Quare inquiũt? quia (inquit) quomodo possem ego uobis immortalitatem dare? quam mihijpsi conseruare non possum. Quibus illi: ergo mortalis es tu. Sum inquit. Cui illi: quare ergo ita cupidè & malè uiuis: ac si esses immortalis. Ex ista historia patet, ꝙ licèt se cognouerit esse mortalem, non tamẽ vixit ac si sciuisset se morttalem. Sicut nec faciũt nonnulli modernorum, qui utinam saperent, & intelligerent ac nouissima prouiderent. Deut. 32. ut de quolibet illorũ posset in morte dici illud 2. Machab. 1. Cognouit, quia moreretur: & illud Psal. 103. Cognouit occasum suum. Quæ quidem auctoritas duo bene morienti includit necessaria: actum uirtutis cognouit, & transitum salutis, moreretur occasum suum faciens.

Exemplum.

87 ¶ Quantum ad primum cognouit tria: & in quolibet trium cognouit tria. Primo nanq; cognouit seipsum in quo cognouit, & inuenit tria. Primo nanq; in seipso cognouit propriam iniquitatem cordis, oris, operis, & omissionis in conscientia: sicut cognoscitur macula in speculo, & doluit, confitendo, & pœnitentiam agendo, dicens Deo, & ocum Dei tenenti confessori: illud Psal. 50. A peccato meo mũda me: quoniam iniquitatem meã ego cognosco. Et auxilium petendo, ut sanetur: Sicut æger, qui cognoscit morbum, medici implorat auxilium. Sic iste à Deo: & exauditus fuit. 3. Regum. 8. Si quis cognouerit plagam cordis sui: & expanderit manus suas in domo hac: tu exaudies, &c. Postquàm uero sic fuerat mundatus: secundo cognouit in seipso propriam fragilitatem, & præcauebat: sicut timens ne capiatur in passu periculoso, præcauet in futurum, sciens qa sapientia callidi est intelligere uiã suã. Prouerb. 14. Quo contra aliquorũ stultitiam, qui futura non precauent pericula: Christus plangens dicit Lucę 19. Si cognouisses & tu: subaudi: fleres.

Cognoscere.

¶ Tertio cognouit in se mortis certitudinem: & ideo omnia peritura faciliter contempsit: quia teste Hieronymo. Facile omnia contemnit, qui semper se cogitat moriturum. Et sicut homo certus de sententia & de amissione seu confiscatione omnium bonorum suorum, ante diem illum prouidentiã facit: & bona sua ad loca mittit, in quibus à confiscatoribus non inuenientur. Ita & iste sano usus consilio, sibi prouidit ante suam captionem, uel sentẽtiæ lationem regratians & lætus quod Deus diem illum & uiam illã sibi notificauit & dicens. Notas mihi fecisti uias uitæ: in Psal. 15. Et quasi adiungẽs bonum effectum, qui ex illa notitia sequitur, dicit. Adimplebit me lętitia, &c. Sed de auaro & quocunque stulto, qui ante tempus sibi non prouidet, dicitur Ecclesi. 11. Nescit ꝙ tempus prætereat illum: & mors appropinquat, & relinquet omnia.

Exẽplũ.

¶ Cuilibet tali promitti saluator Lucæ 12. dicens. Stulte hac nocte repetent à te animam tuam: & quæ congregasti, cuius erunt.

¶ Secũdo in proximo cognouit tria. Primo ignorantiam, ut doceret: sicut oculus aliquis uidet, & Sol lucet: sic impleuit illud. Prouerb. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui. Secundo 88

vitam

vitam malorum vt corrigeret: bonorũ ut promoueret, sicut medicus tangit, & cognoscit pulsum, sciens, quia arbor à fructibus cognoscitur. Matth. 12. Et à fructibus eorũ cognoscetis eos. Matt. 7. Et ex studijs suis cognoscitur uir. Prouerb. 20. Tertio eius indigentiã, vt suppleret. Sicut vnum membrum alterius, & pastor ouium cognoscit, ut suppleat defectus. Ioan. 10. Ego sum pastor bonus, & cognoscunt, &c. Sic Ioseph cognoscens fratres suos, dedit eis alimenta. Gen. 42.

¶Tertio in Deo cognouit tria, iudicia districta & ipsũ timuit, & offensam uitauit, quia cognoui quia equitas iudicia tua, in Psal. 117. Sic cognoscetur dominus iudicia faciens, in Psal. 9.

¶Secundo charitatem, & ipsum dilexit, sicut gratus diligit benefactorem, & dilectorum suum. 1. Io. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniã ipse pro nobis animam suam posuit. Diligamus ergo Deum, quoniã ipse prior dilexit nos.

¶Tertio uoluntatem, qua præcipit, ꝙ præcepta sua teneantur, & ea opere impleuit, sicut obediẽs mandato regis. Ioan. 7. Si quis uoluerit uoluntatẽ eius facere, cognoscet doctrinam eius, quia ex Deo est. Sed heu, cognouit bos possessorem suam, & asinus præsepe, &c. Populus autem meus non cognouit. Isa. 1. Quia uir, non cognoscet, & stultus, non intelliget hæc, in Psal. 91.

89 ¶Sanctus uero uel sapiens, qui (ut ꝑdictũ est) cum bona decesserit cognitione, econuerso dicere potest illud. Psal. Omnis consummationis uidi finẽ: & propter hoc à morte non lædebatur: vbi alij, q mortis casum non præuidebant pessimè damnificantur & lędunțur. Quia sicut uidemus quod magna differentia est inter cęcum ex improuiso in lutum, uel puteum cadentem, & inter uidentẽ, & prouisum, quia primis magis periculosè cadit, & plus deturbatur, quia nullum habet manuum auxilium, qui inopinatè cadit, uidens uero & si eum cadere oportet minus lędi-tur, & deturpatur, quia auxilium habet & manuum, & oculorum. Et secundum antiquum prouerbium. Iacula præuisa minus lędunt. Sic peccator cęcus, qui nõ est prouisus, seu paratus mori, morte subita uel alia præoccupatus, malè cadit, & læditur, & multum obstupescit, dicens illud Ezech. 7. Venit finis, finis venit omniũ, scilicet quæ dilexi. Alius vero non obstupescit, quia nihil nouũ, aut non expectatum ei accidit, etiam si subita morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit, sicut patet supra eod. c. 18. cum sequentibus. Et non curat, qua hora ad lectionem uel compotum reddẽdum uocetur, uel ad mortem, dicens. Vidi finem, quasi diceret, prouisus fui, sed quia iste finis certiori experimento videtur in alijs morientibus, quàm cogitetur in uiuentibus, patet ꝙ melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. In illa finis cunctorum admonetur hominum, & uiuens cogitat, quid futurum sit. Ecclesiastes 7.

¶Ex qua auctoritate patet articulus 16. ꝙ uidelicet mors cunctos admonet & hortatur bonam habere uitã, & malã uitare. Pro quo est aduertendum, quòd mors cum nuncijs suis docet specialiter uitare quatuor, in quibus maior pars hominum errat, scilicet, cupiditatem, luxuriam, superbiam, & præsumptionem longæ uitæ. Arti. 16.

¶Rationes uero, quare ista uitanda sunt, mors ostendit & proponit in auctoritate, q̃ de mortuis legitur. Iob 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit uelut vmbra. Hæc nanque auctoritas quatuor habet partes, quæ quatuor prædictos dissuadent errores. Quatuor vero eius partes sunt, breuitas, miseria, contritio, & vel ex fuga. Prima cupiditatem. Secunda lasciuiã. Tertia superbiam. Quarta præsumptionem dissuadet uitæ longioris.

¶Quod uero breuitas sit remedium contra cupiditatem, patet, quia si homo haberet de cõmuni humanę uitę cursu, 90

vel

vel ex priuilegio speciali, uel quamcũque certitudine, uel præsumptione, ꝙ posset uiuere per decem millia annorum, uel saltem per mille, uel ducentos annos, haberet aliquod motiuum, uel cupiditatis colorem, ut sibi pro tam lõga vita in futurum prouideret. Nunc uero quia de illis, qui nascuntur, decimus non peruenit ad octogesimum annum, qui uero illam attingunt ętatem, amplius eorum labor, & dolor, extunc nanque & ante incedunt curui: tussientes, & pleni miserijs, qa senectus multa secum affert incommoda. Illi uero, quibus uidetur, ꝙ tẽpus uitæ, quod de cõmuni cursu pertranseunt, uel pertransire sperant, longum sit, & ideo cupidè viuendũ esse putant, sicut ille Lucæ. 12. Anima habes bona multa posita in annos plurimos, vnum aduertant, & intelligant, ꝙ si uiuere possent centum annorum millibus, à principio mundi vsque ad finem uita illorum breuissima esset respectu temporis futuri (id est) ęternitatis. Nec ad illud tempus comparatur ad instar vnius puncti, immo uerius nullam haberet comparationẽ, quia finiti ad infinitum nulla est cõparatio, quia in fine totum illud tempus esset, tanquàm dies hesterna, quæ præterijt, cuius nulla pars remanet. Ita & iste de illo tempore præterito nihil haberet nisi pœnam, sicut patet in auctoritate beati Gregorij. D. 5. 4.

¶Nunc uero, quia uita illorum tam breuis est, non solum in comparatione ad ęternitatem, in qua pœnam sustinebunt, & uitam amittent ęternam, sed etiam, quia eius breuitas ad oculum quotidie ostenditur, maximum uidetur mirabile, quare tam cupide viuunt, qui nullum habent cupiditatis colorẽ, uel rationem, tam multum sollicitari de tam breui uita, & de futura, quæ in ęternum durabit, parum cogitare. Quis enim nesciat animam meliorem, & longęuiorẽ esse corpore, & uitam futuram meliorem esse præsenti, & longiorem.

¶Quis ergo illum nesciat stultum: qui nõ plus prouidet pro anima in uita illa in ęternum uictura, de auro, argento, frumento, uestimentis, & huiusmodi, quàm pro corpore cito morituro? Et si ille stultus sit, multo stultior videtur, qui animam pro corpore, & uitam illam pro uita ista perdit, & de tam breui uita ad ęternam transit mortem, & de breui lucro, luce, letitia, & consolatione, potentia, diuitijs, delitijs, & honoribus, ad ęternas migrat perditiones, tenebras, tristitias, impotentias, paupertates, pœnas, & miserias. Et tamen nonnulli illorum, in tantum dementati, & excecati sunt, ꝙ etiam si scirent, quòd non superuiuerent per annum, nec offensas emendarent, nec aliena restituerent: ne filios, uel alios post se pauperes dereliquerent. Vtilius est mori sine filijs, &c. Eccles. 16. Ergo non ęstimatio longioris uitæ, sed potius ipsa mera insania causa est illorum cupiditatis. Et aduertite, quàm rationabiliter Deus uitæ breuitatem ordinauit contra mundi cupiditatem, & quàm congruè crescente cupiditate uitam abbreuiat cupidorum. In mundi nanque principio cùm terra, seu terrena possessio esset habitatoribus amplior, quia habitatores habuit pauciores, & minus cupidos, & minus mutuis brigis, & malicijs se expugnantes, quia nec oportuit, quia terra ita ampla erat, ꝙ plus erat sufficiens ꝑ paucis tunc, quàm pro multis nunc, nec sciuerunt, quia adhuc inuentæ non erant maliciæ quæ de die in diem crescunt, homines habuit longęuiores, qui non gentos annos, & ultra attigerunt.

¶ Moderno uero tempore, cùm sicut terrarum termini, & possessiones arctantur, quia, possessores, & habitatores multiplicantur, quibus terra uix sufficit. Ita, & cupiditas, auaritia, & malitia crescunt, intantùm, ꝙ quilibet ferè alium brigis placitis, uel bellis expugnat. Ita insuper, & dies uitæ decrescunt, & ętates hominum abbreuiantur, ut ꝑ hoc omni-

omnibus misericors Deus patefaceret, ꝙ ideo dies abbreuiat, & ętates destruat cupiditates. Ad modum medici, qui crescente morbo, augmentat medicinas, ostendens cupido, ꝙ cum habuerit, qđ cupierat, possidere non poterit. Iob 20. Prædictus uero processus, quo ostēsum videtur, ꝙ propter auaritiam abbreuiati sunt dies nostri, confirmatur per argumentum transumptum à contrario sensu. Si enim odium auaritiæ prolongat dies, ergo amor auaritiæ abbreuiat dies, & festinat mortem. Sed, qui odit auaritiam longi fient dies eius. Prouerb. 28. Ergo, qui amat auaritiam, breues dies hominis. Iob 14. Et sic patet prima pars huius articuli, quomodo, scilicet, vitæ breuitas docet uitare cupiditatem, quia subito morientur in media nocte, turbabuntur populi, & pertransibunt. Iob 34.

¶ Quod uero secunda pars prædictæ auctoritatis scilicet, miseriarum copia remedium sit, & in remedium à Deo
91 prouisum sit contra carnis inordinatas delitias, patet, quia si corpus ante mortem, uel in ipsa morte, uel post mortem felix esset, & bene conditionatum, non esset mirum, quòd anima ipsius sequeretur desideria, quia & aliquem haberet colorem. Nunc uero quia tot repletur miserijs ante mortem, in morte, & post mortem, in omni scilicet cōditione, & statu dissuadet animæ, ne ipsius sequatur uoluptates. Ante mortem nāque sanum nō est sine periculis, & grauam inibus, & infirmitatū timoribus. Quod non sit sine periculis, patet, quia licet actu non infirmetur, raro tamen est sine infirmitatum materia, & dispositione. Quòd non sine grauaminibus sit, patet, quia non potest minus de cibo uel potu, uel plus sine grauamine habere, & difficile est mediū tenere. Quòd non sit sine infirmitatum timoribus, patet, quia uix potest in cęna uel prandio excedere, uel frigidum, uel calidū, uel laborem, uel contrariam fortunam sustinere, quin timeat infirmari. Infirmum uero, & mortuum nō est sine doloribus; post mortem uero non est sine fœtoribus, & horroribus. Vnde Bernar. Quid horribilius homine mortuo, cuius erat in uita gratissimus amplexus, fit in morte horribilis aspectus, qui sedebat potens & diues in throno, iacet pauper in tumulo, qui delitijs uescebatur, modo à uermibus comeditur, qui astabat gloriosus in aula, iacet ignobilis in tumba. Quid ergo prosunt diuitiæ, quæ non liberant à morte, quid delitiæ, quæ non custodiunt à uerme, quid honoris, qui non præseruant à fœtore? Dum uero misericors Deus, cum tot miserabilibus conditionibus carnem condidit, qđ aliud docere uoluit? quàm ꝙ tam nobilis creatura, sicut est anima, tam miseræ creaturæ sicut est caro, non sequeretur desideria. Immo ipsam & caro, si rationem secū haberet, & loqui posset, rationabiliter animæ consulere deberet, dicendo, nolite creaturā tā nobilem & immortalem, ad Dei factam similitudinem, & meipsam etiā propter meas momentaneas perdere delitias. Nolite ergo secundùm carnem uiuere, quia, si, secūdùm carnem uixeritis, moriemini, si autē spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Roma. 8. Nota de hac materia. C. 2. 10. & G 2. 41. cum sequentibus, & G. 5. 23.

¶ Tertium uerò, quod in prædicta auctoritate Iob tangitur, in hoc ꝙ dicit, conteritur, admonitione sua nos retrahere debere à superbia. Nam si bene considerare uelimus, quàm citò positi 92
erimus sub pedibus, non solum hominum, tam amicorum, quàm inimicorum, sed etiam canū, & bestiarum, vbi, qui nūc eleuat, & possidet magna palatia, habebit aulam, cuius summitas nasum suum tanget, qui nunc nescit, quo vult indui, tunc habebit uestimentum de terra, & uermibus, qui nūc pro uerbo offensus cū hominibus pugnat, tunc si gladium haberet in manibus, à miserrimis bestijs, & uermibus se custodire non posset, paruum elationis inueniremus motiuum, quia omnia conterit tēpus moriēdi. Ecclesiastes 3. Et post

mortem

mortem non erit tale nomen nostrum. Ecclef.48.

¶Quartum uero, quod in prædicta tangitur auctoritate in hoc ꝙ dicit, fugit uelut vmbra, nos retrahere deberet
93 à longioris uitæ præsumptione. Nam paruum motiuum haberemus, uel de longa uita confidere, si cõsideraremus, ꝙ sicut existens in naui mota, siue comedat, siue dormiat, siue gaudeat, siue doleat, uersus portum mouetur, quòd tamen non percipitur, nisi portus, uel ripa uideatur. Ita nos uersus mortem, etiam si corpore quiescamus, ad mortẽ tamẽ mouemur, sicut portatus in naui: sicut etiam vmbra mouetur ad motum alterius, ita nos ad mortem mouemur motu temporis uelocissimo. In cuius uelocitatis comparatione omnis mundi gloria in diuitijs, delitijs, & honoribus consistens, flammæ assimilatur de stupa ascendenti. In cuius signum quãdo Papa Ecclesiam intrat Missam solẽniter celebraturus, stupa accẽditur vno clamante, sic transit gloria mundi, quia sicut illa flamma dum in altum ascẽdit, statim extinguitur, sic deiecisti eos dũ alleuarentur, in Psal.72. Ex ista uitæ nostræ breuitatis consideratione, quidam
Exemplum. fleuisse legitur, uidens exercitum Persis regis Medorum, quem cum alius flentem uideret, & ęstimaret, ꝙ timore ei hoc accideret, & ipsum contra timorẽ talem confortaret, asserens partem illorum potentiorem esse parte inimicorum, respondisse dicitur, non mihi hũc incutit horrorem timor in bello succũbendi, sed de hoc fleo, ꝙ cogito, quòd tam pulchra gens, & tam fortis, erit tã cito ita turpis, & debilis infra centum annos nullus illorum de hoc cogitat.

¶Ex consimili consideratione fleuisse legitur Christus. Lucæ 19. Videns ciuitatem Hierosolymorũ cum ciuibus suis destructioni, & morti appropinquare, de qua dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem. Quicunque in ciuitate hac manserit, morietur gladio. Hiere.38.

Arti.17. ¶Sacra scriptura prædictam vitæ nostræ considerans breuitatem, ad illius breuitatis considerationem nos hortatur, dicens. Memor esto, quoniam mors non tardabit. Ecclef.14. Videns insuper prædictæ considerationis vtilitatem, iterum nos hortatur, dicẽs. Memorare nouissima tua, & in ęternum non peccabis. Ecclef.7. Circa quam memoriam, & eius vtilitatem sunt decẽ puncta ostẽdenda. Primo nanque ostendetur, quomodo sancti uiri nos mortis memoriã habere docuerunt. Secundo quomodo mortui suo modo hanc nobis cõmendauerunt, & prædicauerũt. Tertio quomodo effectualiter excogitata, custodit à cupiditate cogitantem. Quarto quomodo à superbia. Quinto quomodo à luxuria. Sexto quomodo ab appetitu terreni honoris. Septimo quomodo ab omnibus peccatis. Octauo quomodo totum mundum cum contentis contẽnere facit. Nono quam diligentiam adhibere debemus, ut nouissima nostra cum operis ostensione cogitemus. Decimo quæ sunt memoriæ prædictæ impedimenta.

¶Primo cum nos sancti mortis memoriam habere docuerunt, sicut patet 94
primo per August. in quodam sermone. Rogo inquit uos fratres, respicite ad sepulchra diuitum, & quotiens iuxta illos transitis, attendite, ubi sunt illorum diuitiæ ubi ornamenta, ubi anuli, vbi diademata ꝓciosa, ubi uanitates, luxuriæ, & uoluptates? transierunt omnia uelut vmbra, quia nihil in eis remansit, nisi soli cineres, & fœtidi vermes. Hoc ergo ò homo diligenter attende, tuipse tecum loquere, dicens. O miser, aliquando dum iste uixit in hoc seculo, pro cupiditate currebat, multas uiduas fecit, & orphanos, adulteria, homicidia, incendia usque in finem facere nõ cessauit, quantos spoliauit, quantos miseros fecit, quantos expoliauit? & sub vna hora expirauit, & diuitias reliquit, quas de malo congregauit, & inuenit pœnas, quas non sperauit Ideo quantũ possumus, festinemus: vt aliorum vulnera nobis conferant salutem, & dum insta-

instabilis est caro, anima bonis operibus ordinata, in cœlum ab Angelis eleuetur.

¶Secũdo idem patet ex historijs Romanorum, continentibus, quòd quondam post coronationem Imperatorum antequàm aliquid impetrarent, intrabant ad eos sepulchrorum ędificatores, ferentes in manibus quatuor genera armorum diuersorum, & coram cũctis principibus Imperatori dicebant, de quo genere marmoris tuum iubes fieri monumentum. In quo facto insinuabant eidem, ut uidelicet mortem obliuioni non traderet, & imperium cũ clementia gubernaret. Ne de illo uerificetur, illud Prouerb. 20. In nouissimis benedictione carebit.

95 ¶Tertio idem apparet per hoc quod legitur, quod Ioannes eleemosinarius Patriarcha sepulchrum dimittens imperfectum, ordinauit, quòd in solennitatibus, quando in honore esset pontificali, vnus ei diceret, domine iube sepulchrum tuum perfici, quia nescis, quã fur uenturus est. Quarto idem ostendi-

Exemplum. tur per hoc quod legitur, quòd quidam confessor cuiusdam pessimi uiri, audiẽs confessionem, ei in remissionem iniunxit peccatorum, quòd iuuaret mortuos sepelire, quod cum frequenter faceret, compunctus, & conuersus fuit.

¶Quinto idem patet per Hugonem de anima. lib. 1. Dic mihi (inquit) ubi

Exemplum. sunt mundo amatores? qui ante pauca tempora nobiscum erant, nihil ex eis remansit, nisi cineres & uermes. O homo, attende, quid sunt, & quid fuerunt, homines fuerunt, sicut tu, comederunt, biberunt, & riserunt, & duxerũt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descenderunt. Iob 21. Quid sunt, hic caro illorum uermibus, & illuc anima illorum ignibus deputatur, donec rursus infœlici collegio colligati, sempiternis simul inuoluantur incendijs, & qui socij fuerunt in uicijs, socij erunt in pœnis, vna namq; pœna implicat, quos vnus amor in crimine ligat. Quid illis profuit inanis gloria, breuis lætitia, mundi potentia, carnis uoluptas, falsæ diuitiæ, magna familia, & mala concupiscentia, ubi nunc risus, ubi iocus, ubi iactantia, ubi arrogantia, de tanta lætitia quanta tristitia, post tantam uoluptatem tam grauis miseria de illa exaltatione ceciderunt in magnam ruinam & magna tormenta quicquid illis accidit, tibi accedere potest, quia homo es, homo de humo, limus de limo, de terra es, & de terra uenis, & in terram reuerteris, quando uenit dies ultima, ais, subito ueniet & forsitam hodie erit, certum est, quòd morieris, sed incertũ, quando, aut quomodo. Et quoniã mors vbique te expectat, tu quoque si sapiens fueris, vbique eum expectabis, hæc ille. Cuius auctoritati sequentes concordãt

versus. Morte cadit subita, mala mors & sic mala uita. Hanc uitam vite, ne moriaris ita. Versus.

¶Sexto idem ostenditur per aliã auctoritatem, qua dicitur. O homo (inquit) vnde venis? de terra plorans, vbi 96

es? in uita miserabili, incertus vtrũ dãnari debeas, an saluari, quo iturus es? ad durum iudicium, vbi redditurus es rationẽ de omnibus cogitationibus, dictis, & factis, & horis, &c. per quam uiam ibis? per arctam mortis portam, ubi claudentur oculi, & amittetur mũdi amenitas, & proximorum societas, inuadent insuper te in illa porta vndique latrones: qui tecum comedebãt, & bibebant, & in peccatis tecum uolue-bant, à te procul fugient, ita ut dicere poteris illud Psal. 30. Qui uidebant me foras fugerunt à me, obliuioni datus sum tãquàm mortuus à corde. Notate uerba. Nõ dicit obliuioni datus ab ore, quia nec orant pro me, uel opere, quia nihil faciunt pro me, sed à corde, quia nec cogitant de me, quod facillimum esset, tarde ergo alia facerent grauiora, qui nec illud pro mortuis faciunt facillimum. Nec mirum, ꝙ alios siue amicos siue propinquos, siue quoscunque 97

alios obliuioni tradunt mortuos, quia & seipsos obliuioni tradunt uiuos, & morituros, quia nec cogitant, quales

sunt

sunt viui, nec qualiter morientur. Qui ergo seipsos obliuioni tradunt, quos quotidie uidẽt, quod mirabile est, quòd mortuos obliuioni tradunt, quos non uident. Quod insuper mirabile est, quòd se non custodiunt à deceptione falsorum hominum post mortem uidentes deceptiones, & fraudes, quæ alijs fiunt, qui nec præmuniuntur, uidentes falsitates in tali puncto sibijpsis fieri. Sicut & patet primo per hoc, quòd de Patriarcha Aquilegiæ in libro fertur de apibus, quòd uidelicet in quodam mortis tractu, cum sui eum mortuum, uel quasi mortuum putarent, & illum spoliarent, cùm postmodum superuiueret, & hoc illum non lateret, non illos à se eiecit, nec minus dilexit.

Exemplum.

¶Secundo idem patet, per hoc, quòd relatione audiui fidedigna de Rege Siciliæ, qui ante paucos annos cum ad mortem traheret loquela amissa, quilibet de illis, qui circa illum erant, aliquid accepit pro parte sua, intantum, quòd quando de extasi redijt, & potum petijt, non inueniebatur ciphus circa eum, in quo biberet, nisi aliquis illorum ciphum de sinu suo, in quo illum absconderat, extrahere uellet, nec tamen præmunitus esse uoluit. Sicut nec sunt aliqui nunc qui in minori experiuntur suorum infidelitatem, quando quotidie ad oculum uident, ꝙ ipsis uiuentibus, & de domibus suis absentibus pauci sunt eis fideles in opere, uel labore, uel rerum custodia, qui in reditu omnia inuenient diffuta, & ut uellet, non facta, & suum emolumentum seu augmentum non quæsitum, etiam si fratrem proprium, uel propinquum custodem dimittat, & sui locum tenentem, quia, ut communiter quilibet diligentiùs, & intentiùs circa rem propriam, & utilitatem sollicitatur, quia secundùm apostolum ad Philip. 2. Omnes quæ sua sunt, quærunt, & tamen in maioribus negocijs de eis confidunt, quòd fideliter faciẽt scilicet, quòd post mortem eos efficaciter de pœnis liberabunt sua fideliter pro eis distribuendo. Et hæc est mirabilis confidentia, quia quomodo poterunt de eis confidere, quod fideliter facient post mortem, quando nullum amplius illorum sperant, uel timent reditum, nec ab eis pro fidelitate expectant mercedem, uel pro falsitate, & in gratitudine pœnam, nec illorum amplius timent offensam, qui nec prius fideles eis extiterunt, quando omnia prædicta timebant, & sperabant, uiuens ergo dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non uiues. Isa. 38.

¶ Secundus punctus istius articuli est ostendere quomodo mortui suo modo nos hortantur mortis habere memoriam, ut si uiris sanctis uiuis, uel etiam illis quæ circa nos aguntur, credere nolumus de mortis memoria, & prouidentia habenda saltem mortuis tanquam magistris credamus expertis, dicentibus. Memor esto iudicij mei, sic enim erit, & tuum, mihi heri, & tibi hodie, &c. Ecclesiastici 38. Pro quo est aduertendum, misericordiarum pater sciens uitam nostram esse, sicut furis, ducti ad suspẽdium in extranea patria, qui nec locum, nec horam scit mortis, quia nescit utrum ad locum mortis magna sit uia, uel parua, & ideo uolẽs nos in omni loco, & tempore semper esse morti paratos, non solum prædicauit, & præmuniuit nos per semetipsum, neque per Angelos de cœlo, neque per Apostolos, & omnes electos, & Prædicatores à mundi principio de terra, sed etiam per mortuos sub terra nos hortatur mortis habere memoriam, dicẽs. Memor esto, &c. Quæ quidem auctoritas primo admonitionem continet salutarem, dicens. Memor esto, &c. 98

¶ Secundo examinationem generalem in iudicio. Tertio promissionem infallibilem, quoniam sic erit, &c. 99

¶Ad primũ fortè respõdebunt viui, ꝙ si mortui ĩ ꝓpria ꝑsona uenirẽt, & eos admonerẽt, dicẽtes. Memor esto, &c.

Illorum fortè admonitionibus crederent, quorum dictum ratione reprobatum est. A.26.25. Et quotidiano etiã reprobatur exemplo. Quotidie nanque mortui inter nos missi sunt, qui suo exemplo docent, bona naturæ, & fortunæ uana esse, & deceptibilia, & suis amatoribus inutilia, & damnabilia, & tamen non credimus. Sed dicent isti, mortui nobis non loquuntur, nec indicant quomodo cum eis est, uel nobiscum erit, quæ si facerent eis crederemus. Quibus respondetur, quòd cùm secundùm beatum Gregorium exempla plus moueant quàm uerba, qui prædictis non mouentur exemplis, quomodo mouerentur uerbis? sicut patet per illum, de quo in libro fertur de apibus, quòd socius suus mortuus in miserabili forma apparens, se damnatum esse asseruit, nec tamen uiuens se correxit, sed alius malus hoc ab alio audiens, perfectè se correxit, ostendẽs quoniam fides plus est ex auditu quàm uisu, & quòd, qui auditu se non corrigunt, nec uisu facerent, quia si Moysen, & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis ierit ad eos, credent. Lucæ 16.

Exemplum.

¶Quantum ad secundum, duplex est iudicium humanum, de quo Sap. 1. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Et diuinum, de quo Ioan. 5. Omne iudicium dedit filio. Et in Psal. 71. Deus iudicium tuum regi da. Primum est duplex: licitum, & uirtuosum, de quo in Psal. Beati qui custodiunt iudicium, &c. de quo. I.9.10. per totum. Et illicitum, & periculosum, de quo Ioan. 8. Nolite iudicare, &c. Et 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, de quo I. 11. 1. cum sequentibus. Iudicium etiam diuinum est duplex, vnum particulare, in morte, de quo Apoca. 20. Aperti sunt libri, & iudicati sunt mortui ex his quæ sunt. De hoc iudicio nota supra, articu. 3. Aliud generale. 1. Regum 2. Dominus iudicabit fines terræ, de quo. I. 11. per totum.

¶Quantum ad tertium (id est) de mortis certitudine. Nota supra eodem artic. 4. per totum.

¶Tertius uerò punctus istius articuli, quòd uidelicet, mors diligenter excogitata, omnem fugare deberet cupiditatem, quia sicut si quis esset certus, quòd in uia, quam incipit facere uersus Londunas, debere spoliari, pauca secum acciperet, nisi solum portans expensas, & omnia alia in securo reponeret loco. Ita per rationem ille, qui cogitat, quòd in uia, quàm facit uersus cœlestem Hierusalem, infallibiliter in morte spoliabitur, pauca secum acciperet, & omnia alia in securo (id est) in cœlo, ubi fures non effodiunt, neque furantur, reponeret. Iterum sicut ille, qui est in festo aliquo, ubi plura apponuntur uasa aurea, & argentea, si est certus, quòd in porta diligẽter scrutabitur, quantumcunque sit tentatus illa uasa furari, ex illa tamen cogitatione tentationem uincit cupiditatis, & furti. Sic in proposito. Et iterum si intantum contra eum tentatio præualuisset, quòd uasa illa accepisset, & in sinu suo abscondisset, ex prædicta cogitatione illa cautè deponeret, & restitueret, antequàm ad portam ueniret, sciens quoniam si cũ illius in porta captus esset, suspenderetur. Et si nihil secum inuenirent, scrutatores bene euaderet. Sic ratio dictat, quòd ille, qui est certus, quòd in mortis porta uel furtiuum, uel malè lucratiuum secum ferre non potest, omnia deponat, & restituat, antequàm ad portam illam ueniat, sciens pro certo, quòd si in illa porta cũ alienis rebus eum capi contigerit: ad furcas inferni eum necesse erit suspendi, si autem illa restituat, ridebit in die nouissimo. Prouerb. vlti. quia laudent eã in portis opera eius. Ibidem. 100

Exẽplũ.

Exemplum.

¶Quartus uerò punctus istius articuli, quòd uidelicet mors & uisus mortuorum per rationem omnem fugare deberet superbiam, patet, quia ille, qui aliquorum bonorum habet custodiam, quæ scit pro certo, quòd in maxima eius necessitate, & quando maiorem 101

rem patietur defectum, & quando plus bonis indigebit, ab eo auferentur, non habet, si bene finem cogitet, materiam de his superbiendi, sed potius timendi, & dolendi. Sed nonnulli habent custodiam ad breue tempus bonorum, tam naturæ quàm fortunæ, & gratiæ, quæ quidem, si malè eis vsi fuerint, ab eis ĩ ultima necessitate (id est) in morte, uel quando ante mortem ab eis auferentur, quia bona naturæ amittuntur, bona uero fortunæ aufert mundus ab eis in sua maxima, paupertate (id est) in morte. Ergo non uidetur, quòd de istis superbire debeat, si finem cogitaret, quia finis ostendit, quòd aliena sunt, & de alienis non est superbiendum. Quod autem finis ostendat, quòd aliena sint, patet. Nam terra & uermes carnem uendicant tanquàm rem propriam, in qua magnam se reputant habere iustitiam, & cum tanta potentia, & iustitia illam petunt, quòd nullus potest eis debitum illud negare, nec Papa, vel Rex, quin quilibet in fine debitum recognoscens, dicere possit uersus sequentes. Vermibus hic donor, & sic ostendere conor. Quod sicut hic ponor, ponitur omnis honor. Hoc verbum optimè congruit illis, qui in auibus cœli ludunt. Baruch 3. Quorum recitata, & ostensa prius nobilitate concludere possunt, dicentes. Vermibus hic donor, &c. Post quod donum recitetur illorum miseria, sicut recitatur. G.2.41. qua ostensa rationabiliter nos reprehendere possent, & dicere. Memor esto iudicij mei, & in die bonorum, ne immemor sis malorum.

102 ¶Quintus uerò punctus istius articuli, quòd uidelicet mortis cogitatio, & mortuorum visio à luxuria retrahit, patet exemplo, & auctoritate. Exemplum ad hoc, fertur de quadam muliere bona, quæ requisita de illo peccato à quodam, qui dixit, se illam multum diligere, cui illa respondit, ergo fac vnum pro amore meo, quo annuente, uir, uade per aliquos dies, & inquire diligenter, ubi homines in ciuitate ista morti appropinquant, & omni die vsq; ad certum tempus videas aliquem mori, si poteris. Quod cum fecisset per aliquod tempus, redijt ad mulierem, dicens, se fecisse, quod ei dixerat, & iã securè poteris facere volũtatem meam; quia uoluntas mea est, quòd ambo castè viuamus, istam nanque lectionem didici, & consideraui in libro mortuorum, ad quos me misisti. Ibi nanque didici, & consideraui, quod nihil eis remansit de breuibus delectationibus suis, nisi pœnę sempiternæ. Correctio istius ueritatẽ ostendit dicti beati Gregorij, dicentis, quòd non potest melius donari caro uiua, quàm cogitãdo, qualis erit mortua. Quia secundùm Senecam. libro de moribus. Libidinis initium continebis, si exitum cogitaueris.

Exẽplũ.

Sextus punctus istius articuli, quòd, 103 scilicet, memoria mortis hominẽ retrahit ab appetitu terreni honoris, patet per hoc, quod scribitur in uitis fratrum de quodam scholari Bononiæ elato, & delicato, & ad mundi honores anhelante. Exẽplũ. Cui cùm quidam religiosus de patria sua accederet, eum amicabiliter accepit, illo pacto, quòd ei non prædicaret ad retrahendum ipsum de vita sua, quàm ducebat, & diligebat, quem cùm ad camerã duxisset, & ostẽdisset ei libros, & lectum nobiliter pręparatum, religiosus recedens dixit, rogo, quando iacueris in isto nobili lecto, cogita de lecto, quem tibi promittit Deus per Isaiam Prophetam, dicẽtem, Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes, &c. Isa.14. quam cogitationẽ cùm de corde auertere non posset, & singulis noctibus illud mente reuolueret, ad uitam religiosam, & bonam se conuertit.

¶Septimus uerò punctus istius articuli, quòd uidelicet, mortis memoria ab omnibus custodit peccatis, pa- 104 tet per hoc, quòd docuit Abbas Amon Exẽplũ. in uitas Patrum, petenti nanque bonum uerbum, quomodo, uidelicet, Deo placere, & peccata fugere posset?

respondit, talem fac cogitationem tuā, qualem faciunt incarcerati. Illi nanque interrogant homines, vbi est Iudex? quando ueniet? quid fecerint, cogitant? & qualiter respondebunt, & ipsa expectatione pœnarum suarum plorant causas. Ita quilibet semper debet esse suspectus, & animam suam obiurgare, dicendo, væ mihi, quomodo habeo astare ante tribunal Christi, & quomodo habeo actionum mearum ibi reddere rationem. Si uerò sic cogitaueris, saluus esse poteris. Sicut patet de illo, de quo scribitur, quòd cùm audiuisset in Genesi legi de factis hominum longissimæ ætatis, & semper in fine sequebatur, uixit tot annis, & mortuus est, illa cogitatione se optimè cōuertit. Sic memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Ecclesiasti. 7.

Exemplum.

Exēplū.

¶Octauò totum mundum contemnere facit, sicut patet de illo in uita fratrum, qui nocte sequenti magnum conuiuium, cogitans ubi esset totum festum, & gaudium, quod illo die tenuerat, & cogitans sic omnia alia esse transitura, ordinem intrauit Prædicatorum. Sicut ergo iste cogitauit in nocte, ubi erant gaudia diei præcedentis, & quod fortè non ita bene esset sibi crastino, corde refriguit, & doluit. Sic mundiales in nocte huius uitæ (id est) in morte, dicentes illud, Sapien. 5. Transieruntomnia, & nos inter mortuos computati sumus, sic habe memoriam mortis, & exemplum virtutis. 2. Macha. 6.

105 ¶Noni uerò puncti ratio ex prædictis elicitur, quia ex quo ex memoria mortis, tot (ut prædictum est) spiritualia sequuntur commoda, memento nouissimorum, & desine inimicari. Eccles. 28. Cuius ratio patet. I. 8. 14. Memento (inquit) diligenter, & ex corde nouissimorum, seu finis, iuxta illud Eccles. 36. Memento finis, scilicet trium, mundi gloriæ, bonæ vitæ, & malæ. Primi, ut fugias. Secundi, vt cupias. Tertij, ut caueas. Quātum ad primum, si mundi gloriæ, quæ cōsistit in bonis naturæ, & fortunæ diligenter cogitentur nouissima, est potius fugienda, quàm appreciaṇda. Sicut patet per exemplum de uolente emere equum, uel quodcunque animal, quantumcunque sit quantum ad uisum ex omni parte pulchrū, si in probatione sit in posteriori parte impotens, uel turpissimum, uel irremediabiliter claudicans, & deficiens, non multum equum illum appreciatur, nec carè illum emit, nisi sit fatuus. Sic de mundo, & de omnibus, quæ in mundo sunt, quæ pulchra exterius uidentur, & delectabilia, si posteriorem illorum partem consideraueris, inuenies ea turpitudine claudicare, & esse ad uiuandum impotentia. Diuitiæ nanquàm, quæ quasi duas partes, uel pedes habere debent, vt scilicet, iuuarent, & supportarent, tam in principio quàm in fine in uita pariter, & in morte, in vna parte claudicant (id est) in ultima, quia finiuntur in paupertate, quia dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt, in Psal. 75. Sic in sapientia huius mundi, quæ finitur in stultitia, sic de fortitudine, & pulchritudine, &c. quantum fuerit in delicijs: & quantum, glorificauit se: tantum date ei tormentum, & luctum. Sic de honore huius mundi, & altitudine, quæ finitur in uilitate, & terræ profunditate, quia frequenter accidit, quòd quoniam altiorem in hoc mundo locum tenent, dum viuunt, profundiorem in terra foueam habent post mortem, quia diligentiores, & fortiores habet terræ fossores quàm pauperes, vt de illis uerificetur veritatis promissio. Marci. 9. Qui uoluerit inter uos primus esse, erit omnium nouissimus. Et non solum quātum ad animam in inferno, sed etiam quantum ad corpus in terra, sicut patebit. M. 13. septima. ubi ostendetur, quòd sicut in familia scacarij quandoque accidit, quòd qui

Exēplū.

maiorem

maiorem in ludo, & priorem obtinuit locum, post ludum in saeculo inferiorem obtineat locum. Sic erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Marci 10.

106 ¶ Ex fine ergo patet, quod est de omnibus mũdialibus inordinatè dilectis sicut de dulci, & ueneno so potu, qui ingreditur blandè, & innouissimo mordebitquasi coluber. Prouerb. 23. Et sicut de uia amena, quę per pulchra prata ducit ad patibulũ. de qua Prouer. 14. Via, quae uidetur homini iusta, & nouissima eius deducunt ad mortem. In qua finitur totum ius, quod mundus, uel caro in rebus suis facere potest, quia nec ulteriorem terminũ amatoribus, uel emptoribus suis facere posset. Si ergo stultus reputaretur apud mundum, qui in terram carius emeret, quàm uenditor uarantizare non posset ultra annum, quàm terram maioris ualoris, quàm uenditor varantizare posset imperpetuum. Ita qui carius emunt terrena, quae mundus non potest uarantizare, uel de quibus non potest certitudinem facere de termino vnius diei, quàm cęlestia, de quibus Deus certitudinem faciet aeternam.

¶ Sed re uera nullus tantùm execęcatur in uenditionibus, & emptionibus, quin diligenter consideret, qui rem emere deberet immobilem sicut terram uel manerium, quale ius uenditor in re illa habeat, utrum uidelicet illam uendere posset ad uitam uendentis tantùm, uel in perpetuum, & si solum illam uendere posit ad uitam uendentis tantùm, uel in perpetuum. Et si solum illam uendere posit ad terminum uitae suae, emptor sapiens non tantùm dat quantum daret, si simpliciter illam uendere posset pro perpetuo. Sed heu, loquendo de emptione, seu acquisitione spiritualium, istam non habent sapientiam, quia carius emunt terrena, sicut patet. F. 1. 24. & L. 1. 12. Hoc etiam quotidie patet ad oculum, quòd uidelicet ubi facultatibus raptis, mundi emunt uanitatem, uix exili garnimento, pauperi dato, emere uolunt coelum, pluraque tempora, & pecunias ad alearum expendunt ludum, quibus poenas emunt inferni, quàm circa fabricam ecclesiarũ, quibus coeli emant gloriam, uel largitiones eleemosynarum. Et cùm omnia terrena, & carnalia uenduntur, & emuntur, conceduntur ad uitam, tantùm, regnum uero coelorum iure durat haereditario. Et tamen quasi omnes praeferunt mundi honorem, allegantes, quòd ideo furantur, & aliena non restituunt, & falsam, & luxuriosam uitam ducunt, ut secundùm carnem delectabiliter, & quantum ad mũdum honorificè uiuant, quod non possent, si aliena restituerent, & tamen poena & dedecus, quae sequuntur, sempiterna erunt, & honor ille breuis, quia sine honore nouissima senectus. Sap. 3. Et sicut plus uerecundatur, qui plus fuit honoratus, quando de statu, & loco, & honore suo deijcitur, & uilipenditur, quàm alius, qui contemnitur, qui nec prius fuit honoratus. Ita in morte plus erubescet malus, qui hic locum prius tenuit honoris, de quo uerificatur illud, Lucae 13. Tũc incipies cum rubore nouissimum locum tenere, &c. Nota de hoc. D. 1. 5. 107

¶ Secundo nouissima bonorum uirorum, seu bonae uitae sunt memoranda, ut consimilia desiderentur, & cogitans es illa sequentur, ad hoc enim uita illorum & praemium, quod in coelo obtinent, nobis per modum speculi ostenditur, sicut patet. E. 7. 7. ut illos sequendo, ad ipsos perueniamus, per uiam mundiciae, iustitiae, & aliarum uirtutum in domum illam nouissimam, de qua Aggei. 2. Magna erit gloria domus istius nouissimae, in qua electi, quorum quilibet illuc uenit, mundè uiuendo, uel in fine poenitendo cum illo qui in nouissimo suo posit portas eius. 2. Reg. 16. Nunc sunt in aïa q post diẽ iudicis erũt in corpore, & aïa, ipso hoc pmittente, cuius ueritas

est ineffabilis, qui ait. Ego resuscitabo illum in nouissimo die. Ioan.6. Cuius potentia,& uirtute quilibet resurget in resurrectione in nouissimo die.Ioã.11. Videant tamẽ qui nouissima illa desiderant per exemplum: supra eodem c.59. Ex illo nanque exemplo patet, quod si te reputaueris, te alibi manentem habere ciuitatem, & hoc opere ostendens faciendo,quod tales faciũt, qui in alio loco manere cogitant, omnia præmittendo, & habebis requiem in nouissimo.Eccles.6. Et signanter,& bene dicit, in nouissimo, quia sicut præmittentes omnia quæ habent de manerio in quo sunt,in quo tamen diu manere non intendũt,& ideo ad alium locum, in quo diu morari intendunt, omnia præmittant,in loco illo, in quo sunt frequenter multis necessarijs carent, quia illa præmiserunt, vnde & alijs in ultimo tempore, dum sunt in recedendo, superuenientibus,se excusant, dicentes, talia & talia hic non habemus, quia illa pręmisimus ad locum,quo ituri sumus: in quo in fine omnia inuenient. Sic, qui hic piè uiuere uolunt cum Christo, & quæ habere possunt ꝑ misericordiæ opera,præmittunt quo uenturi sunt,hic frequenter defectum patiuntur temporalium. Nec tamen murmurant, sed patienter sustinent, cogitãtes & improperantibus hominibus,uel cogitationibus respondentes,quòd alibi,quo uenturi sunt,sua præmiserunt,in quo loco benedictionem Dei abundanter inuenient,sicut patet de Iob,de quo dicitur, ꝙ bene dixit Deus nouissimis Iob 42. Sed heu, quia ferè de omnibus dici potest illud Isa.47. Non posuisti super cor,nec es recordata nouissimi.Et ideo nouissima eius benedictione carebunt. Prouerb.20. De qua auctoritate elicitur tertium, quòd uidelicet nouissima
108 talium sunt consideranda, ut caueas. Memorare ergo nouissima illorum. Et in nouissimis illorum tanquàm in speculo memorare nouissima tua, quantum ad tria,scilicet quãtum ad corpus, & quantum ad animam, & quãtum ad

Exemplum.

bona exteriora. Quia si ista diligenter cõsideraueris,magnam in eis inuenies vtilitatem. In prima nanque consideratione inuenies, quòd corporales deliciæ, & peccata corporalia finaliter nihil ualent. Hoc enim ostendit corpus mortuum, in quo de omnibus præcedẽtibus delicijs nihil inuenies,nisi miseriam,præcedentibus bonis contrariã, quia contra præcedentem pulchritudinem inuenies turpitudinem, sic de fortitudine,& de omnibus alijs,quæ prius bona uidebantur,quæ singula considerata ostendũt,quod sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Matt.12. Quilibet ergo corporis resistat tentationibus, & illud pœnitentia maceret, vt illo deficiente, quoad animam lætetur in nouissimo. Ecclesi. 30. Omni nanque tali dicitur. Hiere.31. Est 109
merces operi tuo, spes in nouissimis tuis. In secunda uero memoria,seu cõsideratione inuenies, quòd peccata spiritualia, cuiusmodi sunt superbia, irã, inuidia,odium,& huiusmodi,nihil ualebunt,quia in fine inuenies, quod ille superbus,dęmon,qui superbiam,iram, vindictam,& huiusmodi suggessit,quasi amicus consulens,quòd nobiliter, & potenter te haberes: erit in tantùm ad inimicitiam conuersus,quòd quantum prius suasit talia fieri cum spe euadendi,tantùm suadebit desperationem, cũ veniæ desperatione, sicut patet. D.2.7. Ingredit blandè, & in nouissimo mordebit quasi coluber. Prouerb.23.Et tũc patebit,quia cor superbum,contra Deũ uel proximum, & cor durum malè habebit in nouissimo. Eccles.3. In tertia uero memoria inuenies, quòd cupiditas per quam priùs bona exteriora congregauit, & pro longa uita thesaurum conseruauit, nihil ualebit, quia, sicut cum multorũ maledictionibus, & culpis illa congregauit. Ita in multis paupertatibus,& pœnis illam amittet, quibus dicitur Iacob.5. Thesaurizatis vobis iram, in nouissimis diebus. Talibus nanque vnum in fine continget, quòd uidelicet, sicut amici mundiales

sunt

ſunt parati ad rapiendum, & colligendum bona, quæ prius congregauit: Ita dęmones ſunt parati ad rapiẽdum animam. Et ſic dum ex omni parte eſt inimicis obſeſſus, quorum quilibet partem ſuam, & damnũ expectat morientis, patet, quòd in nouiſſimo aggrauata eſt uia. Iſa.9. Sicut patet, E.8.10. Sed heu, nonnulli potius exemplum accipiunt à uiuis, quàm à mortuis, cõtra naturã: ſicut patet. E.7.18. & T.5 42. Et ideo erant, & in fine inuenient ſe errasse cum uirginibus illis, de quibus Math.25. Nouiſſimè ueniunt, & reliquæ uirgines, &c. Tales nanque qui malè uiuunt, & in nouiſſimo bona optant; ita fatui reputabũtur apud Deũ, ſicut reputantur apud mundum, qui animal in nundinis quærunt, quod totum corpus habeat aſininũ, & caudam auream. Sicut ille Balaam, qui malè uiuens, dixit. Moriat anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia. Numeri.23. Quantum verò ad decimum punctum iſtius arti-
110 culi eſt aduertendum, quòd triplex occurrit impedimentum, trahens multorum mentes, ne mortis (ut deberent) habeant memoriam. Quorum vnum eſt conſcientiæ ponderoſitas, & remorſio. Sicut nanque latro non libenter intuetur furcas, quia ęſtimat illas ad pœnas talium, qualis ipſe eſt, eſſe ordinatas. Et quod ſine pœna & confuſione illas nunquàm aſcendet, & ideo graue eſt ei illas uidere, & ſpecialiter quando iudicatus ad illas ducitur, de euaſione deſperans. Ita illi, qui inueniunt ſe eſſe latrones Dei in conſcientijs ſuis multa ſentientes peccata, non libenter cogitant de morte, quia ęſtimant talibus quales ipſi ſunt damnoſam, & quòd ſine pœna, & confuſione illam non euadent. Vnde eſt de eis ſicut de ſcholaribus in quibus videmus, quòd hi, qui bene repetierunt lectiones ſuas, & hujuſmodi, ſine timore magiſtri cogitant, & expectant aduentum. Illi uero qui per totum diem vacabãt luſibus, & occupationibus inutilibus, & impertinentibus, nec libenter, nec lætanter magiſtri cogitant ingreſſum, uel expectant, nec libenter ſed inuitè ei approximant, quia timent uerberari. Ita in propoſito de illis, qui ore, & opere repetierunt lectionem mandatorum Dei, & de alijs, qui nociuis uacabant, & lectionem illam negligebant. Et ob hanc cauſam de illis dici poteſt illud Sapien.9. Cogitationes mortalium timidæ.

Exẽplũ. Exemplum.

¶ Secundum impedimentum eſt, 111
ſpes longioris uitæ: ex qua contingit, quòd licet uideamus alios quotidie mori, mortem ipſam leuiter cogitamus, ſicut gallus ſaltat ſuper carbones ignitos, qui ſentiens calorem, auolat. Exẽplũ. Ita nos uidentes mortuos in primo occurſu, horrorem ſentientes, auolamus de illis, dicentes, permittas illos tranſire, & nos ipſis in corde longam uitam promittentes, ex qua promiſſione decepti, etiam de nocte circa mortuum funera uigilantes, & mortuum ante oculos habentes ſpeculum, multiplicia committunt peccata, & cum ſit mortalis, mortuum fugit, Sapien.15. Contra iſtam præſumptionem nota ſupra eod.c.93.

¶ Tertia cauſa eſt defectus experientiæ. Si enim ſemel eſſemus mortem experti, & ſciremus certitudinaliter, quales cogitationes morientes habent, & de rebus terrenis quales habent cõſiderationes, quomodo, ſcilicet, omnia illa uana reputant, & deceptibilia, quales inſuper uiſiones habent, & occurſus, & qualiter iudicantur diſtrictè de omnibus cogitationibus, locutionibus, & omiſſionibus. Et poſtquàm eſſemus ſic mortis iudicia experti, ſi poſſemus redire, & ſecundam incipere uitam iterum morituri, verìſimile & credibile eſt, quòd ſecundam faceremus ſanctam, uſque abſorbeatur, quod mortale eſt, à ui-
ta.2. Cor.5. Illi uero, qui prædictis, 112
vel alijs cauſis intantùm excęcati ſunt, quòd per mortem, & finem quam in alijs uident, de ſua ſe præmunire nolunt,

lunt, sunt omnibus hominibus stultiores. Et hoc tali uidere possunt exemplo. Exempla nanque referunt, quendam post uitam fatuam morti appropinquantem, amicos & executores ad se uocasset, totam quibus cùm testamentum suum faceret: vnam magnam summam pecuniæ legauit stultiori, qui in tota illa terra inuenire posset, causam assignans, quòd ipse stultissimus fuerat, talem qualis ipse fuerat, in testamento suo respicere uoluit. Et quia timuit, ne forte executores in hoc uoluntatem suam complere nollent, illos ad hoc faciendum iuramento constrinxit, quo mortuo, illi propter iuramentum stultiorem per diuersas uillas, & ciuitates quærere cœperunt. Et, cum plures inuenirent, plures quæsierunt propter hoc, dicentes, quòd adhuc ulterius stultiores inuenirent. Dum uerò sic circumirent, contingit eos cuidam appropinquare ciuitati, de qua multitudinem populi obuiam habuerunt, qui inter eos quendam denudatum, & manibus ligatum uersus patibulum duxerunt, quibus quæsierunt, quis fuerat, & quid fecerat, quòd sic ducebatur, qui responderunt, quòd magister, & dominus illius ciuitatis fuerat per annum, & ad libitum in omnibus uoluntatem suam habuerat, nunc uero illum omnibus bonis spoliatum ad mortem (ut videtis) ducimus, quia & tali eum recepimus conditione, & omnes alios, qui ante illum in nostra dominabantur ciuitate, & sub tali pacto, omnes in posterum recipiemus. Quibus responderunt executores, dicentes, quòd mirabile fuit, quòd aliquem inuenire possent, qui inter eos dominium, uel officium habere uoluit, ex quo sic in fine anni eis ministrabant. Quibus ille, non oportet, quòd eos quæramus. sed ipsi prece & precio quærunt, ut illis succedere possint, quibus sic ministramus. Executoribus uero ciuitatem illā ingressis, inuenerunt vnū, qui prece & precio obtinuerat, quòd locum illius, qui ante eum ad mortem ducebatur, tenere poterat, qui post annum simile sustineret iudiciū, quem ciues in alto loco collocauerāt, & ipsum laudabant, & munera ei mittebant. Et ille miser ita gloriosus ibi sedebat, ac si locum illum, & statum semper habere potuisset, nec considerauit, qualiter omnes mortui fuerant, qui ante illum ibi fuerunt nec: qualiter eodem die prædecessor suus ad mortem ducebatur, nec quàm cito ipse per eandem uiam sequeretur, sed omnia hæc negligebat, & ad solam præsentem gloriam respiciebat. Quod executores prædicti uidentes, licentiam petebant, ut cum eo colloqui possent, qua habita, recitato testamento prædicto, & testamenti causa, ei pecuniam illam tradiderunt, dicentes, quòd nunquàm inuenerunt, nec reputabant in futuro inuenire posse aliquem stultiorem. Cui pecuniam tradendo, iuramentum suum tenere possent, quia tu, inquiunt, nec respicis ad illos, qui ante te fuerunt, nec ad illum, quem hodie mori uidisti, nec cogitas breue tempus tuum, vnde te reputamus stultiorem, & stultissimum. Qualiter uero ad hoc fuerit, vtrum videlicet aliquando in opere sic contigit, uel non, non est multum curandum, quia saltem exemplum esse potest, quod licet prædictum ciuitatis magistrum ostenderit stultum, cum multorum modernorum ominū facta eos multo stultiores ostēdunt. Quia, licet in aliquibus conditionibus sint ei similes, tamen in alijs positis sunt peiores, & stultioris conditionis. Primo nanq; sunt ei similes, ꝑ tanto, quia sicut ciuitas illa nunc vnū, nūc alium, qui prius in ea nobilis fuit, nudū & pauperē ad mortem duxit, & alium eius loco exaltauit, cito similiter deprimendum. Ita mundus nunc Papā: nunc Imperatorem: nūc Regem, & quemcūque potentem ad mortem, & terram pauperem mittit, & successorem, uel hæredem loco eius substituit, similiter

Exēplū.

ter citò spoliandum & iudicandum.

113 ¶Secundo sunt ei similes pro tanto, quia, sicut ille prece & precio statum illum obtinuit, ita nũc quasi omnia obtinent officia & loca, tam secularia, quàm ecclesiastica.

¶Tertio quia sicut ille uidebat prædecessorẽ suũ ad mortẽ corã eo adduci, nec tamen per periculum, quod in eo videbat, periculum ꝓprium cõsiderauit, nec cauebat, sed tantũ in p̃senti gloria, quã habeat, delectabatur. Ita moderni, vidẽtes ꝓgenitores suos, vel alios potentes, ad turpissimã duci mortẽ, vtpote quia trahuntur, & ꝓ cupiditatibus & ꝓditionibus suis, & malefactis suspẽduntur, uel decapitãtur, uel incarcerantur, & spoliantur, uel uerberantur, quia malè in officijs suis se habuerunt, nec tñ per periculũ illorum periculum ꝓprium considerant, nec cauent: sed eis succedentes, eadem uel peiora faciunt, quàm ipsi fecerunt. Sed tantũ circa p̃sentẽ gloriã & cupiditatẽ delectantur, ac si eis esset ꝑpetua, nec ista infirmitas est tm̃ potentibus cõis, sed etiam oĩbus popularibus ferè adhęret, quia oẽs uidemus hoĩes quotidie ad terrã nudos & mortuos mitti, & qñ hoc videmus, tali obuiamus, quali p̃dictę executores obuiauerunt, nec tamen in periculo illorum, casum nostrum (vt deberemus) consideramus.

114 ¶Peioris uerò conditionis illo sunt. Primo, quia ille de cõsuetudine ciuitatis, sic nobiliter viuere potuit p annũ, & voluntatẽ suã in oĩbus habere. Nos verò certitudinẽ nõ habemus vnius diei: quia, nec mundus certitudinem talem facere potest.

¶Secũdo, quia malè se habẽtes in ciuitate illa, spoliabanť, & damnabãtur à ciuitatibus, quantũ ad corpus tantum: q̃a plus ei facere nõ poterunt. Nos verò male nos habẽtes in mundo isto, dãnabimus in corpore & anima ęternaliter.

¶Tertiò, quia ille uidit oculis corporalibus p̃decessores ad mortẽ duci corporalẽ. Nos vero videmus oculis fidei, male habentes in hoc mundo, duci ad mortẽ, & pęnas ęternas, nec cauemus, exẽplum ab eis accipiẽtes. Ideo in vna die ueniẽt mors & plagæ &c. Apocal. 8. sicut venerũt illis. Et nõ solũ p̃dicto ciuitatis magistro & dño, verum etiã animalibus irrationalibus in aliquo sunt 115
similes, in aliquo peioris conditionis, qui mortẽ suã non præmuniunt, mortẽ videntes aliorũ. Primo nãq;, ꝙ sunt similes, patet, quia sicut porci, videntes porcũ à canibus malè tractari, uel à carnifice occidi & clamare, simul clamãt, sed statim post redeũt ad pascua, & opera solita. Ita tales ĩ infirmitate uel morte amicorum clamant, & lachrymãtur: sed statim post ad peccata redeunt solita: nec saluti mortui cooperãtur, nec ꝓprię, nec trahũt mortẽ, uel mortuos in eorum salutẽ in exẽplum, sed uiuos & peccatores ad ipsorum damnationem, dicendo: tales & tales committunt tales contractus: quos tu uocas vsurarios, & alij operantur in festis: & mulieres extra matrimonium tenẽt, & huiusmodi, quare nõ possumus nos. Hęc est irrationabilis quęstio, quia si, sicut de silice viuo, & crescente, non fit speculũ, sed de puluerizato. Nec nos verũ debemus speculũ nobis facere: nec exemplũ accipere de uiuis crescentibus, & malè agẽtibus, diceẽdo: ipse facit sic & sic &c. sed de mortuis & puluerizatis: respiciẽdo capita & ossa mortuorũ, cogitando ꝙ per os, qđ qñq; ita delectabile erat ad osculandũ, & ita delicatè comedit & bibit, & ꝑ oculos tã pulchros parũ ante ad respiciendũ: nunc intrãt, & exeunt vermes: ꝙ ita superbè vestiebať, & in oĩbus quæ corpus uel caput uestiebant: superbiam ostendebãt: nunc nullum operimẽtum habet, nisi terrã: nullam stratus mollitiẽ, nullam familiam quo ad corpus: nisi uermes, quo ad animam, si male vixit: nisi dęmones. Ad tale speculum faciendum: nos hortatur Iacobus, dicẽs. Exemplum accipite fratres exitus mali. Iaco. vltim. Et in exemplo illo facite quod faciunt euntes ad festũ, uel ad magnam populi congregationem. Tales namq; respicere quandoq; solẽt in speculo, Exemplum.

culo, & se parare. Sic nos euntes ad ęternum Dei conuiuium: & coram totius mūdi multitudine, faciamus nobis speculū de mortuis, in quo nos paremus, sicut scriptum est. Ezech. 33. vbi dicitur, ꝙ tulit populus vnum de nouissimis suis, & constituit speculatorem. Secundum similiter, ꝙ videlicet sunt brutis stultiores patet, quia licèt cū brutis hoc habeant, ꝙ tantum de corporis cogitāt delitijs, tamen in hoc brutis melius continget, ꝙ illa pro delitijs illis, nunquàm cum istis insensatis post mortē punientur. Qui vult ergo prædicta vitare inconuenientia, de defunctis cogitet, & in illis statum suum speculetur, quia sancta & salubris est cogitatio pro defunctis. 2. Macha. 12.

Arti. 18. 116 ¶Ad cuius auctoritatis & sequentibus articuli declarationem, aduertendum est, ꝙ cogitatio ꝓ defunctis est, vtilis ad mortuorum auxilium. Cogitatio vero de defunctis est salubris & vtilis ad viuorum exemplum.

¶Circa primum duo sunt ostendenda. Primo enim ostendetur principaliter intentum, quòd uidelicet cogitatio pro defunctis est utilis, & salubris ad illorum liberationē. Secundo ostenditur, ꝙ rationabiliter debemus de eis cogitare, & pro eis orare.

Exemplum. ¶Primum ostendetur per historiam, quæ à senioribus narrari solet, & veraciter cōtingere potuit, de duobus viris magnæ religionis mutuo se ī Dei amore diligētibus, quorū vnus alium morti appropinquantē rogauit ꝙ ei statum suum post mortem ostenderet, si à Deo licētiam habere posset, quod & ꝓmisit se facturum Quadam ergo nocte, uiuo existente in ecclesia post matutinas, & orante: apparuit ei, & videbatur quędā umbra squalida, quæ viuum trementē, & nimio timore pauentem, alloquebatur, ipsum confortando, asserens se esse socium suum mortuum, promissum suum implentem, à quo cùm quæreret, quare sic appareret, & quam pateretur pęnam: respondit, se facturū esse quindecim annos in purgatorio: nisi melius haberet adiutorium, quo disparente, alius vsque ad diem in orationibus lachrymosis perseuerans: summo diluculo priorem adijt, rogans ꝙ defunctū fratrem obnixius fratribus recommendaret: quod cùm fecisset: iniungens, ꝙ omnes pro eo specialiter celebrarent die illo, ipse socios omnes, quos potuit, iuuit in missis suis cum magna deuotione. Et vltimo celebrans cum ad cōmunionem veniret, & Deum in manibus teneret, sic eum allocutus fuit. Domine Iesu Christe vix, est Soldanus uel Rex quicunque terrenus, cui si miles aliquis fideliter & in multis bellis periculosis à iuuentute seruiuisset, & nihil aliud pro toto seruitio suo in senectute sua peteret, nisi liberationē vnius pauperis incarcerati, qui non meruit mortem, sed qui detinetur pro paruo debito: uel usque soluatur pro eo parua redemptio, qui eum non liberaret, petenti eum dando. Sed tu es gratiosior & maioris gratitudinis, tibi ꝓ posse meo à iuuentute mea seruiui, nunquam ex certa scientia contra uoluntatem tuam faciens, & pro toto seruitio meo, nihil aliud peto, nisi liberationē illius pauperis incarcerati, & quicquid boni feci à iuuentute mea, quantum possum, sibi do pro redemptione sua, & rogo quòd totum cedat ad suam vtilitatem. Nocte ergo sequenti, eidem in ecclesia apparuit clarus, & cum magno lumine regratiando eidem de sua liberatione. Alteri verò de tam subita liberatione admiranti dixit, quòd Deus ꝓpter charitatem tuam illo tēpore quando mihi omnia tua dabas, me liberauit. Mortuo uerò à uiuo petēte, quam mercedem ipse in morte sua à Deo speraret, qui totum ei dederat, & nihil sibi reseruauerat. Respondit, totaliter ponam me in gratia Dei. Cui mortuus, nō timeas, quia nihil est tibi per hoc diminutum, sed propter charitatem tuam merita tua sunt tibi potius duplicata, quia propter opus charitatis, nunquā homo minus habebit, sed plus. Et in antiquo prouerbio dicitur, quòd qui

pro

pro alio orat, pro se laborat, sic ergo obtulit pro salute uiri hostiam. 2. Machab. 3.

117 ¶Secundo, quòd uidelicet debemus pro defunctis cogitare & facere, propter tria patet.

¶Primò, quia maximè indigent, & sic maxima eleemosyna est pro eis facere & eos iuuare, & uerissima dilectionis probatio. Dum quis nanque uiuit, uix probare potest amicum, quia quantuncunque sit in tribulatione, paupertate, & miseria, semper tamen ille, qui quasi amicum se ostẽdit, aliquam spem habere potest, vel habet de mutatione fortunæ, & de retributione habenda ab illo, cui se amicum ostendit, & cui beneficia exhibet, & quantum talem sperat retributionem, tantum à uera recedit amicitia: sed, qui pro mortuo, facit: nullam ab eo sperare potest retributionem in uita ista: & ideo ille se verè diligere ostendit: cuius dilectio, nec super utili uel delectabili secundùm carnem: sed super honesta fundatur necessitate. In communi nanque uiuentium modo habetur, ꝙ plures diligunt propter vtile uel delectabile, quàm propter honestatem uel uirtutem, & propter causas his contrarias, in morte dolent amicorum, quot nanque in uita occasiones habuerunt delectationis, tot in morte vitæ contraria, occasiones habent doloris, sed illi nõ dolent, quia virtus cessauit uel honestas, sed quia ipsi utile amiserunt, uel delectabile.

118 ¶Quorum quidem dilectio, modo tali & experimento probari potest. Certum nanque est, ꝙ dum amicus illorũ, de cuius morte dolent, uixisse multa ei promisissent & dedissent, & pro salute seu sanitate eius corporali, si egrotasset, habẽda multa expẽdissent, si ipsum in futurum potentem & gratum sperassent, hoc enim ad oculum quotidie uidemus & audimus: ꝙ, videlicet, dum quis in magna detinetur infirmitate, vel quacunque tribulatione, amici ipsum confortantes, dicunt ꝙ tantum pro sua darent sanitate uel liberatione, vnus videlicet ꝙ centum daret solidos, alius ꝙ usq; ad Romam iret, alius ꝙ perpetuã, dum uiueret, sustineret pęnitentiam, & sic de alijs. Quorum quidem dictorũ, & amicorum ueritas in hoc apparebit, si tot & tanta faciant pro ipsis mortuis, & plus indigentibus, quàm uiuo indigere possent, quanta dicunt se uelle facere pro ipsis viuis, & indigẽtibus, quæ si non faciunt, ostendunt, ꝙ nec pro viuorum talia fecissent utilitate, sed pro terrena remuneratione. Quòd uerò pauci sint, qui non post mortem indigeant, patet per hoc, quòd (spiritu sancto dictante) scribit sanctus Grego. in 4. Dialogorum, de quodam cardinali, qui ita sanctus fuit, ꝙ ante sepulturam suam, Deus per eum miracula ostendit. Quidam nanque uestem eius, qua operiebatur funus, tangens sanabatur. Et tamẽ post, cuidam sancto & fide digno apparuit, asserens se in purgatorio esse, quia in quadam electione uni obstinatè contra aliorum uota adhęsit. Ex quo ergo tãtum indigent, & pauci sunt qui illam euadunt indigẽtiam, patet ꝙ sancta & salubris est &c. Et rationabile, ꝙ idem faciamus pro mortuis & amplius, quod in necessitate fecissemus uiuis. Exẽplũ.

¶Secũdo, quia ad hoc pręcepto obligamur naturali, quo tenemur hoc facere alijs, quod vellemus nobis fieri, & quod uolumus nobis post mortem fieri. Certissimum enim est, ꝙ citò de numero erimus mortuorum. Et (Deo teste) mensura, qua alijs mensuramus, remetietur nobis. Sicut patet de illo Monacho, qui valde negligens fuit ad soluendum debitum pro mortuis, post cuius mortem, cum multa pro eo fierent, nihil sibi cessit, ad mitigationem pęnæ, & quantum alios defraudauit, tantum sibi abstractũ fuit, & non sensit adiutorium, quousq; alijs primum satisfactum fuit &c. Beatus ergo tunc, qui nunc intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus, quia ipse primùm pauperes in purgatorio liberauit. In quo notatur tertia causa, quare debemus mortuos iuuare, scilicet propter 119 Exẽplũ.

com-

commodum proprium, quicquid enim eis fecerimus, nostrum est, & nostrum erit, & tamdiu nostrum erit ad gloriã, quod eis damus, quàmdiu erit illorum ad commodum. Sicut videmus, ꝙ facultas, uel iocale datum amico, uel pauperi, tãdiu est ad gloriam dantis, quandiu est ad usum portãtis. Sed bona mortuis q̄ sunt in uia salutis. i. pauperibus, pro illis uel in nomine illorum data, erunt illis perpetua, quia perpetuum inde sequuntur commodum. Et quia sicut non possunt iterum mori, & uitã quam habẽt amittere, cum in eis completa sit illa resurrectio prima. i. animarum, de qua Apocal. 20. Beatus & sanctus, qui habet patrem in resurrectione prima, in his secunda mors non habet potestatem, sed erũt sacerdotes Dei. Sicut, inquam, non possũt iterum uitam amittere, & beatitudinem, de qua sunt certi, de qua bona eis data, uel semel acquisita, iterum amittere non poterunt, ergo oportet ꝙ sint eis sempiterna. Et sicut erunt illis sempiterna. Ita per rationem prædictam erunt, & dantibus sempiterna, quia ad sempiternam illorum erunt gloriam. Qui ergo libenter haberetis uestes, cibum & potũ, diuitias & talia necessaria sempiterna: date illa procuratoribus mortuorum. i. pauperibus, pro illa facite uobis amicos de mammona iniquitatibus, ut cùm defeceritis, supple in morte, recipiant uos in æterna tabernacula. Lucæ 16. Et uobis mors ultra non erit. Apocal. 21. Nec esurient, uel sitient amplius.

120 ¶Secunda pars huius articuli: ꝙ, videlicet, cogitatio de defunctis est utilis & rationabilis ad uiuorum exemplũ: patet ex tribus. Primò ex rerum naturalium exemplo. Secundò ex uiuorum expertorum opere seu facto: Tertiò ex proborum virorum documento. Primum patet, quia sicut in natura utile est oculis indispositis, respicere speculũ de cineribus factum filicis. Ita utile est, quantum ad animam, respicere speculum de cineribus factum mortuorũ. In quo speculo uidere possumus, & occasionem habere omnes nostros tergédi defectus. Ibi nanque ostenditur quãti defectus sit cupiditas, quia ex quo ille, qui pauper nascitur, pauperior moritur, quia mundum, intrantibus, quan doque pannus datur nouus. i. chrysmale, serico aliquando ornatus, quibus exeuntibus datur cilicium, uel antiquũ lintheamen, quid ualet cupiditas, uel diuitiarum cumulus, quasi medium à duobus extremis tantum discordans? Monstruosus nanque uideretur appetitus: ꝙ homo appeteret in corpore medium, quod non esset de natura extremorum, vtpote ꝙ medium esset aureũ, & extrema, scilicet caput, & pedes essent terrei, quare ergo non iudicant monstruosum appetitum, medium statum illorum aureum. i. ditissimum & multum appetere, cum extrema illorũ sint terrea. i. miserrima & pauperrima? Est insuper prædictum speculum mortuorum utile contra superbiam, iram, inuidiam, & huiusmodi uitia spiritualia, quia ex quo uident illos, qui in magna uixerunt superbia, qui magnas inter se habuerunt iras & discordias, ab uno post mortem contineri cęmiterio vel terra quãtum ad corpora, & ab vno cęlo uel inferno, quantum ad animas, in quorum etiam speculo, idem vident sibijpsis in breui uenturum iudicium, rationabile uidetur, ꝙ vnus contra aliũ non superbiat, nec irascatur vel inuideat, sed sint vnum & simul in vna vita, uilla, domo, uel patria, & specialiter in vno amore, & concordia, qui tantam loci vnitatem, & simultatem habebunt post mortẽ, quia & in morte non sunt diuisi. 1. Reg. 1. Mortuis ergo illa competit admonitio. Ioan. 17. Vnum sint sicut nos unum sumus.

¶Secundo opus & exemplum virorũ expertorum mortuorum, & morientiũ miseria nos docet, qualiter & quàm vtiliter de defunctis cogitare debemus. Ipsi nanque in mortuorum libro, & speculo respicientes, nos suo exemplo docuerunt, qualiter in illo respicere 121

debere-

debetemus. Sicut patet primò per histo-
riam, ꝙ scribitur in libro de dono timo
Exēplū. ris: de filio cuiusdā comitis: qui volens
patrem suum mortuum de loco sepul-
turæ prioris transferre, uel alium eidem
superponere lapidē: priori lapide amo-
to, inuenit busones horribiles in pu-
teo, seu tumba, cum patris corpore, qui
magno percussus horrore, & timore,
cum hæreditate paterna, omnes vanita-
tes mundi contemnens: in habitu pau-
peris, Romam ignotus adijt, & à quo-
dam Cardinali pro Dei amore pasce-
batur, in cuius morte omnes campanæ
vrbis Romanæ sine humano auxilio
pulsasse dicuntur. Cuius operę & exē-
plo informamur ita de mortuorū cor-
poribus, & de nostris citò morientibus
cogitare, ut carnis accidiam, iram, gu-
lam, & lasciuiam fugiamus. Si enim
illi, qui accidiosè in lectis suis lasci-
uiunt, turpia agentes, & turpius cogi-
tantes, de lecto prædicti comitis, & de
lecto suo quem post mortem cum tur-
pibus habebunt vermibus, magnam
haberent causam motiuam, à talibus se
retrahendi lasciuijs, quia & aliquando
consimilis cogitatio, malum hominem
ad bonam conuertit uitam, sicut patet.
C. 10: 15. Propter quod tertio probi viri
tales cogitationes hominibus eis con-
fessis in partem pęnitentiæ, & peccato-
rum remissionem imposuerunt, sicut
Exēplū. legitur de Papa Alexandro, quòd cui-
dam sibi confesso, quem ad bonam ui-
tam faciliter ducere non potuit, quen-
dam tradidit anulum, rogans, ꝙ illum
in digito portaret, & ꝙ in remissionem
peccatorum quando illum videret co-
gitaret, ꝙ moreretur, quod cum frequē-
ter faceret, optime se correxit. Sic dixit
quidam Roberto Burnel, ꝙ cogitaret
de Ioanne Maneel, vt sic in fine suo:
finem proprium cogitaret, quia felix,
quem faciunt aliena pericula cautum.
Sic etiam quidam sapiens commemo-
Exēplū. rasse legitur Alexandrum mah eum de
fine suo cogitasse: per lapidem ei mis-
sum, cuius natura fuisse legitur, ꝙ in
vna parte statere positus ponderabat
quicquid in alia parte statere poni po-
tuit, sed de terra coopertus, non plus
ponderabat, quàm quicunque alius la-
pis eiusdem quantitatis, asserens ipsum
illi lapidi similem, quia viuus cōtra to-
tum mundum positus, ex vna parte to-
tum mundum ponderabat, quia totum
ipso minorem, & sibi sufficientem non
reputabat, quia & plus, si plus fuisset,
desiderasset, quia & post huius mundi
conquestum alium mundum esse au-
diēs, ipsius desiderasse legitur dominiū:
istius mundi dominium parum repu-
tans: sed mortuus, & terra coopertus,
non plus pōderabat, vel de mundo isto
seu terræ spatio occupabat, quàm qui-
cunque, uel pauperrimus qui equalis
cum illo est quantitatis.

¶Reuera quod prędictus sapiens di- 122
xit de Alexandro, potest dici de nōnul-
lis moderni temporis, quia (ipsis viuen-
tibus) nihil quod habent sufficit, quia
de eis nullus inuenitur, quin plura cu-
piat, quàm habeat. Et sicut nihil eis
sufficit, quod habent, ita nihil suf-
ceret, quod habere possent, quin,
illo habito, plura cuperent. Et sic qui
totum mundum haberent, alium cu-
perent, si alium esse audirent, sed ter-
ra cooperti non plus de terra habe-
bunt, quàm quicunque alius eius-
dem staturæ. Sed heu, non est in
morte, qui memor sit tui, in Psal. 6.
Et si memor sit: sic memor est, quòd 123
nec aliena restituere vult: nec vitam Exemplum.
perfectè emendare, sicut Soldanus il-
le, qui (sicut narrat Isidorus) mo-
riens, fecit vexillarium suum per ci-
uitatem, id est, per Damascum su-
per lanceam panniculum portare, &
clamare dicendo, hæc dicit domi-
nus noster Soldanus, non plus por-
tabo mecum de omnibus bonis meis.
Qui legitur sic mundi diuitias, & vani-
tates inuitus contempsisse, non tamen
legitur uitā emēdasse, nec aliena resti-
tuisse. Cōsimili modo nunc in infirmi-
tate vel tribulatione cōstituti, mundū
quasi malū & mortiferū cōtemnunt, di-
cendo, mors in olla vir Dei. 4. Reg. 4.
Sed

Sed nec aliena restituunt, nec vitā perfectè emendant, ideo nec à Deo misericordiam consequuntur. In quo similes sunt malo Regi Anthiocho. 2. Mach. 9. qui propriam miseriam sentiens, atque graui infirmitate punitus, dixit. Iustū est subditum esse Deo, & mortalem nō paria Deo sentire, quia tamen ore tantū, & non corde & opere pęnituit de illo sequitur. Miserabili vita obitu defunctus est.

Art. 19. ¶Quia verò in prima præcedentis articuli parte persuasiones factæ sunt, viuos ad mortuorum inclinantes auxilium. In isto articulo sequenti: vt viui efficacius cooperentur saluti mortuorum: congruum videtur ostēdere, qualiter mortui apud viuos per sacra Scripturam, quæ specialiter de eis legitur: & intelligitur, ut eos ad compassionem & cooperationem inclinent: gemitum deponunt, & querelam, dicentes. Miseremini mei, miseremini mei saltē vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Iob 19. Cuius quidem auctoritatis. Primo declaranda est prima pars: vbi dicit: miseremini, &c. Secundo secunda pars, quę incipit ibi: manus domini, &c. Prima pars, duo exprimit. Primò defunctorum exprimit indigentiam in miseriæ supportatione. Secundò viuorum excitat diligētiam in causæ ostēsione, quia videlicet amici sunt: vel saltem esse deberent. Primò ergo illorum ostendit defectum. Secundò adiungit causam, quare illos iuuare deberent: quia, videlicet, amici sunt: & secundùm antiquum prouerbium: amicus in necessitate probatur. Sed non est homo in mundo, in maiori necessitate, quàm illi in purgatorio: ergo amicitia maximè erga eos, si uera esset, ostendi deberet. Ratione primi est sciendum, ꝙ mortui in purgatorio, multum viuorum indigent auxilio. Et hoc quidem ostendi potest exemplo triplicis status, modi, uel conditionis hominum: quos videmus auxilio multum indigere. Videmus nanque ꝙ incarcerati, debitis obligati, & impotētes, seu infirmi, multū amicorū indigent auxilio, sed defuncti in purgatorio sunt incarcerati, & debitis obligati, & impotentes: ergo &c.

¶Primum patet ex principio noni articuli. Est tamen aduertendum, ꝙ sicut ibidem innuitur, duplex circa incarceratos inuenitur differentia. Quarum prima attenditur penes illorum liberationem, vel non liberationem. Secunda verò attēditur penes illorum velociorem, uel tardiorem liberationem. Quantum ad primam differentiam est aduertendum, ꝙ sicut uidemus, ꝙ aliqui sine spe euadendi pro suo incarcerantur proprio, sicut illi qui coram iudicibus obmutescunt, & ad pęnitentiam vsque ad mortem ponuntur, & tales precio non liberantur, uel amicorū prece. Alij verò in liberiori, sunt carcere: & illi possunt aliquando iustè liberari: uel quia sunt ibi ꝓ debitis, quibus solutis, liberantur: vel quia sunt ibi pro delicto: citra feloniam, vtpote; quia aliquem læserunt: cui cùm satisfecerint, liberari poterunt. Non sic de damnatis in inferno: quia non suscipiet pro redemptione illorum dona plurima. Prouerb. 6. Et non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem, in Psal. 58. Et de illis qui sunt in carcere diaboli, per peccatum dum viuunt, vel in carcere purgatorij mortui, de qbus apud dominū est misericordia, & copiosa apud eū redemptio, in Psa. 129. 124

¶Quantum verò ad secundam differentiam, aliter est de captis & incarceratis inter inimicos in alio regno, vel terra, vel dominio, qui habent amicos bonos & volontarios: atque alter de his qui non habent amicos, vel si forte habent: non tamen habent potentes, uel non gratos & inuoluntarios habent: quia primi citius liberantur: quia quilibet amicorū eos pro rata & possibilitate sua iuuat: sed secundi diutius in carcere expectant. Sed non est dubium quin talis diu in carcere iacens: & amicorum nominetenus uidens ingratitudinem: quin cum liberatus fuerit: malas grates sciet uxori: & filijs & amicis suis 125

qui

qui ita negligentes circa eius extiterũt liberationem, & minus pro eis facere teneat, quando ipsi indigebunt. Sic spiritualiter aliqui defunctorũ bonos habent amicos & gratos: & illi citius liberantur. Aliqui verò ingratos habent amicos:& potius derisores,quàm adiutores dicentes: vel est saluatus: vel dãnatus,uel in certo loco,quid de eo agetur: sicut patet. E. 8.14. O si sic dixisset vxor,vel amicus cuiuscunque incarcerati in Scocia,&c. quàm malo oculo illum in reditu suo respexisset: quando dictum tale ei constitisset: parum reputasset se ei in posterum obligatum. Ita illi de purgatorio liberati, minus tenebuntur orãdo ingratos iuuare amicos. Errant ergo dicentes: est saluatus, vel damnatus: quia addere deberent: vel incarceratus, de quo carcere potest per nostrum auxilium citius liberari. Pro quo auxilio habendo ad nos clamant: dicentes. Miseremini, &c. Et illud. 4.Reg.1. Obsecro vt miserearis animæ meæ.

116 ¶Secundo indigẽt auxilio, quia sunt debitis obligati. Pro quo est sciendum: ꝙ nonnulli eorum pro duplici detinẽtur debito: pro corporali, & spirituali. Pro corporali: quia fortè non reddiderunt omnibus debita quibus tenebantur. Pro spirituali: quia non plenè ꝓ peccatis suis satisfecerunt: & ideo duo auxilia sunt eis mutanda corporalia videlicet: quæ tunc eis mutuantur,quando amici pro eis debita reddunt, vel eleemosynas dant: & spiritualia,quę eis mutuantur: dum amici pro eis orant: vigilant, ieiunant, vel huiusmodi fieri pro eis faciunt. Hæc ideo eis promutuantur: quia fęneratur domino qui miseretur pauperis. Prouerb 19. A quo maximam pro mutuo suo reportabit mercedem sicut sequenti probatur cõsequentia. Si enim misericordia facta miseris faciens: misericordiam apud Deum inueniet: iuxta illud. Matth.5. Beati misericordes &c. Ergo pro maxima misericordia facta: maximam apud Deum inueniet misericordiam: consequentia patet per regulam, quæ dicit: ꝙ quando aliquid sequitur ad aliud eodem addito vtrobique ad hæc sequitur, sed misericordia facta illis in purgatorio est maxima, quia illi in maximis sunt miserijs & pęnis: quia dicit decretum, ꝙ licèt pęna illa purgatorij ęterna non sit: excedit tamen omnem pęnam præsentem. dist.25. quin aliud. Et de pę.dis.vlt.§.sed quoniam, circa fi. ꝓpter quas miserias dicere possunt illud 1.Corint.25.Miserabiliores sumus omnibus hominibus. Miseremini ergo, &c.

¶Tertiò viuorum indigent auxilio, quia in tantum sunt impotẽtes,& quasi infirmi, ꝙ ex nulla parte se mouere possunt ad laborandum, vel seipsos iuuandum, nec dare possunt eleemosynam: quia nihil cum eis remansit: nec missas pro seipsis celebrare poterunt, nec communionem accipere sacramentaliter, licèt spiritualiter possint. Sicut ergo volentes infantes vestros, qui cibum grossiorem capere non possunt, nutrire, & ad perfectionem deducere, facitis nutrices pro eis grossiorem & substantialem accipere cibum & potũ: vt ipso cibo à nutrice sumpto infans nutriatur, & viuat. Sic facite pro eis sacerdotes celebrare,& communionem accipere, & pauperes cibum & potum pro eis sumere,qui pro se talia facere & sumere non possunt,vt ex illis à sacerdotibus & pauperibus sumptus,illi nutriantur,& viuant, præceptum implentes dominicum. Oseę 14. Eius qui in te est,misereberis pupilli,& specialiter, quia hoc petunt dicentes. Miseremini, &c. Si quis enim cum amico suo multa dimisisset iocalia,vel bona, quæcunque quæ ipse peregrinando secum ferre nõ posset, si pro illis postea in sua maxima mitteret necessitate, nimis ingratus esset si moram faceret in mittendo. Sic in proposito. Talem ergo committentes ingratitudinem, illam dominicam possunt timere sententiã, atque iudicium, quod specialiter cõtra tales profertur. Matth.28. Nõne oportuit

117 (margin, beside "¶Tertiò viuorum indigent auxilio")

Exemplum. (margin)

tuit & te misereri conserui tui, &c. patet ergo ꝙ libenter deberemus misereri afflictorum in purgatorio: quia non potest esse aliqua ratio ab illa misericordia retrahens. Tres nanque causæ esse possunt, quare alteri mutuare, uel misereri retrahimur.

128 ¶Primò, quia non indiget. Secundo, quia mutuum non reddet. Tertiò, quia disperatur de eius profectu, quia mutuum amittet, uel malè expendet, & ad suum bonum non conuertet, quia ex hoc coniecturari potest, quia frequẽter iuuatur, & semper deficit. Sed nulla de prædictis causis nos retrahere potest, quin illis mutuemus, qui in purgatorio detinentur. Non prima, quia ipsi maximè indigent, sicut ex præcedẽtibus patet. Nec secunda, quia non solum reddetur simplum, sed centuplũ, quia plus est pro Deo dare, quàm bona sua dimittere, sed qui dimittit domum, agrum, vel quodcunque aliud propter Christum (ipso teste) centuplum accipiet, ergo &c. Nec tertia causa, quia si semel nunc iuuentur, nunquam deficient. Sed si nunc semel de necessitate, & miseria in quibus sunt, liberentur, statim erunt in tali loco, ꝙ nos eis indigebimus, & ipsi non indigebunt nobis. Et certum est, ꝙ ipsi erunt gratis grati, quorum gratitudinem licèt nunc sensibiliter non uideamus, in morte tamen videbimus, quando in morte nobis occurrent, sicut ostensum est supra arti. 8. Tunc iucundus homo, qui nunc miseretur & commodat in Psal. 101. Grati ergo estote. Col. 3. eis mutuando, & debita illorum reddendo, & legata soluendo, & quæ rapuit, vel iniustè occupauit, restituendo, quia aliter nunquam spem de eius, vel nostra liberatione habere poteritis. Hoc ideo citius facite, quia ad uos clamant, dicentes. Miseremini, &c. quia manus domini

129 tetigit me. Iob 19. In quo ostenditur

Duplex genus manuũ.

defunctorum gemitus, quantum ad secundam partem prædictæ auctoritatis & articuli. Pro quo est sciendum, ꝙ de duplici genere manuum legitur in sacra Scriptura, de manu videlicet Dei, de qua Ezech. 1. Facta est super eum manus domini. Et diaboli, de qua intelligi potest illud, Treu. 1. manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius. Manus vero Dei est duplex, iuxta illud. Luc. 24. Videte manus meas. Vna qua tangit bonos. Alia qua tangit malos. Prima est ad saluandum, de qua in Psal. 118. Fiat manus tua, ut saluet me. Secunda est ad iudicandum, de qua. Iob 13. Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat. De prima potest ille qui est in uia saluandorum, dicere: Manus domini tetigit me.

¶Pro quo est sciendum, ꝙ utraq; manus Dei, tam misericordiæ, quàm iustitiæ, quinque habet digitos.

¶Primo habet pollicem à pollicendo, quia semper in hac uita misericordiam hominibus pollicetur, si eam recipere uelint dicens. Nolo mortem peccatoris, &c. Ezech. 18. Et hic habet duas iuncturas seu articulos, quia primo sicut Episcopus pollice pueros in fronte confirmat oleo. Ita Deus electos suos hic confirmat gratia, & in futura tenet in gloria, quando iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ. Sap. 3.

¶Secundò habet indicem, quo peccatores vocat, vt ad se redeant. Et hic habet tres articulos, quia vocat inspirãdo, beneficia dando, & flagellando, sic in Cruce tota die expandi manum meam ad populum incredulũ. Esa. 65. Sed heu. Prouerb. 1. Vocaui ad pacificandum, & renuistis, extendi manum meam ad recipiendum, & non erat, qui aspiceret.

¶Tertius digitus, qui est medius, & longior, longam Dei significat misericordiam, qua peccatores diu expectat, quia sicut ille ultra omnes se extẽdit. Ita misericordia domini super omnia opera eius. Et hic habet tres iuncturas, quibus peccatores ad pœnitẽtiam, primò recipit, secundo iustos ducit in uia, & in tertio, misericordia illa

perfecta,

perfecta, de qua in Psal. 35. Dominè in cęlo misericordia tua, utrosque glorificat, sic glorifica manum & brachiū dextrum. Ecclesiast. 36.

¶Quartus digitus, qui medicus appellatur, Dei significat efficientiam sanatiuā, qua primo sanat nos à culpa, i. à lepra peccati, sicut sanauit leprosum, de quo dicitur. Matth. 8. Extendens, inquit, manum suam, tetigit eum, scilicet, leprosum, dicens: Volo, mundare, qua secundo eius auxiliatur, ne infirmentur, dicens. Manus mea auxiliabitur ei, qua tertio eum à mortuis suscitat, sicut filiam illam. Matth. 9. Filia mea modò defuncta est, sed ueni, & impone manum illi, & uiuet. Et sequitur. Tenuit manum eius, & surrexit, sic digitus iste tres habet iuncturas.

¶Quintus digitus, q auricularis dicitur, q & breuior est inter omnes, breuem significat pęnitentiam, seu pęnam in quam Deus æternā commutat, quando peccatores ad pęnitentiam recipit. Et hic habet tres iuncturas, quarum vna amicitiæ coniungit Dei affligens nos ad modum patris in bonis naturæ, per infirmitates. Secunda nos affligit in bonis fortunæ, affligendo nos per paupertates. Tertiò à malis culpę, quę breuiter durant, nos defendit, vt à malo pęnę in æternum nos protegat. Sic in umbra manus suę ꝓtexit me. Esa. 51. Et sic tenuisti manum dexteram meā, & in uoluntate tua deduxisti me, &c. in Psal. 72. Et nota, quòd signanter dicit propheta. Tenuisti dexteram manum meā, quia Deus, uel prælatus, uel quicunque, qui Dei tenet locum, tenet manum subditi, & in uoluntate sua ducit eum, quò ipse vult: gloriam illum suscipit subditum. Quando verò econuerso subditus in manu sua tenet manum superioris, & illum sibi obedire facit, & ipsum ducit à quo duci deberet, tunc manus in manu non erit innocēs manus. Prouerb. 11. Si tamen finaliter talem manum manus Dei apprehendet iustitiæ quæ est quasi manus eius sinistra cum qua in die iudicij in anima & corpore, & prius in anima tanget illos, qui à sinistris eius erūt. In qua manu pollicis locū tenet pollicitatio seu promissio: qua malis promittit pęnam æternam, dicens. Ibunt hi in suppli- 13
cium æternum. Matth. 25. Et hic habet duas iuncturas, quarum una fortiter stringit corporaliter morientem, in tātum ꝙ nulla secum quæ prius inordinatè dilexit, portare permittit. Alia verò ęternaliter damnatum in ignem deprimit æternum, & sic extendit manum suam in retribuendo, in Psal. 54. Locū verò indicis Dei aperta tenet manifestatio, qua omnia peccata toti mundo manifestabit perditorum. Iuxta illud. Naum. 3. Ostendam cunctis gentibus nuditatem tuam, &c. Et hic tres habet articulos, seu iuncturas, secūdùm ꝙ tria genera manifestabit peccatorum, cogitationis, locutionis, & operationis, qđ. 2. Machab. vltimo significari potest per illud quod ostenderunt caput Nicanoris & manum nephariam, & tunc apparebit quoniam horribile est incidere in manus Dei viuentis. Heb. 10. Locum autē medici. i. quarti digiti Dei, tenebit reprobatio & recitatio medicinæ, quā nobis contulit quā abusi sunt impij. Et hic tres habet articulos, quia recitabit & reprobabit opera creationis, recreationis, & gubernationis contra ingratos de his beneficijs & medicinis, de quorū quolibet dicitur. Prouer. 26. Abscondit piger manū suā sub ascella. Et Matth. 12. Ecce homo habēs manū aridam sine sua virtute. Idcirco non liberabūt aīam suā de manu flāmę. Esa. 47. Locum verò quinti digiti qui est oībus breuior tenebit, post ostensionē & exprobationē breuis snīa, qua breuiter dicet. Ite, &c. vel Discedite à me, &c. Et hic tres habet iuncturas ẜm ꝙ fulminatio illa tres includet vel causabit pęnas, seu dolores. Vnū auribus in audiēdo. Aliū oculis in videndo iudicē iratū, & pęnas quas intrabit. Tertiū toti corpori & animę in sentiēdo. Et quia finalis sentētia excōmunicationis ẜm iura in scriptis dari debet, cōgruè de illa sentētia quādo

do illi excommunicati à communione separabũtur electorũ, dicit Dan. 5. De manu Dei sententiã illam scribẽte: apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis. Et Ioan. 8. Digito scribebat. Locum uero tertij digiti, qui est inter omnes longior, ęterna illa tenet pęna, quam reprobi sine fine post sententiam latam patientur, quorum quilibet, quia manum suam egeno & pauperi non porrigebat. Ezech. 16. Idcirco omnes simul tradentur in manus gladij, partes
131 vulpium erunt, in Psal. 62. In manus, inquit, gladij, i. diaboli, de qua Iob 1. Ecce uniuersa, quæ habet, in manu tua sunt. Ad literam diabolo hoc dicitur. Cuius manus pollicis locum tenet, pollicitatio, seu promissio, quam peccatoribus fallaciter promittit. Et hic duas habet iuncturas secundùm quod peccatoribus duo fallaciter promittit, sicut patet. M. 9. 48. Et sicut primos parentes manu ista decepit: ita ferè omnes illorum sequaces, ita ꝙ cõgrué de illa manu dici potest, illud Gen. 16. Manus eius contra omnes. Hanc manum præscindere potest, qui uoluerit gladio verbi Dei, id est, doctrina illa, quæ habetur. C. 6. 61. Locum verò indicis tenet ostẽsio aliorum peccatorum, quam tentatis ostendit, ut eos audaciores faciat ad peccandum, sicut patet. M. 9. 48 Et hic tres habet iuncturas secundùm ꝙ tria genera hominũ, id est, maiores, ęquales, & inferiores eodem delicto reos esse ostendit, & sic in manibus suis abscondit lucem, id est ueritatem. Iob 36 Has manus præscindere deberet doctrina, quæ habetur. M. 9. 48. Orando & dicendo. Erue me à framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meã. Tertiò vero digito, i. longiori ad longam consuetudinem peccatores trahit peccandi. Et hic cum tribus iuncturis, i. cum concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia uitæ, dicendo, manus nostra excelsa. Deut. 32. Hanc manum scindit gladius verbi Dei. Luc. 12. dicens. Stulte ac nocte repetent à te &c. De hac manu, per hunc gladium euadet innocens manibus & mundo corde, &c. Quartò digito. i. medico ad modum medici quasi sana naturæ, & rationi debita persuadet, ipsa delectabilia carni persuadet esse sana & utilia. Et hic tres habet iuncturas, gulam, accidiam, & luxuriam, quibus peccatores ad peccandum allicit. De his dicere potest illud, quod scribitur Iob 31. Manibus meis adhæsit macula, quia illa peccata specialiter maculosa sunt, etiam quo ad corpus. Hæ ergo manus sunt Esau. Gene. 27. cum quibus adhuc multi decipiuntur cum Isaac qui cognouit, quia manus pilosæ eum deceperunt. Gen. 27. Hæ manus sunt præscindendæ rationibus allegatis in remedijs contra accidiam, gulam, & luxuriam in capitulis suis, quas præscindit ille, qui ueraciter dicere potest illud Psal. Anima mea in manibus meis semper. Vltimus digitus est ultima dæmonis tentatio, scilicet, disperatio. Qui tres habent iuncturas, scilicet, peccati quantitatem, seu magnitudinem, & qualitatem, quia scilicet tam uile est, quod illud ostendere non potest: quia diabolus illud ostendere dissuadet, & diuturnitatem, quòd ideo illud dimittere dissuadet, quia tam diu exercuit & his tribus manibus eius reddent ei, id est peccatori dolorem suum, scilicet desperationis. Iob 20. Hos digitos amputare deberent remedia ostensa in capitulo desperationis, scilicet. D. 2. Gladio linguæ, de quo in Psalm. 58. Gladius in labijs eorum. Et opere satisfactionis, sicut ille qui dicit, docet manus meas ad prælium. Et posuisti ut arcum æreum brachia mea.

¶Ne uerò diabolus, qui est mõstruosus, uideatur in corpore suo & mem- 132
bris perfectus & bene formatus, sextus tanquàm homini monstruoso & deformi dabitur digitus ut sit similis illi, de quo. 2. Regum 21. Habens senos digitos in manibus. Hic digitus vocatur pęnitentiæ retractio, quia illo peccatores à pęnitentia retrahit. Et hic

tres

tes habet iuncturas, amorem, timorem, pudorem, quibus multos à digna & sufficienti retrahit pęnitentia. Amore nanque inordinato, specialiter duo genera retrahit hominum, illos uidelicet qui in peccatis suis magnum habent lucrum, sicut usurarios uel alios consimiles, & illos qui in peccatis suis magnas habent delectationes, sicut gulosos, & luxuriosos, & huiusmodi per talia nanque lucra uel delectabilia nimis amata, ita fortiter eos tenet & retrahit, ꝙ nec sinit quemcunque eos de manu sua extrahere, nec uolenti extrahere acquiescere sinit, sed eos contra eũ manu sua fortiter agitat & prouocat. Quod pulchre ostenditur, Actuum 19. de Paulo prædicante in Epheso contra templum Dianæ vbi multi eum libenter audiebant, & eius doctrina conuertebantur, sed Demetrius argentarius, & alij qui faciebant imagines in templo, de quibus magnum lucrũ reportabant, nimis grauabantur, vnde dictus Demetrius congregatis illis qui fuerunt talis artis, & recitato coram eis lucro, quod reportabant & quomodo Paulus prædicabat illos, non esse veros Deos, sed manufactos, quomodo etiam si doctrina sua præualeret, ipsi nihil lucrarentur, currentes per ciuitatem clamauerunt. Templum magnæ Dianę & concitauerunt multos contra eos. Ecce qualiter in ordinato cupiditatis amore illos retraxit ne prędicationi Pauli crederent, cum nullam aliam rationem vel causam haberent: quare credere nõ deberent: nisi mali lucri amissionem, & non solum retraxit, sed contra extrahentem concitauit. Sic moderno tempore nonnullos retrahit & mouet in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus, in Psal. 25. Nota simile. A. 26. 21. & C. 6. artic. 12. & P. 7. artic. 13. per totum. Quod simili modo retrahit & manus agitat, contra uolentos extrahere amantes delectationes carnis, patet Lucæ 3. de Herode, qui cùm corriperetur de Herodiade vxore fratris sui, occidit Ioannem. Sic adhuc tales occidunt spiritualiter odientes uel corporaliter sanguinem effundentes de quibus. Esa. 1. Manus uestræ sanguine plenæ sunt. Caueant tamen qui aliorum peccata reprimere deberent & peccatores, ne sicut ipsi nolunt audire, ne lucrum amittant, uel delectationes, ita illi nolunt veritates dicere, ne lucrũ amittãt, vel delectationes. Et fiat sicut populus: ita sacerdos. Sed sint sicut illi, qui vna manu faciebant opus, & alia gladios tenebant. Neemie. 4. Sic iuncturam amputent prædictam.

Exẽplũ.

¶Secũda iunctura, id est, pudore nõnullos à pęnitentia retrahit, & restitutione. Primò nanque contra uolentes ieiunare, pudorem opponit quando talis est in aliqua societate, ꝙ non reputabitur bonus socius, nisi fecerit sicut alij faciunt. Secundò contra uolentes confiteri, pudorẽ opponit de utilitate peccati, in qua oppositione in tantum pręualet, ꝙ uix est aliquis qui peccatum apertè nominet, uel confiteatur, dicit nanque ei diabolus, verecundum est tibi reputari ita malus, & etiam si apertè illud dixeris, maiorem dabit tibi pęnitentiam. Tertiò cõtra uolentes uel debẽtes restituere, pudorem opponit paupertatis sui, & suorum, hanc quilibet amputare deberet gladio verbi Dei dicentis, qui me erubuerit, &c. dicens. manus peccatoris non mouet me, &c. in Psal. 35. 133

¶Tertia iunctura, id est, timorę inordinato tripliciter nonnullos retrahit, quia timorẽ eis immittit de aggrediendo, de tolerando, de perseuerando. His tribus multos terret, sicut laruati terrẽt pueros. Et sicut incantatores, qui faciunt festucam apparere serpentem, dũ famem, sitim, vigilias, & opera pęnitentiæ & charitatis, quasi eis mortifera apparere facit, & iugum domini graue prædicat & laboriosum, dicens. Illud non aggrediaris. Sed hanc manũ pręscindit Christus, dicens. Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. Secundo dicit, talia tolerare non potes. Hanc verò

amputat beatus Gregorius dicens. Si præcedentium facti consideremus, nō erit graue quod toleramus. Tertiò dicit in talibus perseuerare non potes: Sed hanc manū & linguā diaboli amputa verbo beati Bernar. dicentis. Deuotus miles sua non sentit dum benigni ducis vulnera intuetur. Prædicta manu Pharao: id est diabolus multos detinet ne uadant sacrificare Deo suo uia trium dierum, de qua bene mortuū eduxit dominus, de quo dici potest illud. Exod.13. In manu forti eduxit te dominus de Ægypto, quod omnibus bonis promittit, dicens. De manu mortis liberabo eos. Oseę 13.

Art.20.
134 ¶Quam liberationem à Deo per virorum auxilium fieri petunt in sacra Scriptura, quæ de eis legitur, dicentes. Libera me domine & pone me iuxta te. Iob 17. Et Deus in adiutorium meū &c. in Psal.69. Ad quarum auctoritatum declarationem tria sunt ostendenda. Primò nanque ostendetur qua ratione prædicta uox deberet esse oratio mortalium omnium. Secundò morientium. Tertiò mortuorum. Primò nanque quòd omnes mortales sic indigent clamare: patet, quia sicut videns domum proximi ardere, uel ruituram, si ex cuius igne uel ruina periculum imminet domui suæ: clamat adiutorium, quia domum suam securam non habet, & non solum clamat, sed fortiter cooperatur ad liberationem domus & rerum suarum. Sic omnes mortales videntes tot quotidie iuuenes & senes mori, tam spiritualiter, & sic domum animę igne incendi peccati, ex quo igne uicinis & socijs frequenter imminet scandali & periculi ruina, quàm corporaliter, non habēt domum suam securam, ideo habent clamare & dicere. Domine libera &c. Et ad hoc fortiter cooperari deberent ne sint similes illi de quo. A. 8.10. Tu non sic, sed da operam liberari ab illo. Lucæ 12. Vt hoc facto à morte liberaretur. 2.Macha.6.

135 ¶Et ideo fortius est clamandum & cooperandum, quia domus illorum est de paleis, & quasi de fęno, quia sicut fęnum calore marcescit, ita nos paruo calore febrili, dicentes: Percussus sum vt fęnum &c. in Psal.101. Et sicut domus de paleis est in periculo tempore belli, & ignis. Ita nos quorum corpora sunt fragiliora omni vase uitreo, quia uas tale custoditum ab exteriori violentia diutius durat quàm nos, quorum ventus est uita, quid aliud clamare debemus quàm dicere. Libera &c. Qui liberas Israel ab omni malo. 2.Machab.1. Sed heu ingratus sensu derelinquit liberantem se. Eccl.29.

¶Secundò pōt esse clamor & petitio propter insidias inimicorum spiritualium & inuisibilium, qui morienti insidiantur, sicut patet. E. 8.10. Contra quos pro auxilio habendo clamare habet & diceret. Domine libera: & Domine ad adiuuandum &c. In quo clamore exaudietur qui prius se dignum fecit exauditione & liberatione, ꝙ maximè fit eleemosyna, sicut patet. E.3.15. quia eleemosyna ab omni peccato & à morte liberatur. Thob.4. Tertiò potest esse clamor mortuorum præ magnitudine & multitudine pęnarum clamantium. Ibi nanque pro uenialibus & quæ parum apud nos ponderantur multum grauiter puniuntur. Sicut patet primò per hoc, quod scribitur in libro de purgatorio Patricij de quodam religioso ducto & reducto ad purgatorium, qui semper post austeram vitam duxit, & quasi tristem ostendit vultum: A quo cum causa quæreretur, respondit, si sciretis quomodo venialia ibi punirentur, non ita faciliter ea committeretis. 136 Exēplū.

¶De alio etiam religioso scribitur, quòd post mortem uiuo socio suo apparens, dixit multos in purgatorio esse propter risus, iocos, & ociositatem. Ex quarum pęnarum consideratione patet, primò quòd quidam iuuenis congrue respondit patri suo uolenti illum de ordine, quem intrauerat, extrahere, dicens: delicatus 137 Exēplū.

ea,

es, non potes ordinis sustinere austeritates. Cui filius, quia delicatus sum, ista patienter sustinebo, sciens me pęnas in futuro sęculo non posse bene sustinere. Tales, nanque, qui hic sustinēt, alijs alibi sustinentibus, cantabunt. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus, in Psal. 123. Secundò in consideratione prædictarum pęnarum & falsorum amicorum uiuorum, patet quòd mortui indigent non solum Dei, sed etiam sanctorum petere auxilium, non inconuenienter ponunt simul festum omnium Sanctorum, & commemorationem mortuorum, ut sint in unum diues & pauper, in Psal. 48. iuxta illud. Diues & pauper obuiauerunt sibi. Prouerb. 22. sicut patet. D. 11. 10. Vt sicut diuitibus congregatis, ad festum, congregantur & pauperes, ut petant eleemosynam. Ita ecclesia pauperes illos congregauit, ut parati essent statim post festum omnium Sanctorum, ut misericordiam ab eis recipiant, sciens quoniam fratres in adiutorium in tempore tribulationis & super eos misericordia liberabit. Eccl. 40. Ex qua patet auctoritate, quod mortui multum sanctorum & uiuorum iuuantur suffragijs, quia frater qui iuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Prouer. 18.

Ar. 21. ¶Ad cuius intellectum tria ostēdere restat. Primò nāq; ostēdetur, quomodo moriētes quandoq; à sanis iuuantur, & iuuari poterūt. Secūdò quomodo mortui uiuorum suffragijs multū iuuātur: Tertiò ostendetur, ꝙ est mirabile ꝙ uiui ita negligentes sunt circa mortuorū exhibenda commoda, & ꝙ ita parum pro eis faciunt.

138 Exemplum. ¶Primum patet ꝑ exemplū de quodam religioso visitando (vt fertur) infirmum quendam desperatū, quē cū nullo modo ad spem misericordiæ ducere potuit, dedit ei omnia merita sua, & quantum potuit, fecit cambium inter uitam suam & uitam illius, & sic confortatus mortuus est, religiosus etiam citò post de hoc sęculo transiens, socio suo apparens post mortē dixit, se & illū prius desperatum simul de purgatorio esse liberatos. Sic ergo & tu aliquando conuersus cōfirma fratres tuos. Luc. 22. Sed heu infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret, in Psalm. 106. Nota simile huic. C. 6. 41.

¶Secundū patet per exēplum quod fertur de quodam sacerdote, qui somniasse scribitur, ꝙ quidā pueri in quodam cęmeterio piscabatur, & quandam personam sursum traxit cum hamo aureo, & linea argētea, qui in crastino inuenit illū puerū super tumbam matris orantē. A quo requisitus, quid oraret: respondit, pater noster, & Miserere. Sic misericordiam & miserationes facite vnusquisque cū fratre suo. Zach. 7. Deū ꝓ mortuis postulātes & dicētes: adiuua nunc sicut &c. 2 Macha. 13. Et tunc adiuuabit eā. i. animam Deus in Psal. 45. quia adiuuabāt eum omnes fratres sui. 1. Mach. 3. Sed heu pauci inueniuntur fideles mortuorum adiutores. Plures nanque uermibus potius quàm fidelibus amicis similes sunt, quia sicut vermes comedunt corpora, ita illi colligūt bona, & nec illi, nec isti animabus prosunt illorū, quibus tribulatio est, & nō est qui adiuuet, in Psal. 21. Qui vidētes se ab omnibus oblitos, nihil aliud dicere possunt, nisi Deum inuocare, dicentes. Adiuua nos Deus salutaris noster, in Psal. 78. quia nisi dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.

Exemplum. Adiuuare.

¶Tertiū, ꝙ videlicet, mirabile est, ꝙ sunt ita ingrati mortuis, patet propter duo. Primò ꝓpter mortuorū & in purgatorio afflictorū multitudinē & indigentiā. Videmus eīn ꝙ nūcij veniunt ꝑ ecclesias de diuersis hospitalibus: & ꝑdicāt se multos habere infirmos & impotētes, & largas ostēdunt indulgētias, & multa eis, dant, & bene quidē, sed nō est ita largū & magnū hospitale in toto mūdo, nec ubi tot sunt impotentes nec tantum indigētes, sicut in purgatorio, si oēs hospitales domus essent in vnum cōgregatę. Habēt etiā satis largas indulgentias, quia multi sunt ibi pro qui- 139

bus, si dicatur, Pater noster, orans magnas cõsequeretur indulgentias à Deo, & Papa, & Episcopis concessas. Et tamẽ pauci sunt, qui tantum eis dant, vel tantum pro eis faciunt, quantum pro infirmis in hospitalibus faciunt de cumbẽtibus, si tamen illis infirmis pro ipsis mortuis faciunt tam ipsos infirmos, quàm etiam in purgatorio pascunt afflictos, & ipsam animam de corpore exeuntem & clamantem, adiuua me solitariam. Hester. 14. Secundò propter profectus certitudinẽ. Videmus enim ꝙ circa filios & alios charos amicos viuos in anno multas expendunt marchas, circa illorum necessariam sustentationem, vel fortè circa illorum uanitatem in armis & equis & robis, & huiusmodi sustinenda, quas expensas frequẽter amittunt, quia illa circa quos expendunt, deficiunt potius quàm ꝓficiunt, & in malis vsibus expensas illas consumunt, mirabile est ergo, quare circa illorum utilitatem, & de purgatorio liberationem tot denarios expendere nolunt, quos nullo modo amittere possunt, quot marchas circa uiuos expendunt, quas frequenter amittunt. Ideo nanque nullo modo eas expensas ꝓ mortuo, scilicet, factas amittere possunt, quia si mortuo illo pro quo fiunt nõ prosint, quia in cęlo fortè est, vel in inferno, alijs tamen mortuis in purgatorio existentibus, & ipsis etiam facientibus infallibiliter proficiunt. Nec hoc solum est mirabile, ꝙ pro eis non faciunt, sed maiori admiratione dignum est, ꝙ illi, qui viuum iuuabant mortuũ spoliant & persequuntur, & vir fratrem suum venatur ad mortem. Miche. 7. Misericordiam & auxilium petentem & dicentem. Iuuetis me in orationibus. Ro. 15.

Arti. 22. ¶In qua petitione exaudiendi sunt propter bonum assequendum, & propter malum fugiendum.

¶Primo nanq; grati & benefici mortuis, magnum bonum ex hoc assequuntur, quia ipsi grati eis existunt de pęnis liberati.

¶Secundo eis ingrati, malum incurrunt, quia non merentur ab eis iuuari: quando ipsi in purgatorio vel in alijs fuerint mundi afflictionibus: & ipsi de pęnis liberati, magni fuerint in cęlo. Primum ostenditur tam historia, quàm auctoritatibus. Scribitur nanq; de quodam grato mortuis, quẽ inimicos suos fugientem per cęmeterium, mortui uel Angeli eorum in mortuorum similitudine resurgentes, fugientem defenderunt, & ab inimicis eius custodierunt. De quodam etiam religioso scribitur, qui de consuetudine solebat cęmeteriũ circumire ad orandum, specialiter pro mortuis ibi sepultis. Illo ergo postmodum infirmatos, Abbas in quodam sero in camera sua stans, & versus domũ, in qua infirmus iacebat, respiciens, vidit pulchram processionem, in albis cũ ceroferarijs præcedentibus uersus domum illam accedere: qui, vno illorum vocato, rogauit, ꝙ diceret, qui essent. Qui ait: Nos sumus animæ quorum corpora in isto iacent cęmeterio, adiutorio illius infirmi de purgatorio liberatę, propter quod ei nunc occurrimus, vt grati ei existimamus, qui gratus nobis extitit. Sic nobis occurrent, si eis grati fuerimus & bene mortui, ut cum illis viuamus, iuxta illud. 2. Thi. 2. Et si commortui fuerimus, & conuiuemus, si sustinemus, & congregabimus. Si negauerimus Deum, uel quemcunque mortuum, & ille negabit nos. 140 Exẽplũ. Exẽplũ.

¶In quo patet secundum, ꝙ videlicet ingratis offenduntur. Nec mirum, quia si quis esset in igne ligatus, & filius vel vxor, vel amicus posset vincula illius soluere, & ipsum de igne liberare, si non faceret, bene haberet materiam offensæ & grauaminis. Sed illi in purgatorio sic in igne detinẽtur, vt vincula illorum per viuos rumpi possint. Quod patet exemplo quod habetur. E. 6. 14. Te ergo, qui amicus es defuncti, superstitem reliquit vt diceres his qui uincti sunt, existe. Esa. 49. Quod si non feceris, iustè apud Deum conqueri possunt, dicentes: Domine, 141

bona

bona nostra & iocalia dimisimus cum uxoribus, filijs, executoribus, & amicis nostris, ut ipsi nos bonis illis iuuarent, & nobis in magna miseria pro defectu bonorum illorum existentibus, ipsi ea in risu, & delitijs, & voluptatibus expendūt, & nobis non succurrūt, nec nos liberant: quia, qui videbant me foras fugerunt, obliuioni datus sum tanquàm mortuus.

Arti.23. 142 ¶Qui communiter est datus obliuioni quoad omnia opera, quæ ei ualere deberent, sicut elemosynas, & huiusmodi, sed non quantum ad visum, quia ad hoc illum in loco sancto, ad quem frequenter declinant, sepeliunt, ut ipsius tumbam uideant, cui tantum prodest in loco sancto sepeliri, si ipse sanctus sit, qui sepelitur, aliter nequaquàm, sicut ostensum est. D.4.12. vsque ad finem capituli. Et est de sepulturæ loco in hoc casu, sicut de habitu religionis, propter duo. Primo quia sicut habitus ille monachum non sanctificat, sed potius homo habitum, ita sanctus locus cadauer pessimum nō sanctificat. Secundò quia sicut religiosi cum tali habitu sepeliuntur, cum quali viuunt. Ita mortui cum tali habitu uirtutum sepeliuntur, uel uitiorum, cum quali uixerunt. Sicut insuper habitus religiosus in morte illum iuuat, qui prius religiosè vixit, & non alium. Ita sepultura illum qui bene vixit, iuuat. Tales sunt in locis sanctis sepeliendi, qui organum ante mortem extiterunt spiritussancti, qui & in resurrectione gloriosè apparebunt, quādo complebitur in eis illud. Esa.26. Viuent mortui. Alijs autem sufficere deberet cum Socrate sepeliri, de quo Exēplū. in Tusculanis fertur quæstionibus, quòd cùm infirmaretur: Catoni discipulo suo quærenti, vbi eum post mortem sepelire deberet: respondit, se non curare, quia, inquit, ubique uia est ad infernum. Cui discipulus, ubi ergo corpus tuum ponemus? Cui ille proijcite illud in campum. Cui discipulus, ibi bestiæ & uolucres carnes tuas deuorabunt. Cui magister, ergo ponas baculum in manu mea, ut me custodiam. Cui discipulus, non uidebis nec quicquam sentias, cui magister, & si nihil sentiam, quid mihi nocebit, ꝙ à bestijs deuorabor? omni nanque tali sufficit sepultura illa. Iere.22. sepultura, inquit, asini sepelietur. Sed heu contrarium quotidie accidit. Nam illi, qui peiorem ducunt uitam, in magis honorabili post mortem frequenter sepelientur loco. Quod male plangit sacra Scriptura, dicens. Vidi impios sepultos, qui etiam cùm adhuc uiuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum, sed & hoc uanitas est. Eccl.8.

¶Ex qua auctoritate ultimus istius capituli elicitur articulus, quia non solùm est uanitas, quòd tales in loco sancto sepeliuntur, sed mors insuper ostendit, quòd cuncta quæ ad eos prius pertinebant, uel in quibus delectabantur, & confitebant, sunt uanitas uanitatum & omnia uanitas. Ecclesiast.1 Pro quo est sciendum, ꝙ non obstante ꝙ dicatur, quòd ratio conculcationis prædictorum uerborum sit uanitatum nimietas, quam sacra Scriptura & sancti homines, spiritusancto inspirati, vidētes non nisi tali uerborum conculcatione conceptum suum exprimere poterunt. Potest nihilominus non inconuenienter dici, ꝙ sacra Scriptura ideo in prædicta auctoritate ter vanitatem replicat, quia mors malorum tria, quæ ante mortem habent, uana esse ostendit, scilicet bona naturæ, fortunæ, & gratiæ. Quando nanque aliquis qui prædicta habuit bona, quibus abutetur (sicut Iudas, qui omnia prædicta habuit. Nam bona gratiæ habuit in hoc quòd de numero fuit Apostolorum) moritur, quòd certitudinaliter uerificatur de illo, illud Psal. 21. In puluerem mortis deduxisti me, tunc infallibiliter scient, quòd omnia prædicta ei uana fuerunt, quia sine debito caruerunt. Cum fines illorum nihil sit, qui confidunt in nihilo, & lo-

Art.24. 143

quuntur uanitates. Esa. 59. Hoc nanque patet inductiuè. Primò omnium finem prędictorum bonorum singillatim tractando. Secundò simul coniunctim in uno exemplo idem ostendendo.
144 Primo nanque patet, ꝙ finis bonorum naturalium cuiusmodi sunt fortitudo, pulchritudo, sapientia humana, seu mundialis, quæ partim est à natura, partim ab arte, uanus est in malis hominibus non solum in morte, sed etiã ante mortem quandoque. Hoc enim primo ostenditur in fortitudine, cuius finis quandoque ante mortem talis est, quòd ille qui fuit fortis quasi pugil, qui solebat pugnare, percutere, saltare, manus in choreis leuare, & cantilenas de inordinato amore fortiter cantare, ante mortem vix potest pedes mouere ad exquisita & secreta naturæ facienda, vel manus leuare, ut cibum uel potum in ore ponat, uel ut muscas de ore abigat, nec fortitudinem habet, ut se in lecto suo de latere in latus uertat. Qui semper linguam fortem & potentem habere solebat atque uelocem ad placitandum, ad iurandum, & ad mentiendum, & detrahendum, atque superiactandum, tunc non potest illam mouere, uel ad confitendum, uel orandum, sed nec ad respondendum sacerdoti, uel alijs de his quæ ad salutem suam pertinent. Vtinam quando sic de fortitudine superbiunt & audaciores fiunt ad malè faciendum, saperent & intelligerent, quomodo & quàm citò fortitudo illa in talem finiet miseriam, debilitatem, & uanitatem per alios, quorum fortitudinem sic finire viderũt, de quibus in Psalm. 77. Defecerunt in vanitate dies eius, & anni eius cum festinatione &c. Secundo idem ostenditur in pulchritudine, quam etiam non solùm finis & turpitudo ante mortem, q̃ quotidie patent experimento, sed etiã historia & auctoritas vana esse ostendunt. Hoc nanque ostendit historia
Exẽplũ. assumpta de libro de dono timoris, de Isabella filia Sancti Ludouici Regis Francię, quondam Regina Nauarrę, quę graui infirmitate percussa, & turpis effecta ad se familiam conuocauit & quàm turpis fuit, eis ostendit, dicens. Ecce quàm turpis sum & deformis, quàm pulchram uocare solebant: videte ergo in me quàm fallax gratia & uana est pulchritudo. Prouerb. 21. Vtinam hæc saperent, & intelligerent, qui nunc de pulchritudine inaniter gloriantur, & quæ se pingunt, & superbè ornant, ut pulchriores appareant quàm sunt, cogitare deberent tales, quomodo erit pro crispanti crine caluitium &c. quæ eis minatur & promittit Deus. Esa. 3. in fine capituli. Talis nanque cogitatio, tam illos qui de pulchritudine gloriantur, quàm illos etiã qui propter uanã pulchritudinem carnaliter diligunt, retraheret, quia secundùm beatum Gregorium. Moral. lib. 16. Quid sit carnis substantia, uel pulchritudo; testantur pulchra, nilque sic ad eius desiderium edomandum ualet, quàm ut quisque quod diliget uiuum, quale sit mortuum, penset. Corriget ergo quilibet illud Bernar. in meditationibus, quomodo post hominẽ puluis, post puluerem fetor & horror, sic in non hominem uertitur omnis homo, ut quid ergo diligitis uanitatem? in Psal. 4.

¶Tertiò idem ostenditur in mundiali sapientia, quæ in tanta etiam quãdoque ante mortem finitur ignorantia, ꝙ vix cognoscit vxorem, filios, uel amicos, immo aliquando sensum totaliter amittit, & in frenesim conuertitur, & nec confiteri, nec Dei inuocare scit misericordiam. Et hoc uanissimum iudico. Ecclesiast. 8. Quod uidelicet quis de tali sapientia superbiat, uel in tali confidat prudentia, uel tali abutatur, ut decipiant ipsi de uanitate in idipsum, in Psal. 61. quę in tali finitur miseria & periculosa ignorantia, quæ quidem ostendit, quòd leges populorum vanæ sunt. Hiere. 10. Et quoniam vani sunt oẽs homines, in quibus non est sciẽtia Dei. Et de his, quę uidentur bona, non potuerunt intelligere eũ qui est. Sap. 13. 146

Vtinam

Vtinam ergo prius saperent, & intelligerent, quomodo omnia illa, in quibus sapientia seu carnis consistit prudentia, finiuntur, & ex ipsis finibus vana esse considerarent, quæ ad fines illos ordinantur. Consistit nanque carnis prudẽtia, sapientia, & prouidentia, in tribus, in honoribus, in delectationibus, in diuitijs, sed mors ista stultissima esse ostẽdit, atque uanissima. Primum nanque stultitia esse ostenditur, quando sub terra ponitur, ubi canes, & iumenta super eum cadunt, & uermes socij in lecto sunt. Secundum, quando ille qui prius fuit pinguis, & delicatus, qui ob nullum alium finem uidebatur carnẽ suã impinguare, nisi uel ut uermes lautius pasceret, uel ut ignem inferni sua pinguedine feruentius inflammaret, quæ à uermibus comeditur. Tertium, quando ab omnibus rebus denudatur, quando dereliquit equos in stabulo, pecuniam in cista, frumenta in horreo, uestes in pertica. Et de omnibus rebus suis nihil ei datur, nisi miserum lintheamen peius fortè de tota domo, uel cilicium. Omnia uero alia homo extraneus uorabit, & hoc uanitas, & magna miseria est. Ecclesiastes 6. quem fortè non natura, sed ingratitudo extraneum facit.

147 ¶ Ex prædicta uero auctoritate elicitur secunda pars istius articuli, quòd videlicet, mors ostendit bona fortunæ vana esse. Pro quo est sciendum, quòd bona fortunæ non solum consistunt in diuitijs, congregatis, sed etiam in amicis gratis. Ad bonam nanque fortunam pertinet fideles habere amicos. Sed quia pauci tales inueniuntur. Primo, quòd spes, quæ in amicis ponitur, communiter in morte uana esse ostenditur. Secundo, quòd spes quæ in diuitijs ponitur, uana esse in morte aperitur. Primum ostensum est multis exemplis, & experimentis. A. 12. 53. & A. 21. 5. 6. & supra eodem cap. 97. & 98. Ex quibus patet primo, quòd amici diuitum sunt sicut amici peregrinantium, quia sicut illi peregrinantes ab aliquibus amicis conducuntur distantius, quando de domo recedunt, uel propinquius. Ita mortui ab aliquibus conducuntur, qui ibi fortè offerunt, & recedunt, ab aliquibus ad foueam, quibus loquitur Deus. Abdiæ 1. Vsque ad terminos emiserunt te omnes uiri fœderis tui illuserunt tibi. Bene, dicit, illuserunt, quia post mortem, cum de bonis ludunt defuncti, illudunt defuncto. Ex quibus secundo ueritas ostenditur responsiones cuiusdam, quærenti de statu cuiusdam nobilis, respondit, mortuus est, & sepultus, & obliuioni traditus in tribus diebus. Quod quidem satis ueraciter de alijs quàm plurimis dici posset, qui spem habuerunt, & confidentiam in fictis amicis, qui sunt vana spes, & mendacium in sensato uiro. Eccles. 34. Vtinam ergo saperent, & intelligerent, & nouissima prouiderent, non ponentes spem in uana amicorum prouidentia, quia vana salus hominis. in Psal. 59.

¶Quod secundo spes quæ ponitur 148
in diuitijs non præmissis, sed post mortem remanentibus, uana sit, patet primo per antiquam historiam, in qua continetur de tribus circulis inuentis in fossa, uel tumba cuiusdam defuncti. In quorum primo scriptum erat, expendi, donaui, seruaui, negaui. In secundo uero scriptum erat, habui, habeo, perdidi, crucior. In tertio uero scriptum erat, quasi scripturarum præcedentium expositio, in hunc modum. quod expendi, habui. quod donaui, habeo, quod seruaui, perdidi. quod negaui, crucior. Ex qua historia patet, quòd illud, quod dedit pro amore Dei, mortuus inuenit, de hoc uero qđ negauit, quando dare debuit ꝑ amore Dei, cruciabatur mortuus. hoc uero qđ post se derelinquit, amittit mortuus, qa malè illud, dilexit, ut de illo uerificetur, illud Ecclesiastes 5. Qui amat diuitias, fructũ non capiet ex eis. & hoc est uanitas.

¶Secundo

¶Secundo idem ostenditur per historiam temporis modernioris, in qua cōtinetur, ꝙ quidam ditissimus, & nominatissimus in regno dum uiueret, post mortem suam cuidam personæ de charis suis apparuit, quasi nudus & dilaceratus, à qua cum quæreretur, quare ita malè esset indutus, qui multos induere solebat. Respondit. Tu yt fust autur e. puz fu men ore est autruy e. ico. nay rien. Isti ergo, & quibuscunque ei similes, qui circa diuitias congregādas multum, & sollicitantur, eleganter conuenit, illud Ecclesiastes. 2. Cum alius laboret in sapientia, & doctrina, & sollicitudine, & homini ocioso quæsita dimittit. Ex hoc ergo uanitas, est magnum malum. Vtinam ergo saperent, &c. & facerent sicut faciunt contra defectum, uel famam corporis, quam uēturam timēt, contra illam enim magnas faciunt prouidentias, sicut patet Gen. 41. Ioseph contra famem egypti, magnam fecit ꝓuidētiam. Sic nos contra famē aīæ æternā ꝓuidētiā facere deberemus: in qua deberemus plus cōfidere quàm in diuitijs, quas possidemus, uel usq; ad mortem retinemus, ne improperando nobis dicatur, illud Psal 51. quando morimur. Ecce homo qui non posuit Deū adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarū, & præualuit in uanitate sua.

¶Tertio mors ostendit, quòd bona gratiæ cuiuscunque uana sunt, quando male expenduntur, sicut patet per auctoritatem beati Grego. G, 2. 38. Et non solum in morte, sed ante mortem, tales qui gratiosi in scientijs diuersis reputantur, magnam habent uanitatem admixtam, quia in eis uerba sunt plurima, multam in disputando uanitatem
149 habentia. Ecclesiastes. 6.

¶Ostēso singillatim, quomodo omnia prædicta in morte uana esse ostenduntur, vnico exemplo primo, & experimento secundo, omnia simul vana esse ostenduntur. Primo oīa ꝓdicta bona prout in Alexandro magno fuerūt, finaliter vana esse ostenderunt philosophi (prout refert Alphonsus) circa ipsius tumbam congregati. Quorum primus, eius uanā describens, & ostendens Exēplū. fortunam, dixit; Heu heri ex auro fecit thesaurum: hodie aurum ex eo facit thesaurum. Alius: heri non sufficiebat ei totus mūdus: hodie ei sufficiūt. 10 vlne, Alius: heri populis imperauit, hodie populi imperāt ei. Alius: heri multos potuit à morte liberare, hodie non potest mortis iacula euadere. Alius: heri duxit exercitum, hodie econuerso ab exercitu ducitur. Alius: heri terram premebat, hodie econuerso Alius: heri eum gentes timebant, hodie ab eis vilis reputatur. Alius: heri erat amicus amicis, & inimicus inimicis, hodie omnibus est equalis. Et sic patet quòd cuncta subiacēt uanitati. Ecclesiastes. 3. De qua nota plura supra eod. c. 2. Vtinam ergo saperent, &c. Deutero. 32.

¶Secūdo idem quotidiano patet experimento, in quo uidemus quòd in morte cuiuscunque, qui prędicta, quòd erant, & post mortem transierunt omnia tanquàm lanugo, uel fumus, tunc uanitatis arguentur præterita. Ecclesiastes. 11. Vtinam ergo saperent, & intelligerent, quomodo & quàm malum est versus infernum facere dietas, quia si ista ex toto corde cogitarent, essent sicut boni nauis gubernatores, qui stantes in vltima nauis parte, nauem ad bonum dirigunt portum. Sic isti, si ultima considerarent, quomodo in morte creatura uanitati subiecta est. Roma. 8. Si uero dicere uelint, quod prædictæ uanitates non tantum contingunt, nec etiam in morte solum ostenduntur malorū, sed etiam consimiliter bonis contingunt, sicut patet per illud Ecclesiastes. 2. Moritur doctus, similiter, ut indoctus, idcirco tędiut me uitæ meæ, uidere mala esse vniuersa quæ sub Sole sunt, & cuncta uanitatem, & afflictionem spiritus.

¶Et si auctoritas deesset, hoc quoti- 150
die uidere poterimus, ꝙ uidelicet sicut malus ante mortem, uel in morte bona amittit naturæ, & fortunæ, ita bonus sic etiā corpus mortuū efficitur abominabile,

nabile, & fœtidum, & sub terra ponitur, & conculcatur, & à uermibus comeditur, & peius frequenter ante mortem tribulatur, pluraque sustinet infortunia, sicut patet Ecclesiastes 8. Sunt (inquit) iusti, quibus multa ꝓueniunt, quasi opera egerint impiorum. Et sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorũ facta habeant, sed & hoc uanissimum iudico. Respondetur, ꝙ licet in prædictis talem habeāt fortunam boni: qualem habent mali, uel peiorem, tamen respiciendo ad vltimum finem, & ad omnes circunstantias, vtrosque contingentes, multo peius contingit malis, quàm bonis. Quia omnes prædictæ miseriæ accidunt malis, & quantum ad corpus, & quantum ad animã, quia ipsi in utroque abominabiles sunt in morte, & fœtidi, & simul amittunt honores, atq; delectationes, & diuitias: tam corporis quàm animæ, quia dum corpus sub terra ponitur, animam à dęmonibus torquet, & breuiter simul, & semel omnia terrena perdunt, & cęlestia, tam quæ dilexerunt, quàm quæ sperare debuerunt, dicentes. Vanitate seducti sumus. Neemie. 1. Ita quòd de eis per omnia uerificatur illud. Vanitas vanitatum, & omnia uanitas, tam quæ ad corpus pertinent, quàm quæ ad animam, tam quæ habuerunt, quàm quæ sperare debuerunt post mortem.

¶Boni uero econuerso licet in corpore sint fœtidi, & abominabiles, & sub terra positi, amittantque corporales diuitias, delitias, & honores, ad cętera terrena, quæ nunquàm plus quàm Deum dilexerunt, tamen in animal sunt preciosi, quia dum corpus omnia perdit, anima ęternas lucratur diuitias, delitias, & honores, quia dum corpus sub terra ponitur, & à uermibus comeditur, anima in cœlum ab angelis portatur. Et hoc est, qđ sacra scriptura, postquàm dixit Moritur doctus similiter, vt indoctus, scilicet, quantum ad corpus: adduxit dicẽs. Ecclesiastes. 6. Quid habet amplius sapiens à stulto, & quid pauper nisi ut pergat illuc ubi est uita. Cuius ratio est, quia ante mortem vanitatem dereliquerunt. Videntes nanque uanorum uanitatem: illam non sequébantur, sed detestabantur, quia finẽ illorum contemplabantur. In quorum persona loquitur sacra scriptura. Iob 5. dicẽs. Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Quod exponit beatus Grego. dicẽs. Firma radice quasi per amena prata, stultus ad carcerem peruenit, dum per prospera vitæ præsentis ad interitũ tendit. Nonnulli uero cum illorum gloriã cernũt, magnum aliquid ęstimant, sed cum eos morientes aspiciunt, ꝙ humana gloria nihil sit, cum gemitu fatentur, & dicũt. Ecce quàm nihil est homo. qui hoc ueracius dicerent, cùm si in gloria hominem cernerent, tunc etiam eius interitum cogitantes, transeuntẽ, simul eiusque potentiã, nihil esse sentirent. Vnde itaque non de electo dicitur, sed de stulto. Maledixi pulchritudini eius statim. ac si diceretur. Contra stulti pulchritudinem moram in maledicendo nõ habui, quia cum hanc cernerem, simul & pœnam sequentem uidi: eiusque potẽtiam reprobaui, quia cogitaui, & consideraui, ꝙ ambulauerunt post uanitatẽ, & uani facti sunt. Hiere. 2. Thema in sepultura prælati. Eduxit de mortuis pastorem magnum. Heb. 13. In sepultura mulieris. Nouissima omniũ mortua est mulier. Luc. 20. & Mar. 12. uide supra eod. c. 5. Item in sepultura cuiuscunque, quem natura, uel opera prius patrem esse ostenderunt. Pater noster mortuus est. Nume. 27. Item in sepultura cuiuscũque nobilis, uel in anniuersario eiusdem. Nobilis abijt in regionẽ longinquam. Lucæ 19. Nota ad hoc totum capitulum de nobilitate. Thema de quocunque. Liberauit eum dominus. 2. Regum. 22. prosecutio supra eo. c. 54 Item Ex Ægypto uocaui filium meum Matth. 2. & Oseæ. 11. Item Iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in lib. Apoca. 20. Item relinquo mundum. Ioan. 16. Item in sepultura, vel anniuersario cuiuscunque Ecclesiastes.

151

stes.

ftes 8. Hoc folum fecum auferet de labore fuo. Item in fepultura cuiufcunque. Solutum eft uinculum. Mar. 7. Itē mortuus eft. Roma. 14. Nō eft mortua. Mar. 5. Vocauit illū dominus. Matt. 18. Item in fepultura mulieris. Vocata ingreffa eft ad eum. 4. Regum 4. Item Salua facta eft. Matth. 9. Item in fepultura cuiufcunque hominis, uel mulieris. Venit ad eum. Ioan. 7. Item. Venit finis. Hiere. 51. & Ezech. 7. Nota fupra artic. 17. Itē Beatus qui intelligit fuper egenum, & pauperem. in Pfal. 40. ualet etiam in anniuerfario.

¶Munditia. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Geminam effe munditiam, mentis, fcilicet, & corporis corpoream autem fine mētali, nec nos faluos reddere, nec Deo placere, affines.*

2 *Munditia virginalis, cùm perditiæ coniugali, ac continentiæ viduali, diui Auguftini teftimonio præferatur; quoad duo, dignitatem, videlicet, multitudinemque prolis, ambabus præftantior, atque nobilior afferitur.*

3 *Anima noftra, Dei fpirituale templum exiftens, adinftar templi corporalis, quo ad tria, per tria, ac ꝓpter tria, mūdanda, ac fanctificanda eft. nu. 4. 5. 6.*

7 *Quater gemina fub cautione, nempe, pœnitentiæ afperitate, humilitate, illicitæ fuga focietatis, vtilique occupatione anima mundata cuftodienda nulli quidem non eft. num. 8. 9. 10. 11.*

12 *Trigemina hic munditiæ vtilitas explanatur ad vnguem; cuius prima hominem cunctas ad virtutes habilem reddit: fecunda dignum Dei hofpitem ipfum conftituit: Ad cæleste regnum poftrema eundem conducit. num. 13. 14.*

15 *Hinc, vt immundi, munditiæve expertis viri detrimentum agnofcatur, eum ad cæleste regnum nunquam peruenturū, fatendum eft.*

16 *Cuius quidem munditiæ defectus dæmonem in caua effe exiftimandum eft.*

17 *Deo igitur ingentes agendæ funt gratiæ illis, qui (ipfo cuftode) hanc refque ad mortem tuentur femper munditiam.*

Vnditiæ. Primo oftenditur diuifio. Secūdo dignitas. Tertio qualiter templum Dei (id eft) anima, mundari debeat. Quarto qualiter in munditia conferuatur. Quinto munditiæ conferuatæ oftendetur vtilitas. Sexto non conferuantium, oftendetur damnū. Septimo quomodo amittitur. Octauo, quòd feruantes munditiam multum Deo tenentur.

¶Quantum ad primum: munditia, virginitas, uel caftitas eft duplex, mentis, uidelicet, & corporis, quia illa munditia, uel uirginitas eft Deo hoftia gratiffima, cuius mētem cogitatio, nec carne maculat libido. In fignum cuius Deo duo offerebātur turtures, ficut patet. C. 3. 1. Inter has uero talis eft natura, & conditio, ꝙ fecunda fine prima non faluat, nec Deo placet, quia eft ficut fpica fine grano, ficut pomum exterius pulchrum, interius uero putridū. Et ficut lampas fine oleo, quæ corā curia cęlefti nō ardet. Tales ergo virgines, de numero illarum, & conditione funt, de quibus Matth. 25. Quinque erant fatuæ, quia non habuerunt oleum in lampadibus. De quibus dicit decretum fumptum ex uerbis Chryfoftomi fuper Matth. 32. q. 3. Sicut enim multi (inquit) corpore quidem caftitati ftudent, adulterium quidem uoluntate cōmittunt, cùm dominus dicat, qui uiderit mulierem ad concupifcendum eam, iā mechatus eft eam in corde fuo. Illa ergo eft gloriofa continentia, non quam tranfgredi non poteft neceffitas debilitatis corporis, fed quam complectitur voluntas fancti propofiti. Ex quibus patet, quod tantùm illæ, qui diligit cordis

Artic. 1. 1

mun-

mūditiā, habebit amicū regē. Prou. 22.

Artic. 2. ¶Talis autem munditiæ, & maximè
2 virginalis quanta sit dignitas, patet, cū præferatur tam pudicitiæ coniugali, quàm continentiæ uiduali secundùm August. de sancta uiduitate, tanquā uirtus, cui centesimus debetur fructus: cū pudicitiæ coniugali non debeatur nisi tricesimus, cōtinētiæ uiduali sexagesimus. Obijciēti uero filiam Iepthe, quæ morte adiudicata, quòd uirgo mori debuit, fleuisse legitur. Iudicis. 11. Respōdetur, quòd tunc tēporis in lege Moysi fuit maledicta sterilis. Deu. 7. Cuius rei causa fuit, quia tunc fuit tempus plantandi nemus, & multiplicandi arbores in orto Dei, id est, augmentandi populum Dei, qui erat quasi paruus contra mundi huius multitudinem, quę ei aduersabatur. Nunc uero beatæ steriles, q̄ non genuerunt. Lucæ 23. quia nunc est tempus arbores scindēdi, quia iam securis ad radicem arboris posita est. Matth. 3. & Lucæ 2. Nec tamen castè uiuentes, omnino steriles sunt, quia, licet steriles sint, quātum ad filios carnales, non tamen quantum ad filios spirituales, & ad prolem spiritualem, quos oratione, atque exemplo generant, & prędicatione, dicentes, & operantes cum Paulo, dicente. Gal. 4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur ī uobis Christus. Et sic sterilis peperit plurimos. 1. Reg. 2. quia sic multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum Isa. 54. Ex istis auctoritatibus eius nobilitas manifestè apparet, & ostenditur, quantum ad duo, quantum, scilicet, ad prolis dignitate, & etiam multitudinē. In hoc nanque, quod Paulus dicit, parturio, donec formetur Christus in uobis, prolis quæ in munditia generatur, denotat ultra carnalem prolem dignitatem. Ex hoc nanque patet, quòd quāto Christus, qui est proles spiritualis à castis, & mundis conceptus, & in alijs uerbo, & exemplo formatus, excellentior, & melior est quocunque homine, inter homines generato, & nato, tanto est munditia uirginalis præstantior, & melior fœcunditate nuptiali. Quia teste decreto, sumpto ex uerbis Ambrosij. 32. quæst. 1. nuptiæ terrā implent, uirginitas paradisum. Et sic patet, quòd uirginitas astringit ubiq;, id est, de terra ad cœlum propter suam munditiam. Sap. 7.

¶Talis ergo munditia dignissima in quolibet nobilissimo requiritur templo Dei, id est, in anima cuiuscunque Christiani, quæ est spirituale Dei templum, quando munda est, iuxta illud. 1. Corin 3. Templum Dei sanctum est, qđ estis uos. Si uero mundum non sit, necessarium uidetur, illud mundare, ad exemplar Iosiæ regis Iuda, qui mundauit Iudam, & Hierusalem. 2. Paral. 33. Quæ quidem tria uerba tria ostendunt ad propositum pertinentia, actum scilicet sanctificationis, mundauit, populū acquisitionis. Iudam, locum orationis, Hierusalem. Hæc autem tria facta circa Hierusalem quondam Iudęorum, tria ostendunt facienda, in dedicatione, seu sanctificatione, uel mundatione templi Christianorum. Quæ quidem tria facta in templo materiali, tria significant facienda in templo spirituali, quo ad tria, per tria, & ad tria. Artic. 3. 3

¶Primo quo ad tria, quia sicut uidemus, quòd episcopus primum sanctificationis seu mundationis actum templi materialis, ostendit extra ecclesiam circumeundo cum litanijs & orationibus. Sic primo sanctificanda, & mūdāda sunt opera exteriora, ita q̄ nihil immūdū luxurię, auaritię, usurę, & huiusmodi ī eis inueniatur. Quia licet Christianū qs ore se dicat, & habitu ostēdat: nisi opere hoc ostēdat, corā Deo allegatio ei nō ualebit. Nec etiā, qđ fidē suscepit, & sacramēta, quia nisi operá habeat, & fidē suā operib' ostēdat, allegatio plus erit cōtra eū, quàm ꝓ eo, patet ergo, q̄ ibi tñ cognoscitur uir, si munda, & recta sunt opera eius. Prouer. 20.

¶Secundo opera mundationis ostēdit episcopus circa ostium, seu templi materialis introitū. Sic nos circa qnque sensuum custodiam, & specialiter circa custo- 4

custodiã oris, quia illud est uas, de quo Deo offertur sacrificium, quod nõ placet si cor, uel os sit immundum. Mundamini ergo qui fertis uasa dñi. Isa. 52.

¶Tertio mundat templum materiale interius, quia nihil ualet, ꝙ exterius mundetur, nisi etiam interius sanctificetur. Sic nos debemus cor mundare à cogitationibus, quia parum ualet (sicut ex principio patet istius capituli) opera exteriora munda habere, nisi cor etiã mundum habeatur. In cuius signum Thobias in persona cuiuscunque electi dicit. Animam meam semper cõseruaui mundam. Tob. 3. Et sicut ecclesia uel templum materiale, per se sic mundari non potest sine Episcopo, ita nec templum spirituale sine confessore. Sicut ergo ueniunt ad episcopũ pro mũdatione templi materialis. Ita ueniant ad confessorem, pro templi mundatione spiritualis, dicentes. Cor mundum crea in me. in Psal. 50.

5 ¶Secundo ista mundatio facienda est per tria, quia, sicut mundatio templi materialis facta est per auxilium, triũ, scilicet aquæ, ignis, & literarum. Primo nanque sicut multum iuuat aqua ab episcopo benedicta, ita ad sanctificationem templi spiritualis multum iuuat aqua lachrymarum, & contritionis pro peccatis effusa. Eph. 5. Mundans eam (id est) animam per lauacrum aquæ cõtritionis, in uerbo uitæ confessionis. Quę quidem mundatio diu differri nõ debet, quia si ecclesia, secundùm iura, est inepta pro Dei seruitio, si infra biẽnium nõ fuerit dedicata, quomodo erit illud templum spirituale pro Dei seruitio habile, quod quasi semper est immundum? Sicut ergo cito speculum, vel ad nitorem quærit per quem maculam tergat in facie. Et sicut cito aquam quærit, cuius domus est inflammata, ita cito confessorem quærat, per quem maculam tergat in anima, & ignem extinguat peccati. In cuius ꝑsona dicit Deus per prophetam. Effundam super uos aquam mundam, id est, absolutionis, & confessionis, & mũdabimini ab omnibus inquinamẽtis uestris. Ezeche. 36.

Aqua lachrymarum.

¶Secundo sicut ad dedicationem tẽpli materialis auxiliatur ignis, in candelis, uidelicet in parietibus accensis. Ita ad dedicationem templi spiritualis, iuuat ignis charitatis, quia sicut ignis ferrum mundificat, rubiginem auferẽdo. Ita date eleemosynã, & omnia munda sunt uobis. Lucæ 11.

¶Tertio sicut ad dedicationem templi materialis iuuat, & pertinent literæ scriptæ in zabulo, sic ad sanctificationẽ animæ pertinet sermo Dei scriptus in cordibus, quia sicut pluuia loca in quibus cadit mundificat. Ita sermo Dei, iuxta testimonium ueritatis, dicentis. Iam uos mundi estis, propter sermonẽ, quem locutus sum uobis. Ioan. 15.

¶Tertio, sicut templum materiale mundatur, & reconciliatur, uel dedicatur, ad tria, seu ad tres fines. Ita templũ spirituale. Primo nãque, sicut illud mũdatur, ut missarum solennitas, & sacramentum corporis Christi, & sanguinis ibi dignè ministretur, & honestè in eo conseruetur. Sic templum spirituale mũdari debet, ut illud dignè recipiat, q celebrat, uel communicatur sacramentaliter, & qui missam audit spiritualiter, quia illa receptione, & retentione tantũmodo mundus dignus est. Num. 18. Qui mundus est, uescetur ex eo. Secũdo propter orationum exauditionem. Ecclesia nanque dedicata aptior efficitur pro precibus porrigendis, & Deus est fauorabilior pro eisdem exaudiendis. In signum cuius postquàm Salomon dedicauerat templum, dixit. 2. Paral. 6. Si fuerit deprecati in loco isto, tu exaudies, &c. Sic homo mundatus, Psal. 8. Mundabor à delicto maximo, & erunt ut complaceant eloquia mea. Tertio propter missarum auditionem, & Dei in sacramento altaris uisionem, conuenientius nãque missa auditur, & Deus colitur, & uidetur in ecclesia dedicata, uel in aliquo loco sancto, qa talis locus ex sua cõditione aptus est pro Dei cultura, & uisione. Sic beati mũdo corde, qm ipsi Deum uidebũt. Mat. 5.

6

¶Sed

Artic.4. ¶Sed quia habēdo respectum ad vltimum hominum finem, parum ualet mundari, nisi munditia habita in esse conseruetur, necessariū uidetur in hoc articulo quarto inuestigare, quomodo munditia templi spiritualis, semel acquisita, in esse conseruari poterit.

7 ¶Pro quo est aduertendum, quòd munditia semel possessa, sub quadruplici custoditur cautela, per pœnitentiæ asperitatem, per humilitatem, per fugam, & per utilem occupationē. Primum patet tam exemplis quàm auctoritatibus, primo per exemplum de rosa & de tabernaculo Dei.

Rosa. ¶Primo licet rosarū decor diutius, & melius custoditur inter spinas, inter quas crescit, & nutritur, quàm in capitib', & sertis, & festis, & spectaculis portatus, quia ibi infra vnum diem amittit suæ pulchritudinis excellentiam. Sic munditia inter spinas abstinentiæ, & asperitatis pœnitentiæ, melius custoditur, quàm in festis, delitijs, uel spectaculis, quia ibi cito amittitur, sicut de Dina filia Iacob, patet. Gen. 34. Secundo sicut tabernaculum fœderis, id est, tabernaculum Dei, suam totam pulchritudinem quam habuit in auro, & argento, & diuitijs custodiebat, sub sagis cilicinis, sicut patet Exo. 26 & 36. Ita spiritua le Dei tabernaculū, suam munditiam custodire debet, sub uestium asperitate, & ciborū parcitate. Nec aliter illā custodire pōt, sicut patet p decretū sumptum ex uerbis Hieronymi in epistola ad Eustochium uirginem. 32. q. 5. si Paulus. Si (inquit) Paulus uas electionis, & pparatus in euangelio Christi ob carnis aculeos, & incentiua uitiorum reprimit corpus suum, & in seruitutē subijcit, ne prædicans alijs, ipse reprobus inueniatur. Et cum uidit aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, & captiuantem se in legē peccati, si post nuditatem ieiunia, & fames, & carceres, & flagella supplicia in semet reuersus. Glosa interlinearis, fragilitatem propriam considerans, exclamat. Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? tu te putas securam esse debere, interlinearis. quasi diceret, fallis te. Sequitur cito post, qualiter se custodire debeat. Descende inquit sede in terra. glo. idest in paupertate, & in cinere, & cilicio, uirgo filia Babylonis. Sic lauabit ea quæ pura sunt secundo, & munda erunt. Leuiti. 13.

¶Secundo custoditur sub humilitate, quia sicut in tempestate pulchrum ornamentum à deturpatione sub uili custoditur ueste. Sic munditia sub abiectione, & humilitate, quæ in corde habetur, & in gestu, & in apparatu exterius ostenditur, in tentatione custoditur à uiolatione, & à tentationis occasione, quia non multum de peccato lasciuiæ requiritur, quæ se exterius abiectam ostendit. Quam quidem abiectionem ostendere foris non erubescit, quæ interius uera humilitate se deijcit, & totam mundi uanitatem, & inanem contemnit apparentiam. Ideo dicit Bernard. quòd est pulchra coniunctio humilitatis, & uirginitatis, nec mediocriter Deo placet virginitas, quam commendat humilitas, quam ornat uirginitas, religio munda, & immaculata. Hæc est. Iaco. 1. 8

¶Tertio uero custoditur per fugam illicitæ societatis. Circa cuius declarationem duo ponēda sunt exēpla. Quorum primū ostēditur, quòd conseruatur sub humilitate, & fuga coniunctim. Secundum, quòd conseruatur sub fuga diuisim. Primum patet per exemplum de lilio, quia sicut, qui vult lilium, qđ est flos pulcherrimus, in ecclesia coram imagine Dei, uel matris eius, Mariæ diu in pulchritudine sua custodire, ponit stipitem in terra lutosa, uel humida, & parcit à contactu, quia si manu nimis tangatur, decoloratur, quia secundùm Isidorum. Lilium *est flos albissimus*, sed facillimè per *contactum læ*ditur eius color. Sic qui vult munditiā suam, quam coram Deo, & matræ eius vouendo, uel saltem bene uiuendo posuit, diu conseruare, uel si non uis pulchritudinem illam amittere, pone cor- 9 Exemplum. Lilium.

suum,

tuum, & cogitationem in humilitate interiori,& abiectione exteriori,& sede in puluere uirgo. Isa.47.cogitando terræ vtilitatem,de qua sumus,& pulueris miseriam,& putredinem,in quam tendimus, quia non potest meliùs domari caro uiua, quàm cogitare qualis erit mortua, secundùm beatum Grego. Et fuge societatem leuem, & mulierum contractum, quia manus in manu non erit innocens manus. Prouerb.11.Et secreta,& angularia illarum colloquia, & societates exemplo. Psal.54. qui dicit. Elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Et exemplo perpetuæ uirginis Mariæ, quæ tam per humilitatem, quàm per fugam suam conseruauit mūditiā. Quòd per humilitatem, patet per hoc, quòd ipsa dicit. Lucę 1. Respexit humilitatem, &c. Quòd per fugam, patet Lucę 1.per hoc,quòd Angelus illam nō inuenit in foro, uel uico, uel spectaculis,sed solam in domo,& tunc ueraciter dicere poteris illud. Canti.2. Ego flos campi,& lilium cōuallium,& tunc mereberis esse sponsa Christi,quia tales & non alios Paulus Christo coniunxit,dicens.Despondi enim uos vni uiro,uirginem castam exhibere Christo.2.Corin.11.Quam desponsationem merentur omnes,si mundi sunt pueri, & maximè à mulieribus.1.Regum 21.

10 ¶Quòd secūdo conseruatur sub fuga diuisim, patet, quia sicut aues siluestres pulchriores habent plumas,& decentius ordinatas quàm domesticæ, & animalia siluestria nitidiorem,& splendidiorem pellem, nec faciliter ad manum ueniunt, sed omnium hominum spernunt societatem, & ideo talem cōseruat decorem. Sic illi clariores habēt animas,& conscientias, qui societates fugiūt leues,& bonas,& honestas quærunt,scientes,quòd omnes agens similem,qualem habet,inducit formam,in coniunctum,& dispositū,in quod agit, & quòd cum sancto sanctus eris, & cū peruerso peruersus. sicut patet de prædicta Dina,quę si malam fugisset societatem,& uitam solitariā, & fugā amasset, non fuisset tantorum malorum occasio, nec suæ munditiæ perditio. Ideo dicit Aug.lib.ad sacras uirgines, quòd dominica uirgo primitus uitare debet publicos conspectus, & platearum frequentiam deuitare, atque in domo posita, operi lanifico insistere, uel lectioni diuinæ.

¶In cuius auctoritatis ultima parte tangitur quartum munditiæ conseruatiuum, utilis uidelicet occupatio, quæ 11
inter oēs rationes, uel cās munditiam conseruantes,uidetur potior,quia sicut muscæ non libenter sedent, nec multū appropinquant ad ollam bullientem, & calore feruentem. Sicut etiam aquæ continuæ motæ, & currentes suam cōseruant puritatem. Ita nec dęmones, uel tentatores alij libenter appropinquant ad animam charitate bullientē, uel labore feruentem, sed ad ocia turpentem dicētes, quid statis hic tota die ociosi, quia sicut musca ad locum talē appropinquans, caloribus fugatur. Ita minister dęmonis ad talem appropinquans, ipsumq́ue sollicitans, duris responsionibus fugatur, quia licet exterius sollicitet, tamen interius in corde figere non ualet suas tentationes, propter alias occupationes, circa quas conuersatur,propter quas non est tentationi locus in diuersorio illo, tentatus in illis non delectatur, quia cor eius non tangit, & ideo faciliter tentantem spernit. Cui improperando dici potest illud.4.Reg.19. Spreuit te, subsannauit te,uirgo filia Syon. Et talis sicut aqua currens suam conseruat puritatem, dicens, cum Tobia. Mundam seruaui animam meam.Tob.3.Ad literā enim ipse fuit in operibus charitatis occupatus, ut patet.Tob.2.Alijs uero non habentibus cor occupatum, tentatio placet,quia inuenit locum in corde, & tales nunquàm tentatori durè respōdēt: sed molliter,& fictè, dicentes. Timeo, quòd ero confusa, & fortè amici mei, percipient, & derelinquent me, sicut Eua mater illarum dixit. Ne fortè moriamur,Talibus dicit.Isa.1. Lauamini,

mundi

mundi estote, auferte malum cogitationũ de medio uestri, quia beati mundo corde &c. Matth. 5.

Artic. 5. 12 ¶ In qua auctoritate maxima patet munditiæ utilitas: quæ uidelicet, est triplex. quarum duæ primæ respiciunt viatorem, tertia præmia & remunerat comprehensorem. Prima nanque hominem pro omnibus uirtutibus habilitat. Secunda dignum Dei hospitem facit. Tertia ad regna cęlestia ducit, & excellenter remunerari facit. Primum patet: quia sicut in arte pictorum, color omnibus est quasi fundamentum, & habilitatio omnium aliorum colorum: & picturarum: sic munditia in arte uirtutum. Et sicut tabula albo colore disposita, facilius, & citius recipit alios colores, & diutius retinet. Ita anima munditia, & innocentia disposita, facilius doctrinas recipit, atque virtutes: & gratias, quàm anima immunda, in qua faciliter non introibit sapientia. Vnde est de his duabus animabus, sicut de diuersis scripturæ subiectis, in quibus uidemus, quòd sicut facilius scribitur in pergameno disposito, quàm literæ in lapide sculpantur, quia impressio literarum in pergamẽto, non requirit nisi vnum laborem, suæ uidelicet, perfectionis additionẽ: impressio uero literarum in lapide, duplicem requirit laborem: sui, uidelicet, contrarij ablationem, & literarũ impressionem. primo nanque requiritur, quòd aliquid à lapide auferatur. Ita in proposito oportet, quòd de animamus peccatorum multa auferantur peccata, & malæ consuetudines, antequàm uirtutes, & gratiæ imprimantur. Sed animabus mundis statim gratiæ infunduntur, & uirtutes, quas optimè tenent, quia fundatæ sunt super stabilissimum fundamentum. Iere. 2. Nunquid obliuiscitur virgo ornamenti sui, &c. Cyprianus lib. de uirginitate. Virginitas, inquit, est soror angelorũ, uictoria libidinũ, regina virtutũ, possessio omnium bonorũ, & sic mũdis manibus addet, fortitudinem. Iob 17.

¶ Secundum, uidelicet, quòd Deus mundos, & innocentes inhabitat, historia ostenditur, quæ de sancto legitur Bernardo, quòd uidelicet cum magna reuerentia, & capitis inclinatione salutare solebat innocentes, quos ad huc mundos esse credebat. De quo cum semel requisitus esset, respondit, quia intelligo Deum eos inhabitare, qui reponi uoluit in sepulcro nouo, & syndone mũda. iuxta illud. Matt. 27. Inuoluit eum in syndone munda. Tertium insuper patet, quia à natiuitate mundi hæreditatem cęlestem quodammodo iure uendicant hæreditario. 13 Exemplum.

¶ Pro quo est sciendum, quòd sicut uidemus, quòd aliqui in uita ista ad terram perueniunt per acquisitionem, uel paternam successionem, iure uidelicet hæreditario. Ita ad terram viuentium, de qua in Psal. 26. Credo videre bona domini, &c. Aliqui perueniunt per acquisitionem, pœnitentes, nanque, quibus dicitur. Agite pœnitentiam, appropinquabit regnum cęlorum, illud habent de perquisito. Alij uero qui postquàm in baptismo facti sunt filij Dei adoptiui, & fratres Christi, & si filij, & fratres, & hæredes per Christum, ius illud non amittunt peccando, quasi iure hæreditario ad illam pertingunt terram, quia hæreditas illa inter fratres diuidi debet. Et hoc est, quod ait Psal. 36. Nouit, inquit, dominus uias immaculatorum, & hęreditas illorum in æternum erit. Sic ergo ad terram illam admissus dicere potest, illud. Psal. 40. Me autem propter innocentiã suscepisti. Et isto iure, & titulo adducẽtur regi uirgines. in Psal. 71. Deus iudicium tuum regi da, ut ab illo aureola coronentur, hi qui cum mulieribus nõ sunt coinquinati, sed uirgines sunt, & sequuntur agnum. Apocal. 14. Et sic saluabitur innocens in munditia manuum suarum. Iob 22. 14

¶ Non seruantium munditiam, & innocentiam, damnum patet ex verbo Hieronymi. super illud Matth. 17. Artic. 6. 15

Amen dico uobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnum cœlorum. Sicut, (inquit) paruulus non perseuerat in iracundia: Iesus non meminit: uidens pulchram mulierem, non delectatur: non aliud cogitat, & aliud loquitur. Sic & nos nisi talem habuerimus innocentiam, & animi puritatem: regnum cœlorum intrare nõ poterimus: nec aspectui eius in toto mundo in cœlo præsentari: de quo dicitur Abachuc. 1. Mũdi sunt oculi tui: ne uideant malum: ergo mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus. 2. Cor. 7.

Paruulus.

Artic. 7. 16 ¶ Diabolus verò uidens munditiæ vtilitatem, & damnum, uolens nostrã impedire utilitatem: & damnum inferre; sciens insuper quod est de munditia, seu uirginitate, & innocentia, sicut de floribus arborum: quia sicut flores in mane, dum tempus tranquillum est, pulchri sunt: nec in terram cadunt, nec deturpantur: in magna uerò die, uel in sero, orta tempestate, in terram cadunt, & putrescunt, & deturpantur: multũm nititur istam munditiam impedire: & facere: quòd illi uirgines: & mundi: qui in mane iuuentutis munditia florent, de quorum quolibet in Psal. 89. Mane floreat. in maiori ætate orta tentatione, cadant: & verificatur de eis illud, quod sequitur: Transeat uespere decidat. Mane nanque munditia floret: post transit cum mala societate: & cadit, & deturpat. Amo. 5. Virgo Israel proiecta est in terram: & post putrescit: quia omnes uirgines eis squalidæ. Tren. 1. Tales uero ciuitatem illam non intrabunt. de qua Apocalip. 21. Ipsa uero ciuitas aurum mundum simile uitro mundo &c. quia non intrabit in eam aliquid coinquinatum: & faciens abominationes. Apoca. 21. Ipsi uerò cum mulieribus coinquinati sunt. Et coinquinatis: & infidelibus nihil est mundum. Titum 1.

Artic. 7. 17 ¶ Ergo multum Deo tenentur: qui munditiam suam (Deo custode: & adiutore) conseruant, usque ad mortem. Hoc nanque patet tam ex prædictis quàm etiam ex autoritate August. lib. de sancta uirginitate. Noli, inquit. Deum modicum diligere: propter illa, à quibus custodit: ne committantur mala: quasi modicum dimissum sit. Si enim diligit, cui donatum est, ut redderet: quantò magis debet diligere, cui donatum est ut haberet. Nam & quisquis ab initio pudicus permanet: ab illo regitur: & quisquis ab impudico, pudicus factus est: & ab illo corrigitur. Ex qua patet autoritate: quòd si Magdalena: uel peccator quicunque tenetur multum Deo diligere, quando ei peccata dimittit: plus tenetur diligere, quẽ à peccatis semper præseruat: cùm cæteris paribus, melius sit semper mũdus esse, & in bonis perseuerare: quàm aliquo tempore immundus esse: & mala facere opera. Multum ergo Deo tenetur quicunque si à iuuentute, munda, & recta sunt opera eius. Prouerb. 20.

¶Mundus. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Mundum quoad eius formam, ac figuram, ex parte mirabilem, ex parte verò miserabilem esse animaduersas: Aliqui namque sub Pauonis effigie, cum cauda recurvata, faciem ornãtis, posterioraque turpiter nudantis: Nonnulli verò sub pulcherrimi equi specie, posteriorem partem claudam, ac putridam habentis, literis mandarunt. numero 2.*

3 *Quoad fortunam autem, miserabilis, variabilis, & periculosus aptè effingitur. num. 4. 5.*

6 *Ac, quia vnumquemque blandè, fraudulenter, proditoriéque trifariam decipit; probè igitur, ac congruenter fallax nuncupandus est.*

7 *Qui sanè mundus calculo, seu scacario, mali verò hominis, in eo degentes, homunculis, siue scacarij familiæ satis appositè comparantur.*

8 Rex

8 *Rex in scacario, antè, & retrò, ac à latere capiens, quidnam aliud, nisi Reges quoslibetque huius mundi Rectores, ac Dominos, vndequaque rapientes, indicare nobis poterit?*

9 *Regina autem malas mulieres; & ita totum latrinculorum ludum, singulis singularis rectè cōparatis, descriptum cōperies num. 10.11.12.13.14.*

15 *Huius mundi pericula, ac pœnas, ex tribus, nempe ex Diaboli suggestione: ex mundi conditione; exque mundialium temeritate originem habere, perbellis declaratur exemplis. num. 16.17.*

18 *Mundialium, hæc bona terrestria, mundique amicitiam pluri quàm bona cælestia, Deique amicitiam facientium, multiplex declaratur stultitia.*

19 *Hinc canibus, equis, alijsque huiuscemodi eos comparatos, perspicies. nume. 20.*

21 *Ab huiusmodi autem mundi infatuationibus tribus perbellis remedijs vnūquemque sese tueri posse, instrueris. num. 22.23.24.*

25 *Si de huiusce mundi bonis crebrò cogites, non inuitusque loquaris; hac ratione te de hoc mundo esse, perspicuum fiet.*

26 *Quem mundum, pessimum, nedum malum esse, pulcherrimis illis Christi, apud Ioannem verbis (ille testimonium perhibet de mundo, quòd opera eius mala sunt) in huius capitis calce concluditur.*

MVndi, Primò ostendetur descriptio, & conditio. Secundò fortuna. Tertiò fallacia. Quartò, quomodo scacario comparatur. Quintò periculum & pœna. Sextò mundialium ostendetur stultitia. Septimò, contra prædicta ostendentur remedia. Octauò ostendetur experientia: qua cognoscere quis poterit: verum de mundo corde & corpore sit, an non.

¶ Quantum ad primum diuersi diuersimodè mundum descripserunt: diuersasque ei conditiones attribuebant.

¶ Primo nanque antiqui sicut refert Fulgentius libro 2. micologiarum, in tutamine Iunonis, quæ est dea regnorum: mundum descripserunt sub forma pauonis cum cauda recuruata: faciem ornantem: & posteriora turpiter nudantem. Cuius causa fuit: quia uiderunt, quòd hominem in principio ornat, ditat, & honorat: & in fine spoliat, & denudat. Ex quo euentu patet, quòd mundus est pallium, de quo dicitur Esa. 28. Pallium breue utrunque operire non potest: uitam, scilicet, & mortem: ingressum, & egressum: quia testamentum huius mundi morte morietur. Eccles. 14. Artic. 1. 1 Mūdus sed forma pauonis.

¶ Item cuidam militi, mūdum multum appreciantem, & eius gloriam affectantem, descriptio mundi fertur, ostensa fuisse in somnis in forma equi pulcherrimi: quem cum uidendo delectaretur: ostensa fuit ei posterior pars clauda, & putrida: & dictum fuit ei, quod talis fuit mundus. Et communiter talem æstimare possumus mundi formam. Non solum, quia quemcunque eum diligentem in morte turpissimè deceptum fuisse ostendit: quando posterior eius pars est ei miserabilis: sed etiam, quia in duratione sua consideratus, posterior eius pars, peior est priore: quia tempore moderno: nec terra, vel arbores, uel aquæ tantæ sunt fertilitatis: sicut esse solebant. Nec homines in quo fines seculorum deuenerūt. 1. Cor. 10. tantæ sunt longęuitatis: nec fidelitatis: uel bonitatis. Ita quòd sicut non crescentibus uel decrescentibus & deficientibus frumentis, & bonis seminibus, crescunt & multiplicantur malæ herbæ. Ita deficientibus uirtutibus, & mundi bonitatibus: crescunt & multiplicantur uitia & malitiæ. Et sicut minorem mundum, id est, hominem senescentem, & finis appropinquantem, multa aggrauant incommoda ipsius, quæ posteriorem partem miserabiliorem esse ostendunt: sicut patet. I. 11. 14. Quia etsi in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum labor 2 Exēplū.

bor, & dolor. in Psal.89. Ita maiorem mundum fini eius appropinquantem, plures concomitantur miseriæ, & defe-
Exēplū. ctus. Et pro tanto congruè dicitur, sta- tus mundi, seu Christianitatis, uel ecclesiæ, cuidam fuisse ostensus in uisione, in similitudine pulcherrimè dominæ, quàm cùm ipsam crederet esse matrem Dei, se uertit, & ostendit posteriorem eius partem esse turpissimam, dicens: hæc forma est ecclesiæ Christianitatis, vel mundi. Ex istis patet ueritas dicti Apostolici. Præterit (inquit) figura mundi huius. 1. Cor. 7.

Artic. 2. ¶Et sicut mundus iste miserabilis, &
3 miserabilis est in forma, & figura, ita est miserabilis, uariabilis, & periculosus in fortuna. Eius nanque fortuna est miserabilis, quia ut communiter est homini contraria. Et in hoc casu assimilatur mulieri. de qua dictum est. M. 4. 6. Quia, sicut mulier talis in
Exēplū. omnibus, uiri sui contrariatur uoluntati. Ita fortuna mundi, quæ ad literam quandoque in parietibus depingitur in forma mulieris, rotam manibus uoluentem, quam quidem rotam, vt plurimum contra voluntatem mouet illius, qui in illa uel super illam mouetur, quia illi, qui ex languore, & tædio, quid sustinent, cupiunt mori cum Paulo, qui dixit. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Philip. 1. diu quandoque viuunt. de quibus Apocalip. 9. Desiderabunt homines mori, & mors fugiet ab eis. Alius uero, qui est sanus, diues, cui hic mundus placet, uellet semper hic viuere, si posset, & ille cito moritur. Cuius quidem miseriam, qui scire uelit, quantum ad corporis initium durabilitatem, & qualitatem, atque finem, audiat. Iob 14. dicentem. homo natus de muliere, id est, de materia fragili, quantum ad eius initium: breui uiuens tempore, quantum ad eius durabilitatem, repletus multis miserijs, quantum ad eius qualitatem seu fœlicitatem, uel infœlicitatem. Et fugit velut vmbra, quantum ad finis uelocitatem. Quantum etiam ad animam eius miseram, patet fortuna. Ecclesiast. 6. vbi dicitur, quòd nescit utrum amore, uel odio, supple, Dei dignus sit. Sic & quo ad corpora, & quo ad animas, rota ista est miserabilis, de qua dici potest illud. Iere. 18. Faciebat opus super rotam.

¶ Omnes nanque in hoc mundo viuentes, habent uitam suam, & habent opus suum, quasi super rotam continuè, & uelociter motam: propter tres rationes, & similitudines. Primo quia illius operis, vel hominis, nulla pars in eodem statu permanet. Iob 14. Secundo, quia sicut, qui in rota illa vellet in imo in pace stare, ne ascenderet, rota ascendente, ascendit. Et qui uellet in alto in quiete stare, ne descenderet, rota descendente, descendit. Ita in mundi fortuna, qui vellet in statu suo fideliter agere, & uiuere: ad mundi curas sæpe renitens, leuatur. Et qui uellet in officio, & in magno statu semper se tenere, inuitus sæpe deprimitur. Et sic mundus frequēter tenet regulam euāgelicam, qua dicitur. Qui se humiliat, exaltabitur, & è conuerso, quia volentes, vel rarissimè nolentes de pauperrimo statu ad altitudinem transitoriæ gloriæ, & honoris ascendere facit. Et sæpissimè nolentes de altissimo statu deijcit per mortem, vel aliam malam fortunam. Et sicut, qui in rota tali fortius, & confidentius figit pedem, periculosius cadit, quia rota uehementius mota, illum periculosius proijcit. Ita illi, qui in mundi gloria, honore, uel quacunque fortuna securius, & gloriosius confidunt, uel in morte, uel ante mortem, periculosius in profundum proijcientur, quando iuxta illud. Ecclesiast. 12. Confringatur rota super eis. 4

¶Tertiò, quia sicut rota, uehementer mota, lædit incautos nimis appropinquantes, sicut patet de rota sanctæ Catherinæ in gestis suis. Ita mundi fortuna lædit incautos 5

nimis

nimis ei appropinquantes, & nimis in ea confidentes. Propter quam proprietatem (sicut refert Boetius de consolatione philosophiæ.) Antiquitus mundi fortuna, depingebatur ad imaginem, & similitudinem hominis cęci, qui in incertum hinc, & inde percutiendo uadit, & circunstantes lędit, & execęat. Sic mundi prospera fortuna propter istas tres mundi rotas, uel rotarum similitudines, & proprietates, vlulabunt habitatores terræ, à multitudine rotarum eius. Iere. 47. Experientes quoniam mundus totus in maligno positus est. Ioan. 5. Et licet boni cum malis in aliquibus punctis, quantum ad prædicta de mundi fortuna cōueniant, sicut patet per hoc, quod prędictum est, quòd omnes sumus in quadam incertitudine, tamen in hoc boni super alios consolationem habent, ꝙ de mundi uariabilitate, non tantùm timent, nec dolent, nec lęduntur, non mouentur, sicut patet per exempla. I. 2. 11. & T. 5. 56. Tales nanque nec de præsenti mutabilitate tantùm dolent, quia illum non tantùm dilexerunt, nec de futura tantum timent, innitentes doctrinæ Senecę, qui omnes hortatur, dicens in quadam epistola ad Lucilium. Noli, inquit, ante tempus miser esse, quot enim audiuimus mala cum timore expectare, quæ nunquàm acciderunt, quot non expectare, quæ acciderunt. Noli ergo dolori occurrere satis cito nocebit, cum uenerit. Et quantumcunque omnibus fortè fortuna nociua noceat quando tangit minus tamen nocet illis, qui nunquàm apud mundum multum fuerunt fortunati, quia minus se reputant de amatis, uel possessis amittere. Vnde Seneca in prouerbijs. Animos circa medium lętiores relinquit, quos nunquàm fortuna respexit, quàm quos deseruit, quibus dignus non erat mundus. Heb. 9. Nota. P. 3. 25.

Exemplum.

Artic. 3. 6 ¶ Cuius fallacia in hoc deprehenditur, quòd blandè, fraudulenter, & proditoriè decepit. sicut patet. F. 8. 9. Et quanto prosperior, tāto fallacior, & deceptibilior, & periculosior, in fine esse ostēditur. Sicut patet per illud, quod refert Valerius libro 6. c. ult. de quodam, cuius omnes conatus placito exhibebantur itinere, cui uelle aut posse in equo positum erat. Anulum enim de industria improfundum proiecit, ne omnis incommodi expers esset: quem tamen continuò recuperauit, capto pisce, qui eum deuorauerat. Sed hunc, cuius fœlicitas plenis uelis semper prosperum, cursum tenuit. Orantes Darij Regis præfectus in excellentissimo montis uertice cruci affixit, ibique putruit. Ergo nolite diligere mundum. Io. 2. quia fallit, & decipit tripliciter. Primo ad modum vmbræ quæ sequentem fugit, & fugientem sequitur. Per hoc ostenditur, quod frequenter uidetur, quòd illi qui plus se mundo dāt, plus in negocijs sęcularibus implicari, & occupari nituntur, finaliter cōfusionem reportant, & malas grates. Ecce quō sequentem fugit. Et econuerso, illi qui negocia fugiunt sęcularia, & officia, qui de suo fideliter uiuere uellent, licet tales pauci inueniantur, quādoque in officijs, & occupationibus, quasi inuiti ponuntur, & fugientes sequitur. Ideo congruè fertur, quendam dixisse, qui cum de heremo ad episcopatum esset electus, ait. O munde immunde, quandiu te secutus sum, & fugisti, sed nunc fugientem sequeris. uide. R. 5. 38. Secundo ad modum callidi tabernarij, qui omnia desiderata tribuit, & nihil petit antequàm recedant. Et tunc si plus expēdiderūt, quàm soluere possunt, eos uestibus spoliat. Ita mundus. Tertio ad modum nebulariæ, quæ uidetur hostias suas gratias dare, sed tamen charissimè eas uendere intendit. Ita mundus uidetur honores, & huiusmodi gratis dare, tamen in fine inuenient, ꝙ charissimè illa emerūt: qñ inueniūt, ꝙ ꝓ illis aīas suas dederūt, in pœnis inferni cruciādas. Propter hic ēt his similia. Christus testimoniū ꝑhibet de mūdo, ꝙ opera illius mala sūt; dicēs.

Exēplū.

Exēplū.

Ioan.7. Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Propter huiusmodi deceptiones, mundus satis congrue scacario, & homines mundialiter uiuentes, id est, secundùm mores mundi peruersos scacarij comparantur familiæ.

Attic.4.
7 ¶ Mundus ideo scacario comparari potest. Quia sicut in scacario sunt diuersa puncta, in quibus vna pars quæ uidelicet, plus scit de deceptione, & cautelis, quæ in illo ludo exercentur, aliam decipit. Ita in mundo isto diuersa sunt peccata, & pericula, in quibu diabolus, qui multum scit de deceptione, peccatores decipit, & capit. Mundoin super in malis conditionibus se conformantes, ideo scacarij familiæ comparantur, quia sicut illa familia de vno sacculo trahitur, & in diuersis locis, & punctis collocatur, diuersa, habens nomina, & diuersa officia, ad hoc tamen ordinata, ut quilibet seipsum custodiat, & alium capiat. Et postquàm ludum cõpleuerint, sicut de vno sacculo exierunt, ita in eundem iterum reponuntur. In quo non est differentia inter regem, & pedinum, nisi fortè, quòd aliquando accidit, quòd rex, uel ille, qui in ludo maior fuit raptor, & maiorem locum occupauit, postquàm in sacculo detruduntur, inferiorem obtinet locũ. Ita spiritualiter homines huius mundi omnes de vna terra fiunt, & exeunt, & habent diuersa nomina, & collocantur in diuersis locis, & officijs, sed illa officia, ut communiter recipiunt, ut seipsos ditent, & vtilitatem potius propriam, quàm communem faciant, Circa quam dum cupidè procedũt, alios decipiunt, ipsosque, atque ipsorum bona diuersis modis, & contractibus, & cautelis capiunt. Sed in fine ludi, scilicet in morte, sicut de vna terra exierunt, ita in vnã redeunt terram, ut impleatur illud. Eccles.40. Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur. In quo terræ sacculo intrusi, frequenter accidit, quãtum ad corpus, quòd maiores reuolutores inferiorem obtinent locum, sicut patet. M. 11.106. Et quantum etiam ad animam, quòd inferiorem obtineant locum in inferno, ut iuxta dictum Veritatis, oĩs, qui se exaltat, humiliabitur.

¶Et ut ista comparatio inter mundiales, & familiam scacarij, in speciali manifestius appareat, uidenda est similitudo, in speciali, comparando singulos singulis, in qua comparatione, & similitudine quãdoque inueniri potest, quòd sicut ille, qui uocatur Rex in scacario, uadit directè, & obliquè, & capit vndiq; ad tres, uidelicet, partes, ante, & retro, & à latere, quod quidem latius in duas subdiuiditur partes, dextram, uidelicet, & sinistram. Ex quo patet, quòd ad omnem partem capit, in qua capere potest, nihil dimittens de contingentibus. Sic illi mali, & cupidi, qui habent alios regere, accipiunt contra Deum, & iustitiam, quicquid possunt ex omni parte, nihil dimittentes, quod capere possunt. Quia tamen modi, & media, per quæ capiunt, ad tres reducuntur causas. Quarum prima est intrinseca proprij uidelicet cordis cupiditas, duæ uero aliæ sunt extrinsecæ, placidi uidelicet consiliarij, & cupidi, atque iniusti ministri. Modi, & uiæ per quas iniustè capiunt, congruè significantur per fuscinulam illam tridentem, per quã rectores populi Offni, & finees carnes capiebant immolantium. 1. Regum 2. Ibi nanque habetur, quòd omne, quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos. Quia sicut illi cum instrumento illo tridentato bona aliorum rapiebant. Ita isti, quasi per tres dentes, id est, mediantibus tribus causis prædictis, aliorũ bona ex omni parte capiunt. 8

¶Dentis scilicet aculei, locum tenet proprij cordis cupiditas, quæ satiari nõ potest, quia si habeat vnam terræ carucam, cupit aliam, & sic tertiam, & quartam, habens etiam feudum militis, cupit baroniam, & sic vsque ad summum ascendendo, habens etiam vnam præbendam, aliam cupit usque ad Papatum inclusiuè, cuius cãm quære. A. 27. 3. & C.

5.& C.14.24. Nota aliter de ista fuscinula sermone.144.3. Non dico, quòd habere diuitias, uel prædictos status, sit peccatum, sed quòd in magna cupiditate,& intenso habendi desiderio, & in magna acquisitione, & diuitiarum accumulatione, & statuum, & honorum augmentatione,uix uel nũquàm, esse potest,quin sit aliquis punctus mali tractus, pro quo ipsi perdunt animam, sicut Picardus pro vno puncto perdidit oculum.

9 ¶Secundi dentis locum tenet infidele consilium, cuius os maledictione plenum est,& amaritudine, & dolo, & sub lingua eius labor,& dolor,sedet cũ diuitibus in occultis, ut interficiat innocentem. in Psal.9. Quod quidem gallo super campanile comparatur, qa sicut gallus ille uertit os suum ad omnem uentum uenientem. Ita ipsi se uertunt,& os, & uerbum suum, uel silentium conformant omni uerborum vento,de ore domini, uel dominæ suæ venientis, ut illis se conforment, uel loquendo,& malum consilium dando, quòd illos sciunt diligere, dicentes. Quicquid principi placet, legis habet vigorem. & multa consimilia, uerba adulatoria,& deceptibilia, uel tacendo, ne uidelicet ueritate dominum offendant. Raró enim inueniuntur consiliarij, quin in aliquo prædictorum punctorum quandoque decipiant. Cuius causam uide.A.15.19.cum sequenti. Et decipiantur, sicut patet per illum cum rubeo capello.A.7,20. Si nunc omnes tales huiusmodi haberent capellos, essent multi mirabiles Cardinales.

Exemplum.

¶Tertij dentis locum tenent, tã Deo quàm hominibus infideles,& crudeles ministri,quorum malitię causa est,tam in dominis quàm in seipsis. sicut ostẽsum est.M.8.artic.5.per totum. Cum igitur domini, quibus seruiunt,in huiusmodi mundi scacario sint quasi ludẽtes principales, quibus melius comparari possunt prædicti consiliarij, & ministri, quàm ludentium assessoribus, & inspectoribus. Quia sicut illi inspectores aliquotiens, & melius, & clarius uident, ubi trahere, uel capere possent, quàm ipsi ludentes,quo viso, partem cui afficiuntur, & quasi in ludo illo deseruiunt,uel signo,uel uerbo ipsi loquentes, uel ipsum pungentes, præmuniunt, ubi aduersario eius nocere potest homines eius capiendo. Ita isti consiliarij, & ministri, qui in ludo deprædationis dominis suis assistunt, & deseruiunt, per mundi sapientiam in qua excellentes apparere nitũtur, multas cautelas, & tractus uident, & inueniunt,quibus aliorum bona domini capere poterunt, de qua insuper captione eosdem non negligunt informare. Sed hæc sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum.1.Cor.3.

¶Secundo sicut in ludo scacarij. Regina semper capit obliquè. Ita crudelis domina. Ad cuius intellectum aduertendum est, quòd sicut non inuenitur quis maioris misericordiæ, & compassionis, quàm mulier bona, & plena misericordia, quia talis semper afflictis compatitur, & animum mariti sui, & ministrorum ad pietatem flectere nititur. de qua Apostolus loquẽs. 1.Cor.7.ait. Sanctificatus est enim vir infidelis, per mulierem fidelem. Ita non est bestia crudelior ipsa mala,quæ sicut inter latrones, ipsis dicitur esse crudelior, ipsos ad crudelitatem, & homicidia excitando, vbi sine ipsa tantùm spoliarent. Ita etiam talis dominum suum, & familiam ad crudelitatem excitat, maiorem, persuadendo, & peiora procurando, quia si dominus vult exteriora rapere, ipsa vult uitam auferre.sicut patet.3.Reg.21.de Achab. & Iezabel uxore sua. Ipse Achab voluit uineam, & ipsa procurauit mortem Naboth. Et illud idem uidi temporibus meis fieri. Itẽm si dominus dicit, uerberetis, uel incarceretis, ipsa dicit, occidatur.sicut patet. Luc.3.vbi Herodias procurauit mortem Ioannis Baptistæ, quem Herodes solum incarcerauerat. Nec si tantùm tractus obliquos habent, sed etiam obliquè,& iniuriosè 10

iuriosè munera, pro superbia sua nutrienda capiunt, & tallias, seu collectas suas graues leuant, quia si dominus de patria capiat graues emendas, illa residuum capiendo, nudos dimittit, quia ipsi auferenti pallium ipsa aufert tunicam. Quod in hoc ostenditur, quòd quando domini emenda, satis altè taxatur, secundùm Deum, & rationem, & fortè ultra rationem, oportet, quòd domina aliquid habeat pro auro suo, pro libra uidelicet, quam dominus accipit, oportet, quòd illa habeat solidum. Sed quia illud obliquè, & contra rationem capit, quando iterum reponetur in sacculo terræ, illud aurum non ualebit. de quibus uerificatur illud Tren. 4. Amicti auro primo, reputati sunt in uasa testea. Quia sicut uasa testea fracta ad ignem portandum deputantur. Ita timendum est, quòd tales deputabuntur ad ignẽ ęternum sustinendum, quia in corde suo dicit, sedeo Regina, & uidua non sum, & luctum non uidebo. Ideo in vna die uenient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igni comburetur, quia fortis est Deus, qui iudicabit illam. Apocalip. 18.

11 ¶Milites uero in illo ludo duo puncta pertranseunt directè, & tertiũ punctum obliquant, in signum, quòd milites, & domini terreni, & ecclesiastici possunt iustè accipere redditus eis debitos, & iustas emendas à subditis delinquentibus, secundùm exigentiam loci, temporis, personæ, & delicti. Sed in tertio puncto deficiunt, & obliquant cùm uidelicet tallagia, & iniustas exactiones, & consuetudines abusiuas, & nimis graues emendas à subditis extorquent, & malos amore odio, uel munere supportant, & bonos deprimunt. Et quando plura concupiscunt, vel quocunque modo, uel titulo capiunt, quàm capere deberent, excedentes regulam eis datam. Lucæ 3. de qua habetur. M. 7. 1.

12 ¶Alfini uero cornuti, episcopos significant, & alios inferiores prælatos, qui si boni sint, & cornuti spiritualiter ex studio sacræ scripturæ, & colloquio cum Deo in orationibus, sicut Moyses. Exod. 34. tunc eorum cornua significant ipsos habere, quod habere deberent, & quod de facto habent, ita, quòd in eis est signum, & signatum, scientia videlicet noui, & ueteris testamenti, & quòd illis cornibus expugnabunt errãtes, & destruunt errores contra illa duo testamenta insurgentes. Si uero mali fuerunt, symoniacè, uel indignè promoti, prece uidelicet, uel precio, uel regio imperio, uel magnorum minis, uel literis, seu carnali fauore, non sunt cornuti ex diuino eloquio orationis, uel lectionis, sed potius illorum cornua significare possunt duo, quæ ad literam in eis inueniuntur, quia uidelicet nec scientiam habent testamentorum, nec bonitatem morum, quòd insuper nec lupos expugnant, uel à gregibus arcent, sed potius defendunt, & caues, id est, prædicatores expugnant, arctant, & expellunt: ne gregem custodiant, uel significare possunt potestatẽ seu astutiam, propriam, & sęcularem, per quas indignè promoti sunt, & Deũ in moribus peruersis, & membris suis expugnant. Et tales Alfini tria puncta obliquando pertranseunt, quia illorum opera triplex malum peruertit, amor videlicet odium, & cupiditas, quia si quem promouent, hoc potius amore faciunt carnali quàm spirituali. Si quẽ vero asperè corrigunt, & puniunt, hoc potius faciunt propter odium personę, quàm peccati: ex quo accidit frequenter, quòd non puniendos puniunt, uel puniendos vltra condignum puniunt, & puniendos impunitos dimittunt. Si quem insuper in corpore punire deberent, munerum cupiditate seducti in bursa puniũt, ex quo accidit, quòd peccata sub annuo censu ad firmam tradunt, ut pecuniam non habitam acquirant, uel quod quasi mercenarij lupum corrigendum fugiant, ne bona possessa amittant. Et sic dum propriæ student ditationi pecunias colligendo,

gendo, diabolum etiam ditant, animas perdendo. Et qui ex officio deberent esse diaboli, & uitiorũ expugnatores, iam per cupiditatem fiunt diaboli ꝓcuratores, & uitiorum promotores. Nec cogitet quisquam ad inciuilitatẽ pertinere, ꝙ prædicti uiri ecclesiastici in isto scacario locum post milites obtinent posteriorem, quia non est locutum, nisi de malis: qui peiores sunt laicis malis, quia seruus sciens uoluntatẽ domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis. Luc. 12. Rocus uerò totũ
13 perambulans scacarium linea recta, iustitiarium, uel consiliarium, seu senescallum prædictorum significat dominorum, qui ideo post alios ponitur, quia nõ est seruus maior domino suo. Ioan. 15. qui in nullo obliquari deberet à dextris, uel sinistris, propter munera, uel quamcunque aliam causam, sed altam & rectam viam tenere veritatis. Sed, heu, è conuerso nunc de multis uerificatur illud. Amos 6. Conuertisti in amaritudinem iudicium, quia sub colore iustitiæ multos amaricant, & dolere faciunt, & cum multis se intromittent & inuoluant, & excludant quos uoluerint, sicut in ludo in fine uitæ, nesciunt facere unum bonum argumentum, quòd saluabuntur. Nota contra tales. T. 16. 42. Pedinus vero qui vnum tantum pertransit punctum, est simplicianus uel pauper, qui in hoc mundo solam quærit uitæ sustentationem. Iste semper directè uadit, nisi quando capit, quia dum permanet in simplicitate & ueritate, directè, & securè viuit: quia, qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Prouerb. 10. Sed quando inordinatè aliquod quærunt, temporale lucrum videlicet uel honorem, periurijs adulationibus vel furtis, obliquant. Sed aliquando pedinus ad summum scacarij gradum peruenit, & tunc de pedino fit Regina, & tria pertransit puncta, si uoluerit obliquando. Ita nonnulli parui status, dum ad loca ascẽdunt alta, mali ostenduntur, & crudeles, qui in paruo statu boni uidebantur, quia asperius nihil est humili, cùm surgit in altum: tunc tria pertransit puncta, fidem ac doctrinam deserens, & saltans Trinitatis. In fine uerò istius ludi prædi- 14
ctis in malo perseuerantibus, dicet diabolus Escheke maat, quando in morte insultando, & improperando ponet eos in inferno. Frequenter enim peccatores eschekiat quotiens, videlicet, illos ad aliquod peccatum mortale ducit. Sed prudens & consideratus lusor deberet citius dicere liueret, ad confessionem uel ad pœnitentiarium currendo, & non recidiuare, nec illud ultimum escheke expectare, post quod non est liueret, quia in inferno nulla est redemptio, ubi nec credat, ꝙ aliquo precio redimendus sit. Iob 15. Isto vero ludo sic finito, simul in vno terrę sacculo corpora reponuntur, ubi non est distinctio Iudęi & Gręci, diuitis & pauperis, quia simul in vnum diues & pauper, in Psal. 48. quãtum scilicet ad corpora. Sed tamẽ quo ad animas, magna est locorum differentia, quia diuites mali in inferno sepeliuntur: pauperes boni in sinum Abrahę eleuantur: & illi, qui fuerunt superbia altiores, erunt in pęna profundiores, & sic humiliabitur altitudo uirorum. Esa. 2. Et qui uoluerit inter uos primus esse, erit omnium nouissimus. Marci 9. quando scilicet princeps huius mundi, eijcitur foras. Ioan. 12.

¶Ex qua auctoritate huius mundi Art. 5.
ostenditur finale periculum & pęna. 15
Pro quo est aduertendum quòd huius mundi pericula ex tribus contingunt, & nocumentum ingerunt, seu nocendi occasionem accipiunt, ex diaboli suggestione, ex mundi conditione, & ex mundalium inconsideratione. Ad ostensionem primi est considerandum, quòd est de Deo, & de diabolo in hoc casu, sicut de impotente bellante contra potentem, qui quidem potens duo habet loca uel Exẽplũ.
castra uel ciuitates, quorũ unũ est fortissimum,

tissimum, & aliud debile, impotens verò videns ꝙ locum fortissimum innadere non potest, debilem spoliare nititur, ac igne imposito concremare. Sic diabolus de ciuitate illa superna eiectus, se vindicare, desiderans, bellum contra Deum & suos mouit. Sed quia Deo comparatus, impotens inuenitur, nec potest locum illum cęli directè expugnare: locũ huius mũdi, quasi debiliorẽ, igne peccati imposito, expugnare & inflãmare nititur, & intantũ per ꝓditorum Dei adiutorium, in hoc præualuit, ꝙ ferè totũ inflãmauit mundũ, sicut patet ex dicto Ioãni Apostoli, dicentis. Omne quod est in mundo, cõcupiscẽtia carnis est, & cõcupiscẽtia oculorum, superbia vitæ. 1. Ioan. 2. Ecce triplex ignis, qui totum incẽdit, vel decolorauit mundum. Primus ignis infernalis est, quasi ignis sulphureus: luxuria uidelicet coram tota curia cęlesti, ad modum ignis sulphurei fętẽs.

Exẽplũ. Sicut patet de Angelo, cum heremita ambulante, & tenente nasum cum occurreret luxurioso, & non propter cadauer mortuum. In signum cuius similitudinis & fętoris, congruè super huiusmodi populum pluit dominus sulphurem, & ignem. Gen. 19. Hoc etiam ideo cõgruè factum est in signũ, quòd in inferno pluet super peccatores laqueos: ignis, sulphur, spiritus ꝓcellarũ, pars calicis eorum. in Psal. 10. Secundus ignis est, quasi ignis, cui imponitur pinguedo, seu sagimen, de quo quantò plus imponis, tantò fortius accenditur. Ita ignis cupiditatis, sicut patet. A. 27. 5. Et ideo illum non extinguerent omnia regna mundi.
16 Matth 4. sicut patet de Alexandro.

¶Tertius ignis est, quasi ignis in stupa, qui citò in altum ascendit, & citò extinguitur, tã velociter mundus transibit, & concupiscentia eius. 1. Ioan. 2.

¶Ad declarationem secundi, videlicet ꝙ mundi conditio est periculosa. Est aduertendum, ꝙ mundi fortuna. Primò taxillis comparatur, in quibus frequenter uisum est, quando ad tempus totaliter currunt pro unâ parte, & postea quando illa pars incipit perdere totaliter cõtra illam, & pro alia currunt, & primam plus perdere faciunt, quàm prius lucrabatur. Sic in proposito, frequenter visum est, quòd mundi fortuna, pro aliquo ad tempus fortiter currit, in qua multa malè lucratur, sicut ille lusor cum taxillis, & citò post tantum incipit contra illum currere, & tunc plus perdit quàm prius in prospera fortuna iniustè lucrabatur, quia quandoque corpus, & animam, & quicquid habet. Sicut ergo periculosum est confidere in taxillis, ita in mundi fortuna.

¶Secundò mundi fortuna seu gloria uel prosperitas, tempori comparatur nebuloso, quia sicut in tempore nebuloso ambulantes uident lumen, & claritatem quandam prope eos, sed si respiciant bene ante vel retrò, totum vident tenebrosum. Ita dum quis est in mundi prosperitate iuxta eum nihil videt nisi prospera, & placentia, sed si respiciat retrò ad illos, qui ante eum fuerunt in maiori honore, & gloria, & diuitijs, quàm ipse sit, & mortui sunt in mala uita, ibi inueniet totum tenebrosum, & quo ad corpus, quod est in tenebrosa fouea, & quo ad animam, quæ est in tenebris exterioribus. Matthæi 22. Baruch 3. Vbi sunt principes, &c. sicut patet. G. 2. 41. Si insuper respiciat ante ad mortem, quæ illum expectat, ibi sunt tenebræ, & obscuritas, & via dubia, & multi latrones, tam corporales, quàm spirituales ad spoliandum. Ecclesiast. 24. Nebula texit omnem carnem, secundùm sęculi mundi huius. Ephe. 2. Ex ista similitudine duo eliciuntur, unum principaliter intentum, ꝙ videlicet sicut periculosum est, portantibus thesaurum magnum incautè, in tempore progredi nebuloso, quia multæ in eo latent insidiæ. Ita periculosum est, in mundi progredi vel confidere fortuna, uel gloria. Secundum elicitur, ꝙ uidelicet nihil facit mundum vel mundi gloriam ama-

bilem

bilem vel desiderabilem, nisi quod nõ clarè uidetur, quo ad omnes eius partes, qualis est. Dum enim solummodo appropinquantes eius intuentur partes, & conditiones, in quibus floret, nihil gloriosius, uel melius reputant: verbi gratia. Dum miles prosperatur circa mundi uanitates, cupidus, diues, aduocatus & huiusmodi circa pecunias colligendas, & res augmentandas, uoluptuosus, & delicatus circa delitias, & sic de alijs, quid hoc creditur iucundius? sed si extremas respicerent partes videre possent, quàm turpiter decipiuntur. Tunc enim est quasi una omnium cantilena, quam dicunt, heu ꝙ tam diu dedi me mundo, quia nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Ioan. 12. Ecce forte cogitant, ꝙ melius est tunc de hoc dolore, quod nunquam uerum est, sed melius & securius fuisset prius doluisse & mũdum cognouisse, & dereliquisse, quia timendum est, ꝙ tunc non dolebant, quia se mundo nimis dederunt, uel peccata quæ in mundo sunt, nimis dilexerunt, sed quia non possunt se mundo plus dare, nec in eo amplius remanere. Damnemus ergo mundum prius, dum sani sumus: ut non cum hoc mundo damnemur. 1. Corin. 11.

17 ¶Tertia occasio, ex qua mundi contingunt pericula? est mundialium inconsideratio, qui præsentia & mundialia diligenter custodiunt, de spiritualibus verò & futuris contingentibus parum curant. Vnde Hugo de vanitate mundi. Primò imaginatur, quòd est de eis sicut de mercatoribus, qui cũ equis & mulis ex omni genere diuitiarum transeunt oneratis, qui quidem multum laborãt, spe tamen lucri gaudent; hi postquàm sua in nundinis vẽdiderunt, & denarios computauerunt multos, delicata comedunt, & bibunt: & non considerant, quomodo latrones eis insidiantur, qui ipsos subitò inuadunt, quorum aliquos occidunt: aliquos ligant. Ita isti qui circa vanitates, vel diuitias, vel delicias, & honores multum laborant, quibus habitis, in eis, quasi læti & securi gaudent, & non considerãt, quomodo latrones illi infernales eis insidiantur. De quibus dictum est. E. 8. 10. quorum aliquos in inferno occidunt, aliquos in purgatorio ligant, quibus in pœnis existẽtibus, dici potest illud. Ioan. 15. Si de mundo fuissetis, supple adhuc mundus, quod suum erat, diligeret, quia verò de mundo non estis, odit vos mundus. Secũdò idem Hugo imaginatur, & exemplificat de hominibus huius mundi, ostendens, ꝙ est de eis sicut de nauigãtibus, qui in trãquillo tempore comedunt & bibunt, & quandoque nimis securè dormiunt, & pisces inter eos quasi eis applaudantes ludunt, sed citò post trãsit illud tempus, & uenit aliud in quo uenti ascendunt contrarij. Et qui prius uidebantur fœlicem uitã ducere, clamant in doloribus, & quandoque submerguntur. Et illi pisces, qui videbantur eis applaudere, forsitan eos deceperunt, quam fortunam si prius considerassent, illã priorem non tam felicem reputassent. Ita in proposito nonnulli dum prosperum habent tẽpus, comedunt & bibunt, & quasi securam & felicem (vt æstimant) ducunt vitam, multique eis, quasi amici applaudunt, de quibus simul. Ioan 16. Mundus autem gaudebit. Sed uentis contrarijs in mari huius mundi insurgentibus, in quo tot sunt tempestates, scopuli, uoragines & uenti contrarij, quot sunt tentationes mundi, carnis, uel diaboli. Quarum multitudinem & periculum probat trãseuntium ad portum quietis raritas, & pereũtium multitudo inclusa in auctoritate beati Bernar. dicentis: In mari (inquit) Marsiliæ de quatuor nauibus nõ perit vna, in mari huius mundi de quatuor animabus uix euadit una. In mortis doloribus clamant, & quandoque in infernum demerguntur. Et illi hostes tam corporales, quàm spirituales, qui prius eis applaudere uidebatur, quasi amici

Exemplum.

Exemplum.

amici eos spoliant atque deuorant corporales corporalia, & spirituales spiritum. Si hoc priùs considerassent, non tam felicem mundi gloriam reputarent, nec in tale caderent periculum, quia mali essent marinarij, si in tot tempestatibus uelum non deponerent superbiæ, & nauem non exonerarent à cupiditate, si saperent ac nouissima prouiderent. Nunc uerò tanquàm pessimi marinarij qui in altum non ascendunt, ut pericula ingruẽtia considerẽt & caueant, velum ad summum eleuãt, per superbiam nauem nimis onerant, per cupiditatẽ gulæ & luxuriæ & alijs vicijs intẽti nauem suam.i.animæ gubernationem negligunt, & in multa cadunt pericula, non considerantes, ꝙ nihil prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, & animæ suæ detrimentum patiatur. Matth.16.

Ar. 6. 18 ¶Quæ auctoritas multiplicẽ mundialium ostendit stultitiam. Primò in hoc ꝙ parua mobilia ad breue tempus tenenda, hæreditatem paruam & uilẽ, quam habent ex parte matris, id est, terræ pro qua maximæ seruituti sunt astricti; Et mundi amicitiam magis appreciantur, quàm hęreditatem maximam ex parte patris, id est, Dei, pro qua, & in qua maximam habebũt nobilitatem, & dominum, & quàm amicitiam Dei, intantum ꝙ pro istis transitorijs hęreditatem illam totaliter negligunt, totaliter circa ista solliciti. Et pro mundi amicitia, Dei amicitiam in opere contemnunt, illum sequentes Cayn, de quo dicit August.15. de ciuitate Dei. Quod Cayn, qui huius mundi gloriam primus quęsiuit, primus Dei amicitiam perdidit, ciuitatẽ enim in terra ista primus construxit: Gen.4. Vnde beatus Gregorius. Primus Cayn, ciuitatem construxisse describitur, ut apertè mõstretur, ꝙ ille primus in terra fundamentum posuit, qui à soliditate cęlestis patriæ alienus fuit. Et ille, qui primus cęlestia neglexit, circa terrena totaliter sollicitabatur. Sicut patet per hoc ꝙ dicit Iosephus, ꝙ Cayn primus simplicitatem, & vitę hominũ mensurarum, & ponderum inuentione, & calliditate permutauit. Et primus terminos terrę posuit, & ciuitatem murauit, quia multos timuit, significans ꝙ illi qui totaliter circa ista occupantur inferiora, ab illis cum Cayn sunt uacui superioribus, pro quibus & illa superiora cum Cayn dereliquerunt, & ꝙ qui circa ista multùm sollicitantur, multos cum Cayn timẽt, uel quia multos in iustitijs offendunt, uel quia ista inordinatè diligunt, & ideo excessiuũ & inordinatum habent timorem, ne illa amittant, non intelligentes illud. 1. ad Thi.6. Nihil (inquit) intulimus in hunc mũdum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus.

¶Ex qua auctoritate patet ꝙ secundo in stultitia similes sunt canibus, qui tota die circa prædam laborant, de qua in nocte minus habent, quia alijs inde lautè comedentibus, ipsi canes in uili tugurio recluduntur. Ita isti in morte peius quàm canes illi, quibus saltẽ panis datur, & aqua, quæ istis non dabuntur, quibus aqua sola negatur. Luc.16. Tertio amatores mundi in hac stultitia similes sunt equis, tota die thesaurum portãtibus, à quo in nocte spoliantur & panno vili cooperti, in domo fętida recluduntur. Sic isti de quibus nota. A.27.42. Quartò cuidam assimilantur in stultitia trufatori, & nimio potu & ebrietate infirmato, cui cum medicus dixit, heu ciphus te occidit, ille fertur respondisse, si hoc sciuissem, bibissem de disco continens uidebatur displicere, sed contentum placuit, vnde & illud habere uoluit quouis modo siue in cipho siue in scutella. Ita nonnulli quando audiunt mundi infortunia & falsitates, ipsum cum alijs deprauant dicentes, ipsum nihil ualere, sed tamen omnia quæ in mundo continentur, diuitiæ scilicet, delitiæ & honores eis placent, illaque modis, quibus possunt, assequi nituntur contra sacræ Scripturæ doctrinã, quæ dicit. Nolite diligere mundum, neque

Marginalia (right column): 19 Canes. / Equi. / Exemplum.

neque ea quæ in mundo sunt.1.Ioã.2.
20 ¶Quinto illorum stultitia ex operũ illorum ostenditur cõsideratione. Cõsideranti enim opera eorum, & studia, & cogitationes mundi sapientium inueniet ꝙ omnes in uno puncto deficiunt, qui quidem punctus solidæ sapientiæ maximè contrariatur. Quia sicut in parte ostensum est.F.4.27.cum sequenti, omnes cautelas excogitant, quibus securè viuere poterunt, vno excepto, ꝙ videlicet Deũ prę oculis non habent: nec cogitare videntur, ꝙ ipse Deus, cõtra quẽ peccãdo, viuũt, plures cautelas & vias inuenire sciat ad eos destruendũ (sicut scriptũ est:) Perdã sapiẽtiã sapientiũ, & prudentiã prudentium reprobabo: Vbi est sapiens? vbi est scriba: vbi inquisitor huius sęculi. 1.Cor.1. quam cogitare sciant ad euadendũ. Ipsis vero in hoc puncto deficientibus, non sapientes sed stultissimi dicendi sunt, quia ſm Philosophum in Ethicis. Ille non est dicendus virtuosus, qui virtuti in potissimo suo esse & statu & natura contrariatur, contrariũ illi virtuti agendo. Ita a simili, ille nõ est dicendus sapiens, qui sapientiæ ꝓprijssimè dictæ contrariatur, sapientia autem proprijssimè dicta, est sapientia diuina, quã ipsi non cognoscunt, quia Dei sapientiã non cognouit mundus. 1.Cor.1. Quãtuncunque ergo tales à consimilibus mundialibus sapiẽtes reputẽtur, dũ viuunt, quãdo tñ in sapiẽtia & diuitis suis inutiliter confidentes, turpiter & mala & improuisa morte moriuntur, experientes, quoniam sapientia carnis mors est. Rom.8. stulti reputantur à dicẽtibus. Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, in Psal.51. Ecce in quo puncto deficit, in hoc videlicet, ꝙ illum nõ posuit adiutorem suum, nec in illius confitebat sapiẽtia, qui stultã fecit sapiẽtiam huius mundi. 1.Cor.1. Ex prędictis patet, ꝙ apud Deũ sapiẽtiores sunt, qui minus mundũ appreciãtur, minusq; in illius cõfidunt sapiẽtia. Vñ Ptolomeus in ꝓlogo almagesti. Ille inter hoĩes altior existit, qui minus curat, in cuius manu mũdus sit. Ex quo sequit, ꝙ religiosus Exemplum.
ille cõgruè respondit cuidam Regi, de quo fertur, ꝙ cùm alijs esset electus & Regi prę sentatus, vt rex illũ sentiret, quẽ habere vellet in Abbatem? ait, rex iste non erit, quia nihil scit de mundo, videbat eñ Regi ꝙ erat simplicianus. Cũi ille, plus scio de mũdo, & melius eũ noui, quàm vos creditis eũ multum valere, & estis decępti, ego scio, ꝙ nihil valet, & hęc est finis, à quo vnũ quodq; denominãdũ est: ostẽdit. Iste ergo & ei similes apud Deũ sapiẽtiores, ideo dicẽdi sunt, quia illius sapiẽtiæ increatæ sequuntur sapiẽtia, q̃ dãnauit mundũ. Heb.11. Sicut patet. Ioã 7. vbi de mũdo loquens, ait. Ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt.

¶Cõtra tã multas mũdi infatuationes, & pęnas, & pericula tria sunt reme- Art. 7. a 1
dia, seu documẽta, q̃ docent, mundi cõtenta esse fugienda, ne ab eis infatuet, & pęnas qs incurrat & pericula. Quorũ primũ est in interiori cõtẽplatione. Secundũ in exteriori custodia, seu refrenatione. Tertiũ in fuga & elõgatione.

¶Quantũ ad primũ efficax remediũ esse deberet ad paruipendendũ mũdi diuitias, delitias, & honores, intimè cogitare cęli diuitias, delitias, & honores, quia sicut visa clarissima Solis luce, in- Exẽplũ.
tranti domum immediatè post, totum quicquid in domo est luminis, vel alterius rei, videtur obscurum. Et sicut existenti in altissimo aeris loco, maxima hic inferius videntur parua. Ita cõtemplanti illam gloriam increatam: & existenti in cęlo per conuersationem: omnia ista inferiora vidẽtur obscura, & parui valoris. Sicut patet de illis. Ioan.15. Vos de mundo non estis.

¶Quantũ ad secũdũ, q se sic custodire nesciũt, à parẽtibus, & alijs amicis, à mũdi periculosis honoribꝰ, custodiri & refrenari deberẽt. Sed heu, q custodirẽt puerũ vel debilẽ amicum & impotentẽ, ne equũ ascẽderet capitatũ ne de illo cadẽs lęderetur, ipsum nituntur in alto statu mundi vel ecclesię ponere:

de quo cadens damnabitur, ostenditur quòd mundus, quod suum erat, diligeret Ioan. 15.

¶Quantum ad tertium ostendendũ est primò, quare mundus fugiendus est. Secundò quomodo fugiendus. Quantum ad primum mundus nõ so-
22 lum fugiendus est propter pericula spiritualia, vel pericula futura, q̃ in morte timentur, sed etiam propter aduersitates, tribulationes, & angustias, quas præsentes sentimus, & propter sanctorum exempla. Si enim illa pericula non mouent, quę futura sunt, quia nõ sentiuntur, saltem illa moueant, quæ præsentia sunt, quia sentiuntur. Et sicut filij Israel, videntes plagas & angustias in Ægypto, quæ notantur in his versibus. Sanguis cum rana: cinifes: Versus. musce: pecorum mors. Vlcus grando: brucus: tenebrę: cum morte prioris. De Ægypto fugierant; filij ecclesię videntes easdem tribulationes in mundo, ipsum corde fugiant. Quòd autẽ easdem uidere & sentire possunt, patet inductiuè per hoc. In hoc nãque mundo est sanguis bellorum iniustorum & sine causa occisorum. Sunt etiam ranę gulosorum, & ebriosorum, quæ in foueis cantant tabernarum: & cooperiũt totam terram Ægypti. Et cinifes subtiles sed acutæ conscientiarum punctura & anxię cogitationes & sollicitudines, quæ sunt in amore carnali, & cupiditate. Et muscæ grossiores, raptores uidelicet, & latrones, & spoliatores hominum, potius de prǫda quàm de suo uiuentes, qui sicut muscæ mel, ita ipsi prędam sequuntur. Et pecorum mors, id est, animalium mortalitas: de qua nota. T, 5. 19. Et vlcus, id est, corporum infirmitas. Et grando aeris tẽpestates. Et brucus bladorum destructio, brucus nanque talibus nocet, sicut patet D 12. 22. Et tenebræ ignorantiarum & perplexitatum quid agendum vel fugiendum sit? Et mors hominum cuiuscunque ętatis status & conditionis, inter quas in mundo pressurã habebitis. Ioan. 16. Si ergo mundus pau-
cis blanditijs & prosperitatibus nos attrahit ad eius amorem, & peccatum. Ergo à contrario sensu sine omni alio doctore nos tot aduersitatibus, tot cõscientiarum remorsionibus, quos sicut alios inimicos & latrones fugere non possumus, tot confusionibus, tam hic, quàm etiam quando à iustis peccatores separabuntur, nos ab eius amore retrahere & auolare facere deberent.

¶Ex isto nanque timore multi sancti in cęlo mundum derelinquentes, 23
ab ipso auolare cęperunt, quorum uolatus & fuga nostra deberet esse hortatio & doctrina & exemplum, quot perfidię in mundo latent & pericula, si Pauli Cõsulis Romanorum sequi vellemus (ut deberemus) exemplum, de Exẽplũ. quo refert Iulius Sextus. li. 1. q̃ in planicie quadam dimissurus exercitum, contemplatus, procul uidit auium multitudinem, festino uolatu ex silua consurgere, & statim intellexit, aliquid insidiarum ibi latere, eò q̃ turbatę aues simul auolauere, missis igitur exploratoribus, comperit ibi hostes latere ad Romanum exercitum clam inuadendum. Et sic auium uolatu & ascensu sibi & exercitui suo cauit. Sic nos videntes Christum sanctum sanctorum, qui dicit. Ioã. 16. Relinquo mundum, & uado ad Patrem, cum omnibus sanctis mẽbris suis, de quibus dicit, mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut ego non sum de mundo. Ioan. 17. A mundo auolare illorum exemplo insidias mundi latẽtes suspectas habere debemus, & timere, & cauere, ut de nobis verificetur illud. Osee 11. Formidabunt filij maris, & auolabunt quasi auis ex Ægypto. Ecce quomodo sanctorũ exemplo de Ægypto huius mundi auolãdum est corde & amore, propter tribulationes, miserias, & insidias in eo latentes. Sed heu, pro maiori parte adulteræ assimilantur, quia sicut adultera à leccatore uerberata, ab eo non recedit, verberata verò à marito, ab eo recedit. Sic mundi

mundi amatores mundi experientes, & sentientes pericula, uexationes, uerbera, labores, insidias, tam corporales quàm spirituales, non recedunt, nec corde, nec opere fugiunt, sed pro modica spe diuitiarum, delitiarū, & honorum, omnia patiēter tolerant. Sed illi idem uel alij etiam, qui Christi iugum portare professi sunt, si modicū pro Christo uel à Christi vicarijs impositum tolerent, murmurant, & recalcitrant. Cuius causa est, quia amor inordinatus ut frequēter feruentior est. Et quia proniores sumus ad malū, quàm ad bonum. Cuius signum est, ꝙ amor leccatorum frequēter post nuptias frigescit. Nec mirum, quia à principio non fuit amor charitatiuus, sed semen inimici. i. diaboli, qui superseminat zizaniā in agro Christianitatis, de quo. Matth. 13. Ager ille mundus.

24 ¶Quātum uero ad secundum punctum tertię partis istius articuli, quomodo scilicet mundus fugiendus est: est aduertēdum, ꝙ ille qui perfectè illum fugere vult oportet, ꝙ omnino cordis faciem auertat, ita ꝙ nec diligatur, nec recipiatur, nec salutetur occurrens, uel oblatus, nec prosequatur fugiens, ita ꝙ quantumcunque mundus ipsum sequatur, ipse mundo se habeat, sicut ille, qui crucifixus est Cruci: cui figitur deorsum uertendo, & hoc est necessarium illi, cui mundus applaudit, & quem sequitur, ꝙ quantumcunque mundus ei faciem uertat, ipse tamen mundo dorsum vertat, & ei crucifigatur, ita uidelicet quòd sit ei quasi mortuus. Si uero mundus ipsum fugiat, & ei dorsum uertat, & sic ei quasi crucifixus & mortuus, ipse etiam simili modo se habeat ad mundum. Exemplo Pauli, qui pro se & suis similibus ait. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Gal. 6.

Art. 8. 25 ¶Ex istis elici potest, ꝙ mundus est aliquibus quasi mortuus & crucifixus, sed non ipsi mundo, aliquibus è conuerso, aliquibus vero quibus quietius contingit, & mundus crucifixus est, & ipsi mundo. Sic in communi legenda de quolibet legitur confessore, ꝙ nec ipse mundo, nec mundus ei placuit. Quia uerò ubi multa imminent pericula, & emergunt dubia, utile est, & bonæ vitę, & vię habere certitudinem, in fine istius capituli vtile videtur experimentum ponere, quo quis primò coniecturare possit, utrum corde, affectione, & conuersatione de hoc mūdo sit, an de alio. Secundò, vtrum mundus præsens bonus sit, an malus.

¶Quantum ad primum *quilibet faciliter* aliqualiter cognoscere *potest*, vnde sit, & an sit de hoc mundo, ut hęres, vel vt habens hic manentem ciuitatem, & bonorum operum, mercedē: an vt peregrinus, & alibi mercedem expectans laboris, quia naturale est, ꝙ homo plus diligat & commendet, & libentius bona loquatur de patria propria, quàm aliena. Ergo per affectionem, dilectionem, locutionem, & huiusmodi euidentia accipi potest, vnde sint. Sic in proposito, qui plus diligunt istum mundum, libentius vellent hic semper esse, dicentes. Hic vellent semper esse cum iuuētute optatā, & prosperitate, quia hic scio, quomodo est, alibi nescio, quomodo est, ostēdunt certissima euidentia, quia de hoc mundo sunt, iuxta illud. 1. Ioan. 4. Ipsi de hoc mundo sunt, & ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit.

¶Quantum uerò ad secundum. i. ad quæstionem illam de mundo dubiam, in qua semper fuit disputatio inter bonos & malos, bonis commendantibus sęculum futurum, & malis *commendantibus* & diligentibus & *præferentibus* sęculum *præsens, ipso hoc* permittente, qui mundum tradidit disputationi. Ecclesiastes 3. Standum & credendum est determinationi illius magistri veritatis Christi, qui vtriusque mundi notitiam habuit. Ipse nanque secundùm diuinitatem fuit de cęlo, & & sic habuit notitiam illius patriæ, & secundùm carnem fuit de hoc mūdo; 26

& sic habuit notitiam de hoc mundo, & ille testimonium perhibet de mundo, ꝙ opera eius mala sunt. Ioan.7. Ergo corde, & ore, eius determinationem teneamus, impsumque sequamur, mundum, corde, & opere cõtemnentes cum ipso dicentes. Regnum meum non est de hoc mundo. Ioã.18. Nota quare mundus est contemnendus. N.5.11.

¶Munus. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Auidos munerum receptores, ob maximam, quam eis cum diuersis brutis, ac malæ vitæ hominibus, similitudinem inesse, declaratur; incredibili teneri culpa, non te lateat. num.2.3.4.5.*

6 *In nonnullis opportunitatibus, necessitate vrgente, danti, munera præbere vlla absque noxa conceditur: licèt eodem tempore accipientes tripliciter peccare contingat. num.7.*

8 *Cùm autem dans accipientem deprauare intendat; ac ipse quoque accipiens munere illo, à recto iustitiæ tramite aberrando, corrumpatur; tunc ambo non parua labantur culpa, operæ pretium quidem est.*

9 *Munera sumentes, in multos incidant errores, necessum est: ipsa etenim munera sumentium mentes excæcant, ac rationem peruertunt: ingratum faciunt sumẽtem: iniustum constituunt: Deumque tandem, ac seipsum negare, in causa existunt. num.10.*

11 *Munera tùm spirituale, tùm etiam frequenter corporale ipsis dantibus inferunt detrimentum.*

12 *Munerum cupiditas ipsis etiam nõ dantibus; vel non tantum emolumentum uni quantum alteri exibentibus, plurimum obest.*

13 *Munerum receptio dominis, quibus illi receptores deseruiũt; in fama, bonisvè alijs multùm officit.*

14 *Subditis etiam munera ipsa valde incommodare, credendum est.*

15 *In fortunæ autem bonis, tam munera accipientes, quàm eius amicos, maxima ipsamet dona afficiunt iactura.*

16 *Reipublicæ autem totæ maximum dispendium inferunt: atque accipientem spiritualiter necant.*

17 *Vnusquisque igitur vir probus, ac maximè Christianus à cuiusuis muneris receptione suas ambas excutere manus tenetur.*

18 *Contra Deum etenim, ac rationem dantes, recipientesvè huiusmodi munera, ad restitutionem teneri fatemur. num.19.*

20 *Quòd nisi restituerint; eorum hospitium in inferno futurum, certò sciant.*

Vnerum inordinati, & cupidi receptores, libenter recipiũt & respiciũt illos, quorũ dextera repleta est muneribus, in Psal. Quorum primò ostenditur culpa & similitudo. Secundò ostendetur, quòd culpa quãdoque est ex parte recipientis tantùm, quandoque tam ex parte recipientis quàm etiam ex parte dantis. Tertiò ostendetur, quæ mala talium sequuntur munerum dationes. Quartò, ꝙ Christiani nullo modo talia munera recipere deberent. Quintò, quando recipientes, & etiam dantes, ad restitutionem tenentur. Sextò pęna ostendetur non restituentium.

¶Quantum ad primum, quia culpa illorum tunc manifestiùs apparebit, quando videtur quibus bestiarum, & malorum hominum comparantur factis & assimilantur. Primò ostendetur, quibus iumentis seu bestijs comparantur insipientibus, & secundò quibus hominibus malè facientibus. Quantum ad primum Hydræ serpenti assimilantur, qui est serpens multorum capitum Arti.1. 1 Hydra.

capitum secundùm Hieronymum epistola 59. Cuius si unum caput abscindatur, crescunt alia. Sic, si credat se quis custodiri ab uno serpentis capite, uel duobus munera eis dando, uel robas, uel feudum, uel pensionem: eorũ uoracitatẽ satiando: alij quasi famelici ex hoc effecti, & quasi noua serpentiũ crescentia capita, ad serpentinas & capitales consurgunt inimicitias, nouas nocendi exquirendique malitias cogitantes, & quandoq; apertè dicentes, siue sint curiales, siue magni in patria: quare non dat mihi, sicut illi, vel illi: ita bene possem ego ei ualere, & locum in agendis tenere, & tantum (si uellem) damnũ inferre: & tantũ fortè apud eũ merui; ita ꝙ ex hoc ꝙ uni datur, alij acrius petunt, uel desiderãt, & amplius nocent, si dona non assequantur: ita ꝙ non ęstimo facilè scire, vtrum nulli, uel alicui dandum sit: qui omnibus nõ potest: & uni uix prodest: quia omnes diligunt munera. Esa. 1.

2 Porci & Canes. ¶Ex quo secundò patet, ꝙ tales porcis assimilantur & canibus: quia, uno porco uocato, uel aliquid ei dato, oẽs currunt & clamant, aliquid petentes. Ita uno ad festum uocato, uel aliquid ei dato, &c. Et quando uni cani os uel aliquid tenditur, omnes canes respiciunt ad offerentem: quando uerò uni illorum proijcitur, omnes in respicientem resiliunt: ipsumque mordent de hoc grauati, quòd ipse accipit, & ipsi non accipiunt. Ita isti, in dantem uni, omnes respiciunt: & contra recipientẽ omnes inuidia agitentur, & detractionum & accusationum illum morsibus lacerant: & statum suum damnificare, uel deprauare, uel diminuere nituntur. Vnde sic lęsus ad interrogantem, quis eum sic lęsit: respondere posset; lingua canum: in Psal. 67. quia quantum ad eos cessatum est à muneribus, &c. Exod 36. Ex quo patet, ꝙ quidam magnus clericus congruè, respondit cuidam ianitori Papæ, ingressum ei ad Papam prohibenti. Tu es (inquit) sicut magnus canis, custodiens ostium, cui

Exẽplũ.

si aliquid in os proiecissem, me intrare permisisses. In talibus nanque munus absconditũ extinguit iram. Prouer. 21. ad tempus dum, uidelicet, munera cõtinuantur; quia quando semel incepta discontinuantur uel retrahuntur, plus quandoque irascuntur, quàm si nunquàm aliquid datum fuisset: ita ꝙ semper dum das, charus eris: dare desine, despicieris ab his, qui in muneribus iudicant. Micheæ 3.

¶Tertio tales Lupis in aliquo sunt similes: in aliquibus uero conditionibus sunt crudeliores. *Primum patet* primò: quia sicut Lupus, si prius uiderit hominẽ, eripit ei uocem, ut ait Ambrosius Homel. 6. Sic tales, si priùs uiderint homines, qui habent cum eis facere, antequàm uidelicet ab eis muneribus ꝑueniant, sic eis uoces eripiunt & uerba impediunt: ꝙ in his, q̃ ab eis petunt: uel corã eis allegant, iustitiam petentes, uerba sua amittent inutiliter loquentes, & sine fructu. Secundò, quia sicut Lupi, habẽtes multos filios, peiores sunt ẜm Philosophũ 6. de animalibus. Ita tales quantò plures habẽt filios, tantò rapaciores sunt; & dona & munera plus cupiunt, & respiciunt, ꝙ etiam filijs detur sicut & illis: quia si quis nõ dederit filio, eunti ad scholas, ecclesiam, uel eunti ad bancum regis pensionẽ, erit ei inimicus. Tertia causa: quare Lupis assimilantur, patet. A. 27. 28. Lupis uerò crudeliores pro tãto sunt: quia sicut in historijs continetur Romanorum, Lupa Romulum infantem, ei expositum, nutriuit. Prædicti uerò in quibuscunque officijs, pupillos infantes, uiduas, orphanos, & simplices illorum in aliquo custodiæ expositos, non nutriunt, sed spoliant, & depauperant: uel saltem pauperiores facere cupiunt, parum curantes uel ponderantes, quam inediam ipsi sustineant: ita quod ipsi aliquid habeant: qui tantùm munera deferentes adorabunt. Thob. 13.

Lupi conditiones. 3

¶Quarto tales Castori assimilantur, de quo ait Solinus lib. 3. cap. 35. quòd 4 Castor.

cum hominē comprehēderit, nō priùs dētes relaxat, quàm ossa, quæ inter dētes tenet, frangantur, parte (si potest) in ore remanente. Ita tales, habentes aliquos inter dentes, id est in domigerio suo, non priùs eum laxant, quàm grauetur aliquid eius cum eis remanente qui ossa eorū cōfregerunt. Micheę 3.

Linx. ¶Quintò sunt crudeliores lincibus, de quibus ait Hieronymus epistola 75. ꝙ tam diu memoriam non habent rapiendi, quàmdiu venter eorum nō est vacuus. Isti verò semper oculos & manus apertas habent ad accipiendum, tam pleni, quàm vacui minus quodcūque. Matth. 25.

5 ¶Quantum ad secūdam partē istius articuli inter malos homines, primò assimilantur Gyezi. 3. Reg. 5. quibus

Exēplū. ipsius specialiter adheret lepra. Secundò cuidam Andreæ necromantico, de quo fertur, ꝙ ad villam quandam veniens, cum ei nihil dare vellent homines illius loci, quosdam circa eum cōgregatos arte demoniaca nudos ire fecit, & tripudiare, & cantare. Hic fuit Andreas, & nihil ei dedi, & ideo sic vado: alijs vero vicinis admirantibus, & eis compatientibus, cum ad eos currerent, & quęrerent, quare sic irent. Responderunt, sicut prædictum est. Post quorum responsum illi superuenientes simili illusione, & tripudio, & cantu eis iniungebantur, sicut Saul inter prophetas. 1. Reg. 10. Ita isti illudunt, & vexant, & denudant non dantes, & eorum amicos, & fautores, & amatores. Vnde nunc sic vexati cantare possunt: hic fuit talis, & nihil ei dedi: ideo sic vado. Tertiò Iudæ assimilantur proditori, sicut patet. G. 4. 19. & ideo illius habent maledictionem. Deut. 27. Maledictus (inquit) qui acceperit munera, vt pcutiat aīam sanguinis innocentis.

Art. 2. ¶Istam verò maledictionē quādoq; totā accipit dona recipiens. Quandoq;

6 videlicet licitū est dare, sed nō recipere, sicut accidit, qn̄ quis iniustā redimere vult vexationē, tunc nō est culpa dare, vel apertè, vel occultè. Apertè, sicut quando datur domino nocēti. Occultè, sicut quādo dat̄ ministris, & baliuis, per quos dominus alicui pōt nocere, qui quia non audent apertè recipere munera, vel robas aduersarij dn̄i illorum propter bilas & dilationes, si vult eos mitigare, oportet, ꝙ aliquid eis occultè cōferat, sciens qm̄ munus abscōditum extinguit iras, & donum in sinu indignationē maximam. Prouer. 21. In hoc, vel consimili casu dare nō est peccatum, sed sanū consiliū. Seneca lib. de cōstantia sapiētis. Nunquid (inquit) sapiens accedet ad fores, quas durus ianitor obsidet, & respondet dando cōsiliū, quid facere debeat, tāquàm inquit canem acrē obiecto cibo leniet, nec indigetur aliquid impēdere, vt limē trāseat, cogitet ꝙ in pontibus quibusdam aliquid dare oportet, vt transeat. Sed peccant recipientes.

¶Primò, quia aut permittere aliquē in pacem, vel sinere aliquid facere, vel in agendis expedire deberēt, tanquàm iustè & bene faciētes, & tunc gratis hoc facere vel permittere deberent; aliter, quod mihi iustè debetur sine precio, ꝓ precio mihi vendunt, & sic meū mihi vendunt: vel si sine peccato nō possunt talia dissimulare, vel permittere, vel facere: tunc nullo precio dato illud facere vel dissimulare deberent: ne peccatum sub precio ponere videantur vēditionis. Quod tales sunt symoniaci, patet plures leges.

¶Secūdo, quia officio vel dominio, 7
cui præficitur, aliqua non sunt, de quibus sine muneribus & exactionibus viuat, & tunc illud dimittat. Aut sunt, & tunc de illis viuat & audiat Ambrosium loquentē primo de officijs. Diues (inquit) eras qua causa aliena rapiebas; egestas nō compluit: ideo te feci diuitem, vt excusationem non haberes. Cur non affuisti iniuriam patientibus? ideo te feci potentem, vt non inferres, sed violētiā repelleres. Eripite (inquit) egenum & pauperem de manu peccatoris, sequitur. Dum augere opes, occupare terras cupimus: iustitiæ formam

exiuimus:

exiuimus: beneficentiam omnẽ amisimus.; verè enim vbi lucrum in arca, damnum in conscientia, & damnum, & peccatũ non quodcunque, sed inexcusabile. Quã enim coram Deo excusationẽ habere possent, q ab illis munera extorquent, vel libente recipiunt, vt diuitias suas augeant, & voluptates suas nutriant: Ab illis, qui multis fortè diebus societatem non habent panes ordeacij, vel fabacij: vnum enim illos cogitare oportet, ꝙ videlicet Deus surdus sit, vel cęcus: ꝙ talia non audiat, vel videat, vel quòd de eis grauem accipiet vindictam.

¶Tertiò verò tales similes sunt latronibus, sicut ostensum est. A.24.12. Ex his tribus patet, ꝙ recipientes sunt defectuosi. Hoc etiã ipsi eis dona offerentes, supponunt, & ostendunt: quia eò ꝙ eis offerunt medicinã, supponũt eos habere cor falsum, & infirmũ. Hoc etiã ipsimet dona recipientes, se habere ostendunt: quia si offeretur eis medicina pro capite scabioso: & caput tale non haberent, multum indignarentur, & offerentẽ cum indignatione fugarent. Ergo à contrario sensu medicinam illam recipientes, & diligenter quęrentes & desiderantes, ostendunt se infirmitatem habere cupiditatis & falsitatis &c. de quibus Ezech.20. Polluit eos: id est pollutos esse ostendit in muneribus.

8 ¶Quantum ad secundam partem istius articuli est aduertendum: ꝙ tunc maledictio culpę supradicta malè recipientium dona ab vtrisque tã dãtibus quàm recipientibus participatur, quãdo dans intẽdit recipientem corrumpere; & ipse recipiens corrumpitur. Sicut patet. A.27.58. sicut etiam in quotidiano patet abusu, in quo videmus, ꝙ quàmdiu mali esse volunt: nõnulli de suo dant, vt liberè ad infernum ire

Exẽplũ. permittantur. Sicut nuper patuit, de quodam, qui annuatim 20. solidos cuidam magno prælato dedisse fertur: sic toto anno sine hominũ timore securus cũ concubina stetit. Accidit postea ꝙ focariam illã dimisit, & prælato per nunciũ redditũ annuũ petente respõdit: redditũ, quẽ petit, nõ mittã: iam eñ dimisi feudũ, ꝓ quo annuũ cẽsum solui habeat ipse feudum & gaudeat: quia ego de cętero ab illo tale feudũ nõ tenebo. Dum eñ à talibus munera accipiunt, ẽm Ambrosium super epistolam primã ad Cor. libertatẽ amittũt arguẽdi, & peccat, qui ab eo accipit: & qui ideo dat, ne corrigatur. Ex quibus patet, ꝙ non est in isto contractu sicut in alijs contractibus emptionis & venditionis: in quibus res venditione alienat, & emptorẽ totaliter transit, & venditorẽ derelinquit: quando verò iniusti, vel causam iniustã habẽtes, illã iustã esse dicunt: & assessoribus, vel alijs, quorum interest, aliqua dant, vt iustitia fiat, quę in rei veritate iniustitia est: iustitia hæc à venditore transit: quia cũ illo non fuit: nec ad emptorem venit: quia filij Tyri in muneribus vultum tuum ò iustitia deprecabũtur: quę nullo pretio comparari potes vbi non es: in Psal.44.

¶Ex tam multiplici, tã dantis, quàm recipientis culpa multiplex sequitur damnũ. Primò ipsi recipiẽti damnum inferunt, ꝓ tanto, quòd eius mentem excecant & rationẽ peruertunt. Sicut patet per historiam, qua fertur, quòd quidam litigauit pro quodã manerio: & venit ad quendam magistrum, rogans eum, ꝙ esset pro parte sua, multa ei promittens. Ille verò semper respondit, ꝙ non audebat, quia non vidit eum aliquã habere iustitiam. Alius cuppam pulchrã de auro tradidit eius cãmerario, rogans, quod eam domino suo offerret: quàm cùm in camera sua positam respiceret, multa excogitauit; & inuenit argumenta, ꝙ ille iustitiam habuit: nec aliud cogitare potuit, dum ciphum respiceret. Ille verò videns se ciphi cupiditate excecatum, camerario vocato, ei præcepit, quòd ciphum magistro suo & possessori suo, ei redderet: ne totaliter ipsum excecaret; experiens, & intelligens, quoniam mu-

Artic.3. 9

Exẽplũ.

nera excęcant oculos sapientum, &
10 mutant verba iustorum. Deut. 16. Secundo quia dona ipsum recipientem ingratum faciunt: quia quando quis habet facere cum alio, cui aliqua offert sine omni pactione sub curialitatis vel cuiuscunque alterius causæ nomine, semper intentio sua est, vt illud pro eo faciat quod ab illo fieri postulat, vel in posterum postulabit, & hoc ille cui offertur, aduertere posset, si cor suum cupiditate non esset excęcatum, bene enim scire posset, ꝙ si nihil cum eo facere haberet, nihil ei daret. Sic ergo accipiens, & postea quod petitur non faciens, ingratus, apud dantem & mundum reputatur, & forsitan ad restitutionem in bono iudicio teneretur. Sicut ille, qui pacto interueniente, aliquid accipit pro aliquo opere, quod nõ facit: quando videlicet iustum est, ꝙ dator postulat: quando verò iniustum postulat: in impios vsus datum esset refundendum.

¶Tertio ipsum iniustum faciunt, vel quia faciunt, ꝙ ab vno pecuniã accipiunt, cui gratis iustitiam facere deberent, quia iustam habet petitionem: vel quia à non dante iustitiam auferre facit: & eos, qui iustitiã nõ habent, iustificãt: de quibus. Esa. 5. Vę qui iustificatis impium pro muneribus: & iustitiam iusti aufertis ab eo.

¶Quartò Deum & seipsum negare faciunt. Vnde Chrysosto. in tractatu de symbolo. Quis non erubescat dicere: quid mihi dabis, vt tibi iustitiam faciam? Nonne simile est, ac si dicatur, quid mihi vultis dare? & meipsum abnegem: officium prodam: & dominũ vẽdam. Ergo, qui munus accipit, liber abire nequit.

11 ¶Quinto damnum infert spirituale ipsis dãtibus, & etiã frequenter corporale: sicut patet. A. 25. 29. quia frequẽter indignè victoriam & honorẽ acquirit, qui dat munera. Prouer. 22. Munera nãq; indignos honorãt, & dignos muneris defectus postponit: in tantũ ꝙ tã in clero, quàm in religione mun⁹, seu nũmus sciẽtiarum & ecclesiarum dominus est: vbique insuper terrarũ porta aperit palaciorum: & ostia camerarum: sicut patet. I. 13. 13. Et in omnibus terris mortificat & viuificat: deducit ad inferos & reducit: carceres aperit & claudit, mortificat animas, quę nõ moriuntur, & viuificat aĩas, quæ nõ viuũt: subleuat de puluere egenũ: & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum principibus: & solium gloriæ teneat. 1. Reg. 2. Claudit, & nemo aperit: aperit, & nemo claudit. Et breuiter si fortitudo quęritur, fortissimus est: si melodia, vel iucunditas, iucundissimus est. Vnde Alanus de conquestione naturæ. Si in aurẽ vel Aduocati susurret pecunia: Horphei lyra: carmẽ Amphionis: musa Virgilij: voce pecuniæ suffocantur, quid plura? vbi nummus loquitur, Tulliani eloquij tuba raucescit: vbi nũmus militat, hectoreę militię fulgura compescuntur. Nummus vincit: nũmus regnat: nũmus imperat vniuersis, & nũquàm deerit multiplex cõuentus falsorũ, si tm̃ pręsentia fuerit nũmorũ. Cũ ergo tanta muneris sit potestas, & iucunditas, ꝙ sine illis nihil fiat: nihilque aures delectet: patet ꝙ sicut infirmus inaniter magna à medico petit medicinalia, nisi aliquid det quantuncunq; sit cura dignus, vtpote in se bonus & ad curã dispositus. Sic quantuncunq; quis sit aliquo statu, vel dignitate, vel honore dignus, nisi aliquid det, inaniter circa hoc habendũ verba funduntur. Et hoc est, quod ait Chryso. in tractatu de symbolo. Vtrobiq; (inquit) & apud curiales & apud medicos obtinet, ꝙ pro solis verbis mõtanis vtimur herbis, pro caris rebus pigmentis & speciebus. Sexto munerum cupiditas 12
damnum infert ipsis non dantibus, vel non tantum dantibus vni, quantum alteri. Primum patet: quia in parabola tẽporis præsentis iuxta quã munera & hostiæ offeruntur, &c. Heb. 9 inter oĩa quæ contingunt mala: vnũ est absurdissimũ, & tã Deo q̃ ab hoĩbus abominabilissimũ, ꝙ videlicet nõ vr̃ his, qui

ambulant

ambulāt in magnis & in mirabilibus, & eorum ministris sufficere, quia non faciunt pro his qui eis dare nolunt, sed (quod diabolicum est) eis nocere quærunt, qui robas non dant, vel pecunias. Et cum baliui præpositi sint, vel cōttabularij diuersa inferunt nocumenta, vt in posterum habeant, & vt se vindicent, quia prius non habuerunt colorantes factum suum sub colore iustitię & fidelitatis, in qua dominis suis tenētur. Sed Deus, qui per prophetā suum dicit. Si quis nō dederit quippiā in ore illorū, sanctificant super illum pręliū. Micheę 3. nouit qua intētione faciūt: qui & mercedē illis reddet, testimoniū perhibente muneribus eius, quę scilicet accipere cupit, Deo. Heb. 11. Secundum etiam patet, quia qn̄ 12. Apostoli falsitatis & Antichristi dn̄t ire Lōdonijs, vel ad aliū locū ꝓ veritate dicēda de aliqua re, q̄ vsque ad patriā placitata est, nituntur primo die accipere ab vna parte, iurantes & fingētes, ꝙ ꝓ illa parte dicent: accepto ergo quicquid illo die accipere poterunt, vel habere ab vna parte illū diem aliqua cōspiratione & falsitate amittere volunt faciētes, ꝙ aliqui illo die coram iustitiarijs non cōparebunt, vel aliquid simile. Alio die accipiunt ab alia parte & quę pars plus dederit 12. illos periuros ꝓ parte sua habebit, si tamē ęqualiter dederit, hoc ideo additur, quia diligenter inquirūt, si vnus alio plus acceperit. Et si inuenit ꝙ sit ille, qui minus accipit, irascitur, & de parte illa nō erit. Si verò maiorem se putet, & inuenerit ꝙ alius plus acceperit, vel ꝙ omnes æqualiter, grauatur quia videtur sibi ꝙ ex quo alijs maior est patriæ ductor, ꝙ plus recipere deberet, ita ꝙ ille qui minor reputatur, si minus recepit, grauatur, & ille q maior est, si plus non recipit, insanit. De quibus Innocentius. li. 2. de vtilitate conditionis humanæ. Non (inquit) attendentis merita causarum, sed personarum, non iura, sed munera, non quod ratio dictet, sed, quod volūtas affectet, non quod liceat, sed quod libeat. De talibus specialiter verificabitur illud. Iob 15. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libēter munera accipiunt.

¶Septimò munerum receptio damnum facit dominis, quibus receptores illi deseruiunt, vel in fama, vel in bonis alijs. Primum patet, quia sicut do- 13
lor pedis, uel alterius mēbri nocet capiti. Ita infamia cupiditatis, & aliorum vitiorum in ministris nocet, & famam capitis decolorat. Cuius quidem nocumenti ipsi superiores occasionem dāt, scilicet ministros (ut deberent) de suis non exhibēt, sed tali eos exponunt necessitati, de muneribus inhonestis & turpibus lucris eos viuere oportebit. Si vero eos debito modo exhibent: eis
certū dando vel ordinādo, vnde viuere 1
debent. Sicut faciunt Episcopi suis officialibus, & alijs clericis. Et Reges, & principes suis Iudicibus: totum nocumentum à propria habet ortū cupiditate. Secundum patet, quia quādo quis offert dona alicui, existenti in aliquo officio sub aliquo domino, cōmuniter illud ei offert, vt aliquod ei faciat auātagium. Quod quidē auantagiū facere tenetur de iure, & potest sine dāno dn̄i sui, aut non. In primo casu supponit illū, cui offert iniustū & cupidum, vel saltem illum talē facere nititur. In secūdo casu vel facit eum falso dn̄o suo, vel nititur eum falsum facere. Et si falsitatem domino suo facit, istius pcibus vel donis, non est dubium, quin vterqꝫ ad restitutionem teneatur.

¶Octauo damnū facit subditis, quia 14
dn̄i vel ministri, vel qcunq; alios regere habēt, q libēter munera recipiūt: rarò, vel nūquàm subditos habebūt bonos, qa ex quo sciūt eos cupidos, & posse eos donis placari, quasi sine magno peccāti timore cogitātes, ꝙ si in aliquo ꝯ eos loq incipiāt, eorū ora muneribꝰ obstruēt, qbus obstructis, ipsi sine labore in abyssū demergunt. Et sic spiritualiter eis cōtingit, qđ corporaliter ouibꝰ illis cōtingit, de qbus refert Alexāder
mō loquēdi. Iuxta (inqt) pascua mariti- Exēplū.
ma erat qđā auis, q quotidie certis īdi-

cijs fluxum & refluxũ maris prædicere solebat. Cumq; clamorem eius, oues, iuxta litus pascentes, agnoscerent: ad locum eminentem fugere consueuerunt. Sed cùm auis ostreum apertum reperisset: eo vesci desiderans, rostro
21 capitur: cumque clamare non posset: mare adueniens, oues submersit. Sic cùm os, cui correctio incumbit, lucro obstruitur temporali, talis in fine dicet illud. Esaiæ 6. Væ mihi: quia tacui. Dicat ergo, & opere impleat ante finem illud. Hierem. 4. Non tacebo: quoniam vocem buccine audiuit anima mea. Nota contra non corrigentes diuites ꝓ muneribus, vel alijs causis. A. 17. 11.

25 ¶ Nono damnum facit in bonis fortunæ, tam ipsius recipientis, quàm etiam amicorum eius. Primum patet, quia frequenter contingit, ꝙ illi, qui extorquent dona ab his, qui sunt in aliqua miseria vel infortunio, vt eos iuuent, pro quo adiutorio videntes eos in magna necessitate, plus exigunt, quàm exigere deberent: iterum Deo ordināte cadant & capiantur: & miserias & infortunias sustineant, & tunc, sicut prius acceperunt, ita dant & sic vadunt sicut venerunt. Secundum etiā acta frequenter ostendunt, in quibus videtur, quòd prælati & eorum ministri munera recipiant pro pretio forti, id est, pro redemptione peccatorum, & specialiter à religiosis & ecclesiasticis personis, qui bona ecclesiæ circa
31 huiusmodi expendere non deberent, cum quibus muneribus cum alijs mixtis suos iuuare & ditare nituntur nepotes, qui citò hoc in taberna & luxuriosè viuendo, cum alijs quæ aliunde possident, expendunt, & sic de bonis illis verificatur prophetia. Micheę. 1. Quæ (inquit) de mercede meretricis congregata sunt, vsque ad mercedem meretricis reuertuntur.

26 ¶ Decimò damnum facit toti communitati: sicut patet. A. 12. 23. Item. E. 4. 4. quia latrones & homicides, & alios malefactores, quos aliqua patria vendit post mortis sententiam datam: sicut patet in vallia, sicut ostensum est: L. 13: 14. Ipsi munerum receptores in omni patria vendunt occultè. Et quòd domini terrarum in vallia latrones vēdentes accipiunt post mortis sententiā datam, illi falsi accipiunt ante, vt non detur, ita quòd tam in vna patria quàm in alia ad totius damnum communitatis malefactores, qui aliquid habent, liberantur, vt vix suspenditur, qui aliquid habet: quia vel vitam suā emit ante iudicium, vel post, in tantum quòd si in vna latronum societate sint capti diuites, & pauperes, soli pauperes suspenduntur, & alij liberantur, vitam suam bono foro redimentes, quia ante forte furatus fuit ad valorem centum solidorum, & forte non dat nisi viginti solidos: quos tam ante, quàm eodem anno sequenti triplicatos recepit & recipiet. Sed non est mirum ꝙ de alienum bonum forum faciunt, de alijs enim & non de illis furabatur. Comparando verò istos duos liberandi modos ad inuicem: ille modus, quo ante iudicium venduntur, periculosior pro tanto videtur: ꝙ illi, qui tanquàm latrones iudicantur, & post modum venduntur, plus habentur suspecti, & pro tanto quis se ab illis melius custodire potest, quàm ab alijs, qui iustificantur & ideo tanquàm minus suspecti plus damnificare possunt.

¶ Vndecimò, spiritualiter occidunt recipientem, ideo namque Aioth portauit Eglon munera & mortē. Iudic. 3. De isto damno per munerum receptiones regnis & terris illato. No. R. 20. 8. & 29. De ista etiam materia, quomodo videlicet multis nocet. No. L. 30. 32. cum sequentibus. Ex quo tot damna munerum sequuntur receptionem, beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Esaiæ 33. qui in fine officij sui, vel vitæ suæ dicere potest cum Samuele. 1. Regum 12. Loquimini (inquit) de me coram domino, & corā Christo eius, vtrum bouem cuiuscunque tulerim, an asinum, si quempiam calumnia-

calumniatus sum, si oppressi aliquem: si de manu cuiusquàm munus accepi.

Ar.4. ¶Sic quilibet vir bonus & Christia-
17 nus excutere deberet manus ab omni munere. Vnde Sene. ad Lucil. epist. 77. Quis (inquit) sit vir bonus, dicam: Vir bonus, quod honestè se putauerit facturum, faciat sine pecunia, quod turpè erit, non faciet; etiam si pecunias afferat vel voluptatem vel potentiam, ab honestate nulla re detenebitur, ad turpia nulla spe inuitabitur. Ergo nec recipere deberent per se, nec per alios, sicut patet. I. 13. 25. propter rationes tactas. I. 9. 13. cum sequentibus, & 28. & C. 16. 40. cum sequentibus. Nec propter se, quia melius est ad vitam
Exẽplũ. ingredi pauper. Nec propter alios scilicet parentes & huiusmodi. Responsionem cuiusdam Papæ recolligentes: qui suadenti quòd suos promoueret, Respondit: Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero. Illius ergo exemplo non permittas eos in tantum tibi dominari, ꝙ pro illis promouendis vel exaltandis: teipsum sub peccato deprimas, & seruus fias cupiditatis: & ipsos etiam perdas, onera eis imponens importabilia, & muneribus prauis illos coram Deo onerando. Illis ergo noli offerre munera praua. Ecclesiastici 35.

Ar.5. ¶Aliter verò contra Deum & ratio-
18 nem dantes & recipientes ad restitutionem tenentur. De dantibus patet in Summa Confessorum. lib. 2. titu. 5. quęstio. 14. quid de prælatis &c. vbi habetur, quòd prælati & clerici, qui bona ecclesiastica, pauperibus debita, consumunt in vsus illicitos, videlicet, in meretricibus, histrionibus, consanguineis: vt eos faciant diuites de patrimonio Christi. In potentibus & diuitibus: propter pompam sęculi, vel aliã illicitam causam, raptores sunt: & per consequens ad restitutionem tenentur. Quantum verò ad recipientes, vel recipiunt à prædictis viris ecclesiasticis: vel à quibuscunque alijs. In primo casu respondetur in Summa Confessorum, lib. 2. tit. 5. quæstio. 18. quomodo illi, &c. dicendo secundùm vnam opinionem: quòd focariè, & huiusmodi turpes personæ tenentur restituere si possint: nisi fortè fuerit eis datum causa eleemosynæ, cum essent in summa necessitate. Diuites etiam & potentes tenentur similiter ad restitutionem si per fraudem, vel minas, vel importunitatem etiam indebitam, vel aliter sine iusta causa aliquid de bonis ecclesiæ receperint: ita ꝙ si turpibus personis detur, restituatur ecclesiæ, i. successori vel superiori illius: qui dedit in vtilitatem ecclesiæ conuertendum. Vel secundùm Hostien. eiusdem loci pauperibus distribuendum. Nullo verò modo illi restituatur, qui turpiter dedit: nisi quod per aliquas iniurias ab eo extortum, vel receptum fuerit. Alia vero opinio sentit, ꝙ turpes personę, quę huiusmodi recipiunt à viris ecclesiasticis ad restitutionem non tenentur, nisi huiusmodi vir ecclesiasticus per huiusmodi donationem factus sit non soluendo, sicut est in eo, qui accepit ab vsurario. In secundo casu secundùm Summam Confessorum, lib. 2. tit. 5. 84. q. quid de
illis, qui emunt, &c. Omnes qui reci- 19
piunt propter gratiam vni parti faciendam in præiudicium alterius: aut si minis, aut terroribus aliquid extorqueant, aut si quosdam grauant, ut alij timentes eis seruiant, ne talia patiãtur, peccant mortaliter & ad restitutionẽ tenentur omnium sic receptorum. Domini insuper tales præposituras videntes, vbi non sunt redditus certi, sed solę exactiones & munera ad interesse tenentur. Ex his patet, quàm graue & periculosum sit, non sua dare vel recipere, vbi non est certa receptionis causa, illi, qui recipit licita, qui frequenter perplexi sunt in conscientia & remorsum patiuntur, nescientes, quę restituere debent, & quæ non. Quod etiam periculosum sit officia exilia vẽdere illis, qui muneribus vultum tuum deprecabuntur, in Psal. 44. Et ideo periculosius

est quo rarius & difficilius hoc faciunt æstimantes titulum habere donationis vel emptionis & venditionis. Sed tamẽ dantes ita respondebunt coram Deo; sicut baliui dantes bona dominorum suorum recipientes, sicut participantes in furto exigentes sicut latrones, quibus multa ꝓmittuntur & dantur, ne noceant. Sic fidelis homo filijs concubinarũ largitus est munera. Gen. 25. Quorum locus pęnalis iustè est in inferno.

Artic. 6. ¶Primò, quia viuentes de muneribus & exactionibus nõ habent aliquẽ
20 certum statum, vel victum, vel ordinẽ, cum totum sit in aliorum voluntate vel necessitate, ergo iustè ibũt, vbi nullus sit ordo. Iob 10. Secundo, quia sicut dominus gratis remunerabit illos, qui pro ministris suis gratis fecerunt, quando ministri sui clamant, dicentes: Domine, istę in terra sua multa pro nobis fecit pro amore vestro, & nihil à nobis recipere voluit. Ita non remunerabit illos, de quibus in die iudicij dicere poterunt: Domine, nihil istis tenemini, quia omnia nimis clarè nobis vendiderunt. Et Deus eis respõdebit: Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Matth. 6. Patet ergo ꝙ bonus dñs vel iudex omnẽ hominẽ cõtra cor habere deberet: qui ei munera offert tanquàm volentẽ eũ ad talem obligare pęnã, & causam suã suspectã habere deberet, æstimans, ꝙ falsitatem denarijs supplere velit. Qui verò credit, vel dicit, ꝙ alia causa dedit: expectet vsq; sententiã sit data, & videat, tunc qd dare velint, & inueniet, ꝙ illi, qui prius ei pulchra obtulerũt, quę tamẽ respuerunt sub quibusdam curialibus verbis, dicentes: Si habueris sententiã pro te: scias mihi grates, ostendentes per hoc ꝙ postea libenter recipiẽt, nihil ei post sententiam dabunt, ostendentes, ꝙ nõ amore personæ ei munera priùs obtulerunt, sed ratione officij munera mittebant. Luc. 21. No. V. 8. 38. No. pęnam recipientis munera per exemplum de Machabeo. F. 1. 33.

¶Natiuitas Christi. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Temporalis Christi Natiuitatis duplex est; una in incarnatione; alia in parturitione facta fuit.*

2 *Incarnationis Natiuitatis possibilitas, ac perfectio: vtriusque Natiuitatis possibilitas, & incorruptio: quomodoq; vnius Personæ absque alia possibilis fuerit incarnatio pulcherrimis declaratur exemplis. num. 3. 4.*

5 *Hanc Natiuitatem congruam, rationabilemque fuisse; quadrifariam ostenditur: quoad Filium nascentem; quoad matrem portantem, ac Angelum salutantem; quoad locum, ac tempus; quoad insuper modum, atque causam.*

6 *Sex nostræ utilitates, quæ ex parte Dei, benedictæ Christi Natiuitatis causa nuncupandæ sunt pulcherrimè exponuntur. nume. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.*

15 *Pluribus signis pax inter Deum & nos, in sua sancta Natiuitate ostensa, confirmatur. num. 16.*

17 *Tripartita ponitur creaturarum distinctio, quæ benedictæ Christi Natiuitati testimonium perhibere. num. 18.*

19 *Non initio, sed hoc potissimum tempore hæc Christi benedicta Natiuitas facta fuit: ut genus humanum suas prius inspiceret miserias: quod per bellum quoddam explanatur exemplum.*

20 *Quo spirituali gaudio Christus in sua sancta Natiuitate recipiendus; quo etiam pacto receptus custodiendus, honorandusque sit; videas.*

21 *Quinam Christum natum, non eo, quo tenentur, honore, ac gaudio spiritualiter recipiant. num. 22.*

NAtiuitatis Christi, Primò ostendetur distinctio. Secundò possibilitas. Tertiò congruitas. Quartò ex parte Dei causalitas, & ex parte hominis ostenditur utilitas. Quintò, quare ita tarde facta fuit illa benedicta natiuitas. Sextò recipiendus, custodiendus, & honorandus est, qui pro nobis nascebatur.

Artic. 1.
1 ¶Quantum ad primum, Christi téporalis natiuitas est duplex. Vna quæ facta fuit in incarnatione. Alia in parturitione. Vnde Chrysosto. super illud Matth. 2. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est: quærit qualiter túc natus dicitur, cum statim sequatur: paries quidem filium: & uocabis nomen eius Iesum. Et respondit, ꝙ in conceptione fuit natus in ea. Psal. 86. Homo natus est in ea. In utraque uerò natiuitate statim fuit perfectus Deus & homo: à primo uidelicet Mariæ consensu, quando dixit: Ecce ancilla &c.

Artic. 2.
2 ¶Primæ uerò natiuitatis, conceptionis & perfectionis possibilitas, per exéplum notificatur de lumine solari: qđ corpore uel natura solari præsente, statim perfectè nascitur, & in materia propinqua disposita, in qua non inuenit contrarium, sicut in aere disposito, statim se perfectè multiplicat, eique clarissimè atque perfectissimè cõiungitur, atque copulatur. Ita natura diuina, seu ipsa benedicta Trinitas, quæ est Soli iustitiæ quæ operata est salutem nostrā in medio terræ, id est, in medio corporis uirginis gloriosę: in utero uirginis benedictæ pręsente: ipsaque per consensum disposita, & dicente. Fiat mihi secundùm uerbum tuum: lumen illud, de quo in simbolo apostolorum: lumē de lumine, id est, filius de patre ad modum splendoris, de quo Isa. 62. Egrediatur, ut splendor, iustus eius, & saluator eius ut lampas accendatur: perfectè in materia illa, id est, in natura nostra disposita: in qua nullius obstaculi inuenit contrarietatem, natum fuit: & materię illi perfectè copulatum atque coniunctum: & sic uerbum caro factū est: & sic homo natus est in ea, & ipse fundauit eam in Psal. 96. Et sic in sua benedicta incarnatione intrauit Iesus in quodam castellum. Lucę 10. id est, corpus beatę uirginis: cuius castri fundamentum fuit humilitas, pulchritudo, uirginitas turris, spes & fides, quibus conseruabat omnia conferens in corde suo: murus cingens omnia, charitas, qua oēs amplexata est: cuius Cornelli patent. M. 3. ar. 2. Not. de isto castro. A. 23. 12. & M. 3. 34. Quomodo autem potuit ab ęterno nasci de patre, & in tempore in matre & de matre: & cum utroq; manere. Nota. E. 6. 3. Quomodo uerò possibile fuit, ꝙ in ea, & de ea nasceretur sine matris suę corruptione ostensum est. M. 3. 14. & 15 & 15. & 20. Quod etiam Iudęi, qui concedunt, ꝙ uirga Aaron floruit, & fructus protulit sine humore. Numeri 17. Quod 3
etiam rubus Moysi ignè non comburebatur. Exodi 3. Nobiscum cōcedere deberent, ꝙ uidelicet uirga hęc de radice Iesse eadem Dei uirtute concipere, & fructum portare posset, sine humanę societate: & igne diuinitatis inflammari & repleri posset sine sui corruptione, uel integritatis diminutione, uel sine sui mutatione. Si nanque denarius sine sui mutatione de nō arra fit arra, & alicuius rei solutio & redéptio: quod mirabile est, ꝙ Deus sine sui mutatione potest fieri arra, & redemptio generis humani? De quo Lucę secundo: Euangelizo uobis gaudium magnum: quia natus est nobis. Glosa enim exponit, nobis, id est, non uobis: nobis, ad glorię augmentum: & uobis, ad redemptionē: saluator mundi: de quo pręduxit. Isa. Paruulus, inquit, natus est nobis. Isa. 9. & filius datus est nobis.

Exéplū. Exéplū.

¶Et nota, ꝙ signáter dicit: filiū datū, & natū: & nō Patrē, uel Spiritūsanctū. Super quo dicto nōnulli admirati sunt, & qstiones difficiles mouebāt: qūo vna persona sine alia carnē sumere, vel nasci potuit, cū in eis maxima sit idétitas. 4

Quibus

Quibus respondetur, primò per exemplum de re relatiua: plures habente relationes: uerbi gratia. Aliquid potest esse in anima, seu mente sub triplici ratione uel relatione: sub ratione, uidelicet, relationis memorati, intellecti, & amati: quod quidem licèt in se sit vnum & idem, plures habens relationes, quæ sunt inter memorantem & memoratū, inter intelligētē & intellectum, & inter amantem & amatum, inter patrem & filium: quia possibile est, ꝙ ille tot habens relationes, sit filius illius, cui tot modis refertur: tamē potest sub vna ratione relationis coniungi uoci sensibili à patre, dicente: Filius meus es tu: uel amo te, absque hoc ꝙ eidem uoci coniungatur sub natura, uel relatione intellecti: uel memorati. Verbi gratia, Nonne potest aliquis dicere: amo illud: in quo dicto: illud cōiūgitur uoci sensibili sub ratione & relatione amati, absque hoc ꝙ dicat: intelligo illud. Coniungendo enim vnum cum proprietate & relatione vna uoci sensibili, non est necesse coniungere illud idem sub alia proprietate uoci sensibili. Ita coniungendo & copulando Deum cum vna proprietate & relatione filiationis, carni sensibili: quādo uerbum patris tantùm iungebatur carni: non fuit necesse, ꝙ idem Deus carni sensibili copularetur sub alia ꝓprietate & relatione, paternitatis, uel spirationis, seu processionis. Cum enim hoc uerbum suum sub vna prolatione & proprietate coniungere possit uoci sensibili, quis auferre præsumit hanc potentiam à Deo patre, ꝙ non posset copulare uerbum suum: de quo Ioā. 1. Verbum caro factum est: absque hoc ꝙ copularet seipsum, uel Spiritum sanctum? Et ideo signanter dicitur Lu. 1. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. Secundum exemplum ad hoc est D. Augustinus libro de incarnatione contra Iudæos, de melodia cythare: ad quam tria concurrunt, ars, manus, chorda. Ars dictat, manus tangit, chorda resonat: tria pariter operantur, & tamē vnus so-

Exemplum.

nus auditur: Ita Pater & Filius & Spiritus sanctus incarnationem operabantur: & tamen solus Filius in carne uidebatur, & audiebatur: in tribus nanque prædictis constat operatio. Sed quomodo ad solam chordā pertinet soni redditio: sic ad solum Christum carnis humanæ pertinet susceptio, & uocis prædicatio, & ostensio: cum natus esset in Bethleem. Matth. 2. In isto ergo articulo tria sunt ostensa. Primò interioris natiuitatis possibilitas & perfectio. Secundò vtriusque natiuitatis possibilitas & incorruptio. Tertiò, quomodo vnius personæ sine alia fuit, possibilis incarnatio.

¶Nec fuit hæc benedicta natiuitas tantummodo possibilis, sed etiam congrua, & rationabilis ualde, quo ad omnia ipsam contingentia. Primò quantū ad ipsum nascentem. Secundò quantū ad ipsam matrem portantem, & angelū salutantem. Tertiò quantum ad locum, & tempus. Quartò quantum ad modū & causam. Primum patet, quia sicut inter discordes eligitur vnus arbiter, qui pacē faciat, qui non sit totaliter de vna parte uel affectione, sed qui sit amicus & de sanguine utriusque partis, & quasi media persona: Sic congruum fuit, ꝙ inter nos & Deū media persona in diuinis, qui nascens fuit in medio animalium, docens in medio doctorum: moriens in medio latronum: resurgēs in medio discipulorum, mediator fieret Dei & hominum: qui, dicit Ioan. 18. Ego ad hoc natus sum &c. No. A. 13. 31, & M. 3. 21. Secundum etiam patet: ꝙ sicut per angelum seducentem, & mulierem errantem, nostra facta fuit perditio: Ita congruum ualde fuit, vt per angelum salutantem, & mulierem credētem nostra fieret reparatio. Tertium etiam patet: & magnam habet cōgruitatem. Primò quantum ad locum: ut sicut cor, vnde fuit uita nostra naturalis, in medio nascitur corporis: Ita ille, de quo fluit uita spiritualis, in medio nascetur terræ. Secundò quātum ad tempus, vt ille, qui uenit frigiditatem cha-

Artic. 3. 5

Exēplū.

alitatis refrigerando expellere, in hyeme nasceretur. Quartò in modo & causa: magna patet conuenientia. Nulli enim dubium est, quin nostra perditio facta fuit per fructum de arbore raptũ, post cuius raptum, ita arbor totius generis humani infecta fuit, & malè affecta: ꝙ fructum bonum ad salutem proficientem facere nequit: cõgruum ergo fuit, quòd ille cęlestis hortulanus, de quo Magdalena existimabat, quòd hortulanus esset. Ioan. 20. ad modum faceret boni hortulani, qui quando videt arborem bonam non facere fructum, illius ramis abscissis, nouum inserit ramusculum bonæ naturæ trũco illi, per quem de radice illa bonus assurgit fructus. Sic Deus abscissis Iudæis & Gentibus, non credentibus, ramusculũ bonæ naturæ, ramum uidelicet illum oliuæ uirentem signum clementiæ. Genesis. 8. trunco nostræ naturæ in sua benedicta incarnatione inseruit: quã beata illa columba, uirgo perpetua uidelicet Maria, in die natiuitatis Christi ad arcam detulit ecclesiæ: per quem fructum uitæ æternæ facere & percipere poterimus. Sic ergo illo die arbor, prius sterilis, floruit, & fructum attulit: & terra dedit fructum suum: in Psal. 84. Illũ. scilicet, qui natus est Rex Iudæorum. Matth. 2. Hoc est aurum optimum: qđ nascitur in terra euilath. Gen. 2. de quo 1. Ioan. 5. Quod natũ est ex Deo, vincit mundum.

Artic. 4. ¶ In qua auctoritate ex ista benedicta
6 natiuitate nostra ostenditur vtilitas. Ipse nãque ex spe victoriæ suæ, ponit nos in spem uincendi, dicens. In mundo pressuram habebitis, sed confidite: quia ego vici mundum. Ioan. 16. Fuit ergo vna nascentis vtilitas, & causalitas, qđ nos in bello spirituali roborauit, & fortiores fecit ad uincẽdum hostes animę:
c quæ quidem uirtus fortissima pulchro modo completa & perfecta fuit. Nam
Exẽplũ. Deus in hoc egit ad modum illius, qui plantulam debilem, ne à tempestatibus deijciatur: palo forti ei ligato atque copulato, fortificat. Natura nãque nostra carnea nimis erat debilis. Nam caro infirma. Matth. 26. Verbum uerò in diuinis fortissimum est, iuxta illud Heb. 1. Verbo uirtutis suæ portans omnia: ne ergo natura nostra debilis, tentationibus deijceretur, istum palum fortissimum. de quo Eccles. 27. Palus figitur naturæ nostræ copulauit: & per identitatem personalẽ quodãmodo ligauit: fortem debili coniungens. Et ista de cã, natus est tibi puer masculus, Hiere. 20.

¶ Secunda nascentis vtilitas fuit, & 7
causa, ut clare uideremus, quid in nobis tergendum, faciendum, & fugiendũ esset. Pro quo est sciendum, ꝙ omnes ante Christi aduentum habuerunt noctem longam & tenebrosam culpæ, & ignorantiæ, & spiritualis cęcitatis, de qua miserabiliter cõquerebãtur. Isa. 59. dicentes: Palpauimus quasi cęci parietem. Nec mirum: quia oculi fidei, intãtem erant debilitati, ꝙ parum respiciebant, uel credebãt prophetarum dictis, vltra sensibilia, quæ oculis corporeis videre poterant: & ideo idola sensibilia adorabant, uerò Deo, quem sic uidere non poterant, derelicto. Quod uidens Deus istud lumen ueritatis, & diuinitatis, primò oculis eorum improportionatum, posuit in lucerna uirginis gloriosæ, de quibus in Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, id est, ista duo: verbum scilicet tuũ, & uirgo Maria, faciunt lucernam pedibus intelle- Exẽplũ.
ctus & affectus mẽtis. Et sic fecit ad modum illius, qui uitrum in se clarum, & uisui quodammodo improportionatũ, coniungit ligno, uel plumbo, uel alteri corpori opaco, ut congruentiùs in vultu intuentis decorem ostendat, uel deformitatem. Sic Deus pater filium, candorem lucis æternæ. Sap. 7. cum sit splẽdor & figura substãtiæ eius. Heb. 1. corpori coniunxit solido, id est, nostræ, in uirgine gloriosa, in qua uerbum caro factum est. Quæ quidem auctoritas tria ostendit. Primò nanque ostendit, quomodo cõpaginatur opaco lux pura: uerbum sicut uitrum ligno: ergo in mansuetudine suscipite insitum uerbũ. Iac. 1.

Iac.1. Sicut speculum in manibus: & videamus hoc uerbum: quod factum est.
8 Luc.2. In quo tanquam in speculo mũditiæ uideatur, & tergatur macula luxuriæ. Secundò in isto speculo humilitatis, videatur & tergat macula superbiæ. Tertiò in isto speculo paupertatis videatur & tergatur macula cupiditatis, sic de alijs: uerbo uirtutis suæ purgationem peccatorum faciens. Heb.1. Tãquàm speculo claro sic uidebit omnis caro salutare Dei. Isa.40. & 52. Secundò ostendit, quomodo sanatur nostra natura caro. Pro quo est aduertendum, ꝙ homo peccando, & à statu rationis & hominis cadendo, intantum comparatus est iumentis insipientibus, ꝙ omnem escam rationalis creaturæ, angelorum uidelicet & hominum escam domini uidelicet abominata est anima eorum: appropinquauerunt usque ad portas mortis: in Psal.106. Et ideo spiritualiter infirmati sunt: nec fuit q adiuuaret: Deus uerò ad miserabilem clamorem Prophetarum, & Patriarcharũ, & paucorum bonorum uirorum, qui tunc erant, quodammodo ad compassionem miserorum excitatus, ne miserum iumentum suum finaliter fame perire permitteret: ut congruentius iumentum pasceret significatiuè, ad stabulum, seu iumentorum locum uenit, & inter iumenta natus, ponebatur: rationalium animalium factus fœnum pabulum; quia omnis caro fœnum. Isa.40. Tertio ostendit, quomodo incipiebatur nostra cura factum est: scilicet per lucem: de qua Gen.1. facta est lux. Et Isa.9. Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Habitantibus primò sub triplici vmbra: de qua.1.Io.2. quicquid est in mundo est concupiscẽtia carnis &c. Triplex lux orta est: nam cõtra vmbram carnalitatis orta est lux castitatis: sic de alijs. Et congruum fuit, vt sicut incepit opera creationis per lucem: ita etiam opera recreationis per lucem inciperet: non solum per lucem illam incarnatam: de qua in Psal.96. Lux orta est iusto; sed etiam per lucem creatam, id est, per abundantiam gratiarum: quam in natiuitate sua, & post natiuitatem suam copiosiùs: effudit: his qui ex Deo nati sunt. Ioan.1. In cuius signum, ipso nato, claritas Dei circunfulsit: pastores uigilantes, non dormiẽtes. Luc.2. Exemplum ad hoc habetur in rebus naturalibus: de quibus dicit Albumasar, ꝙ fluxus maris est fortissimus, in coniunctione solis cum Luna. Hoc etiam ad oculum uidemus: ꝙ uidelicet mare aquis abundat: fluxumq; habet altiorem, & maiorem in noui lunio: quia tunc Sol cum Luna directiùs & propinquiùs coniungitur: ex cuius propinquitate Lunæ fortitudo augmẽtatur: quia abundantius ei virtutem influit: ex cuius influxu Luna mare fortiùs mouet. Si insuper cum nouilunio occurrat coniunctio alicuius planetæ, qui ad similem agat effectum, tunc maxima maris erit inundatio: Sic, quia in incarnatione coniunctus fuit Sol iustitię cũ Luna nostræ naturæ: & in die natiuitatis quasi in nouilunio se simul ostendebant, concurrente ad similem effectum stella maris: de qua Num.24. Orietur stella ex Iacob: in qua & cũ qua fuerũt cõiũcta Sol diuinitatis, & Luna naturæ nostræ: maximè tunc, & ẽt usq; nunc fluebat mare & abundabant aquę gratiarũ usq; nunc: ideo additur, quia stante semper illa coniunctione tanquàm causa, stabit fluxus gratiarum in dispositio, cui dicitur: tunc uidebis, & affiues: & mirabitur, & dilatabitur cor tuum: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris. Isa.40. 9 Exẽplũ

¶In cuius signum legitur in chronicis, ꝙ nocte illa natiuitatis fons olei copiosè emanauit, & fluxit: in signum ꝙ cum abundantia misericordiarum, & gratiarum habuit, natiuitatis initium. Sapien. 7.

¶Tertia vtilitas fuit, amissarum recuperatio. Homo enim peccando quatuor amiserat. Primò fortitudinem, in tantùm, ꝙ omnes in infernum cadebant. Secundò sapientia, seu Dei & suiipsius cognitionem, intantùm, ꝙ idola adora- 10

adorabant. Tertiò Dei similitudinem, & diaboli cuius opera dilexit, in animā introduxerat similitudinem. Quartò patriæ cęlestis hæreditatem perdidit, hæres factus inferni: fuit ergo factus debilis, stultus, turpis, & pauper, horū opposita concupiscendo, quando sicut Deus esse uolebat. Volens ergo Pater misericordiarū restaurare omnia, quātum in eo fuit: contra primum defectū non aurum, uel argentum, nec angelum, uel archangelum, sed proprium filium, qui infirmum & debilem hominem, uidelicet, qui tunc quasi de graui incepit surgere infirmitate crucis sustulsit baculo: & uirga direxit disciplinę: de quibus ei regratiatur, dicens. Virga tua, & baculus tuus &c. in Psal. 22. Sic ergo quantum ad primum misit uerbū suum & sanauit eos: in Psal.

¶Contra secundū defectum: sapientiam nobis misit increatam, filium uidelicet suum dilectum: quem apostolus 1. Cor. 1. dicit Dei uirtutem & Dei sapientiā. in quo sunt oēs thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, Col. 2. ut per illum informaret nos, quòd idola non sunt adoranda: ut etiam in illa sapientiæ luce uideatur tota humana sapientia, stultitia quædam esse: sicut noctilucæ, quę nocte clara apparent, in lumine diei, nullius ostenditur esse ualoris. Sic stultam fecit Deus sapientiam

11 huius mundi. 1. Cor. 1.

¶Contra tertium defectum & miseriam Deus Pater formam suam nobis misit & figurā, filium suum uidelicet, qui est splendor, & figura substantiæ eius. Heb. 1. ut impressione eius in naturam nostram tanquàm impressionē sigilli, in ceram, in nobis similitudinem suam prius amissam reformaret. Ad cuius reformationis receptionem oportet nos præparari, sicut præparatur cera ad ignem ad sigillum suscipiendū & impressionem. illam nanque ceram oportet esse nec nimis duram, nec mollem, sed in medio temperatam: Sic nec nimis duri, & ad obediēdū Deo ī flexibiles, & peccato īdurati: uel nimis molles, qui ad modum aquę impressionem statim amittent doctrinam Christi: & promissa in confessione cito dimittunt: sunt apti pro sigillo, id est, filio Dei recipiendo. Sed temperati ad modum ceræ aqua contritionis calida & mollificati misericordia, & calefacti charitate, sunt apti pro forma ista recipienda: quę uenit mundare sancta & renouare. 1. Machab. 4. per quam is, quæ intus est, renouatur. 2. Cor. 4. Illo ergo sigillo renouamini spiritu mentis uestrę, Eph. 4. Induentes nouum hominē, qui renouatur in agnitione Dei, Col. 3.

¶Contra quartum defectum, hæredē nobis misit: & proximum, ut hæres cohęredes nos faceret: & proximus hæreditatem uenditam redimeret: iuxta legem Dei Leuitic. 25. Si (inquit) attenuatus frater tuus uēdiderit possessionem suam, propinquus potest redimere. Ne ergo pigriteris hæreditatem redemptā occupare, sed cum magno desiderio & conatu reuertere in terrā natiuitatis tuæ: dixit dn̄s ad Abraā. Et ī eo ad quemcunq; nostrū Gen. 32. Not. F. 5. 2. q̄ ūo esse possumus filij & hr̄des Dei.

Quarta vtilitas fuit, hominis perdit inuentio & reductio. Fuit enim de Deo sicut de homine, qui aliquod p̄ciosum iocale in aliqua uia amisit: quia sicut talis per eandē uiam, in qua iocale amissum fuit, redit, ut illud inueniat: Sic Deus, qui 10. dragmas habuit, quasi 10. p̄ciosa iocalia. 9. uidelicet angelorū ordines & genus humanū: qđ amissū fuit ī uia, qua ascēderet à limo terrę ad deitatē: qn̄ esse, uoluit sicut Deus, Gen. 3. p eādē ergo uiā (eadē q̄ppe uia est à diuinitate ad limū terrę) qa ecōuerso uenit filius hoīs q̄rere & saluū facere: qđ pierat, Lu. 19. descēdēdo ad limū terrę, ī quo descēsu īuenit eū ī terra deserta, in loco horroris, & uastę solitudinis, Deut. 32. 12

¶Quīta cāsitas ex p̄te Dei, ip̄m mouēs, ut hō fieret: ut utilitas ex parte n̄ra fuit, 13
ut nobis uiuēdi, et utiliter operādi, et humiliter nos habēdi exēplū daret, atq; regulā: & ut nos illā uiuēdi regulā, p hoc φ ip̄e talia egit, accipem⁹: uidit nāq; φ

vtile

vtile erat nobis uirtuosè viuere: uidit insuper, ꝙ cum difficultate sic viuimus per illa quæ audimus: quia ergo citiùs exempla & opera mouēt quàm uerba: postquàm ergo diu nos per prophetas & patriarchas docuerat, nec multū ꝓfecerat: ipsemet Deus factus homo, ad laborem nascitur. Iob 5. In qua quidē natiuitate facto exemplum docuit humilitatis, de humili ancilla, & ī humili loco natus, & pauperibꝰ & humilibus, idest, pastoribus annunciatus. Magni enim terrarum principes talibus, quales ipsi sunt, solebant filiorum suorum annunciare natiuitatem. Sic iste cęlorū princeps, talibus, qualis ipse erat, idest, humilibus & pauperibus tanquàm coęqualibus suis, natiuitatis suæ angelum nuncium misit. Luc. 2. dicentem: Euangelizo uobis gaudium &c. Eandem insuper humilitatem, quam in sua nunciauit natiuitate, in tota continuauit conuersatione, quia sicut pauperibus natiuitatem suam per angelū, ita postmodum per seipsum pauperibus euangelizauit, qui ait: euangelizare pauperibus misit me. Isa. 61. vt mederer contritos corde: qui carnalem uel mundialē non habent cōsolationem. In omnibus his Christi exemplis meritò exemplum accipere deberemus, in iuuentute, humilem, asperam, mundam atque laboriosam initiare uitam: ipsamque vsque ad mortem continuare Sicut nanq; ministri regis terreni, uidentes ipsum manum ad opus aliquod apponere, vel se ad bellum armare, currunt festinanter, eidem operi manus apponentes: Consimiliter etiam se armantes, & in bello cum eo si fideles sint perseuerantes. Ita in proposito fideles Christiani, uidentes regem omnium regnorum, manum in iuuentute, ad opus humilitatis, mūditiæ, & cęterarum uirtutum apponere, uidentes insuper ipsum armis carnis nostræ, se armare, non vt verbera & plagas uitaret, vt alij milites: sed in quibus dura vsque ad mortem sustineret: consimilibus armis induti, consimilia cum consimili perseuerātia sustineant: quia non solum vecordia, verū etiam proditio est, rege in bello perseuerante, fugere: quod faciunt, qui pœnitentiam, mundiciam, & huiusmodi vsque ad mortem non cōtinuant: quia ipso usque ad mortem in bello expectant, & ipsis circa fugientibus, quis nō diceret, illos regem in bello derelinquere? Sed heu, multi quantum ad initiationem, sed paucissimi quantum ad continuationem Christi sequūtur exēplum. Nonnulli nanque pauperes nascuntur, de pauperibus, & in pauperi loco: sed illam paupertatem & humilitatem non continuant: sed quo ad citiùs poterunt: illam diuitijs malè acquisitis, abijciunt: sicut usurarij, & quicunque iniusti acquisitores. Sunt etiā nonnulli, qui in iuuentute mundam, & in Quadragesima sanctam incipiunt vitā, sed pauci perseuerant: sed caueant: quia non respicientes retro, sed illi sunt apti pro regno cęlorum, qui usque ad mortem fecerunt fructum natiuitatis: in Psal. 106.

Exemplum.

¶Sexta ex parte Dei causalitas, & ex parte nostra vtilitas, fuit pacis inter Deum & nos reformatio. Sicut enim, quandoque pro pace reformanda inter duos magnos, filius vnius filiam accipit alterius: Sic diuina ordinauit prouidentia, ꝙ pro pace reformanda inter Deum & nos, filius Dei nostram acciperet naturam: sic ut pace, sic per matrimonium inter aliquos reformata, à bello ex utraque parte cessatur; iniustè occupata & detenta, restituuntur; ciuitates & castra vnius alteri aperiuntur, & breuiter nulla pars alteram expugnat, uel molestat, uel eius possessiones, uel bona alia detinet: quia tunc dicere possent: pax, pax: & non esset pax: pacta eū firma inter partes fiūt. Sic oportet omnino, ꝙ fiat ex parte ista. Ad hoc nanq; ꝙ pax inter Deū & nos, quæ in sua benedicta incarnatione & natiuitate facta fuit, sit stabilis: oportet nos à Dei cessare expugnatione, id est, ab operibus malis: in quibus eū expugnamus: pro quibus totum bellum priùs inter 14

ipsum

ipsum & nos fuit. Oportet insuper ꝙ aliena restituamus, tã illa quæ sua sunt, quàm etiam illa quæ suorũ sunt. Oportet etiam ꝙ sensus & corda nostra ei in his, quæ ad eius honorem pertinent, aperiamus: & eius inimicis, id est, diabolo, & peccatis claudamus: quæ omnia si fecerimus, pax erit firma, & æterna inter Deum & nos. De qua quidem pace vt nos certos faceret: ne apertè sua frangeretur, nisi ex parte nostra causa daretur: plura ostendit signa: & adiecit pacta, & euidentias.

15 ¶Hoc nanque quod Noe quondam significatiuè promisit signum & pactũ pro pace inter ipsum & terram seruandam, ne iterum illam aquis diluuij deleret, dicens: Arcum meum ponam in nubibus: & erit signum fœderis inter me & inter terram Gen.9. In benedicta incarnatione, natiuitate, & passione filij sui Deus pater in opere compleuit & ueritate. Sicut nanque tunc arcum illũ ex nube clara & candida, & solis irradiatione compaginatum, & formatum in alto, in signum pacis inter ipsum & Noe, & totam terram posuit, ne iterum bellum ipsos destruendo moueret: Ita in incarnatione filij sui arcum composuit ex nube clara, id est, ex purissimá humana natura benedictæ matris suę: quę sicut vmbra peregrinos à solis prę seruat ardore: ita hæc nos peregrinos à ueri solis furore: propter quod angelus matri eius prædixit, Luc.1. dicens: Spiritussanctus obumbrabit tibi, id est, faciet naturã sumptam in te, & ex te vmbram inter Deum & homines: in hac lachrymarum ualle peregrinantes: & in irradiatione solis, id est, Spiritussancti: propter quod in symbolo apostolorum conceptus dicitur de Spiritusancto. In sua uerò natiuitate arcum hunc ostendit. Illo ergo die impletur illud. Gen.9. Apparebit arcus meus: de qua apparitione. Exo.16. gloria domini, id est, filius Dei apparuit in nube nostræ naturæ. Et 1. Ioan.1. Annunciamus vobis uitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis, in die uerò passionis & mortis suæ posuit eum in alto. Illo ergo die verificatum fuit: illud Gen.9. Erit arcus meus in nubibus, & uidebo illum: & recordabor fœderis sempiterni: quod pactum est inter Deũ & omnem animam.

Arcus fœderis.

16 ¶Hoc insuper: quod quondam Ezechiæ regi infirmato dedit signũ, & pactum suæ sanitatis, in sua benedicta incarnatione, natiuitate, & morte nobis signum, & pactum dedit ęternę salutis. Ezechias namque 4. Reg.20. ęgrotans signum suę curationis habens, & pactũ ꝙ Sol per decem lineas, id est, horas reuertebatur, genus designat humanum: cuius signum & pactum ęternę curationis est: ꝙ uerus Sol iustitię in sua incarnatione regressus. 9. lineis dum minor quantum ad naturam humanam factus est. 9. ordinibus angelorum: iuxta illud Psal. Minuisti eum paulominus ab Angelis. Decimam insuper lineam seu horam pertransit: dum sua natiuitas, & tota uita & cõuersatio uoluntaria paupertate facta est omnibus hominibus pauperior: & humilior, & sua mors pœnalior. Et sicut effectus curationis Ezechię fuit, ꝙ tertia die in tẽplum ascendit: Ita nos per prędictam curationem tertia die: ita ꝙ prima dies tempus sit legis naturæ. Secunda tempus legis Moysi. Tertia tempus legis gratię: per prędictam curationem in templum ascendere possumus gloriæ. Et de omnibus prędictis signis atque pactis sumus certi, ꝙ Deus illa, quantum in eo est, tenebit: & pacem semper continuabit, nisi nos illam prius fregerimus. Omnia prędicta pacta Deus pater in incarnatione filij sui sigillo confirmauit autentico, quando similitudinem suam cerę impressit virgineę naturę, uidelicet, uirginis gloriosę. Quã quidem ceram cùm sigillo in natiuitate filij sui, uita, & morte, multis ostendit: uolens pacti sigillationem & confirmationem omnibus notam esse nationibus: quia uiderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri: in Psal.90. Et Isa.52. Vt omnes pacti ꝑdicti testes

existant

existant pacti & facti inter Deum & hominem: iuxta illud Act. 1. Eritis mihi testes, &c. scilicet vos oẽs fines terrę, id est, omnes creaturæ q̃ modo uestro vidistis salutare Dei & testimoniũ perhibuistis. Omnes nanque fines terræ, & omnes creaturæ in tres partes diuiduntur: in creaturam quæ non uiuit: & in creaturam quæ uiuit, & non habet rationem: & in creaturam quæ uiuit, & habet rationem.

17 ¶Prima creatura benedictę natiuitati testimonium perhibuit: illa videlicet quæ modo suo cognouit, & uenerabatur. Primò in fortuna templi pacis Romæ: quod hac nocte cecidit. Secundò in fonte olei, quæ illo die Romæ emanauit, sicut dicit chronica. Tertiò ĩ stella quæ secundùm euangelium Matt. 2. Magis apparuit. Quartò in idolorum destructione & casu, q̃ secundùm chronicam, Christo Ægyptum intrante, facta est. Sic creatura secunda: sicut patet ĩ boue & asino: inter quos Christus natus ponebatur: qui secundùm aliquos genu flexerũt: iuxta illud Isa. 1. Cognouit bos possessorem suum: & asinus p̃sepe domini sui. Sic creatura tertia: sicut patet primo in pastorib⁹. Sicut etiã patet secũdò ĩ Octauiano Imperatore, qui sicut in chronica continetur, illo natiuitatis die uidit cęlum apertum, & puellam in manibus infantem tenentem: & audiuit uocem dicẽtem: hæc ara filij Dei est. in quo loco, id est, in palatio Imperatoris, in quo hæc uidit, ecclesia constructa, uocatur ara cęli. Tertio idem patet in testimonio angeli: qui mentiri non potest, qui dicit natus est nobis hodie saluator. Luc. 2. Quartò idem patet in testimonio Simeonis, & Annę. Luc. 2. Quintò idem patet in certissimo testimonio matris Dei: quæ verissimè de omnibus circunstantijs deponere potuit: & hoc testimoniũ perhibet, dicens: Suscepit Israel puerum suũ.

18 Luc. 1. Nota. O. 8. 2. Et istorum testimonium, uidelicet, Angeli, Pastorum. Simeonis, Annæ & Elizabeth, Lucæ 1. & matris Dei: ab omnibus tanquàm examinatum, & uerissimum approbari debet: quia est sub manu publica, id est, sub manu euangelistæ, Luc. 1. & 2. redactum. Ratio etiam dictat prædictam cõpletam esse natiuitatem à captiuitate sumpta Iudæorũ: quia sicut. F. 4. 9. ostẽsum est, nunquàm captiuitati fuerunt, nisi quia falsos deos adorauerunt: sicut ex libris patet Iudicum & regum: vel quia uerum, Deum non receperunt: sicut patet ex gestis Titi & Vaspasiani. Sed nunc falsos non adorant Deos: ergo oportet quòd causa longissimę illorum captiuitatis sit, ueri Dei non receptio. Vtinam ergo illis, qui omnibus prædictis non obstantibus testimonijs, Deum iam natum non credunt, ministratum esse: sicut quondam cuidã hac de causa ministratum fuit Iudeo: de quo fertur: ꝙ Christiano quærenti, an crederet Deum in utero fuisse Mariæ matris suæ, respondit quòd non. Cui Christianus: credis ꝙ Deus sit ubique. Cui ille respondit: credo: quia scriptura dicit: cęlum, & terram ego impleo. Et alibi. Cęlum mihi sedes est: terra autem scabellum pedum meorum. Ergo (inquit Christianus) te cõcedere oportet, ꝙ sit in luto isto: concedo inquit. Cui Christianus: maledicatur talis fatuus, qui concedit Deum esse in uili luto: & negat eũ esse in sanctissimo loco Mariæ: & accipiens eum per scapulas, proiecit eũ in lutum, dicens: Vade, quęras Deum in luto: qui eum negas esse in Maria. Si tali uituperio digni sunt omnes Iudæi & alij infideles, qui Deum incarnatum esse negant: quorum perfidam cæcitatem maximam esse ostendunt omnia prædicta: & quàm plurima alia, in sacra scriptura testimonia: non est dubium quin maior uituperio, immo quin ipsa æterna damnatione digni sunt, qui illam fidem receperũt: & facto contradicunt: qui omnia prædicta & alia, quæ frequenter cum Deo pacis fregerunt & frangunt pacta, qui non obstantibus omnibus conuentionibus, quas ipse Deus cum eis, & ipsi Deo faciunt ipsum continuè peccatis suis expugnant,

Exẽplũ.

pugnāt,& prouocant, & sua & suorum bona non restituunt: qui ī hoc peiores sunt Iudæis,& alijs infidelib⁹:qui Christum Deum esse non cognouerunt: & ideo aliquam excusationem habent,de hoc,ꝙ mandatis eius non obedisit. Isti autem,teste apostolo,Rom.1.inexcusabiles sunt: quia cū cognouissent Deū, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt,propterea fiāt nati eius in interitum:in Psal.108.

Artic.5. ¶Sed cum tanta,tanquàm multiplex sit istius benedictæ natiuitatis utilitas, mirabile uidetur, quare Pater misericordiarum illam tantum distulerit: & in subueniendo miseris tantum tardauerit.
19 Cui quæstioni per exemplum respondetur de patre sapiente habente filium discolum & malè morigeratum: hunc primò pater informat uerbis:iterum uerò delinquentem castigat uerberibus,& de domo sua quandoq; eiectum,in nuditate,& fame, & miseria illum uiuere sinit, usque benè humiliatus,seipsum cognoscat:& ad patrem clamet,misericordiā petens: pater uerò eius uidens miseriam: eiusq; compatiens afflictionibus, eum recōciliat: sub tamen certis legibus & pactis:quæ si fregerit,iterum illum derelictū,diu, quasi desperatum deserit, quia tamen pater est, & uiscera paterna filium finaliter perire non sinunt:ei, ne finaliter pereat, quando in maxima est miseria.quàm clarissimè coram patre cognoscens:asserit se sine illius adiutorio uiuere non posse: quòd etiam nisi ipse specialiter eum iuuet necessariò peribit: manum porrigit adiutricem. Filius uerò ille per maximam, quam in se sentit, miseriam, & defectum, maximam patris, recognoscit misericordiam, & beneficium: semperque in posterum suę præcedentis maximę paupertatis & afflictionis: & paternæ præcipuæ pietatis & miserationis memoriam, in se humilitatem, & erga patrē ostendere faciet charitatem. Sic in proposito Deus in paradiso nostram naturam quasi filium condidit: quem, quia uidit ad malum pronum, uerbis informauit,docēs,quid facere, & quid fugere debuit:quando docuit,quòd de omni ligno paradisi comedere, excepto,ligno scientiæ boni & mali: sicut patet.Gen.2.quam doctrinam,quia nō tenuit,eum de domo paradisi eiecit:& aquis diluuij & multis alijs modis uerberauit:& diu in miseria uiuere sinebat. Postmodum uerò propria ętate, & aliquorum iustorum clamoribus & humilitate excitatus nostram naturam aliqualiter sibi reconciliauit, sub certis tamen causis,pactis,& conditionibus legis Mosaicæ: quæ omnia fregit:quia nec legem, nec mandata eius data tenebant: propter quod eos diu deseruit: & tempus humiliationis eorum expectauit. Hoc enim dixit & ꝑdicauit eis Esaias,dicens: expectat dominus,ut miseratur. Isa.30. Postea uerò in fine sęculorum, quando in tanta erant miseria, quòd finaliter sine fine perisset,nisi Deus eorum miseriæ succurrisset: quā miseriam apertè cognouerunt,dicētes: Ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquàm si nō fuerimus. Sap.2. Sequitur. Vmbrę.n.transit est tēpus nr̄um:& nō est reuersio finis nr̄i:quia oēs ad aliquas partes inferni descendebāt. Et Isa.59.cęcitatem ꝓpriā cognoscentes, dicunt: Palpauimus quasi cęci &c. Et quia illam miseriā in eis experimēto lōgo cognoscebāt,humiliter & cum magno desiderio Dei adiutorium atq; eius petebāt humanationē,dicētes: Vtinā dirumperes cęlos:& descēderes &c. Isa.64.sicut patet.A.13.5.Et Isa.33.dixerunt:dn̄e,miserere nostri:te eīn expectamus. Quādo sic miseriā ꝓpriā cognouerūt,et misericordiā humiliter petebāt,ne finaliter filiū amitteret,quē creauerat,pr̄ misericordiarū filiū misit, quē genuerat: nec ante eū mittere decuit:nec debuit: ne prius uideret ductorē cęco misisse, uel baculū debili superbo,uel doctorē ignorāti ꝑsumptuoso, uel medicū īfirmo occultè, q ī infirmitatē suā nescit, ꝗ primus cęcitatem:scd̄us debilitatem:

tertius ignorãtiam: & quartus infirmitatem suam cognouissent: ex qua missione mittentẽ potiùs derisissent, quàm gratias egissent. Tunc ergo illum mittere debuit, & decuit: & non ante, quãdo in maxima fuerunt miseria: quia maxima miseratio, nõ nisi debetur maximę miseriæ. Quando insuper ex recordatione suæ penuriæ, & miseriæ, semper haberet in se materiam humiliationis: & ex recordatione diuinæ gratiæ & misericordię, semper Deo gratiarum redderet actiones: ut de spirituali gaudio, quod homines per eius natiuitatem de miseria liberati, habere debẽt: verificetur illud Luc.1. Multi in natiuitate eius gaudebunt.

Artic. 6. ¶Ex qua auctoritate patet: q; est primò cum gaudio spirituali recipiendus: quia uenit, vt hæreditatem nostram, in primis parentibus amissam, nobis restitueret. Secundò, quia uenit Sol, uel lux, iuxta illud Psal.96. Lux orta est iusto: 20 vt illuminaret: his, qui in tenebris, &c. Lucæ 1. Sicut ergo in ortu Solis, flores incipiunt se erigere, & aperire, qui ante clausi erant: sicut patet de solsequijs. Ita corda nostra ad Dei & proximi amorem, & ora ad Dei laudationẽ, & aures ad diuini uerbi auditionem, & sic cęteri sensus àd Dei obsequium aperiantur: qui antea, plusquàm deberent, claudebantur. Attolite ergo principes portas uestras: & introibit rex gloriæ.

¶Ex qua auctoritate patet secundò, qualiter est custodiendus & honorandus: quia nanque rex est, camera: in qua recipitur, postquàm in ea recipitur, est diligenter custodienda: & quæ ante receptionem diligenter mũdabatur: post receptionem cũ diligentia, necesse est custodire: ne portę eius, qui ei displicẽt: aperiantur. Quia insuper iuuenis, & quia infans rex recipitur, duo necesse est ei impendere: quia in hoc quòd infans est, necesse est eum alere. Ipse nãque aliter, quando sui eleemosynis alũtur: qui ait: quòd vni ex minimis meis fecistis, &c. Matth.25. Huius uerò nutritionis indignæ sunt nutrices, quæ sibi uel alijs alendis nimis cupidè intendunt: domina enim filium suum alendum, non tradit nutrici, habenti alium lactentem. In hoc uerò, quòd rex est, necesse est ei homagium facere: quando nouiter ad terram suam uenit. Quia insuper pauper rex, & dominus nascitur: necesse est ei munera, & uestes, & alia encenia mittere. Homagio uerò ipsum honorant, qui in munda & sancta uita ei seruiunt. Vestes ei dant, qui nudum uestiunt. Et si in festis regnum vel aliorum dominorum magnorum illi, qui illorum acquirere uolunt beniuolentiam, qui & dominum illum excellenter honorare uolunt, robas pro domini dant honore menestrallis: quãtò magis uos hodie, ĩ ueste Regis ęterni antiquas uestes, cum nouas habeatis, dare debetis pauperibus ad Dei honorem: uos qui ipsum tanquàm Deum, & dominum, & regem uestrum recipitis, qui ex Deo natus est. 1. Ioan.2.

¶Sed heu, in propria uenit & sui eum non receperunt. Ioan.1. Illi enim eum 21 non recipiunt, qui in domibus animarum, lumen non habent fidei: quia non vult in domo habitare obscura. Nec illi, qui animas habent immundas: quia in ara non vult habitare porcorum. Nec illi, qui domum animarum igne odij, iræ, uel inuidię habent inflammatam. Quilibet nanque discretus de domo fuit accensa. Nec illi, qui eum iuramentis contemnunt: nullus enim in tali domo hospitatur: ubi hospita ipsum, uel suos turpibus, & asperis uerbis contemnunt. Ita nec Deus, vbi ipse iuramentis, uel sui detractionibus uilipenduntur. Nec illi, qui domum suam plenam diuitijs, usuris, rapina, & alijs malis modis acquisitis. Siquidem nullus fidelis homo libenter hospitatur in domo latronis. Ita nec Deus in domibus usurariorũ, uel ubi sunt alia munera, malè acquisita. Sed dicent quòd ipsi non sunt latrones, nec fures: quia furtum est occupatio, uel detentio rei alienæ, inuito domino: sed ipsi talia non acquirunt inuitis dominis: quia vsura

& alia munera talia placent partibus. Quibus respondetur: quòd placent, nō voluntate absoluta, sed conditionata: sicut placet nauiganti propter periculum, & necessitatem imminētem proijcere merces in mari. Et sicut placet, qui incidit in latrones, eis aliquid dare, ne plura amittat: mallent enim quòd nihil eis darent, si aliter necessitatem suam subleuare possent, sicut illi mallent nihil dare latronibus: si aliter periculum euadere possent. Domus enim animarum omnium prædictorū similes sunt domibus bethleemitarum: quia sicut in domibus illorum, Christo nato, non erat diuersorū, nec locus, in quo recipi potuit: ita nec in domibus prædictis.
12 Similes insuper sunt omnes prædicti Iudæis: quia sicut ipsi Christum pauperem non receperunt uiuentem: sed antichristum uenientem cum pompa & diuitijs honorifice recipient. Ita prædicti nec Christum pauperem in animabus suis, nec Christi membra, pauperes uidelicet in domibus & festis suis recipiunt, uel honorant, uel uocant: sed diuites & potentes & abundantes: qui satis haberent in domibus proprijs ad festa sua uocant: & in domibus suis recipiunt, & pascunt, & honorant. Hi nō Deo nato, sed mūdo uano, nec Dei natiuitati, sed mundi uanitati, festa faciūt, nec spiritui seruiunt, sed uentri. Sed qui ei nunc non seruiunt in munditia: nec eum recipiunt humilem uenientē, & mitem, tanquàm socium, nec suis festa faciunt: in secundo aduentu uidebunt eum rigidè uenientem tanquàm iudicem seuerum: nec eos tunc recipiet: nec pascet: qui eum in primo aduentu suo non receperunt, nec pauerunt: sed illos tunc recipiet: qui eum prius receperunt. Recipiamus & pascamus ergo eum nunc: ut ipse nos recipiat & reficiat tunc. Si enim ille diues Luc. 16. illum libenter recepisset, cibasset, & potasset: non fuisset post mortem in inferno receptus: nec gutta aquæ ei negata fuisset. Si insuper illum in carcere visitasset: non fuisset in inferni carcere religatus. Similiter nec alij ibi incarcerabuntur, qui illum nunc in carcere visitant & iuuant: quia si in carcere eum visitauerimus, tā de istius seculi, quàm de inferni carcere nos liberabit. Si mānsionem ei præparauerimus: ipse mansionem nobis præparabit. Si cibauerimus, uel induerimus: & sic de cęteris operibus pietatis: ipse cibabit & induet nos. Probantur hæc Matth. 25. Esuriui, & dedistis mihi, &c. Nec mirum: quia tales fratres Christi sunt ex eodem Deo, quo ipse, nati. Nā oīs, q̄ diligit fratrē suū: ex Deo natus est. 1. Ioā. 4. Et talis est de magno gn̄re: de quo not. F. 5 1.

¶Themata. Venit Deus in castra. 1. Reg. 4. Venit in ciuitatem suam Matt. 9. Venit in mundum Io. 16. Qualiter ergo & quare uenit: patet. A. 13. artic. 4. Et qualiter nos debemus uenire ad ipsum: patet. S. 4. Videamus hoc uerbū Luc. 2. Vidimus gloriam eius Io. 1. Certitudinis experimentum vidimus beatitudinis complementuum gloriam: uel aliter euidentia veritatis: quia uidimus abundantia hilaritatis gloriam. Ostendit eis filium regis. 4. Reg. 11. scilicet societas angelorum pastoribus. Pro prosecutione. Not. O. 8. per totum. Itē nota thema liber generationis Iesu Christi. P. 1. 20. Nota quomodo naturā nostrā legitimauit. S. 13. 3. Natus est rex Mat. 2.

¶Negligentia. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia ex triplici causatur origine: ex facilitate; ex cōitate, ex securitate.*
2 *Negligentes, triplici se periculo expositos esse, declarantur num. 3.*
4 *Nōnulli ignorātia iuris, aliqui verò ignorātia facti se negligētes esse excusant: qd autē sit ignorātia iuris, qd etiā ignorantia facti; declaratum hic inuenies.*

Egligentiæ, Primò ostendetur origo. Secundò periculum. Tertiò excusatio, cum reprobatione.

Artic. 1. ¶Quantū ad primū est aduertendū, ꝙ negligentia ex triplici cātur origine, ex facilitate, ex cōitate, & ex securitate. Primū ex uerbis patet Ioan. Cassiodori
1 in collationibus patrū. Quodammodo (inquit) custodiri neglig ētius solet, qcquid creditur facilè recuperari, uel reparari. Et ex ista consideratione, multi aīarum negligunt salutē, cogitantes ꝙ ex misericordia Dei ruinā aīæ perditæ, faciliter recuperabunt. Contra quos est totus ultimus articulus. M.9. Contra quos etiā loquitur Seneca in epistolis, dicēs: In hoc fallimur, ꝙ mortem non ꝓspicimus: magna tā pars uitæ ꝑterijt: quidqd ętatis retro est, mors tenet. Illā ergo quō fugiemus, si tantā neglexerimus salutē. Heb.2. Et iā dicta origine, patet ꝙ illi, qui multa negligunt, quia estimāt ꝙ faciliter illa recuperare poterunt, necessariò cōcedere habēt tēporis amissi magnā esse iacturam & negligētia: qa si denarium, uel equū perdat, forsitan illū recuperare poterit: sed tēpus semel amissum, irrecuperabilis est thesaurus: quia licet hoc alio die facere poterunt, qđ illo die omisit: illum tñ diem perdidit, uel aliū ei ęquiualentē: quia in alio die, in quo opus ī primo die omissum, recuperatur, aliud opus fecisse potuit, qđ omisit. Et sic in infinitū, vsq; ad diē mortis cōcludi pōt: quātūcūq; dies sequens opus cōpleat diei ꝑcedentis, qa in ultimo die huius uitæ, verū erit dicere: opus vnius diei omissum est: qđ die sequenti implere nō poterit. Ideo dicit Seneca in epistolis: ꝙ turpissima iactura est, q̄ per negligētiā fit tēporis. Quid mihi dabis: qui aliquod precium tēpori ponat: qui diē estimet: qui intelligat se quotidie mori. Quantūcunq; hoc Seneca uerū de sarracenis. s. dixerit: vos Christiani, & specialiter uiri ecclesiastici & religiosi, nolite negligere gratiam, quæ data est uobis. 1. Thimo. 4.

Scđm ex uerbis patet Senecę ī ꝓuerbijs, dicēts: Nāle est negligi qđ cōe est.

¶Tertiū insuper patet in Osia rege Iuda. 2. Paral. 26. de quo dr̄: ꝙ cū roboratus esset, eleuatū est cor eius in interitum suum, & neglexit dominum Deum suum. Vnde Bernard. Securitas parit negligentiam: neglig ētia in obedientiam: inobedientia uerò contēptū.

¶Ex qua auctoritate negligētię patet periculū. Triplex nanq; periculū animabus in quibus habitat, adducit. Primò nanq; bonis operibus, prius factis, nouercatur: & ea deserit: & deseri facit. Vnde Boetius de disciplina scholariū. Sicut in vnoquoq; opere mater est diligentia: Ita vniuersæ doctrinæ & disciplinæ nouerca est negligentia. Artic. 2. 2

¶Secūdò bonis operibus nō habitis, nō factis: sed q̄ fieri deberent, obstat, & resistit. Sicut nō cultura agri, messibus obstat ꝓducēdis. Et sicut terra, diu īculta, spinis & vepribus plena, de difficili colitur: Ita difficile exuitur negligēs à negligentia sua. Ecclesiastici 26.

¶Tertiò & ultimò ipsā aīam ꝑdit: & hoc dupliciter: directè, uidelicet, & ī directè. Directè, ꝑ peccatum mortale: de quo dicit S. Thomas secūda secūdæ. q. 54. arti. 3. ꝙ dupliciter cōtingere pt, ꝙ negligētia peccatū sit mortale. Vno mō ex parte eius, qđ ꝑtermittitur ꝑ negligētiā, quod quidē si sit de necessitate salutis, siue sit actus, siue circūstātia: peccatū mortale erit. Alio mō ex parte cāę. Si eñ uoluntas in tantum sit remissa, circa ea, quæ Dei sunt, vt totaliter à Dei charitate deficiat, talis negligentia est mortale peccatum. Et hoc pręcipuè cōtingit, quando negligentia sequitur ex cōtēptu. Indirectè ꝑ peccata venialia: qa sicut nauis, paruis guttis paulatim intrantibus, & neglectis, ꝑditur: Ita aīa paruis peccatis neglectis. Vnde B Greg. in mor. Si curare parua negligimus, 3 insensibiliter seducti, etiā magna perpetrabimus: quia qui spernit modica, paulatim decidit. Ecclesiast. 19. Sic qui negligit uitam suā, mortificabitur. Prouerb. 19. Et sic patet, ꝙ sicut Iudas uel alius peccator dānatur ꝑ peccato, quod facit: Ita negligēs dānatur: quia bona opera, ad quæ tenetur, non facit. Non enim sufficit alicui, ꝙ ipse peccatum actu non committat: nisi etiam bonum

ad

ad quod tenetur, faciat, quantum ad seipsum: & nisi proximum à malo reuocet, & impediat, & in bono præmoneat: quia vnicuique mandauit Deus de proximo suo. Ecclesiastici 17. Sicut ergo cui manerium, uel alia res custodienda traditur; culpabilis est, licèt bona illa non auferat: si impedire posset, ne auferentur, & non facit. Sic in proposito. De hoc negligētiæ periculo nota. A. 8. 15. & I. 15. 30. Nolite ergo negligere, vos elegit dñs: ut stetis corā eo. 2. Paral. 30.

Artic. 3. ¶Sed nonnulli ab isto negligentiæ periculo ignorantia excusari æstimant, dicentes: se ignorasse, ꝙ negligētia, uel omissa tanti erat periculi: non tamen excusantur in his, quæ scire deberent, & possent. Quia dicit lex: ꝙ leges sacratissimas quilibet scire tenetur. C. li. 1. tit.
4 de legib⁹ & cōstitutionib⁹. l. leges sacratissimę. Et maximè hoc uerū est in delictis: quia delinquens non iudicabitur secundùm scientiam, quam habuit, sed secundùm illam, quam habere potuit, prudentiores consulendo. Sicut patet in infortiato. lib. 14. tit. de bonorū possessionibus. §. in bonorum. Huic etiam concordat alia lex, quæ dicit, ꝙ si quis copiam habere potuit iurisperitorum, ignorantia eum non excusat: ut ff. de iuris & facti ignorantia. l. 1. Ad cuius tituli expositionem est aduertendum, ꝙ ignorantia iuris importat scientiæ priuationem: dum scilicet alicui deest sciētia eorum, quæ aptus natus est scire: q̄ scire tenetur: sine quorum scientia non potest debitum actum rectè exercere. Vnde omnes tenētur communiter scire ea, quæ sunt fidei, & legis diuinę pręcepta: quia si dicat lex, ꝙ principum, constitutionis nullus debet ignorare uel dissimulare: ut C. de iuris & facti ignorantia. lib. 1. l. constitutiones: hoc maximè est uerū: & esse deberet in legibus & constitutionibus Dei, & ecclesiæ. Tenentur insuper singuli scire ea, q̄ ad statum illorum uel officium spectāt: & in talibus ignorantia non excusat. Vnde si aliquis dicat: ignoraui quòd auferre rem alienam, uel ad mulierem accedere non suam, uel percutere clericum, fuit peccatum: & ideo ignorans hoc feci: non excusatur. Ignorantia uerò facti, quando adhibetur debita diligentia, quæ requiritur, excusat: ut si nesciat hanc rem quam tollit, esse alienam: uel nescit hanc mulierem, suam non esse: sicut patet de Iacob: qui accepit Lyam: credens illam esse Rachelem Gen. 29. hæc excusat: quando ignorantia est causa facit: quia hoc scilicet facere nollet, nisi ignorās esset: cuius ignorantiæ euidentiam habere potest, si dolet, quando intelligit quod facit. Tales si per negligētiam quicquàm transgressi fuerint: peccatum suum confitebuntur. Numeri 5. No. I. 12. 26.

¶Nobilitas. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas duplex, vna quātum ad Deū, & animam; alia quantum ad mundū, & carnem: secundum quam nobilitatē autem meliùs sit nobiles esse, ex collatione adinuicem facta ostenditur. num. 2.*

3 *Nobilis his virtutibus pcellat, declarāt.*
Primò, excellenti sapientia.
Secundò, maxima tam in Deum, quàm in homines fidelitate.
Tertiò, maxima in Deum obedientia, ac humilitate.
Quartò, diuitiarum, deliciarum, bonorum, ac nobilitatis æternæ desiderio.
Quintò, demum in omni virtute excellere deberet. num. 4. 5. 6. 7.

8 *Nobilibus, si cœlum post hanc vitam scādere cupiunt, duo maximè necessarie esse, explanatur. num 9.*

10 *Ille verè nobilis æstimandus est, cui hæc tria inerunt signa; libertas; bonitas; magnanimitas. num. 11. 12.*

13 *Triplex pœna temporalis, videlicet; depaupertas; exhæredatio; Reipublicæq; turbatio; imminet viuentibus secundū carnem, & non spiritum. num. 14. 15.*

16 *Debitas ab hisce pœnas æternas a summo Iudice exigendas, non te lateat. num 17.*

Obilitatis & seruitutis, Primò ostẽdetur distinctio, & ad inuicem comparatio. Secundò ostendetur, quibus uirtutibus nobiles præcellere deberent. Tertiò ostendetur, ꝙ deberẽt esse alijs curialiores & minus rapaces. Quartò ostendetur signum ueræ nobilitatis demonstratiuum. Quintò nobilium secundùm carnem non nobiliter uiuentium secundùm spiritum, pœna ostendetur, & periculum.

Artic. 1. ¶Quantum ad primum nobilitas est duplex: vna quantum ad Deum, & animam: Alia quantum ad mundũ, & carnem. Vna uera, & existens, & appro-
1 bata in curia Dei: Alia falsa, apparens, & non existens, in curia quidem mundi approbata, sed in curia Dei reprobata & damnata: & peior quacunque corporali seruitute. Vnde August. de ciuitate Dei: lib. 4. c. 2. Bonus si seruiat, liber est, supple in curia & reputatione Dei. Malus, & si regnet, seruus est: nõ vnius hominis, sed quod grauius est, tot dominorum, quot uitiorum: quia à quo quis superatus est, hui' & seruus est. 2. Pet. 2. Ad idem. Seneca epistola. 47. quasi uerbum nobilium recitando dicit: Seruus est, ostende quis non sit. Alius libidini: alius auaritiæ: alius ambitioni: omnes timori seruiunt, & nulla seruitus turpior est, quàm uolũtaria. Idem libro de moribus. Plerique hominũ stulti sunt, qui seruiles cibos & seruilem fugiunt vestem: sed seruiles non fugiunt mores. Tales nanque rationabiliter stultos uocat: quia dum nobilis appetunt esse, & reputari, uerã nobilitatem, quæ in bonis moribus consistit, nõ appetunt: nec ad illam habendam elaborant. Sicut ergo stultus esse diceretur, qui appeteret albus esse sine albedine, uel pulcher sine pulchritudine: Ita in proposito: illos, qui credunt se esse nobiles, & tales appetunt uideri sine uera nobilitate, sine qa nulla libertas uel nobilitas esse potest. Sicut patet ex uerbis Tullij. D. 12. 15. Sine qua nulla nobilitas est illius, qui tãquàm nobilis de nobilitate gloriatur: sed aliorum. Vnde Seneca. Si generosus es, lauda parentes: diues, lauda fortuñam: pulcher, expecta paulisper, & non eris: bene morigeratus es, tunc primo laudasti hominem.

¶Ex huius auctoritatis principio, pa- 2
tet, quòd ille qui est in se uitiosus, in nobilitate propria gloriari non potest, sed in nobilitate tantùm parentum: sit tamen ipsi ueri nobiles sint, id est, morigerati & boni. Hæc tamen parua est gloriatio: quia dicit philosophus quidã, quòd nobilitas in illo perit, cuius laus est in origine sola. Si uerò illi etiã mali sint, uel fuerunt: nec etiam in ipsis gloriandum est. Qualem nanque lætitiã de Titio ne inferni habere poterit: de parentela uidelicet: quam melius esset pauperem habere in cęlo, quàm diuitem in inferno. Tales sententialiter reprehendit Bernard. dicens: Quid gloriaris de parentela, ubi Christus non inuenitur? Si Christus cum parentibus suis iustissimis in Hierusalem non inueniebatur, quãdo Maria & Ioseph eũ requirebant. Luc. 2. quomodo tu cum parentibus tuis usurarijs uel raptoribus illum inuenies? De qua parentela põt dici illud. Ezech. 12. Sordida nobilis: grandis interitu. Sordida quo ad animam: Nobilis quo ad mundum. Et cuius fine ex grãdi uidelicet interitu ęterno, patet, quòd meliùs esset è conuerso esse: & nõ sic: quòd uidelicet, quis ignobilis esset, quo ad mundum; & nobilis quantum ad Deum & animam. Animarum nanque nobilitatem non solũ finis, sed omnis ratio ostendit esse meliorẽ. Primò, quia est in nobiliori substantia seu natura. Secundò, quia in se spiritualior, & simplicior. Tertiò, quia Deo similem facit. Quartò, quia est durabilior. Prima causa & ratio respicit materiam seu subiectum: in quo nobilitas inuenitur. Secunda ipsam nobilitatis formam in se. Tertia effectum. Quarta finem. Patet ergo quòd comparando nobilitatem parẽtelam, & nobilitatem

bilitatem propriam carnalem, ad nobilitatem animæ spiritualem: ista vltima inter tres nobilior. 1. Regum 23. Nota de hac nobilitate. G.2.articu.7. per totum.

Artic.2. ¶ Ad hanc autem nobilitatem excellentem habendam multæ requiruntur uirtutes: in quibus uerè nobilis alios eminenter excellere debet. Primò nanque in illis, qui utranque habent nobilitatẽ: carnis scilicet & spiritus, excellens requiritur sapientia, & maximè in illis, qui multos subiectos habent regere: uel saltem sapientiæ studium, & diligentia circa quam habendam: si ex corde elaborarent: ut eis subiectos congruè quantum ad Deum, & mundum regere possent. Quantum Deo placerent: per exemplum ostenditur Salomonis. 3 Reg 3. Cui à Deo dictum fuit: quia postulasti hoc uerbum, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum: sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium: dedi tibi cor sapiẽs & intelligens, &c. Ecce iste sapientiam quæsiuit: & Deo placuit. Et quod quæsiuit, obtinuit: nobilibus moderni temporis dans exemplum, quòd si sapientiam haberent, non est dubium, quin sapientes essent ad suas & aliorum saluandas animas, & ad gubernandum corpora sua: si tantum circa huiusmodi studerent, quantum student circa diuitias & honores acquirendos. Et sicut diligenter intendunt scacis, & aleis: sic enim circa Dei studentes mandata esse possent: nobilissimi principes multitudinis. Numeri 1.

4 Secundo requiritur: quòd tam Deo, quàm hominibus maximam exhibeat fidelitatem. Ratio enim omnis dicta, quòd ipsi subdit Dei: eique in baptismo uoto, & in confessione promisso obligati, tantam Deo exhibeant fidelitatem, quantam ipsi volunt, quòd subditi illorum iuramento, fide, uel promissione, uel quouis modo eis obligati, eis exhibeant: non enim deberent uelle, quòd ipsi Deo minus exhiberẽt seruitutis & fidelitatis, quàm uellent, quòd eis à suis exhiberetur: quia si uellent, quòd subditi illorum magnã eis exhiberent fidelitatem & seruitutem, & ipsi Deo tantam exhibere nollent, ipsi se Deo præponerẽt: & digniores seruitute & fidelitate se ostenderẽt. Et quicunque talem se exhibuerit in hoc casu, tumultuabitur ignobilis homo contra nobilem Deum. Isa. 3. Contra tales nota. F. 3. 28.

5 ¶ Tertiò maxima ab eis Deo exhibẽda est obedientia, & humilitas. Omnis nanque ratio dictat, quòd ipsi hoc Deo exhibeant, & humilitatem ostendant: ergo & ipsi hoc Deo faciant: quia secundùm decretum: qui sibi vult ab alijs obediri: & ipse suis superioribus obediat. 2. quęst. 6. qui se scit. Hoc enim rationi consonum est: quia omnis ratio & causa quæ in eis inuenitur, quare alij eis obediunt, atque humiliant, in Deo excellentius inuenitur. Alij nanq; se eis humiliant propter maioritatem, uel propter utilitatem, uel propter pœnæ euitabilitatem. Primum patet: in his qui nobilibus & potentibus, quando iuxta eos transeunt, uel quãdo cum eis facere habent, se humiliant: quia maioris dignitatis, status, & conditionis, illos ęstimant, quàm ipsi sint. Secundum patet in his, qui ideo maioribus obediunt & seruiunt: quia utilitatem recipiunt, uel recipere sperant. Tertium patet in his, qui timore illis obediunt, & se humiliant: ne damnum eis inferant.

¶ Et si triplex causa aliquos ad obediendum hominibus mouet: maximè omnes & specialiter nobiles, & potentes ad obediendum & humiliandũ Deo mouere deberent. Primò nanque hoc patet in ratione maioritatis & superioritatis: quia ipse illos nobiles in maioritate, dignitate, natura, nobilitate, & omni conditione bona, plus excedit, & super illos excellit, quàm ipsi suos excedant inferiores: quod ipsi ergo uolũt eis ratione maioritatis suæ differri: ipsi illi deferãt, in quo ratio hæc potius inuenitur.

uenitur. Secundò idem patet in ratione vtilitatis: nullus enim potest tantam obedienti dare mercedē, & seruitutis salarium, quantam Deus. Videat ergo si aliquis tantam ei dare possit, ut contra Deum sint: quantum eis dabit Deus, vt cum eo sint: & si inuenerint: audaciter sint contra Deum. Si uerò nō inuenerint, cum Deo sint: nec ipsum peioris cōditionis faciant, quàm quoscunque operariorum conductores: inter quos, cęteris paribus, ipsum sequūtur, qui sine comparatione plus dabit. Tertiò idē patet in ratione timoris: quia ipse plus timendus est: qui habet potestatē mittere in gehēnam: quare circa seipsos & filios nobilitandos, & malis uijs oblito Dei timore ditantos tantū sollicitātur: cùm in loco illo, teste Iob. Siue nobiles fuerint filij eius: siue ignobiles, non intelliget. Iob 14.

6 ¶Quartò in ipsis excellere deberet: diuitiarum, delitiarum, & bonorum, ac nobilitatis ęternæ desiderium. Ex cogitatione nanque præsentium, & ex prægustatione breuium, cogitare deberent, quàm iucundum esset talibus, semper ęternaliter perfrui: sicut patet. G. 1. 26.

Exēplū. Et à contrario sensu: sicut existēs in laborib⁹, & paupertate, cogitat quàm iucundum esset uenire ad requiem & diuitias. Et famelicus, nudus, & incarceratus cogitat, quàm iucundum esset uenire ad epulas, uestimenta, & libertatem. Ita cogitent nobiles: qui hic delitijs, vestibus, & libertatibus abundant à contraria fortuna, quàm dolorosum sit ad horum uenire ęterna contraria: de quibus certi esse poterunt: si pdictis bonis hic habitis, finaliter malè vtātur: in quorū abusus fine experientur: ꝙ melius fuisset ignobilem, cecum, nudum, claudum, pauperem, abiectum & uilē, per uias duras ad nobilitatem: & omnia bona duci æterna: q̃ per horum cōtraria ad patibulū duci inferni: in quo nobiles eius in manicis ferreis: in Psal. 149.

7 ¶Quintò excellere deberent in omni

Exēplū. uirtute: qa sicut caput omnibus dotatur sensibus: & maiori studio omni decoratur pulchritudine: qa illud plus ab omnibus aspicitur: Ita decet nobiles, q̃ sunt aliorū caput, & multorū parēt aspectibus, omni decorari uirtute. Ob quā considerationē, Constantinus Imperator matri suæ Helenæ, scripsisse legit͛, dicens: quantò excellentiorem locū inter homines tenemus, tantò hominum plus paremus aspectibus: omniumque mortaliū oculi, omniū iudicia, omniū nota, nostrum uellet, & nostrum nolle considerant. Et ideo non solum irreprehensibile: sed etiam laudabile dēt esse: qđ uolumus. Quia ſm Bern. li. de cōsideratione ad Eugenium Papam: Monstruosa est res gradus summus, & animus infimus, sedes prima, & uita ima, līgua magniloquā: & manus ociosa: sermo multus, & fructus nullus Talis nāque defect⁹ in eis est, sicut scabies in facie: in quibus defectibus ad cęlum non uenient. Exēplū.

¶Sed referendo sermonem ad locū cęli: de eis uerificabit͛ illud Isa. 34. Nobiles eius non erunt ibi: nisi faciant ea: quæ status & cōditio illorum requirit. Hæc autem sunt duo. Primò nanq; status illorum requirit, ꝙ sint alijs in moribus, curialiores, & in rebus largiores. Secūdò, ꝙ sint alijs minus rapaces: immo ꝙ rapina omnino in eis, non inueniatur. Primum ostendit exemplū naturę diuinæ, & cuiuscunque nobilis naturæ, siue corporalis, siue spiritualis supra hominem, in quibus uidemus, ꝙ quantò sunt in natura nobiliores, & in situ superiores, tantò sunt in curialitate, & in uirtutibus abundantiores, & in communicatione largiores. Hoc nanq; in Deo planum est, per omnes etiā descendendo Angelorum ordines: hoc nullus negabit Christianus. Inter corpora cęlestia etiam illa, quæ sunt nobiliora: largiùs suam lumina communicant. Horum ergo exemplo inter homines qui nobiliores sunt natura, altiores statu, latiores dominio, uirtuosiores mente, curialiores moribus, largiores rebus esse tenentur. Sed heu non multi nobiles. 1. Cor. 1. Artic. 3. 8

¶Secun-

¶Secundum plura ostendunt exempla. Quorum primum à naturis accipitur prædictis. In quibus uidemus, ꝙ curialiter sua tribuunt, nec tamē aliena rapiunt, quod rarò in hominibus inuenitur, quia communiter illi, qui prodigè expendunt, parum curāt, quomodo expensæ habeantur. Secundum à cōditione accipitur manuum in corpore naturali, quarū officium & opus est, totum corpus defendere, infirma corporis membra ligare & sanare, & nullum membrum suo debito spoliare. Sic nobiles & potentes, qui manus sunt totius corporis ecclesię & cōgregationis fidelium, & spiritualis corporis Christi, ad defensionem omniū membrorum bonorum, ad punitionē malorum, quod officium si non fecerint, istæ manus sunt similes manibus freneticorū, quę oculos eruunt, uestes laniant & lacerant, corpus denudant, tibias & pedes mouēdo imprudenter, & contra rationem frangunt & debilitant. Sic in proposito, & patet.

Exēplū. ¶Tertium à conditione accipitur auium nobilium & etiam canum. In quibus uidemus, ꝙ aues & canes nobiles ad hoc ordinantur, quòd aues & feras capiant siluestres, de domesticis verò, de quibus sustentationem capere debent, secundùm distributionem gubernatoris, prædam capere non debēt. Sic in proposito, illi de quibus Deus dicere potest. Deutero. 1. Tuli de tribubus uestris uiros & nobiles, & constitui eos principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui docerent uos singula. Quibus & præcepit dicens, quod iustum est iudicate. Hoc autem iudicium esse debet, ꝙ feras & aues siluestres, id est, latrones, homicidas, & alios capiant & puniant malefactores, de domesticis vero, id est, de subditis, & alijs, de quibus certos redditus pro sua habēt sustētationem, secundùm distributionem summi gubernatoris Dei, prædam capere non debent. Contrarium verò facientes, non aues nobiles, sed milui uocandi sunt, quia non auium nobilium vel canum nobilium, sed miluorum, vulpum, & luporum sequuntur conditiones, quia non hostes regni, ut milites probi, nec latrones, ut domini iusti, sed rusticos & simplices, ut uecordes & effœminati inuadunt, de eisque prędam capiunt, atque eis durè dominantur. In quibus completum est quod dictum est per prophetam, dicentem: Effœminati dominabuntur eis. Esa. 3. Durè & crudeliter, quorum quidem iniquitas quanta sit, quanque damnabilis, & quantæ damnationis digna, cuilibet ex hoc apparet rationem habenti, ꝙ illi, qui in magnis resident palatijs, & delitijs affluunt, ut uoluptatibus plus abundēt, à uillis iniuste capiunt, qui in ruinosis sedent tugurijs, qui omni penuria & paupertate in tantum pleni sunt, ꝙ uix panis pauperrimi, & aquæ frigidę habent satietatem, qui sicut aues nobiles, quarū nomen licèt non conditionem habeat in pratica ponendi sunt patibuli, quando boni nobiles, qui à iuuentute sua utranque, tam corporis quàm animæ ostendunt nobilitatem, in loco ponendi sunt Cęli, ab illo Deo uocati & dotati, qui uocat & uocauit ad se pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à iuuentute sua. Et diuisit illis regnum suum. 1. Machab. 1.

¶Sed quia, teste Apostolo. 1. Cor. 1. Non multi nobiles, ea scilicet nobilitate, qua regnum Dei cōsequi poterūt, utile uidetur ad propositum signum ostendere, per quod æqualiter cognoscere poterunt, qui de illa cōfidere poterunt nobilitate. Pro quo est sciendū, ꝙ huiusmodi nobilitatis, triplex est signum, libertas, bonitas, magnanimitas. Primum in anima. Secundum in moribus, & gestis, & iudicis. Tertiū in gratiarū actionibus & beneficijs. Qui ergo de nobilitate gloriat', respiciat interiorē hominē, & qrat diligenter, si in illo primū inuenerit signū, ꝙ videlicet in aīa à diaboli, & cuiuscūq; mortalis peccati seruitutę habeat libertatē,

Artic. 4.

10

& si

& si illud inuenerit, in hac glorietur nobilitate, & non in alia: quia cum à digniori parte sit vnumquodque denominandum: ille qui digniori parte est seruus, & seruilis cōditionis, id est, in anima, in qua diabolo seruit & peccato, iuxta testimonium veritatis, dicentis. Omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati. Ioan. 8. nullo modo liber vel nobilis, sed seruus ignobilis denominari & uocari debet: & per cōsequens nec tanquàm nobilis gloriari debet: qui nobilis nō est. Cōsimiliter à contrario arguitur sensu: de illo, qui est nobilis à digniori parte, & natura, id est, in anima, licèt corpore seruus sit: tamen à digniori natura veraciter nobilis nuncupatur. Et hæc ratio est auctoritatis August. supra in principio huius capituli: in qua dicitur. Bonus, & si seruiat, liber est: quia nobilis in portis vir eius, id est, interior homo: in quo sunt virtutes. Prouerb. 31. Istud autem nobilitatis signum in illo sene inueniebatur, qui elegit nobiliter mori, potius quàm subditus fieri peccatoribus. 2. Machab. 14.

11 ¶Iterum quærat si secundum inueniat signum in exterioribus actionibus, gubernationibus, & iudicijs quibuscunque: omni amota seruitute & crudelitate, bonitatem, mansuetudinē, benignitatem: & si hoc signum inuenerit, se nobilem esse cognoscat. Sicut nanque signum regis in apibus, est nō habere aculeum. Siquidem dicitur, ꝙ nobilior apis, quæ alijs à natura anteponitur, & præfertur, aculeum non habet. Natura nanque ab illo aculeum abstulisse creditur nobilibus & alijs præfectis, dans exemplum nō habendi crudelitatem. Ab illis autem apibus, quæ burdones uocantur, non natura: sed malitia aculeum abstulit: quia dū homines mordent, aculeum amittunt. Sicut ergo est magna differentia inter apes nobiles, & ignobiles, ꝙ videlicet, nobiles non mordent, sed regunt, & in regimine mansuetudinē ostendunt, nulli nocentes. Ignobiles verò quando hominem attingunt: in parte nuda, ubi eum lędere possunt: mordent, & nocent ad damnum proprium: quia aculeum amittunt: & pro opere eis debito inutiles efficiuntur, & specialiter quando in aliquo pruocantur. Volens cognoscere nobiles apes & ignobiles, prædicto signo differentiam cognoscere poterit. Sic in proposito & patet. Sicut insuper magna inuenitur differentia inter nobiles apes & burdones: pro tanto ꝙ primis natura, secundis uiolentia mansuetudinem tribuit. Ita veri nobiles à ratione & voluntate bonitatem habent, & mansuetudinem: ignobiles vero à non faciendi facultate. Nam si facultatem & potestatem haberent nocendi, & hominem in nuda parte tangendi, libenter nocerent. Et hoc in opere ostēdunt sequenti: quādo in eis manifestè ostēditur: ꝙ asperius nihil est humili: cum surgit in altum. Tali ergo signo cognoscitur nobilis & ignobilis. & tali cognoscit quilibet bonus Rex & princeps, qui potuit transgredi, & non est transgressus: & facere malum, & non fecit. Eccl. 31. Et omnes alij in quocunque regimine vel potestate constituti: à principio mundi quibus dici potest, illud. 1. Corin. 4. vos nobiles. Nota. N. 4. 8.

Exẽplũ.

¶Tertio inquirat diligenter: si tertiū inuenerit signum: erga Deum videlicet gratiarum iugiter actiones: & erga suas magnificas largitiones. Nobilis nanque cordis, ac magnifici, & curialis est, beneficia recepta recogitare, & recognoscere, & reddere singula singulis. i. gratiarum actiones his quibus alia non debentur, & retributiones & donationes his quibus talia debentur: & qui talibus indigent. Cum ergo Deum donis suis sciant non indigere: ei debitas reddant gratiarum actiones & seruitutes de nobilitate, & alijs donis quibus alios excellunt, dicentes: bonorū meorum non indiges: in te speraui. Quia verò scit suos indigere: liberalis eis se ostendat: quia bonitas illam requirit, 12

quirit, & ex sua claritate & curialitate. Non solum honoret honorantem se; nec solum det danti sibi, sed etiam seruis & amicis honorantibus debet in suis necessitatibus gratus existere. Hoc signo omnes eleemosynarij à principio mundi cognoscebantur, & circa mortuorum sepulturas solliciti. Sicut Ioseph ab Arimathia nobilis. Marci 15. Sed hi tam in primo signo, quàm etiam in isto tertio simplices homines & mediocres, secundùm proportionem facultatum suarum, maiorem ostendunt nobilitatem, quàm nobilissimi principes multitudinis.

Art. 5. Num 1.

¶Quibus multiplex pęna imminet, & periculum: quia cum nobiles essent nomine, & carne, ignobiliter quãtum ad Deum vixerunt, & spiritum. Ex talium nanque uita sępe pęna contingit, tam temporalis, quàm æterna. Temporalis verò pęna, seu damnum ex talium nobilium abusu contingens, est triplex, depauperatio, exhæredatio, & communitatis turbatio. Primum dãnum respicit & redundat in possessionem. Secundum in naturam. Tertium in totam terram. Primum attenditur inter debitorem & creditorem. Secun-
13 dum inter patrem & prolem. Tertium inter tyrannum & spoliatum. Primum patet, quia frequenter in talibus nobilibus uerificatur & completur, illud. Psal. 19. Hi in curribus, & hi in equis. Ipsi obligati sunt &c. tam ad ipsorum, quàm etiam ad mercatorum & aliorũ creditorum depauperationem. Cuius quidem depauperationis & obligatio-
Exẽplũ. nis causa est sumptuosa, & uana illorũ ad oculum patens superfluitas. Ideo superfluitas, quia cum in mensa cuiusdam pręlati quęstio mota fuisset, quod mẽbrorum corporis magis sumptuosum fuisset, & quasi omnes respondissent, ꝙ venter, quidam sapiens inter eos, quid ipse de hoc sentiebat, requisitus, dixit: ꝙ oculus fuit magis sumptuosum membrum. Et requisitus de causa, respondit: quia illi qui nobiles & potentes sunt iustius sęculi, ut frequenter in sex sunt sumptuosi, uidelicet, in uestium curiositate & equorum pulchritudine: in domorum formositate: in uasorum aureorũ & argenteorum sumptuositate: in famulorũ multitudine & in ciborum varietate: quorum sumptuositatum quinque ad ostẽsionem pertinent oculorum, quia propter oculos suos, & alienos pascendos, & ut ab oculis suis & alienis gloriosi uideãtur, qui huiusmodi habent. Sexta vero sumptuositas uentrem pascit illorum: qui propter suam superfluitatem alios famelicos faciunt. In cuius culpæ pęnam in carcere huius sęculi, uel alterius aliquando de eis verificatur, quod prædictum est per prophetam. Nobiles eius interierunt famę. Esa. 5. Vt in eo quo peccauerunt, puniantur. Sapien. 11. 14

¶Secundum etiam, uidelicet, ꝙ nobiles nomine & non re, frequenter in prole puniuntur: patet, quia frequentius uel prolem habẽt malam, uel omnino sine prole sunt quàm simplices: quod ideo eis iusto Dei iudicio euenire creditur, ut qui Dei filijs frequenter tædium faciunt, ipsi quoque de stultis filijs suis tædium habeant: & de bona congruitate, qui multos bellis illicitis, & homicidijs, filijs priuant, ipsorum filij moriantur. Et qui alios exhęredãt, ipsi sine hęredibus de corpore suo sint: uel quia eis non nascuntur, vel quia citò moriuntur, uel mala morte occiduntur. Sicut dicit magister historiæ scholasticæ, in historia euangelica de Herode Ascalonita: qui omnes illos occidit, propter Christum, innocentes: vt Christum in eis occideret. Factum est (inquit) vt quoniam Herodes multos orbauerat filijs: & ipse suis miserabiliter orbaretur. Quam quidem vindictam sentientes, dicere possunt cum Adonibezech. Iudic. 1. Sicut feci, ita & reddidit mihi dominus. Nec alia eis debetur consolatio, quàm leęnæ, quam cum amisisset catulos, & fleret: reprehendit quidam, dicens. Nonne

sic

Exemplum. sic seruisti alijs, qui habuerunt parentes quasi diceret. Ergo iustum est, ꝙ tibi sic seruiatur;. & de iusto non debes dolere iudicio. Prædicta de causa: quia videlicet Zedechias rex Dei filios Hieremiam & Baruch affixerat: cum alijs etiam causis concurrentibus: occidit Rex Babylonis filios Zedechiæ in reblatha in oculis eius, & omnes nobiles Iuda occidit, Rex Babylonis. Hierem. 39.

15 ¶Tertium, videlicet, ꝙ vbi nobiles sicut tyranni cõtra proximum, & sicut mali Christiani, contra Deum viuunt, per guerras, brigas, & discordias, in terris suis pacis habeant turbationes, mirum non est, immo mirum esset, si pacem haberent, qui continuè Deum peccando, & membra sua tyrannicè viuendo expugnant. Mirabile insuper foret, si in patriæ & regni defensione essent ualidi. qui super equos equitant malè acquisitos: vel de bonis pauperum, & ecclesiæ nutritos: qui illud de pauperibus, & viris ecclesiasticis iniustè capiunt, unde arma sua emunt, & deaurant, & superfluè se ornant, & unde equos emunt, & nutriunt, & milites & stipendiarios conducant. Mirabile iterum foret, si tales tyranni, & spoliatores ab alijs tyrannis & spoliatoribus non essent in vita vel in morte spoliati: ut, sicut acquisiuerunt, ita perdant. Et sicut ad uanitatem arma sua fecerunt, & deaurauerunt. Ita de uanitate nuda, & non de probitate gaudeant, & laudentur ab his, à quibus laudatur peccator, in desiderijs suis. Psal. 9. Nõne multi sic laudantur nobiles moderni temporis? quis aliquẽ illorum laudare audiuit, uel laudare potuit, de strenua inimicorum expugnatione, & patriæ & ecclesiæ defensione? sicut cõmendantur & laudantur Karolus magnus, Rolandus, & Oliuerus, & alij antiqui milites, sed hoc, ꝙ galeam habent deauratam precij 40. librarum, & alas, & alia insignia exteriora eiusdem formæ & maioris precij. Et ꝙ in hastiludio grossam & quadratam portauit lanceam, qualem nullus alius portauit, vel portare potuit, & quòd equum & ascensorem proiecit in terrã. Et ꝙ ita bene equitauit, & lanceam illam ita agiliter mouit, ac si leuissima fuisset. Et ꝙ cum tot equis uenit ad perliamentum, vel torneamentum. Et qualis est ista laus, nisi laus impiorum, & miserorum, & timidorum? de qua Iob 20. Laus impij breuis. Breuis nanque est: quia tantum ad loca & tẽpora pacis, & non belli se extendunt, & solum ad amicos, & non ad hostes. Quid ualent arma, tunc deaurata, quæ hostes audaciores faciunt, sicut patet. A. 24. 2. Et quæ fugiendo hostibus læti proijciunt, uel velocius fugiant, sicut nuper accidit. Quæ laus est contra hominem pacis fortissimam portare lanceam, & equum & ascensorem ad terram deijcere, & hostem nec cum quacunque tangere lancea, quia nec ei tãtum appropinquare voluit, ꝙ cum longissima illum tangere potuissent. Vel quæ laus est, ꝙ bene equitauit & faciliter lanceam mouit, & agiliter se habuit cõtra amicum & vicinum, & agiliter fugit inimicum regni? Vel quæ laus est, ꝙ in factis armorum prohibitis, sicut in torneamẽtis, & huiusmodi, de quibus dictum est. L. 6. 2. & X. 1. 17. sint gloriosi & appetant laudari, & in factis uirtuosis, sicut in bellis iustis & in defensione patriæ, sint formidolosi, & uecordes, & fugitiui, & hostes sinant terram uastare, spoliare, & prædam auferre, & villas comburere, & castra destruere, & captiuos abducere? In omnibus ostẽdentes, quoniam væ terræ, cuius Rex puer est: & cuius maiores, qui terram defendere & regere haberẽt, pueriliter viuunt. Et cuius Principes mane comedunt, antequam veniant ad consilium, vel ad perliamentum, ut pransi & potati, minus intelligant, quid consulendum sit. Et quoniã à contrario sensu, beata terra, cuius Rex nobilis est, & cuius Principes vescuntur tempore suo, scilicet, ad reficiendum, & non ad luxuriam. Eccl. 10.

¶Quod

16 ¶Quod etiam secundùm pęnam & damnum æternum, videlicet, talibus dignum timere verisimiliter poterũt, facta illorum ostendunt, in quantum non solum maledictiones merentur simplicium quorum blada cum auibus & canibus equitando destruunt, sed pro quibus etiam excommunicationem timere poterunt maiorem, in noua charta latam. In qua continentur, quòd vuardam cum disperagio maritare non debent, quòd tutelam eis commissam fideliter administrabunt, quòd res pupillorum perire non permittant, sed in domibus ei alijs in eodem statu, in quo illa receperunt, cùm ad ætatem uenerint, eis integrè restituere teneantur. Quæ, quia non tenuerunt, & propter alia facta sua, quę contra Deum & rationem fecerunt: nobiles eius qui iam mortui sunt, in terram corruerunt, scilicet, nouissimam. Ezech. 26. Quod eleganter significatum est. Hierem. 39. vbi Nabusardan princeps militiæ regis Babylonis, legitur transtulisse omnes nobiles de terra sua, de terra uidelicet, sancta in Babylonem, de pauperibus vero, qui nihil penitus habebant, dimisit in terra illa, & dedit eis uineas & cisternas. Sic &c.

17 ¶Sed in his omnibus maius uidetur mirabile, q illi nobiles, qui alijs in Babilonem .i. in infernum translatis superueniunt, casum illorum formidare nolunt, similia facientes, pro quibus ipsi damnificati, & de terra sua translati sunt. Vtinam casum & pęnam illorum, & finem illorum cogitantes, in cordibus suis scriberent per iugem meditationem, sicut scriptum fuit super ostium cameræ domini Petri de Laslote, pierre regna & pierre regne, pierre pendi & pierre pendera.

Exẽplũ. Fuerat enim quidam magnus in regno Francię, ante eum Petrus uocatus de labrosæ, qui finaliter suspendebatur, noluit ergo illum secundùm Petrum, qui magnus fuerat in regno, post illum commemorare, quòd casum prædecessoris sui formidaret. Si illi, qui nunc magni sunt, sic se commemorarent, & cogitarent præcedentium infortunia & fines malos, tam temporales, quàm æternos, nimis essent excæcati, si sese non emendarent. Sed heu uix inuenitur, vbi quis sibi caueat, uel se custodiat propter periculum, quod alteri accidit. Quotidie nanque nobiles mulieres uident alias, propter delicta, quæ ante matrimonium committunt, matrimonio & promotione carere, & propter delicta, quæ post matrimonium committunt, à maritis suis malè tractari, & repudiari, & multa alia mala contingere. Simpliciores etiam mulieres uident alias cum infantibus in collo mendicare, quæ si castè vixissent, quietam uitam duxissent: nec tamen casum illorum formidant, vt deberent, quia eisdem uitijs irretitę sunt mulieres nobiles non paucæ. Act. 18. Nec solum hic error in mulieribus, sed in hominibus regnat, qui intelligentes per fidem, quòd Alexander Magnus cum toto exercitu suo non potuit Cęlum intrare per potentiam, paupere piscatore, cui claues datæ sunt Cęli: ei resistente, quòd etiam non potuit in Cęlo, sicut in terra dominari, nolunt hoc ad illorum utilitatem conuertere, sed ita se gerunt, ac si nullus auderet eis Cęlum negare; ac si in Cęlo per potentiam, & familiam & retinentiam magnam, sicut in terra dominari possent, & non cogitant, quomodo quilibet, quì ante eos potentior fuerat, qui malè vixit, & malè finiuit, abijt in infernum, de quo dici poterit, illud. Lucę 19.

Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam.

¶Nocumen-

¶Nocumentum. Cap. IIII.

SUMMARIUM.

1 *Lucrandi cupiditas nonnullis in causa est, cur tam procliues ad alijs nocendum existant: quorum finis, & effectus est, ex omni parte alijs nocumentum inferre.*

2 *Horum autẽ peruersitas quãta sit; pulcherrimis declaratur exemplis.*

3 *Qui alijs; prius, magisque sibi noceat, necessum est: immo sibimet semper; alijs autem raro obsunt.*

4 *Nociui homines huic triplici se nocumento exponunt: Ad consimile malum sustinendum: Ad maius damnum timendum: Ad Dei vindictam expectandam.*

5 *Quamuis autem nociuus homo præallegata nocumenta quandoque euadat: sustinendi tamen timorem difficilè aufugiet.*

6 *Quod si hoc; nunquam tandem à diuina vindica illæsus exhibit.*

7 *Nocentium consiliarios magis sibi quàm alijs obesse, etiã exemplis, & auctoritatibus enucleatur.*

8 *Trigemina ponitur excusatio, qua isti tales malefaciendo se excusare nituntur. num. 9. 10.*

Ociuorum, seu nocẽtium, Primò ostendetur pronitas, quam nonnulli illorum habent ad nocendum. Secundò illorum ostenditur peruersitas. Tertiò, quòd prius & plus sibijpsis nocent. Quartò ipsorum audiendę sunt responsiones cum reprobatione.

Art. 1. ¶Quantum ad primum duo sunt ostendenda. Primò nanque ostendetur pronitatis ad nocendum causa. Se-
1 cundò effectus. Causa in nonnullis est lucrandi cupiditas: uerbi gratia. Maliciosi homines in officijs & potestatibus constituti, uident ꝙ illis, qui sciunt uicinis suis nocere, dantur munera: occasiones quęrunt nocendi, ut munera accipiant. Quorum nocendi modus & malitia per exemplum potest uideri de accipitre, vel alia aui rapaci, & Philomena. Fabulę nanque continent, ꝙ auis rapax nidum inueniens Philomenæ, pullos suos deuorare voluit: Philomena uerò hoc uidens, pacem cum illa nitebatur facere promittens ei, ꝙ dulciter ei cantaret: sub illo pacto, ꝙ pullis suis parceret, qua conditione cũ canere inciperet, & diu continuaret, auis illa cantum eius semper deprauauit dicendo, ꝙ pactum nõ tenuit, quia non bene cantauit, & per talem falsum modum, occasionem quæsiuit, ut ipsa pactum frangeret: quod & fecit, & sic utrunque habuit, tam cantum, quàm pullos: & alia tam cantum, quàm pullos amisit: & ex utraque parte damnũ sustinuit. Ita prædicti, quando incipiunt alicui nocere, si alius iniustam vexationem redimens, pacem cum eis faciat, eis vltra bonam possibilitatem munera dando, quibus acceptis, amicitiæ pacta inter eos faciunt, quibus factis, si munera nõ continuent frequenter pascendo & dando, sed nimis diu, vt eis videtur, dare differat: cogitant ꝙ dare obliuioni tradidit, & iterum occasiones quærunt nocendi, ut iterum ipsum dare cõmemorent, eidem amicitiæ fractionem falso imponentes, ut ipsi ab amicitia recedant, & sic tam bona prius data amittet, quàm etiã damnum sustinebit. Et sic finis & effectus est talium ex omni parte nocere, de quibus dicit Chrysosto. super illud Matth. 7. Nunquid colligunt de spinis vuas. Quemadmodum (inquit) spina, ex quacunque parte illam conspexeris, habet aculeos. Sic & serui diaboli, ex quacunque parte eos consideraueris, iniquitatibus pleni sunt. Si loquuntur, dolo loquuntur: si tacent, malè cogitant, si irascuntur, insaniunt: si patienter agunt, tempus expectant nocendi.

Exẽplũ.

nocendi: si malè agunt, non erubescũt, si bene faciunt, ad uanam gloriam hominum faciunt. Nempe quomodo potest bonum fructum facere mala arbor, cuius radix est diabolus. Habendo ergo respectum ad hoc quod Chrysosto. vt prædictum est, dicit: ꝙ tempus expectant nocendi: & in fine quasi cauda nocent, eleganter illorum exprimitur conditio. Apoc.9. Caude inquit eorum similes erant serpentibus, & in his nocebant.

Art.2. ¶Quorum peruersitas primò per
2 exemplum videri potest de fraxino, sub qua, vt dicitur, non bene crescit arbor alia, quę sit fraxino inferior, quia sua amaritudine arboribus, & herbis subiectis nocet. Sic isti, de quibus, sicut de Rhāno & de Abimelech in potestate constituto. Iudic.9. exit ignis. i. nocendi malitia, & comburit subiectos & uicinos usque ad reges. i. qui alios regere deberent, hæc noxa peruenit 1. Esdræ 4. id est, talis nocendi modus. Secundo idem per exemplum ostenditur de nube, quia sicut de nube, quę habet ignem inclusum, exeunt tonitrua & fulgura, quæ multis nocent. Ita de tali, qui ad modum nobis implebit ardoribus stomachum suum. Iob 15. Et illos malitiæ ardores, ibi diu congregabit, qui in fine subito, & ex improuiso ad modum fulguris exeunt, & nocent. Quos sic ardores congregantes, & nocendi tempus, & modum excogitantes, reprehendit Scriptura, dicens. Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ. Hierem.4. Tertio idem ostenditur per exemplum de Ioue, de quo refert Seneca lib.8. de naturalibus quæstionibus, quòd Poetæ dixerunt, ꝙ cùm fulmen emittere debeat ad nocẽdum, hoc de consilio facit 12. deorum. Ita isti de consilio 12. falsorum & duodena, & consilio ministrorum suorum. Inter quos illi, quibus nocere uolunt, franguntur, sicut grana inter duos lapides molares. Quia, sicut inter lapidem superiorem, & inferiorem grana franguntur. Ita inter dominos & falsos homines, & ministros laboribus, exactionibus, & iniurijs franguntur. Qui verò, quia non satiantur, & quia non prouocat, nocent, peiores sunt feris. Quia insuper eos tanquàm per ministros suos diabolus iustis nocet, qui per se facere frequenter non potest, dæmonium exiuit ab illo, nihilq; ei nocuit. Luc.4. Peiores sunt dæmonibus, quia verò hoc faciunt, & nocent ad modum lapidum, necesse est, ꝙ ad modum lapidum, illorum aliquos frangendo seipsos etiam consumunt, usque ab Angelo in infernum mittantur, qui sustulit quasi lapidem molarem magnum, & misit eum in mare, dicens, hoc modo mittetur Babylon, & ultra non inuenitur. Apocal.18. quia fraudulenter nocet amico suo. Prouerb.26.

Frazinus. | Exẽplũ. | Iuppiter.

¶Nec tamen sic amicis nocẽt, quin prius & plus sibijpsis noceãt. Hoc primò ostendetur de ipsis, qui principaliter alijs nocent. Secundò de eorum consiliarijs. Primum patet, ꝙ uidelicet sibijpsis nocẽnt, quia sicut uolens cum manibus suis nudis, super alium ignem, uel lutum proijcere, priùs manus suas comburit & deturpat, & fortè alteri non nocet. Sic isti in nuda uoluntate ignem ponunt malitiæ, ut alijs noceant, qui semper sibijpsis nocent, non tamen semper alijs, quia Deus nõ reliqt hominẽ nocere eis, in Psal.104. sicut patet expresŝè, Luc.10. vbi Christus ait discipulis suis. Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici, & nihil uobis nocebunt. Et si fortè in aliquo terreat, non tamen nocebit. Sicut tonitruus, qui multos frequenter terret, quibus aliud non infert nocumentum: nubem tamen propriam semper rumpit. Sic in proposito, quod eleganter significatum est. 1. Machab.9. vbi aliqui Iudæorum bachidem ad destructionem uocauerunt Ionathæ, qui ueniens, non Ionatham, sed ipsos, qui Ionathæ nocuisse uoluerunt, occidit. Ita isti, qui detra-

Art.3. | 3 Exẽplũ. | Exẽplũ.

ctionibus,

ctionibus, & accusationibus, & falsis suggestionibus, & mendacijs alijs, aliquos contra absentes prouocant, veritate ab homine hoc comperta, vel à Deo in morte ostensa, ipsi damnum reportabunt, & alij euadent, quibus impietas impij non nocebit. Ezech. 33. sed reuertitur ad ipsum impium, & ipsum lædit. Sicut patet per plura exempla & auctoritates. A. 18. 9. Et Prou. 26. qui (inquit) fodit foueam, incidet in eã. Et, qui voluit lapidem ad locum, non proportionatum, sed nimis propinquum & durum &c. supra caput suum reuertetur ad eum.

4 ¶Quòd etiam sibijpsis nocēt: patet, quia nociui triplici se exponunt nocumento, & damno. Primò ad consimile malum sustinendum. Secundò ad maius damnum timendum. Tertiò ad Dei uindictam expectandam. Primum aliquando. Secundum rarius. Tertium nunquàm euadit. Primum patet, quia quando alicui nocet, ad simile damnum se obligat, & simile dãnum frequenter sustinet, sicut patet tam exemplo, quàm sacra Scriptura. M. 3. 14. quàm antiquo prouerbio, quo dicitur. Rusticus iudiciũ dedit, quod idem postmodum sustinuit. Hoc etiã quotidiano uidetur experimẽto, quia vix est ita miser, qui iniuriam patitur, qui non quærat se vindicare. Et ad hoc quandoque inopinatè, & cum omni admiratione pertingit. Et est de ipso, & de alio, qui nusquàm ab eo aliquid se pati posse æstimauit; Sicut accidisse fertur secundum fabulas de Aquila, & Vulpe. Aquila quædam Vulpeculas, scilicet intrepidè rapuit; Et quia in alto nidũ suum habuit, in nullo Vulpis pertimebat vindictam, quæ tamen postmodum arborem cum nido Aquilæ, & pullis eius succendit. Ita, qui alium lędit rem quancunque auferendo, quasi potentior, vel verberando, vel accusando, vel famam lædendo qualiscunque alius sit: frequenter visum est, ꝙ ille uindictã iniustè infert, quam alius iustè suffert, quam & ideo patienter sufferre debet, cogitans legem esse, ꝙ quisque iuris in alterum statuit, eodem iure ipse uti debet. in ff. veteri. lib. 2. titulo prædicto per totum. Cui etiam concordat lex ecclesiæ in Decretali. lib. 1. tit. 2. de constitutionibus. cap. cum omnes. §. cum igitur, in quo continetur, ꝙ qui aliquid impetrauit contra aliquem, in casu contra seipsum esse potest, & sibi prꝗiudiciale, quia ipse idem sustinere debet, quod contra alium procurauit, ut uerbi gratia. Consuetudo forte est in aliqua ecclesia, ꝙ Canonici, tã præsentes, quàm absentes equalem recipiant distributionem. Aliquis qui sperat se semper esse præsentẽ, ꝓcurat ꝓ suo auãtagio, ꝙ solum præsentes distributiones magnas percipiant, postmodum contingit illum esse absentem, quod pro se procurauit, contra eum militat. Cui à Seneca dicitur. Patere legem, quam ipse tuleris. Sic malum contra aliquos procurantes, uel ut famam suam promoueant, aliorum damnum in fama procurantes, frequenter contra eos militant, quæ contra alios procurarũt, & idem amittunt, quod alios amittere fecerunt, uel facere voluerunt. Quibus lex concordat Dei, lex uidelicet tallionis, Deutero. 19. Dentem pro dente, oculum pro oculo &c. quia cum Deus illum, qui iniuriam patitur in causa sua, iudicem non fecit, dum alius ei iniustè nocuit & ipse sibi, uterque alteri iniustè nocet, alter utrunque depauperant suis mutuis accusationibus & multis, quibus possunt, nocumentis. Quos reprehendit sacra Scriptura, dicẽs. Quid nocetis alterutrum. Act. 7.

Exẽplũ de Aqla & Vulpe.

5 ¶ Et si simile nocumentum aliquotiens euadat, timorem tamen sustinendi raro euadit, quia ex hoc, ꝙ alijs nocet, frequenter contingit, quòd omnes illos timet, quibus nocuit, quia aliquando contingit, ꝙ totum regnum & totus populus contra talem surgit tyrannum, uel omnes subditi contra talem baliuum, ipsum maledicentes, & de eo conquerentes. Ex quo accidit,

dit, ꝙ tot timẽt, quot nocuerunt. Vnde Seneca in epistola.16. Securitatis magna portio est, nihil iniquę facere. Cõfusam vitam & perturbatam potentes agunt, qui tantum metuunt, quantum nocent. Idem in Prouerbijs. Rex verò, qui à multis timetur, multos timet. Et ideo regibus peius est quàm seruiẽtibus, quia isti singulos, illi vniuersos timent. Singularis enim persona vnũ dominum vel baliuum fortè timet, sed tyrannus omnes de domino suo &
Exẽplũ. de familia sua. Sicut patet de hoc, quod refert Tullius 2. de officijs. c.7. de Dionysio tyranno, qui non audebat aliquẽ permittere barbam radere. Etiam quãdoque illos de alio regno & dominio timent, quia omnes contra illum surgunt. Nonne ergo in maiori miseria, & timore est Rex, vel magnus tyrannus, qui multa millia timet, qui vitam ei auferre nituntur. Ideo dicit Grego. 12. mor. quòd nihil simplici corde felicius: quia ex quo innocentiam erga alios exhibet, nihil ab alijs pati formidat: habet enim quasi turrim quandã, simplicitatẽ suã, nec suspectus est pati quod se fecisse non meminit. At cõtra semper mens praua in laboribus est, quia molitur mala, quæ inferat, aut timet, ne hoc sibi ab alijs inferatur, sic talem sequũtur desideria multa inutilia nociua. 1. Thim. 6.

6 ¶Et si nec simile sustineant damnũ ab homine illatum cum primis: nec sustinere timeant cum secundis. Nunquam tamen vindictam & damnum, quod Deus eis sustinendum imponit, euadent. Quantuncunque enim damnũ occultè inferant, & sic nec ab homine puniantur, nec puniri timeant ille tamen iustus iudex, qui talia dãna fieri prohibet, totum uidet, & in fine, quot lachrymas, quot suspiria, quot dolores pro iniurijs sibi illatis habuerint, vel ostenderunt, tot testes contra iniuriantes adducet, & eos pro vltimo quadrante, vel ꝓ minimo dãno, quod
Exẽplũ. alijs intulerunt, iustè condemnabit. Ad hoc est historia Petri Damiani, de quodam in mortis trãsitu rapto ad iudiciũ, qui iussus fuit vt rediret, & narrauit, ꝙ tot ictus sustineret: quot Vidua passus fecerat, ꝓ sex denarijs habendis vel lucrãdis, quos ei debeat. Facit ergo Deus in hoc casu, sicut paterfamilias, qui in toto anno considerat quot defectus famuli faciũt, & dissimulat, vsque veniat ad compotũ. Sed in compoto aliquos ſm debita incarcerat, alios ad multa damna restaurãda & emendanda condemnat. Non timeant ergo simplices à potentibus, multa sustinẽtes nocumẽta, quia cum ipsi multas terras, animalia, & larga habeant dominia, tamen ab his, qui pauca habẽt, auferunt: illęsi euadere sperantes, sed ille Deus, qui vidit Dauid vxorem Vriæ accipientẽ; & Vriam quasi occultissimè occidentem, & totum dissimulauit vsque ex ore proprio, per similitudinem de homine habente oues plurimas, rapiente ouem uicini sui unicam, similem & reum se mortis iudicasset. 2. Reg. 12. Ita in proposito, licèt nunc Deus talia videatur dissimulare, in fine tamen nocentes peribunt, qui te uexauerunt. Baruch 4.

¶Secunda etiam huius articuli pars, 7 ꝙ videlicet nocentium cõsiliarij, plus sibijpsis nocent: patet per exemplũ de quodam, de quo fertur in quibusdam chronicis: ꝙ sciens, ꝙ dominus suus in Exẽplũ. hominum exquisito delectabatur cruciatu, uolens ei placere, quoddã genus noui inuenit tormẽti: ꝙ videlicet, homo occidendus, in thauro poneretur æneo: & igne supposito, ibi torqueretur, asserens ꝙ per os bouis ænei, quasi mugiẽdo delectabilem ei faceret melodiã, dñs verò ille statim in consilio illo, ut experiretur, si bene illud genus inuenerat an non ipsum primo in illo torquẽdo & occidẽdo iussit. Et iustè quidẽ, quia nõ est lex ęquior illa, q̃ necis auctorẽ arte perire sua. Et hoc frequẽter accidit, ꝙ idẽ damnũ, quod dñi de cõsilio taliũ alijs faciũt, idẽ postmodũ ipsis faciant cõsiliarijs. Nec hoc alicui mirũ esse debet, quia tota ecclesia pro

omni tali orat, ꝙ ita ei contingat, dicens. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet, in Psal. 7. Apostolus etiam ad Philemonem, quasi in persona talis orat, dicens. Si aliquid nocuit aut debet. s. dominus talis, hoc mihi imputa, ad Phile. c. vnico. Nota de ista materia. i. de pęna consiliariorum malorum. C. 11. art. 9. per totum.

Art. 4. ¶Sed sicut prędicti tripliciter nocẽt: tripliciter se excusant. Communiter nanque, qui alijs nocent, aut nocent rebus, aut personæ, aut famæ, res auferendo: personam ledendo, uel occidendo: famam denigrando.

8 ¶Primi vero inferentes nocumentum, ut frequenter, uel sunt domini iniusti, uel eorum ministri. Primi in uno morãtes loco se excusant de damnis per ministros suos illatis, quia hoc ignorant. Secundi se excusant de dominorum suorum præceptis. Sed isti molares inferni: ita immunes sunt veraciter à nocumentis talibus, & pauperum fractionibus, sicut sunt molares à fractione grani, & non plus, quia sicut unus de lapidibus illis, in pace iacens, & alius currens grana minuunt: Ita in proposito, isti quibus loquitur Deus. Esa. 3. Rapina pauperis in domo vestra, quare atteritis populum meum, & faciem pauperum cõmolitis? Quibus dicitur. Esa. 33. Væ qui prædaris: nonne & ipse prædaberis? Ex quo fine & effectu patet: quòd stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupiunt. Prouerb. 1. No. V. 10. 13. Cupiunt inquit sibi noxia. i. aliorum bona, quæ in fine erunt eis noxia & nociua. Et cùm propter talium cupiditatem, ministris lupinis subditos suos tradunt regendos, quomodo ergo dominum omnium, id est, apud Deum excusabuntur uel tradentes, uel deuorantes, de quibus oues apud Deum lamentabiliter conqueruntur dicentes. Dedisti nos tanquàm oues escarum, & in gentibus dispersisti nos, in Psal. 43. Habendo insuper respectum ad hoc, quod frequenter faciunt, tradẽtes illis, qui diu illis seruierunt talia officia: & populi regimen, ubi nõ sunt certa bona annexa: sicut patet. D. 12. 8. Potest tali domino uel dominæ dici illud qđ sequitur. Vendidisti populum tuũ sine pcio, scilicet auri, uel argẽti. Cuius pęna in lege determinatur Dei. Exo. 21. Qui furatus fuerit hominum, & vẽdiderit, conuictus noxę, morte morietur.

¶Secundi uerò, id est, insidiantes ad aliquẽ verberandum, uel occidendum, multis annis ad confessionem & communionẽ vadunt: nescio qua conscientia, à quibus si requiratur, si aliquem odio habeant: dicent, ꝙ non: & tñ diu expectant, & tempus requirunt nocendi, uel si hoc non quærant: saltẽ quãdo casus inopinatè occurrit, qui eis prius nocuit, uidentes potestatem illorum maiorem, tanquàm latrones de cauernis suis in illum insiliunt: & crudeliter se uindicant, quod quidẽ opus sequẽs ostẽdit, qualẽ prius habuerunt charitatẽ, quomodo eñ ita citò ignis odij & uindictæ de sinu suo exiliet, nisi prius ibi absconditus fuisset. Ille ergo ignis tam subitò exiens, & alteri nocẽs, ostẽdit, ꝙ prius in anima sua fuit ignis, sibijpsi nocẽs: qui fecit, ꝙ nec absolutus fuit, & ꝙ ad damnationem propriam ad communionẽ accessit. De tali ergo potest dici illud. Apoc. 22. Qui nocet prius, scilicet, sibijpsi per ignẽ odij: noceat adhuc. i. nocebit adhuc proximo, quando tempus capta uerit oportunũ. 9

¶Tertij nociui nocẽtes in fama, qui licèt aliquem in peccato comprehendere nituntur, ei insidiantes: quem deprehẽsum: nisi aliquis eis dederit, diffamant, dicentes: quòd nos non diffamamus illũ, sed opera sua, qui si aliquid recipiant ne diffamẽt: tam iniustè illud accipiunt: sicut latro aliquid accipit: ut sinat aliquem viuere. Si verò nihil accipiant: & ideo peccatum publicant, dicentes, ꝙ opera sua ipsum diffamant: uerum dicunt: tantum pro illis, qui opus illud uiderunt, & non pro alijs, quibus ipsi detrahentes, ipsum diffamant: quorum pęna per 10

compa-

comparationem patet ad fures, & homicidas, quia quod preciosius est, furantur, sicut patet. D.6.27. in fine, ergo ne noceas. Gen.21.

¶Obedientia. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Obedientia bifariam exhiberi potest; malè, & bene: auari; carnales; ac quicunque tentationibus, mendacibusque promissis Diaboli, vel ministrorum eius deseruiunt; malè obedire dicuntur.*

2 *Qui Deo, eius custodiendo mandata; quique eius ministris humiliter parent; ij bene obedire censendi sunt. num.3.*

4 *Omnibus superioribus, tùm bonis, tùm mordacibus, ad proprium vitandum damnum, obediendum esse, non ignores.*

5 *Obedientiæ potestas talis, tantaque creditur; vt obedientis animam omnibus virtutibus ipsa repleat.*

6 *Deo, eiusque ministris obedientibus, omnes creaturæ obediunt; vt pulcherrimis declaratur, ac innotescit exemplis. num.7.*

8 *Septem modis, videlicet, libenter, simpliciter, hilariter, velociter, viriliter, humiliter, ac perseueranter, Deo, eiusque ministris obediendum esse, apposite enucleatur. nume. 9. 10. 11.12.*

13 *Tres alijs septem præmissis modis apponuntur; vt denarius numerus efficiatur: ac ita tot inueniantur modi Deo, eiusque ministris per mandatorum Dei expletionem, obediendi; quot inobedientiæ modi existunt, per decem præceptorum Dei transgressionem. num.14.*

15 *Nonnullis exemplis, rationibus, & authoritatibus ducimur, atque arctamur; vt præhabitis modis, rationibusque obediamus. nume. 16. 17. 18.19.*

20 *Quibus præuisis modis obedientes; multis vtilitatibus in eorum præmium afficiendos esse, minimè verearis. num.21.*

22 *Inobedientes autem in hac vita deprimendos, in alia verò æterna morte plectendos, quis dubitat?*

OBedientiæ, Primò ostendetur distinctio. Secundò virtus. Tertiò modus. Quartò ratio. Quintò vtilitas.

¶Quantum ad primum, obediunt quidam malè, & quidam benè. Malè obediunt primò auari: qui ad damnationem propriam fęnerando, rapiendo, pecuniæ obediūt omnia.i.in omnibus malis. Eccl.10. Malè nanque tali obediunt domino: cuius obedientia est fames: præmium, seu stipendium, pęna est inferni. Secundò carnales, qui in gula, accidia, luxuria & huiusmodi suis obediunt concupiscentijs. Tales malè obediunt pręlato, & maledicto imperanti: cuius obedientia est peccatum, & destructio tam corporis quàm animæ. Propter quæ mala Apostolus nos hortatur, dicens. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis cōcupiscētijs vestris. Rom.6. Tertiò, quicunque tentationibus & mendacibus promissis diaboli, vel ministrorū eius: de quibus habetur. M.9. 48. obedit. Tales enim maledicto prælato obediunt, quia vilissima imperat, sicut magna iuramenta: Et quæ maior vilitas vel inciuilitas quàm vilipendere Deum suum? Et etiam laboriosa & tædiosa, sicut iram, odium, & huiusmodi. Et periculosa, sicut periura & huiusmodi, & tamen multi eis in talibus obediunt, de quorum quolibet. Prouerb.17. Malus obedit linguæ iniquæ: & fallax obedit labijs mendacibus. Omnes prædicti malo obediunt ductori, quem sequendo in infernum submergentur, sicut

Art.1. 1

Ægyptij sequentes Pharaonem, vbi Moysi obedientes illæsi euaserunt. Si verò dicere voluerint, quòd peccando diabolo, & prædictis malis non obediunt: & sic obedientiam quā opere ostendunt: ore negauerint: eos conuincit Apostolus, dicens. Nescitis, cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius. Rom. 6.

2 ¶Bene obediunt. Primò generaliter omnes Deo: qui eius custodiunt mandata: scientes, quia obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Act. 5. Secundò omnes humiliter qui eius obediunt ministris: sicut discipuli magistris, & filij patribus: ammonitioni acquiescentes Apostoli, qui dicit: Filij, obedite parentibus in domino. Ephe. 6. Et licèt prima omnibus sit necessaria ad salutem: maximè tamen, qui alijs præsunt, aliorumque obedientiam requirunt, illa indigent: vt suo exemplo subditi ad obediendum eis prouocentur: ex hoc quod tam humiliter illos Deo vident obedire, vel si in tantum ad malum sint indurati, quòd suo exemplo ad obediendum prouocari noluerint: saltem sine scrupulo maculæ, & sine obedientiæ propriæ remorsu, vel improperio inobedientiam possit subditorum vindicare: & eos disciplinæ stimulis ad obedientiam inclinare. Sic nanque informat eos Apostolus, dicens: In captiuitatem redigentes omnem intellectum, in obsequio Christi, & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam: cum completa fuerit vestra obedientia. 2. Cor. 9. Hoc tamen aduertant, qui ista vti voluerint apostolica doctrina, & cautela, quòd homines ad bonum dispositos, melius vultu placido, & quasi ex charitate rogando, & sanctitatem & obedientiam Deo ostendendo, & in his quæ ratio dictat, eis condescendendo ad obediendum eis inclinabunt, quàm ex timore iubendo, & auctoritatem suam ostendendo. Subditis ergo aliquid rationabiliter petentibus debet prælatus eis quodammodo obedire: ut sua obedientia ipsi ad obediendum ei in alijs prouocentur. Sic enim seniores & saniores docuerūt Roboam subditos suos ad obediendum ei inclinare, dicentes. Si hodie obedieris populo huic & seruieris, & petitioni eorum cesseris, locutusq; fueris ad eos verba lenia: erunt tibi serui cunctis diebus. 3. Reg. 12. Quod quia facere noluit: nec populus obediuit ei.

¶Secunda vero illis est necessaria, 3 qui aliorum regimini subduntur, & specialiter in regimine animarū, quia si subditi ministris Regis, qui solam habent custodiam corporum & rerum, eis obediunt, qui à rege mittuntur, in his quæ ad regimen pertinent corporum vel rerum, non solum morigeratis: & bene viuentibus & bonis, sed etiam, secundum Petri Apostoli doctrinam, discolis. 1. Pet. 2. maximè hoc facere debent subditi quicunque his qui regimen habent animarum: quod regimen, quia nobilius & dignius est, promptiorem requirit, & humiliorem obedientiam: & non solum illis obediatur, qui Deo obediunt, & quod imperant implent, & quod docent operatur: sed etiam alijs. Hoc nanque docuit Christus. Matth. 23. dicens. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisei: omnia quæ dixerint vobis, facite: secundum vero opera illorum, nolite facere. Et est doctri- Exēplū. na nimis apertam habens rationem: quia sicut mancus bene potest loqui & docere, & transeuntibus rectam ostendere viam: ita nō operans viā cęli. Et pictor turpis pulchrā facere imaginē: & alterum docere quomodo pulchrā faciat imaginē: nec peregrinus doctrinā de via recta cōtemnit, quia à manco vel impotenti ad ambulandū docetur: nec discipulus pulchrā contemnit doctrinā fedi pictoris. Ita nec nos cōtemnere debemus viā Cęli: qa à nō ambulantibus per eā docetur: nec negligere pulchras in anima virtutū depingere

imagines,

imagines, quæ à turpi docetur pictore.

4 ¶Licèt ergo pęnales sit, & quodammodo contra voluntatis inclinationẽ, melancolicis, & mordacibus obedire superioribus, eisque subesse. Quia sicut est graue & pęnale radi à rasore malo, & cum nouacula obtusa, vel dendata: vel vbi non præcedit debita madefactio. Ita vbi est superior malus, habens correctiones mordaces & contentiosas, quas non lenit benignitatis, & compassionis, & dulcedinis madefactio: tamen omnibus est obediendum in his, quæ rationabiliter imperant. Et reuera quandoque obedientia sub discolis est patientiùs tolerãda, quàm sub modestis & virtuosis, quia qui raditur sub omni rasore patienter sustinet: tamen patientiùs & quietiùs sub manu mali rasoris, quia ipse citiùs lædere posset. Ita in proposito, uoluntarius, & festinus, & melancolicus superior, citiùs faciet vnam verecundiã subdito, non statim obedienti, quàm bene ordinatus. Est ergo omnibus obediendum ad vitandum damnum proprium, quia sicut sub omni rasore plus patitur, q pilos habet rigidos, & quasi nouaculæ contrarios. Ita sub omni prælato vel superiori plus patitur, qui voluntatẽ habet duram, & correctioni contrariam, qua culpam defendit, & corripientem contemnit: quia qui duta ceruice corripientem contemnit, repente superueniet ei interius, & eum sanitas non sequetur. Prouerb. 19. Ergo obedias uoci eius, & illi adhæreas. Deutero. 30.

Artic. 2. ¶Quod si feceris, tanta erit obediẽtiæ tuæ uirtus & potestas, quòd primò animam tuam omnibus uirtutibus replebit. Secundò omnia tibi obedientia
5 faciet. Primum patet, quia sicut inobedientia fundamentum est: & radix cui omnia innituntur, & de qua omnia pullulant vitia, sicut patet. Gen. 3. vbi Adam vxori suæ obediens, & Deo inobediens, cui à Deo dictum fuit, quia obedisti uoci uxoris tuæ, &c. Radix incepit esse omnium peccatorum vsq; in pręsentem diem. Rom. 5. Per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi. Sic eius contrarium: scilicet obedientia radix est, & fundamentũ omnium virtutum: quas secum ducit, & mentibus sanctis inserit, insertasque custodit. Vnde beatus Grego. 35. mor. allegans illud. Prouerb. 21. Obediens loquetur victoriam: dicit, quòd obedientia uirtus est, quæ uirtutes menti inserit: insertasque custodit. Qui Exẽplũ. ergo mentem vel voluntatem aridam & rigidam & infructuosam uirescere, & fructificare desiderat facere, modum teneat boni hortulani, qui ramusculum arboris nobilis, arbori inserit agresti, ex quo quæ fructum agrestem vel nullum portare solebat: nobilem portat & uberem. Ita talis ramusculum menti suæ inserat obedientiæ, & incipiet fructum facere copiosum. Quod eleganter in uitis significatum est patrum, in quibus continetur, quod arbor totaliter desiccata, postquam quidam discipulus ad magistri sui præceptum per tres annos omni die de longinquo aqua portata, irrigata fuisset: ut tali labore ocium à discipulo fugaret, & obedientiam probaret, arbor refloruit, fructum attulit: quem magister per cellas fratrum portans, eis fructum ostendit obedientiæ. Ex cuius quidem miraculi euidentia apertè datur intelligi, quòd sicut arborem exterius, ita animam interius uirtutibus obedientis uires reflorere facit, & fructificare. Propter quod Petrus omnes hortatur, dicens: Animas uestras castificantes, in obedientia charitatis, & fraternitatis amore, &c. 1. Pet. 1. Quod si feceritis, omnia erunt uobis obedientia: quantum ad secundam huius articuli particulam.

¶Cuius particulæ ueritas. Primò 6
patet in natura rationali, tã in Angelis bonis, quàm q in hominibus Deo obedientibus humiliter custodiẽdo, &

seruiendo obediunt, sicut patet. A. 22. 5. quàm etiam in Angelis malis, per hoc quod discipuli Deo obediẽtes dixerunt: Dæmonia nobis subijciuntur in nomine tuo. Luc. 10.

¶Secundò idẽ patet in natura irrationali, per exemplum quod in vitis Patrum legitur, de quodam patre, qui Abbas Paulus dicebatur, qui uolẽs discipulo suo Ioanni uirtutem ostẽdere obedientiæ, præcepit quod ad nemus iret, & fimum boum sibi portaret, in talibus enim uilibus experiri voluit, an promptè obedire uellet, qui cùm se excusaret, & non audebat, quia Lęena in loco illo morabatur: præcepit, quòd illam etiam adducet, ad quam cum discipulus, tanquàm perfectè vsque ad mortem obediens veniret, & ex parte magistri sui pręciperet, ꝙ secum veniret, statim ad modum canis ipsum quò uoluit, sequebatur. Ex quo patet, quòd maiorem obtinuit discipulus ille victoriam mediante uirtute obedientiæ, quàm fortissimus pugil fecisset, mediante fortitudine sua, cum qua Lęenã aggredi ausus non fuisset, nec superasset, uel ei obedire fecisset. Ex quo palam ostenditur miraculo, quòd in discipulo illo uerificatum fuit, quod prædictum fuit per Salomonem. Vir obediẽs, loquetur uictoriã. Prouer. 21. Quæ quidem auctoritas, licet de illo, qui carnẽ seu voluntatem vincit propriã, intelligi possit, per expositionem beati Grego. 35. Mor. dicentis. Vir (inquit) obediẽs loquet᷑ victoriã, qa dũ alieni voluntati humiliter subdimur, nosmetipsos ĩ corde superamꝰ, & Deo & superioribus obediẽter & laboriosè seruiẽdo, nosipsos quodãmodo mactamus. Propter quã mactationẽ dr̃: ꝙ melior est obediẽtia, ꝙ̃ victimę. 1. Reg. 15. Per beatũ Grego. ibidẽ. iure (inqt) obediẽtia victimis ꝑponit᷑, quia ꝑ victimas aliena caro, ꝑ obedientiam ꝓpria caro mactatur. Potest tamẽ non incongruè de prædicto dici discipulo, qui magnã loqui potuit uictoriam: quã de Læena obediendo obtinuit: ut de illo meritò dicatur, uir obediens, &c.

Exẽplũ.

¶Tertiò idem patet in natura insensibili. Primò in aqua, per hoc quod scribit beatus Grego. 2. Dialogorum. c. 7. de Mauro beati Benedicti discipulo, qui ad patris ꝓceptũ frequẽter currens, cũ plus intenderet patris implere ꝓceptũ, & minus pedis vel corporis aduerteret pericula, sup aquã ambulauit, aqua illi obediẽs, ipsum portauit, sicut & Petrũ, ꝙ magistro suo obediẽs de naui exiẽs, sup aquas ambulauit. Matt. 14.

¶Secundò per hoc quod in collationibus scribitur patrum, de discipulo Abbatis Columbani, qui cum de dolio potum traheret, ab Abbate vocatus, tãtum festinauit obedire: ꝙ clepsedram in manu sua portauit, nec tamen gutta exiuit de dolio. Tertiò ꝙ sol obediuit uoci Ezechiæ regis. 4. Reg. 20. Et etiam scribitur de Iosue. Iosue 10. Nec mirũ, si oĩa insensibilia Deo obedientibus, obediant: quia hanc potestatẽ eis dedit Deus. Luc. 17. vbi talibus ait. Si habueritis fidẽ, vt granũ sinapis, dicetis huic arbori moro eradicare, & trãsplantare in mare, & obediet uobis. Nec putandum est, ꝙ propter illos tantum, quo huiusmodi obedientię uiderunt miracula, tales tanquàm magnas obediẽtiæ euidentias, in omni natura, & creatura ostendere dignatus est Deus, sed etiam propter nos, ut sicut legimus, ꝙ omnis creatura eis obediens fuit, nec potestatem habuit eis nocendi, dum ipsi obedientes fuerunt Deo, atque eius ministris. Ita credamus per exempla de obedientia rationalis creaturæ, ꝙ nec dæmones nobis nocere possent, ad nostrũ dãnũ finale, si Deo, ecclesię, & eorũ ministris obediẽtes fuerimus. Ex secundo vero de exẽplis, scilicet natura irrationali. de Lęena dat᷑ intelligi, ꝙ nec bestię nec ferę quãtũcunq; nociuę, nobis nocẽdi haberẽt potestatẽ, si hoc emulatores fuerimus. Ex tertio, scilicet, ex creaturis insensibilibus, dat᷑ intelligi, ꝙ nec aquę, nec pluuię, vel siccitates, vel q̃cunq; tẽpestates nobis nocerent, sed potius obedirent, si Deo obediẽtes fuerimus:

Exẽplũ.

rimus: cui uentus & mare obediunt. Matth. 8. quia omnia prædicta uoci .i. orationi obedirēt hominis. Nec mirū, quia ipse omnium prędictorum auctor voci obediuit hominis obediētis, sicut per hoc, quod de illo scribit. Iosue 10. Non fuit (inquit) ante, nec postea, tam lōga dies obediēte Deo voci hominis.

Artic. 3. ¶Quia uerò ipsa uirtutis circunstantia est modus, sicut ostensum est. D. 8 1.
8 In hoc articulo vtile videtur tantę virtutis modum ostēdere, vt omnes ęqualiter tam Deo, quàm ecclesię atq; eorū obediendum est ministris. Circa q̄ duo sunt dicēda, quia primò ponendi sunt obedientiæ modi, seu gradus s̄m Bern. Secundò eis alij addendi sunt modi. Quātum ad primum s̄m Bern. in sermone de uia uitæ, septem sunt obediētię gradus: vt, scilicet, obediatur libenter, simpliciter, hilariter, velociter, viriliter, humiliter, indesinenter seu perseueranter.

¶Primò libenter, quantum ad affectionem uoluntatis: contra murmurātes, similes dæmonibus Marc. 1. Spiritus immundus exclamās uoce magna exiuit. Et Marc. 9. Exclamans, & multum discerpens eum exijt. Isti dęmones obedierunt præcipienti, se non libenter, sed cum clamore, & improperijs exierunt de habitaculis suis. Sic nōnulli obediunt tam Deo, quàm suis superioribus, sed cum murmure, & de omnibus suis ad laborandum & fructificandum cum clamoribus, & superiorum suorum disceptionibus, & detractionibus exeunt, sicut dęmones prædicti, qui non obediunt euangelio. 2. Thessal. 1. supple libenter.

9 ¶Secundò simpliciter, seu generaliter & uniuersaliter, ut obedientia nulla interueniente exceptione simpliciter quo ad omne tēpus, & omnia opera sit parata. Ad omne tempus quidē, quia sic religiosi profitentur dicentes, Ero obediens tibi, tuisq; successoribus vsque ad mortem. Ad omnia verò opera se extēdit in tm̄, q̄ s̄m regulā beati Benedicti, si p̄latus aliquid impossibile p̄cipiat, subditus obtēperabit, si poterit adimplere. Et licet obediētia sic generaliter ad oīa se extenderit, non tn̄ ad peccatū, nec ita q̄ obediendum sit alicui contra Deum, & Dei legem. In tali enim casu, quilibet exēplū capere deberet illius p̄bi adolescētis. 2. Mach. 7. qui dixit. Non obedio pręcepto Regis, sed præcepto Legis, quę data est nobis. Qui enim nō generaliter, sed in beneplacitis, & non aduersis obediunt, non quærunt à domino: Domine, quid me vis facere, sicut Paulus, sed volunt vt dominus quærat, quid vis vt faciam tibi: sicut Guido. R. 5. 2. Contra pręceptū Apostoli, qui dicit: Serui, per omnia obedite dominis uestris. Col. 3.

¶Tertiò hilariter. Pro quo est sciendum, q̄ hæc circunstantia supra duas addit præcedētes, quia nonnulli videntur implere obedientiam libēter, quia non contradicunt, & simpliciter, quia nihil dimittunt, non tamē faciunt hilariter, quia obedientiam grauiter in corde portant, quibus contingit sic se sub iugo habere obedientiæ sicut boues, aut alia animalia quęcunque sub onere sibi imposito, qui libenter ire videntur, quia stimulis non audent resistere, & simpliciter, quia de onere imposito, nihil dimittere possunt, non tamen hilariter, quia onus obedientiæ grauiter portant, & libenter deonerati essent. Sic in p̄posito de illis, qui onus obedientiæ grauiter portāt, qui ad hoc q̄ iugum domini hilariter & faciliter portarent: cautela, seu arte vti deberēt, qua utuntur, qui onus graue ducere volunt faciliter. Tales nanque onere tali ponderoso, duo corpora supponūt rotunda, sicut duas rotas in curru, vel volutabilia artificiose facta: quibus suppositis, faciliter ducitur, quod graue ad ducendum videbatur. Sicut prędicti, qui graues se sentiunt & ponderosos ad ponderandum, & portandum onus obedientiæ sub cogitationibus suis, seu onere: illo duo ponunt rotunda, sicut pęnam infinitam ad modum corporis circularis, quæ inobo-
10 (beside "¶Tertiò hilariter") — Exēplū. (beside "volunt faciliter. Tales nanque onere")

dientibus debetur, & gloriam infinitam, quæ obedientibus debetur, & faciliter & hilariter onus portabunt obedientiæ, dicentes: Omnia, quæ locutus est dominus, faciemus, erimusque obedientes. Exod. 24.

11 ¶Quartò uelociter, seu festinanter, quantum ad promptitudinem executionis. Exemplum ad hoc in vitis Patrum de monacho, qui incepta hac litera, o, in scribendo, cum eum Abbas vocaret, reliquit literam inchoatā imperfectam, qui ad librum rediens, literam auro perfectam fertur inuenisse. Huius ergo exemplo cum maxima obediendum est uoluntate, quia ſm Bern. in sermone de uia uitæ, fidelis obediens nescit moras, crastinum fugit, præcipientem præripit, parat oculos uisui, aures auditui, linguam uoci, manus operi, pedes itineri, & totum se colligit, ut uoluntatem impleat imperantis, more nautarum, seu marinariorum, qui in his, quæ ad nauis pertinēt gubernationem, pręcepto naucleri cum maxima obediunt celeritate. Ergo à fortiori ratione, ei faciendum est, qui nauem ecclesię habet gubernare. Talis ergo subditus esse deberet, ꝙ superior de eius gubernationis obediētia ueraciter dicere posset, illud. Psal. 22. In auditu auris obediuit mihi. Contra quem obediētiæ modum proh dolor nonnulli faciunt, quantum ad Deum: qui, videlicet, vitę suæ conuersionem differunt. Et quantum ad Dei ministrum, qui ne eius mādato pareāt, multas quærunt occasiones, causas fictas excogitantes, fingentes, & allegantes: sicut patet. I. 4. artic. 2. per totum. Et finaliter impotentiam: ad modum equi habentis lespanium, qui quando de stabulo egredi debet, propter tibiæ claudicat rigiditatem. Sic illi quando ad aliquid, quod est contra eorum voluntatem, egredi vel aggredi debent, se claudos discalciatos fingunt, uel impotentes propter animæ rigiditatem.

Exēplū. Tales reuera imaginibus assimilantur, quæ gallicè garrulę uocantur, quæ in istis magnis edificijs os, quasi flendo, aperiunt, & vultum tristem, quasi onus impositum ferre non possent, se ostendunt: quibus tamen nihil minus superponitur, quàm si os non aperiēt. 12

Ita isti os aperiunt, causas allegantes, ꝙ onus impositum portare non possunt: vocem emittunt miluinam, quasi plangentes adouidem. Sed tamen nihil eis minus imponas, sed plus, quia duplici contritione contere eos dn̄e. Hiere. 17. Primò dure eis loquendo, & duriora eis in pane & aqua imponendo, & nihilominus postea faciant, quod faciendum est pro salute, ut sic in processu suo illi assimilentur rustico, qui potius elegisse legitur, quinquaginta cepas, quàm sustinere quinquaginta ictus, vel magnā, quam dominus postulauerat, dare pecuniam. Sed cùm tot cepas comedisset, & tot ictus sustinuisset: ꝙ plures nec comedere nec sustinere poterat: pecuniam, soluit primò requisitā. Tu prēlate vade fac similiter cum eo, qui superbierit, nolēs obedire sacerdotis imperio. Deut. 17. Exēplū.

¶Quintò viriliter, vt viribus non parcant, qui largo seruiunt remuneratori.

¶Sextò humiliter, vt iuxta doctrinā veritatis. Luc. 17. Cùm feceritis omnia, quę pręcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.

¶Septimò perseueranter, quantum ad obedientiæ continuationem vsque ad mortem. Exēplo Christi, qui factus est obediens vsque ad mortem. Phil. 2. Scientes, ꝙ qui offenderit in uno, factus est omnium reus.

13 ¶His septem obedientiæ modis tres addendi sunt, ut tot inueniantur modi Deo, & ministris eius obediendi, per mandatorum Dei expletionem, quot inueniuntur inobedientiæ modi, per decem pręceptorum Dei transgressionem. Ad hoc ergo, ꝙ decē ostēdantur obedientię gradus & modi, necesse est, ut cum septem primis obediatur fideliter, sapiēter, & amabiliter.

Fideliter

Fideliter quantum ad rectitudinē intentionis duplicis, tam uidelicet præcipientis hominis, quàm etiam præcipientis Dei. Præcipientis hominis vt intentio subditi potius sit superioris sui mentem, quàm uerba implere: qa dicit regula iuris in sexto: ꝙ certū est: ꝙ is cōmittit in legem, qui legis uerba cōplectens, cōtra legis nitit̄ uoluntatē. Gl. dignum ponit exemplum in his uerbis. Et inquit, ꝓhibitū: ne præsides prouinciarum, uel alij, qui prouincias regunt, accipiant à subditis munera: si permissum est, ꝙ accipiant esculēta & poculenta: quæ si ad munerum trahātur qualitatem, uidentur legis uerba amplecti, sed offendere uoluntatem: vnde faciunt fraudem legi. Sic, q mēti non paret pręcipiētis, qn̄ uerisimiliter coniecturat: ꝙ non sic obedit sicut pręcipiēs ipsum ad obediendum obligare intendebat: non fideliter obedit: & si faciat, qđ uerbis expressum fuit. Vbi ergo lex, uel Iudex quicunque aliquid præcipit in generali: sub quo, uel infra quod pręceptum multi casus contingere possunt: ut magna rerum & euētuum uarietas accidit, quæ omnia in particulari in legis datione: nec præuidebantur: & per consequens: nec de eis declaratio legis, uel pręcepti fieri potuit. Sicut uerbi gratia. Lex data est in aliqua ciuitate, quòd nullus peregrinus murum ascendat ciuitatis, propter timorem proditionis. Contingit postea, quòd peregrini infra murum ciuitatis obsessæ uident inimicos ad murum ascendere, ut ciuitatem capiant, nec aliquos uident ad defensionem ciuitatis paratos: ipsi peregrini ascendunt: & ipsis inimicis deiectis, ciuitatem defendunt: nunquid isti peregrini reputari debeant legi inobedientes? uidetur quòd non: quia legis & iudicis obediunt menti: & si non uerbis: ipse enim præcipiens, uel legem illam statuens: si casum illum præuidisset in singulari: uel præsens fuisset: factum approbasset. Vide leges concordantes. P.1.29. In omnibus ergo talibus legibus, & præceptis, & circunstantijs contingentibus, ſm Philosophum. 5. ethicorum. Et secundùm sanctum Thomam, secunda secundæ. q. 120. articu. 1. uirtus subdito seruire debet: quæ greco uocabulo epikeia uocatur: quæ ordinat nos circa singularia, in quibus nō possumus uerba legis sequi, quę datur in generali ad hoc quod conueniens sequatur effectus. Et dicitur ibidem articu. 2. quòd hęc uirtus, pars est iustitiæ, & regula omniū humanorum actuum: qui fiunt, uel fieri debent in singulari, sub lege generali. Et ponit prædictus doctor, ubi supra, exemplum ad hoc de deponente gladium suum, apud aliquem: lex depositi vult: quòd depositum reddatur deponenti, quando illud petierit. Ponamus, quòd postquàm deposuit, furiosus efficitur: & in furia gladium suum non tenetur reddere: nec propter hoc fit legi de deposito reddendo inobediens. Nec est cōtra illud quod dicitur. I. 4. 6. licèt in primo aspectu uideatur isti sententiæ multùm contrarium: quia ibi ponuntur inobedientes mandato in speciali: tam scilicet menti mandantis quàm etiam uerbis. Hic autem laudantur inobedientes uerbis legis in generali: & obedientes menti illius in speciali. Ibi enim dux ille & princeps præuiderunt effectum bonum qui fortè contingere potuit: & tamen, quia non fuerunt certi de illo effectu: propter periculum uitandum: etiam in speciali talem prohibuerunt congressionē: & ne etiā huiusmodi factum à sequentibus traheretur ī exemplū: ab alijs ꝑsumptuosis militibus: qui quotidie huiusmodi facere possent insultus: sed non quotidie præualere. Prædicta uerò lex de peregrinis nō ascendentib⁹ murū, non fuit in speciali data: ne aliqs inimicos murū ascendētes inuaderet & ꝓpelleret: sicut fuit illa de Torquati filio, ne inimicos inuaderet. Illis. n. præceptum fuit in speciali, ne inimicos inuaderēt. Exēplū.

Istis

Istis autem murum ascendentibus in speciali præceptum nõ fuit, ne inimicos ciuitatis propellerent:sed in generali,& in suo antecedente tãtum. Nec istud frequenter in exẽplum alijs cõtingere potest. Ille eñ inuasitisti uerò propulsauerunt inimicos.Primum fuit præsumptionis. Secũdum defensionis.Primum uoluntatis.Secundum necessitatis.Et per hoc responderi potest ad accusatores illius, de quo dicit Seneca, 5.declarationum : ꝙ bello orto in quadam ciuitate : de sepulchro viri fortis,arma suscepit, & hostes deiecit:postea accusatur sepulchri uiolati:allegatur pro eo , quòd hic necessitas fuit quæ naui iacta exonerat: & quæ ruinis incẽdia opprimit:& quòd necessitas est lex temporis: quãdo aliquid non fuit legitimę cum legibus: hoc est , quando aliqua necessitate superueniente, lex ad uerba teneri non potest.Sicut ergo lex in generali data, de deposito reddendo, nõ arctat legis subditum ad reddendum gladium furioso in speciali , quia malum cum illo facere posset: & furia magnam dat præsumptionem ꝙ faceret.Ita nec lex in generali data:ne aliquis murũ ascẽdat peregrinus: non prohibet in speciali, ne peregrinus ciuitatem defendat.Lex uerò de hostibus non inuadẽdis,specialis est. Sic ergo ex omnibus patet prædictis , ꝙ subditus intentionem cordis sui in obediendo inclinare debet ad intentionẽ præcipientis. Et ad hoc informamur & hortamur. Iosuæ 45. Inclinate (inquit) corda vestra ad dominum Deum Israel.Dixit autem populus: domino Deo nostro seruiemus , & obedientes erimus præceptis eius.Item etiam ꝙ fideliter obediat rectè ordinans intentionem suam: quantum ad intentionem præcipientis Dei:lucrum,uel fauorem nõ intendens mundi: sicut hypocritæ faciunt:sed ex corde, quantum ad Deũ, & propter Deum:qui omnia intuetur: faciat & obediat in omnibus , in quibus obediendum est, vt de omnibus talibus dici possit:illud Rom.6.Obedistis ex corde in eam formã doctrinæ,in qua traditi estis.

¶Nono sapienter : quantum ad discretionem rationis:ut sciat cui , & in quibus obediendum sit : exẽplo illius qui dixit.2. Mach.7.Non obedio precepto regis, sed præcepto legis.

¶Decimo amicabiliter quãtum ad affectionem: ut non obediat ex timore : sicut seruus maliuolus magistro suo murmurando,& quasi inuitè propter timorem : quia secũdùm Bernar. in sermone quodam : qui prælatum suum iudicat & de iussis eius murmurat : quàmuis impleat quod iubetur: nõ est hæc uirtus obedientiæ:sed uelamen nequitiæ. Sed ex charitate & filiali amore: sicut benign⁹ filius obedit patri.Et hoc est quod dicit August. in regula. Præposito tanquàm patri obediatur. Et apostolus. Eph.6. Filij, obedite parentibus uestris: non tantũ carnalibus : sed etiam spiritualibus. Quia uerò istam filialem obedientiã, duos necesse est habere comites: dicit Petrus in canonica sua.1.Pe.1.Succincti lumbos mẽtis uestræ:sobrij & perfecti: quantum ad primum comitem scilicet castitatem:sperate in eam,quæ uobis offertur, gratiam:in reuelationem Iesu Christi, quasi filij obedientiæ quantum ad ipsam obedientiam filialem : non configurati prioribus ignorantiæ uestræ desiderijs:sed contemnendo sęcularia & terrenarũ desideria:per secundum comitem uolũtariam,scilicet, paupertatem. De illis verò,qui sic obedientiam implent cũ dilectione põt dici.illud Ecclesiast.3. Filij sapientiæ ecclesia iustorũ : & natio illorum , obedientia , & dilectio. Quòd uerò sic obediendum : sit , ad hoc , ut ad regnum, perueniatur ęternum. Primò exempla mouent. Secundò ratio arctat. Tertiò auctoritas ligat.

¶Quãtum ad primum, tria occurrunt exempla: quorum primum ostẽdit, ꝙ est obediendum in humilibus. Arti. 4.

Secun-

15 Secundum uerò ostendit, quòd in tali obedientia est fortiter perseuerandũ. Tertium ꝙ talis obedientia obedientem in uia gratia, patria in gloria ornabit. Primum patet per exemplũ de corpore rotundo, quod cùm difficultate ad loca ascendit alta: & faciliter cũ paruo tactu, ad loca descendit, & inclinatur humillima. Sic cor religiosi cum difficultate mouere se deberet, & obedire in his, q̃ honoris sunt & gloriæ mundanæ, uel dignitatis terrenæ: sed faciliter cum leui linguæ tactu, se mouere & obedire deberet, in his, quę humilitatis & utilitatis sunt & laboris, glorificantes Deum in obedientia confessionis. 2. Cor. 9.

16 ¶Secundum ostenditur per exemplum de formatione uasis de quocũque metallo: in quo uidemus, ꝙ sicut artifex non potest formare uas pulchrum ad ponendum in thesauro: & mensa regis de metallo inflexibili: quod artificis arte non obedit: sed de metallo quod sub artificis arte flectitur, & malleo: & non frangitur, ad libitumq; ducitur artificis: eiusq; obedit atque subditur uoluntati: de tali nanque preciosum potest formari vas in regio reponendum thesauro. Et quantò magis fuerit ductibile, tantò pulchrius & subtilius uas ex illo formari poterit. Sic in proposito, illa anima, quæ non est ductibilis, nec superiori obediens, nõ potest esse uas preciosum ad recipiendum hic Deũ, per gratiam, & in futuro per gloriam: sed illa, quæ hic fuerit obedientior, illic in thesauro regis ęterno erit preciosior & formosior: uelut filius altissimi obediens. Ecclesiast. 4.

17 ¶Tertium per exemplum ostenditur de ligno uel ardore: cuius ramos hortulanus intendit ad eius & totius areæ decorem dilatare, & in latum ex omni parte ducere: qui quidem si duri fuerint, rigidi uel putridi & implicabiles: lapide uel aliquo ponderoso eis imposito: ut modo prædicto ducantur: nec onus sustinent: nec reguntur ad hortulani uoluntatem: sed frãguntur: & in ignem mittũtur: quia ad nihilum ualent ultra: Si uerò hortulani obediant uoluntati, ad totius arboris & areæ uertuntur, & crescunt decorem. Sic de illis, qui sub onere obedientiæ impatientia franguntur: & de alijs quos Deus & eius ministri, ad totius personæ & ecclesiæ dilatare uellent decorẽ, onere eis obedientiæ imposito, sub quo onere: si obedienter se inclinauerint: & se ab hortulani uolũtate duci permiserint, hic gratiæ, & in futuro gloriæ, ramis decorabitur: cum omnibus credentibus & obedientibus sibi. Act. 5.

¶Quantum ad secundum ratio nos triplex arctat. Quarum prima ab argumento accipitur beati Augustini. Secunda à bannis terrenorum Regũ. Tertia à similitudine populi infidelis. Ad primum sic proceditur: inobedientia, sicut Augustinus arguit in fide deducendo ad hoc inconueniens, ꝙ qui obediunt sine charitate & dilectione, similes sunt dęmonibus: qui uerò simpliciter non obediunt peiores sunt demonibus. Arguit enim sic Augustinus. Fides Christianorum est fides cum charitate; fides dęmonum est sine charitate. qui igitur non credunt, dęmonibus sunt peiores: quia dęmones saltem vnum bonum habẽt, scilicet fidem, licèt sine charitate: dęmones enim credunt, & cõtremiscũt: vt dicit Apostolus. Iacob. 2. Qui uerò credũt sine charitate, dęmonibus sunt similes. Consimiliter arguitur de obedientia: quia obedientia sanctorũ est cum charitate: obedientia uerò dęmonum & malorum hominum est sine charitate. Nam & dęmones quandoque obediunt: sicut patet supra e. c. 6. Qui igitur obediunt cum charitate, obedientiam habent sanctorum: qui sine charitate, obedientiam habẽt dęmonum, qui uerò simpliciter nõ obediunt, sunt dęmonibus peiores. 18

¶Ratio uerò secunda manifesta est. Nam si bannis obeditur principum:

ratio-

rationabile videtur, quòd Christianus, qui in Dei regno cogitat manere, Dei obediat imperio.

19 ¶Tertia insuper ratio ex libro accipitur Machabęorum: ubi de populo Romano tunc infideli dicitur: ꝙ omnes obediunt vni: & non est inuidia, neque & zelus inter eos. 1. Machab. 8. Vtinam omnes, qui sub vna viuunt potestate, uel prælato, tam perfectam haberent obedientiam, qualem illi habuerunt idolatræ: quam si tale haberent, talem cum hoc haberent effectũ: de quibus ibidem habetur: quòd quos volebant regnare, regnabant: & quos voluerunt deprimere, deprimebãt. Per quod patet: ꝙ dum ipsi vni obediebãt, mundus totus non potuit eis præualere. Ita nec nobis si Deo & eius ministris, & ecclesiæ mandatis fuerimus obedientes.

Artic. 5. ¶Quantum ad tertium, auctoritas te ligat: ut eius obedias imperio. Deutero. 17. Et ut obedias uoci eius: & illi adhęreas. Deutero. 30.

20 ¶Cui obediendum, & adhęrendum est. Primò, quia ei obedientes, à tentationibus, ne sub eis cadant, preseruãtur. Secũdò, quia spiritualiter confortantur. Tertiò, quia ad cęlum ducuntur. Quartò, quia illic excellenter remunerantur. Quintò, quia inobediẽtes multipliciter puniuntur.

¶Primũ patet: quia obedientes illi adhæret: qui factus fuit obediens usq; ad mortem. Philip. 2. Ex qua sequitur adhæsione: quòd sicut plantula in se debilior, forti adhærens arbori, illæsa stat: ubi fortiores alijs non adhærẽtes, uentorum turbine prosternuntur. Ita Deo adhærentes per obedientiam & humilitatem, stant contra tentationes illæsi, vbi præsumptuosi cadunt. Sanè ergo docet ꝑdicta auctoritas. Deu. 30. Obedias uoci eius, & illi adhæreas.

¶Secundum per exemplum ostenditur: de quodã religioso: de quo fertur, quòd dum libenter & obedienter stetit, ubicunque assignabatur: nec aliquid contra uoluntatem Superiorum procurauit, in omni missa sua, admirabili angelorum delectabatur uisione: sed ipso amotionem ad alium locum procurante, uisionis amisit priuilegium. Nec nouum est miraculum, ꝙ obediens visione confortetur angelorum. Nam & ille antiquus Iacob, matri suæ obediens, ad matrisq; vadens imperium, uisionem in uia habuit angelorum. Gen. 28. Sic Religioni & suis obediens Superioribus, quasi alter Iacob. de quo dicitur. Gen. 28. Obediens Iacob parentibus, &c.

¶Tertium ex isto elicitur pręcedẽti: quia sicut Iacob obediens scalã uidit, cuius summitas cęlum tangebat. Ita obedientibus scala præparatur: ipsimet nanque obediendo illam sperant & portant. Quia sicut per obedientiam & humilitatem descendere uidentur corporaliter. Ita ascendunt spiritualiter: sicut patet de capite nostro, qui quia factus est obediens: ideo Deus illum exaltauit. Philip. 2. Et dedit ei nomen, &c. Ipsa nanque obediẽtia scala, & ascensio est illi, qui huiusmodi ascensiones in corde suo disposuit: quia est de corpore & anima in hoc casu: sicut de duabus situlis, quarum vna descendente, alia ascendit. Hanc uerò scalam in morte inueniet cęlum tangentem: si tamen ipsam vsq; ad mortem portauerit. Sicut nanque scalam ad locum, quo ascendentẽ portabit: portare necesse est. Ita & obediẽtiam usque ad mortem: nam & sic ille: cuius omnis actio nostra est instructio, illam portauit: factus obediens vsque ad mortem. Philip. 2. 21

¶Quartum historia ostendit: quæ ex collationibus elicitur patrum: in qua continetur, quendam heremitam tria genera hominum in cęlo nobiliter uidisse remuneratos, hospitales, solitarios, & obedientes. Sed istos ultimos vidit excellẽtius: quasi auro uestitos: quia illi, quod in eis liberius, nobilius, & excellentius uidebatur, propriam uidelicet uoluntatem, Dei pro amore dimiserant: ideo iustũ videtur, Exẽplũ.

quòd

quòd excellentiori gloria dotentur. Si enim illi sancti Martyres, magna in cęlo digni esse iudicentur gloria, quia vna hora capitis abscissionē sustinuerunt: quantò maiori ratione magna gloria digni censendi sunt obediētes, qui, quod capitale est & supremum in eis, propriam suam libertatem per totam uitam suam pro Dei amore, quasi amputare, & ab eis tollere permiserūt? Et si domini terreni sicut prælati & alij domini seculares, nō solum Christiani: sed etiam Gentiles sciunt eis obedienter seruientes dignè remunerare. Sicut patet p hoc, quod scribitur Hester vlt. cognoscant (inquit) omnes gentes: qui fideliter Persis obediunt, dignā pro fide mercedē recipere, &c. Ergo à fortiori ratione summus, bonus, & gratus Deus excellenter remunerabit obedienter sibi seruientes. Dicamus ergo illud. Hiere. 42. Voci domini Dei nostri obediemus: ut bene sit nobis.

22 ¶Quintum patet, tam per prædicta. I. 4. artic. 3. per totum: quam etiam per figuram, & significationem regis Saulis: qui, quia domino non obediuit, de regno eiectus est. Et nanque dicitur. 1. Regum 28. Scindet dominus Regnū de manu tua: & dabit illud proximo tuo: quia non obedisti uoci domini. In signum, ꝙ Deo inobediētes, de regno suo eijciendi sunt ęterno: & quantum inobedientes se exaltauerint, tantum à Deo deprimendi sunt in uita ista, & morte ęterna plectendi in alia. Primū patet per hoc quòd populus Deo inobediens dixit. Thob. 3. Quoniam nō obediuimus præceptis eius, traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & in mortem & in fabulam, & in improperium omnibus nationibus. Secundum patet per Dei iudicium. Numeri 14. qui inquit tentauerunt me: nec obedierunt uoci meæ: non uidebunt terram: pro qua iuraui patribus eorum. Per quod patet, quòd tales terram non uidebunt uiuentium: ergo morte ęterna sunt plectendi. Et hoc est, quod dicitur. Deutero. 17. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, morietur homo ille. Habendo ergo considerationem ad finem obedientium, uitā scilicet ęternam: & finem inobedientium, mortem scilicet ęternam: clarè uideri potest quòd Deus utrisque opere implet, quod olim eis proposuit, dicens: Propono in conspectu tuo hodie benedictionem & maledictionem: benedictionem, si obedientes fueritis, &c. Deutero. 30. &c. De ista materia vide. R. 5. 17.

¶Otium. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Multam malitiam docere, plurimorūq; malorum otium in causa esse, pro cōperto habendum est.*

2 *Otiosos, fatuos dicendos, nedum eis comparandos, pulchrè ostenditur.*

3 *Otiosi non solum absque præmio in huius vitæ fine erunt; verumetiam diris cruciatibus ingiter torquebuntur. numero 4.*

5 *Contra huius otij mala, ac pericula in huius capitis fine remedia apponuntur quamplurima. num. 6.*

OTiositas, Primò multorum malorū est occasio, & causa. Secundò otiosi, miseris, & fatuis hominibus comparantur: & eorundem ostēdetur pœna simul & periculum. Tertiò, remedia.

¶ Quantum ad primum in parte ostensum est. A. 8. 5. quomodo otiositas causa est multorum malorum. Sicut nanque in aliquibus mundi partibus inueniuntur hoīes manè in vico publico, ꝓ diuersis operibus ꝓ omni cōducēte parati: Ita diabol⁹ otiosos inuenit ī lectis suis: quorū aliquos circa luxurias: alios circa cogitationes, quē Artic. 1. 1

in crastino gulam suam implere poterunt. Aliquos circa compassiamentum falsitatis & mali lucri occupat. Et rectè sicut milites, antequàm ad bellum vadant, in camera sua armantur: Ita isti milites diaboli in otio iacentes, in lectis suis diuersis cogitationibus se armant: ut mala, quæ ibi concipiunt, adimplere poterũt propter quod decretalis, de renuntia. c. cum pridem §. verum dicit: quòd otiositas & uoluptas arma sunt hostis antiq admiseras animas captiuandas: pessima sunt arma ista, per quæ ipsi prius destruuntur, qui armantur: sicut patet. C. 4. 9. Ex quo effectu patet quòd multã malitiam docuit otiositas. Ecclesiastici 33.

Artic. 2. ¶ Et non solum malitiam, sed & fatuitatem. Nam otiosi fatui sunt, & in oĩbus operarijs stultiores: primò, qa

2 operarij cęteris parib⁹ conductorẽ sequuntur, qui plus ei dabit: Isti uerò è conuerso ipsum sequuntur, qui minus dat. Nam diabolus pro labore & pro vitio suo nihil eis offert, nisi hic paruã delectationem, & postmodum pœnã ęternã. Deus uerò inueniens eos otiosos, immittit eis cogitationes bonas: quæ facta bona sunt facienda: ꝙ talis vita otiosa est ualde fugienda, dicens: Quid hic statis tota die otiosi? Mat. 20. Ite & uos in uineam meam, id est, surgite & uos viliter occupate: & excutite à vobis otium: & plus dabo vobis: quia denarium diurnum, id est, gaudium ęternum. Et tamen plures per otium, & carnalia desideria ipsum sequuntur diabolum, quàm Deum per vtilia opera: de quo cõqueritᷣ. Luc. 10. dicens. Operarij autem pauci. Ex quo patet, quod qui sectatur otium, stultissimus est: Prouerb. 12. quis illum stultum non diceret, qui sentiret adesse latrones, qui domum eius frangerent, & sua asportarent, uel homicidas ad ipsum occidendum, uel ignem sub lecto suo ad ipsum comburendum, & de lecto nõ statim surgeret: nec se defenderet? Multò stultiores sunt, qui latrũculos adesse sentiũt animæ, id est, malas cogitationes: q uestimenta spoliãt animæ, id est, innocẽtiã, & mũditia, & ipsã occidunt: & igne infernali, id est, peccato ipsam inflammant ipsamque sub terrenis affectionibus sepeliunt. iuxta illud Senecę, epistola. 87. Otium sine literis mors est, & uiui hominis sepultura. Nec tamen surgunt, & se defendunt, nec aduertũt, ꝙ fides sine operibus mortua est: & otiosa est. Iaco. 2. Quid enim ualet sequi Deum credẽdo, & diabolum operando ad locum illum: ubi non credentes, sed operantes remunerabuntur? Non enim dicet: uoca credentes: & redde illis mercedem. Nam dęmones credunt, & cõtremiscũt: sed uoca operarios. Mat. 20. 3

Tales ergo otiosi, qui sunt quasi mollis culcitra, in qua diabolus quiescit: & diaboli sedile super quo sedet in lecto calido: sicut homines super tale lignũ uel lapidem ad solem in ęstate: qui tardè surgunt, in tantum quòd quandoque sacerdos & missa, immo ipse Deus in missa oblatus, eos vltra horam debitam cum totius parochiæ detentione & offensione expectabunt: quasi ipsi nihil tenerent de Deo & ecclesia. Sed è conuerso, qui nihil aut parum facere aut pati uolunt, quod desiderijs eorum contrariatur, sed sunt quasi homines niuei, qui ad modum niuis ad ignem tribulationis: laboris pœnitẽtiæ, uel cuiuscunque aduersitatis & tẽtationis molescunt: & opus uel pœnitentiam quam tepidè inceperunt, dimittunt. In fine quando operarijs & non otiosis dabitur merces, inuenient se deceptos: quia tunc dici poterit eis, & erit etiam de eis sicut de fatuis uirginibus: quæ clamantes: domine, domine, aperi nobis: non audiebantur. Ita nec talis: quia propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo in ęstate, & non dabitur ei. Prouerb. 20. Ergo extunc omnis piger, semper in egestate. Prouerb. 21. quantumcunque ergo nunc habẽtes: quia fortè diuites sunt: cum tamen ad mortem uenerint, inuenient, quòd qui sectatur otium, replebitur

replebitur

4 plebitur egestate. Prouerb. 28. Nec cogitare poterunt hoc audiētes, quòd uidelicet tales non cum eo, nec ab illo mercedem, tanquàm operarij, expectare poterunt: q hoc domini iudiciū sit irrationabile: uel à ratione illorum extraneum: sed omni rationem habēti consonum: quia non est aliquis uestrum, qui diligeret hominem ad operandum conductum, otiosam uitam ducentem, nec ei finale stipendium solueret. Ad uosipsos intus redite & cogitate diligenter: cui uestrum placeret, immo cui non multum displiceret seruus charè ad operandum conductus, qui regulam & uitam tenere vellet broplingorum: qui in hyeme viuunt sicut catti iuxta ignem in quadragesima: Sicut puer bis uel ter comedendo. In ęstate sicut bubones, qui de nocte vigilant & de die dormiunt: qui noctem uerterunt in diem: qui in labore hominum non sunt: si rationabiliter essetis irati contra tales: nec eis magnam solueretis mercedem: quibus licet aliquid prę manibus dedissetis, nunquàm tamen totale & finale daretis salarium: cogitate, quòd eadem iustitia & ratione Deus irascitur contra uos: quia & multo charius uos conduxit: ut opera faceretis ad Dei honorem & uestram salutem pertinentia. Conduxit nanque multò charius, & quantum ad precium iam datum, & quātum ad mercedem promissam: dedit nanque præ manibus ante opus suum preciosum in cruce sanguinem: promisit insuper uitam ęternam. Ita quòd pars mercedis operum nostrorum est modò soluta, pars uerò remanet soluenda. Si ergo otio uacauerimus, & opera nobis pro mercede illa imposita non fecerimus, parte residua priuabimur. Nec in hoc iniustitiam facit ille, ī quo maior est iustitia quàm in nobis, vel etiam quam fuerat inter Iudæos: inter quos fuisse dicuntur Gignopistę: q sic dicti fuerant à gignos: quòd est studium & sophia, id est, sapientia, qui si nihil in die profecerāt, (Exēplū.) nec de aliquo nouo profectu rationē dare scirent: de illa societate expellebantur, nec cum proficibilibus & laborantibus ad prandium recipiebantur. Ita nec otiosi ad conuiuium angelorum, in quo, qui cum non laborat, nō manducabit. sed de illo tanquàm indignus expellentur: & contra delitias otij pœnas experiētur, in quibus otiari non poterunt. Sicut patet de Sodoma, quæ propter idem otij uitiū igne cremabatur: sicut patet per causam destructionis, quam assignat Deus per Ezechielem prophetam dicentē: hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ: superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium: & manum egeno & pauperi nō porrigebant. Ezech. 16. pœnam ergo sodomitis temporaliter illatam, illi qui eis similes sunt, ęternaliter sentient, quando de omni uerbo otioso, quod locuti fuerunt, reddent rationē. Matth. 12.

¶ Contra omnia hæc otij mala & pericula, primum remediū est labor: & feruens & vtilis occupatio: hoc nanque antiquorum ostenditur exemplo: (Artic. 3.) Antiqui nanque sapientes, ut otij fugerent pericula, pluribus modis se occupare nitebantur. In uitis nāque Patrem legitur de quodam heremita, qui hac de cā cophinos fecit & destruxit: (¶) ac iterū de cā sapientiores Romanorū leguntur consuluisse, quòd carthaginem captam nullo modo destruerent. (Exēplū.) Ne plus otio quàm bello destruerentur, quod etiam accidit sicut ostensum est. C. 4. 9. Hac de causa Antonius Abbas in uitis. Patrum orans quomodo (Exēplū.) saluari posset, responsum habuisse, legitur, quòd laborando, & orando. (Exēplū.) Sciuerunt enim omnes isti prædicti, tantum heremita, quàm etiam sapientes Romani; Et angelus, qui Antonio respondit, quòd sicut muscę non sedent: nec libenter descendunt super ollam bulientem, sicut faciunt super tepidā: quòd etiam latrones non intrant ita libenter ad spoliandum diligenter vigilantes, sicut somnolentos. Ita nec dęmones

mones

mones descendunt super animam feruentem charitate, nec spoliant vtiliter occupatum: propter quod Hieronymus, quẽlibet hortatur ad monachũ dicens: semper aliquid boni operis facito: ut diabolus te inueniat occupatũ: & habetur hæc auctoritas in Decreto de conse. dist. 5. c. nunquàm. & in glo. super Decretalem præallegatã supra eo. c. 1. prædicta insuper de causa mulier illa laude digna, panem ociosa nõ comedit. Prouerb. 31. Quia difficile est otioso, sine laboribus à tentationibus se custodire: quia nec laborare volũt: ad hoc eos excitare deberet timor
6 gehennæ. Si enim illum claudum, de quo fertur, quòd se deportari fecit ubi
Exẽplũ. dicebatur, quòd dęmon de nocte ambulabat in cęmiterio illius latronis, q̃ portantem socium ęstimabat: cum oue in collo uenientem: à quo & quæsiuit si pinguis esset: ita fuit perterritus: q̃ deiectus citiùs ad domũ uenit quàm baiulus suus. Si insuper dęmon cuicunque pigro in lecto lasciuienti apparens, se ostenderet in forma terribili, eum cito de lecto surgere faceret. Quantò potius ad hoc arctari deberẽt, illius ęternæ pœnę, & uisionis dęmonum cogitatione: hoc ergo cogitans dicat: illud Prouerb. 6. vsquequo piger dormis? surge, & festina uenire ad patriam illam: ubi quies non erit occasio peccati, de qua. 1. Paral. 22. pacem & otium dabo in Hierusalem cunctis diebus. Et si aliquod dictum uideatur repugnare: noli dcere sicut ille. de quo habetur. Prouerb. 22. dicit piger Leo est in uia: quia desideria occidunt, pigrum. Prouerb. 21. Et timor deiecit pigrum. Prouerb. 18. Nota. A. 23. 17.

¶Odium. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Propter duo; meritum, scilicet, atque supplicium, odium fugiendum, detestandumque omnibus est.*

2 *Ex odientium rationibus, earumque confutationibus, neminem odio habẽdum esse, perspici potest. nume. 3. 4. 5.*

6 *Diabolum, eiusque opera, nec non omnes Dei inimicos, qui sunt præcipuè peccatores, maximo odio habendos esse, concluditur. num. 7. 8.*

Odij, primò ostẽditur fuga, & detestatio. Secundò odientiũ responsio, & reprobatio.

¶Ad primum sic proceditur: duo ostendunt odium esse fugiendum: & quòd nullus sit odio habendus: meritum, & supplicium. Meritum quod desideramus: & suppliciũ, quod uitamus. Artic. 1.

¶Primò, quod meritũ, quod expectamus, odium excludere deberet, patet, quia illud meritum, non debetur illis, qui sunt brutis similes: nec homicidis & Iudæis: sed odium habentes ad inimicos sunt huiusmodi: ergo, &c. Minor patet: quia canes diligunt amicos: & odio habent inimicos: & homicidæ, qui ideo occidunt: quia odio habent, & Iudæi. sicut patet. Matth. 5. per illud quod illis quondam dictum fuit: diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Sic ergo talibus non debetur præmium illud ęternum. Nec eis similibus: oportet ergo ad hoc quod nobis detur, q̃ simus eis dissimiles: hoc autem esse nõ possumus, nisi diligendo, & non odiẽdo inimicũ: ergo, &c. Et hoc est quod saluator noster ibidem adiecit, dicens: ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros, &c. & de quolibet uestrum verificetur. illud Psal. 119. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus. 1 Canes.

¶Secundò timor supplicij nos ab odio trahere deberet, quod odientibus debetur, sicut patet. D. 4. 7. quod quidem utinam omnes sic essent experti: sicut illud experiebatur. C. 9. 6. Sed heu, nonnulli nimis tardè experiuntur illud: sicut patet per exemplũ de illo. C. 9. 5. Ergo tam ꝓpter meritũ assequendum, quàm etiam propter suppli-

supplicium fugiendum, fac, quod precipit. Exo. 23. Si occurreris boui (inquit) inimici, aut asino erranti, reduc eum. Si uideris asinum odientis te, iacere sub onere: non pertransibis, sed subleuabis eum eo. Et bene facite his qui uos oderunt, ut sitis filij patris uestri, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Matth. 5

Artic. 2. ¶Sed, quia omni tã irascenti, quàm
2 odienti, ut detur odium suum iustũ: & tamen in rei ueritate iustum nõ est: audiantur primò responsiones illorũ, & reprobationes: ut ex rationibus videant odium suum iniustum. dicunt enim, malus est, pro tanto, ꝙ mihi uidetur, nihil demerui, uel meis nocuit: vel in hoc, ꝙ sic uel sic fecit. quibus respondetur quod & ipsi mali etiam sunt, ipsum odiendo contra Dei præceptum: ergo odiendo malos multiplicant & mala sicut patet. D. 10. 13. hoc insuper faciendo incidis in illud: quod quilibet odiens multùm uitat & odit, id est, societatem illius, quẽ odit: quia dum alius ad infernum uadit nocendo: & tamen eum odis, tu etiam ad infernum euntem associas odiendo: dum insuper ipse erit in inferno nocendo: tu illic, eum associabis odiẽdo, quia duobus istis, simul morientibus: quorum vnus fecit iniuriam, & alius odit: ita cito descendit vnus ad infernũ pro odio, & maledictionibus suis, sicut alius pro iniuria sua: & quomodo in uita sua dilexerunt se boni, & ęquales fuerunt meriti: Ita post mortẽ in inferno impij non separabuntur. Sic qui ęquales fuerunt in culpa, vnus nocendo, & alius odiendo, post mortẽ non separabuntur in inferno. iuxta illud Ecclesiastes 9. odium & inuidiæ simul perierunt. Sanius ergo consiliũ esset, quòd tu diligendo ires ad cęlum: & societatẽ eũtis ad infernũ fugeres.

3 ¶Iterũ dicunt: fecit cõtra me sic: ita parum respectiuè nocuit tibi: q forte non fecit damnum nec nocumentum cẽtum marcarũ: & tu odiẽdo, te spiritualiter occidis, & facis tibi maius dãnũ, quàm si totũ mundum amitteres: ergo non est maior sapientia in te hoc faciendo, quàm in alio, qui seipsum occidit: quia inimicus se occidit: quia, qui odit fratrem suum, homicida est. 1. Ioan. 3. saltem sui ipsius. Iterum dicunt, offendit me: sed forte non intendens offendere, sed docendo, vel arguendo, uel increpando intẽdit tuam vtilitatem: & ista de causa, qui offenduntur, sunt sicut scabiosus, qui odit pectinem, & diligit mitram: sic illi diligunt adulatores, & odio habent ueraces. de quibus Amos. 5. Odio habuerunt in porta corripientem, &c. Et tales sunt insipientes, quia qui odit increpationes, insipiens est. Prouerb. 12. Et hoc ostendunt in hoc quòd offenduntur: quia sicut perpenditur, quòd quis morbum uel malum habeat interius sub pannis: ex hoc quòd tactus clamat: uel cachinans offenditur, & se retrahit. Sic spiritualis infirmitas illorum, qui corripientem odio habent: qui etiam contra eum per odium suscitat rixas. Prouerb. 10. Talis ergo pro bonitate sua, talia sustinens, dicere potest illud Psal. 108. Posuerũt aduersum me mala pro bonis, & odiũ pro dilectione mea. Omnes tales similes sunt buboni, qui odit, & fugit lucem: signum nanq; est, quòd oculos mentis habeat infirmos: & ꝙ malã habeant vitam: quia oculis egris odiosa est lux: & omnis, qui malè agit, odit lucem, & non uenit ad lucem: vt non arguantur opera eius. Ioan. 3.

¶Iterum dicunt, nocuit mihi. fortè plus profuit: sicut nanq; ostensum est. 4
T. 5. 48. cũ sequẽtibus. Deus permittit nõnullos malorum sustinere persecutiones, ad illorũ vtilitatẽ: qui ergo sic cõtra flagellantes persequẽtes, uel nocentes irascit similis est illi, qui irascit cõtra illũ, q ei pciosã fabricat coronã: patienter ergo sustineat, dicens, illud Psal. 128. Supra dorsum meũ fabrica-

uerunt peccatores. mihi coronã: & eis pœnam: habendo nanque respectum ad talem utilitatem & finem patet, ꝙ meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta odientis oscula. Prou. 27.

¶Iterum dicunt, nõ habemus odio personam uel hominem, sed culpam, seu vitium: & hoc non est malum: sicut nõ est malum uel peccatum odio habere malas herbas in campo meo, vel vicini mei, vel infirmitatem in animalibus: sed hoc est perfectũ odium, qđ propheta habuit dicens. Iniquos odio habui. Et iterum Perfecto odio oderã illos: super quo dicit Augustinus: hoc est perfecto odio odisse: ut uitia, non homines oderis: nec uitia propter homines diligas. Si verò odium illorum tale sit, ꝙ de iniquitate malorum doleant: eorumque correctionem sine aliqua sinistra intentione sitiant, fatẽdum est, illorum odium esse perfectũ. Sed tu domine: qui habes sanctã sciẽtiam. 2. Macha. 6. scis quomodo istud illorum dictum, cum ueritate concordat: & quomodo à ueritate exorbitat. Cuius etiã rei ueritatẽ si ipsimet scire voluerint, non uerbis suis: sed signis credant, quę tam ipsis, quàm alijs ostẽdunt ueritatem. Hæc autẽ signa sunt duo, quorũ primum accipitur in cõparatione, quæ fieri potest inter amicum & inimicum, secundum accipitur in cõparatione, quæ fit inter duos inimicos. Vt autem primum signum clariùs ueritatem ostendat, ponatur, ꝙ ille, qui prædicto modo se excusat, ꝙ aliquem odit & persequitur: qui malus est, amicum habeat, & inimicum. Amicum potentem, qui magna fecit pro eo, uel sperat, ꝙ in posterũ faciet: & ꝙ vterque laboret eodem uitio. Isto posito, consideret in corde suo, si tantum habeat contra cor: tantumq; malum optet contra primum, quantum contra secundum: & si tantum illum persequatur: ut corrigatur. Si enim tãtùm uitia persequeretur & salutẽ optaret, plus illa ĩ amico persequi, & potius eius optare deberet salutem: & si hoc in corde suo nõ inuenerit: si pro quia: quia raro inueniri potest: scire potest ꝙ non uitia odit & persequitur.

¶Sed dicet, in amico diligo, & naturam, & beneficia: in inimico naturã solã, & ideo non ita amicabilem exhibeo me inimico nocenti, sicut amico benefacienti. Cui cõcedendum est, ꝙ plus diligat amicum: hoc nanque lex naturæ requirit, & gratitudinis: sed nõ est concedendum ꝙ maiori odio habeat inimicum: quia nulla lex permittit, ꝙ inimicus maiori odio habeatur: quia nec rationi hoc consonum est: quia cùm in amico, & inimico sit natura, & culpa: & in utroque sit natura diligenda, & culpa odienda: si non sit maior culpa in illo, quem inimicum reputas, quàm in amico, nõ est maior rõ, quare odio maiori vnũ habeas, quã aliũ. Et si habueris: radix illius odij nõ ĩ vitio, sed in aliquo alio est scrutãda.

¶Si dicant, ꝙ inimicus plus deliqt, quia nocuit, ubi amicus non nocuit: & ideo maiori odio eũ habeo, cuius odij radix & rõ est uindicta: quàm potius de tibi nocentibus, quàm de Deũ offendentibus requiris: qui iniuriã contra Deum maiorem factam dissimulares in amico, ubi minorem contra te factam uindicare quæris in illo, quem non reputas amicum: ut inueniatur iniquitas eius ad odium. in Psal. 35.

¶Secundum insuper signum clarè apparet in consideratione duorũ inimicorum, quorũ vnus est homo, quẽ odit: alius est diabolus, & eius ministri, quos in opere se diligere ostendit. Si primum odit, ut dicit: ꝙ inimicus est: & quia nocet in exteriorib9, & corpore suo, uel corporali substantia: quare secundos nõ odit & opera illorum: immo quod plus est, quare opera illorum tantùm diligunt, & societatẽ, tantũq; eis placere nituntur? Ex quo facto patet, ꝙ ueritatem non dicunt, dicentes, ꝙ inimicum odio habent: quia malus est: quia tunc maximo odio haberent diabolum & opera eius: & oẽs illos, quos Deus odit tanquàm malos: 6

primò

primò superbos quos Deus odit tanquàm sui expugnatores: ipsi nanq; in cęlo contra ipsum, quãtum in eis fuit, bellum mouebant, propter quod odibilis Deo & hominibus superbia. Ecclesi. 10. hominibus .s. bonis. Secundò iuratores, quos Deus odit tãquàm sui vituperatores: de quorum quolibet, Hiere. 12. Dedit contra me uocẽ, ideo: odiui eam. Sed istos odio nõ habent quia ipsi tales sunt: uel eis applaudũt, & iurantibus arrident. Tertiò sortilegas, quos Deus odit, quia uanitates obseruant. in Psal. 30. Odisti obseruãtes uanitates: quas potius se diligere ostendunt quàm odio habere: qui totiens illas frequentant. Quartò, quare nõ habẽt odio luxuriosos, quos Deus odit: quia uadunt per uias iniquas: quę ducunt ad infernum: qui dicit, omnem uiam iniquam odio habui. in Psal. 118. quos odio non ostenditis uos habere: uel quia talem uitã in uobisipsis diligitis: uel quia non, vt deberetis, persequimini. Quintò, quare nõ habẽt odio vsurarios, & alios auaros, & falsos mercatores: qui in vnum conueniunt, ut vltra valorem uẽdant, & simplices decipiãt: quos omnes odit, qui dicit: odiui ecclesiam malignantiũ. in Psal. 25. Sextò, quare non habent odio seipsos tanquàm Deo odiosos: quia ipsimet mali & peccatores fratres suos odientes, quos iõ Deus odit: quia, altissimus odio habet peccatores. Ecclesi. 12. Septimò, quare vniuersaliter odio non habent oẽs peccatores quoscunq; tanquàm leprosorum consortium? hoc enim facere deberent, si malum odio haberent, & Deum diligerẽt: sicut deberent: quia adhortatur eos Psal. dicens: Psal. 96. qui diligitis dominum, odite malum: quia aliter eum nõ diligitis: quantũcunque hoc ore dicatis.

7 ¶Quomodo enim credere posset, quod ipse Deum diligeret, si ipsemet esset iurator, uel detractor: uel si tales libenter audiret vel diligenter: de quibus Deus conqueritur, dicens: sermonibus odij circundederunt me: & expugnauerunt me gratis. in Psal. 108. vel si ipsemet de peccatis suis gloriaretur: & se iactaret: uel si tales lętanter audiret: de quibus in Psal. 72. gloriati sunt, qui te oderunt: uel si ipsemet esset peccator: quia talis nec seipsum diligit: quia, qui diligit iniquitatẽ, odit animam suam: in Psal. 10. Et quomodo posset Deum, uel quẽcunq; alium uerè diligere, si seipsum non diligit? Et quomodo posset quemcunq; bonum uirum diligere, qui Deum non diligit? qui em̃ corpus uel caput non diligit, nec mẽbrum diligit: & qui caput odit, mẽbrum odit: de hoc enim iõ docuit nos non mirari, dicens: Nolite mirari, si odit vos mundus. 1. Io. 3. Et Christus. Io. 15. Si odit uos mundus, scitote, qm̃ prius me odio habuit. Et reuera tale odiũ est mirabile: qa odio habẽt illos, per quos inesse consistunt.

¶Sine enim bonis mundus hic stare non posset: nec per cõsequens sine illis mali uiuere possunt: sed destruerentur, sicut in diluuio Noe: & in infernũ demergerent, sunt ciuitates Sodomorũ. Taliũ odiũ odio assimilat diaboli, qui Deum odit, & Dei mẽbra: sic isti, sicut ex uerbis patet Chrysosto. super Matth. 22. sicut (inquit) Rex in imagine honoratur: sic Deus in homine diligitur, & oditur. Non potest hominem odire, qui Deum amat: nec potest Deum amare, qui hominem odit, &c. 8

¶Operatio. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Operariorũ gemina est distinctio; corporalium .s. & spiritualium. Corporales operarij in dupliti adhuc sunt differẽtia; quidam enim ad temporis quantitatem; quidam autem ad quantitatẽ operis conducuntur: primos segnius, ac pignius; secundos autem diligentius, ac citius operari, te minimè lateat. Primos quàmplurimi; secundos perpauci imitantur spirituales, seu aĩę operarij.*

2 *Operarij enim a, seu spirituales in duo-*

bus dissimiles, immo peiores corporeis operarijs efficiuntur; tùm quia opus cæptum, priusquam ad finem ducatur, dimittunt; tùm quia nimis tardè opus aggrediuntur.

3 *Anima, vt operari velit, aliter à Christo, & Apostolis; & aliter à Dæmone, ac suis satellitibus instituitur, ac inducitur: istis autẽ secundis plures quàm primis adhærent, atque acquiescunt.*

4 *Malorum operariorum merces tã breuis est, ac parua; quòd cessante opere, & ipsam cessare; æternamq; dein subsequi pœnam oportet: Bonorum verò operariorum, opere persistente merces est bona; cùm bona naturæ, fortunæ, ac gratiæ obtineant: opere autem cõpleto, erit optima. s. patria æterna.*

5 *Boni operarij à Deo; mali autem à Dæmone conducti, cõparantur adinuicẽ.*

6 *Quinque conditiones, bonis operarijs, quorum merces à Deo expectatur, admodum necessariæ, satis perfectè explicantur. num. 7. 8.*

9 *Malorum autem operariorum, quibus Dæmonis est præmium reddere, conditiones nouem esse, huius operis auctor scriptum reliquit. num. 10. 11.*

12 *Bonorum operariorum conditiones triplici vtilitate, dum sumus in via, sequi debemus.*

13 *Ex hac nanque bonorum operariorum imitatione, trigemina nobis in patria quoque continget vtilitas.*

14 *Malos operarios ob eorum in malo pertinaciam, & tẽporali, & æterna pœna plectendos, ne dubites. nu. 15. 16. 17.*

Perationum, seu operariorum. Primò ostendit̃ diuersitas, seu diuisio. Nã & diuisiones operationum sunt. 1. Cor. 12. Secundo bonorũ operũ & operariorum ostendẽtur modi, & necessariæ conditiones. Tertio malorum operariorum ostendere restabit mores, & affectiones. Quartò ostendentur motiua: quare malorum mores sunt fugiendi, & bonorum conditiones sunt sequendæ.

¶Quantũ ad primũ talis est diuersitas. In his, qui operãtur opera ad Dei honorem & aïarum salutẽ pertinẽtia, qualis est inter operarios cõductos ad quantitatẽ tẽporis, & alios conductos ad quantitatem operis: quia, sicut frequẽter vr̃, ꝙ primi segniùs & pigriùs agunt, & operantur, & specialiter vbi nõ sunt omnino fideles. Secundi verò sciẽtes, ꝙ vnusquisq; suã mercedẽ recipiet ẽm proprium laborem, diligentius operant̃. Sic in ꝓposito, i. ieiunijs, vigilijs, p̃dicationibus, or̃onibus, & q̈buscunq; alijs laboribus vtilibus, siue corporalibus, siue sp̃ualib⁹, multi primis assimilantur: & specialiter illi, quibus vr̃, ꝙ sint cõducti ad quantitatem temporis. i. ad terminum uitæ: hoc est, illi qui cogitant, se diuites esse, & satis hr̃e vsque ad quantitatem temporis uitæ illorum. Illi communiter in prædictis operibus tepidiùs operãtur: immo, (ꝙ si peius est) qui dum pauperes erant, & quasi stipendium & salarium nullum à Deo acceperant, prædicta opera operabantur feruẽter. Sed, promotione à Deo accepta, Deũ expugnant prædictis operibus cõtraria facientes: quos notat apostolus, dicẽs: Videte malos operarios, &c. Phi. 3. Et est de istis, sicut de operarijs, qui totam mercedem operis præ manibus ante opus inceptum, uel finitum, accipiunt: qui, quia nullam aliam mercedem in fine expectant operis, minus curant, quando finiatur. Consimilem cogitationẽ isti habere uidentur: quia, si aliam post uitam istam sperarẽt operis mercedem, uiriliùs operarentur, & fortius durarent & perseuerarent ad opus suum: & ad operationem suam vsque ad uesperam. Psal. 103. Artic. 1. 1 Exẽplũ

¶Secundis verò pauci assimilantur: de quo conqueritur saluator noster, dicens: Operarij autẽ pauci. Lucæ 10. Cuius auctoritatis ueritas quotidie ad oculum ostẽditur: quia cõiter oẽs operarij aïę duas habent cõditiones, quas nulli boni operarij in corporalibus operibus 2

operibus habent. Vnam, quia opus inceptum antequàm ad finem bonũ ducatur, in quo mercedem pro opere recipere deberent, dimittunt: sicut illi qui bene incipiunt in iuuẽtute, uel in quadragesima, uel in aliqua infirmitate, & postea opera bona tunc ꝓmissa, uel incepta dimittunt. Aliam, quia nimis tarde ad opus ueniunt, uesperã ad hoc expectantes: sicut illi, qui opera iuuentutis & fortitudinis in seruitio expendunt carnis, mundi, & diaboli: & præsumunt, ꝙ in fine uitæ Deo seruient: quãdo nos mortis ipsos ad hoc impotentes faciet. Cuius contrarium Christus docuit suo exemplo, qui ait: Me oportet operari opera eius ꝗ misit me, donec dies est. Ioan.9. Expectantiũ uerò periculum subiungit, dicens: Venit nox, quando nemo põt operari. Et Paulus ait: Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes Gal.6.

3 ¶Et est circa huiusmodi operationes, & operarios miserabilis & mirabilis fortuna: quia Christus & apostoli sui operari docent tempestiuè, & vtilia: & inimici aĩæ docent contrarium. Et plures acquiescunt istis secundis: Et ꝙ hoc sit mirabile, quilibet in corde suo iudicet. Quis enim uestrum mirabile non iudicaret, ꝙ aliquis libentius operaretur cum illo, qui paruã & miseram daret mercedem, dũ operaretur, & post finem operis tot tormenta quot ad certum tẽpus sustinere posset: quàm cum illo, qui dum opus durat, meliorem & maiorem dat mercedem, & post finem operis regnum uel hrđitatem magnam, & promotionem maximam, per totum tempus vitæ suę duraturam: quis vestrum talem stultissimum non iudicaret? Et si uitam vestrã diligenter consideraueritis, cõtra vosipsos necessariò iudicium dabitis, ꝙ estis maiori stultitia excęcati: q̃a inimici animæ nituntur vos ponere in opere suo, & Deus etiam in opere suo, dicens: Vade, operare in uineam meam. Matth.21. In sanctam ecclesiã uinam mali operarij in paradiso posi emendando. Deus namq; primum parentem posuit in paradiso, ut operaretur, & custodiret illum. Gen.2. Sed, quia malè operabatur, & totum opus violauit: Deus ad modum discreti patrisfamilias, qui uidens in opere suo malos operarios, illos amouet, & punit: & alios eligit sapientes qui opus meliùs faciant, & defectum aliorum corrigãt. Illo de paradiso eiecto & permutato alios sapientes operarios elegit, qui defectum per eum factũ emẽdarent omnes, scilicet, sanctos & electos à principio mundi, de quibus. 3. Reg.5. Elegit Rex Salomon operarios de omni Israel, id est, Rex noster Christus Rex pacificus, vt templum gloriæ in cœlo perficiatur, & impleatur. Ini- 4
mici verò breuem & paruam offerunt mercedem, tñ dum opus durat: quia mũdus cupidis operarijs suis, sicut raptoribus, latronibus, usurarijs, & huiusmodi, paruas pro mercede, & breues dat diuitias. Caro operarijs suis gulosis, accidiosis, & luxuriosis, paruas & breues: quia dum opus durat, offert delitias. Diabolus etiã operarijs suis, id est, superbis paruã dat uanam gloriam. Inuidis & odientibus paruã lætitiam: quam habent de malo & damno alterius: uel quãdo de inimicis suis se vindicant. Sed operibus istis finitis, pœna operarijs datur ęterna: quia, teste euãgelista, sic eis loquetur Christus in iudicio: Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Lucæ 13. Deus verò qui desiderat uos ponere in bonis operibus, & meliora uobis dat, dum in uita operamini: quia bona naturæ & fortunæ, quæ iustè habetis, & gratiæ: quia idem Deus, qui operatur omnia in omnibus. 1. Cor. 12. & post finem operis uitam ęternam: quando, teste euangelista, dicet: Voca operarios, & redde eis mercedem. Matt.20. Primi conductores operarios ad hoc conducunt, & in opere suo ponunt vt infernum impleant: Deus verò, vt cęlum impleant: ad hoc tñ exijt conducere operarios in uineam suã. Mat.20.

Et tamen (de quo dolendum est) plures primos sequuntur conductores: qui ideo stultiores seipsos iudicare necesse est illo, de quo primus casus positus est: quia ille paruam mercedem in opere recepit: & post opus ad certum tempus, puta per diem uel mensem incarcerabatur, & torquebatur. Isti uerò cum hoc, quòd paruam sicut illi recipiunt, dum operantur, mercedem: post opus semper incarcerantur, & torquentur: vbi erit his sempiternus pauor: qui operantur malum. Prouerb. 10. Si uerò corde, uel ore negare volueritis, quòd prædictos inimicos nõ sequimini in operibus suis. Et si corde uel ore hoc negaueritis, si opera uestra consideraueritis, hoc negare non potestis. Et vt hoc clariùs videatis opera vestra, considerate: Christus uellet, quòd operaremini in diebus sanctis sancta opera in vinea sua, id est, in ecclesia: Cupiditas uestra, uel magistri uestri, quibus in hoc casu nõ deberetis obedire, sicut nec si uobis dicerent, quòd hominem occideretis: quia per præceptum illorum iudex nõ haberet uos de homicidio excusatos. Volunt quòd sitis in alijs occupationibus, ut puta, in foro, uel alibi illis diebus: Per opera ergo uestra potestis videre, cum quo conductore remanetis pro illis debus: & hoc etiam per paucitatem in ecclesia, & multitudinem in foro omnibus appatet. Iterum, Christus uellet, quòd omnibus diebus omnia opera uestra essent mũda, & casta: caro vult, quòd sint immunda: quia immunditiæ specialiter sunt opera carnis, teste apostolo, Gal. 5. Manifesta (inquit) sunt opera carnis: quæ sunt fornicatio, immundicia, impudicitia, luxuria, &c.
5 Tot ergo fornicatores & adulteri, de quibus mundus nunc est plenus, & infernus postea replebitur, ostendunt quòd pauci cum Deo in opere suo remanẽt. Iterum Deus docet quòd operemur fideliter, & erga ipsum, & proximum: quòd nulla sit in operibus nostris infidelitas: sed fides, quæ charitatem operatur. Gal. 5. Alij autem alia docent opera infidelitatis. Quot cum istis secundis diaboli ministris in opere remanserunt: docet carminatricum & sortilegarum frequentia? Iterum Deus uellet, quòd omnes iustè, & de suo uiuerent: quia, qui operatur iustitiam, acceptus est illi. Act. 10. Diabolus uerò, & cupiditas uolunt contrarium: quot uerò cùm istis secũdis operarij remanserunt docet iniustorum numerosa multitudo. Item Deus docet operarios suos non iurare omnino. Matth. 5. Diabolus uerò docet contrarium: quomodo plures remanserunt quotidie dolentes: audire poterimus. Iterũ Deus operarios suos ducit per uiam pacis, & salutis: Diabolus operarios suos per uiam odij, & inuidiæ: cum quo ergo remansistis, scrutate corda uestra. Sic de omnibus alijs operibus uirtuosis & uiciosis potest uobis dici id quod Christus dixit Iudæis. Io. 10. Si mihi non vultis credere, operibus credite. Et saltem propter opera ipsa credite. Ioan. 14. Et ex operibus scitote, cuius operarij & filij sitis: & à quo debeatis operis expectare mercedem. Sic enim Christus docuit nos experimentum quando Io. 8. dixit quibusdam, qui se dixerunt esse filios Abrahę. Si (inquit) filij Abrahę estis: opera Abrahę facite quasi diceret nõ ex uerbis, sed ex similitudine operũ cognoscite cui⁹ filij sitis. Et adiecit, dicens: Vos facitis opera patris uestri: supple, Diaboli. Ex quibus uerbis eis concludebat, dicens: Vos ex patre Diabolo estis, & ab eo operibus mercedẽ per consequens expectabitis. Cuius mercedis qualitatem taxat, & ostendit apostolus Roma. 2. dicens. Ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum. Operariorum insuper Dei mercedẽ adiungit, dicens: Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonũ.

¶ Ad hoc autem quòd hæc merces Artic. 2.
operibus nostris reddatur, multas re- 6

quirunt

quirunt conditiones: quarum prima est, quòd in omnibus operibus nostris attendamus, quòd sint Deo placentia, sicut operarius quicunque nititur, ꝙ opera sua illi placeant, à quo mercedē operum expectat. Vnde Chryso. super Matth. 1. debemus aspicere, quæ ad gloriam Dei pertinent: deinde quæ ad nostram salutem & utilitatem. Et sicut mercennarius totam diem circa opus domini expendit, vnam autem horā circa cibum suum. Sic & nos omne tempus uitæ nostræ debemus impendere circa gloriam Dei: modicam autem partem circa vsus nostros terrenos. Et sicut mercennarius, qua die opus non fecerit, erubescit intrare in domum, & panem petere: quomodo tu non confunderis intrare in ecclesiam, & stare in conspectu Dei: quando in conspectu Dei nihil boni fecisti? Hæc ille. Sicut ergo cum uerecundia & timore deberetis coram domino apparere, & de Deo cogitare: cuius opera Deo non placent. Et sicut è conuerso seruus coram domino suo apparens lętatur, quando opera sua ei placēt. Ita tu uade & comede cum lætitia panem tuum: & bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua. Ecclesi. 9.

7 ¶Secundò requiritur, ꝙ sint proximo patiētia ad ędificationem: hoc enī in omnibus operibus nostris attendere deberemus: quia & hoc præcipit ille, qui mercedem pro operibus reddet, dicens: Sic luceat lux uestra, &c. Mat. 5. Sic ergo operarius non solum nititur, ꝙ opus suum ędificet, & placeat illi cui opus fit, & qui stipendium reddet: sed etiā illis, quibus ipse vult, ꝙ opus suum ostendatur, & ad uidendum eos ducit, uel mittit. Ita nec nos solum attendere debemus, ꝙ opera nostra tantùm Deo placeant: sed etiam, ꝙ proximum ędificēt: quos Deus mittit ad videndum opera nostra: Sicut uolens filium suum artem addiscere pingendi, ipsum mittit ad pictores: ut ab eis pingere discat. Propter illos ergo præpara foris opus tuum. Prouerb. 24. Exemplo illius sanctæ mulieris, uel animæ, de qua dicitur, Prouerb. 31. Laudent eam in portis opera eius.

¶Tertiò requiritur, ꝙ sint operanti ꝓficientia: hoc enī attēdere debet operans, ut admodum formicæ, q̄ operatur in ęstate, vnde uiuat in hyeme, operetur. In uita ista opera pertinentia tā ad uitā actiuam, sicut pascere famelicos, & sua in pauperibus expendere. Exemplo Magdalenę, q̄ de hoc commendatur à Christo, dicente: bonum opus operata est in me. Mat. 29. quàm etiā ad uitam contemplatiuā: sicut orare, docere, ꝑdicare, & huiusmodi: exēplo illius, de quo dr̄. Abijt, qui quinq; talenta acceperat: & operatus est in eis, &c. Mat. 25. Illa enī opera licèt quęque sint leniora & faciliora, q̄ arare, & alia opera seruilia: non tn̄ minoris meriti, sed maioris: quia illi, qui sic docent, quasi magistri operis sunt. Sicut ergo magister operis, qui uirgam in manu portat, & alios docet, quō operari debeant: minus corpore grauatur, uel laborat, & tn̄ plus honorat', & amplius remuneratur: sic in proposito in opere ipsius exiguū laborabis: & cito edes de generationibus illius. Eccle. 6. 8

¶Quartò requiritur, ꝙ sint tempestiua: sicut ęger ante mortem dat operā medicinæ: & homo ante lationem snīæ nititur se defendere: sic ante obitum operare iustitiam. Ecclesi. 14. Et quodcunque potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, &c. Ecclesi. 9.

¶Quintò requiritur, ꝙ fiant humiliter qa sicut operarius corā principe flectit genua: ita cū timore & tremore salutē uestram operamini Philip. 2.

¶Positis bonorum operariorū conditionibus, quorū merces à Deo expectatur: ut contraria iuxta se posita clarius appareant. Nunc ostendere restat malorum operariorū, id est, peruersorum hominum, quorum merces à Diabolo expectatur, conditiones. Anic. 3. 9

¶Inter quos magnum & quasi primum Auaritia.

mum locũ occupant & tenent cupidi: qui iõ mali dicũtur operari: quia sicut ille est malus, & infidelis operarius, q fideli dño & bene soluẽti seruit: & tamen plus accipit, quàm deberet, & cõtra uoluntatẽ domini sui. Sic operantur cupidi sub Deo, aliena contra Dei voluntatem occupantes: & hoc opus iniquitatis in manibus eorum. Isa. 59.

Accidia. ¶Secundus locus est accidiosorum: qui iõ mali dicuntur operarij: quia sicut illi in operibus corporalibus mali dicuntur: q, qđ possent facere vno die, vix faciunt in duobus: non curantes quàm tepidè, & parum, operis faciant, nisi ꝙ salariũ habeant optatum. Ita & in operibus spũalibus accidiosi: ꝓpter quod scriptura docet tales excitare per hoc, quod docet tractare cũ seruo pigro de multa operatione. Ecclesi. 37.

Superbia. ¶Tertiũ locum tenent superbi: qa sicut sunt mali operarij in operibus corporalibus, qui ꝓpter curiositates & ostentationes dimittunt opera, q facere deberent ꝓ auxilio corporũ. Ita isti, q curiosè induti, ad spectacula & alia loca discurrunt, ut uideantur: & opera dimittunt, quæ in ecclesijs & alijs locis facere deberent pro auxilio animarum. De quorũ quolibet dr̃. Prou. 18. ꝙ qui dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.

Inuidia. ¶Quartũ locum tenent inuidi: qa sicut in operationib⁹ illi sunt mali operarij, qui socijs in opere iuuãtibus inuident: sic in spũalibus, illi de qbus in Psal. 57. In corde iniqtates operamini.

Luxuria. ¶Quintum locũ tenent luxuriosi, quia sicut ille est malus operarius, qui ꝓ aliquo opere conducitur, vel in aliquo opere ponitur: ut opus ad finem deducat, quam conducens intendit si contrariũ operetur: Ita illi, quos Deus in opere posuit vineę ecclesiasticæ: vt ruinam restaurent angelicam: si uiuẽdo luxuriosè contrarium agant ani-
10 mas perdendo: Nonne tales adducet dominus cum operantibus iniquitatem? in Psal. 124.

Gula. ¶Sextum locũ tenent gulosi: qa sicut malus operarius diceretur, q plus occupatur circa cibũ proprium, quàm circa opus, in quo dominus suus eum posuit: uel qui totum quod in septimana lucratur, in die festo uoluptuosè expendit. Sic gulosi, qui plus circa cibum & potũ quid in domo quid in camera occupantur: uel in taberna corporis, quàm in opere Dei, vel circa cibationem animæ: & (teste propheta) illorũ inutilia. Isaiæ 59.

¶Septimũ locum tenent iurantes, & turpia loquẽtes, quia sicut ille est malus operarius, q gratis inhonorat dominum suũ: Ita isti quibus nõ sufficit antiqua iura iurare: sed uota, & noua adueniunt iuramenta: pro quibus orat Psal. 27. & tota ecclesia, dicens: Da illis ſm opera illorum, & ſm nequitiam adinuentionum ipsorum tribue illis. Iurare.

¶Octauum locũ tenent festa frangentes: quia sicut malus operarius est, qui operari non cessat, quãdo sapiens dñs eius eũ cessare præcipit: Ita ille, cui pręcipit Deus Exo. 20. dicẽs: Sex dieb⁹ operaberis, & facies oĩa opera tua: septimo autẽ die non facies omne opus tu, & filius tuus, & filia tua, & seruus tuus, & ancilla tua, & iumentũ tuum. Frangẽtes festa.

¶In nono loco computari possunt generaliter & specialiter quicũq; peccatores: qui primo generaliter malis operarijs sunt similes: secundo quibuscunque corporalibus operarijs malis sunt audaciores, &c. Peccatores.

¶Primũ patet, quia sicut in operib⁹ 11
corporalibus illi sunt mali operarij, qui exẽplum operãdi accipiunt à peioribus operarijs: uel qui necessaria & salaria specialia ab vno recipiunt dño: vt ei seruiant, & eius seruiunt inimico. Sic in spũalib⁹ illi, quos Deus destruet illustrationẽ aduẽtus sui ſm operationes sathanæ. 2. Thessal. 2. Scdm etiam patet, ꝙ quantũcunque operarij mundialiũ dñorum in tm̃ mali sint, ꝙ velint (absente dño) segniter opatij: ipso tñ pręsente, fortius operãtur: quam quidẽ considerationẽ operarij Dei. i. Christiani generaliter non habent. Ita malè

malè operantes, ac si Deus præsens nõ esset, in qua consideratione vel ostendunt, se esse infideles, Deum præsentem minimè credentes, uel sunt quibuscunque dominorum seruis & operarijs audaciores & inuerecundiores, reuerentiã diuinæ nõ exhibentes præsentię per fidẽ operationis Dei. Col. 2.

Art. 4. ¶Quòd autẽ prædictorum bonorũ
12 operariorum conditiones sunt sequẽdæ; & malorum fugiendæ: duæ sunt causæ motiuę: vtilitas, & pęnalitas: vtilitas appetenda: & pęnalitas fugienda. Vtilitas verò appetẽda, est duplex; vna in via, alia ĩ patria. In via verò bonorũ operum triplex est vtilitas. Prima nanque Dei uindictas, quas pro peccatis nostris meruimus, aliqualiter mitigat, impedit, uel retardat. Sicut enim memoria bonorũ fructuum, quos paterfamilias de agro suo aliquãdo habuit, eius mitigat iram de hoc, ꝙ quãdoque deficit. Sic in ꝓposito: ꝙ elegãter ostẽditur per hoc, quod propheta dixit ad Iosaphat regem Iuda. 2 Paral. 19. Iram domini merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te, &c.

¶Secundò, animæ mortuæ per peccatum, citiùs viuificationẽ impetrant: sicut encenia, vel dona, vel opera priùs facta pro aliquo domino: offendentem citius reconciliant; quod pulchrè ostẽsum est. Act. 9. vbi legitur, ꝙ Tabita plena operibus bonis, resuscitata fuit.

¶Tertiò de prędestinatione aliqualem certitudinem dant: quia sicut motus hominis certitudinem facit de vita naturali: sic aliqualiter motus bonorum operum de uita spirituali: propter quod Petrus omnes hortatur, dicens. Fratres satagite, vt per bona opera certam vestram uocationem & electionem faciatis. 2. Pet. 1. In patria etiã bonorum operum triplex est vtilitas.

13 ¶Primò nanque bonis operarijs in patria dabitur requies ab omni miseria, & labore: quia sicut quod mouetur ad locum naturalem, adepto termino, quiescit. Ita beati mortui, qui in domino moriuntur: amodo dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos. Apo. 14.

¶Secũdò eis dabitur refectio in cella gloriæ: quia, sicut bene operans apud terrenum dominum dignus est refectione: Ita apud Deum dignus est mercennarius mercede: & dignus est mercennarius cibo suo. Matth. 10. Ergo operamini non cibum, qui perit: sed qui permanet in uitam æternam: Ioan. 6.

¶Tertiò perpetua lętitia, quia sicut operarius multum lętatur: & quasi nihil reputat omnes labores pręteritos, quando magnum habet lucrum: ita in proposito. Et, sicut operarium, dolenter & tristè operantem, amicus ex spe mercedis confortat: Ita Deus nos per prophetam, dicentem. Quiescat vox tua à ploratu tuo, & oculi tui à lachrymis: quia est merces operi tuo. Hier. 31. Pęna etiam malorum operariorum est duplex. vna temporalis: alia æterna.

¶Temporalis infligitur à Deo ad 14
modum domini: qui ab operario malo subtrahit uictualia: & aliquando pęnis alijs affligit: ut postmodum meliùs operetur: vel ne in miseria torpescat, sicut fecit in abundantia: Sic Deus. Cui dicit Scriptura, Eccl. 33. Seruo maleuolo tortura & compedes: mitte illum in operationem, ne uacet. Æterna verò eis debita satis ostenditur in primo parente, qui fuit positus in Paradiso, ut operaretur. Gene. 2. de quo, quia malè operabatur, fuit eiectus, in signum, ꝙ mali operarij illuc non attingẽt. Si eñ malè operãs eiectus fuit: cùm difficiliùs uideatur illic ꝑuenire, cùm extrà simus, quàm fuerit illis illic stare: nõ uidetur, ꝙ malè operantes, illuc peruenire poterunt. Ergo sicut ille malè operãdo, hæreditatem perdidit. Ita oportet nos bene viuendo lucrari, aliter ille, ꝗ primũ de Paradiso deiecit parẽtẽ, nobis dicturus est illud. Psal. 6. Discedite à me oẽs, qui operamini iniquitatẽ. Nec sufficit declinare à malo, 15
nisi etiã fiat bonũ: quia, sicut ẽm leges ciuiles, si alicui datum sit priuilegium

propter

propter certa opera, de quo priuilegio multùm gaudere in casu poterit, si opera illa exerceat; operibus illis cessantibus; ille licentia & priuilegio illo carebit: sicut patet. C.lib. 6. titu. de testamento militis. l. milites. §. prouide. ubi conceditur militibus priuilegium, quòd dum in prælio sunt, testamentum facere possunt sub verbis, quæ sequuntur. prouide sicut iuris rationibus licuit, ac semper licebit: si qui in vagina aut in clypeo literis suo sanguine rutilantibus aduocauerint: aut in puluere inscripserint gladio sub ipso tempore, quo in prælio iurè sortem, id est, uitam derelinquerint, huiusmodi uoluntatē stabilem esse oportet. alij verò qui cum illis in partibus illis sunt, sed tamen cum illis non militant: huiusmodi priuilegio carebunt. Sicut patet ex lege immediatè sequenti: quæ incipit Scriniarios. Sic in propositó illi, quibus concessum est priuilegium de cęlo post mortem habendo, sub conditione tamen bonorum operum, sicut patet in Psal. 14. vbi habetur, ꝙ ille habitabit in tabernaculo Dei: qui operatur iustitiam. Ezechiel 3. & 33. vbi habetur, ꝙ in iustitia, quā operatus est, viuet. Et Matt. 15. vbi ille, qui operatus est alia quinque constitutus est super bona multa conditione illa stante: & eueniente, illo, gaudebunt priuilegio: & nō eueniente, illo, carebunt priuilegio. Sicut patet expresse in prędictis allegationibus & specialiter: Ezech. 33. quia textus multùm prædictæ concordat legi: quia sicut ex lege illa patet ad hoc, ꝙ priuilegium illud militantibus datum sortiatur effectum: oportet ꝙ in pręlio sortem, id est, vitam derelinquat. Sic cui cōcessum est, ꝙ in bonis operibus militando animæ suæ testamentum facere possit regni cęlestis: oportet ad hoc, quòd testamentum illud debitum sortiatur effectū per priuilegium ei in prędicto textu cōcessum, oportet ꝙ in vitiorum expugnatione & bonorum operum militia moriatur. Et vt hoc manifestiùs appareat, verba textus in medium deducantur. Si (inquit) Deus dixero iusto, quòd uita uiuat: ecce pulchra licentia, seu priuilegium, uel concessio: & confidens in iustitia sua fecerit iniquitatem: omnes iustitiæ suę obliuioni tradentur in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur. Ezech. 33. ecce amissio priuilegij: quia usque ad mortem in operibus non perseuerauit, quæ fuerunt principalis causa & finalis: quare priuilegium illud ei concessum fuit. Huic sententiæ multæ concordant leges:
sicut patet. C.lib. 4. titu. de conditione 16
ob causam data: per totum. Ex toto nanque illo titulo patet, quòd quando aliquid datur uel promittitur alicui ob certam causam & conditionem, conditione illa stante: stabit promissio, vel datio: non stante, reuocatur: uerbi gratia: promitto, vel do tibi 10. marcas, vt manumittas filium meum: te non manumittente, mihi competit repetitio: ibidem l. si liber. Ad idem est lex in digesto nouo. lib. 1. titu. de donationibus. l. si cui. §. Titio, quæ continet, quòd quando aliquid datur finaliter propter aliquam causam; nec esset aliter daturus; tunc causa illa stante, &c. secus aliter si esset daturus: vt, verbi gratia: Si dicat quis: do tibi 10. vt emas tibi librum, si aliter esset daturus: & si inde librum nō emas, sibi non competit repetitio. verbum autem illius. §. hæc sunt, quæ sequuntur. Titio. 10. donaui ea conditione, vt inde sibi Stichum emeret. quęro, cum homo antequàm emeretur, mortuus sit: an aliqua conditione 10. recipiam. Respondet dicens: si 10. Titio in hoc dedi, ut Stichum emeret, aliter non daturus, mortuo Sticho condi-
tione repetam: hic auctoritates con- 17
cordant legis diuinæ. O 8.4. Nota plures leges. R. 5.60. Et nota, quòd omnes prædictæ allegationes multùm esse uidentur contra illos, cum quibus episcopi dispensant; quòd causa eruditionis scolas exercere poterunt per septen-

ſeptennium vel alium terminum infra ſeptennium contentum: poſtquàm ad eccleſias curam animarum habentes promoti fuerint, antequàm ad ſacerdotium promoueantur. Sicut patet lib. 6. Decret. titu. de ele. cap. cum ex eo. niſi in ſcolis uiriliter addiſcant; quia illa eſt finalis cauſa: quare eis licentia & priuilegium de non reſidendo & ad ordines non promouendo datum eſt: ſicut expreſsè patet ex illius capituli tenore, in quo prius oſtendit, quomodo eccleſia viris indiget literatis: & ꝙ magnum damnum ex talium patitur defectu. Deinde dat Epiſcopis auctoritatem, ꝙ cum uolentibus in ſcientia proficere diſpenſare poterunt: vt fructuum in Dei eccleſia ſuo tempore afferre valeant oportunum. Ex quo patet, ꝙ profectus in ſcolis cauſa eſt: quare Papa cum eis diſpenſare voluit de non reſidentia. Nec aliter eis talem dedit licentiam. Illa ergo cauſa ceſſante, coram Deo iudicantur ſine licentia: non reſidere, & non ordinari: malo titulo iudicantur beneficia ſua poſſidere per decretalem in 6. de elec. cap. licet. In qua priuantur omnes non ordinati ad ordinem ſacerdotalem infra annum. licèt ergo non ordinati coram mundo titulo diſpenſationis excuſentur, ſi tamen viriliter non ſtuduerint: coram Deo excuſati non ſunt. No. ad hoc legem. F. 3. 34. Et M. 9. 15. Sed heu cum amor domini, uel timor, uel prçmium faciunt, opera corporalia viriliter fieri: nihil iſtorum locum habet in operibus animæ: & ideo coram Deo culpabiles erunt: quia (teſte Chryſoſto.) operarius ſi neglexerit non ſolum mercedem perdet: ſed etiam damnum deſertæ vineæ exigetur.

¶ Oratio. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Orandum nobis neceſſariò eſſe; quibuſdam declaratur exemplis.*

2 *Orationis, de recto, ac puro corde emiſſæ, multiplex declaratur vtilitas. num. 3. 4.*

5 *Orationem, ut oranti proſit, ac utilis ſit; ſeptem præcedant conditiones, oportet: quarum*

Prima eſt interior animæ munditia.

6 *Secunda, mandatorum Dei obſeruantia.*

7 *Tertia, ieiunium.*

8 *Quarta, eleemoſinarum elargitio.*

9 *Quinta, mentis aſcenſio, & ad eam applicatio.*

10 *Sexta, iuſtitia quæ ad proximum.*

11 *Septima, humilitas.*

12 *Quæ autem orationem concomitari debent conditiones, ſunt ſeptem; videlicet,*

Prima, quòd petitio ſit congrua, ac rationabilis. In qua conditione explananda; tota oratio Dominica, ut breuiter, ita pulcherrimè declaratur. num. 13. 14.

15 *Secunda, humilis, & deuota reuerentia.*

16 *Tertia, orantis charitas.*

Quarta, diſcretio.

17 *Quinta, quòd manè oretur.*

Sexta, orantium in tribus bona concordia; ſcilicet,

In affectione charitatiua;

18 *In re petita; num. 19.*

20 *In multitudine concurrente.*

21 *Septima, orantium perſeuerantia.*

22 *Vnica tantùm conditio ſubſequi debet orationem; videlicet, quòd pactum, quod cum Deo orans feciſti, teneas; nec poſt confeſſionem tuam facilè frangas.*

23 *Quatuor gemino impedimento aliqui, pro ſeipſis orantes, ne exaudiantur, impediuntur.*

Primò;

Primò, quia non veraciter orant.
24 *Secundò, ob ingratitudinem præcedentem, ac sequentem rei petitæ abusum.*
25 *Tertiò, quia nec cum Deo, nec cum Sanctis habent pacem: ac quia impiorum societatem tenent. num.26.*
27 *Quartò, quia ceu Deum in prosperitate non audierunt; ita nec liberati audire vellent. Hac de re in tribulatione clamantes, non audiuntur. num.28.*
29 *Quatuor in causa esse dicuntur; quare aliqui, pro alijs preces fundentes, haud voti compotes efficiantur.*
Primò, ob fidei defectum in illis, pro quibus oratio efficitur.
30 *Secundò, ob defectum cognitionis proprij status, & periculi.*
31 *Tertiò, ob multitudinem obsistentem, seu impedientem.*
Quartò, quia ipsimet, pro quibus oratur, non orant.
Pro omnibus tamẽ, tam pro bonis, quàm pro malis orandum esse, duplici de causa decernitur.

ORationis, Primò ostenditur necessitas. Secundò effectus, & vtilitas. Tertiò, ad hoc, ꝙ oratio sit vtilis, ostendendæ sunt conditiones: quæ ipsam præcedere debent. Quartò, concomitantes. Quinto, declarandæ sunt conditiones sequentes. Sextò, quare Deus orantes pro statu proprio non exaudit. Septimò, quare orantes pro statu non exaudit alieno. Octauò, quòd tamen pro omnibus est orandum.

Artic. 1. 1 ¶Quantum ad primum, ꝙ necessitas nobis indicta sit orandi, nonnullis ostenditur exemplis.

¶Primò nanque hæc in natura docetur necessitas, tam rationabili, quàm irrationabili. In quibus videmus, ꝙ infantibus, seu pullis, uel fetibus non datur alimentum, nisi ora aperiant, quantuncunque famescunt. Sicut ergo ad hoc ꝙ infans à nutrice uel fetus à matre nutrimentum recipiat, necesse est, vt os aperiat. Sic ad hoc ꝙ Christianus à Deo nutrice & matre, quod petit ad nutrimẽtum corporis uel animæ recipiat, necesse est, ꝙ cor & os, vel saltem unum illorum orando aperiat: sicut scriptum est. Aperiet os suum in oratione. Eccl. 39.

¶Secundò, idem docent à via deuiãtes, qui orant, ut de uia instruantur. Et infirmi orant, ut sanentur. Et pugnãtes, qui orant pro uictoria habenda. Et incarcerati, qui orant pro liberatione: & afflicti, ꝓ patientia, & operantes pro fine intento: proficientes pro perseuerantia: exules pro reditu. Horum ergo exemplo sitis in omni tempore orantes, vt digni habebamini. Luc. 21.

¶Semper enim & omni tẽpore necesse est orare, uel laudare. Exemplo cuiusdam sancti uiri; de quo fertur, ꝙ moriens iugiter dicebat: merci: grammerci: qui de causa requisitus, dixit: de tota uita mea non habeo nisi bona vel mala, quæ priùs feci: de bonis verò Deum laudo, dicendo: grammerci, de malis oro ut parcat: dicendo, merci. Huius ergo exemplo de bonis nobis datis uel factis semper Deum laudemus: exemplo. Psalm. 33. qui ait. Semper laus eius in ore meo. Et de malis sine intermissione orate. Thess. 5: Quomodo autem hoc fieri potuerit. Not. E. 3. 12. Nota etiam plura exempla: in quibus orare informamur. L. 5. 2. De tali orationis necessitate nota. T 1. 29. Exẽplũ.

¶Talis uerò orationis continuatæ de bono corde emissæ multiplex est utilitas: de bono corde emissæ ideo additur, quia ualor orationis multùm se tenet ex parte orantis: sicut ostensum est. M. 10. 1. Hoc etiã patet per exemplum de gladio, uel sagitta. quæ licèt in se bona sint, quando in manu sunt debilis. & fortis: non tamen eundem habent effectum de manu unius & alterius Art. 2. 2 Exẽplũ.

terius emissa: sicut ergo magna est armorum utilitas, quando fortes sunt milites & validi, qui cum illis hostes inuadunt. Ita omnino de armis sentiendum est orationis. Per ipsam namque primò diabolus impeditur, & fugatur, quia sicut ad clamorem pastoris & custodis pecorum lupus fugatur, & impeditur, ne oues deuoret. Sic ad clamorem orationis ille lupus inferni, qui circumit quærens quem deuoret. 1.Pet.5. fugatur & impeditur: ne tantũ, quantum uellent malitias suas exerceat, sicut patet per hoc, quod in gestis legitur Iuliani Apostatę & necromantici: à quo dęmon pro festinato negocio, & nuncius ad partes missus distantes: & ultra terminum sibi præfixum per decem dies rediens, respondit, quẽdam monachũ ipsum orationibus suis per tantum tempus impediuisse. Diabolus uerò uidens se tantum orationibus expugnari, orantibus inuidet multum: & eos quantũ potest, ab orationibus nititur impedire: sicut patet p hoc quod scribit beatus Grego. li. 2. Dialo. de beato Benedicto, qui vidit diabolũ in forma pueri nigri tẽpore orationis monachum de ecclesia extrahere. Hęc ergo audiens, resistite fortes in fide, & constantes in oratione & ieiunio: sciẽtes q hoc genus non eijcientur nisi in ieiunio & oratione. Matt. 17. & Mar. 9. Sicut ergo uolentes latronẽ, qui ostiũ vel murum frãgere nititur, & intrare, & spoliare, fugare clamant: & clamore suo ipsum fugant. Ita diabolum volentem per porta cuiuscunque sensus uel cogitationis vel tentationis ad animã intrare, & ipsam spoliare: clamandum est in oratione. Exemplo ipsorum, qui exclamauerunt in oratione. 1. Mach. 5. postquàm clamorẽ inimicos suos vicerunt. Nota. L. 7. 45.

Exẽplũ.

Exẽplũ.

¶Secundò per ipsam hostes semel fugati, timidi efficiuntur, ipsos pro quibus oratur, iterum inuadere, quia sicut multiplicato auxilio exercitus, timent hostes eum inuadere: Sic multiplicatis adiutoribus per orationem, timent tentatores animæ: Sicut ergo illi, qui hostium timent insultum, adiutorium armatorum sibi prouident stipendiariorum: Ita, qui tentationis sentiunt uel timent insultus, orantes propulsare deberent, ut ipsi orationibus suis eos defenderent. Talis namque spiritualis custodiæ cautela eleganter docta fuit. 1. Machab. 4. vbi Iudas timens, ne hostes, qui in arce erant, illos impedirent, qui circa templi erant sanctificationem; ordinauit armatos, qui illos hostes expugnarent, & eis resisterent, ne alios in mundatione & sanctificatione tẽpli occupatos impedirent: exemplum derelinquens cuicunque prælato uel superiori ordinãdi aliquos oratores, qui orationibus suis hostes expugnent: eosq; impediãt, ne eos, qui extra circa sanctificationẽ insistunt templorum spiritualium, uel quoscunque fideles, & specialiter amicos: qui eos ad orandum excitauerunt, impediant in operibus, in quibus utiliter occupãtur: dicẽdo illud. Hier. 59. Quærite pacem ciuitatis, & orate pro ea ad dominum.

¶Tertiò per ipsam omnia acquirũtur bona, tam præsenti vitæ necessaria, quàm futuræ. Præsenti nanque uitæ per ipsam acquiruntur, tam bona spiritualia, quàm corporalia. De spiritualibus patet: quia sicut verbũ dulce multiplicat amicos, & amorem acquirit hominum: sic oratio deuota amorem acquirit Dei, & sanctorum: inquantum quis sanctificatur per uerbũ Dei & orationem. 1. Thim. 4. De corporalibus etiam patet: & quantum ad bona naturę, q per ipsa largiuntur, tam ipsi oranti, sicut sanitas. Eccl. 38. Ora dominum & curabit te: quàm etiam ipsis pro quo oratur: q a oratio fidei sanabit infirmũ. Iac. 5. Et quantum ad bona fortunæ sicut pluuia tẽpore siccitatis: sicut patet. Num. 20. vbi Moyses orauit, dicens: Domine Deus, audi clamorẽ populi huius: & aperi eis thesaurũ tuum fontẽ aquæ uiuæ, vt satiati, cesset murmuratio eorũ. Sic siccitas tẽpore pluuiæ 4

quia.

quia sicut per exclusam aquæ emittuntur & includuntur. Ita per linguam orantis. sicut patet. Iac. 5. vbi dicitur de Helia, ꝙ oratione orauit, vt non plueret, &c. Et iterum; Orauit, & cęlum dedit pluuiam, &c.

Art. 3. 5 ¶Quantum uerò ad futuram vitam: sicut pauper orando, vitæ corporali acquirit necessaria temporalia. Ita humilis orando, salutem acquirit æternam. Propter quod Iacobus omnes hortatur, dicens: Orate pro inuicem, ut saluemini. Iac. vlt. Ad hoc veiò ꝙ oratio tantæ sit efficaciæ, & utilitatis, multas requirit conditiones, ipsam præcedentes. Et hoc satis innuitur. Eccl. 18. ubi sacra Scriptura uolentem orare hortatur & admonet, dicens: Ante orationem præpara animam tuam, quia secundùm etiam iura ciuilia: non licet cuilibet salutare principem, sed tãtùm digno: sicut patet. C. lib. 12. tit. de desertoribus. l. cum introissent. Ergo à multo fortiori antequàm quis principem salutet: de quo ostendit Philosophus discussis præmissis per demonstrationem, dicens. Vnus ergo princeps debet se præparare & dignificare.

Exẽplũ. ¶Primo per interiorẽ animæ munditiam: sicut patet. C. 6. 2. & 3. Quòd enim talis præparatio præcedere debeat, omni rationi cõcordat: quia nullum encęnium principi factum terreno placeret, si in uase offeretur sordido: uel si in se esset plenum: uel mixtũ muscis, & uenenosis uermibus. Ita nec uidetur ꝙ orationis sacrificiũ Deo placere debeat, quod de corde offertur turpissimo: quod etiam nec in se dum offertur, à muscis malarum custoditur cogitationum. Qui ergo orare uoluerit, iurè mundabitur: ut de illo uerificetur illud. Leuit 14. Orabit pro domo: & iurè mundabitur; supple, prius, & tunc exaudietur. Ipso teste, qui ait. 2. Paral. 7. Si clausero cęlum, ne pluuat & mandauero locustæ, ut deuoret terram: conuersus autem populus egerit pęnitentiam: exaudiam de cęlo, & sanabo terram eorum. Congruum nanque uidetur: ꝙ sicut ille, qui regem offendit, antequàm magnum ab eo munus petat: offensam amoueat, & regem necesse est, ut prius pacificet: aliter non impetrat, quod petit. Sic in proposito: antequàm magnum munus gloriæ uel gratiæ à Deo petamus, & accipiamus: necesse est offerre peccati offensam: & puras ad Deũ leuare manus. 1. Thimo. 2. Viros uolo orare in omni loco leuantes puras manus. Aliter, quod petunt, non impetrant. Ipso teste, qui ait: Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim uestrę sanguine plenę sunt. Esa. 1. Nec mirum: quia nec domino terreno placeret cibus in talibus oblatus manibus.

¶Secundò per mãdatorum Dei obseruantiam. Rationale enim uidetur, ꝙ Deus illum in morte & alijs necessitatibus audiat clamantem: qui prius ipsum audiuit mandantem. Ex tali eñ præsumptione, Ioannes exaudiri sperabat, dicens: In hoc fiduciam habemus ad Deũ, ꝙ quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus. Et non aliter, quia stultum uidetur ab eo aliquid petere, pro quo nihil uolumus facere: immo quod peius est contra quem quotidie facimus. Quomodo sperare potest ꝙ ipsius exaudiat uerba, cuius uerba iuratoria pro magna parte contra Dei proferuntur honorem & mandata: uel cuius opera præceptorum Dei sunt transgressiones fędam uitam ducẽdo, & mala lucra captando. Cùm teste sacra Scriptura, qui declinat aurem suã, ne audiat legem; oratio erit execrabilis. Prouerb. 28. Et, teste decreto, Deum prouocans proprijs peccatis, non potest bene intercedere pro alienis. 1. q. 1. cap. fertur. §. vulnerator: qui vult ergo orans exaudiri, dignum & habilem priùs se faciat per mandatorum Dei obseruantiam: quia, qui conseruat legem, securè multiplicat orationem. Eccl. 35. tam pro se, quàm pro alijs. Qui uerò legem non obseruat; nec 6

securè orat pro se, nec pro alijs: immo, ꝙ peius est, eius societas alios impedit orantes: quia sicut si multi uenirent ad dominum terrenum aliquid petentes, & essent inter eos aliqui vel aliquis, quos contra cor haberet: utpote, qui contra eum aliquid fecissent; responderet & peius expedietis: immo non expedietis negocia vestra, dum tales in vestro habetis consortio. Ita in proposito, quia quæ Deus cum difficultate uel omnino non concedit propter malorum hominum societatem, faciliter & statim concederet, si omnes essent boni. Vnde secundùm glosam super illud euangelij: Si quis haberet fidem, sicut granum sinapis, diceret mõti, ꝙ transferret se in mare, & se transferret, nisi peccata hominum obsisterent: auferte ergo malum de medio uestri: & petite in fide, & dabitur vobis: quærite in ieiunio, & inuenietis: quęrite (inquit) ieiunio. Falco enim, vel Canis famelicus diligentiùs quærit, & insequitur, & citius prædam apprehendit, sic ieiunans.

7 ¶In quo exemplo tertia ostenditur conditio, & præparatio, quæ orationẽ præcedere debet, uidelicet ieiunium. Si enim Hester, uolens salutem populi sui petere corporalem, tribus diebus ieiunauit, & totum populum ieiunare fecit, dicens: Orate pro me. Hester 4. maior ratio & necessitas videtur, ꝙ illi, qui salutem petere uolunt æternam, ieiunent. Et si Hester cum populo suo ideo ieiunabat, & orabat, ut ab hostibus custodirentur, qui corpora occidere uolebant: à fortiori ratione Christiani orare & ieiunare deberent: vt ab hostibus & tentationibus custodiãtur, qui corpus & animã destruere & ęternaliter perdere nituntur: tali cautela ad sui defensionem contra eos se asserunt usum fuisse prophetam, qui ait: ego autem, cùm mihi molesti essent, induebam me cilicio: humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo, &c. Nec cautela ista in hoc casu sola sufficit, quia sicut obsesso ab hostibus, non solum sufficit, ꝙ se sobrium & vigilem custodiat, ne inimici castrum, dum comedit, uel dormit, intrent: sed requiritur etiam, ꝙ stipendiarios, uel alios ad sui defensionem conducat. Ita in proposito non sufficit, ꝙ uolentes se ab hostibus custodire animarum: faciant quod docetur. Matth. 26. Vigilate inquit Christus, & orate: ne intretis, &c. Sed etiã per opera misericordiæ stipendiarios conducere, & *amicos* ad sui castri defensionem *multiplicare* debent: scientes quoniam bona est oratio cum ieiunio: & eleemosyna magis quàm thesauros auri recõdere: quoniã eleemosyna à morte liberat: & ipsa est, quę purgat peccata: & facit inuenire uitam ęternam. Thob. 12.

¶In quibus exemplo, & auctoritate, quarta ostenditur præparatio: quę precedẽs orationem, exaudiri facit; eleemosynarum, videlicet, largitio, & specialiter, quãdo cum ieiunio copulatur: talis nanque oratio est quasi auis, quæ in altum duabus, portatur alis: & sicut nuncius præmissus cũ duobus ad præparandum hospitium pedibus fortiter currens: quia oratio (teste beato Gregorio) si bene occurrat, est quasi nuncius præparans hospitium domini sui: qui cum audacia pergit, & quasi ad dominum intrat, quò caro nequit peruenire. In cuius signum fieri potest, ꝙ ante Ascensionem Christi ieiunamus, & litanias dicendo oramus: ut orationis nuncium ad Christum dominum nostrum tunc mittamus: quando duo habemus, quæ pauperes considerant, quando ad aliquem locum rogatari accedunt: considerant nanque domini largitatem, & locum, ꝙ uidelicet in se sit curialis, & ꝙ in loco præsens inueniri possit. Sic nos tunc specialiter orationem cum ieiunio & eleemosyna mittere decet, quando Christus pauperibus largus esse creditur, utpote. q. festum magnum tenens multis hospitibus: quos in Ascensione secum duxit ad domum suam. Et circa illud tempus,

tempus in quo ad domum suam rediens quando præsens: qui nunquam defuit, inueniri poterit: qui quidam orationis nuncius ideo iustis eleemosynarum donis honorari debet: quia iustum est, & omni consonum rationi, ꝙ nos, qui multa à Deo petimus in nostris necessitatibus, ꝙ aliqua sibi & suis in illorum petentibus necessitatibus tribuamus: nec aliter sine uerecundia quicquàm à Deo petere deberemus, & si aliter petierimus, non est iustum, ꝙ petitum recipiamus: quia habetur in glo sa. super illud Matth. 12. Extende manum frustra (inquit) pro peccatis rogaturus ad Deum manus eleuat, qui has ad pauperes pro posse suo non extendit. Nec hoc audiendo quisquàm grauetur, uel admiretur: quia si ad curias mundi aliquid petituri accedentes, dona aliquotiens præmittunt: ut citiùs, quod petunt obtineant. In quibus sępiùs plus expendunt, quàm lucrentur. Non grauentur, ꝙ ad curiam Dei accedentes, aliquid eos dare oporteat: ubi nunquàm minus quàm dederunt, sed centuplum plus recipient, quando pro dato, uel remisso temporali, æternum possidebunt. Qui ergo donum & munus maximum à Deo petunt æternum, non grauentur dare tēporale. Et qui misericordiam, & remissionem peccatorum, & cibationē, & liberationem à carcere, & uestes, & quascunque alias misericordias à Deo petunt æternas, non grauentur sibi, & suis consimiles exhibere temporales: hoc scientes, ꝙ si prædicta misericordię opera ei exhibuerint temporaliter, ab eo exaudientur consimilia petentes æterna: Nec mirum, quia, dum huiusmodi misericordiæ exercent opera; Angelum habent, qui eorum offert coram Deo de cōsimilibus orationes: quod eleganter ostensum est. Thob. 12. quando (inquit Angelus) orabas cū lachrymis, & sepeliebas mortuos; ego obtuli orationem tuam domino.

9 ¶Quinta præparatio & cōditio, quę orationem præcedere debet, est mentis attentio, & applicatio ad illud, quod orantes loqui debemus. Pro quo est aduertendum, ꝙ perfecta oratio duplicem mentis requirit attentionem & applicationem: vnam, quæ orationē pręcedere; & aliam concomitari deberet. De præcedenti planum est, quia cùm homo sit creatura rationalis agēs ex proposito, & deliberatione: rationabile uidetur, ꝙ de hoc, quod orare deberent, mentem applicet, antequàm oret: ne ad opus suum tanquàm brutū subito & quasi ex instinctu procedat naturæ, non deliberantis. De concomitanti etiam congruitas subest. Congruum nanque uidetur, ꝙ orantes ad omnia, quæ dicunt mentem applicent: ut ex his, quæ dicit, deuotio orantis crescat: dum ad ea, quæ in se deuota sunt mentem & intellectum applicant: & desiderium de habendo, quod petitur, augeatur. Sed quia ista applicatio orationem associās, est valde difficilis, & cum multo vix habetur labore, sicut patet per illud, quod fertur Sanctum Bernardum respondisse cuidam laico improperanti sibi, ꝙ uiri ecclesiastici non laborant, orando, & cātando. Cui ille: bene orare, & huiusmodi facere habendo, & quodammodo ligando mentem in his, quæ orant, & cantant; est multum laboriosum: quia cogitatio, quæ est de se libera, & euagādo delectatur, quodammodo tunc incarceratur, ligatur, & intra claustra corporis includitur, quia quasi de illo tempore orationis loquens Psal. ait. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Cui alius, nec si (inquit) cor ligare ad illud, quod petitur, alijs cogitationibus euacuatis, est difficile vel laboriosum, sed leue. cui Ber. dabo tibi equum meum: si ita dixeris vnum pater noster. finaliter ergo recognouit, ꝙ nec sic pater noster dixerat: licèt cōtrarium prius affirmauerat: quia & asseruit, ꝙ dū pater noster dixit, cogitauit: si sellam cum equo esset habiturus. Ecclesia ad conditionē tam difficilem, & quasi impossibilem obligare noluit de necessitate: uoluit tamen

Exēplū

tamen, ꝙ non gratis nec ex proposito
dum orat, alias reciperet cogitationes,
uel occupationes, ipsum distrahentes:
sed quantum possibile sit, tales distra-
Exéplū. ctiones euitet & occasiones. Exemplo
cuiusdā antiqui patris, de quo fert̃, ꝙ
cū oīa sua ꝓpter Deū dimisisset, & de-
disset; ut nudus nudum ꝑdicaret Chri-
stum: excepto asino, quo ad prædican-
dum veheretur: quem tñ post breue
ideo dimisit, quantuncunque esset sibi
vtilis, quia dū circa orationes, & ꝑdica-
tiones debuit cogitare, sollicitudo de
asini pastu, & potu, & ne furaretur mē-
tem suā distraxit. Primā tñ conditionē
quæ est facilis & possibilis semper orā-
tes habere deberemus; ut uirtute illius
primæ applicationis, & spiritualis ta-
ctus tota sequēs ad Deum ascēdat ora-
tio. Sicut sagitta uirtute primi tactus
chordę & digitorū in altum ascendit:
licèt manus, uel chorda ipsam ascen-
dentē continuè non tangat, si tñ ipsam
in principio non tāgeret, nequaquam
ascenderet. Ita oratio virtute primæ
intentionis in altū ascendit corā Deo.
Et si semper mens & cogitatio ipsam
nō tāgat: si tamen ipsam in principio
nō tāgeret, nō uidetur ratio, quare ascē-
dere deberet. Sicut ergo volēs dño ter-
reno de pluribus rebus, & animalibus
encenium facere, qñ animalia illa in
loco ponit, in quo dñs transiturus illa
videbit: ita illa ordinat: ut illa, q̃ sunt
distinctæ naturæ & cōditionis: distin-
ctum & quasi per se separatū habeant
locum: ut dñm transeuntē de singulis
informet: ut singula uidens, plus sibi
placeant. Ita uolens Deo encenium fa-
cere diuersarum horarum, quamlibet
ꝑ se deuotè ostēdat. Et sicut Aduocatus
corā Iudice de causis diuersis & arduis
locuturus, de omnibus delibetat, ante-
quàm loquat̃. Et sicut portans ad dñm
suum redditus multos & diuersos, uel
faciēs homagiū ꝓ diuersis terris, dicit
accipe redditū meū, uel homagiū ꝓ ta-
li terra Ita reddēs redditū horarū dicat
Deo: in principio cuiusq; horę in cor-
de suo, recipe redditū meū, in quo tibi
teneor: quantū ad talē horam, &c. Hac
nanque causa moti quidā de laudabili
cōsuetudine in principio cuiuscunque
horę dicere solebant: Rex Christæ cle-
mētissime, Tu corda nostra posside, Vt
tibi laudes debitas, Reddam' omni tē-
pore. Sic etiā orauit ꝓpheta, dicēs. Au-
ribus ꝑcipe orōnem meā: in Psal. 16. Et
iterū. Intret in cōspectu tuo orō mea.
Psal 87. Horum exemplo ante oratio-
nem præpara animam tuam. Eccl. 18.

¶Sexta ꝑparatio, orōnē ꝑcedens, de- 10
bet esse iustitia quo ad ꝓximū, ꝙ ne-
minē lędat in fama, corpore, uel rebus,
quia si ꝓximū in aliquo ꝑdictorū lęse-
rit; nō est iustū, ꝙ à Deo orās exaudiat̃,
quia & cōtra rationē uidet̃ a patre ma-
gnū munus petere, dum filio iniuriat̃
dilecto, & si petierit, nō obtinebit. Sicut
patet. 2. Macha. 9. vbi de Antiocho re-
ge, qui filijs tunc de insidiabat̃ dilectis,
orabat dñm, à quo nō erat misericor-
diā cōsecuturus. Qui uerò in oībus ꝑ-
dictis ꝓximo iustitiā tenet: audietur,
sicut auditur à patre, q̃ filio benignū &
iustū se exhibet. Prou. 15. Lōgè est dñs
ab impijs, quantū ad primos, & orōnes
iustorum exaudiet, quantū ad secūdos.

¶Septima præparatio debet esse hu- 11
militatis. Ita ꝙ quantuncunque oēs ꝑ-
dictas in se inuenerit præparationes, &
cōditiones: semper tñ ad hoc ꝙ postu-
latū impetret, necesse est, vt humiliter
de se sentiat, & indigētiā & defectū suū
corā Deo humiliter ostēdat: ad modū
petētis eleemosynā, qui quicquid in eo
miserię est, ostēdit, vt hoīes misericor-
diā moueat. Sic, q̃ Deū ad misericordiā
orādo flectere nitit̃, dicat, & faciat, qđ
dr̃ in Psal. 141. Effundo in cōspectu eius
orationē meā, & tribulationē meā ante
ipsum ꝓnuncio, quia aliter nō impe-
trabit. Sed sic qui orat, impetrabit, &
obtinebit: sicut patet quātū ad vtrūque:
Luc. 18. de publicano, & pharisęo. &
Luc. 23. de bono latrone, & malo Ec-
clesiast. 35. vbi dr̃, ꝙ orō humiliātis, se
nubes penetrabit. Et quātò plus humi-
liauerit se, tātò altius ascēdet: sicut pa-
tet ꝑ exemplum de sagitta: q̃ quātò de

arcu in altum emittitur, tantò altius ascendit quantò corda, de qua emittitur, ꝓfundius versus terrā fuerit: sic in ꝓposito, quantò anima, de qua oratio emittitur, plus humiliatur, altius ascendet, sic oratio humiliantis se nubes penetrat.

Art. 4. ¶Nec sufficit orationi, ꝙ cōditiones
12 iam descriptas habeat pręcedentes: nisi etiā bonas conditiones habeat concomitātes, quia sicut nec in aliquo opere sufficit, ꝙ bene initietur, nisi etiā bene continuetur. Ita etiā de oratione sentiendū est: ad hoc ergo ꝙ oratio sit bona in se, & exauditione digna. Primò in ipsa requiritur congruitas: ꝙ uidelicet illud, quod petitur, sit cōgruū & rationabile: quia nullæ, nisi rationabiles, sunt Imperatori ꝑces offerendæ: sicut elicitur ex lege ciuili. C. lib. 1. tit. de ꝑcibus Imperatori offerēdis: & de quibus rebus supplicari licet an nō. l. nec dānosa. Hæc autem cōgruitas & ratio in oratione requisita, maximè inuenitur in oratione dominica, triplici de causa, seu ratione. Primò nanque est magis congrua ratione auctoris. Aliæ enim orationes alios habent auctores: hæc uerò Christū Deum habet, qui sic orare docuit, dicens: Cum oratis, dicite, pater noster: &c. Luc. 11. Secundò ratione breuitatis. Nam aliæ orationes sunt psalmi & huiusmodi: quę frequēter maiorem habent prolixitatem: hæc autem est breuis oratio, quæ cęlos penetrat. Tertiò ratione utilitatis: hæc nanque maiorem continet vtilitatem, quia quicquid potest, & debet homo iustè velle desiderare, vel petere, in hac continetur oratione. Nam omne bonum, quod petere, uel desiderare debemus: vel est bonū pertinens ad creatorem, vel creaturam: ad Deum, videlicet, vel ad nos. Et secundùm hoc in ista oratione septem sunt petitiones. Quarum prima honorē petit Dei; ibi: Sanctificetur nomē tuum. In hac nanque petitione petimus, ꝙ omnes Deo seruiant, nomenq; eius honorent: contra quod faciunt iuratores. Alias verò sex ad nostrā ordinauit utilitatem: in quibus sex omne bonum cōtinetur, quod nostram includit utilitatē: Omnis nāque vtilitas nostra, quæ peti potest, uel est de bono habendo, uel de malo fugiendo, seu remouendo.

¶Omne nanque bonū petendū, uel est bonū glorię, uel gratię, uel naturæ, q̄ quidē tria bona in tribus primis petuntur petitionibus, seu rogationibus ad nos pertinētibus: Bonū nāque gloriæ petitur, cū dicitur: Adueniat regnū tibi. i. uobis, & nos illi. Bonū verò gratiæ petitur, cū dicitur: Fiat uolūtas tua; sicut in cęlo & in terra, quasi dicat da nobis gratiā tuā faciendi voluntatem: sicut illi, qui nūc in cęlo sunt fecerunt. Bonū uerò naturæ petitur, cū dicitur: Panē nostrū quotidianū da nobis hodie, id est, nostram corporalem sustentationem da nobis hodie.

¶Omne uero malū fugiendū, vel est malum culpæ, uel pęnæ. Malum uerò culpæ est duplex: unū quod antea cōmisimus, aliud quod in posterū committere trepidi formidamus. Istorum igitur trium malorum amotio & liberatio in tribus ultimis rogātur petitionibus. Primò nanque mali, qđ cōmisimus, indulgētia petitur, & remissio; cū dicitur: Dimitte nobis debita nostra.

¶Hæc enim petitio necessario ꝑcedere debet ad hoc, ꝙ in sequentibus 13
audiatur, quia dum in uno detinetur peccato, nec rationabiliter petit, ne in alio cadat, dicens: Et ne nos, &c. Nec ꝙ à malo liberetur pęnæ: quia unum peccatum suo pondere ad aliud trahit & ambo malum inducunt pęnæ. Prius ergo agat ad sui peccati dimissionē, ad hoc quàm conueniens fiat deprecator, & exauditione dignus: quod aliter nō fit, quia ſm iura ciuilia, si seruilis sit cōditionis, incongruus, reputetur, & indignus, ut preces principi porrigat: sicut patet. C. lib. 1. tit. de precibus Imperatori offerēdis l. licet seruilis cōditio. Ergo à fortiori ratione ille, qui est seruus diaboli & peccati, indignus est, ut Deo summo Principi preces offerat,

quia

quia illa seruitus uilior est, sicut ostensum est. H. 3. ar. 1. Quòd si in tali seruitute preces omnino offerre uoluerit, non exaudietur, quia scimus, ꝙ peccatores nõ exaudit Deus. Io. 9. Sed periculosa conditio est, q̃ subiungitur, nisi suggestio contineat ueritatem, quando dicitur. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

14 ¶Quia secundũ leges ciuiles, quod ex falsa petitur allegatione vel suggestione, cõcedi non debet: uel si concessum fuerit, nullius erit momenti: sicut patet per legem allegatã. F. 3. 34. & per legem. C. li. 1. ti de diuersis rescriptis. l. uniuersa. In qua continentur uerba, quæ sequũtur. Vniuersa rescripta, siue in personam precantium, siue a quẽlibet Iudicem mandauerint, sub ea conditione proferri præcipimus. Si preces ueritati nitantur: nec aliquem fructum peccator, glosa interlinearis, mendax, sequitur, oraculi percipiat, cui etiã legi concordat lex & auctoritas Christi, qui immediatè post orationẽ dominicam adiungit, dicens: Si dimiseritis hominibus peccata eorum: sm, supple, ꝙ in suggestione prętenditis, dicẽtes: dimitte nobis, &c. dimittet vobis pater vester cęlestis peccata uestra. Nota. D. 10. 4. Mali uero, ꝙ in posterum cõmittere formidamus; custodiã petimus, & pręseruationẽ, cum dicimus: Et ne nos inducas in tentationem, id est, nõ pmittas cadere nos: vel consentire tẽtationi. Mali uerò pęnę liberatio, & misericors petitur liberatio, & præseruatio, cùm subditur. Sed libera nos à malo. Sic ergo uos orabitis. Matth. 6. Sed cũ orans sit quasi nuncius negocium suum uel alienum apud Iesum & matrem eius gloriosam exponens. Et nuncij modus sit approbatus: ꝙ illos ad quos aliquid petituri accedunt, salutatione præueniunt; deinde literas credentiæ ostendunt, tertiò petitionem formant: conueniens uidetur quòd orantes Iesum & matrem eius: salutatione præueniant angelica, & literas ostendant credentiæ Symboli Apostolorum, & petitionem forment dominicam orationem instantes. Rom. 12.

¶Secunda conditio in oratione requisita est humilis & deuota reuerẽtia, quàm ad illum, cui oratur, habere docẽt exempla, & legis sanctio. Exemplo nanq; videmus: ꝙ qui habent ardua facere, uel magna à Principibus, seu Iudicibus huius mundi petere, cum magna loquuntur reuerentia: non solum illis, sed illorum etiam Magistris assistentibus, & filijs, & amicis. Legis etiã sanctio vult; ꝙ liberti. i. manumissi de seruis, uidelicet liberi facti, in magna teneantur reuerentia, suis non solum patronis, seu manumissoribus, sed illorum heredibus, sicut patet. C. de in ius uocando. li. 2. & C. li. 6. tit. de libertis & eorum liberis. l. liberti: quibus si fuerint ingrati, in pristinam redigendi sunt seruitutem: ibidem. l. libertinę: Ergo à fortiori nos qui sumus liberti Dei, qua libertate Christus nos liberauit. Gal. 4. Non solum Christo, qñ cum eo orantes loquimur, teste Ambrosio, qui ait primo de officijs, quando oras, cum Deo loqueris: quãdo legis ipsum audis. Cui cõcordat Augustinus super Psal. 75. non uerbis, sed sentẽtia. Quãdo (inquit) legis, Deus tibi loquitur, quãdo oras, cum Deo loqueris, maximaq; ab eo petimus, & magna ab eo recipimus, magnã non solũ ei, sed etiã erga illos, quos seruos, uel filios suos æstimamus, vel æstimare deberemus, exhibere deberemus reuerentiam, tam orando, quàm operando: quod si fecerimus, oratio vna parua & breuis citius audiretur, quàm multæ magnæ & prolixę, cum syncopatione & festinatione, sine reuerẽtia & deuotione dictæ, sicut patet per historiam, quę de perpetua virgine Dei narratur genitrice: ꝙ cuidã sibi deuoto apparens, ait: Mallem quinque salutationes tractim & cum reuerentia dictas, quàm totum psalterium cum festinatione & sine reuerentia & attentione. Cui concordat Decretum sumptum ex uerbis Hieronymi, dicẽtis: ꝙ melior est septem Psal- Exẽplũ.

R 2 morum

morum decantatio, cum cordis puritate, ac serenitate, & spirituali hylaritate, quàm totius psalterij modulatio cũ anxietate cordis atque tristitia, de consec. dist. 5. Non mediocriter: qui uerò hoc non fecerit, religendus est in seruitutem, & oratio eius fiat ei in peccatum. Psal. 106. quia non sine ingratitudinis culpa irreuerẽter ad tantũ loquitur principẽ & patronũ: à quo totum habet, quicquid habere dignoscitur, & sic propter irreuerentiã, & peccatũ cõmittit. Et quia non audit, nec aduertit, quod orat: nec ille, cui orat, illud aduertet. Vnde Augu. Illam orationem nõ exaudit Deus, cui ille, qui orat, non intendit: tuam orationem non audis, & Deus eã qualiter exaudiet? quid valet strepitus oris, ubi mutum est cor? quia si mutum sit cor etiam si altissimè, arido tamen corde cantet, uel p cantum suum plus gloriam hominum quęrat, quàm Dei: factus est uelut es sonans, & cimbalum tinniens, quantũ ad Deum. Cuius aures citiùs deuotè audiunt orãtem: quàm altè & curiosè clamantem: quia nõ clamor sed amor pulsat in aure Dei, sicut patet p illud, ꝙ quibusdã altè cantãtibus, uoce celitus emissa, responsum dr̃ fuisse, quandã vetulã, illuc in quodã angulo orãtẽ, melius cãtare.

Exẽplũ.

¶Ad idem fertur de quodam sancto patre, qui ad quandam ecclesiam declinauit causa orandi, & (clericis festinè & altè diuersis notis cantantibus) uidit prædictus sanctus dæmonẽ super chorum habentẽ magnũ saccum in manibus: & ꝓijciebat quasi literas ad saccũ, finito officio, & saccum plenũ deportauit. Ad quem cũ quidam uenisset, & interrogasset sic: nunquid pater sancte bene cãtauimus? cui respõdit ita, quia saccum plenũ cantastis: denotãs ꝙ plus placet Deo humilis cãtus cũ deuotione, q̃ solẽnis sine attẽtione, & mẽtis vanitate. Ideo suo exẽplo nos docet Apostolus, qualiter orare debemus, & cantare, dicẽs: Orabo spiritu, orabo & mẽte: psallam spiritu, psallam & mente. 1. Cor. 14. quia non clamor, sed amor: non uox, sed uotũ resonat in aure Dei.

Exẽplũ.

¶Alij enim orant sicut Symia: cuius labia tantùm mouentur, & nõ cor, qui licèt bona orantes, uel cantantes dicãt: nõ tñ bene, uel bona intentione. Sed sunt sicut quidam, qui rogatus, ꝙ aliquod bonum uerbũ pro quibusdã diceret religiosis, pro magna, quã habuerunt, causa, in qua ipse iuuare poterat, clamauit gallicè magis ad derisionem, quàm ad utilitatẽ, bonũ uerbũ ꝓ fratribus: bonum verbũ ꝓ fratribus. Non sic docuit Christus orare: sed potius interius ex corde, dicẽs: Intra cubiculũ tuũ, & ora patrẽ tuum in abscondito. Matt. 6. i. interius in corde & ex corde. Exẽplo Saræ, quæ oratura, perrexit in cubiculũ, & in orationibus persistens, dñm deprecabatur. Thob. 3. Illi verò, qui tales tm̃ ad literã intelligũt auctoritates, ꝙ horas, & hmõi in cubiculo dicere uolunt corporali: sicut ille, quẽ dæmon transiens, fertur derisisse, dicẽs: calidas uolo: calidas uolo: nõ spiritum qui uiuificat, sed literam q̃ occidit morem sequunt̃ Iudæorũ. Contra doctrinam Iudæ Apostoli, qui hos informat dicens: Spiritusancto orãtes uos in dilectione Dei seruate. Iudę. 1.

Exẽplũ.

Exẽplũ.

¶Tertia cõditio, orõni necessaria, est orantis charitas, quia sicut ardor incẽsi de carbonib⁹ calidis, & nõ frigidis, ascẽdit, ita oratio, de qua ĩ Psal. 140. Dirigat̃ orõ mea sicut incẽsum ĩ cõspectu tuo. 16

¶Quarta cõditio est discretio ut discrete petatur, quod petẽdum est, ita ꝙ utile pro anima instãter petatur. Alia uerò, sicut honores, diuitiæ, delitiæ, & huiusmodi, non sunt in oratione petenda propter causas tactas. C. 17. 15. sed quo ad talia homo debet se totaliter diuinæ subijcere prouidẽtiæ & gratiæ: sicut seruus qui à largo domino non petit aliquod certum: sed totaliter se eius submittit curialitati. Istam curialitatem docuit Christus Paulum orantem habere: cui cum aliud petijt, quàm debuit: utputa, stimuli amotionẽ, dictum fuit: Sufficit tibi gratia mea. Nõnulli enim indiscretè petẽtes, passi

sunt

sunt in his,quę petunt,repulsam, licèt quãdoq; meliùs obtineant. Sicut patet de prædicto Paulo, & de matre filiorũ Zebedęi,cui dictum fuit: nescitis quid petatis. Nec tamen omnino repulsam patiuntur: quibus melius prouidetur, quàm petant: quia si petenti ab amico denarium, centum dẽtur librę: repulsam non patitur. Nõ ergo mirentur,si qđ petãt,nõ obtineant, exquo ꝑdictus Apostolus non obtinuit,quod petiuit, quibus forte melius prouidetur.

¶Qui insuper si peterẽt qđ deberẽt, & modo quo deberẽt, audacter petere possent, & petentes citiùs audirentur. Aug.enim dicit. Cũ ea,q̃ Deus laudat, & pręcipit,petitis,securi petite:illa enĩ ꝓpitio Deo conceduntur.Quãdo autẽ petitis temporalia:cum modo petite,& cum timore illi totum cõmittite, ut si prosit,det: si scit obesse, non det.

17 ¶Quinta cõditio orationi multùm conueniens est,ꝙ manè oretur:diuites enim, qui aliquid dare uolunt, libentiùs primis dant pauperibus,eis occurrẽtibus. Sic Deus,qui Prouer.8.ait,qui manè uigilauerint ad me: inuenient me: teste. Iob 8.Si diluculo surrexeris ad Deũ, & omnipotentẽ fueris deprecatus: statim euigilabit ad te, & pacatũ reddet habitaculum tuum. In cuius signũ dici potest,ꝙ filij Israel manè collegerunt manna.Exod.16.Qua etiã de causa motus fortè dicebat. Psal. Manè astabo tibi. Et iterũ. Manè oratio mea præueniet te: Psal.87.

¶Sexta conditio est orantium bona concordia,quo ad tria seu in tribus: in affectione charitatiua,in re petita,& in multitudine concurrente. Sicut enim Monachis ad Abbatem suum,uel ciuibus ad dominum suum, cum istis tribus conditionibus concurrentibus, & aliquid rationaliter petẽtibus: faciliùs concedit quod petitur: ita Deus. Sed si Abbas, uel dominus uideat inter eos animorum discordiam, iram, odium, & non unitatem, uoluntas eius non multùm eis inclinatur ad concedendum, quod petunt. Ita nec uoluntas Dei ubi talia uidet in cordibus petentium, uel processionem facientium: quia dicit Decretum Cipriani Papæ. 23.quæstio.1.alienus, quòd non multitudinem,sed unitatem attendit Deus deprecantium. Et adducit ad hoc testimonium Christi, dicentis.Matt.18. Si duo ex uobis cõsenserint super terram, de omni re, quamcunque petieritis, continget uobis à patre meo, qui in cęlis est. Vbicunque duo uel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio illorum sum: quod enim mirabile est si eos audiat,ex quo cum eis est.

¶Si iterum prælatus vel dominus 18 uideat, quòd in re petita non concordant, sed unus petit unum, & alius aliud, & tertius contrarium,quia cum neutro concordat, non inclinatur ad concedendum. Ita nec Deus, ꝙ unus petit diuitias: alius delitias: tertius honores, uel quando pulchrum tempus, & prosperitatem petunt: & pacem, ut cupiditati studeant, ut delitijs inordinatis quietius uacent; uel quando unus orat pro salute sua & proximi: & alius proximo in corde,uel ore maledicit, tales preces non sunt Principi offerendæ, quæ in alterius deprecantur damnum,uel præiudicium.C.lib.1. tit.de preci.impe.offe.l. nec damnosa, & si offerentur, nõ exaudientur Iac.4. Petitis,& non accipitis: eò ꝙ malè petatis. Si ergo uno die orantes, uel processionem pro pace, uel alia de causa facientes, non sunt exauditi, satis coniecturare poterint, ꝙ sint immundi discordes,uel mala intentione petentes. Tales ergo, qui sic se sentiunt innodatos, vel ante crastinum se corrigant, uel domi remaneant, ne alios impediant, & residui erunt exauditi: quia & illis dicit: quocunque uolueritis, petetis, & fiet uobis. Ioan.15. Sed fortè licèt nonnulli in aliquibus de prædictis reos se esse sentiant, in immunditia, uidelicet fornicationis, adulterij, cupiditatis, & usuræ, & huiusmodi.

¶In hoc etiã ꝙ sunt ab alijs discordes corde, quos non diligunt: & ore quis maledicunt: fortè tamen cõcedere nolunt, ꝙ mala intentione petant, quæ petunt, uel ꝙ alia petant, sicut diuitias; delitias, & honores: quàm petere deberent, quia fortè cogitãt, ꝙ huiusmodi nunquàm orantes petierunt.

19 ¶Sed sicut certè oratio bene ordinata, est pius affectus mentis, tendens in Deum: Ita quantum ad Deum oratio deordinata est studium totum & desiderium de aliquo habendo, quod habere non deberent, uel alio modo habere deberent: licèt ergo alia ore non petant: dum tamen alia orant, uel faciunt: hoc corde cogitant, uel desiderant: quantum ad cordis desideria faciunt, & accidit eis, ꝙ quantum ad oris loquelam secundùm fabulas, contigit auaro Lupo, & Vulpi, simul ad scholas positis, quorũ prior cum Pater noster sillabificasset, & sillabas adinuicẽ componere deberet: dixit, argentum: secundus in eodem casu dixit, oues: tertius, aucas. Sic accidit in proposito de quibuscunque peccatoribus: qui licèt in ecclesia, uel processione positi, sint ad orandum, & Pater noster ore dicant, tamen corde cogitationes & affectiones circa alia componunt: sicut cupidus circa cupiditates: uoluptuosus circa uoluptates: & sic de alijs. Et ideo sicut prædicti in schola proficere non potuerãt: Ita nec isti in oratione. Ad hoc ergo ꝙ petita obtineãt, oportet ꝙ vnã petant, id est, bonam uitam: iuxta illud Psal. 26. unã petij a Domino, & omnia alia ut ad illam ordinẽtur; & tunc exaudientur, Matt. 6. Quęrite regnum Dei, &c. id est, ꝙ uos sitis digni regno Dei & omnia hęc quæ petitis, adijcientur uobis, sic Christi orabant discipuli, de quibus dicitur Actuum 1. ꝙ erant perseuerantes unanimiter quantum, scilicet, ad corda, & petita in oratione.

Exẽplũ de Lupo & Vulpe:

20 ¶Si tertiò prælatus, uel Dominus videat, ꝙ tota nõ petat multitudo, sed fortè unus, uel pauci, nõ ita faciliter inclinatur ad concedendum, sicut quando tota petit multitudo, quia præsumere possunt, ꝙ tota multitudo in petitionibus suis non ita faciliter erret; sicut priuata persona, hæc enim præsumptio legis est, sicut patet. C. lib. j. tit. de diuersis rescriptis. l. uniuersa, in fine pp quã in aliquo casu non vult singulorũ preces audiri. Sed si (inquit) corpus, aut schola aut officiũ, uel curia, vel ciuitas, uel prouincia, uel quædam vniuersitas hominis ob cãm publicã fuderit preces, manare decreuimus, hæc ibi. Qui ergo exaudiri uolunt, conueniant oẽs uno corde, & vna charitate, & mundicia, tota multitudo oret, ut de eis verificetur, quod dr̃ Lu. 1. Oĩs multitudo populi erat orans, quod si facerent, à Deo audirentur, qui qñq; in hoc casu facit sicut largus Dñs uel eleemosynarius, q non dat uni ad portam petenti, sed expectat quousq; multi fuerint simul congregati: Quod sciens Paulus alios ad simul orandum cum eo inuitabat, dicẽs, adiuuetis me in orationibus ad Deum, vt me liberet. Roman. 15.

¶Septima conditio debet esse orantium perseuerantia, exemplo mulieris Chananææ, & exemplo pauperum, qui pp primã repulsam petere non cessant. Ita nec uos, sed sine intermissione orate. 1. Thess. 5. sicut patet. E. 3 12. Ex illo namque exemplo, seu historia patet, ꝙ est de oĩbus ecclesiæ membris, & bonorum societate, sicut de societate mercatorum, inter quos dum unus dormit, alij pro ipso lucrantur. Et sicut de Dño, qui plures habet ei deseruientes, q eius negocia expediũt dum ipse dormit. Sic in charitate coniuncti membris ecclesiæ & participes facit oĩum timentium Deum semper orant, quia dũ ipse dormit, alij pro ipso orant, & lucrantur, & negocia corã Deo expediunt, quia nunquàm est hora, quin aliqui electi orẽt, sic oportet semper orare & non deficere. Lu. 18. Scientes, ꝙ ille Deus, qui secundum Aug. differt dare, ut tu discas orare, qui dissimulat te audire orantẽ; vt instruat in petitione esse perseuerãtem, ad modum pię matris, licèt in primo 21

mo clamore filium non audiat, diu tamen clamaret & lachrymari nō patit: quia ipsum ẽm Hiero. oratio lenit: sed lacryma pungit, & quodammodo excitat dicens: exurge, quare obdormis: exurge, ne repellas in fine. Psal. 43. His ergo informati exemplis, nūquàm ab oratione cessent; exemplo Christi; qui erat pernoctās in oratione Dei. Luc. 6. Et Apostolorum, qui dicunt: oramus semper pro uobis: sciendum, quoniam lapis non una gutta, sed frequenti cauatur, ut dignetur nos uocare uocatione sua. 2. Thessa. 1. Nota plures orationis cōditiones. T. 5. 24. cū sequētibus.

Artic. 5. ¶Nec sufficit, ꝙ oratio habeat conditiones præcedentes, & concomitantes: nisi etiam bonas habeat conditiones vsque ad orantis finem consequentes.
22 Inter quas prima est; ꝙ pactū, quod orando cum Deo fecit, teneat. Orantes enim, vel promittunt, vel Deo promittere deberent, antequàm ab illo, quod petunt, obtineant: quòd contra eum in posterum non sunt facturi: si verò contrarium fecerint, verissimiliter formidare poterunt vindictam, quæ Niniuitis contigit, de quibus dicit Iero. in prologo Naū prophetæ: ꝙ cùm habitatores Niniue, Iona interitū ciuitatis prædicante. Ne diuina ira denunciatum interitum sustinerēt: peccatorū & impietatis pęnitentiam egissent. Accepta Dei misericordia, grauioribus se criminibus implicauerunt: hæc ille. Ex quorum occasione, vt verisimiliter credi potest: postmodū totius ciuitatis secuta est euersio. Similem uindictam timere poterunt, consimilia qui committūt crimina; qui, scilicet, in quadragesima, uel in infirmitate, uel quacūq; tribulatione clamant ad Deum, confitentes, & orantes: ut à periculis illis liberētur, dicētes: dn̄e salua nos perim⁹, qui liberati; postmodum grauiora cōmittūt crimina. Grauiora enim, sunt: licèt non sint alterius speciei, uel cōditionis, quàm illa q̄ priùs cōmiserūt, & grauiora pęna puniēda ꝓpter ingratitudinis peccatū q̄d ĩ recidiuo cōmittit.

¶Et ꝙ hoc iustum sit, tam legibus ostendit, quàm etiā exēplis. Lex enim in digesto nouo tit. de re militari. li. 11. ti. l. non omnes. §. deserto: duriùs punit denuò desertorem, id est, illū qui militiam sine licentia deserit, & de exercitu fugit: dicens: desertor si in urbe inueniatur, capite puniri solet. Alibi apprehēsus ex prima desertione restitui potest; iterum deserendo, capite puniendus est: hęc ibi. Sic iterum militiam deserētes Dei: qui ad modum canum, dum in tribulatione famescūt, & affliguntur, magistrum suum Deum in facie respiciunt. Sed accepto, quod desiderant, nō ut canes ei tantùm dorsum vertunt, sed (quod peiùs est) nepharię peccando inuadunt, & inimicis suis se cōuertunt: propter quod Deus grauius contra eos offenditur: sicut quicunque dominus terrenus cōtra illos, quos in in suis necessitatibus iuuat, & liberat ꝓ certo pacto, ꝙ in posterum erunt ei fideles & obediētes: si post pactum illud ad inimicitias cōuertuntur, & grauiores de talibus accipit uindictas: sicut patet de Romanis & de Viennitis, qui in Quadragesima ad Dei militiā conuersi, quam prius deseruerant, post Pascha iterum militiam illam deserentes, grauissimas à Deo sustinuerunt vindictas, ꝓpter quas sedādas litanię maiores in Roma citò post Pascha: & minores in Vienna ordinatæ fuerunt. No. de hac materia. T. 5. 27. & artic. 2. per totum. Vt ergo cōsimiles euadas: vindictas, nō iteres verbū in tua oratione. Eccl. 7. i. nō committas talia, ꝓ quibus oporteat iterū orationes & processiones fieri. Orationes uerò, q̄ oēs prædictas, tam antecedētes, quàm cōcomitantes, & sequētes habent cōditiones, multùm Deo placent, & orantē iuuāt, quia coram Deo ascendunt, vt negocia orantium expediāt. Act. 10. Orationes tuæ, & eleemosynę tuę ascenderunt in memoriā in conspectu dn̄i: de tali oratione Augustin⁹ loquēs, ait. Oratio est oranti subsidiū: diabolo suppliciū. Angelo gaudium, & Deo gratū sacrificiū.

Art. 6. ¶Et si orationes nostræ prædictas haberēt cōditiones, citò essemus exauditi: q̄ verò non exaudimur, causa est: quia contrarias habemus cōditiones.
23 Inter quas prima causa est & conditio orationē impediēs, quia non ueraciter oramus. Ille enim veraciter orat, qui talem in anima habet sanctitatem, qualē in ore orando ostēdit: quādo videlicet, opera precibus cōformātur, ut sint opera sancta, sicut & preces sanctæ sunt. Contrariū uero statum habētes, non audiuntur. Nec mirū, quia similes sunt Christi crucifixoribus, qui capita inclinātes, ipsum salutabāt linguis dicētes: Aue Rabbi, uel Aue Rex Iudęorū, sed manibus ei alapas dātes, ipsum Cruci affixerunt. Sic isti, de quibus, in Psal. 61. Ore suo benedicebāt, & corde suo maledicebāt: de quibus ipsa Veritas dicit. Matth. 15. & Mar. 7. & Esa. 29. Populus hic labijs me honorat, cor aūt illorum longè est à me. Tales ergo à Deo nō audiuntur: quia, teste propheta; Iniquitatē si aspexi in corde meo, nō exaudiet dominus, in Psal. 65. Nec mirum, quia si quis filium Regis occidisse, & cum cultello, cum quo illū occidisset, & cum manibus sanguinem filij sui cruentatis, uel si occasionē malam dedisset, quare occisus fuisset: vel hoc fecisset, pro quo aliàs filius regis occisus fuisset: & manifesta signa talis mortis, uel occasionis, coram Rege aliquid petiturus ueniret, non esset mirabile, si rex illum non audiret. Sic in proposito, non est mirum, q̄ Deus illos non audit, qui filium Dei adoptiuum: id est, animam ad Dei similitudinem, sicut filius est ad similitudinem patris: peccando occidunt: uel, qui quantum in eis est, occasionem dant, quòd filius Dei naturalis iterum moriatur, quia illa faciunt, pro quibus aliquando occisus fuit, scilicet peccata. Et teste lege ciuili ī digesto ueteri. li. 9. tit. ad legem aquiliā. l. qui occidi. §. in hac, qui occasionē pstat, damnū fecisse videtur. Et cū hoc arma secum portāt, id est, peccata, cū quibus Dei filiū occiderunt adoptiuū, & per q̄ filio Dei naturali iterum occasionē dederunt moriendi. Talibus igitur dicit. Esa. 1. Cùm multiplicaueritis, orationem vestram, non exaudiā: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt, id est, opera, & anima peccato: propter quod Dei filius factus fuit sanguine plenus.

¶Secunda causa, quare orantes non exaudiūtur, nec eis, quod petunt, Deus cōcedit, quātumcunq; pcetur. Et si curialis & largus, est ꝑpter ingratitudinē præcedentē, & ꝑpter abusum rei petitę sequentem: dn̄s enim terrenus, qui aliquādo aliquē in necessitate ad eū clamantem, iuuit & liberauit, & postea vidit illum sibi ingratum, immo gratis inimicū; si iterū in consimili cadat necessitate, nō libēter illū iuuat, quia nec ingratitudo sua meruit addiuuari. Si iterum sciat, q̄ filius dono sibi dato vel turpissimè abuti, utpote gladio sibi dato, seipsum uel alium occidere, nunquàm ei gladium uel huiusmodi arma dabit. Sicut nec depositarius in hoc casu gladium redderet, nec amicus daret furioso, sic in proposito Deus uidens aliquorum ingratitudinem de beneficijs præteritis, quia aliquādo in tribulatione, fame, infirmitate, & periculo ad eū clamauerunt, & liberauit eos, q̄ postmodū liberati, ei ingrati, immo inimici existunt peccādo, & altiùs in diaboli seruitio ei clamādo, sicut in choreis, & hm̄oi: q̄ prius afflicti Deo clamauerūt: Sciēs insuper q̄ illo pace, sanitate, & aeris serenitate, & rerū, & frugū & fructuū abūdātia abuterent, eis qđ petūt nec ēt ꝑ alijs q̄ ꝑ eis petūt, tribuit desideriū. Tren. 3. Te ad iracundiā ꝓuocauimus, idcirco inexorabilis es. 24

¶Tertia causa est quare Deus pacē & hm̄oi, q̄ petimus, nō dat, qa nō habem⁹ pacē sed bellū cū Deo, & cū Sāctis ipsos iniuriosè tractādo, de ipsis dico, q̄ loquunt pacē cū ꝓximo suo: mala aūt in cordibus eorū: in Psal. 27. q̄ dicūt, pax, pax, & nō est pax. Iere. 6. Si eñ placuerint dn̄o vię hoīs daret ei pacē: nūc aūt quia nō placēt: nō est pax impijs, dicit domi- 25

dominus. Isa. 48. Nec etiam alijs pacẽ, vel aliam petentibus concedit, causa societatis impiorum. Nec hoc debet
Exẽplũ. cuilibet uestrum mirabile uideri: quia si pauperes religiosi uenirent ad quẽcunque uestram, aliquid ab eo petituri, si esset vnus uel in domo illorum, qui fecisset uobis malum tractum: responderetis quãdiu talis est inter vos, non bene faciam uobis: sic in proposito. Multum ergo deberent omnes niti: ꝙ peccatores inter illos colligerentur: & dicere, sicut dixit Helias ad Achab. 3. Reg. 18. Tu es, qui conturbas Israel: & sicut Paulus. Gal. 5. Vtinã abscindantur, qui uos conturbat: peccatores enim totum mundum conturbantur: quia si ipsi non essent, optimũ tempus esset, & orantes essent exauditi. Sed nunc cogitant aliqui, ꝙ si ipsi essent abscissi, uel domi remanerent, pauci essent orantes, uel ad processionem uenientes: placet: quia citiùs audiret Deus preces vnius boni uiri, quàm decem millium malorum: qđ pulcherrimè ostenditur. 3. Regum 18. vbi citiùs audiuit Helyam solũ, quàm prophetas Baal quadringentos: & ꝓphetas Lucorum trecentos cum innumerabili populo, qui erat ex parte illorum: multis ergo talibus ad orandũ congregatis, potest dici illud. Isa. 9. Multiplicasti gentem: non magnificasti lætitiam: per tales enim non magna lætitia, sed potius augetur dolor: quia quod boni nituntur orando, facere & impetrare, ipsi impediunt. Sicut ergo boni ędificatores non lætificantur de hoc, quòd alij impediũt uel destruunt, quod ipsi ędificant, sed dolent: qa vno ędificante, & alio destruẽte, quid ꝓdest eis nisi labor? Eccle. 34.
26 Et sicut militibus fideliter bellãtibus, non augetur lętitia, sed dolor, de hoc quòd multos inter se habent proditores. Ita in proposito: licèt sint aliqui boni ędificatores, qui nituntur orando & operando angelicam reportare ruinam, & impetrare auxilia, tam corpori, quàm animæ vtilia: tamen tot sunt destructores & impeditores; tam desiderio, quàm etiam loquela & opere, ꝙ bonis non augetur lætitia, sed dolor: quia nõ obtinent quod petunt.

¶ Quòd enim multi sint prædictis tribus modis impeditores, patet: primò quantum ad desiderium: quia si sint aliqui, qui uellent pacem interiorem & exteriorẽ: sunt aliqui, qui neutrum uolunt, interiorem nolunt iracundi, inuidi, & huiusmodi: de quibus tanta est multitudo, quòd pauci inueniuntur, qui mutuò se ament, vt deberent. Exteriorem nolunt discoli, latrones, homicidæ, raptores, & huiusmodi: quorum potestas & lucrum sunt tenebrarum & guerrarum.

¶ Si iterum sint aliqui, qui tempus desiderant pulchrum & bonum, forũ rerum uenalium, sicut illi, qui de pecunia sua uiuunt: sunt aliqui qui uellent caristiam, sicut auari: qui multa congregauerunt blada, & pistores, & huiusmodi: ut cariùs sua uenderent. Quantum ad loquelam idem patet: quia contra vnum, qui in processione & ecclesia deuotè orat: sunt multi, qui ociosè & nociuè, garrulãt. Contra vnũ qui deuotè cantat, rogat, & benedicit: multi deridẽt, detrahũt, & maledicũt.

¶ Quantum ad opus idem patet, qa contra vnum, qui mundè, humiliter, & ordinatè uenit, & uadit ad ecclesiã, uel processionem: multi sunt sordidi interius, & superbi exterius in uestibus, & omnibus plus superbiam ostẽtantes, quàm humilitatem: modũ non habentes, mendicantiũ, qui humiliora ostendunt: vt qđ petunt, obtineant: qui potius leuium hominum quàm Dei in se prouocare nituntur aspectũ, appetentes uel ab ipsis appeti uelint.

¶ Iterum contra vnum, qui eleemosyna data meretur obtinere, quod petit. Sed multi, q usura, rapina, & huiusmodi, qđ petit, impedientes. Sic patet, ꝙ vno ędificante, & multis destruẽtibus, nõ restat nisi labor: & aliqbus bñ & fideliter cõtra inimicos spũales & tempestates & uindictas bellãtibus, dũ

tot impediuntur præditoribus: quòd mirum est, quòd non optatam obtineant victoriam.

¶An non proditores sunt, qui proprium dominum Deum de castro suo animæ quod eis custodiendum tradidit, eijciunt: Et inimicum eius diabolum peccando introducunt. Sicut ergo proditores in campo armatam impediunt militiam: ita isti Christianam impediunt militiam, sicut ostensum est B 2.12. Illis ergo destructoribus, impeditoribus, & proditoribus mortuis & occisis, uel interfectis, vel correctis, statim daretur quod oratur: quod eleganter ostensum est. 3. Regum 18. vbi prædictis falsis prophetis occisis, pluuia abundanter dabatur: quæ diu ante, id est, per tres annos & dimidiũ non descenderat.

¶Sicut ergo tunc occidebãtur peccatores, & Deus dedit, quod optabant: Ita nunc occidite inter vos, & destruite peccata. Et sicut ad vnam conuenietis ecclesiam & processionem, & vnũ prætenditis Christianitatis nomen & habitum: ita sitis vnanimes in bona, vita, & animorum cõcordia, & nomẽ, & habitũ in opere ostendite Christianitatis, mandata Dei tenendo, & cõfidenter petite: quia infallibiliter dabit Deus, quod petitis. Omnis enim, qui sic petit, accipit: & qui quærit, inuenit. Matth. 7. Vnde Isido. lib. 3. de summo bono. Si enim illud, quod Deus præcipit, facimus: id quod petimus, sine dubio obtinemus.

27 ¶Quarta causa quare Deus orantes non exaudit, quando in tribulatione clamant, est: quia ipsum in prosperitate nec audierunt, nec audire uellẽt liberati. Iustum enim uidetur, ꝙ Deus eis uertat surdam aurem, qui sibi & suis clamantibus surdam præbuerunt aurem: ꝙ enim Deus eis surdam vertat aurem, patet: quia multi petunt diuitias, & sunt pauperes: sanitatem, & sunt infirmi: lætitiam, & prosperitatẽ, & aeris serenitatem, & abundantiam, & habent omnia contraria. Sed causa est duplex, vna q̃ sibi & suis priùs surdam præbuerunt aurem, sicut ipsemet dicit. Hiere. 22. Locutus sum (inquit) ad te in abundantia tua, & dixisti: non audiam. Multis enim loquitur per se in scripturis sacris, & per suos, dum sunt in prosperitate, & sanitate, & mãdata sua audire, contemnunt: quibus accidit sicut gallinis, de quibus dicitur in prouerbio, ꝙ sunt surdæ in autunno: hoc enim quotidiano ostenditur experimento. Nam quotidie clamat Deus per suos, ꝙ mãdata sua custodiant: clamat per suos eleemosynã petendo: & ꝙ pauperũ negocia in curijs magnorum, citiùs expediantur, & non auditur. Deus verò istam illorum considerans surditatem: eos ad talem deducit statum, ꝙ ad ipsum clamare habebunt necesse, nec tamen tunc eos audit. Nec hoc est mirabile: quia, teste beato Grego. 10. moral. Sæpe eius p̃ces in tribulatione deserit Deus: qui p̃cepta illius in tranquillitate contemnit: dignum quippe est, vt ab eius beneficijs sit quisquis extraneus, cuius iussionibus nõ vult esse subiectus: qua iustitia ei subueniret ĩ necessitate, qui ei non obedit in prosperitate: uel qua æquitate ei in mortis puncto daret regnum petenti: qui in sua abundantia noluit dare petẽti denarium: imo qua ratione ab eo tunc stipendium petere poterit, qui in tota sanitate & fortitudine contra eũ militauit, qui suos spoliauit, & usuris & rapinis depauperauit, & iniurijs uexauit. Nec hæc sola est causa, quia scilicet eum prius non 28
audierunt: sed quia etiam scit, quòd liberati ipsum iterum audire nollent. Scit enim Deus, ꝙ illa deuotio, quam infirmi, quando festinant sacerdotem habere, & afflicti, & incarcerati ostendunt, non est nisi quasi collobiũ pluuiale, quod solum induunt, dum pluuia uel malum quod sustinent, durat: quo cessante, illud abijciunt, & ad solita, uel peiora redeunt: de quibus in Psal. 101. Sicut operimentum mutabit eos. Nota. O. 6. 33.

¶Et

¶Et congruè sicut talis operimenti est mutatio illorum: quia sicut qui illud induunt, interiora uestimenta nō abijciunt, nec deponunt: sed cooperiunt. Ita isti interiorem iniquitatem & mala animæ uestimenta radicitus de corde non abijciunt: sed cooperiunt, & abscondunt, & in opere non ostendunt: non quia nollent, sed quia non possunt. Multi enim in paupertate, debilitate, & impotentia ita malam habent uoluntatem se uindicandi, delitias & uoluptates suas explendas, & alia mala faciendi: sicut alij, qui huiusmodi faciunt, quæ dicere possunt, uelle mihi adiacet, sed perficere non inuenio: cum quibus Deus misericorditer agit, eis optata non tribuendo: quia minus est malum uelle tantum, quàm uelle & perficere. Si ergo uolumus à Deo exaudiri, audiamus ipsum mandantem, & eleemosynas petentem potius quàm argentum, uel quamcunque aliam causam: quia, qui faciunt uel negocia potius pro amore pecuniæ expediunt, quàm Dei. Omnibus talibus iuuare non ualentibus quantumcunque in morte ad illa clamauerint: Deus ipsum priùs audientes tunc audiet: vnde Ioannes de talibus loquens, dicit: Audit nos quicquid petierimus. Ioan. 5. quod pulcherrimum ostensum est. 4. Regum. 20. vbi Ezechiæ regi in necessitate & mortis periculo oranti, & Deum commemoranti, quomodo ipsum prius audierat: & quò mandata eius tenuerat, & quod placitum erat ante eum, fecerat: respōdit Deus per prophetam Esaiam: Audiui orationem tuam, & uidi lachrymam tuam, & ecce sanaui te.

Artic. 7. ¶Et licèt in præcedenti articulo in aliquo tactum sit, quare Deus nō audit pro statu orantes alieno: tamen qa iste articulus specialiter ad hoc ordinatur, in hoc istius negocij diligentius oportet inuestigare causas impedientes.

29 ¶Huius uerò impedimenti prima causa, uidetur esse defectus fidei in illis, pro quibus oratur: quia non credunt, quòd orationes uirorum ecclesiasticorum eis ualere poterunt: nec ipsos orantes, uel illorum ęstimant orationes: & ideo orationis effectu & spiritualis sanationis sunt indigni: Christus enim ad hoc, quòd infirmos sanare, uel mortuos suscitaret: uoluit ꝙ ipsi, qui rogabant, uel sanari debuerunt, fidem haberent in sanatione sua: ꝙ uidelicet ipsos sanare posset; nec aliter eos sanauit, sicut ex diuersis patet euangelij locis: ꝙ uoluit tunc, vult adhuc: quia uolūtas in eorum mutatur, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Sicut ergo tunc uoluit, ꝙ illi, in quibus fuit sanationis, & possibilitatis miraculi fides, sanarentur, & fieri eis sicut fides illorum poscebat: ita etiam vult, quòd talibus prosit oratio: sicut patet per hoc quod de quodam rege legitur Christiano: qui cum vna nocte in mari magno uersus terram suā maxima quateretur tempestate, omnibus timentibus, q̄siuit quota hora esset noctis; & alijs respondentibus, quòd fuit circa mediam noctem: seipsum & alios cōfortabat, dicens: nolite timere, iā boni viri de regno meo, & alijs mundi partibus surgunt, & pro nobis orant: quorum orationibus liberabimur. Et sicut credidit, ita contigit ei. Nec mirum: qa oīa possibilia sunt credēti. Marci. 9. Postulet ergo in fide non solum propria: sed etiam illius, pro quo postulatur, nihil hęsitans, &c. Iacob. 1. Exēplū.

¶Signum autem, quod fidē in orationibus bonorum non habent, est, quia nonnulli illorum, qui oratione indigent, & suffagijs, mali sunt & peccatores: quasi continuè bonos deridēt, vilipendunt, persequuntur, & societatem illorum intantum odio habent, ꝙ eos de ciuitatibus suis, eijcere nituntur: uel saltem uellent, quòd longiùs abessent. Sicut patet de domino, qui omnes sacerdotes fugauit præter vnū, quem in fine ecclesiæ in cophino suspendit. Ideo aliquando Deo non placet, Exēplū.

oet, quòd boni pro talibus orent, sicut patet per hoc, quòd dicit ad Iere. Tu ergo noli orare pro populo hoc. Ier. 7. & 11. & 14.

30 ¶Secunda causa uidetur esse defectus cognitionis ꝓpriç. Ignorare eñ uidẽtur statum & periculum propriũ: & iõ orationibus se indigere nesciũt: & ideo orantes contemnunt eum orationibus suis. Et in hoc casu cuidam assimilantur frenetico: de quo fertur, ꝙ cum à parẽtibus & amicis ante imaginem perpetuæ uirginis poneretur Mariæ, scilicet, matris Dei: ipsisque ꝓ statu & sanitate sua orantibus, clamabat dicens: domina Maria, ne credas eis, quia mentiuntur: quia mihi amentiam imponunt, cum sanus & mentis & capitis compos sim & sapiens, cum ipsi amentes sunt.

Exẽplũ.

¶Sic nõnulli statum proprium pessimum ignorantes, & peccatores frenesim non sentientes, qui dicunt sicut prædictus freneticus. Et sicut ille. Apoca. 3. Diues sum & locupletatus: & nullius egeo: qui insuper periculum, in quo sunt, & cuius causa ipsi sunt: alijs bonis imponunt, orantibus, dum dicunt: quòd nunquàm ita mala tempora, nec tot fuerunt tẽpestates, sicut postquàm uiri religiosi & orantes tantum pro mundo per mundum multiplicabantur. Cuius periculi causa non sunt ipsi boni uiri, ut eis imponunt: sed ipsimet, qui cum hoc quod meliùs & frequentius de Dei uoluntate & ꝑdicationibus informantur: in malo tamen culpæ semper crescunt. Et sicut ipsi crescunt in culpa & in frenesi, quã alijs imponunt, & in seipsis recognoscere nolunt. Quibus respondetur. Apoca. 3. Et nescis, quia tu es miser, & pauper, & cęcus, & nudus. Ita iustum est, quòd damnam crescant pœnæ & vindictæ: quia seruus, qui scit uoluntatem domini sui, & non facit: plagis vapulabit multis. Lucæ 12. Nec tamen cessandum est pro huiusmodi freneticis, & orantium persecutoribus orare. Exemplo prophetæ dicentis: Detrahebant mihi, ego aũt orabã: in Psal. 108. Et Christi exemplo: qui etiam pro suis orauit crucifixoribus. Isa. 53. Pro trãsgressoribus orauit, ut nõ perirent: hoc etiam facere docuit, dicens: Orate pro calũniantibus & persequentibus vos. Lucæ 6.

¶Tertia causa est obsistẽtium multitudo. Quando enim pro tyrannis & alijs orant malefactoribus: frequenter contingit, quòd orantes non audiantur. Sicut patet de heremita, qui pro domino suo orauit, & non profecit: tãdem quærentem dominum, quare nõ sentiret, quò orauit tam diu pro eo: rogauit ut cum seruis suis ueniret sibi in adiutorium ad portandum lignum quoddam in nemore, qui apprehendentes lignum, truserunt uersus cellam suam: sed quando ipsi truserunt uersus cellam, heremita resistẽdo impediuit, quòd nõ multum proficiebat: tandem domino quærenti quare sic faceret: Respondit: sic est tecum: ego semper oro pro te, sed tuis malefactis, & peccatis mihi resistis: quòd orationes meæ non audiuntur. Nec mirum: qui plures sunt eis maledicẽtes: quàm pro eis orantes. Et si digni sint audiri, qui orant: tamen suspiria, gemitus, & lachrymæ uiduarum, pupillorum, & pauperum ipsos impediunt. Nec mirum, quia peccantes contra istos, contra Deum peccant, ipso teste, qui ait: ꝙ vni ex minimis meis, &c. Et, Qui uos spernit, me spernit. Si autem peccauerit in Deum uir: quis orabit pro eo. 1. Regum 2. 31

Exẽplũ.

¶Quarta causa est: quia ipsi, pro q̃bus oratur, non iuuant orantes. Sicut patet per exemplum de heremita, & latrone. T. 5. 33. Et tales sunt sicut ille, qui noluit ad currum proprium manum apponere. A. 8. 10.

Exẽplũ.

Artic. 8.

32 ¶Nulla tamen dictarum causarum, uel cuiuscunque alterius causæ occasione, est ab oratione cessandum. Primò propter effectum, qui quandoque contingit: malorum uidelicet correctio: nunquàm enim est de eis desperandum,

randum, quandiu in hac uita sunt mortali. Ergo semper est pro eis orandum. Exemplo apostolorum dicentium: Non cessamus pro vobis orantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius. Col. 1.

¶ Secundò propter effectum qui semper contingit, qui est orantis utilitas. In antiquo enim dicitur prouerbio, quòd qui pro alio orat, pro se laborat: quia ipse nunquàm meritum perdit orationis: quia licèt in illo, pro quo oratur, effectum non habeat: in ipso tamē, qui orat, effectu nunquàm caret: quia dum in ipso, pro quo oratur, repulsam patitur, ad ipsum orantem quodammodo reuertitur. Sic est de oratione sicut de pace, qua Christus præcepit uiris apostolicis dare habitantibus in domibus, ad quas declinabant. Matth. 10. Primum (inquit dicite.) Pax huic domui: & siquidem fuerit domus illa digna: veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, ad vos reuertetur. Sic oratio mea in sinu meo conuertetur: in Psal. 34.

¶ Ordo clericalis. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Ordo triplex reperitur; sacramentalis; superiorum ad inferiores; & inferiorum ad superiores.*

Primus in septem subdiuiditur ordines; videlicet, in quatuor minores, vt puta, in Ostioratum; Lectoratum; Exorcistatum; Accolitatum: Et in tres maiores; nempe, in subdiaconatum; Diaconatum; Presbyteratum.

2 *Secundus ordo ad diuersos alios comparatur ordines.*

Primò, ad solis erga cæteras stellas.

3 *Secundò, ad manuum erga opus;*

Ad orit, & stomachi erga cibum;

Ad visionis oculorum erga visibilia.

4 *Tertiò, ad Aquidæ erga puellos suos;*

Atque Gruum erga cæteras Gruos.

Quartò, Saphiro.

5 *Tertius ordo hac regulandus est ratione.*

Primò, vt inferiores, voluntate propria obiecta, omnique terrena intentione longiùs semota, in omnibus rationabilibus superioribus obediant.

6 *Secundò, vt omnis carnis voluptas, atque oculorum cupiditas proculpellatur: tota autem voluntas in æternis delitijs, permansurisque bonis figatur.*

7 *Tertiò, vt diuinorum contemplatio habeatur.*

8 *Cùm verò, qui triplici prædicto insignitus est ordine, Dei templum efficiatur; hac de re tripartita templi distinctio hic congruenter apponitur, videlicet, in Templum materiale; Templum gloriæ; ac Templum gratiæ.*

Quemadmodum autem Templum materiale multipliciter fœdatur: ad eumdem etiam malum templum spirituale, scilicet, anima polluitur quippe qui immunditia carnalitatis; igne cupiditatis; & homicidio crudelitatis, violatum esse ostenditur.

9 *Quoad primam templi violationem; sacerdotium venale; Prælatos verò ac alios Clericos (loquendo de malis) latrones gentemque profanam esse, multipliciter ostenditur.*

10 *Plurimi sacerdotalem ordinem assumunt; ac intra ecclesiæ septio ingrediuntur, vt seipsos potiùs, quàm Dei pascant gregem: atque vt lociùs viuant, non autem vt Deo mundius, ac dignius ministrent: quod quidem multis conspicuum fit signis: nec non huiusmodi nonnullis improbis similantur hominibus. numero 11.*

12 *Contra quos, scilicet, taliter ordinatos: sententia data est diffinitiua: tùm quia mercede priuabuntur æterna; cùm in hac vita præmium,*

pro

pro quo Deo seruiunt, recipiant: tùm quia ad sequentes quatuor quæstiones, quæ in morte ab eis quærentur; respondere non poterunt; videlicet, Quomodo intrastis? Quomodo vixistis? Quomodo rexistis? Quomodo ecclesiæ bona expendistis? numero 13.14.15.

16 Huiusmodi ergo Prælati, Sacerdotes, viri ordinati, vel religiosi, antequàm ad mortis, iudicijq; locum, ac tempus perueniant; ad prædictas sibi quatuor quæstiones cum magno studio, ac diligentia de responsione prouideant: ne, veluti ille apud Matthæum, ad nuptias absq; veste nuptiali ingressus, obmutescant: Ac sic muti, de templo gloriæ in tenebras eijciantur exteriores; cùm ad templa materialia indignè accesserint; & ea malè occupent; templumq; gratiæ multifariam polluat. num. 17.18.

19 Malos religiosos turpiùs, ac peiùs quàm alios populares templum polluere, atque suis prauis operibus, vt alijs à verè religionis via aberrent, in causa esse, pro certo habendum est.

20 Ob peccatum, negligentiam, peruersam vitam, pessimaq; cleri exempla, deuotionem populi non esse tantam; nec modernæ ecclesiæ, & Christianitatis statum tam bonum, sicut in primitiua ecclesia fuit; & exemplis, & auctoritatibus præ oculis collocatur. numero 21.

22 Ad modum pomerij, vel pomorum mali religiosi custodiunt ecclesiam: ideo quidam comparantur stellæ, quæ nũquàm apparere dicitur, nisi in Augusti mense; cùm autem apparet, vrit fruges, atque consumit. num. 23.

24 Qui sanè peruersi religiosi pro custodienda vinea, id est, ecclesia, demoliti sunt eam: Deiq; partem id est, sacramenta; mandata; seruitia; animas proprias, atque animas subditorum, conculcasse, quamplurimis auctoritatibus, euidentijs, ac signis perspicuum fit. num. 25.26.27.28.

29 Tametsi penè timor non esset, rationabile admodum foret; vt religiosi, cùm alios mundare habeant; mundi sint: secus meliùs esset, quòd in loco, & statu tali non persisterent.

30 Quilibet ordinandus, vel ad Religionem aliquam admittendus; vt exteriori habitu; ita etiam interiori, cen vel de vitio ad virtutem, vel de minori ad maiorem virtutem, mutari debet: quod pulcherrimis quidem exẽplis, à rebus naturalibus, ac à sacra scriptura de sumptis, palam fit insultibus. num. 31.32.

33 Qui verò habitus tantummodo externi, interni autem mutationem primis illis diebus hypocritarum more simulato effingunt animo; ac deinceps ad peiorem, nedum ad priorem, veluti canes, redeunt habitum, seu vitam; hi quidem lupo, in ouile ouium (secundùm fabulas) ingresso, aptissimè comparantur.

34 Simulatq; aliqui, ordinati, vel ad Religionem, seu Beneficium assumpti sunt; à bona, vel saltem ab apparenti bona ad malam mutantur vitam; eò quia in tali ordinis, Religionis, vel Beneficij susceptione, super lucrum potiùs, quàm Christum, suam fundarunt intentionem.

35 Ordinandi, ad Religionem vè, seu ad beneficium assumendi, ad triplicem obligantur sanctitatem; nempe, ad sanctitatem in cordis intentione; in ordinis susceptione; ac in totius operis exequutione. numero 36.37.38. 39.40.41.

42 Omni post habita, reiectaq; excusatione; ecclesiæ ministris, ac sacerdotibus, cuncta ad eorum statum spectantia, possidendum, obseruandumq; sibi esse, tam lege, quàm exemplo affirmatur. num. 43.

44 Circa ecclesiæ ministros, maximè autem quoad ordinandos ad Beneficium ecclesiasticum, atque ad animarum curam assumendos, tria præcipuè obseruanda decernitur. num. 45.46.

47 Non quilibet, sed tantùm qui sunt cõditionibus, paulo superiùs prætactis, praediti;

prædìti; ad ordines, Beneficia, alias vè huiuſcemodi dignitates, eligendi, aſſumendiq; ſunt. Contra indignè autem ad huiuſmodi ordines, vel dignitates aſſumptos, nõnulla, ſcitu digniſſima, explanantur. num. 48.

49 Tam in promotis, & ordinatis; quàm in promotoribus, & ordinãtibus mũda in tali diſtributioni ſumptioneq; munerum requiritur intentio. Contra facientes autem cuidam comparãtur Aſino; qui (vt fabulæ narrant) eleuans, ad modum Canis, os cum ſuis ſordidiſſimis pedibus, ſuper dominum ſuum poſuit, ipſum turpiter fœdando: cuius facti ſæuiſſimam perſoluit pœnam. num. 50.

51 Ad ordines, vel Beneficium aſſumendi; aliquem, priuſquam admittantur, certum habeant titulum; de quo vitæ neceſſaria percipiant: ſecus tam recipientes, quàm ordines diſtribuentes peccare oſtenduntur: atque epiſcopus, vel alius ordinans tenetur ordinato in neceſſarijs.

52 Ordinatis, ad eccleſiæ vè Beneficium aſſumptis, quatuor quoad ordinis ſuſcepti exequutionem neceſſariæ ſunt cõditiones; videlicet, munditia; ſpiritualis fortitudo; honeſta conuerſatio; ac doctrina: quarum duæ primæ ad ſeipſum; aliæ verò ad proximum dirigũtur. num. 53. 54. 55. 56. 57. 58.

59 Ex prauis Clericis, eccleſiæq; miniſtris, atque ex eorum inſcitia, magnum ſibi ipſis, ſubditis; ac toti eccleſiæ imminet periculũ: Sibi ipſis; quia in bello ſpũali à Diabolo vincuntur, qui contra eos adeò præualet; vt ipſos ſpiritualibus neglectis ſæcularibus negocijs ſe immiſcere faciat; exemplis naturalibus; legibus ciuilibus; ſanctoriemq; auctoritatibus repugnantibus. numero 60. 61. 62. 63.

64 Secundò contra eos Diabolus præualet, dum ipſos in leuitatibus, diſſolutionibuſque detineri; ac pacta, cum Deo ab ipſis facta, non obſeruare cogit, ſeu procuras.

Tertiò à Diabolo, cum Simia à vulpe (vt fabulæ cantant) decipiuntur.

65 Subditis verò quàm ſint praui Clerici periculoſi; plurimis declaratur venuſtis exemplis. num. 66.

67 Toti inſuper eccleſiæ, periculum, paupertas, ac vilipenſio (vt ad oculum quotidianæ, admodumq; dolenda docet experientia) ex malo imminet Clero. num. 68.

69 Qui malè ordinãtur; ac ordinibus abutuntur aſſumptis; non paruo eos in periculo verſari; maximaque & temporali, & æterna pœna dignos eſſe, pluribus declaratur rationibus. numero 70.

71 Qua malè ordinatus, vel prauam in ordinibus vitam ducens, afficiendus ſit pœna; per Decretorum verba tibi conſtabit. num. 72.

73 Tribus de cauſis de eccleſia triumphanti, ſeu cæleſti patria expellentur, qui hic eccleſiam militantem, vel eccleſiaſticum ordinem, ſeu Beneficiũ prauè ingreſſi fuerint; ſeu introducti, malam in illis duxerint vitam. numero 74. 75. 76. 77. 78.

79 Haſce autem indignos ordinantes; eiſdem, quibus ipſimet ordinati, alijsq; grauioribus ſubiacere pœnis, velim concludas.

ORdinum primò oſtendetur diſtinctio. Secũdò proſequenda ſunt quædam themata per modum collationum ad ordinandos & ordinatos ſpecialiter pertinentium. Tertiò oſtendetur, qualis ſunt eligendi, & ad ordines admittendi clericales. Quartò, qualem ordinãdi habere debeant intentionem. Quintò, qualem habere debeant titulum ante ordinis ſuſceptionem. Sextò, quales habere deberent conditiones quo ad ordinis ſuſcepti exequutionem & adminiſtrationem. Septimò, aliquorum tonſuratorum oſtenditur periculum, quantum ad ſeipſos, quantum ad ſubditos, & quãtum ad totam eccleſiã. Octauo, malè

malè ordinatorum vel ordinem exequentium, periculum. Nonò pœna ostenditur malè ordinantium.

Artic.1. ¶Quantum ad primum est aduertendum, quòd possumus loqui de ordine tripliciter. 1 Primò quantum ad sanctificationem sacramentalem. Secundò quantum ad gubernationem magistralem. Tertiò quantum ad subiectionem filialem. In omnibus nãque istis tribus ordo est necessarius, tã videlicet in sacramentis, quàm etiam in superioribus, & inferioribus.

¶Primus nanque ordo, id est, sacramentalis, licèt septem infra se contineat ordines speciales, quatuor videlicet minores, sicut, ostioratum, lectoratum, exorcistatum, acolitatum. Et tres maiores, scilicet, subdiaconatum, diaconatum, presbyteratum: qui quidam per lapides designantur preciosos: de pę. distin. 2. §. quod ergo. In signum fortè quòd dignè ordinati, septem recipiunt dona spiritussancti: tamen est vnum sacramentum, vnitate perfectionis & vnius finis, ad quẽ ordinantur: ad sacramentum uidelicet corporis & sanguinis Christi dignè tractandũ: quod sicut est finis, & omnium sacramentorũ perfectio: Ita ordo sacerdotalis, est præcedentium ordinũ finis & perfectio: quia & omnes alij ad illum ordinantur ordinem: de quo in Psal. 109. Tu es sacerdos in ęternum, secundùm ordinem Melchisedech.

2 ¶Secundus verò ordo, id est, superiorum ad inferiores: prælati, vel domini ad subditos, & cleri ad populum: vel literatorum ad laicos, debet primò esse, sicut ordo solis ad ceteras stellas: Sol quia sicut ad ordinem solis pertinet ceteras stellas illustrare, ita &c. Et sicut sole in se eclipsato & tenebroso luna consequenter tenebrosa efficitur: & stellæ quæ lumen solis non recipiunt, à suæ claritatis cadunt effectu. Quando uerò econuerso sol ad ceteras stellas ordinem obseruat clarum & consuetum, illas sicut dignitate conditionis, ita & excellentia luminis præcedendo & illustrando: tunc stellæ in se claritatem ostendunt, & noctis tenebras quodammodo expugnant & expellunt. Sic quandoque de spirituali impletur illud. Iohelis 2. Sol conuertetur in tenebras, culpę, scilicet, deformantis: luna, id est, ecclesia seu congregatio fidelium mixta, scilicet, cum macula malorum, conuertetur in sanguinem uilipensionis: quia propter illorum delicta etiam infideles ecclesiam vilipendunt. Et stellæ, id est, subditi cadant à statu perfectionis, scilicet, ad similia delicta. Sed quando sol spiritualis ordinem suum clarum obseruabat, vt debuit: Et sicut dignitate status, ita claritate præcedebat boni exempli, & honestæ conuersationis: tunc ecclesiæ nomen erat clarum. Et stellæ, id est, subditi, manentes in cursu & ordine suo, pugnauerunt contra Sisaram. Iudic. 5. id est, contra diabolum & eius opera, peccati tenebras declinando.

¶Secundò ordo illorum esse debet 3 sicut ordo manuum ad opus: & sicut ordo oris, & stomachi, & uisionis oculorum ad cętera membra: quia sicut ad naturalem ordinem pertinet manuũ, quòd ad opus, & labores cęteris præponantur membris. Et oris, & stomachi, quòd priùs cibum & potum gustent, & sumant, ac deinde cęteris mẽbris gustata administrent. Et visionis oculorum vt vtilia præuideant, & illa pro cęteris membris prouideant, & sua uisione totũ corpus à nociuis custodiri faciant, ut etiam sordida membra uidendo visitet, ut mundentur: & honesta, vt inhonesta cõseruent: & infirma sanẽtur; sana in sanitate conseruent, & custodiãtur. Quãdo uerò ista mẽbra (ut dictũ est) ordinem suum naturalem sanè & vtiliter obseruant, totum corpus bene regitur, pascitur, & custoditur: quando uerò è conuerso, contrarium contingit. Manus Os Stomach'.

¶Sic in ꝓposito ad superiores pertinet, vt sint primi ad omnia opera bo-

na, & honesta, quæ statum illorum decent, ut dicere possint, quod dixit Gedeon dux populi Dei. Iudic. 7. Quod me facere uideritis, hoc facite.

¶ Vt etiam ad modum oris prius gustent opera munditiæ, pœnitentiæ, cęterarumque uirtutum: quæ alijs gustanda & facienda docent, prædicāt, & imponunt: Ne eis improperetur, quod Veritas dixit de Scribis & Pharisęis: Dicunt (inquit) & non faciūt, & imponunt hominibus onera grauia & importabilia, nec minimo digito ea supportant. Tales enim nunquàm subditos bene operibus pœnitentiæ onerabunt: nec infirmis uinum compunctionis & pœnitentiæ bene temperabunt. Quia sicut uolens animal, uel hominem ęqualiter onerare, prius manibus onus eleuat, quasi tentans, & ponderans, si animal illud portare possit. Et uolens vinum pro infirmis limphare & temperare, prius illud gustat, ut eius cognita fortitudine & conditione, sciat quantum aquæ imponere possit. Sic, qui uolunt ęqualiter subditos bonis operib⁹ onerare, ita quòd ipsi ea portare sine murmure possint: ipsa prius portant, & pōderent. Et qui vult eis spiritualiter infirmis vinum propinare pœnitentiæ, de quo in Psal. 59. Potasti nos vino compunctionis: & spiritualiter vulnerato vinum infundere, & oleum, prius vinum illud gustet, & sciat, qualiter illis temperandum & ministrandū sit: vt de tali rege & rectore subditus dicere possit illud. Canti. 2. Introduxit me rex: me, scilicet, præcedendo, in cellā vinariam, id est, in statum pœnitentię. Ordinauit in me charitatem, & cęteras uirtutes: quæ in charitate includūtur. Vt etiam ad modum stomachi: cuius ordo est naturalis, vt cibum sumat & membris illum administret. Cibum sumat spiritualem, & illum inferioribus communicent, illos pascendo: vt de eis uerificet illud ꝓphetę dicentis: Pascent agni iuxta ordinē suū. Isa 5.

Exēplū.

¶ Ad modum uisionis, fratres tuos

visitabis, si recte agant: & cum quibus ordinati sunt, disce. 1. Regum 17. Vbi verò ista membra superiora & principalia sic se habent: totū corpus est bene ordinatū & sanum. Vbi uerò ē conuerso, ibi inordinatio mechiæ & impudicitiæ: totū corp⁹ corrūpit. Sap. 14.

¶ Tertiò ordo illorum assimilari deberet ordini, quem tenet Aquila erga pullos suos? & ordini, qui in Gruibus obseruatur: & ordini quē res habere deberet ad regnum suum: quia sicut Aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolitans. Deut. 32. Et sicut in gruibus ordo habetur (ut dicitur) naturæ: quòd cęteris quiescentibus, vna quasi aliarū faciens excubias, uigilet: & ipsis uolantibus, vna quasi ductrix, aliàs ꝓcedat: q̄ ad hoc spāliter ordinat̄, quasi cęteris potior: & ī regno rex sapienti saltē cōsilio cęteros ꝑexcellere dēt & regere. 4 Aquila. Grues.

¶ Sic in proposito, ut omnes ꝓprietatem & similitudinem omnium ꝓdictorum trium in eo uidentes: bona fide dicere possunt illud. 1. Paral. 9. Sit dominus Deus tuus benedictus: q̄ voluit te ordinare sup thronū suū regē.

¶ Quartò ordo illorū similis esse deberet naturę, & cōditiōni, & ordini lapidis saphiri: cuius naturam esse dr̄, q̄ gratiā hominis ad hominē custodit: cuius color cęlestis esse cernitur. Sic illi gratiā, amorem, & dilectionem ad oēs habere: & quātum possibile esset, inter oēs conseruare deberēt: & cęlestis coloris. i. cōuersationis esse deberēt: cū illo, q̄ ait: Nostra cōuersatio in cęlis est. Phil. 4. ut de eis uerificatum ostenderetur, quod prædixisse uidetur Deus ecclesiæ suæ, scilicet, Isa. 54 Sternā per ordinem lapides tuos: ut. s. maiores tui, quasi lapides angulares ambas partes amore simul copulēt, & fundabo te in saphiris, id est, in hominibus: quorum conuersatio cęlestis erit coloris, & apparentiæ exterioris & interioris. Quilibet uerò contrariū faciens, reprehēditur. Iob 38. Nunquid nosti ordinem cęli, & rationē eius in Saphyrus.

terra pones? Istud enim omni tali rationabiliter improperari potest.

5 ¶Tertius insuper ordo, id est, inferiorum ad superiores, id est, ad Deũ, & locum suum tam in spiritualibus quàm in temporalibus tenentibus, esse debet. Primò ut eis in omnibus rationabilibus obediatur, voluntate ꝓpria abiecta, & omni terrena intentione longius semota: aliter enim ordo iste peruertitur. Quia sicut ordo naturæ peruertitur, quando inferius superius situatur: vt si pes exaltaretur, & caput deprimeretur. Ita ordo gratiæ quãdo inferior subijci nõ vult, sed exaltari: propriam sequens uoluntatem, contra apostoli præceptum, qui ait: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas, nisi à Deo: quæ autẽ sunt, à Deo ordinata sunt. Roma. 13. Iste ergo in hoc casu est debit⁹ ordo: ut sicut dicit Matth. 15 Marci. 8. Lucæ 9. Qui vult venire post me, abneget seipsum: & sequatur me: quia, qui resistit potestati: Dei ordinationi resistit: qui autem resistit sibijpsi: damnationem acquirit Roma. 13.

6 ¶Secũdò, vt omnis carnis voluptas, & oculorum cupiditas proculpellatur: & omnis voluntas in delitijs ęternis, & bonis permansuris figatur. Ille enim est debitus ordo à Deo ordinatus: ut homo de inferioribus tantummodo viuat: quia dominus ordinauit his, qui euangelium annunciant: de euangelio uiuere. 1. Cor. 9. & cęlestia toto nisu & desiderio præponat & concupiscat: qui quidem ordo peruertitur: quando in uoluptatibus plus delectatur terrenis: uel quando plus tẽporalia, quàm æterna concupiscit. mulierem ergo fugiat Ægyptiã cum Ioseph. Gen. 39. Et ab anathemate Hierico: & à pœna caueat Achor: Iosue. 7. qui ordinem istum vult tenere: ne resurgat in ordine uoluptuosorum, uel cupidorum: quãdo vnusquisque in ordine suo resurget, 1. Cor. 15.

¶Tertiò, vt diuinorum contemplatio habeatur. Hoc enim ordo indicat 7
naturæ in corpore humano: vt uidelicet, sicut homo formam corporis habet erectam, ex naturali propagatione: Ita mentem ad superiora eleuatã habeat, ex gratuita contemplatione. Hoc enim ordo deposcit gratiæ: ut quemadmodum Hester de qua dicitur Hester. 15. quòd ingressa cuncta per ordinem ostia, stetit contra regem. Ita Christianus, & specialiter ordinatus, ingressus cunctis sensuum & imaginationum & cogitationũ ostijs, regem contempletur, non Assuerum, mortalem, sed ęternum & immortalem: ibiq; in contemplatione illa delectabitur, & admirabitur, quasi altera regina Saba: quæ admirata est de domo, quam ędificauerat Salomon: & de cibis mensæ eius: & de ordinibus ministrantium. 3. Regum 10.

¶De illis uerò, in quibus triplex ꝓdictus inuenitur ordo, per quem ad illum ordinantur, illiusque templum fiunt, quem per gratiam recipiunt: verificatur illud, quod prædictum erat. Iere. 30. Templum iuxta ordinem suum fundabitur: sicut patet. V. 8. 47. Et de talibus dici potest illud. 2. Cor. 3. Templum domini sanctum est: quod estis vos.

Artic. 2. 8

Templum.

¶Expedito antecedente, quod habetur. D. 4. 2. Prosecutio fiat de triplici templo: materiali, videlicet, & gloriæ, sicut habetur. D. 4. 2. Et gratiæ: de quo est auctoritas pro themate assumpta. In quo tria ostenduntur: præsagium primariæ potestatis. Templum. 2. Mach. 14. Templũ habitationis, & Præconium perpetuæ puritatis. Sanctum: Psal. 64. Sanctum est templum tuum. Sanctuarium præcipuæ pietatis. Estis uos. 2. Esdre. 8. Vos estis viri sancti: & vasa sancta.

¶Ratione primi est aduertendum, quòd templum materiale multipliciter uiolatur: quæ quidem violatio in uersibus continetur, qui habetur. D. 4. 2. Ad cuius similitudinem etiam templum spirituale, id est, anima

ma spiritualiter violatur: & uiolatum esse multipliciter ostenditur: immundicia, uidelicet, carnalitatis: igne cupiditatis: homicidio crudelitatis. Quod fit dupliciter: uel uictus subtractione: quia uos habentes dispensationem patrimonij Christi & bonorum pauperũ: quot mori uidistis, & non pauistis, tot occidistis. Vel exemplorum malorum datione, de quo beatus Gregorius in pastorali. Tot mortibus digni sunt: quot mortis exẽpla ad subditos transmittunt.

¶De prima uerò uiolatione, quæ fit immundicia carnalitatis, conqueritur propheta, in Psal. 78. dicens: Deus uenerunt gentes, &c. Venerunt (inquit) non gentes illæ antiquę ecclesiæ: de quibus. 1. Pe. 2. Regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: quia non modo est regale sacerdotiũ: quia coronam, quæ eorum spiritualem signat regalitatem: quæ tam per Decretum quàm etiam per constitutionem octaui Bonifacij, in qua habetur, quòd sequitur: Statuimus & districtè præcipimus, ut clerici vniuersi vestes gerant non breuitate nimia notandas: sed saltem vltra tybiarum medium attingentes: aures quoque patentes: crinibus non opertas: & coronas habeant approbanda latitudine dicentes: in quibus præcipuè regalis sacerdotij dignitas designatur: indebita & determinata forma portare erubescunt: sicut quotidiana docet experientia. Erubescunt enim, se esse reges sub illo, cui seruire, regnare est: & arma portare regis ęterni. Sed dura est contra eos sententia, qua dicitur. Qui me erubuerit: hunc filius hominis erubescet. Luc. 9. Est ergo potius venale sacerdotium: quia dicit Helinandus in chronica sua libro 11. Hodie in curijs principum & prælatorum omnia sunt uenalia: gens prophana: populus perditionis. De quibus Deuter. 32. Noui, recentesque venerunt in hæreditatem tuam, id est, in sanctam ecclesiam. Sed per quam portam, uel ad quem finem? certè per aliquam de portis nominatis in his uersibus. Quatuor ecclesias his portis itur ad omnes. Simonis, & Cęsaris, dęmonis, atque Dei.

¶Per portam dęmonis intrant, qui per cautelas illicitas, uel falsos titulos, vel falsas suggestiones & mendaces allegationes, ad ecclesiasticum veniũt ordinem, vel beneficium. Nota. S. 1. 2.

¶Per portam Cęsaris intrant: qui per preces potentum armatas: quando plus habetur respectus ad preces, quàm ad personæ ualorem: ad ecclesiasticum ueniunt ordinem, uel beneficium. 9

¶Per portam. Simonis intrant qui per munus à manu, uel à lingua, uel ab obsequio ad ecclesiasticum veniũt ordinem, uel beneficium.

¶Et ex quo certum est, quòd multi sic intrant: certum est, quòd multi sunt in ecclesia, qui sanctorum prælatorum, & sacerdotum, immo, qui Dei locum videntur tenere, qui in rei ueritate fures sunt, & latrones. Et tales coram Deo in districto examine iudicabuntur: quia, qui non intrat per ostium, id est, Christum: sed ascendit aliunde per aliquam dictarum portarum: ille fur est, & latro. Ioann. 10. Illi uerò, per quos sic intrant: sunt socij furum. Dę quibus Isa. 1. Princeps tui socij furum. Et quasi ad speciem descendens symoniæ causam exprimit, quare fures sunt, dicens: Quia omnes diligunt munera. Ex qua dilectione pro magna parte patronis contingit, uel corde cogitare, uel sperare, uel uerbo aperto uel palliato dicere de Christi patrimonio, quòd Iudas proditor magister illorum dixit de Christo. Matth. 26. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Qualis ergo mercatio fuit, quondam inter Iudam Christum uendentem, & Caypham ementem: talis est nunc inter cupidum patronum, & symoniacum

clericum: excepto quòd istorum pro tanto peior est: quia Iudas pecuniam restituit: & pontifices eam expendere noluerunt in proprijs usibus, sed in vsibus pauperum: quia emerunt inde agrum in sepulturam peregrinorum. Isti uerò patroni nec pecuniam sic acceptã restituũt: Nec clerici symoniaci bñficiũ resignant: sed ambo ad usus ꝓprios, qđ accipiunt, cõuertunt. Sic ergo uenerũt gentes cõtra Christi uolũtatẽ: q eas de tẽplo eiecit. Marc. 11. Eiecit de tẽplo vendentes, & ementes.

10 ¶Sed ad quem finem uenerunt? reuera potius ut seipsos, quàm ut Dei gregem pascerent. Ad hoc testes inuoco conscientias uestras, quas si bene in secreta cogitatione examinaueritis, pauci sunt, qui non inuenient in cordibus suis, quòd principalius fecerunt se, & faciunt ordinari & ꝓmoueri, non ut mundiùs & digniùs Deo ministrent: sed ut lautiùs uiuant, & quietiùs quo ad corpus, quàm fecerunt, si non essent ordinati uel promoti: quia si illud beneficium, quod promoti, uel salarium, quod sacerdotes cum ordine uel sacerdotio recipiunt, possent sine ordine recipere, & sacerdotio, & missarum celebratione: uix centesimus illorum ordinaretur. Quod per hoc patet, quòd quando sunt pauperes, frequenter: promoti uero uix semel, uel nunquàm in anno celebrant. Ex quo patet, quòd priùs non ex magna celebrauerunt deuotione, sed pro corporis potius sustentatione: quia si ex deuotione procederet: cum ad Deũ deuotio ex Dei donis crescere deberet, crescentibus donis, deuotio, & gratiarum actio simul crescere deberet. Sed cùm deuotionis & celebrationis ostensio ex paupertatis procedit necessitate, cessante necessitate, simul cessat & deuotionis ostensio. Et quòd in hac causa sit illorum ordinationis & deuotionis ostensio: primò ex uerbis illorum palam quãdoque ostenditur, quibus dicũt, quòd nolunt pro tam exili ordinari beneficio. Ex quo dicto sequi vr̃: ꝙ ꝓ magno uellent. Et ex regulã philosophi. Omne, ꝓpter qđ & illud magis: ergo magis ordinanť propter magnum bñficium uel salarium, quàm propter Deum: quia cũ paruo beneficio, si bene uiuere uellẽt Deo, seruire possent.

¶Cum hoc: etiam secundum certissimum accipias signum: pro cuius amore ordinaris, uel beneficium desideras: si uidelicet, hoc amore facias Dei, uel mammonæ: de quo certissimum signum accipere poteris, antequàm ordineris ex propria cogitatione: cogitando vtrum ordinem, uel beneficium accipis, propter prodesse pro posse, non reputando te dignum, sed tantùm in Dei adiutorio te speras posse prodesse: vel propter commodum, utile, vel delectabile. Post ordinationis verò, vel beneficij susceptionem: de hoc tertium accipias signum & experimentiam, cogitando, utrum te ordinari facias ad maiores ordines, quos in susceptione beneficij non habuisti: non timore ne beneficium perdas: sed ut Deo seruias: ita quòd posito, quòd illud non ordinatus non amitteres, non minus esses ordinatus. 11

¶Quartum ad hoc signum accedat & experimentũ, quod apud se quisq; ꝓmotus cogitet: utrũ uidelicet frequẽtiꝰ celebraret: si nõ celebrãdo, bñficiũ amitteret. Et si hoc in corde suo inuenerit: cogitare potest, qđ frequentiùs amore nummi q̃ Dei missas celebrat.

¶Ex quibus signis euidenter apparet, & cognoscere põt quilibet talis, ꝙ nõ sequitur uerum pastorẽ, qui dicit: Ego sum pastor bonus: & uenit, ut uitã habeant: & abundantius habeant. Io. 10. q̃a ipse, sicut ex istis uerbis ostẽditur, uenit propter commodũ gregis. Isti uerò ẽ conuerso dicere poterunt: Ego ueni, ut uitã habeam: & abundãtius habeam: quam habuissem aliter uiuendo: & non propter gregis utilitatem. Sicut patet, P. 13. 31.

¶Ex

¶Ex quo patet primò, quod isti potius exemplum sequuntur sacerdotũ Belis, qui templum intrabãt, vt comederent & biberent cum vxoribus & filijs suis. Dan. 14. quàm Christi.

¶Secundò ex intentione & facto illorum patet, quòd isti sichimitis assimilantur: quia sicut ipsi circũcidebantur propter Dinam, circa quam voluptates explere uoluerunt carnales. Gen. 34. Ita isti raduntur, & capillis circũcidũtur propter diuitias, delitias, & huiusmodi habenda: sed ipsi occidebantur corporaliter: & isti occidentur spiritualiter.

¶Tertiò sunt Herodiani: quia sicut Herodes circũcidebatur propter Mariamnem (sicut dicit magister in historia scholastica super euangelia:) quã carnaliter dilexit: Ita isti propterea quæ carnaliter potius quàm spiritualiter diligunt.

¶Quartò discipuli uidentur esse Iudæ & sequaces, qui loculos habebat. Io. 12. & 13. Christum sequebatur, ut illos impleret: sic isti. Immò prædicti fuerunt istis iustiores: quia illi sacerdotes Belis, & Iudas de patrimonio templi uxores proprias & filios pascebant legitimos: Isti uerò de patrimonio Christi uxores nutriunt & uestiunt aliorum adulteras & focarias & filios sustentant spurios, futuros latrones & paterni criminis imitatores. In sęculo enim remanentes, præ paupertate uxores proprias & legitimas non possent sustentare: ideò se ordinari faciunt: ut de bonis Christi sustentent alienas & seipsos. Omnia ista probantur in Decreto, distin. 77. monachus. Vbi innuitur: quòd multi faciunt se ordinari, non propter deuotionem, sed propter penuriam supplendam. Si enim propter deuotionem hoc facerent, non minus ordinarentur: si haberent mille libratas terræ, quàm si nullum haberent pedem.

12 ¶Taliter uerò ordinatorum sententia diffinitiua data est. Ezech. 34. Væ (inquit) Deus pastoribus, qui pascũt semetipsos. Nõne greges à pastoribus pascuntur? uos autem lac comedebatis: & lanis induebamini: quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Væ enim in sacra scriptura ostensiuum est ęternæ damnationis. Quod quidem vę duplici de causa eis debetur.

¶Primò, quia hic mercedẽ pro qua Deo seruiunt, recipiunt: & ideo mercede carebũt ęterna. Si enim Deo seruirẽt ad modum filij, qui patri seruit, vt ei placeat, & eius impleat præceptũ: & ne illum offendat, ei obedit: ad modum filij in patris succederent hæreditatem, quando eis diceret illud. Matth. 25. Possidete paratum uobis regnum. Nunc autem, quia seruiunt, sicut seruus uel operarius pro certa mercede conductus, qui stipendium, pro quo conuenit, soluitur: cui ideo hæreditas negaretur: etiam si illam peteret. Ideo quando dicẽt: dñe, dñe, aperi nobis: respondebit eis, sicut cõsimilibus respondit. Matth. 6. Amen dico uobis, receperũt mercedem suam. Ita & istis respondebit addens: q̃ nõ estis secuti me: quia uidistis signa, uel propter aliquam sanctitatem: sed ut de mensa mea comederetis.

¶Secundò, quia respondere nõ poterunt ad quatuor quæstiones, quæ in morte ab eis quęrẽtur: uidelicet, quomodo intrastis? quomodo uixistis? quomodo rexistis? quomodo bona ecclesiæ expendistis? 13

¶Prima quærit de ordinis uel beneficij introitu: per modum, quo Christus quęrit in euãgelio, dicẽs. Mat. 22. Amice, quõ huc intrasti? vtrũ uidelicet per aliquã de uijs uel portis noïatis: supra eo. c. 9. an per uiã & modum pastoris, uel lupi: qui secundùm Isido. humiliter & naturæ cauda, & capite demissis, ouile intrat ouium: & contra uentum, ne odor eius deprehendatur: sed fur nõ uenit, nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Ioan. 10 Sic nonnulli ad ordinem uel beneficiũ anhelãtes Lupi.

ecclesiasticum: in modo, in gestu, in vestimentis ueniunt ouiū, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. Primò ergo quilibet diligenter excogitet, quomodo intrauit: quis illum in ordinē uel beneficium introduxit: amor Dei, vel nummi: lucrum bursarum, uel animarum: vt sciant respondere, quomodo intrauerunt, per falsos titulos uel veros: per cautelas falsorum aduocatorum uel verorum.

¶Secunda quærit de vitæ progressu: quomodo vixisti, an sicut pastor, uel pecus? an sicut Christi vicarius ad ędificationē Christianitatis: an sicut porcus in luto uilitatis & carnalitatis: vel sicut salamandra in igne cupiditatis.

14 ¶Tertia quærit de regimine, quomodo rexisti? an fueris corrector culparum, uel collector pecuniarum: an rector uel formido: an pastor viuus & diligens, vigilās super gregem tuum: an idolum quasi mortuum uel mercenarius timidus: qui lupo ueniēti oues dimittit: uel aliter quàm pastor ad gregem se habuit.

¶Quod fit primò, quando timore damni usurarios, concubinarios, vel alios iniustè viuentes, dimittunt incorrectos.

¶Quod fit secundò quando animas diabolo locant per modum quo dictum est superius. M.13.12. Et tunc dicuntur mercennarij à mercatione.

¶Vel tertio dicuntur mercennarij à mercede: quàm accipiunt, nec peccatores corporaliter puniant: sicut patet. C.16.38. cum sequentibus.

¶Quartò uerò dicuntur mercennarij: quia honores, & temporalia, & quæ sua sunt, quærunt, & non quæ sunt Iesu Christi. Sicut patet per decretum sumptum ex uerbis Augustini. 8.q.1. sunt in ecclesia: vbi dicit August. quòd sunt in ecclesia quidam prælati, qui seruiunt Deo, modo propter Deum, sed propter temporalia commoda: qui magis sunt dicendi mercēnarij, quàm prælati: de quibus concludit iudicium dicens. Quisquis talis est mercennarius: inter filios Dei non se computet: vide. P.13.11. De ista ergo tertia quæstione est diligenter prouidendum, de responsione competenti: ne obstupescas, quando quæretur à te, quod scriptum est. Hiere.13. ubi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum. Sequitur: quid dices, cùm visitauerit te. Timendum est responsum, quod ipsemet Iudex Deus ad istā quæstionem respondet. Hiere. 50. Dicens. Grex pdictus factus est populus meus: pastores eorum seduxerunt eos. Seduxerunt (inquit) vel mala exempla dando, uel tacendo, & erroribus eorū non resistendo, sed peccato consentiendo: quia secundum Ambro. super illo. Roma.1. Non solum sunt digni morte, scilicet, qui faciunt: sed, qui cōsentiunt facientibus. Tacere est consentire, cùm possis arguere. Et beatus Gregorius error, cui non resistitur, approbatur.

¶Quarta quæstio quærit compotū de expensis: quomodo, uidelicet, bona Christi & pauperum expendisti: an secundum regulam propriç uoluntatis, vel secundùm regulam ecclesiæ, quæ vult (sicut patet in decreto. 12 quæst. 2 cap. concessio: & cap. quatuor) quòd Episcopi tenentur: (in quorum nominatione etiam inferiores prælatos cōprehendere videtur: quia eadem est vtrobique rō:) decimas, & oblationes, & redditus in quatuor partes diuidere: quarum vnam sibijpsi retineant: alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuant: fabricæ tertiā: quartam pauperibus, & peregrinis habeant fideliter erogandam: quarū rationem diuino redditurus est examini: hæc ibi. 15

¶Si uerò magnus sit excessus in defectu istius dispensationis, non excusantur à peccato mortali; sicut dicit sanctus Tho. secunda secundæ. quæst. 185. articu. 7. Qui etiam in quadam q̄stione de quolibet, dicit idem esse iudicium de bonis aliorum clericorū. Sed quantumcunq; sit: de iure facere deberent:

deberent: de facto tamen ita diuidunt bona Christi, ecclesię & pauperũ: sicut lupus diuidit ꝑdam: de quo dicit Isido. quòd partem prædæ quam comedere non potest, uel non vult, sub terra abscondit. Ita isti prædictorum bonorum partem, quã in usus, proprios non consumunt, in cistis, scrinijs & thesauris suis, quandoq; sub terra abscondũt: qđ pauperibus, & clericis, & ecclesiæ fabricæ esset distribuendũ. Et ꝓ tãto de eis uerificat illud Ezech. 23. Principes in medio tui quasi lupi.

Lupus.

¶Sed in morte habebunt prohibitionem de plus accipiendo: quod eleganter ostensum fuit. 4. Reg. 22. ubi legitur, ꝙ sacerdotes prohibiti fuerunt, pecuniam accipere ampliorem: eo ꝙ eam circa templi sartatecta minimè expenderunt. Sic in proposito istis dicetur tempore mortis, sicut illi seruo nequam, Matth. 25. qui fodit in terrã, & abscõdit pecuniam domini sui: tolle ab eo talentum, &c. quia amplius iã non poteris villicare. Lucæ 16.

16 ¶Ergo antequàm ad loca & tempora illa ueniant, diligenter de responsione ad quatuor prædictas quæstiones, & cum magno studio sibi prouideãt: ne tam fortibus, & inopinatis, & improuisis quæstionibus subitati respondere nescientes, obmutescant. Sicut ille, à quo tantum vna de prędictis quæstionibus quærebatur. Matth. 22. Amice, quomodo hoc intrasti, nõ habens uestem nuptialem? at ille obmutuit: iussus est ligatis manibus & pedibus proijci in tenebras exteriores.

¶Hæc est uiris ecclesiasticis, & maximè prælatis formidolosa sententia: quia sicut ex sententia patet beati Grego. in moral. si vnicuique cogitanti satis durum uidetur in districto iudicio, pro vna anima rationem reddere: quid faciet, qui tot animas habet, quot eius subijciuntur custodiæ: pro quibus omnibus quasi ꝓ vna sola alius rationem reddet. De prædictis verò conditionibus & quæstionibus, tres personæ satis eleganter significari uidentur. Iudic. 18. ubi exploratores populi Dei à quodam, quæsierunt sacerdote: Quis te huc adduxit? quantũ ad primam. Aut quid hic agis? quantũ ad secundam. Aut ob quã causam huc venisti? supple, vt regeres ut pastor: uel lac & lanã caperes, sicut mercenarius. Sic exploratores Dei, & curiæ cęlestis angeli: quorum singulis, tanquàm exploratoribus, uel scrutatoribus, uel visitatoribus morientium uidetur præceptum dirigi. Isa. 22. Vade (inquit) Deus, & ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo ad sobnam præpositũ templi. i. ad sacerdotem, uel prępatum, vel uirum ordinatũ, uel religiosum, & dices ei: quid tu hic: aut quasi quis hic: Quibꝰ (ut de malè intrãtibus uel 17
uiuentibus loquar) ad eorum uitæ & vitij ostensionem & recognitionem, congruit respõsio prædicti sacerdotis. Iudic. 18. Hæc (inquit) & hæc præstitit mihi michas, & mercede me conduxit: vt essem ei sacerdos. Nã, vt ꝑdictum est, nõnullli illorũ plus ad mercedem, quàm ad meritum respiciunt sacerdotij: De quibꝰ Micheę. 3. Sacerdotes eius in mercede docebant. De quo sic cõqueritur Deus. Malach. 1. dicens: Quis ex uobis est, q̃ claudat ostia, & incẽdat altare meũ gratuito. A multo fortiori de sacerdotibus nostri temporis maiori ratione cõqueri põt: qa non sufficit eis vna conduci mercede, sicut illis, de quibus prædictum est, ꝙ in mercede docebant, sed sub principali mercede quam ad seruiendũ parochię uel ad celebrãdum pro anima recipiant: siue merces illorũ & stipẽdium sit in beneficio, sicut Rectorũ, & Vicariorũ: siue in salario, sicut aliorũ sacerdotum: aliam recipiunt: sicut trecẽnalia & denarios. s. s. & etiã alios denarios ad celebrandũ pro defunctis: cum nullus operarius posset fideliter locare labores suos, pro vna die & eodem tempore diuersis. Sed fortè cogitant, quod missa ęqualiter singulis valeat: siue ꝓ vno, siue ꝓ multis dicatur: sed hoc est reprobatum. Matth. 10. 5.

18 ¶Quia ergo hæc responsio in Dei iudicio eis non allocabitur, sicut nec quæcunque alia: quam ad prædictam quæstionem. Isa. 22. dare poterunt: qa quando dicitur: quid tu hic, in essentia, uidelicet, uel spirituali quidditate viuens: sicut animal rationale: an sicut brutale: aut quis tu hic in spirituali psonalitate, quid nanq; qrit de essentia: qs de persona, si bene scrutetur, inueniet ꝙ nihil aliud respōdere poterūt: quàm denarius plumbeus, si loq posset: à quo, si quæreretur, rñdere posset: ego sum denarius plumbeus inter argēteos Sicut ergo fidelis homo talem inter alios inueniens, primò quærit: deinde illum perforatum quandoque ad ignem proijcit. Ita in proposito. Et hoc est, quod sequitur. Ibi morieris. Aut quasi quis tu hic: sicut nanque imagines in pariete non sunt homines: nec idola sunt viui homines, quos repræsentant: sed quasi. Ita ordinatus, vel bñficiatus malus: de quo Zach. 11. O pastor & idolum gregem derelinquens.

¶Et reuera, ut ueritas ostendatur: de qua offendi non deberent: non tātam similitudinem tenent cum antiquis ordinatus & beneficiatis, quantam tenet imago illius, cuius est imago: qa illi saltem in exteriori assimilātur apparentia. Isti uerò nec interiori vita, nec exteriori conuersatione, antiquis sanctis assimilantur patribus: & ideo malos malè perdet: quia nec signa sui, vel suorum in eis inueniet. Et hoc est, quod sequitur. Expellam te sicut ouē, non habentem signum meum de statione tua, & de ministerio tuo, & deponam te, sicut seruum inutilem: & sicut illum non habentem vestem nuptialem. Matth. 22. Et sicut ille obmutuit: ita & illi.

¶Primò, quia confidentiam respondendi à bonis operibus priùs factis accipere non possunt: sicut alij boni prælati. vnde beatus Grego. super euangelia. Homel. 17. In iudicio veniēt cuncti pastores cum gregibus suis: ibi Petrus cum Iudæa conuersa. Paulus cum gentibus. Andreas post se Achaiam ducet. Ioannes Asiam. Thomas: Indiam: quid ibi nos dicturi sumus, qui nomen pastoris habemus: & greges non ducimus? Nonnulli nanque illorum libentiùs ducūt canes, & falcones ad venationē quàm Christianos ad deuotionem. Et quod peius est, plures greges ducūt ad diabolum prauis moribus & exemplis eorum corrumpendo, quàm ad Deū prædicando, uel sanctè uiuendo.

¶Secundò, quia licet nunc ad prædictas quęstiones multas falsas habeāt responsiones, & excusationes in peccatis: tunc, omni tali falso colore amoto, nullum habebunt respondendi colorem. vnde beatus Grego. in Homel. de obmutescente, qui intrauerit sine veste nuptiali. Tunc (inquit) obmutescemus, qui nunc multas mali operis excusationes prætendimus. Nec erit locus audientiæ: ubi propriæ excusabunt conscientiæ: & qui foris increpat: intus conscientiæ testis animā accusat. Hiere. 29. Ego testis & iudex, dicit dominus.

¶Et conueniens pœna erit, quòd tunc obmutescant ad pœnam, sicut nunc obmutescunt à Dei laude, & subditorum correctione ad culpam.

¶Sic ergo tunc muti de templo gloriæ in tenebras eijciendi sunt exteriores: quia nunc ad templa materialia indignè uenerunt, & malè occupauerunt: & templum gratiæ multipliciter polluerunt. Et hoc est quod sequitur. 19
Polluerunt sanctum templum tuum: ita turpiùs & peius, quàm alij populares. Hiere. 6. Vadam ad optimates: & ipsi peiùs fregerunt iugum: ruperunt uincula. Ex quo uerisimiliter timēdum est quòd comparando numerum cleri ad tantùm numerum populi: ꝙ in nulla arte uel tāta multitudine populi inueniatur tam putrida portio, totque damnandi de quocunq; statu: quot sunt de clero damnandi. Cuius damnationis euidentia est, quia ipsorum

rum peccatum non tãtum seipsos, sed est causa damnationis alijs, quia si nũc arguantur quicunque de populo de luxuria, vsura, ebrietate, vel quocunque uitio statim scutum opponit suæ excusationis: aliquem de clero. Ex quo uidetur sequi: ꝙ infamia plus nocet, quàm peccatum: quia peccato solus perit, qui peccat: infamia multi. vnde Bern. in epistola ad Ducẽ Aquitaniæ. Cum quis de populo peccat, solus perit: principis autem error multos inuoluit, & tot obest, quot præest.

¶Et beatus Grego. in pastorali, & habetur in decreto di.83. Nemo. Nullus quippe amplius in ecclesia nocet, q̃ qui peruersè agens, nomen vel ordinẽ sanctitatis habet. Illum quippe redarguere nemo præsumit: & culpa uehementer in exemplum trahitur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Idem in eodem. Sępe contingit, ut dum pastor per abrupta graditur, ad pręcipitium grex sequatur. Quod pulchrè ostenditur per illam historiũ, quæ habetur in historia ecclesiastica: seu tripartita composita ab Eusebio Cesariensi. In qua cõtinetur, ꝙ ciuitate sancta Hierusalem à Saracenis capta: Saraceni permiserunt, Christianos ad locum illum & ad locum sepulchri suas facere oblationes, & peregrinationes, propter commodum proprium, quod ex tributo transeuntium habuerunt frequentia. Volentes tamen Christianos deridere, eisque illudere, amota imagine crucifixi de loco sepulchri, in quo stare cõsueuit: & in eodẽ loco idolum Veneris statuerunt: ut Christiani in loco illo adorantes, Venerem adorare viderentur. Quod uidentes Christiani, à venerationibus & oblationibus, quas ibi facere solebant, se retraxerunt: ne Venerem venerari viderentur. Sicut ergo in odium Veneris à solitis cessatum est oblationibus & deuotionibus: sic per omnia consimilis in ecclesia processus inuenietur. In qua dum imago iuuenta fuerat Christi: mundus uidelicet, & bonus rector, Vicarius & Sacerdos: populus cum deuotione iura contulit ecclesiastica: & Christi ecclesiã, & locũ frequẽtando: & sanctè uiuendo uenerabatur. Sed illa imagine mortua & amota: & idolo Veneris moderno tempore (de quo dolendum est) in loco ecclesiæ in nonnullis partibus exaltato. Quid nãque est persona ecclesiastica polluta, nisi idolum & imago Veneris? dum venereas exercet operationes: cessat populi oblatio, & deuotio, & decimatio: Et crescit perditio, detractio, & damnatio.

Exẽplũ.

¶Hoc enim quandoque apertè ex verbis populi ostẽditur: quibus ad momentibus, & conscientiam facientibus de decimis & oblationibus dandis, & ecclesijs frequentandis, & amandis, & castitate, & cęteris uirtutibus habẽdis. Respondent: quare decimas darem Rectori concubinam tenenti: & quare ecclesiam iuuarem, in qua omnes ministri sunt polluti, uel quomodo mundã ducam uitam: cum tot mala habeam exemplaria? Quamuis ista excusatio sit excusandum excusationes in peccatis, sicut ostẽsum est. D.3.11. tamen occasionem talem à clero accipit populus: qui cleri exemplo deterioratur. Et sicut quondam populus propter peccatum sacerdotum osni & finees. 1. Regum 4. corporaliter: ita nunc spiritualiter cadit peccando. Ideo dicit Chrysosto. super epistolam ad Hebræos, Homel. 34. ꝙ melius esset sine principe esse, quàm à malo regi. Nec mirũ: quia sicut melius esset ouibus sine custodia esse, quàm à Lupis custodiri. Ita melius esset ꝙ ecclesia nullum haberet ministrum, quàm talem, qui gregẽ corrumpit, & ecclesiæ statũ corrumpit: & Christianitatẽ uiolat, & cõmunitatẽ peccatis & uindictis desolatam reddit. Sicut apertè patet per querelam Dei. Ezech. 25. Euge (inquit) euge super sanctuariũ meum: quia pollutũ est: ex qua pollutione sequitur terrę desolatio. Sicut patet super hoc quod sequitur. Et super terrã Israel quia desolata est.

¶Ex

20 ¶Ex quibus patet, ꝙ quærenti quare Christianitas non est ita bona, nec populi deuotio tãta, nec in uirtutibus ita probata, fortis, constans, sicut fuit in primitiua ecclesia: Responderi posset sicut respondisse legitur quendam mimum Regi Francorum quærenti: quare non essent ita probi milites nunc, sicut fuerunt in tẽpore Karoli Magni: sicut Rolandus, & Oliuerus. Cui menestrallus: da mihi talem regem, qualis fuit Karolus Magnus: & ego dabo tibi tales milites: quales nunc nominasti. Voluit enim innuere & intelligere, ꝙ probitas & improbitas militum, & totius exercitus multum dependet à probitate & improbitate Regis, uel Ducis. Cui etiam concordat sententia Senecæ musicæ suæ lib. 2. dicentis: ꝙ nunquàm exercitus fortiter stetit & pugnauit, ubi dux fugit. Ita in proposito, ꝙ omne caput languidum, &c. Esa. 1.

Exẽplũ.

¶Status ergo modernæ ecclesiæ, & Christianitatis bene ostẽditur in quadam historia quæ continet: ꝙ cuidam cogitãti & admirãti de statu Christianitatis: de nocte quædã apparuit imago, quasi cuiusdam pulcherrimæ dominæ: & ipso admirante, quę esset, uox ad eum facta fuisse legitur: quæ quęsiuit, cuius illam imaginem esse æstimaret. Cui ille: beatissimę (inquit) Virginis Mariæ, quo dicto, imago dorsum versus eum vertit, in quo erat tota putrida: quid (inquit) vox tibi modo videtur? non est (inquit) Virgo Maria: quia de ea scribitur, ꝙ est tota pulchra. Ipso ergo desideranti scire quæ esset: vox dixit: illam similitudinem esse Christianitatis: quæ in principio fuit pulcherrima: sed in posteriori parte. i. nũc turpissima, & quasi destructa est.

Exẽplũ.

21 ¶Et ꝙ istius destructionis causa ex magna parte sit peccatum & negligentia cleri; elegãter significatum & ostensum est. 2. Machab 6. quia sicut ibi innuitur, ꝙ causa destructionis & desolationis Hierusalem: & sancti templi fuit peccatum illorum, qui ad templi ministerium deputabantur: pontificũ, videlicet, sacerdotum & leuitarum. Dicit enim textus sic. Templum plenum erat luxuria, & comessationibus, & scortantium cum meretricibus. Altare etiam plenũ erat illicitis: quæ legibus prohibebantur, & sacratis ędibus mulieres se ultrò ingerebant introferẽtes, quæ non licebant. Sic nunc nõne modo est templum ecclesiæ luxuria & comessatione plenum, cum hi his vitijs pleni sunt, qui templo deseruiunt ecclesiæ, quorum peccatum est peccatum Sodomæ: saturitas panis & otium. Ezech. 16. Plus enim esculentis & poculentis, quàm communiter populares abundant, & plus otio uacant: quia nec in corporalibus, nec in spiritualibus se sciunt utiliter occupare. Ex quibus prædicta sequuntur uitia. Altare etiam nunc plenum est illicitis. Nonne os, & labia, & manus sacerdotis mali, quæ in altari tenet, cum quibus & corpus Christi indignè tangit, illicita dici poterunt & immunda?

¶Et non solum hoc errore seipsos, sed etiam alios decipiunt, pro quibus celebrant: sicut patet per rationem ostensam. M. 10. 2.

¶Sequitur. Socratis ędibus, &c. Quę enim sacræ, nisi domus virorum ecclesiasticorum, quas non solum mulieres, sed quæ ueriori, vtpote specialiori nomine meretrices nuncupantur, nõ solum ingrediuntur: sed ibi diebus & noctibus morantur. Istis ergo uisis & cõsideratis, non est mirum, si templi ecclesię & totius Christianitatis spiritualis sequatur ruina, quantum ad malam uitam: & quandoque quantum ad exteriores uindictas: quas freqũẽter sentimus & audimus, & plures timemus, quia sicut ex talibus peccatis templum & regnum nunc destructum cernitur Iudæorum: per quę ecclesia & terra significatur Christianorum. Ita timendum est, ne Christianis idem cõtingat. Cuius contingentiæ magna nunc cernitur euidẽtia, de hoc ꝙ magna mundi pars, quæ olim fuit Christianorum:

nunc

nunc à Saracenis occupata est: quia sacerdotes eius polluerunt sanctum. Soph. 4. Ideo etiam subditi polluerunt sanctificationem. Ezech. 28.

¶Quantum enim ad spiritualem subditorum corruptionem: hanc causam assignat decretum dicens: quod qui deberent gregem sanctificare, gregem polluunt. Quia sicut grex ex una morbida oue polluitur. Ita ex prælato immundo plebs inficitur. di. 45. Sed illud in si.

¶Quantum etiam ad uindictas sequentes hanc causam assignat Deus, Hierem. 10. quia inquit, stultè egerunt pastores: & dominum non quæsierũt, propterea non intellexerunt: & omnis gressus dispersus est. Cuilibet igitur tali congruè & ueraciter dici posset illud. Matth. 27. Vah, qui destruis templum Dei.

22 ¶Sequitur, Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam, quia ecclesiã custodiunt ad modũ pomerij uel pomorum, in quo dum poma sunt diligenter custoditur, & hoc propter poma. Sic dum sunt garbæ in agro tempore autumnali: custodes in domibus multiplicantur ecclesiæ: & custodiunt garbas, ut sciunt: suis ministris præcipientes, quod præcepit Pilatus Iudęis: Ite, custodite sicut scitis. Matth. 27. Sed utinam de eodem istis hoc præciperent. Sed (heu) ille de Christo. Isti (quod peius est) de garbarum custodia diligentiam habent præcipiendi.

¶De qua quia frequenter in suis fiduciam non habent: ipsimet personaliter curant interesse, si poterunt, quoquo modo: ut fructus melius colligantur, & custodiantur. Sed in quadragesima, & alijs temporibus, quando autumnus est animarum: illuc minimè inuenitur, sed est in curijs, uel scholis, uel alibi residet, ut sumptibus parcat. De quo conquerendo loquitur Deus, Esa. 1. Derelinquetur inquit filia Syon, ut umbraculum in uinea, & sicut tugurium in cucumerario. Dum enim sunt fructus in uinea, est ibi obumbraculũ, in quo uineæ custos moratur, & dum sunt cucumeres in cucumerario, est ibi tugurium, in quo illorum custos requiescit: sed alio tempore illud non reperitur. Sic in proposito de custode ecclesię, de quo quantum ad alia tempora uerificatur illud, Prouerb. 7. Non est vir in domo eius, abijt longissima uia: sacculum pecuniæ secum tulit; reuersurus in dię plenæ Lunæ.

¶Quomodo verò ista auctoritas de eis uerificatur: quotidiana docet experientia, qui si alio tempore veniat pauper uel peregrinus ad domum talis eleemosynam petiturus. Respondebit firmarius, uel baliuus dicens: dominus meus non est in domo. Ecce non est uir in domo eius. Cui pauper: & ubi est dominus tuus? Cui ille. In curia Regis, uel alterius Principis, vel Prælati, vel Exoniæ, vel Parisius, vel Bononiæ. Ecce uia abijt longinqua. Cui pauper, est ne aliquis, qui nos dę eleemosyna iuuari poterit pro amorę Dei. Cui alius, ipse omnia vendidit: & pecuniã secum portauit. Ecce quomodo sacculum pecuniæ secum tulit. Cui pauper: quando inuenietur in domo? Cui alius in autumno eius speramus aduentum. Ecce quomodo reuersurus est in die Lunæ plenæ.

¶Tales cuidam assimilantur stellæ: 23
quæ nunquam apparere dicitur: nisi Stella.
in mense Augusti, & quando apparet, urit segetes, & consumit, vt vult Boetius de cõsolatione philosophiæ: emittit tamẽ de se radios, ut clara appareat. Sic isti qui tantum illo apparent tempore, & uestibus splendẽt curiosis: & ad modum stellę comatæ cum longa barba & capillatura, & omnibus alijs curiositatibus, excepta ueste stragulata huic sęculo nequam se conformant, & tunc apparent, ut fructus colligant, & consumant. Quorum periculum beatus ostendit Grego. super illo. Iob 31. Si fructus terrę comedi, absque pecunia. Fructus enim terræ absque pecunia comedere, est ex ecclesia sumptus

accipere;

accipere: sed eidem ecclesiæ prædicationis precium non præbere. Quid ad hoc pastores dicemus: qui aduentum districti Iudicis præcurrentes, officium quidem præconis suscipimus: sed alimenta ecclesiastica muti mãducamus. Exigimus, quod nostro debetur corpori: sed non impedimus, quod subditorum debetur cordi. Cùm igitur his, qui subest, seruit ad obsequium: restat proculdubio ut his, qui preæst, seruiat ad uerbum. Sed non sic impij: non sic. De qua impietate conqueritur Deus. Hierem. 12. dicens: Multi pastores demoliti sunt uineam meam, conculcauerunt partem meam: dederunt portionem meam desiderabilem, in desertum solitudinis.

24 ¶Ecce quàm signanter dicit. Conculcauerunt partem meam. i. sacramẽta mea; mandata mea, & seruitia mea; & animas proprias, & animas subditorum.

¶Primum de sacramentis patet: per hoc quod faciunt circa sacramentum sacramentorum omnium causam, & virtutem, & finem: circa, videlicet, sacramentũ corporis & sanguinis Christi in Missa: in qua verbis sacramentalibus quasi ad conuiuium inuitatur Deus, & illuc cum multitudine uenire dignatur Angelorum. Sicut patet per auctoritatem beati Grego. M. 10. 7. quibus more Iudæorum acetum propinãt felle mixtũ peccatorum: quia de uino acetoso sacramentum suum; immo potiùs seipsum cõficere nituntur.

¶Circa quorum factum vnum summè timendum æstimo: ꝙ uidelicet mille Missæ annuatim in regno cum aceto, id est, cum uino in acetum; dicãtur totaliter mutato. In quo casu sciant se sacramentum non conficere: sed idolatriam committere: quia adorant & adorandum ostendunt: quod adorari minimè deberet.

¶O admirãdum negocium, ipsimet tale uinum acetosum non biberent: qui clariùs & meliùs bibunt, quod inuenire possunt: & Deo, qui omnia dat, peiora præbent. Malach. 1. Si offeras panem pollutum super altare meum, offer illud duci tuo, &c. quasi diceret: uide si ille contentabitur de tali pane & uino: qualem mihi offertis.

¶O magna rusticitas, & maxima inęqualitas: nequissimaque bonorum diuisio Deo & Angelis eius: quartam, vel pinctam non dant in quindena: qui botellum uel lagenã bibunt in die. O detestanda negligentia, quia nec circa illam paruam uel minimam, quam Deo dant, partem, diligentem non adhibent custodiam: in locis illam ponendo bassis & frigidis, ut diutius in sapore pariter & colore conseruetur. Quis rex terrenus de talibus cõtentaretur ministris vel seruitio? nec Deus cõtentatur: qui dicit. Ne offeratis ultra sacrificiũ frustra. Esa. 1. Et paucis interpositis, causam adiungit, dicens: Iniqui sunt cętus uestri.

¶Secundum etiam de mandatorum 25
Dei conculcatione patet: quia frequenter visum est & auditum: ꝙ querimonias apud pontifices, & eorum clericos, & officiales deposuerunt: & literas iustitiæ citationis, uel excommunicationis impetrauerunt pro lacte, vel titulo, uel huiusmodi non bene decimatis. Sed rarò, uel nunquàm auditum est: ꝙ huiusmodi querimonias deposuerunt, uel literas impetrauerunt: ꝙ Dei mandata arctiùs custodirentur: ubi nullum ex causa illa eis commodum accrescit temporale.

¶Sed dicent, ꝙ tales querimonias deponunt, & censuras exercent, pro iuribus ecclesiæ defendendis, placet, sed nunquid ad iura pertineat ecclesiastica ab aliorum mandatorum homines custodire transgressionibus: & animas ab æternis perditionibus? quod si concedant, quare non tantum sollicitantur circa impetrationem literarum, ut nundinæ & mercatus in diebus dominicis & festiuis præcipuis, ex quibus mandati Dei de sabbato obseruando transgressio, & animarum per conse-

quens

quens sequitur perditio: quare non tãtum circa fornicatorum, usurariorum, & aliorum peccatorum: sicut circa, malè decimantium sollicitatur correctionem. Quorum peruersitatem auctoritas ostendit Chrysost. D. 3. 12. Quantuncunque ergo dicant se talia sustinere: taliterq; pro iuribus laborare ecclesiæ: tamen in rei veritate sic laborant illi, sicut mustella. D. 12. 13. Not H. 4 14.

26 ¶Tertium etiam de conculcatione diuini seruitij quotidie ostenditur per consuetudinem, quam habent officiũ dicendo diuinnum: contra ecclesiæ & Papæ præceptum: in Decretali lib. 3. tit. 41. de celebratione missarum c. dolentes: vbi primò recitatur, quomodo aliqui viri ecclesiastici circa officium peccant diuinum: illud dicentes sincopando, transcurrendo, & rarò. i. uix quater in anno celebrando, immo aliqui illorum (quod peius est) nusquam in decem annis celebrant, quibus recitatis nolens talia à quocunque imposterum committi: prohibitionem & pęnam adiungit, dicens: qua propter hæc & his similia districtè prohibemus sub pęna suspensionis in virtute sanctę obedientiæ præcipiendo, mandantes: quatenus totum officium nocturnum diurnumq;, quãtum Deus eis dederit, studiosè simul celebrent & deuotè. Et s͠m glosam: contrarium faciens potest suspẽdi, uel alijs pęnis grauioribus puniri; uel beneficiorum priuatione: quia inobedientiam incurrunt.

¶Ex istis culpa ostenditur & periculum illorum, qui in uersibus continẽtur sequentibus. Ecclesiæ tres sunt, qui seruitium malè soluunt. Forchipers, momelers, verlepers nõ bene psallunt.

¶Talium etiam officium Deo non videtur placere, quia potiùs uidetur officiũ esse furum & latronum, quàm clericorum. Quia sicut latro in coquina uolens de pisce aliquid furari: communiter mediam furatur peciam, & non caudam, uel caput, quia si abessent, citius ꝑciperetur. Illa ergo pecia in medio sublata, caput & caudã simul coniungit. Ita isti principium uersus & finem simul coniungunt: & mediũ ita festinando saltant, ꝙ nescio si Deus illud intelligat, uel homo. Qui quidem error quandoque ex ebrietate accidit: quæ linguam reddit impotentem ad dicendum Vesperas, uel Completorium in sero: & os fętidum, & caput ponderosum: & animam sordidam ad dicendum Matutinas, & Missam in mane.

Exẽplũ.

¶Quandoque vero ex mala cõtingit consuetudine, quam intantum habent festinanter & maledicendi: ꝙ cum difficilitate aliter scirent dicere.

¶Et tamen ualde necessarium esset, ꝙ ad melius dicendum se assuefacerẽt: quia quod sic dicitur: uidetur potiùs à Tintinillo colligi & acceptari, quàm à Deo. Ille nanque dicitur dęmon esse ad hoc deputatus cum ministris suis, vt collegat sincopationes, & quæ malè dicuntur in officio diuino. De quo fertur, ꝙ cuidam bono uiro oranti apparuit, quasi gigas sacco pleno onustus, & sancto quærenti de nomine & sarcina: respondit, Tintinillus uocor, onustus verò & oneratus sum syllabis, & dictionibus maledictis. Vir uerò ille de illo uersus fecit dicens: Fragmina psalmorum Tintinillus colligit horũ. In die mille uicibus se sarcinat ille.

Exẽplũ.

¶Periculosum est ergo tantum festinare in officio diuino, intantum ꝙ nec cogitãt, quid dicunt, nec curãt nisi ꝙ à citius quo poterũt, se expediãt. Contra quos est auctoritas Augustini. O. 5. 15.

¶Et etiam est irrationabile. Primò, quia ratione illius seruitij, eximuntur ab omni labore & opere manuali, ut illi deuotius uacent.

¶Secundò, quia ratione illius officij, oẽs suos habent honores & cõmoda.

¶Tertiò, qa si s͠m Tulliũ. li. 1. de offi. c. 1. ꝓpriũ est oratoris distinctè, apertè, & ornatè dicere. Quãtòmagis istas cõditiones obseruare debẽt oratores Dei? qđ si nõ fecerint, Tintinillus cũ eis in cõpoto mortis cõputabit. Ergo omnia honestè & s͠m ordinẽ fiant. 1. Cor. 14.

¶Quartum

27 ¶Quartum insuper de conculcatione animarũ propriarum ostenditur, quia ipsas spiritualiter infirmas, uel mortuas, curationi uel resuscitationi debitè non submittunt: dum confitentur non habenti iurisdictionem, nec potestatem eos absoluendi. Bene enim scire deberet sacerdos, qui suo pari confitetur, quòd par in parem non habet imperium. Vel si superiori quo ad gradum uel dignitatem confiteatur, non tamen suo superiori, sed in aliena parochia, quòd caput in membrum non sibi subditum, uirtutem influere non potest.

¶Quintum etiam ꝙ uidelicet animas conculcant vel paruipēdunt subditorum, & sic per consequens partem Dei, sed non partem sui.i. garbas & alias decimas & oblationes. Et hoc ostenditur per tria signa: primò, videlicet, per receptionem: secundò per interrogationem: tertiò per litigationem.

¶Prima euidentia patet per hoc ꝙ curam habentes animarum, ministros suos uenientes ad eos cum muneribus ad placitandum coram eis de temporalibus: vel ad procurandum literas uel protectiones, uel circa negocia lucratiua, uel ad informandum eos in huiusmodi: gratanter recipiunt: uenientes circa negocia animarum, sicut pauperes mēdicantes: quantuncunque in bona ueniant intentione, cum toruo vultu respiciunt.

¶Secunda euidentia patet per hoc quod quotidie auditur, ꝙ ministros suos ad se uenientes, diligenter examinãt interrogãtes quot oues, agnos, garbas habeant; & si tot habeant illo anno, quot anno præcedenti: & quot marchas portet: & quot leuare poterit: & quomodo omnia melius & cariùs vendere poterunt. Sed rarò vel nunquàm auditum est, ꝙ quærerent, quot animas ualeant subditorum: utrum illæ uirtuosæ sint, uel uitiosę, uel ꝙ diligenter cum ministris tractent, uel sacerdotibus suis: quomodo vitiosi meliùs curari poterunt. Sicut enim frequenter eis scribunt, uel cum eis tractant, quomodo pars illorum tractari debeat: quare non tãtum eis scribunt, uel cum eis tractent: quomodo pars Dei custodiri debeat? quomodo, videlicet, peccatores citare uel facere citari & corrigi deberent.

¶Tertia insuper euidentia seu signum per hoc ostenditur. 28

¶Primò, ꝙ si animal, uel res, alia, ministrorum suorum deputata custodiæ pereat: cum ministris suis litigant: eosq; turpissimè uituperant, uel amouent de officijs suis, eorumque defectui quandoque imponentes, quod eis imponendum non esset. Si uerò pereunt animæ, uix sacerdotes de hoc uel leuiter reprehendunt.

¶Secundò etiam per hoc ꝙ non solum sic cum familia litigant: sed etiam cum extraneis impotentibus litigant, placitant, curias diuersas, etiam ipsam Romanam cum multis laboribus & expensis adeunt pro beneficijs, & præbendis, & commodo terreno. Sed vbi visum est, ꝙ sic litigauerunt, uel placitauerunt, uel tot expensas pro animabus custodiendis apposuerunt, uel curiam Romanam super hoc ita diligenter consuluerunt: cum tamen ad hoc faciendum immineat necessitas. Sed de quo dolendum est, quia ex dicto periculo tantum perditio imminet animarum, paruipenditur, negligitur, & dissimulatur. Et in omnibus talibus impleta est figura, quæ præcessit in Abraam & Loth: qui rixabant de pascuis, & non de pecoribus. Gen.13. Et illud. Ezech.34. Quod perierat non quæsistis. Et iterum ibidem. Non quæsierunt pastores gregem meum. Et illud. Zach.11. Dispersa non quæret. Ex quibus patet, ꝙ omnes quæ sua sunt q̃runt, & non q̃ Iesu Christi. Nõ sic Paulus fecit, qui ait. 2 Cor.12. Non quæro vestra, sed vos. Et Phil.4. Non quæro datum, sed requiro fructum. Nec sic docuit qui ait. 1.Cor.10. Nemo quod suum est quærat.

¶Sed

¶Sed heu teste Bernar. quàm dabis mihi de sacerdotibus, qui non plus inuigilet subditorum euacuandis marsupijs, quàm extirpandis uitijs, qui nõ lac & lanam de ouibus Christi, quas nõ pascit, quærat, & de paupertate & miseria per patrimoniũ Christi non quęrat ad magnas ascẽdere diuitias & delitias: & tales templum Dei prædictis modis uiolant. Et qui sic templum Dei uiolauerit: disperdet illum Deus. 1.Cor.3. Tantum de primo. s. de templi uiolatione.

29 ¶De secundo autem, uidelicet, de præconio perpetuę puritatis, quod notatur in hoc, ꝙ dicitur [Sanctum] breuiter est transeundum, ut sermo de sanctitate tempori cõgruat: in quo breuis est omnis sanctitas & deuotio: sed tamen in qua sanctitatis prerogatiua excellere deberent, qui Christum sumũt: patet per hoc, ꝙ Ioannes Baptista in utero matris sanctificatus, non audebat sanctum Dei tangere uerticem: immo indignum se reputabat ad soluendam corrigiam calciamentorum eius. Cùm ergo magis sit ipsum sumere, quàm tangere: magna sanctitas in in ipsis necessaria est qui ipsum sumũt, & ad hoc ordinatur, ut sumant & dent cęteris. Ergo sancti, estote, quoniam ego sanctus sum. Leuit.19. quia sanctificabor in his, qui appropinquant mihi. Leuit.10. Et reuera, aliter meliùs esset, ꝙ in loco & statu tali non essent. Sicut patet per auctoritatem Chrysost. C.13.11. Et per historiam de illo, qui fuit ad iudicium uocatus, propter quẽ fundatus fuisse dicitur ordo Cartusiẽsium: de quo dictum est. I.11.23. de quo Esa.26. In terra sanctorum iniqua gessit: & non uidebit gloriam Dei. Et si non esset timor pęnæ: ualde rationabile uideretur: ꝙ illi, qui debent alios mundare, sint mundi, quia si vos, qui debetis alios mundare, sitis immundi: cum sacra Scriptura dicat: ab immundo quis mundabitur? Eccl.34. Vel quomodo posset caput mortuum uel cor mortuum uitam infundere membris? Valde enim irrationabile uidetur, quòd uos, qui specialiter ad hoc estis ordinati, ut ministri sitis Dei: sitis æqualiter, uel plus alijs ministri diaboli. Illum ergo attendite: qui dicit. Viri sancti eritis mihi. Exod.22.

¶Et si priùs fuistis sancti, nunc sitis 30
sanctiores, si priùs non fuistis, nunc omnino necesse est, vt sitis: quia nunc quemlibet ordinandum sacra alloquitur Scriptura dicens: Mutaberis in uirum alium 1.Reg.10. Quæ verba licèt dicta fuerunt de Saule ad literam in regem Israel electo: possunt tamen non inconueniẽter de quocunque dici ordinãdo, quia sicut ille, ita iste in aliquo ponitur gradu ꝓ regimine populi altiori. Ex quo sequi debet, ꝙ sicut in istis rebus videmus naturalibus, ꝙ plãta mutata de loco ad locum, simul cũ loco effectum mutat. Mutata enim vel translata de loco vmbroso & frigido ad locum luminosum & calidum, fit in effectu fructuosior & aspectu venustior. Sic ordinandus mutatus de loco vel statu vmbroso & frigido mundialis conuersationis, qui lumine gratiæ calore caret charitatis: ad locum & statum ecclesiæ per sacri ordinis susceptionem lumine fidei & doctrinæ, luminosum, & charitate calidum, debet esse in fructu bonorum operum copiosior: & in aspectu pulchræ conuersationis honestior: ut de mutatione sua posset dici illud Psal.76. Hęc mutatio dextræ excelsi. Glosa.i. fauoris & promotionis: quasi diceret, non est hęc mutatio misericordia ad iram, sed ab ira ad misericordiam: eò ꝙ de seruis mutamur in filios. hęc glosa. Ad hanc mutationem insinuandum quemcunque ordinandum, uel religionem intrantem, uel uisitandum, uel ad altiorem statum assumendum: sacra Scriptura alloquitur, dicens: Mutaberis, &c. In qua auctoritate tria relucent: gratiosæ translationis insinuatio [mutaberis] uirtuosæ probitatis conditio [uirum] sponsę conuersationis assumptio [alium.]

Exẽplũ Plantæ.

¶De

¶De primo scribitur. 1.Reg.28. de Saule: ꝙ mutauit habitum suum, & indutus est alijs uestimentis. Exemplum nos de ista mutatione informās: & ad illum nos exhortans habemus in naturalibus, & sacra Scriptura.

31 Accipiter. ¶In naturalibus exemplum habemus in accipitre: qui secundùm Isido. quando vult fortiùs & altiùs volare: expandit alas suas ad austrum in Solis calore: cuius virtute poris apertis, antiquas deponit plumas: & nouas reassumit per temporum incrementa. Sic spiritualiter ordinandi, uel uisitaturi, uel promouendi, uel ad religionem assumēdi: quia secundùm illud. Esa.40. Mutabunt fortitudinem, assumēt pēnas, &c. expandere deberent alas intellectus & uoluntatis ad uerū Solem, qui nescit occasum: & ad eius ministrum: confessorem, videlicet, uel uisitatorem: ut per radios gratiæ diuinæ & per consilium, auxilium, & fauorē eius ministri positis, si sitis boni, meliores esse, in meliusque mutari. Si verò sitis mali: positis antiquas peccatorum deponere pennas, & renouari spiritu mentis uestræ: & induere nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est. Eph.4.

¶Sed heu nonnulli ad lumen gratiæ, quod in huiusmodi ordinibus, uisitationibus, & huiusmodi eis offertur, alas suas non aperiunt: sed potius peccatis & pessimis confederationibus se claudunt, & ad modum Hericij uisitātem & corripientem pungunt: & ad modum Pardi diuersas cautelas excogitant, & diuersos prætendunt colores, ne conuincantur, uel corrigantur: sub quibus ad modum Æthiopis in spirituali nigredine immutabiles existunt. De quibus. Hierem.13. Si potest Æthiops mutare pellem suam, aut Pardus uarietates suas, & uos poteritis bene facere, cùm didiceritis malum.

32 ¶In uoluntarijs & uirtuosis operibus exemplum habemus in his, qui Religionem ingrediuntur, quia sicut isti habitum deponunt sęcularem & extrinsecum. Ita necesse est, ꝙ ordinandi, uisitandi, ad Religionem assumendi, habitum deponant interiorem ipsius animæ: si quem priùs habuerunt uitiosum. Si uerò nullum priùs habitum habuit uitiosum, saltem mutetur de uirtute minori in maiorem. Congruum enim uidetur, ꝙ sicut habitum mutant exteriorem: uel sicut gradum accipiunt altiorem, aliter enim non mutantur, quia mutatio est motus in substantia: secundùm Philosophum. 5.Philosoficorum. Si ergo nulla fiat innouatio circa substantiam interiorem, non mutantur: sed alterantur: & colorantur exteriùs motu exterioris coloris, seu qualitatis, quæ est hypocrisis. Ad modum gabonitarum, Iosue 9. Qui exteriorem habitum tantum mutauerant & apparatum, quando ad Iosue & ad Dei populum uenire debuerunt: sed eandem in cordibus, quam in patria propria, & habitu & consuetudine habuerunt malitiam: Illo tamen exteriori habitu & apparatu populum Dei deceperunt. Sic isti ad ecclesiam, ordinem, & religionem uel uisitationem quasi de mundiali conuersatione seu pristinis uitijs, habitum tantum exteriorem uitiorū uerbotenus, quando ad ordines, uel uisitatores ueniunt, deponunt: & tantum circa exteriorem alterantur apparatum: caput maioribus inclinant, antequam ministrent: mortuos se mundo & uitijs mentiuntur, sicut patet. H.6.1. quia interius pristinum retinent habitum: ueterem hominem cum actibus suis induunt. Et licèt inter gabonitas computentur: hęreditatem tamē uel libertatem cum filijs Israel non consequentur ęternam. Ad hoc ergo ꝙ illam consequantur, necesse est, ꝙ obediant uoci Iacob, qua familiam suam docet, dicens: Mūdamini. s. interiori homine: ac mutare uestimenta uestra. Gene.35. Ille enim est debitus ordo, ut sicut uita naturalis incipit in interiori homine. i. in corde: & à corde exterius deriuatur, & ostenditur:

ostenditur. Ita etiam uita incipiat spiritualis: primò interiùs, & deinde exterius ostendatur. Et hoc est quod hortatur Apostolus, dicens: Renouamini spiritu mētis uestræ:supple interiùs:& induite nouū hominē exterius. Eph.4.

¶In sacra Scriptura documentum & exēplum ad hoc habemus de Ioseph: qui de carcere Ægypti deducendus, ut regi assisteret & seruiret, tondebatur,& habitum mutauit carceris: sic nanque dicitur de eo. Gen.41. Ioseph totōderunt, ác ueste mutata obtulerunt regi. Sic educendi de carcere mundi, diaboli, uel peccati: ut regi mundiùs seruiāt cęli: interiùs circuncidantur cordibus: & veste mutata exteriùs ī religione uel ordine suo, Deo seruiāt, ut de quolibet tali verificetur illud. Abachuc 1. Mutabitur spiritus eius.

33 ¶Sed heu nonnulli istum habitum
Exēplū. interiorem mutant: ad modū quo diuites habitum suum mutant exteriorem, quia sicut illi tēpore sereno præciosis & pulchris se induunt vestimentis: sed orta procella tempestatis, illas quas baiulus sequētes portat, antiquas, reinduunt uestes. Sic illi, qui dum sunt in quiete, nullam sentientes impatientiæ, uel peccati occasionem, uel tentationem. Dum etiam nouiter sunt ordinati, uel ad Religionē assumpti, habitum ostendunt uirtutis, quo etiam ad tempus induantur, qui primo anno sunt Angeli: secundo homines: tertio dæmones. Sed orta tentatione, vel impatientiæ occasione, ad antiqua redeūt peccata & malorū verborum & operū consuetudines, qui tempore tentationis redeunt: & uelut amictum mutabis eos. Heb.1. Qui tam citò ad paruam tentationis tempestatem ad modum amictus seu operimēti pluuialis: de quo. O.5.a8. mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem
Exēplū. imaginis corruptibilis hominis. Ro.2. Tales enim Lupo assimilantur, qui secundùm fabulas, ut ad oues ingredi posset in ouili: pelle se induit ouina: pastor uerò ad ouile ueniens, quem ratione pellis ouem æstimabat, baculo tangens, Lupum esse deprehendit: uolens nanque oues suas numerare, in ostio stans, singulas per eum transeuntes baculo tangens illas computabat: ouibus uero patienter tactum & ictum sustinentibus pastoris: lupus tactus murmurando, cachinando, & dentes ostendendo, se lupum esse ostēdebat. Sic in proposito: nonnulli ut ouile Christi. i. ecclesiam & ecclesiastica beneficia per ordinum susceptionē, uel religionem ingredi possint: pellem. i. conuersationem fingunt, & ad tempus induunt ouinam. i. simplicem & honestam: sed cum baculo tanguntur correctionis, uisitationis, uel cuiuscunque aduersitatis, uel etiam tentationis, morsibus detrationum & cachinis oblocutionum & persecutionum, & cōsensu peccatorum se lupos esse ostendunt: quia ad modum lupi frenduerunt super me dentibus suis, in Psal.34. mutans labium ueraciū & doctrinā senum auferens. Iob 12. Et est de talibus sicut de uase pleno. R.5.18.

¶Causa uero quære tam citò à bona 34
uita uel saltem ab apparenti bona ad malam mutantur, quia non innituntur, nec ligantur, nec fundantur super aliquod fundamētum stabile firmum vel immobile. Domus enim super arenam & falsum fundamentum fundata, ventis, & exterioribus tempestatibus, etiā quādoque sine omni exteriori tēpestate per se cadit. Et nauis in mari, quæ anchora nō firmatur, nec ligatur, etiā si in portu sit, omni uēto circūfertur & cito frangitur, quia nullū mobile pōt firmiter stare: & in statu suo potest firmiter custodiri, nisi innitatur & firmetur p aliquod quod est in se stabile. Sed domus firmiter fundata & nauis in portu fortissima anchora firmata & ligata, uentū non timent. Sic ordinati vel ad religionē, vel ꝓmotionē assumpti, qui intentionem suā fundāt super falsum fundamentū, id est, sup cōmoda terrena, qui nauē cordis sui ad Christū non ligant, eius gloriam principaliter

intendentes: instabiles sunt, & omni tentationis uento circumferuntur, & franguntur, ut de quolibet tali uerificetur illud. Tren. 1. Peccatum peccauit Hierusalem: in hoc, scilicet, ꝙ intẽtionem suam potiùs super lucrum, quàm Christum fundauerunt in ordinis religionis uel beneficij susceptione: ideo instabilis facta est, in executione, quia debile principium totum fallit opus. Sed intentio & fundamentum domus spiritualis super Christum petram. f. fundata, ad ipsumq; tanquàm ad illum qui est anchora cordis nostri ſm Apostolum. Heb. 6. nauis cordis nostri firmiter ligata, uẽtorum & tentationum nõ auelletur impulsibus, quia ad modum cuiusdã piscis in mari de quo dr̃, ꝙ contra oẽs maris tempestates & fluctus lapidi adherens, firmiter se tenet. Sic qui fortissimè & fiducialiter petere adherent Christo, in tantũ ꝙ quilibet talis dicere poterit cum Paulo. Rom. 8. Certus sum (inquit) ꝙ neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principat⁹, neq; ptãtes, &c. poterũt nos separare à charitate Dei: Deus eñ in medio eius: ideo nõ cõmouebit, in Psal. 45. Sic ergo gẽtes mutent fortitudinem. Esa. 41. in virum alium fortiorem, & viriliorem, & virtuosiorem, quàm prius fuerat.

¶Quantum ad secundum ꝓ quo est aduertendum, ꝙ auis mutatis plumis, sicut prędictum est, maioris esse incipit uirtutis & fortitudinis: unde altiùs & velociùs, ut dicitur, uolare potest.

35 Ita mutatus de statu sęculari ad religiosum: vel de homine non ordinato, uel non uisitato ad ordinatum uel uisitatum: & de mundiali ad ecclesiasticum, nõ sufficit ꝙ uitam habeat communem qualem priùs habuit, uel quã homines in statu minori uiuentes licitè ducere possunt: sed oportet, ꝙ in spiritualibus operibus maiorem habeat fortitudinem, aliter sibi & alijs imminet ruina. Sicut patet per exemplum de ceruis & de duce exercitus. E. 2. 7. Nota etiam ad hoc idem. B. 2. 14. Ergo uiri sancti eritis. Exod. 22. Ista uerba exhortationem continent ordinandorum uel religiosorum, qui ad triplicem obligantur sanctitatem: primò enim obligantur ad sanctitatẽ in cordis intentione: secundò in ordinis susceptione: tertiò in totius operis executione. Sic qui ascendunt ad dominum sanctificentur. Exod. 19. ut de quolibet illorum propter triplicẽ quã habent sanctitatem possit veraciter dici illud. Esa. 6. Et Apocal. 4. Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c.

¶Primò enim sanctitatem habere debet intentionis, sic statũ suum ordinando, ꝙ intentio sua sit sancta, & bene regulata: quia si oculus fuerit simplex totum corpus lucidum erit. Et si 36
radix sancta, & rami, & si delibatio sancta, & massa. Rom. 11. Vt autem clariùs videatur, quid ad istam requiratur sanctitatem: duo ordinandi, promouendi, uel ad religionem assumendi, ante mentis oculos statuantur, quorũ unus modo sequenti intẽtionem suam format. Cogitat enim: ꝙ sęculum est periculosum: & ꝙ natura sua est fragilis: ꝙ insuper in sęculo multæ sunt occasiones hominem a Dei seruitio retrahẽdi, & ad peccatum trahendi. Videt ex alia parte, ꝙ clerici in sacris ordinibus constituti, & uiri religiosi plus à malis elongantur, & fortius Deo per uotum continentiæ ligantur, quod emittunt, quando ordinantur. Istę ut mala omnia, & peccatorum occasiones fugiat, & Deo mundiùs seruiat, principaliter ordinatur, vel religionem intrat: vel beneficium accipit oblatum non propter præesse: sed propter prodesse. Iste bene ordinatur uel religionem intrat, qui non facit se ordinare, ne beneficium amittat: sed, vt Deo seruiat: quia si ordinatur ne beneficium amittat, vel religionem intret: uel ordinetur, ut corpus sustentet: beneficium, uel lucrum temporale, dat causam cõtractui & actui, & est propter quod & illud magis, & per consequens à Deo mercedẽ expectare non poterit. Nota supra eo. cap. 10. cum sequentibus.

¶Alius

37 ¶Alius uero uidet, ꝙ populares homines de quibus fortè ipse est cum magno labore, uictum acquirunt & uestitum: ꝙ etiam multos patiuntur defectus, quos ipsum forsitan erit necesse pati in sęculo remanentem. Videt ex alia parte, ꝙ clerici quietus & abundātiùs uiuunt: facit se ordinàri principaliter, ut prædictos fugiat labores, & defectus, & corporalia assequatur commoda. Iste habet oculum nequam, & totum corpus suum tenebrosum erit. Et ideo sicut Deus iustè non potest hominem pro uno delicto bis punire: ita nec tales pro seruitio bis remunerare. Tales ergo aut non ordinentur: aut intentionem suam mutent, & melius ordineat, quia non possunt dignè ad ordines, uel religionem, uel beneficium accedere: nisi sint uasa puerorum sancta. 1. Reg. 21. Quilibet ergo ordinandus, ad religionem, uel beneficium assumendus, conscientiam suā diligentiùs scrutetur, de cuius prædictorum duorum sit conditione, cogitet cū bona deliberatione, ꝙ dat causam cōtractui & actui. s. spirituale uel tēporale. Illud enim dat causam contractui, & principale reputat᷑, tāquàm finis operis intentus, sine quo non esset alias facturus, & si omnes conscientias suas bene inuestigauerint, ꝙ pauci sint ęstimo (de quo dolendum est) qui non inuenient ꝙ trāsitorium dat causam cōtractui & actui: quia quis modo ordinaretur, si idem lucrum uel beneficiū sine ordinibus haberi posset? Non sic nos, sed dominum Iesum sanctificate in cordibus uestris. 1. Pet. 3.

¶Secundo obligantur ad sanctitatē in ordinis susceptione; quæ debet esse duplex: una interior quātum ad Deū, ꝙ sitis bene & diligenter confessi: ita ꝙ nullo modo ad ordines accedatis in peccato mortali: quia si feceritis: iterū peccatis mortaliter, nec gratiā, quæ est melius quod in ordine datur: recipitis, nec spiritū sanctū, sed spiritum malignū, & sic euacuatis illa uerba. Accipite spiritū sanctum, quia nec effectum
38

habent in uobis. Ad omnē ergo securitatem habendam: etiam si priùs fueritis confessi & sancti: nunc sitis noua cōfessione sanctiores. Apoc. 22. Qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Qui si in sordibus ordinetur, sordescet plus, & qui sanctus ordinat᷑: plus sanctificatur.

¶Secunda exterior quo ad ecclesiā, ꝙ primò non intretis per falsas allegationes allegando, uel iurādo, uel alios dicere, uel iurare faciatis, uel promittendo, ꝙ sitis legitimæ ætatis, cum nō sitis. Legitima autem ætas secundùm nouā cōstitutionem: in Cle. tit. de ętate & qualitate ordinandorum. c. generalem, est ꝙ liberè ordinem subdiaconatus in 18. diaconatus in 20. presbyteratus in 25. anno recipere possunt. Glosa Ioan. Andreæ super hoc dicit, ꝙ si priùs quis ordinetur: suspenditur ordinans à collatione ordinum, & ordinatus ab executione ordinis vsque ad legitimam ætatem. Extra de tēpo. ordi. vel non est. Et per decretalē eod. tit. dilectus. Non puto episcopum contra ætatem hanc posse dispensare: hæc ille. Nota, ꝙ prędictum capitulum uidetur etiam religiosos quoscunque cōprehendere, quia nec in textu, nec in glosa excipiuntur. Et ista decretalis videtur esse illius decreti declaratiua. di. 77. si quis in quo religiosi excipiuntur, quæ quidem exceptio in isto nouo iure uidetur reuocata.

¶Quod secundò nō intretis per falsos titulos, qui multipliciter falsi sunt & periculosi. Primò, quando sigillum uel literam fingit uel ceram sigillatam super aliud ponit sigillum. Secundò, quando est pactio inter dantem & recipientem: de non recipiendo quod in titulo continetur. Tales enim sunt suspensi ab ordine sic suscepto vsque per Papam fuerit cum eis dispensatum. Extra de simonia, per tuas.
Tertiò, quando dans & recipiens, uel 39
alter illorum talem habent intentionem, ꝙ non proponit dare, uel petere, quia sicut prior iudicatur falsus titulus

quo ad ecclesiam: ita uidetur quòd iste quo ad Deum, qui corda intuetur. Extra de simo. tua nos. Et habetur. S.8.9. Magister Ioan. de Monumuta Episcopus Laudanensis habuit responsum de curia Romana per suum Archidiaconum, qui adhuc uiuit, & hæc mihi retulit: talem etiam titulum esse falsum: & illos qui sic ordinantur, indigere curiæ dispensatione.

¶Quartò quando dans titulum intendit ei subuenire in necessitate, sed ipsum in possessione tituli sui non ponit: talis titulus est scrupulosus, & periculosus, & nimis communis. Talium periculum patet in decreto. distin. 70. c. neminem: & c. sequenti. In quo sic dicitur. Sine titulo facta ordinatio irrita habeatur. Glosa. quo ad executionē. Sequitur: in qua ecclesia quilibet intitulatus est, in ea perpetuò perseueret omnino.

¶Sed dicent se sine titulo non ordinari, quia saltem aliquem habēt. Quibus respondet lex, quæ ad paria iudicat non fieri & malè fieri. Sicut patet expresè in ff. ueteri lib. 2. tit. qui satisdare coguntur. l. quotiens. Verba verò legis sunt hæc: Quotiens uitiosè cautum est, uel satisdatum: non uidetur cautum, nec satisdatum: verbi gratia; Aliquis uocatur in iudicium, ut exhibeat fideiussorem qui seruum adducit, qui secundùm leges fideiussor esse non potest: postea ergo detecto, quòd seruum exhibuit, tantum est, ac si nullum exhibuisset. Sic in proposito, qui deberet ordinari ad titulum uerum & bonum & existente, de quo gaudere poterit, quando placuerit: & ordinatur ad coloratum & uitiosum ad nullum ordinari, tam à Deo, quàm ab homine iudicabitur. De ista materia plura dicentur infra eo. cap. artic. 5. Cauete ergo, quia qui non intrant per portam uerorum titulorum; & fures sunt & latrones Sic ergo intrare debemus, ut seruiamus ei in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostros. Luc. 1.

¶Tertiò obligantur ad sanctitatem in totius operis executione. Quæ quidem tripliciter fieri debet; scienter, reuerenter; exemplariter. Scienter: ꝙ inordinatus iurisdictionem non exerceat in absoluendo, antequàm sciat quos absoluere debet, ꝙ uidelicet sint ei subditi: & non sacerdos sacerdotem vicinum & antequàm sciat canones penitentiales. Nam canones pœnitentiales tenetur scire sacerdos: aliter uix in eo nomen constabit sacerdotis. dist. 38. quæ ipsis. Et, ꝙ præceptum est ꝙ sacerdotes sciant discernere inter lepram, & inter sanctum, & prophanum. 40

¶Secundò, ꝙ sciant & considerent, ꝙ materialia, scilicet, panis & vinum sint pura, non corrupta, nec acetosa.

¶Tertiò, ꝙ intelligant uerba, quæ specialiter ad missam pertinent: sicut verba secreta & sacramentalia: & ꝙ nō eleuet calicem in tantum, ꝙ à populo videri possit antequàm uerba consecrationis, quæ finiuntur ibi [effundetur in remissionem peccatorum] sint ex integro dicta. Sic ergo intelligat quæcunque sunt sancta; quæcunque bona. Phil. 4.

¶Secundò reuerenter ꝙ non dicant officium diuinum transcurrendo, nec festinando. Talibus enim uidetur iugum domini graue, qui sincopando versus medium furantur à Deo, & pręcurrendo finem versus socij à seipso, & principiū versus sui à socio furatur. De talibus dictum est supra eo. c. 26. Sed heu deferit sanctus, in Psal. 11.

¶Tertiò exēplariter, omnibus ostēdentes sanctam conuersationē uestrā. 1. Pet. 3. quia uos estis speculum populi, quòd in se tortuosum, & uitiosum, tortuosam faciem ostendit intuētis. Et oculus, qui plus inter oēs sensus & citiùs deficit. Sic uos: qui etiā in se infirmus, oculos inficit intuentiū. Et stomachus, qui, si infirmꝰ, infirma reddit mēbra. Et columna, qua stāte domus stat: qua cadente, cadit. Et reges ad quorū exemplū subditi se spūaliter occidunt. 41

Sicut

Sicut armiger regis Saulis uidens regem irruere in gladium suum, ut seipsum occideret, irruit & ipse super gladium suum seipsum exemplo regis occidendo. 1. Reg. 31. Et matres: quia uigilanter agendo, filios Dei nutritis, sed dormiens quippe oppressit eum. 3. Reg. 3.

¶Opprimũt quippe subditos, si mali sint, sicut rete opprimit aues: quia sicut non est melius rete Dei quàm ecclesiasticus bonus & feruens: quia talis uerbo orationis, prædicationis, reprehensionis, exemplo, & vita, animas lucratur. Ita non est peius rete diaboli quàm ecclesiasticus malus propter rationes contrarias. Ad istos nanque specialiter pertinet illud. Hiere. 24. Ficus bonas, bonas ualde: & ficus malas, malas ualde. Sitis ergo tales, ꝙ ueraciter dicere possit quisque uestrum illud. Leuit. 19. Sancti estote, quia ego sanctus sum.

¶Sed, heu, perijt sanctus de terra. Mich. 7. Cuius causa est, quia sacerdotes eius polluerunt templum sanctum Sopho. 3.

42 ¶Sed fortè dicent, ꝙ pauci essent in ecclesia ministri & sacerdotes, si prædicta in omnibus obseruarẽtur, quia nec tunc inueniretur, qui ordinari posset. Quibus respondet decretum dist. 23. c. tales: dicens. Tales ad ministerium eligantur clerici, qui dignè possint dominica sacramenta tractare. Melius est enim domini sacerdotium paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue ordinatori inducant.

¶Melius enim esset paucos habere, qui cum tali titulo ordinem intrarent ecclesiasticorum, cum sigillo autẽtico trium angulorum, id est, cum cordis, oris, & operis sanctitate, quàm multos, qui cum falsis titulis, & mala intentione, & uita, ordinẽ intrẽt dęmoniorum.

¶Quod autẽ oporteat eos facere & habere ea, quæ ad statũ suum pertinẽt, ad hoc ꝙ ordinem intrent Angelorũ, ostenditur tam lege, quàm exemplo.

¶Primò enim lex illud ostendit. in ff. nouo. li. 12. tit. de iure immunitatis. l. semper. §. quibusdam. In quo continetur, ꝙ priuilegium datum alicui arti, uel collegio, utpote, nauicularijs, seu marinarijs, quia Reipublicę deseruiũt, illis non ualebit, quia non habent omnia, quæ statui suo congruunt. Sic in proposito licèt ordinatis datum sit priuilegium in ordinibus, id est, gratia & & character, per quæ uitam consequi possunt ęternam: non tamen illo gaudebunt nisi, qui habent omnia, que statui suo congruunt & conueniunt.

¶Secundò idem in natura ostẽditur vinearum, & arborum fructuum, in quibus videmus, ꝙ magna circa eas saluandas & nutriendas adhibetur diligentia. Cuius causa est, quia omnibus arboribus sunt vtiliores, quando debitè fructificant. Si verò arbor alia inter uineas, vel in horto inueniatur, quæ fructifera non, est hac caret diligentia. Si etiam ipsa uitis, uel arbor de natura sua fructifera & utilis, in euentu infructosa inueniatur, scinditur, & in ignem mittitur, quia sicut non est illa melior, quando fructificat, nec maiori custodia digna. Ita non est peior illa, quando non fructificat. Quia licèt de alijs arboribus fructus non nascatur copiosus, nec multùm necessarius: tamen ualent ad alia, vt pote, ad domorum edificationem, & huiusmodi. Ita licèt mundiales in artibus suis non sint multùm fructuosi in operibus spiritualibus, tamen ad aliqua ualent, quia suis arboribus & laboribus Rempublicam sustentant. Ecclesiastici, qui fodere nõ valent, nec alijs sunt laboribus utiles, si in operibus spiritualibus inueniantur inutiles, & infructuosi, sententia illorum à Iudice Christo data est, qui dicit: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignẽ mittetur: ad modum vitis infructuosæ. Et hęc est iterum sentẽtia Dei: Ezech. 15. Quid (inquit) fiet ligno vitis ex omnibus lignis nemorũ q̃ sunt in-

43 Vinea.

ter ligna siluarum:nunquid tolletur de ea lignum, ut fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunque uas? quasi diceret, non. Ideo sequitur. Ecce igni datum est in escam. Sic, qui in terra sanctorũ inique gessit, non uidebit gloriam Dei. Esa.26.Nota.5.8.55.

¶Huius exemplo timeatis, & Deo diligenter ministretis, quia uos elegit dominus, ut stetis coram eo, & ministretis ei.2.Paral.19. Non in sanguine & sacrificio hircorum,& uitulorum:de quo ipsi ministrabant. Sed in sacramẽto corporis & sanguinis filij Dei: ad quod specialiùs uos elegit dn̄s, &c.

¶In quibus, tria circa illos templi ministros & sacerdotes facta, & in auctoritate prædicta notata, tria significant circa ecclesiæ ministros esse obseruanda. Primò nanque in illis examinatio præcessit: notata in electione, cùm dicitur:elegit Secundò mẽtis eleuatio successit: notata in statione,cùm dicitur:ut stetis. Tertiò executio utrũque perfecit: notata in ministratione, cùm subditur,ministretis.

44 ¶Quantum ad primum. Si mittendi ad bellum corporale in ueteri lege diligenter examinabantur: sicut ostensum est. E.2.8. & etiam in noua lege tales arma sua ostendere debent, antequàm stipendium eis detur. A fortiori ratione mittendi ad bellum spirituale, in quo nõ solum quis miles sub duce: sed etiã(quod plus est)dux populi constituitur, diligenter sunt examinandi, quia in duce maior requiritur ꝓbitas, & melior siue diligentior spiritualis armatura, doctrinarũ uidelicet & uirtutum. Et si mittendi ad bellum corporale priùs arma ostendunt; ut sciatur,quomodo hostes expugnabunt, & iustitias terrarũ defendent; antequàm stipendium eis detur. A fortiori ratione ordinandi ad beneficium ecclesiasticum,ad curã etiã animarũ assumendi,diligẽter examinãdi sunt,qualia arma habeãt scientiæ & uirtutũ,per quæ hostes expugnare poterũt spirituales, & animas eis traditas defendere, antequàm ad ordinem, ex quo stipendium sequitur,uel ad beneficium uel curam assumantur animarum: aliter Christianus periclitabitur exercitus: sicut patet. B.2.29. Tales ergo ad ordinem uel beneficium eligatur, qui sciat reprobare malũ, & eligere bonũ.Esa.7. Exemplo Salomonis,qui elegit operarios.O.4.3. Sic in ꝓposito eligẽdi sunt tales,qui stent mente ad Deum erecta.

¶Quantum ad secundum, pro quo est aduertendum, ꝙ ordinatus, uel beneficiatus, columna in Dei tẽplo efficitur. De quolibet nãque tali potest ꝑlatus,ipsum promouens uel ordinans, dicere illud. Apoc.4.Faciam illum columnam in tẽplo Dei mei. Columna autem, ad hoc ꝙ onus impositum bene portet, oportet esse erectam,& directè stantem:quia ad terram inclinata, opus decipit, & subsedentes opprimit. Sic in proposito: tales ergo, qui ad terrenas inclinãtur cupiditates, uel delectationes,nec sunt aptæ columnæ in domo; nec probi milites in expugnatione uitiorũ. Exẽplo,quod pulchrè significatum est. Iudic.7. vbi Gedeon tantũ trecentos,qui non flexo poplice, id est,genu biberunt:secum ad bellum assumpsit cõtra Dei inimicos, qui ſm beatum Grego. Apostolos & eorũ successores s. rectores & ecclesiæ doctores significant:qui bene aquam non flexo poplice bibunt: quia, dum scripturarũ scientiam hauriunt, statum suum rectitudinis ad ima non deflectunt. Iniqui nanque,dũ aquã bibunt, genu flectunt,quia scripturas scrutãtur, sed ad terrenorum cupiditates turpiter incuruantur. Illi verò trecenti stãtes manu ori imposuerunt: in signum ꝙ doctrina fidei & aliarum uirtutum ore & opere est tractanda. Omnem ergo ordinandum congrue hortatur, & docet sacra Scriptura,Eccl.2. dicens. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia,& timore.Et.17. Sta in sorte propositionis & orationis altissimi Dei, sta inquit perseueranter.

[Right margin, beside "¶Quantum ad secundum":] 45

[Right margin, beside "Columna autem":] Columna.

¶Quantum

46 ¶Quantum ad tertium. Et ministretis fideliter usque ad mortem, quia nullo modo à conspectu illius, cui ministrare debetis, uos elongare vel abscondere potestis. Vtinam ergo ita sollicitii essent ministri Dei circa partem suam & ministeria sua, ut ei placerent, sicut sunt ministri Regum circa portiones & ministeria eos tangentia, & specialiter quãdo præsentes sunt. Sed, heu, de illis qui bene in Dei ministerio incipiunt, pauci sunt, qui bonitatem illam continuant. Et sic assimilantur arboribus illis, de quibus dicit Philosophus 2. de vectigalibus: ꝙ primò portant poma dulcia. Secundò poncia: id est, acida. Tertiò amara. Sic isti, qui in horto ecclesiæ uel Religionis in principio suę cõuersationis sunt dulces & tractabiles, & tã Deo quàm hominibus amabiles, sed, &c. De quibus. Sapien. 3. Fructus eorum acerbi & inutiles ad manducandum, & ad nihilum apti.

Arbores.

¶Boni uero uiri è conuerso ad modum motus naturalis in continuatione motus in bono intentiùs agunt, & augmentantur, & proficiunt: ad modum illorum, quos cõstituit Salomon in officijs sacerdotum, & ministerijs suis: & leuitas in ordine suo, ut laudarent & ministrarent. 2. Paral. 8.

¶Nota thema, ad ꝑpositũ. 2. Cor. 6. Hortamur uos, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. Nota collationem ad hoc. V. 8. 47. Item aliud thema. V. 8. 55.

Artic. 3. ¶Tales ad ordines, & beneficia, & dignitates eligendi & assumendi sunt, quales in prædictis collationibus describuntur, & non propter consanguinitatem, vel amicitiam, preces, uel munera, quia tales reprehendit decretum sumptum ex uerbis. Hiero. 8. quæst. 1.

47 Moyses, contra eos exemplum adducens Moysi, qui filios suos potuit instituere hæredes in principatu, sed noluit, immo extraneum & de alia tribu elegit, scilicet, Iosue: qui & Iesus Naue dictus est: ut sciremus principatum in populis non sanguini deferendum esse: sed vitæ. Nota de hoc specialiter. E. 2. 6. & 14. Nec est pro alijs quàm pro dignis scribendum, vel rogandum. Sicut patet. F. 3. 33. Nec alij sunt conducendi. Sicut patet. C. 5. 19. Et si tales eligerentur, quales prætacti sunt, cum conditionibus etiam, quæ notantur. M. 7. arti. 3. quos uidelicet spiritussanctus electoribus inspiraret, sicut patet de Sancto Nicolao. Nunc etiam sicut tunc spiritussanctus per eos miracula operaretur. Vnde quidam sapiens in hoc casu rationabiliter respõdisse fertur cuidam regi, quærenti, quare Deus nunc non ostendit tot signa & miracula pro prælatis; sicut solebat in primitiua ecclesia, quia (inquit) tunc ordinabantur, & promouebantur, & eligebãtur per spiritum sanctum, & per sanctas orationes. Ad spiritum Sanctum pertinebat ostẽdere electionem suam esse bonam per signa & miracula sequentia, ut ueritas probaretur scripturæ, quæ dicit. Quemcunque elegerit dominus, ipse sanctus est. Num. 16. Exẽplũ.

¶Sed nunc ordinantur, eliguntur, promouentur, per preces & literas uestras, & dominę reginę, & aliorum magnorum de terra. Et ideo nunc ad uos pertinet electiones uestras ostendere & promotiones esse dignas & sanctas per signa & miracula sequẽtia, & non ad dominum Deum, quia nõ hos elegit dominus. Baruch 3. Nec per domini ducatum ad ecclesiasticos ordines curunt: quia ſm Bern. in quadam epistola. Curritur in clero passim ab omni ætate & ordine à doctis pariter & indoctis: ad ecclesiasticas curritᵉ curas, tanquàm sine curis quisque uicturus sit cùm ad curas peruenerit. Et propter hoc conditiones habeat notatas. M. 7. artic. 4.

¶Amici etiam illorum, qui illos ad 48 ordines, uel religiones, seu beneficia exponunt, vt necessaria habeãt secundùm carnem, sunt sicut, qui ponunt infantes suos ante ostium hospitalis, vel ecclesiæ, vt de hospitali nutriantur,

quos ipsi nutrire nolunt. Et sicut, qui ponunt porcos, ut impinguantur. Ita nullam differentiam uidentur facere inter filios & filias, & nepotes ex una parte, & porcos ex alia, nisi ꝙ sicut ponunt porcos in nemore ad glandes, ita ponunt illos in ecclesia & religione, non ut fructificent, sed ut fructus colligant temporales, & ditētur, & incrassentur. Quando ergo illi, qui olim in ecclesia & religione ponebantur, ut pœnitentiam agerent & fructificarent pro bono fructu, quem in horto dominico protulerunt, utpote, à bono hortulano plantati: id est, Christo & parentibus, qui olim pro talibus filios suos consanguineos in religione ponebant in regno remunerabuntur: isti eradicabuntur & expellētur, quia omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. Matt. 15.

Art. 4. ¶Requiritur ergo intentio munda, tam in ꝓmotis & ordinatis, quàm etiā in promotoribus & ordinantibus: de qua licèt in parte tactum sit, supra eo.
49 cap. 36. Illud tamen antiquum nō incongruè uidetur addēdum exemplū,
Exēplū. quod habetur. Exod 30. de labio æneo: id est, lauatorio, in quo lauabant sacerdotes manus suas & pedes, accepturi uestes sacras, ut sacrificarent. In quo potissimum habetur documentum de pedibus affectionis mundandi per intentionem sanctam, & manibus operationum lauandis per confessionem in illis, qui ingredi intendunt in ecclesiā: uel templum ecclesiæ per ordinis susceptionem: & uestes induere sanctas per ordinis executionem. Quia sicut respiciebant in quibusdam speculis, quæ erant appensa circa labium illud: sicut recitat magister in historijs, ut uidere possent, si aliquam in facie uel ueste haberent maculam. Ita isti diligenter speculum respiciant conscientiæ: si aliqua sit macula in intentione, vel vita. Et si quam inuenerint in vita, illam confessione lauent: si quam verò intentionem, illam mutent. Ad talem enim intentionis custodiam & directionem sacra nos hortatur Scriptura, dicens: Custodi pedem tuum ingrediens in domum domini. Ecclesiast. 4.

¶Ad talem etiam eos hortari solebat intentionem quidā episcopus sanctissimus magister Ioanne de Monumuta, quondam Laudanensis, qui accedentes ad ordines districtissimè prohibere solebat, ne quis ad ordines accederet principaliter intentione habendi alicuius rei temporalis emolimentum. Hoc insuper omnis ratio dictat, ꝙ uidelicet spiritualia in intentione proponantur, tanquam dignio- 50
ra & durabiliora: ꝙ etiam quando ordines, recipit, intentionem habeat ordinis actum exequendi: aliter enim ordo ille uanus est: qui debito actu & debito caret fine. Quod etiam quando beneficium recipit ecclesiasticum, intentionem habeat ad idem beneficiū ordinari: aliter enim beneficium & omnes fructus malè recipit: sicut patet per decretalem. lib. 6. tit. de electione. c. commissa: super quod. c. dicit glosa Ioan. Andreæ, ꝙ licèt quando beneficium susceperit, intentionem habuerit ordinari ad illud: si postea intentionem mutet: extunc incipit esse possessor malæfidei, & tenetur ad restitutionem omnium fructuum extunc perceptorum. Nota. M. 9. 15.

¶Sed heu, non obstantibus talibus exemplis, præceptis & censuris, multi beneficia, & fructus beneficiorum per annum occupant, non ordinati, nec intentionem habentes ordinari ad illorum damnationem. Plures etiam ea quæ ad statum suum uel ordinem pertinent, exequuntur ad modum pauperum, qui ad ecclesias mane ueniunt, ut eleemosynas petant, & lucrū requirant de introeuntibus, & non propter Dei amorem. Sic præbendati, qui ad Matutinas, Missas, vel alias Horas ueniunt, non propter Dei amorē, vel deuotionem: sed ne distributiones amittāt, quæ illis tantùm debentur, qui Horis talibus personaliter intersunt.

¶Plurimi

Exēplū. Asinus. ¶Plurimi ad ordines & beneficia veniunt ecclesiastica ad modum quo asinis legitur in fabulis uenisse ad dominū suum. Fingitur enim, quòd asinus vidēs canem, propter ludū & adulationes suas, quas domino suo fecit, ei applaudendo, & pedes super eū ponendo, honoratum, & bene pastum, & in camera domini bene cibatum. Cogitaui ꝙ idem faceret ad hoc ꝙ idem commodum reportare posset: domino ergo suo semel intranti, asinus occurrit, & ad modum canis os cum sordidissimis pedibus eleuans super dominum posuit: ipsum turpiter fœdando. At ille asinum insanire ęstimās clamauit: ipsumq; tantum uerberari fecit ꝙ pellis non ualuit obolum. Ita nōnulli rudes & illiterati, sicut asini, uidentes ordinatos, beneficiatos, atque aliquos religiosos à Deo originaliter honoratos, ditatos, lautè cibatos, & bene indutos: cogitant ꝙ uolunt ordinari & beneficia & religionem habere, vt similia consequantur cōmoda ad prædicti asini modum ore polluto in missa, & pedibus sordidis in ordinis susceptione, Deum tāgunt: & quantum in eis est, maculant. Super quos ideo Deus clamat. Io. 6. dicens. Amen amē dico vobis: quæritis me, non quia vidistis signa: sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis: operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam ęternam. Super qua auctoritate dicit Grego. Per eorum (inquit) personam Deus illos intra ecclesiā detestatur: qui per sacros ordines ad Deum appropinquantes, non eisdem ordinibus virtutū merita, sed subsidia uitæ præsentis exquirunt. Nec cogitant in viuendo, quid imitari debeant: sed quæ stipendia percipiendo assequantur. Ita timendum est, quòd illo asino peius flagellabuntur: qui teste Psal. 72. In labore hominum non sunt: ideo cum hominibus: non flagellabuntur, sed cum dęmonibus. Not. P. 13. 31. Et R. 5. 5.

Artic. 5. ¶Patet ergo, quòd nisi bonam habeant intentionem, periculosè ordinantur: posito insuper de necessitate esse, quòd bonam & sinceram habeāt intentionem sufficit, nisi etiam bonum & certum habeant titulum: quia sicut Deus intentionem: ita ecclesia & ecclesiæ leges requirunt titulum. Sicut patet tam ex decretis, iam allegatis supra eodem cap. 39. quàm etiam ex decreta. libro 3. titu. de præbendis & dignitatibus, cap. non liceat: vbi de quolibet Episcopo sic dicitur: Duorum alterum eligat, vel non faciat clericos, vel si fecerit, det illis, vnde viuere possint. Ex quo patet, ꝙ 51
nisi habeant vnde viuere possint de suo: sicut patet ibidem. cap. Episcopo: ordinans tenetur eis in necessarijs, sicut aperte ex illo ostenditur capitulo. Cum ergo primum capitulum ordinet, ꝙ habeant vnde viuere: & secundum idem velit in effectu: patet, quòd illi malè ordinant & ordinantur, quādo ordinatus coloratum habet titulum, apparentem videlicet, & non existentem: qui quidem ordinantem & clericos suos non latet: nec in forma, nec in concessionis seu donationis modo, vel effectu: quia fama & rei euentus talium titulorum ostendit veritatem. In quo casu licèt ordinantes quo ad mundum sint exonerati: qa in registro religunt, ad cuius titulum quisque ordinatur: quomodo ad Deū tamen excusati non videntur: quia iura volunt, sicut ex allegato patet capitulo. Non liceat: quòd de titulis suis viuere possint: quando ergo titulum habent, de quo nunquàm denarium, vel vnius anni sustentationem recipere possunt: nonne talis titulus in fraudē datur & recipitur iurium ecclesiasticorum? Sed episcopi vel eorum clerici ad tales recipientes, vel ordinantes clericos respondent, se excusantes: quòd in examinatione illam titulorum, & ordinandorū sunt, vt publica persona: & tenentur credere sigillo autentico alicuius monasterij vel prioratus ad quā qs per literas

sigillo munitas intitulatur: uel etiam testibus, qui pro aliquo deponunt iurati, quòd titulus suus est sufficiens: licèt contrarium sciant, vt priuata persona. Et ponunt exemplum de iudice, qui debet iudicare secundùm allegata: non obstante, ꝙ cõtrarium sciat esse uerum. Et ad dictum illorum roborandum decretalem adducunt. lib. 1. titu. 31 de officio ordinarij. c. si sacerdos: quæ continet, quòd Christus sciuit, vt Deus, ꝙ Iudas fuit malus: tamẽ noluit eum à communione publicè repellere. His uerò in generali respõsio sufficiat: quæ habetur. I. 9. 3 1.

¶In speciali insuper de ordinandis loquendo non uidetur, quòd responsio illorum sufficiat.

¶Primò, quia licèt de quolibet debeant præsumere, quòd sit bonus: nisi sit contrarium probatum per regulam iuris in 6. Non tamen hoc præsumere habeo: quãdo cum illo habeo aliquid agere. Non enim ex tali præsumptione est ei filia tua danda: sed debes scire, quòd sit habilis, antequàm in officio ponatur: ꝙ habilem requirit personam, & habilitatem eius diligenter inuestigare, & maximè ubi tituli sunt suspecti: vtputa: quia aliqua domus religiosorum, uel laicus dominus, uel quiscunque alius tales dat titulos, de quibus intitulati nunquàm gaudebũt: quia etiam quandoque tot dant, quòd plus ascendit ualor titulorum, quàm patrimonium quod habent.

¶Quod autem peccant recipientes, & ad tales titulos ordinantes: patet ex lege ciuili in ff. vete. lib. 22. titu. de testibus. l. testium fides. §. tu magis scire potest. Vbi Imperator cuidam quærenti, qualis requiratur fides in testibus: respondit, dicens: Tu magis scire potest & ex signis & in uutibus & uerbis potes in eis duplicitatem & uariationem deprehendere: quam si deprehenderis eis fides adhibenda non est. Ita in proposito: si uelint conditiones testium literarum & titulorum inuestigare inuenirent, quòd totum fraudulentum, quia requiritur ad hoc, ꝙ titulus sit bonus, quòd sint in possessione tituli. Ita ꝙ non solum habeant actionem ad titulum: sed quòd iam habeant tituli sui possessionem.

¶Hoc enim primò ꝓbatur, quia lite pendente de aliqua ecclesia, non dẽt quis ad titulum talis ecclesiæ ordinari: licèt actionem ad illam habeat: quia non est in possessione.

¶Secundò quia per prouisionẽ Papæ, quam quis habet in aliquam ecclesiam, ad primam vacaturam nõ debet quis ordinari, quantumcunq; prouisio bene concipiatur: quia non est in possessione illius ecclesiæ: sed solum expectat, & actionem pendentem hẽt.

¶Tertiò, quia ad hæreditatem paternam, quantumcunque pater te certum faciat per feudum talliatum, uel quouis modo, nõ poteris ordinari antequàm in possessione fueris illius hæreditatis. Ratio in omnibus istis est, q͂a ordinatus debet statim habere, vnde viuere possit: sicut patet ex illa decretali. in lib. 3. titu. de præben. cap. Episcopus, ubi sic dicitur: Episcopus, si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria uitæ percipiat, ordinauerit, tam diu ei necessaria subministret, donec in aliqua ecclesia conuenientia stipendia militiæ clericali assignat. Nisi talis ordinatus de sua uel paterna hæreditate subsidium uitæ possit habere. Nec videtur contra hoc quod dicitur in decretali. lib. 3. titu. 38. de iure patronatus c. postulasti. In quo quærit, vtrũ sacerdos ad titulum suæ ecclesiæ possit aliquem præsentare irrequisito patrono. Et si ex tali præsentatione aliquot patrono ꝓiudicium fiat, quo minus post mortẽ illius sacerdotis aliũ ad aliud præsentare poterit. Et si respondet, quòd si sine assensu patroni præsentauit, nullum patrono præiudicium generatur: non dicit tamen, ꝙ talis præsentatio est bona: quia nec de præsentatione, seu titulo tali fit quæstio: sed solum de præiudicio.

¶Ex prædictis ergo sequi uidetur,

ꝙ

q̄ nullus ordinari debeat, nisi sit in pacifica possessione illius rei ad quā ordinatur. Ad decretalem uerò illorum respōdetur: quòd Christus noluit Iudam diffamare: nec sacerdos debet talem, de quo scit, ut Deus per confessionem: sed casus, de titulus non est similis: quia nō solum mihi, sed & omnibus considerare volentibus, constat tales titulos esse uanos ex communiter accidentibus: quæ uehementes inducunt euidentias & præsumptiones: immo, quod plus est, omnibus ex certa constat scientia: quòd maior pars ordinatorum non est in pacifica possessione illius rei, ad quam ordinatur. Et ideo quando à diuinis propter illorum mala facta suspenduntur: oportet eos latrocinia (vt dicūt) exercere.

¶Viso quales conditiones requirūtur in ordinando quātum ad interiorem intentionem, & etiam ordinis ingressum: in hoc articulo ostendere restat: quales in eo requiruntur conditiones quātū ad ordinis exequutionē. Artic. 6.

52 ¶Hæ autem in generali sunt duæ: quarum prima est necessaria propter seipsum, secunda propter proximum.

¶Propter salutem uerò propriam in speciali duo in eo requiruntur: videlicet, munditia, & spūalis fortitudo. Propter proximum etiam duo in illo sunt necessaria, honesta cōuersatio, & doctrina. Primum ostenditur primò per exemplū de ministris aliorum dominorum: in quibus uidemus, quòd multis existentibus alicuius domini ministris, quorum aliqui sunt in campo ad rura, aliqui in stabulo, aliqui in coquina, & sic de alijs. Inter quos requirunt maximā domini honestatem, & exteriorem munditiam in his, qui eis seruiunt in mensa & in camera. Sic multis existentibus Dei ministris, in diuersis artibus mechanicis ei fideliter seruientibus, maiorē requirit mūdiciam interiorem in his, qui ei seruiunt in mensa altaris: & in camera ecclesiæ in statu alicuius ordinis. Ideo signanter dr̄. 2. Paralip. 30. quòd sacerdotes atque leuitę sanctificati steterunt in ordine suo, &c. Et hoc rationabile uidetur: quia, qui debent alios mūdare, & ornare, sint in se prius mundati, & ornati: vt de eis posset veraciter dici illud. Neemię. 12. Mundati sunt sacerdotes & leuitę & mundauerunt populum, & portas, & murum. Hoc enim antecedenter requiritur: quia ab immundo quis mundabitur? Ecclesiastici 34.

¶Aliter enim non ordinatè alios mundant: sicut nec sordidas habens manus: sed seipsos consumunt, & alios corrumpunt.

¶Primum patet, quia, sicut candela, dum alios illuminat, seipsam consumit. Dum etiam à tergo lumen tm̄ portatur: tm̄ sequentibus, & non prodest portanti, quia ipse in foueam cadit: sed alios à casu consimili liberat. Ita talis persona ecclesiastica, qui alijs lucens, in se immundus existit: alijs bona conuersatione lucendo ducatū præstat, & ipse immundè uiuendo in foueam cadit inferni.

¶Secundum etiam patet: quia sicut oculus immundus & speculum infectum diligenter uisa, oculos corrumpunt intuentiū, & vultum distortum apparere faciunt. Ita ordinati, q̄ ideo oculi dicuntur: quia alijs uiam & ducatum ostendere debent. Et quia, sicut macula citiùs apparet, in oculo, quàm in pede. Ita &c. 53

¶Et sicut ibi macula citiùs apparet, Ita lęsio citiùs & grauiùs nocet in subiecto proprio.

¶Quia sicut grauiter peccat, qui calicem Deo consecratum, Deiq́; ministerio ordinatum, in lutum proijcit. Grauiùs uerò, qui illum in lutum primò proijcit: & postea cùm illo lutoso & deturpato celebrat. Ita laici grauiter peccant, qui corda sua in lutum proijciunt peccati: ipsamq́;; spiritualiter immundam faciunt uerificātes illud Oseæ. 8. Factus est Israel in nationibus quasi uas immundum. Grauius tamen uiri peccant ecclesiastici, qui

corda

corda sua in lutum proijciunt peccati:& postea illa immunda uasa Dei offerunt ministerijs. Nota ad hoc auctoritatem.E.6.27.

Saphirus. ¶Secundò idē ostenditur per exemplum de Saphyro:cuius uirtus nullius dicitur esse ualoris,nisi mundè custodiatur. Ita nec ordo sacerdotalis, seu clericalis : quia secundùm beatū Gregorium: sicut aqua baptismalis ad cęlum mittit baptizatum, ipsa in cloacā descendente. Ita malus sacerdos alios baptizando, & absoluendo, & docendo:& huiusmodi circa aliorum utilitatem sancta opera exercendo.

¶Secundum etiam ostenditur exēplo pugillis qui sicut pugnaturus iūgitur,ut fortiùs pugnet: Ita sacerdotes in signum spiritualis fortitudinis & pugnæ iniunguntur:ut fortiter in illis se habeant:illi de quibus dicit. Isa.40. Mutabunt fortitudinem:qua mutata, manentes in ordine suo pugnabunt: sicut patet. Iudic.

54 ¶Tertium insuper de conuersatione quo ad alios patet: quia sicut non sufficit Soli, quòd in se sit corpus clarum, nisi etiam sit luminosum ab extra. Ita in proposito. Et sicut mōstruosum & contra naturam esset,ꝙ cęlum & corpora cęlestia inferiora non illustrarent:sed potius obscurarent: Ita in proposito de clericis, qui uocātur lux mundi:ꝙ nisi illustrent bonis exēplis: contra rationalem, naturam faciētes, peccant.Si uerò ipsum, quod peius est malis exemplis obscurēt, & igne peccati, quem in se & in alijs accendunt; comburūt: de damno coram Deo respondebunt. Sicut patet per legem ciuilem in ff.ve.lib.9.titu.ad l.aquiliā. l.qui occidit.§.in hac.In qua continetur, quòd si quis tempore uētoso ignē in stipula ꝓpria ponit, sicut moris est in aliquibus partibus ubi post messiones statim stipulam comburunt, & ille ignis uineas, nemora, domos, uel quæcunque alia uicini sui combusserit:qui ignem in stipula sua posuit, de damno illato respondebit: quia ibi in textu habet,ꝙ qui dat occasionē dāni dānū dare videtur. Huic legi concordat lex Dei. Exod.22.dicens.: Si egressus ignis inuenerit spicas, & combusserit aceruos frugū, siue stantes segetes in agro,reddet damnum, qui ignē succendit. Sic in proposito: qui igne peccati,quem in se & in alios accendit: & malo exēplo,& conuersatione alios comburit:de damno respondebit. Et pœnam non solum pro peccato sed etiam pro peruerso sustinebit exemplo. Nota de hac materia.E.7.6.

¶Cùm ergo iuris prohibitio sit, ne in aliqua aqua, quæ à populo portari debet,aliquid fœditatis ponatur:quod gustum uel visum corporeum inficerē possit:sicut patet.C.libro 12.titu.de rē militari.l.cum supra: ubi continetur, quod sequitur. Cùm supra uirētes fluminum ripas omnis legionum multitudo consistat,prouida auctoritate decernimus,ut nullus omnino immundo fimo commune poculum polluat, vel proprios publicos oculos nudatus incestet,id est,nec ad balneandum, vel alia de causa coram alijs nudus incedat:ne alios ad libidinem prouocet intuentes.

¶Huic etiam legi quantum ad primam eius partem, prout ad præsens pertinet propositum: lex prohibet in ff.nouo. libro 5.titu.de fluminibus.& ne quid in flumine publico ripa ve eius fiat,quominus nauigetur per totum.Nota plures leges ad hoc.T.1.16.

¶Si enim corporum custodes cum tanta curarunt diligentia, ne quæcunque infectio esset in aqua, qua corpora potantur, & abluuntur. Ne etiam nudus sua inhonesta conuersatione & exemplo alijs occasionem præberet peccandi. Ne etiam quibuscunque impedimentis nauigātes,quò minus ad portum peruenire possent optatum, impedirentur. Quantò magis custodes animarum diligēter obseruare deberent,ne ipsi,uel alij aquas inficerēt, quæ ordinantur pro animabus potandis,& abluendis : quæ sunt

exempla,

exempla, verba, & sancta conuersatio: quas tunc inficiunt, & infici permittunt, quando malè viuunt: uel alios malè, uiuere permittunt: quibus anima reficitur, quando bona sunt: & inficitur corrumpitur, quãdo mala sunt. Quod etiam nec ipsi, nec alij inordinatè, uel lasciuè ambulantes intuentes ad libidinem, uel ad quamcunque prouocent dissolutionem: & nauigantes impediant à portu salutis. Quia si
55 hoc fecerint uerisimiliter formidare illam poterunt sententiam. Eze. 34. Væ pastoribus. Et infra. Cùm purissimam aquam, id est, uerba Dei & sanctorum exempla in ecclesijs audiendo: & libris legendo, biberitis: reliqua, id est, quicquid fuit in opere de residuo post auditum vel lectionem, pedibus uestris, id est, malis affectionibus, quas sequebamini, turbastis malè viuendo, & mala exẽpla dando. Et oues meæ in his, quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur: & quæ pedes uestri turbauerunt, hæc bibebant: quibus spiritualiter intoxicabantur: quia mala exempla uestra sequendo, ad interitum ducebantur. Et sic patet illud beati Grego. in pastorali. ꝙ dum pastor per abrupta graditur, sæpe contingit, quòd ad præcipitium grex sequatur.

Exẽplũ. ¶Est ergo in hoc casu de custode animarum & subditis, sicut de Cancere & prole sua. Fabulæ nanque continent, ꝙ Cancer huius naturæ esse dicitur: ꝙ de loco ad locum transit retrocedendo: filium suum docuit, dicens: Noli fili ambulando retrocedere: sed potius uade directè, sicut alia animalia gradiuntur: cui filius: quare non uadis tu, sicut me ire doces? sicut video te ire, ita uadam: teque quo perrexeris, & in pergendi modo sequar: quia plus exempla tua me mouent, quàm uerba. Sic in proposito: licèt pastor bene doceat, quomodo omnes ad cęlum uia directa tendere debeant: si ipse à termino illo retrocedendo se elonget, ipsum frequenter ad præcipitium grex sequitur: quia (teste beato) Grego. exempla plus mouent, quàm verba. Et hoc aperte ostendunt, dicentes: Ex quo uiri tales literati talia faciunt: quare non possumus nos? Ecce quia cancer sic uadit: ipsi sic illum sequi uolunt: contra doctrinam apostoli, dicẽtis: Custodite uos ab omni fratre ambulante inordinatè. 2. Thes. 3.

¶Quarta conditio istius articuli est: 56
ꝙ rectè doceant: quia secundùm Chrisosto. nisi omnem ueritatem manifestauerint in populo, dabunt rationem in die iudicij: non potest eis esse excusatio ueritatis & doctrinę ignorantia, ꝗbus fuit inueniẽdi facultas, si fuisset quærendi uoluntas. Quod autem in eis quærendi sit facultas, in nonnullis ostenditur ciuitatibus & uillis: in quibus theologia, & iura legũtur canonica. Quod insuper in eis desit quærendi uoluntas: patet quia pauci uel nulli illorum, qui in sacris constituti sunt ordinibus, ad scholas ueniunt: quia ex passum transierunt Ordinis sacerdotalis, nec amplius examinari timent: habentes aliqua sibi necessaria: sciẽtiã Dei apertè repellũt: illam nesciũt: qua rõne non timentes examinationẽ: in qua eis Deus dicturus est: illud Oseę 4. quia tu scientiam repulisti: ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: & quia oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum, id est, operum tuorum & ego: quando dabis rationem districtissimam, non solum de factis & peccatis proprijs, sed etiam subditorum, & aliorum, qui tuo peccauerunt exemplo.

¶Quam sententiam tunc aggrauabit: ꝙ non solum scientiam à seipsis repulerunt, se insufficientes pro aliorum informatione reddentes: sed etiã illos repulerunt, qui subditos suos informare sciuerunt, & uoluerunt, dum volenti, uidelicet, ꝑdicare & cõfessiones audire ꝓ viribus restiterũt. Quorũ factum sequenti ostẽditur parabola: qua fingitur duos habitasse in vna ciuitate vicinos sub vna domo & vno tecto: 57 Exẽplũ.

tecto: inter quos solius parietis erat diuisio: ita tamen, ꝙ parietis summitas ad tectum domus omnino non ascẽdit. Vnus ergo illorum in domo sua supra parietis altitudinẽ aues in quibusdam caueis habebat altissimè cantantes: Alius uerò dormitiones suas & accidiosas in mane voluptates, & turpes cogitationes in lecto suo, diligens, auibus illis inquietabat: vnde ad quẽdam confugit sapientem: qui ei catum tradidit in cauea, docens quòd ipsum iuxta aues ex parte sua suspenderet: ut catum timẽtes à cantu & inquietatione cessarent: quod cum factum fuisset, non ita liberè, sicut ante cantauerunt, cantabãt: nec ipsum inquietabãt. Moraliter. In domo ecclesiæ multi habitant parietibus diuersorum ordinum, & statuum distincti. In vna uerò parte positæ fuerant aues à Deo: illi videlicet, qui ordinati fuerũt ad prædicãdum & ad confessiones auscultandas. In alia uerò parte fuerũt multi in peccatis suis dormitantes, & lasciuientes: qui cantu illorum grauabantur: cum verò nescirent, quomodo silẽtium eis imponere possent, supremã Christianitatis adierunt curiam: & consuluerunt præsidentes, qui eis catum in cauea, id est, capitulum in carta tradiderunt: capitulum uidelicet, seu constitutionem, quæ in sexto incipit: super cathedram. In septimò verò ubi catus ad tempus depositus, iterum suspenditur in alto. Incipit dudum: quo ostenso, uolucres cęli à cantu arceat, ne eos & subditos suos in peccatis suis dormientes, inquietent: nec diabolum de lecto suo surgere faciant. Ex quo secutum est: ꝙ nec ita liberè ipsum postea de locis suis, id est, animabus peccatorum, in quibus ad modum suum quiescit, fugare possunt ꝓpter diuersa impedimenta in prædictis capitulis contenta, quorum vnum (vt alia taceam) est Episcopis facienda præsentatio: ex cuius præsentationis defectu multi in peccatis suis diutiùs dormiunt: qui de ipsis prius assurgerent si ipsos audire possent, quibus deuotionem sciunt confitendi. Est ergo ordo retrogradus: sed non necessariò cõmutatus, ꝙ scientibus, & potentibus, & volentibus licentia detur loquendi & audiendi: hæc enim est vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror. Iob 10. Nota contra tales. P. 12. 8. Item. C. 4. 16.

58 ¶Nec hæc sola in eis inuenitur peruersitas: ꝙ sufficientiores arctantur & insufficientiores tolerant & exponũt. Sed etiam cum insufficiẽtioribus sufficientiores (vt prædictum est) persequuntur. Qui in hoc casu cuidam militi assimilantur Normanniæ de quo fertur, ꝙ cùm Rex Angliæ in Normãnia uenationi insisteret, surrexit quidam Lupus coram canibus: quem in captionis periculo miles contra canes iuuit & liberauit. Regi verò admiranti, & causam quærenti, respondit: ꝙ plus dilexit Lupos Normãniæ: quàm canes Angliæ. Ita isti in proposito, & patet: qui quantum ad hoc canes esse deberent, ꝙ oues custodire tenentur: tamen ad modum canum, qui in aula & curijs delicatè nutriunt, potius oues lędunt & spiritualiter occidunt, quàm custodiant: & ecclesiæ & ouibus ingrati existentes, de ipsis quicquid habẽt, accipiunt: nec circa illarum custodiam diligentiam apponunt, quam deberẽt. Vnde Bernard. super Cantica: sermone. 78. Vnde (inquit) clericis exuberare ęstimas rerum affluentiam uestiũ splendorem, mensarum luxuriam, cõgeriem uasorum argenteorum & aureorũ, nisi de bonis ecclesiæ? Inde est, ꝙ illa pauper inops & nuda relinquitur facie miseranda, inculta, hospita, propter quod non est ecclesiã ornare sed spoliare: non est custodire, sed perdere: non est defendere & instruere, sed prostituere: non est pascere gregẽ, sed mactare & deuorare: dicẽte de illis domino. Deuorant plebem meam, sicut escam panis: in Psal. 13.

¶Hanc ecclesiæ miseriam, & illorum, qui ecclesiam defendere deberẽt, ingra-

ingratitudinem & crudelitatem plangit Bernar. super Cantica sermone 33. dicens: Olim prædictum est, & nunc tempus impletionis aduenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima: amara prius in nece martyrũ, amarior post in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum: non fugare, nec fugere eos potest: ita inualuerunt, & multiplicati sunt super numerum. Et insanabilis est plaga ecclesiæ: & ideo in pace amaritudo eius amarissima. Sed in qua pace? & pax est, & pax non est: pax à paganis, pax ab hæreticis: sed non profectò à filijs. Vox plangentis ecclesiæ in tempore isto: filios enutriui, & exaltaui: ipsi autẽ spreuerunt mea, & maculauerũt me à turpi quæstu: sicut patet. H. 4. 16. sequitur: à turpi commertio: à negocio denique perambulante in tenebris: superest, ut iam fiat dæmonum de medio meridianum.

Artic. 7. ¶Ex talibus verò clericis seu ecclesiæ custodibus magnũ imminet periculum, tam sibijpsis, quàm subditis, quàm etiam toti ecclesiæ.

59 ¶Primum patet: quia in bello spirituali à diabolo vicunt ipse cũ specialiter ipsos impugnat: sicut patet. F. 4. 31. Idem etiam patet per hoc quod dicit August. lib. de singularitate clericorum. Acriùs (inquit) tam pauperibus, quàm diuitibus inuidetur: & non inopes, sed locupletes infestant latrones: & principes, plusquàm milites ab hostibus appetuntur in pugna: & violentiùs propulsantur ventis & turbinibus culmina quæcunque sunt altiora: sic quantò malignatus est inimicus in sancto: malignatus est (inquit) & apud nonnullos in multis malignantibus suis præualuit.

¶Primò enim in hoc cõtra eos prçualet, quod spiritualibus minùs curant quàm deberent: negocijs sęcularibus eos se immiscere facit: contra exempla naturalia, leges ciuiles, & sanctorum auctoritates.

¶Primum patet: quia cum Deus à principio fecisset duo luminaria, luminare maius Gen. 1. vt præesset diei, id est, statum ecclesiasticum, vt præsit spiritualibus: & luminare minus, id est, statum sęcularium, vt præsit temporalibus: Sicut cõtra naturam esset, quod sol suas exerceret operationes, & claras ostenderet illuminationes tempore nocturno: quod natura lunæ tribuit administrationi & illustrationi. Ita contra rationem & exemplum est naturale, quod status, vel ordo ecclesiasticus ad temporalium rerum se transferat administrationẽ, spiritualibus curis neglectis: de quorum numero sunt clerici, qui de crucifixi promoti hæreditate: curijs & causis seruiunt sęcularibus: de quibus dicitur. 2. Macha. 4. Sacerdotes (inquit) iam non circa altaris officia debiti erant: sed contempto templo, & sacrificijs neglectis, festinabant fieri principes palestræ, id est, illius ludi, qui fit in lucta à luctando.

¶Talium enim periculum. Primò ostẽditur in magis, qui in curia amiserunt stellam, dum uidelicet in curia fuerunt Herodis regis. Sic illi stellam ortam de Iacob. Christum.

¶Secundò in Petro, qui in domo principis Christum negauit: quem priùs dilexit. Si ergo uelint cum Magis stellam inuenire: & cũ Petro Christo reconciliari, curias exeant cũ Magis: & cum Petro præterita fore facta lachrymentur, & cum Magis in ecclesijs suis Deo offerant aurum mundæ vitæ: thus orationis: & myrrham pœnitentiæ & satisfactionis.

¶Quia quod in curijs & in alijs locis sint occupati: & quod in ecclesijs, de quibus stipendia recipiunt, non militent, nec resideant: contra rationem videtur etiam legum ciuilium: quæ volunt, quod milites, qui de re publica aluntur, in publicis utilitatibus tantum occupentur: sicut patet. C. lib. 12. titu. de re militari. l. milites. Qui de re publica armantur & aluntur, solis deberent publicis utilitatibus occupari: nec agrorum 60

rum debent custodiæ, nec animalium vel mercimoniorum quæstui: sed propriæ insudare militiæ.

¶Contra uerò dispensantes cum eis de non residentia: est illud quod Imperator Iudici magnanimo sub eo cōsequenter in eadem lege scribit, dicēs: Nullum præterea (inquit) ex militibus post hanc prædijs obsequijs vacare magnitudo tua patiatur: sed frequēter esse ī numero suo iubeat: vt armorum quotidiano exercitio ad bella se præpararent.

¶Huic etiam lex concordat, quæ ibidem immediatè sequitur sub his verbis: Militares viros ciuiles curas arripere prohibemus. Aut si aliquam huiusmodi sollicitudinē fortè susceperint: & militia statim & priuilegijs omnibus denudari præcipimus.

¶Si ad tam districtam & continuam residentiam, & ad tantum armorū milites exercitiū tenebantur, qui ad militiam deputabātur corporalem: quātò magis hoc obseruare deberent hi, qui ad militiam deputantur spiritualem? Quia, sicut monstruosum esset, ꝙ cęlum, uel oculi suum locum mutarent, & in alio ponerentur. Ita in ꝓposito. Ideo Hiero. omnes ad ordinem pertinentes ad militiam q; spiritualē hortatur in epistola. 34. dicens. Ne lucra seculi cum Christi militia quæras. Sequitur: procuratores & dispensatores domorum alienarum, quomodo possunt esse clerici: qui proprias iubētur contemnere facultates? Amico rapere, furtum est: ecclesiam fraudare, sacrilegium est: accepisse pauperibus erogandum apertissimi sceleris est. Aliquid uerò inde subtrahere omniū prædonum crudelitatem superat.

¶Huic etiam concordat decretum. 15. q. 1. c. vlti. sumptum ex uerbis Hierony. qui ad Damasum Papam scribit, dicens: Qui bonis parentum & operibus sustentari possunt: si quod pauperum est, accipiunt: sacrilegium profectò incurrunt & committunt: & per abusionem talium iudicium sibi manducant & bibunt.

61 ¶Ex qua sequitur auctoritate, quòd multi iudicium sibi manducant & bibunt. Non solum illi, qui sufficienter sine bonis ecclesiæ viuere possent, & illa recipiunt: sed etiam illi, qui peius faciunt: qui uidelicet, tantùm à diabolo excęcantur, & decipiuntur, ꝙ postquàm pro uita honesta sufficienter de patrimonio habēt Christi: reliqua nō in vsus pauperum, sed in vanitatibus expendunt & voluptatibus. Quos primò reprehendit Bernard. super Canti. sermo. 34. dicens. Ministri Christi sunt, & seruiunt antichristo: ornati incedunt, de bonis domini, & domino honorem non deferunt. Vnde his, quē quotidie uides meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus, plus fulgent calcaria, quàm altaria: inde mensæ splendidę ciphis & cibis: inde comessationes & ebrietates: inde cithara & lyra: inde redundantia torcularia & promptuaria plena: per huiusmodi uolunt esse & fiunt ecclesiarum Præpositi Decani: Archidiaconi, Episcopi, & Archiepiscopi: quo facto, citius inuenitur in stabulo, quàm in templo. Currunt velociùs ad coquinā, quàm ad missam: plus respiciunt piscē assum, quàm Christum passum: plus agnum elixum, quàm Christum crucifixū, plus student in salmone, quàm in Salomone. Et sequit. Quicquid ꝑter victum necessarium & uestē simplicem de altario retines: non tuū est: rapina est: sacrilegium est.

62 ¶Secundò idem Bernard. tales reprehendit ad Episcopum scribens Senonensem de superfluo ornatu Episcoporum. Non quispiam ecclesiasticum, sed illud tantum gentilium ingerat quis. Dicite: pontifices in freno quid facit aurum: quàm tolerabilius cernitur in sancto quàm in freno: hæc me tacente, & si non curia regum tamen penuria pauperum clamat. Siliat licet fama: non tamen fames: fama quidam silet. Nā quomodo mundus peccatum arguet, à quo potius laudatur

peccator

peccator in desiderijs animę suæ & iniquis benedicitur. Clamant tamen nudi. Clamant famelici, & dicunt: Dicite pontifices in freno, quid facit aurũ vel argentum. Nunquid hæc in freno frigus repellunt, uel esuriem nobis fame & frigore mirabiliter laborantibus: quid conferunt tot mutatoria uel extenta in particis uel plicata in manticis: nostrum est, quod vsurpatis: à nobis crudeliter subtrahitis, quod inaniter expenditis. Non enim fratres vestri & plasmatio Dei & Christi sanguine redempti sumus. Videte quale sit de nostra portione oculos vestros pascere: nostris detrahitis necessitatibus, quicquid uestris accedit uanitatibus. Duo deniq; mala de vna prodeũt radice cupiditatis: dum & uos uanitando peritis, & nos spoliando perimitis. Hinc accedat quòd hæc omnia, nec negotiationis studio, nec propria manu, nec exercitio vobis elaborastis: sed nec iure hæreditario possidetis. Nisi fortè in cordibus uestris dixeritis: hæreditate possideamus sanctuariũ Dei. Et hoc pauperes modo quidem coram Deo tantum loquuntur: non audent apertè causari cõtra uos: q interim necesse hẽnt ꝓ sua uita supplicare. Sed in futuro stabunt in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, stante pro eis patre orphanorum, & iudice uiduarum. Omnes qui prædictarum sunt conditionum, monstruosa sunt animalia.

63 ¶Primò, quia oculum dextrum ad spiritualia habent paruum: & sinistrũ ad vana & mundialia habent magnũ.

¶Secundò, quia quandoque aliqui illorum oculum intellectus habent magnum, sed effectus ad bonum paruum. In quo casu sunt quasi paralitici, vnum latus habentes mortuum & quasi alijs membris contracti: qui, solam linguam habent ad loquendũ. Sunt etiam Deo ingrati: sicut patet per dicta G.4.12.

¶Et in omnibus prædictis clericis malis illorum periculum maximè aggrauant, Illorum in malo obstinatio, & incorrigibilitas: de qua Chrisosto. sup Matth. Homel.29. Secularis (inquit) homo post peccatum cito & facilè ad pœnitentiam uenit. Nam occupatus negligentia sęculari, dũ scripturis non attendit, in quibus semper sunt noua: dũ audierit aliquid de gloria beatorum, aut de pœna malorum, quasi nouum aliquid audiens, expauescit: aut dum bona concupiscit: aut mala timet: compunctus ad pœnitentiam cito currit. Sed clerici omnia quæ in scripturis sunt, propter quotidianam meditationem ante oculos inueterata & uilia ęstimantur. Nã quicquid sit illud, in terribile usu vilescit. Et fiunt sicut catuli leonum, qui ad rugitum eius non terrentur: propterea clericus, qui semper meditatꝰ scripturas. Aut eas omnino seruaturus est & erit perfectus. Aut si semel cęperit eas contemnere: nunquàm excitatur in illis, ut timeat. Quis aliquando uidit clericũ cito pœnitẽtiã agentẽ? Et si deprehẽsus humiliauerit se: nõ iõ dolet, quia peccauit: sed confundiť, qa ꝑdidit gloriã suã. Huic concordat decretũ dicẽs: ꝙ clerici peiùs agũt pœnitẽtiã, quàm laici. de pœni. di.1. mẽsurã.

¶Secundò contra eos præualet, vincit, & decipit: dum eos facit in leuitatibus & dissolutionibus occupari, & pacta non seruare, quæ Deo fecerunt: de quibus Seneca epistola. 50. Quid mihi lusoria ista cõponis: nõ est iocũdi locus, ad miseros vocatus es: opem te laturũ naufragis captis, ęgris egẽtibus pollicitus es: quid ergo agis hic: cum quo ludis tibimet succurre: oẽs vtiq; ad te manus tẽdunt perdite uitæ pariterque aliqđ auxiliũ implorant. Tales etiã reprehendit Bernar. de consideratione ad Eugeniũ Papã. li.2.c.11. Inter sęculares (inquit) nugæ sunt nugæ. In ore uerò sacerdotis nugæ sunt blasphemiæ. Consecrasti os tuum euangelio talibus iam aperire illicitum est: assuescere sacrilegium: labia enim sacerdotis custodiunt sciẽtiã & legẽ, &c. 64

¶Tertiò à diabolo decipiuntur, sicut, Similia à Vulpe: De qbus fingitur, ꝙ de diuisione prædæ contendentes, Simia à Vulpe edocta, oculos clausit: quibus clausis, vulpes totam asportauit prædam. Ita diabolus claudit oculos mentales uirorum ecclesiasticorũ diuersis delectationibus, & cupiditatibus, & alijs peccatis, vt ipsis negligentibus, & exẽpla mala dantibus, ꝑdãde subditis faciat: dũ in clericis est inordinatio mechiæ & cupiditatis Sap. 14.

65 ¶In quo exemplo patet secũda pars huius articuli: ꝙ uidelicet tales sunt periculosi subditis.

¶Primò quia (sicut prætactum est:) sicut Simia claudente oculos, vulpes prædam asportauit. Ita in proposito. Vnde legitur, quòd prælatis & clericis negligentibus, in quodã regno simul congregatis: dęmones eos salutauerunt, dicentes. Princeps tenebrarum principibus ecclesiarum salutẽ. Quas igitur gratias uobis referimus: quia quot uobis commissi, tot sunt nobis missi. Nota. F. 4. 32.

¶Secundò, quia sunt mali medici: & hoc quia ignari sunt, uel quia potionem secundùm artem non dant.

¶Tertiò, uel quia sunt ductores cęci: uel quia licẽt doceãt uiam bonam: non tamen ducunt: & hoc non sufficit: quia sicut non sufficit eis ardere, nisi etiam luceant per bona exempla: Ita non sufficit eis docere, nisi etiam ducant. Aliter enim mendicantibus, cęcis, & contractis in portis sedentibus ciuitatum, assimilantur, qui uiam docent transeuntibus, qua non uadunt. Assimilantur etiam manu in biuio fixæ cruci. Et utinam illorum in omnibus similitudinem tenerent: ita ꝙ peiùs non facerent. Sed, heu, peiorem habent conditionem, quia illi per uiã, quam docent, non præcedunt. Isti uerò à uia, quam docent, retrocedunt: & via uadunt contraria: & ideo populus eis non credit. Nec mirum: quia si quis diceret, se scire uiam ad aliquam ciuitatem: addat etiam dicendo, se uelle illic proficisci, uel se uersus illam viam tenere: & petenti viam, vnam dicat ore, & aliam pedibus uadat viam: quis uerbis eius crederet? immo verba illa derisoriè, uel lusoriè potiùs dicta crederet: & pedes in hoc casu potiùs sequeretur, ꝙ̃ uerba. Sic in ꝓposito, illi, qui teste beato Gregorio in pastorali, spiritualia præcepta perscrutãtur: sed, quæ intelligendo penetrant, viuendo conculcant: repentè docent, quæ non opere, sed meditatione didicerant: & quod uerbis prædicant, moribus impugnant. Et reuera tales non solum sunt uituperabiles & culpabiles de hoc quod populi ducatum, & nauiculę gubernationem pro quibus charè conducuntur, non faciunt ad terrã sanctam, terramque uiuentium in cęlo: sed (quod peius est) ipsos, quos ducere deberent, perdunt, ad inimicos inferni ipsos suis exemplis peruersis ducendo. Et sic eadem illorum erit pœna & culpa apud Deum: qualem apud Imperatorem uel Iudicem terrenum meretur, qui peregrinos, ꝑ quorum conductu conducitur, ducit gratis ad spoliatores: & nauem, quam ducere deberet ad terram sanctam, ducit ad Saracenos inferni, ad illorum perpetuam captiuitatem.

¶Quartò, quia sunt sicut stomachus indispositus, & cor vulneratũ, & radix infecta. Ex quibus sequitur totius corporis mors, & totius arboris ariditas, & infructuositas. 66

¶Hoc enim natura habet, quòd ex stomacho cibus ad omnia deriuetur membra: & ex corde vita: & ex radice humor & viror ad omnes ramos: dum stomachus, cor, & radix bene disponuntur, sequitur bonus effectus. Contraria uerò dispositione in illis accidente, contra in membris accidit dispositio. His de causis Chrysosto. super Matth. operis imperfecti comparat uiros ecclesiasticos stomacho: quia ipsis infirmantibus, totus populus infirmatur. Et arborum radicibus: quia, ipsis deficientibus, tota arbor deficit.

Vnde

Vnde si uideris defectum in ramis: communiter arguis defectum in radice. Ita &c. Et pro tanto insuper conueniens uidetur comparatio: quia sicut stomachus & radix pro toto corpore & arbore nutrimentum accipiũt: Ita uiri ecclesiastici nutrimẽtum corporale pro indigentibus accipiunt:& spirituale ꝓ omnibꝰ accipere deberẽt.

¶Quintò, quia sunt sicut fleubotomatores cęci: quia nec uenam feriunt, quam ferire deberent: nec sanguinem emittunt putridũ, id est, peccatum: sed potiùs uenam scindunt, & sanguinem putridum augmentant, vnde mors sequitur. Ex quibus patet, quòd uiri ecclesiastici mali, sunt sicut cęci duces cęcorum, & sicut sol eclipsatus: qui (ut dicitur secundùm naturales) nunquàm eclipsatur sine dãno terræ & fructuum. Et sicut fumus candelæ extinctæ, cuius fumus astantibus nocet: & quantò maior fuerit, tantò maiorem emittit fumum: & tãtò plus nocet. Et sicut lignum sciẽtiæ in paradiso, à quo primi parentes mortis acceperunt occasionem. Quia sicut illi in ligno scientiæ: Ita nunc populus ab illis qui lignum esse deberent scientiæ, malorum exemplorum occasione mortem incurrunt. Et sicut filij Heli: quia sicut propter peccata filiorum Heli populus à Dei seruitio retrahebatur: sicut patet per decretum sumptum ex uerbis Rabani: cuidam scribentis archiepiscopo dist. 50. cap de his. Sic prauis exemplis eorum, qui sacros ordines susceperunt: populus à Dei seruitio retrahitur, & peior quotidie efficitur. Et sicut filius Heli peccantibus, populus corruit: sicut patet per decretum sumptum, ex verbis beati Grego. 1. quæst. 4. ecclesia. Sic plebs peccata luit clericorum. Totum istud confirmatur. Tren. 4. ubi propheta plãgendo, recitat miseram populi captiuitatem: & causam tangens, adiungit: Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, &c.

¶Et non solum subditis, sed etiam toti ecclesiæ ex malo clero imminet periculum, paupertas, & uilipensio.

¶Hoc nanque ad oculum quotidiana, & dolenda docet experientia. In qua rei ostendit euidentia, quòd infideles, quorum conuersio totam quõdã honorabat ecclesiam: Nunc Christianitatis & legis Dei, specialiter in his, qui populum regere deberent, videntes scandalosas transgressiones, scandalizantur, & fidem contemnunt catholicam. Alij etiã Christiani principes & domini ecclesiastici status miserabilem uidentes dissolutionem, & apertissimam ruinam, atque infamiã, in tantum statum uilipendunt ecclesiasticum, quòd illi, quorum progenitores ecclesiam magnificè dotabant, pro eminenti, quam in ecclesia uidebant, deuotione: ad tyrannidem conuersi, ecclesiam satagunt pro uiribus spoliare. Ita quòd dum ecclesia habuit uiles parietes, & viros uirtuosos & ornatos, uiri misericordiarum viles ecclesiæ parietes, nobilitabant, & muneribus dotabant. Quemadmodum illa regina Saba 3. Reg. 10. quæ uidens ordinem ministrantium in domo Salomonis, dedit ei munera magnifica. Nunc uidentes viros mutatos: effectum mutant, & parietes quos parentes deuotionis causa struxerũt, dissolutionis causa nituntur destruere: ostendentes, quòd contrarium causarum contrarij erunt effectus. Et quòd ideo ecclesia calcatur, patet: sicut in sequentibus continetur uersibus: Virtus, ecclesia, clerus, dęmon, Simonia. Cessat, calcatur, errat, regnat, dominatur. Et in his omnibus licèt ratio obuiat, & contradicat: quòd videlicet propter personarum delictũ ecclesia, quę propter Deum dotata est, spoliari uel grauari non debeat: quia dicit regula iuris in 6. quòd delictum personæ in damnum ecclesiæ non redundabit: tamen minus uidetur mirabile, quòd potẽtes à sęculo viri famosi, qui sunt uel saltem esse deberent

manus ecclesiæ ad nutritionem & tuitionem, ecclesiam, ut deberent, nõ custodiunt: sed à suis ministris grauari permittunt: qa manus istæ ab illis, qui ecclesiæ oculi esse deberent non diriguntur. Sicut nanque in corpore videtur naturali, q manus pro capite, oculis, & toto corpore se exponit: ictũ in se sustinendo, vt illa à damno præseruent: quandiu ad hoc faciẽdum ab oculis, qui pericula imminentia uident, docentur & diriguntur. Sed oculis excęcatis, & manus non docentibus nec dirigentibus: manuum cessat magna ex parte adiutorium, quia uisu amisso ordinatè nec caput, nec oculos poterunt custodire. Ita in proposito: & patet: quia sicut magna vtilitas toti prouenit corpori ex oculis claris & bonis, ita magnum prouenit periculum & damnum ex cęcis. Quia si oculus tuus fuerit simplex, id est, clerus bonus, qualis esse deberet: totum corpus ecclesiæ lucidum erit. Si autem nequam fuerit: etiam corpus tuum tenebrosum erit.

¶Et quòd in hoc infortunio maximè est dolendum, uerisimiliter timetur: quòd in hoc ecclesiæ plaga incurabilis efficiatur. Quia secundùm Bernard. super Cantica sermone. 33. Si insurgeret apertus hæreticus, mitteretur foras, & aresceret: si uiolentus inimicus, forsitan absconderet se ab eo. Nunc uerò quem ecclesia eijciet aut quo se abscõdet? quia omnes amici, & tamen inimici omnes necessarij, & omnes aduersarij. Omnes domestici, & nulli pacifici. Omnes, quæ sua sunt, quærunt: & non quæ Iesu Christi. Et inimici hominis domestici eius. Michex.7. Non sic faciant, uel tales sint, qui nunc ordinãdi sunt: sed quẽadmodum ueri filij Israel per loca & ordines suos proficiscãtur, Numeri 3.

Artic.I. ¶Si uerò aliter ordinentur: uel ordinibus acceptis abutãtur, maxima pœna, tã tẽporali, quàm ęterna digni sũt.

69 ¶Primò: quia deformissimæ culpæ debetur pœna fortissima: sed culpa est in eis deformissima: sicut macula in oculo: igitur, &c.

¶Secundò, qa rẽ preciosissimã. i. ecclesiam, quã Christus charissimè emit, eorũ traditam custodiæ, nõ custodiũt: quorum quilibet dicere potest illud Canti. 1. Posuerunt me custodẽ in vineis: uineam meam non custodiri.

¶Tertiò, quia ab altissimo loco cadunt. Tunc arguatur sic: qui altissimũ locum ascendunt, si de illo uel in illo cadunt: periculosissimè cadunt: sed illi, quando ordines accipiũt sacros, altissimum ecclesiæ ascẽdunt locũ: quia immediatè ad Deum uidelicet in altari ascẽdunt, ipsumq; manibus tractãt: uel tractantibus & tangentibus assistunt, & uerbis ab eis prolatis Deum consecrant: ad quem statum nũquàm Angeli ascenderunt. Si ergo in illo statu cadunt: periculosissimè cadunt ad mortem & perditionem suam, & aliorum: ad modum Saulis: qui ad perditionem suam & filiorum suorum, & totius exercitus dispersionem: in montem Gelboe ascẽdit malè pugnaturus: & ad modum illius pueri, qui ad mortem suam casu uenit in montẽ Gelboe. 2. Reg. 1. propter quem casum postmodũ à Dauid occidebatur. Sic isti, quorum aliqui in montem ascendunt ecclesiæ, casu noĩatiuo: qa ad hoc magnũ scientiæ magisterij, uel alicuius alterius officij habere nitunt: & p hoc mõtẽ ascendũt ecclesiæ, qđ & frequẽter faciũt. Alij uerò in montẽ ascẽdunt datiuo: qui. s. muneribus datis uel promissis, ordinantur, uel promouentur, uel ad Religionem recipiuntur. 70

¶Alij in montem ecclesiæ ascendũt casu accusatiuo: quia suis accusationibus & cautelis alios impediũt, q ascẽdere uellent, ut ipsi loco illorum ascẽdant: uel qui talibus alios deijciunt de promotionibus uel palacijs suis: vt ipsi loca illa occupent montuosa.

¶Alij casu ascendunt uocatiuo: q da impotentes sunt, vt in montẽ ascẽdat ordinis uel pmotionis per scalã meritorũ de uirtute in uirtutẽ, illic ascẽdũt

auxilio diuitum inuocato: ad modum edere: de qua dictum est. A.25.27. quæ licèt in se sit arbor debilis, sterilis, & infructuosa: citiùs tamen per murum ascendit vsque ad tectũ ecclesię, quam arbor fructifera: sed non uirtute propria: sicut in cap ostenditur allegato. A.25. 27. Ita frequenter contingit in proposito.

¶Alij casu ascendunt ablatiuo: quia ipsis procurantibus, uel ipsorum saltem occasione bona ecclesiastica à dignis auferuntur: & eis conferuntur: omnes tales pueri sensu: prædicti pueri spiritualiter timere habent fortunam: quia sicut ipse ad mortem & perditionem corporalem in montẽ ascẽdit Gelboe: Ita isti ad mortem & pœnam spiritualem in montem ascendũt ecclesiæ, quod vult lex ordinata p angelos Gal. 3. quæ tales in ecclesia militante multipliciter punit: & de ecclesia triumphante illos excludit.

71 ¶Quantum ad primum, vt de cęteris legibus ecclesiasticis taceam: quæ in diuersis locis decretorum & decretalium malè ordinatos: & ĩ ordinibus malè uiuentes puniunt: vnam legem, quæ specialiter sacerdotes punit fornicarios: legere qui voluerit, videat illud decretum Grangrensis concilij: distin.82.c.presbyter. Si fornicationem fecerit: decem annis pœniteat. Si uerò decreta non habuerit: videat idem decretum in summa confessorum. lib. 3. titu.34.q.125. Et ibi inueniet ꝙ pœnitentiam tam horribilem eum facere oportet: ꝙ tribus primis mensibus de decem annis in quibus pœnitere debet, continue pane & aqua ieiunans vtatur: exceptis dominicis diebus & festis præcipuis: quod quidem ieiuniũ in pane & aqua post illos tres menses tenere debet omni septimana vsq; ad finem septimi anni tribus diebus: scilicet in hebdomada: & usque ad finem septimi anni à Missarum celebratione abstineat.

¶Sed, heu, tam hæc, quàm aliæ ecclesiæ leges pecuniarum nõ lucratiuæ per negligentes legum executores ferè, de quo nimis dolendum est, pereũt quantum ad executionem. Comparans ergo antiquorum patrum decreta & sanctiones ad modernas, quæ non fiunt executiones: cõgruè dici potest de his, quod dixit antiquus mus muri, de colloquio murium redeunti. De his nanque fabulæ continent, quòd mures concilio congregato: hoc principaliter tractauerunt, quomodo se à cattis custodire possent: in quo de totius concilij consensu diffinitũ fuit: quòd cuilibet catto nola poneretur ad collum, ut mures eorum aduentum nolarum sonitu præcauentes, ad sua possent fugere foramina. Hoc igitur concilio inito, & diffinito: muribus ad loca sua securè & gaudenter redeuntibus contigit quendam redeuntem obuiam habere glirem antiquum: qui præ senectute ad consilium venire non potuit: qui primo redeunti per impotentiam de non comparendo se excusans: & rumores exquirens lętãter audiuit: cattorum coertionem: qua audita, quæsiuit: quis tanti consilij, tanque sancti, & vtilis statuti executor nolas illas ad cattorum colla deberet suspendere: qui respondit, nihil de hoc ibi fuisse locutum, cõsiliatum, uel diffinitum. Cui ille: ergo colloquium vestrum nihil ualet: quia licèt statutum illud ad perpetuam rei memoriam in se rationabile, & nobis utile sit: propter tamen exequutionis peribit defectum. Sic in proposito: & patet: pro quanto est ad propositum: licèt non applicando singula singulis: nec mirum: quia nec ille parabolarũ modus, vt singula applicentur singulis: nec in euangelio, nec in quibuscunque alijs scripturarum locis poterit obseruari. Exẽplũ.

¶Si uerò instare velint, ꝙ non est simile pro tanto: quia in prædicta parabola non continetur quis statuti executor esse deberet: In omnibus verò ecclesiæ & terrarũ legibus executores ordinantur eorundem: videtur Exẽplũ.

per fabulã fictam de collocutione pastorum & ouium: in quo tractatũ fuisse fingitur, quomodo se à Lupis custodirent. In hoc sententia omnium cõcordabat, ꝙ quilibet pastor armatus cum ouibus pro exercitu sibi assistentibus Lupos infra fines & terminos suos inuentos, uel ita acriter punirent, ꝙ essent cęteris in exemplum: uel ꝙ eos incarcerarent, uel de finibus suis fugarent: accipientes singuli commissiones auctoritatis commissę expressiuas, ad sua loca redierũt. Sed heu, modico procedente tempore, inter scãna duo cecidit anus humo: quia inter pastorum desideria & ouium impotẽtiam Lupi, vt priùs, liberè rapuerunt. Sic in proposito: quia & leges ad luporum coertionem, incarcerationem, & omnimodam punitionem sanctissimè, ordinatæ sunt, tam ad regimẽ corporum, quàm etiam ad animarum regimen pertinẽtes: & rationabiliter est de sacris sanctionibus, & illarũ executionibus utrobique ordinatum: sed tamen inter potentium inuolũtatem, & uolentium impotentiam: Lupi infernales solito debachantur. Cuius causa est, quia decretorum, decretaliũ, synodalium, & quarumcunq; legum, vel statutorum: quæ quidem rationabiliter copiosè & diligentur dictantur: scribuntur, & promulgantur: executores & defensores sunt tepidi, pigri, & dormitantes: ferè tantùm curantes, quæ sua sunt, & non quæ Iesu Christi: sicut ex verbis innuitur Bernard. de consideratione ad Eugenium Papam. lib. 3. cap. vlti. ubi Papam. Bernard. de tali negligentia reprehendit, dicens: Iã quatuor anni sunt, quòd statuistis, quòd clerici in habitu & alijs essent honesti: & quòd tonsuram haberẽt ordinatam: quòd etiam non obtemperãtes, post quadraginta dies ab episcopis priuarentur. Episcopi uerò negligentes suspenderentur. Et neminem adhuc priuatũ uel suspensum luximus, ac luctu amarissimo dignum quid secutũ est. Nota de hac materia. C. 11. 5.

¶Cum ergo (sicut ex huius articuli principio patet) duplex eis sit pœna debita, quarum secundam aliquo forsitan modo euadere possent in curia Dei: qui non punit bis in idipsum, si primam patienter: & ut iura uolunt, quo ad priuationes & alias punitiones sustinerent, quas tamen quia ex proprio subterfugio, & malicia & superiorum negligentia deuitant, eo certiùs in futuro formidare & expectare poterunt in curia Dei: in quo nullum malum impunitum: in qua omne, qđ hic punitum non fuerit, infallibiliter punietur: in qua nec subterfugiũ, nec Iudicem inuenient negligentem. Qui ergo hic curiam, seu aulã Dei, id est, ecclesiam militantem, uel ecclesiasticum ordinem, uel beneficium malè intrauerint: uel in illo impunitè uel finaliter malè se habebunt; illic de curia Dei & aula beatorum, id est, ecclesia triumphante, ad quam tantum boni recipiuntur, exijcientur. Primò, quia sicut certa signa secum non portant, quæ requiruntur ad hoc ꝙ recipiuntur: pro quo clarius uidendo ponitur exemplum imaginatũ de quodam rege. Qui fecit cęnam magnam, & uocauit multos: præcepit insuper ianitoribus, quòd nullos intrare sinerent, nisi portaret certa suæ artis signa, vt homines eiusdẽ artis simul in mẽsa ponerentur & collocarentur: accesserunt multi, qui uitam, uestes, & alia artis suæ signa non erubuerunt ostendere, & recipiebantur. Accesserunt, qui vitã, uestes, & alia artis suæ signa erubuerunt ostendere, & repulsam patiebantur. Omnes enim dixerunt: Domine, domine, aperi nobis, sed non omnes oleum in uasis, nec status sui signa portauerũt: & ideo alijs receptis, expellebantur. Idem exemplum poni potest de fideli pastore, qui oues, quæ signa sua portant ad ouile suum recipit: lupis, qui licèt pelles induant ouinas, eiectis. Sic erit in consummatione seculi de homine illo, qui fecit cęnã magnã: & uocauit multos. Luc. 14.

72

73

Exẽplũ.

Et uo-

Et uocatis & uenientibus ad portam suam: omnibus nanque simul clamantibus: Domine, domine, aperi nobis. Illi tantùm recipientur, qui signa alicuius status, sicut uirginitatis, matrimonij, uel uiduitatis, seu pœnitentiæ, vel cuiuscunque artis: in qua fideliter uixerunt, secum portabũt: quibus credentes signati estis. Eph. 1. Qui fideliter dicere possunt: Signatum est super nos lumen vultus tui: in Psal. 4. omnibus alijs, qui signa ouiũ Dei non portant, eiectis. Ipse nanque ad ouile suũ, quãdo erit vnum ouile & vnus pastor, tantùm oues & non lupos recipiet: siquidem nec ouile pro luporum sit custodia uel receptione: nec pastorem habent.

¶Certum ergo signum status, uel artis suæ est signum thau: de quo dicitur Ezech. 9. Signa thau super frontes virorum. Et infrà. Omnem autem, super quem uideritis signum thau, ne occidatis.

¶De non habentibus uerò ibidem sine misericordia datur sententia à dicente Deo: Non parcat oculus uester neque misereamini senem, adolescẽtulum, & uirginem paruulum: & mulieres interficite vsque ad internitionem. Et à sanctuario meo incipite, id est, ab illis, qui ordinem habent clericalem. Cuius ordinis vitam, uestes, actus, & signa: ultra alios cuiuscunque artis homines, erubuerunt, neglexerunt, & contempserunt: ideo ab illis primo incipite. Omnibus ergo ad iudicium venientibus: & omnibus Christi militibus ostendentibus, & arma, & actus militiæ suæ, & signa status suæ artis: in quibus sine uerecũdia sub rege cęli militauerunt: & fideliter uixerunt ostendentibus. Quid dicturi, uel ostensuri, uel exhibituri sunt ingratissimi & vecordissimi milites, qui ordinem habent clericalem: pro quibus Deus plus fecit, quàm pro quibuscunq; hominibus partẽ suam & specialiter iure vniuersalis dominij: ei debitam, id est, decimam: & iura ecclesiastica ipsis ingratissimis conferẽdo. Ideo ingratissimis quia cũ nullus miles erubescat arma probissimi regis sui portare: cùm nullus artifex artem, de qua uiuit, siue sit uestes, siue calceos suendo negligat: uel illam in publico in habitu pro arte illa conuenienti exercere & ostendere erubescat: vnde & tales artifices communiter in locis publicis, & quotidiæ suæ artis actus exercent.

¶Isti, ut dictũ est suprà omnes homines honorati, exaltati, & à Deo ꝓmoti, & qetati, & de patrimonio Christi impinguati, incrassati, & dilatati: dereliquerunt Deũ factorem. Deutero. 32. De quibus specialiter Isa. 1. cõqueritur, dicens: Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: quia simplices & rudes: qui fideliter in statu suo & arte uixerunt, me cognouerunt. Et cognosco oues meas: & cognoscunt me meæ. Io. 10. Populus autem meus, id est, clerus cultui meo specialiùs deputatus, me nõ cognouit: immo spreuit: & arma mea, & signa artis suæ in tantum portare & ostendere erubescunt: quòd sicut prædictum est: ubi alij artifices quotidię actus suæ artis & in publico & in decenti habitu exercent: isti actus ordinum suorum, cuiusmodi sunt epistolas & euangelia legere, & Missas dicere, nec quotidiæ, nec in publico exercent: nec in priuato: nisi fortè tales pauperes sint, qui sine talium actuum exercitio uiuere nõ possent: nec uitam mundam & sanctã diligunt clericalem: nec habitum statu clericali decentem portant: immo quia talem portare erubescunt, ita secularibus & curiosis, sicut possunt, seculo se conformant: signa etiam Dei & salutis suæ, in tantum erubescunt: ꝙ vltra clericorum regulam coronam minuunt: capillos capitis prolongant: comam nutriunt.

¶ Cęlestis ergo curiæ ianitoribus quærentibus: cuius est imago hæc &

ſubſcriptio: quid miſeri reſponſuri ſunt? immo, ipſis reſponſum non habentibus: ianitores: immo ipſe Deus, & Angeli morientium ſcrutatores reſpondebunt, dicentes: illud. Pſal.77. Signa noſtra non uidimus: iam non eſt propheta, id eſt, clericus, uel ſacerdos: quia nec uitam, nec ueſtes, nec actus, nec quæcunque ſigna talis prophetæ oſtendit, nec ſecum portat. Ideo de conuiuio illorum, quod in Dei cõſiſtit cognitione: iuxta illud Ioan.17. Hęc eſt uita ęterna, ut cognoſcant te ſolum uerum Deum, expellentur. Et iuſtè quidem, iuxta teſtimonium ueritatis: ut qui erubuerit filij Dei ſigna, & militiam, & miniſteria: hunc filius hominis erubeſcat. Et qui (ut debuit) non cognouit in eccleſia militante ad laborem: non cognoſcat in eccleſia triumphante ad gloriã. Et hoc eſt, qđ ſequitur: Nos non cognoſcet amplius.

74 ¶Quando ergo eis cantabitur canticum uirginum fatuarum: Amen dico uobis, neſcio uos. Matth.25. meliùs eis fuiſſet, ꝙ carè emiſſent ueſtem nuptialem, id eſt, clericalem, & tõſuram.

¶Sed, heu, tunc nimis tardè erit hoc cogitare: cum ad iudicium uenerint: de quo Bernard. ad Eugenium Papã: de conſideratione. lib.3. c. vltimo. ſcribens, ait. In ratione reddenda de tribus agetur contra clericos: de ueſtitu, quæſtu, & actu. Veſtitu, ſunt milites. Quæſtu, id eſt, in redditũum acquiſitione, clerici. Actu neuter. Nõ pugnãt, vt milites: nec laborant, ut ruſtici, uel mercatores: nec euangelizant, ut clerici. Qui ergo in nullo ordine ſunt, ſed dum utriuſque eſſe cupiunt, utrunq; deſerunt, & confundunt: quando teſte Apoſtolo. 1. Cor.15. vnuſquiſq; in ordine ſuo reſurget: in quo ordine, uel cũ quibus uel ubi expectabunt iſti locum ſuum? certe ubi nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitat. Iob 10. quia hic nec in ordine nec in labore hominũ fuerunt, &c. Vnde Bern. ſuper illud Pſal.72. In labore hoĩm nõ ſunt. Cùm (inquit) cuncti ſtatus hoĩm habeant aliquid laboris, & aliquid uoluptatis: clerici nouo quodã artificio inter diſcernẽtes, totũ, qđ delectat, elegerunt: & totũ, qđ moleſtat, reſpuerũt. A militibus acceperunt ſuperbiæ faſtum, amplam familiã equorum, falleras & nobiles apparatus. A mulieribus dependentes collo pelles rubricatas: vinum, molliciem: balneũ, & gloriã. A ruſticis fructus agrorum, & horrea plena: ſed bene cauent militaris loricę pondus: muliebrem declinant uerecũdiam: oẽs ruſtici & agricolæ victũ ſibi labore acquirunt, hi delitijs affluunt: & tamen aduenięte fructuum tẽpore, prõptuaria eorum plena tritico: & vinum vuæ bibunt meraciſſimũ: & inde incraſſantur, & impinguantur, dilatãtur. Cùm ergo reſurgere hoĩes cęperint: quilibet in ordine ſuo: iſti cũ q̃bus reſurgent? Si diuertere uoluerint ad milites ipſos exufflabunt: ſicq; cũcti homines eos à ſuis finibus fugabunt. Et iſti, qui in nullo fuerunt ordine, ubi putas collocabuntur? Reſtat ergo, ut illum locum ſortiantur, ubi nullus eſt ordo: ſed ſempiternus horror inhabitat: & ſint in laboribus dęmonũ: qui in labore nõ fuerũt hoĩm, &c.

75 ¶Sed forte prædictis reſpondebunt, dicentes: ꝙ pro defectu ueſtium, & aliorum ſignorum de ęterno Dei conuiuio nõ expellentur: quia in morte, qui inter illos ſacerdotio funguntur? quandoque raduntur: & ueſtibus ſacris & ſtatui ſuo decentibus induuntur: cum quibus ad agni nuptias properabunt: ueſte induti nuptiali, & ſic induti (teſte Iſa.58.) appropinquare Deo uolunt. His quidem curiæ Dei ianitores reſpondere poterunt: primò per breue de tardè uenit: q̃a tales ſunt, ſicut citati ad curiam laicalem uel eccleſiaſticam pro ſententia audienda: ſi allegare neſciant, quare ſententia dare non debeat: & munimenta ſua domi dimittunt: dum in ſtatu & puncto mortis ad iudicium rapiuntur: antequàm indumentis illis induantur ſacris. Et per hoc erit de illis ſicut de illis

quinque

quinque fatuis uirginibus. Matth. 25. quæ ad portam uenerunt sine oleo: & dum redierunt ut oleum quærerent: clausa fuit ianua.

¶Secundò, habendo respectum ad corpus illud, quod talibus armatur & induitur armis sacris, & uestibus: respōdere poterunt sicut responsum fuit de Iudęo, de quo scribit beatus Grego. in lib. Dial. qui timens, se signo Crucis signauit: quem Dæmon inueniens, dixit: vas vacuum, sed signatum. Ita in ꝓposito: quia ibi est vas vacuum: sed signatum, & signum sanctū sine signato. In quo Aristo. deficere uidētur prædicamenta de correlatiuis: quæ posita se ponunt: hoc autem signum est positū, sed non signatum: quia si signati: scilicet, corporis sacerdotalibus induti uestimentis conditiones signandas quis diligēter requirat inueniet, ꝙ alia ornamētorum propinquiùs cōditiones, & proprietates, & affectiones, quas uiuens, habuit, significarent. Si nanque loco albæ camisia inuolueretur: malæ mulieris: & loco vmbralis caputium haberet sub mento dependens: & loco manipuli chirotecas dependentes: & loco stolę & casulę cornu & uestem uiridem uenatoris: & loco coronæ sertum de floribus: & loco ecclesię in qua ponitur: & calicis qui super eum ponitur tabernam & ciphum plenum: & loco processionis tripudiantium spectacula: & loco orantium & cantantiū canes latrantes: quæ omnia viuens plus dilexit: tunc Aristo. prædicamēta in illo nō frustrarentur, quia ueraciter esset corpus illud ꝓprijs & cōuenientibus signis signatū. Nunc uerò, quia cōtrarium accidit: & ornamētis induitur non prius amatis, nec sibi conuenientibus: quid aliud de illo dicere poterūt cęli ianitores, & mortuorū scrutatores: q̄ ꝙ sit bestia loricata loricis regis. 1. Mach. 6. Et ꝙ sic Achab malus in armis alienis. 3. Reg. 22. Et lupus timore ad ouile fugiēs ouiū, pelle indutus ouina: quia tantùm habitu inuentus est, ut homo. Phil. 2. Nota. S. 1. 5.

Exēplū.

76 ¶Quo deprehenso, non plus saluabunt cū uestimenta & ornamenta sancta à damnatione, quàm Iudæos terra sancta à corruptione: uel quàm sacerdotes illorum Nadab & Abiu. Leuit. 10. vestes sanctæ à cōbustione. In Iudæorum nanque Talmuth scribitur: & ab eisdem creditur: ꝙ corpus mortuum & aliqua portiuncula terrę sanctæ de terra sancta portata aspersum, non putrescet. Leuit. etiam 10. habetur: quòd prędicti sacerdotes, quia ignem imposuerunt alienum in altare Dei, contra Dei præceptum: non ostantibus ornamentis sanctis, quibus induebantur: igne diuinæ ultionis comburebantur. Sic prædicti, quia loco ignis diuini. i. charitatis, deuotionis, & diuini amoris: qui in altari cordis semper ardere deberet: & omnia opera & sacrificia Deo offerenda inflammare: ignem imponunt alienum: scilicet, cupiditatis, carnalitatis, & huiusmodi ignem peccatorum infernalem: de quo in Psal. 57. Super cecidit ignis, & non uiderunt Solem: non obstantibus illis sanctis ornamentis ab igne infernali comburentur. Et quidem satis iustè: sicut patet per auctoritatem Apostoli. Heb. 10. quæ habetur. E. 6. 37.

77 ¶Secundò de Dei cōuiuio expellentur, & regnū Dei amittēt: q̄a vasa sancta Deo ordinata & cōsecrata, ad prophanos & illicitos transferunt vsus: quod significatum est. Dan 5. vbi Balthesar Rex Babylonis legitur interfectus, & de regno eiectus, una de causa: quia uasa quondā diuino cultui in tēplo ordinata, ad vsus transtulit prophanos. Sic illi qui uasa cordiū seu animarum semel Deo ordinata & dedicata in baptismo: & iterum Deo strictius consecrata & applicata: in ordinis clericalis, seu religionis susceptione & professione, de regno Dei sunt expellendi: si illa transferāt ad opera peccati & seruitia diaboli. Ergo sanctificamini qui fertis vasa domini. Et sciat vnusquisque uestrū uas suum possidere in sanctificationē & honorē. 1. Thessal. 4.

Quia

Quia si magna culpa sit calicem domini consecratum non honorificè custodire: sed lutosa & fętida in eo ponere: à fortiori ratione maior culpa est animas Christi sanguine redemptas & consecratas: mala uita deturpare, quæ est omni luto uilior, iuxta illud. Sapien.15. Luto uilior vita ipsius.

78 ¶Tertiò, quia fures sunt & latrones, bona ecclesiæ diuidendo: sicut patet suprà eod. cap.5. eis appropriantes, & quasi furantes. Et ideo sicut fures & latrones regnum Dei non possidebunt: sicut patet per illum quondam

Exēplū. Cancellarium Parisien. de quo fertur, quòd post mortem suam cuidam apparens, se damnatum asseruit inter alias causas, ꝙ thesauros ecclesiæ non distribuit (ut debuit) pauperibus. De talibus ecclesiæ infidelibus dispensatoribus, Bernardus scribens ad Eugenium Papam: de consideratione li.3. cap.vlt. ait: O miseranda sponsa talibus credita paranimphis: qui assignata cultui eius proprio retinere quæstui non uerentur: non amici profectò sponsi, sed emuli sunt. In omnibus istis malis, quæ ex malo sequuntur clero, tolerabilius malum esset, si soli damnarentur. Sed heu, sicut Samson moriens. Iudic.16. multos secum occidit: Sic isti peccantes, & spiritualiter morientes domum ecclesiæ destruunt, & multos secum ad damnationem trahunt: illos uidelicet, qui dicunt, tales qui in libris suis sciunt, quid sit bonum: & malum faciunt: sic ergo nos possumus: quibus respondetur ꝙ Lucifer, & Angeli sibi consentientes: & primi parentes in Paradiso: & Salomon, & multi alij maiorem istis habuerunt scientiam: & tamen errauerunt: & multi illorum damnati sunt: quia licet pedem habuerunt intellectus: pede tamen caruerunt affectus: & ideo non rectè ambulant; sed claudicauerunt à semitis, in Psal.17. Ergo nolite illos sequi, scientes, quoniam claudus non immolabitur nec offeretur in templo Dei in æternum. Leuit.21. Et quoniam scientia foris stat, ubi amor intrat, sed illos sequimini, de quibus dicitur. Esdræ 3. Steterunt sacerdotes in ordine suo. Quod prædicta malorum clericorum damnatio iusta sit: vide. C.18.5. & D.1.19. & G.4.12. Quòd verò tam rarò, uel nunquam missas celebrant, nec Deo appropinquant ipsum tangendo, & societatis communionis eius participando priuilegium amittent, quo Deo appropinquare ipsumque tangere potuerunt. No. A.6.4. & A.14.13.

¶Ex quo uerò culpa & pęna malè ordinatorū sunt tam publicæ & apertæ, uix possunt ordinantes omnem culpæ scrupulum, uel pęnæ euadere periculum: quia secundùm Chrysosto. de dignitate sacerdotali. lib.3. qui ordinant indignos, eisdem subiacent pęnis, quibus illi, qui indignè sunt ordinati: nec excusantur dicentes, se eorū vitia ignorasse: immo ex hoc grauius crimen efficitur: quando promouerunt eum, quem ignorabant: atque ideo, quòd putabatur esse excusatio, fiet accusatio. Horum insuper pęnæ debitę & culpæ grauitas ex historia ostenditur, quæ in gestis Sancti Leonis Papæ: cuius festum est in vigilia Apostolorum Petri & Pauli, legitur: quæ continet, quòd quadraginta diebus beatum Petrum rogauerit ieiunijs & abstinentijs plus solito insistens, quatenus ueniam peccatorum suorum à Deo impetrare dignaretur, à quo finaliter responsum habuit, quòd omnia peccata sua à Dèo dimissa fuerunt: manuum duntaxat impositione excepta: de qua in posterum rationem esset redditurus, utrum bene, uel malè imposuisset. Nec mirum iterumque videatur, ꝙ grauior sit culpa & magna pęna digna: cum minori cura & diligentia uel inquisitione homine ad ordines recipere: ad quorum receptionē cura & custodia sequitur animarum, quam reciperent ad custodiam ouium suarum uel rerum domesticarum.

Artic.9. 79

Exēplū.

¶Legant

80 ¶Legant enim Ozam occisum, qui posuit arcam Dei super boues recalcitrantes & lasciuientes. 2. Reg. 6. Et timeant, & timendo caueant, ne lascinos, uel indignos ordinent, super quos ecclesiæ onus superpositum ad ruinam declinet. Beatus enim Paulus hęc temerariè ordinantium uidens pericula, Timotheũ ab eo episcopum ordinatum quem secundùm Hiero. in prologo epistolæ eidem directæ instruit, & docet de ordinatione episcopatus & diaconi & omnis ecclesiasticæ disciplinæ, inter cętera salutis documenta hortatur, dicens: Manus citò nemini imposueris: neque communicaueris peccatis alienis. 1. Timoth. 5. quasi diceret, ipsi peccant indignè accedendo: quorum etiam peccatis, tu communicas, nimis citò manus eisdẽ imponendo. Nota de hac materia. E. 2. 11. circa ordinandos. Exemplo Petri, qui exponebat illis ordinem rei. Act. 11.

¶Ornatus. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Nimiùm se lasciuè ornantes, suasque facies linientes; Deum (vt nonnullis conspicuum fit exemplis) maximè lædunt. num. 2.*

3 *Qui se admodum comptè condecorant, prostulsis habendo; trinis pulcherrimis explicatur rationibus. numero 4. 5.*

6 *Huiusce modi ornamentorum vanitatibus intendentes, proximum, immo Dei templum in proximo incendunt, atque comburunt.*

7 *Tam viri exornati, quàm mulieres gemmatæ, petulantesque in multis Diabolo deseruiunt, atque ministrant: sunt namque huiusmodi Diaboli venatores; resorberes; aucupes; vectores; milites; necnon venefici spirituales, ac mirabiles dicendi sunt. num. 8. 9.*

10 *Licèt autem hi tales se variè excusent; eorum tamen purgatio irrita, nullaq; esse enodatur. num. 11.*

12 *Ornatum satis excultum recipere, vel eo vti; occisionis spiritualis causam esse, quis ambiget?*

13 *Quin potius hos tales temporalem, æternamque subituros pœnam; ac post mortem pro superfluis ornamentis, plagis afficiendos quamplurimis; multifariam explicatur. numero 14. 15.*

16 *Hanc vtcunque bonam conditionem se nimis lautè, decorantes, retinent; quòd hypocritæ dici nequaquam possunt.*

17 *Exempla, seu remedia à superbo, lasciuoque ornatu retrahentia, apponuntur quamplurima. num. 18.*

19 *Religiosis ecclesiasticisque viris huiusmodi ornatus maximo est dedecori, ac detrimento; cùm tam ipsos, quàm suam doctrinam contemni, derideriq; faciat.*

ORnatus nimis curiosus. Primò Deum ostendit. Secũdò subiectum suũ stultum ostendit. Tertiò proximum incẽdit. Quartò sic ordinatus diabolo in multis officijs intendit. Quintò malè se excusant. Sextò condemnatur. Septimò vna, quam bonam habet, ostenditur conditio. Octauò remedia adhibentur. Nonò ab omnibus, & specialiter à clero proculpelatur.

¶Primum, per tria ostenditur exempla. Primò per hoc, ꝙ superpingit. Secundò per hoc, quòd signa inimici super castrum Dei ponit. Tertiò, quia in præsentia sponsi dona portat adulteri. Artic. 1. 1

¶Quãtum ad primum, illi qui tam curiosè & lasciuè se ornant, quid aliud dicere, uel cogitare, vel saltem supponere uidentur, nisi ꝙ Deus non fecit corpus illud, uel membrum ita bene, nec ita pulchrè & ornatè, sicut debuit: & ideo

& ideo ipsi illud superpingere volunt in iniuriam Dei: quia, sicut pictor nõ potest superpingere super picturam alterius sine ipsius præiudicio, & operis deprauatione, & offensa. Nec quicũque artifex opus alterius sine ipsius grauamine corrigere, mutare, vel emẽdare, quia in hoc alium ostendit insufficientem, ꝙ opus suum delet: & proprium quasi perfectius inducit: sic in proposito. Vnde Ambro. in Hexameron lib. 6. Deles picturam Dei ò mulier, si vultum tuum materiali candore oblimas, si acquisito rubore perfundas. Illa pictura fallit, & decipit: ut nec illi placeat; cui placere desideras: qui intelligit non tuum sed alienum esse, quo placeas: & tui auctori displiceas, qui in te videt opus suum esse deletũ. Nam si supra artificem aliquem inducas alterum, qui opus suum nouis operibus obducat: Nonne indignabitur ille, qui opus suum adulteratum esse cognouerit? Noli ergo tollere picturã Dei; & picturam meretricis assumere: ac quod est opus Dei, adulterare. Graue igitur crimẽ est, ut putes, ꝙ melius te homo, quàm Deus pingat. Graue est, vt ipse Deus de te dicat: Non agnosco colores meos in imagine mea; vultum meum, quẽ ipse formaui: reijcio ergo, quia meũ non est: illũ quęre, qui te pinxit: Hęc ille. Ideo Apostolus. 1. Timoth. 2: scribit, dicens. Sint mulieres in habitu ornato non meretricio, cum uerecundia & sobrietate se ornantes.

2 ¶Quantum ad secundum & tertiũ, sicut regi displicet, qui uexilla & arma inimici super castrum suæ deputato custodiæ ponit, & signa regis abijcit. Et spõsa etiam suo displicet marito, quando dona adulteri, seu ornamenta de bonis sponsi empta, super se portat, ut inimicis sponsi placeat, quia fronte auderet uel custos castri, uel sponsa talis ad dominum uel maritum oculos leuare, aliquid ab eis petendo? Sic in proposito de illis: de quibus dicit Hierony. in epistola ad Aletham. Ornatus (inquit) iste non domini, sed uelamen Antichristi est: qua fiducia ad cęlum vultus erigit, quos conditor non agnoscit: frustra ergo uidetur ad Deum orando oculos leuare, quæ ei mulier occurrit ornatu meretricio. Prouerb 7.

¶Qui quidem ornatus non solum Deum offendit: sed etiam portantem multipliciter stultum ostendit. Primò nanque talis stultus ostenditur, pro tãto ꝙ domum putridam & ruinosam corporis diligentius & pulchrioribus nititur adornare coloribus, quàm domum animæ, in æternum duraturam, nitatur pingere uirtutibus. Illa nanque deberet primò esse domus seu tẽplum ornatum lumine fidei, columnis fortitudinis, munditia temperantiæ: argento fidei: auro charitatis. Sic enim ornauerunt faciẽ templi. 1. Machab. 4. Secundò castrum bellatorum: quia sicut castrum tale armis decoratur. Ita anima virtutibus: quibus vitia expugnat, & aduersarios uincit. Fęlix, qui uincit mundi cupiditatem donatiuum erogando diaboli peruersitatem: tentationibus resistendo: carnis uoluptatem: peccatum fugiendo. De tali nanque dici potest illud. 1. Machab. 2. Princeps & clarissimus, & magnus es in hac ciuitate & ornatus: quia uiri bellatores tui, id est, virtutes clypeum & galeam suspendunt in te pro ornatu tuo. Ezech. 27. Tertiò, quasi uas specialiter ad Dei seruitium deputatum: de quo. Eccl. 50. Quasi uas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Quartò, quasi ortus, in quo deberet esse uiola simplicitatis: rosa patientiæ: solsequium sanctæ societatis: lignum domificatiuum pro domo facienda. i. pauperibus recipiendis: & lignum fructiferum pro ipsis cibandis, & lignum vitis pro ipsis potandis. Ad talem ornatum Scriptura nos hortatur. Ecclesiast. 29. dicens. Transi hospes, orna mensam. Ille verò qui talem habet mensam: fęliciter dicere potest illud. Ezech. 23. Mensa ornata est coram me, & lignum pretiosum ad redimendum

Art. 3. 3

mendum

mendum captiuos, & lignum ad cooperiendum nudos: & herbæ uirtuosæ & medicinales ad uisitandum, & confortandum infirmos: Et myrrha ad cōdiendum mortuos: & lignum scientiæ & prudentię ad prędicandum peccatoribus: quia sicut prima opera sunt ornamentum actiuorum: ita doctrina est ornamentum speculatiuorum. de quo Eccl.21. Ornamentum aureum prudenti doctrina. Anima vero sic ornata spiritualiter spōsa efficitur Dei. de qua Apoc.21. Vidi ciuitatem sanctā Hierusalem. Et infrà. Tanquam sponsam ornatam viro suo: & de habitu nouitiorum. i. de ornamēto gratiæ ad habitum professorum in cęlo. i. ad ornamentum gloriæ transferretur: dicens illud. Esa.61. Gaudens gaudebo in domino, et exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me uestimentis salutis, & indumento iustitiæ circundedit me, quasi sponsam decoratam corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Quàm ergo stulti & infelices sunt, qui omnia ista animarum ornamenta in præsenti dimittunt: & in futuro amittent propter ornamentū vilis parietis corporis, qui est sicut ornatus arenosus in pariete. Eccl.22.

4 ¶Secundò, quia meliùs & diligentiùs induit ancillam. i. carnem, quàm dominam. i. animam: & uas exterius quā interius. Et breuiter omnia, quæ habet exteriùs, ornat in omni parte: in qua hominum ostenditur oculis, sicut in vestibus domibus in hortis bene cultis, & quibuscunque alijs rebus, & seipsum nudum & turpem dimittit, in illa parte, in qua Dei & Angelorum & omnium sanctorum ostenditur aspectibus. Quis istam maximam non diceret stultitiam? si quis enim diceret, se fuisse in patria, in qua tam stultam uidit gentem, quòd melius ornabantur ancillæ quàm dominę: & ꝙ plus ornabant, & plus honoris deferebant imagini cuiuscunque sancti, quàm Dei. Et ꝙ populus melius se ornabat ex parte illa, in qua debuit à paucis uideri, & à miseris personis, quā ex parte illa, in qua debuit à multis & à nobilibus videri. In qua etiā homines omnia ornabant & appreciabātur nisi seipsos. Et ꝙ in oībus rebus suis seipsos minoris reputabāt ualoris, quis ei crederet? Et tñ hanc fatuitatē de hoībus huius sęculi credi oportet, vbicunq; fuerit narrata.

¶Quod ergo de quodam philosopho, de Deo, & curia sua in hoc casu dici potest, quia sicut ille faciem regis, cum quo comedebat, contempsisse legitur, in ipsam spuendo: pro quo cum familia ipsum malè tractare uoluisset: sinite (inquit rex) quia philosophus cū sit, non est præsumendum, ꝙ hoc magna sine causa fecerit. De causa ergo requisitus, respondit: quia cùm omnia circa eum essent pulcherrimè ornata; & facies sua sola turpis esset, & sputū, & omnia corporis purgamenta sint potius in turpi, quàm in pulchro loco proijcienda: ubi locus talis poterit inueniri, non inueniens: faciem suam reputaui tanquam locum turpiorem conspuendam. Sic Deus, & Angeli videntes animam omnibus rebus uiliorem, & minus ornatam, ipsam potiùs reputabunt & iudicabunt esse cōtemnendam, & condemnandam, quando contra eos proferetur sententia, quæ specialiter inscriptis cōtra eos redacta est. Matth.23. Væ (inquit) uobis Scribæ & Pharisei, qui mundatis, quod paret hominibus: interiùs autem estis pleni omni spurcitia. Tunc enim præcipitabuntur in abyssum Inferni: sicut illa præcipitata fuit deorsum, de qua scribitur. 4. Regum 9. Iesabel depinxit oculos suos stibio: & ornauit caput suum: de qua sequitur principis Iehu sententia, dicentis: Præcipita eam deorsum: & præcipitauerunt eam. Sed, heu, rex Niniue & populus suus, audientes Dei uindictas futuras, induerunt se saccis. Sic nanque dicitur de eis Ionæ 3. Crediderunt uiri Niniue in dominum: & prædicauerunt ieiunium, & uestiti sunt saccis à maiore vsq; ad minorem.

Exēplū.

Populus

Populus verò Christianus multas in se vindictas expertus: multoque maiores audiens futuras, induitur superfluis & curiosis: ideo viri Niniuite surgent in iudicio contra generationem istam & condemnabunt eam. Matth.12. Et Luc.11.

5 ¶Tertiò, quia gaudent de vestibus & ornamentis: per quæ & propter quę ad patibulum ducuntur inferni: & de capillatura in capite, per quam ad modum Absalonis illuc suspendentur, quàm contra morem omnium pugilũ ad suam confusionem & interemptionem nutriunt & prolongant. Cęteri nanque pugiles, cum aduersarijs constituti, capillaturam auferunt, ne illã teneantur, & uincantur. Christiani verò, solo nomine milites, & militissæ, contra aduersarios potentissimos, mũdum, carnem, & diabolum constituti, suæ salutis & uictoriæ immemores, capillaturam, quantum possunt, prolongant, ne aliquo modo euadant. Et quãdo de proprio illam grossam & longã, sicut optant, habere non possunt: vt ex illis cornua faciant: in quibus niti videntur, ut diabolo assimilentur, qui cum cornibus depingitur: ab alijs viuis, uel mortuis crines mutuò accipiunt. Sicut accidit Parisius cuidam uetulæ, quæ præscindens formosos crines cuiusdam iuuenculæ mortuæ, quæ sicut ipsa mortuam spoliauit, in medio ciuitatis tempore processionis per Simiam spoliata fuit, quos quidem crines ad superbam portant ostentationem; & pro amore diaboli: quæ tales mortuorum crines portare nõ auderent ad pęnitẽtiam, & pro Dei amore, si eis in pęnitentiam iunctum fuerit: quæ ornamẽta monilium suorum in superbiam posuerunt. Ezech.7.

Exẽplũ.

Art.3. ¶Nec hæc sola in eis est iniquitas:
6 sed etiam proximum, immo templum Dei in proximo incendunt: quia sicut per materialem ignem, templa incenduntur materialia. Ita per spiritualem ignem superbi apparatus templa incẽduntur spiritualia: propter quod Hierony. in lib. de viduitate seruanda, de tali ornatu loquens, dicit: ꝙ est ignis iuuenum, fomentum libidinum: impudicę mentis indicium. Sicut ergo ignem accedentes, per quẽ damna sequuntur corporalia, de damnis omnibus respondebunt: sicut patet per legem allegatam, O.6.54. ita in proposito. Et sicut dominus, uel domina bouis cornutæ: sicut patet tam per legem ciuilem, quàm etiam per legem Dei, respondebit de damno per cornua bouis sui illato. Per legem autem ciuilem hoc patet in ff. veteri. lib.9. ti.1. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. l.1. §. cum arietes. Nota plures leges ad hoc. C.1.16. De lege etiam diuina hoc planum est. Exod.21. ubi sic dicitur. Si bos cornu percusserit virum, aut mulierem, & mortui fuerint. Et cito post: si bos cornupeta fuerat ab heri & nudiustertius: & contestati sunt dominum eius, nec recluserit eum, occideritque virum, aut mulierẽ & bos lapidibus obruetur, & dominum illius occident. Ita anima, quæ in muliere cornuta dominium habet quasi bouis cornupetæ: postquàm ratio, uel conscientia, seu prædicator contestati fuerint eam, ꝙ illa cornua sunt alijs damnosa pro quocunque per illam occiso: spiritualiter occiditur & morti æternæ obligatur: quia cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos. Dan.7. In qua morte (teste Deo. Esa.3.) Decaluabit dominus uerticem filiarum Sion: & crinem earum denudabit. Sicut patet suprà, in exemplo de uetula Parisiensi in secunda regula. In die illa auferet dominus ornamentum calciamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & gemmas in fronte, & mutatoria, & pallia, & lintheamina, & acus, & specula. Et erit pro suaui odore fętor: & pro zona funiculus: & pro crispanti crine caluicium, & pro fascia pectorali cilicium.

¶Interim uerò tales in multis officijs diabolo seruiunt. Artic.4.
7
¶Primò nanque sunt diaboli venatores

tores, qui cum ornatu superbo quasi cum retibus animas capiunt: & eius bubones capita habentes grossa & parum de sensu: cum quibus aliquotiens volucres cęli inuoluunt.

¶Sunt secundo resorberes: quia quasi de antiquis pannis nouos fingunt: & de turpibus pulchros: dum antiquas uetulas & turpes nituntur iuuenculas pulchras pingere, & fingere. In quo casu venditoribus ouium assimilantur corruptarum, quia sicut illi dicuntur oculos illarum sanguine depingere & decolorare, ut recentes appareant: sic in proposito.

¶Sunt tertio aucupes diaboli: quia sicut auceps de crinibus animalium facit laqueos ad capiendas aues: Ita superbi ex crinibus proprijs tam in barbis, quàm in capitibus: de quibus, in Psalm. 141. In uia hac, qua ambulam, absconderunt superbi laqueum mihi.

¶Sunt quarto uenefici spirituales, & mirabiles: spirituales, quia uenenum faciunt & propinant spirituale. De quibus Hierony. Si vir, vel mulier se ornauerit, & vultus hominum ad se prouocauerit: & si inde nullum sequatur damnum, iudicium tamen patietur æternum: quia uenenum attulit, si fuisset, qui biberet.

¶Mirabiles: quia alij venefici de rebus uenenosis: isti verò de tiriaca, & de rebus in se bonis, & etiam quandoque de uelis, & alijs religiosis indumentis: quæ in signum acceperunt pęnitentiæ religionis & bonæ uitę, superbiæ conficiunt uenenum: dum illis ad curiositatem & ad aliorum aspectum & notam utuntur.

8 ¶Sunt quinto uectores, & ductores diaboli: quia, sicut Deus ab humilibus, ita diabolus à talibus ducitur. Sicut patet p hoc, quod narrat Cęsarius de quodam sacerdote episcopatus Maguntinensis: qui vidit diabolum super caudam mulieris sedentem: qua caudam propter lutum eleuante, in lutum uidebatur cecidisse. In quo seruitio

Exēplū.

ostendunt, se magis seruiles esse personas, quàm sunt rustici, qui carriagium rerum dominorum suorum de loco ad locum faciunt, quia sicut ille, quem ipsi ducunt, est turpior. Ita seruitus illa uidetur esse turpior.

¶Sunt sextò pugiles, seu milites diaboli, curiositates & ornatus pro armis habentes. Hoc enim exemplo, historia, ostenditur, & auctoritate. Exemplo enim hoc patet: quia sicut rex per militiam suam armatam regē aduersariorum suorum expugnat. Ita ille, qui est rex super omnes filios superbiæ per militiam suam ornatam, militiam expugnat regis regum Iesu Christi. Et sicut rex exercitum suum congregat, & ad bellandum electos arma sua ostendere facit. Ita diabolus suos in choreis congregat & spectaculis: sicut patet. C. 15. 4. 9

¶Historia illud ostenditur, qua à fidedigno narrari solet de quodam, cui diabolus in omni furto adiutorium pmiserat: quia ei sub illo pacto homagium fecerat: hunc ergo semel cameram cuiusdam curiosæ mulieris intrātem, & curiosa ornamenta eius auferre uolentem; dæmon prædictum fortiter percussit, & recitanti pactum & causam quærenti, respondit: quia arma pugilum: quibus Deum & suos expugno, aufers. Tales ergo, qui talia diligunt arma ad aliorum necem, reprehendit Cyprianus in lib. de disciplina & habitu uirginum, dicens: Si te sumptuosius comas, & per publicū notabiliter incedas, oculos intuentis post te allicias: & uelut gladium te ac uenenum bibentius prębeas: excusari non potes. Et paucis interpositis subiungit, dicens: quis illud appetat & assumat, quod ad necem alterius fuerit pro gladio? Nec hæc eis sola sufficit impietas, & crudelitas, ꝙ ipsimet armis suis Deum expugnent, & suos occidant, sed addunt: eo ꝙ antiquitate ad modum militum antiquorum, arma. i. curiosa ornamenta iunioribus accommodant, uel dant: & modum

Exēplū.

se

ſe armandi & bellandi docent. Et ſicut pater uel antiquus miles iuuenem armatum ad locum ducens pugnę ipſum ad pugnam animat. Ita filia à matre & iuuencula à uetula ducitur ad locum ſpiritualis pugnæ. ſ. ad choreas & ſpectacula, deſiderio oculorum ornata. Eccl. 45. Nota talium plura officia. L. 7. 22.

Artic. 5. ¶Sed de omnibus prędictis officijs
10 & malis, aliquæ ſe excuſant, dicentes, ꝙ curioſè ſe ornant, ut maritis ſuis placeant: ne alijs uiſis, ipſam contemnant. Cuius tamen contrarium uidetur uerum, quia in domibus proprijs in præſentia maritorum non ſic ſe ornant, ſed quando debent ad publicum procedere: hoc faciunt frequenter, quando mariti pręſentes non erunt. Aliæ ſe excuſant, ꝙ malum non intendunt, quibus reſponſum eſt. L. 7: 39. Gladius enim, cum quo homicida hominem ad mortem percutit, malū non intendit, ſed certè percutiens intendit: Ita in propoſito. Sunt ergo tales ſicut illi, qui in propria perſona non intendunt pugnare, nec uenari in aliena garāna: uel piſcari in aliena piſcatione, ſed tamen arma, & retia, & huiuſmodi accommodant uolenti. i. diabolo: qui cum armis illis & retibus ad uſum, pro quo talia deſiderat, ei accommodatis, pugnare, uenari, & animas piſcari & capere intendit, cum illa uidelicet; quæ ornata eſt mundo mu-
11 liebri. Ezech. 23. Alij ſe excuſant dicētes: ꝙ non ſunt inuentores uel inuentrices talium nouitatum & curioſitatum, & ideo non ipſi, ſed inuentores peccant, quia ipſi talia faciunt, ne tanquàm ſingulares & ſimplices ab alijs derideantur. Quibus reſpondetur, ꝙ qui vani eſſe incipiunt, & qui vanis ſe conformant, peccant.

¶Aliā ergo inter inueniētes & vtētes magnam non uideo differentiā, niſi ꝙ eſt de inuentoribus, ſicut de uolentibus Simias capere. De utentibus ue-
Exēplū. ro ſicut de Simijs captis. Dicitur enim, ꝙ volentes Simias in nemore capere: ſedentes ſub arboribus, in quibus Simeæ ſaltant calceis & chirotecis in cōſpectu illarum ſe ornant, quo facto, de loco recedentes, formam & materiam talium ornamētorum pro Simijs aptas derelinquunt: quibus ipſe deſcendentes indutæ capiuntur. Quod quidem exēplum ad duo applicari poteſt. Primò ad illos & contra illos, qui in terris ſuis habitantes, uel ad alias tranſeuntes, curioſorum ueſtimentorum & ornamētorum alijs formam & materiam oſtendunt & dant, in quibus utentes per ſuperbiam à diabolo capiuntur. Secundò contra illas, quæ de peccato requiſitæ, primò aſſenſum negant. Sed peſſimi Simiarum uenatores, qui eas uenantur, uidētes ꝙ eas faciliter capere non poſſunt, dant eis chirotecas, calceos, cultellos, & huiuſmodi munuſcula, quę ſecundùm Hierony. ſanctus amor non habet, & ſic ornatæ à diabolo & eius miniſtris capiuntur, quia datur eis ſuppellex varia ad ornanda colla. Iudic. 5. Nota. I. 2. 12. De prædictis ſimul nota finem autoritatis. Malach. C. 4. 30.

¶Patet ergo ꝙ talem ornatum recipere, uel eo uti, nimis eſt periculoſum, 12
quia ſicut cattus propter pulchrā pellem rapitur & occiditur corporaliter. Ita iſti ſpiritualiter, qui ideo cattis cōparari poſſunt, quia ſicut in illis animalibus pellis. Ita in iſtis ornamentum & apparatus plus ualet, quàm reſiduum corpus. Vel textus infra gloſam illam contentus. Vnde de eis cōgruè dici poteſt illud quod metricè dicitur de Sambuco. Sambuci flores Sambuco ſunt meliores. Nam arbor
olet, flos redolere ſolet. Et illud, quod Exēplū.
de quodam dicebatur ſic ornato & gēmato, in quo gemme ut uerificatori videbatur, uim decoris ſui, ſicut anulus aureus in naribus porci ꝑdiderūt. Et hoc motus cōſideratione dixit. Dico tibi certè gēmę quas pandis apertè. Vim perdunt per te, quia ita te fers ſuꝑ te. Sic eſt̄ ꝑduntur ornamenta, de quibus ſe meretrices ornāt. Baruch 6.

¶Talis

Artic.6. ¶Talis uero habitus duplex indu-
13 cit tormentum, seu pœnam, tēporale, videlicet, & æternum. De tēporali patet: quia ornatus stultus requirit laborem, sicut specialiter patet in calciamentis, ornatus verò curiosus prolixā requirit sollicitudinem: quarum minorem eis in peccatorum iniunctā remissionē nō libēter portarēt. De æterna patebit, quādo de eis cōplebitur iudicium de quo Esa.9. Vestimentū mixtum sanguine erit in combustionem. Vt frequenter enim illa superflua ornamenta in aliquo mixta sunt sanguine illo: de quo Eccl.34. Panis egentium uita pauperum: qui defraudat eum, homo sanguinis est.

¶Si enim vti veste de bonis proprijs empta ad vanitatem, magnum sit periculum, ergo à fortiori ratione uti curioso ornamento de bonis malè acqui-
Exēplū. sitis empto, maius est periculum. Sed ꝙ primum seu antecedēs sit magnum periculū patet: quia beata virgo legitur cuidā charo suo apparuisse & docuisse, ꝙ ita non ornaret se ampliùs: quia in
14 hoc ei displicuit. Et per illud. A.17.14. Ergo secundum, seu cōsequens maius est periculum: ꝙ videlicet, ornamentis vtatur alienis: uel malè acquisitis, seu mutuatis, & nō solutis: quia contingere potest, ꝙ in illis moriatur, uel ꝙ illas, quādo moritur, in lecto suo vel in perticis suis circa eum habeat. Et tunc est de illo sicut de fure, qui cum furto capitur: & statim ad Iudicem rapitur: de quo ducentes; iudici suadent, dicētes: Hunc inuenimus cum furto. Sic in proposito dicent dæmones: hunc inuenimus cum ornamētis, uel rebus alienis. Talibus enim nunc improperare possent, qui auderent: & in morte improperabunt, qui audebunt, & dicēt illud, quod dixit beatus Benedictus cuidam Riga nomine, de quibus scribit beatus Grege.2. Dialogo. ꝙ Totila
Exēplū. rex uolens ꝓbare si beatus Benedictus spiritū haberet propheticum, induit quendā seruū ornamentis proprijs: & eū cum multo comitatu ad seruū Dei misit in effigie sua: vt sciret, si sic seruū Dei decipere posset, qui statim ut eum à longè intuitus fuit, dixit: depone fili, quod portas: quia non est tuum. Ita tu, qui de malo perquisito cū multis maledictionibus de sanguine & labore pauperum, uel de mutuo quod malè solues: depone quod portas, non est tuum, quod si non feceris nunc volens, in morte facies nolens: quando dicent tibi, illud. Exod.33. Iam nunc depone ornamentū tuum. Nec tantū in morte ornamentis priuabitur superfluis, & curiosis, & malè acquisitis: sed super hoc plagis uapulabit multis.

¶Quod primò per hoc ostenditur, 15
& arguitur q̄d refert Cesarius de quo- Exēplū.
dam Monacho post mortem apparente, & asserente, se grauiter punitū, quia moriens inuentus fuit sine cuculla. Ex quo arguitur, ꝙ cum grauius sit aliena tollere, quàm suo non vti: illi grauiter tunc punientur, qui inuenti fuerint in alienis. Et cum grauius sit delictum nimis curiosis indui, quàm mori nudus, ut uidetur: patet, &c.

¶Secundò idē ostēditur per hoc q̄d dn̄s scribit Parisiēsis in suo tractatu de quadam muliere, qui tingendis & ornandis crinibus, dum viueret intendebat: apparuit autē post mortem cuidā pectinans crines suos & ornans, cui & dicebat, ꝙ illa pectinatio fuit ei intolerabilis cruciatus: & ꝙ pectē ipsum immensitate ponderis ipsam grauabat & deprimebat intolerabiliter, qua apparitione placuit creatoris bonitati ostēdere, quàm periculosa sit studiosa ornatus curiositas. Exēplū.

¶Tertiò idem quadā ostēditur euidentia, quam ualētis uiri relatione didici; de quadam muliere in Italia, quæ post mortem in quadam tumba ponebatur, usque ei decentior paratus esset locus, ad quē paratū dū ipsam leuare vellent, inuenerunt oīa loca corporis, circa brachia videlicet, & collum, & hmōi loca, in quibus nimis curiosè cū bēdis, & orfragijs, & hmōi s̄m illi⁹ terræ abusū ornata esse solebat, corrosa vsq; Exēplū.

ad ossa: alijs locis integris existentibus: ut in illis locis uindicta ostenderetur, in quibus culpa specialiter ostendebatur.

¶Quartò idem ostenditur ratione, quæ dictat, ꝙ ouem illam non cognoscat in iudicio Deus quæ faciem suam colorando, & se nimis curiosè ornando, signum, seu similitudinem, quam Deus in ea posuit, ipsam faciendo, deleuit: quando ergo quæret: cuius est imago hæc & superscriptio: non mea (dicet) sed superbię, & illius, qui est rex super omnes filios superbiæ.

¶Quintò idem ostenditur per hoc, quod ostendit Christus. Luc. 16. de diuite Epulone induto purpura & bysso. Super quo dicit glosa: ꝙ si cultus pretiosarum uestium culpa non esset, sermo Dei non tam diligenter exprimeret; ꝙ indutus erat purpura & bysso: qs enim magnam culpam & magna pęna dignum delictum negare posset, quando pauperes nudi frigescunt: sicut Lazarus ad portam suam: & illi de creatura & dono Dei. i. de pannis: suos oculos vanos & tineas pascunt. Ex prædictis apparet, ꝙ gloria, & status, & conditio illorum, qui de ornatu gloriātur curioso & superbo (morte adueniente) erit sicut status nocti luce in die ostendente se, quia sicut illę quæ de nocte uidentur lucidæ, pulchres, de die turpes esse ostenduntur. Ita in proposito: quando dominus auff. ret ornamentū. Esa. 3. tunc enim erit sicut coruus ille. A. 12. 36.

Artic. 7. 16 ¶Cum tamen nullum malum adeò malū inueniatur in vita ista; quin aliquo bono sit permixtum; prædicti tā mali æstimandi non sunt, quin aliquā conditionem habeant bonam. Si tamē bona dici poterit: quæ carētiā alterius mali. i. hypocrisis includit. Hypocritæ namque non sunt, qui quales interiùs sunt, tales se exteriùs ostendunt: qui fatuitatē, leuitatem, & superbiā; & cętera, q̄ in cordibus possidēt, exterius humanis & vanis oculis ostētāt, pro qua ostētanda libentiùs ad ecclesiam ꝓperant quandoque, quā ad Deum placādum, quibus sanius esset, ꝙ domi remanerent, quàm ꝙ ibi Deū offenderēt & peccata augmentarent: vbi Deū placare, & peccata diminuere deberent: ꝙ turpes & leprosi & quibuscunque infirmitatibus deformes ad uitam intrarent, q̄ ꝙ omnibus ornamentis suis in gehennā mitterentur. Hoc ergo timentes exēplum accipite ab Hester, quæ deposuit vestimenta ornatus sui. Hester 15.

¶Nec ī huiusmodi soli' Hester actū exemplū habemus superbū deponēdi ornatū: sed ēt multa alia inueniuntur exempla, & remedia cōtra curiosum ornatū opportuna effectualiter mentē tractata. Quorum primū in primis & cū primis ostendebatur parentibus: in hoc ꝙ Deus, qui satis potens fuit, nequaquàm primos parentes sericis induit, aut curiosis: sed tunicis pelliceis. Nec habitu ornauit auri, vel argēti, vel lapidū pretiosorū: sed pellibus animalium mortuorū. Gen. 3. Secundū remedium cū Christo in Cruce pēdebat: ipse nanque in Cruce nō curiosis indutus: sed nudus; vel ferè nudus pendebat. Tertiū remediū à curiositate ornatur nos retrahens est exēplum sanctarum mulierum: de quibus habetur. I. 7. 39. Quartū exemplū exhibuit nobis Demetricus: de quo refert Aulus Gellius li. noctuū acticarum: & habetur prima parte speculi historialis. lib. 4. c. 32. ꝙ cùm esset ditissimus; omne patrimoniū ciuibus derelinquens, Athenas ꝓfectus est: & ibi oculos sibi eruit; vt vegetatiores cogitationes haberet. Valerius tamen dicit: ꝙ oculos eum eruisse, ne videret bene esse malis ciuibus. Tertulianus dicit, ideo sibi oculos eruisse; quia mulieres sine concupiscentia aspicere non poterat. Ex cuius occasione nobis exemplum datur: ꝙ si ipsi curiosi à curiositatibus suis se retrahere noluerint: saltem nos ab eis aspectum diuertamus, uel oculos claudamus: quod si fecerimus, nec ipsi se ita diligenter ornarent, nec nos ipsorum exemplo, uel concupiscentia, infatuarent. Art. 8. 17

satiarent: Auerte ergo oculos tuos ne uideant uanitatem. Sed quia difficile est obiecto secūdum sensum delectabile præsenti oculos claudere: securior in fuga speratur victoria: vt s. quisque oportunitates fugiat talia videndi, quæ vix sine concupiscentia, vel tentatione videntur. Qui ergo in hoc negocio victoriam obtinere voluerit: pugnet sicut Lepus fertur pugnasse cū Lupo. De istis nanque fabula continet: ꝙ cùm Lupus Lepori timiditatem improperaret: Lepus se iactando, bellum ei indixit: & si vinceretur, ad pœnā se obligauit contingentem: in quo cū Lupus detemperaret ad deuorandum: Lepus pedem disposuit ad fugiēdum. Vtroque vero coram Leone iudice sibi victoriam ascribente, & pro parte sua placitante: pro Lepore sententia data fuit: eò ꝙ pugna ei conuenientissima est in fuga, quàm pugnam exercendo aduersarium eum insequentem lassauit & vicit. Ergo pro tanto victor efficiebatur: nec alio modo vicisset: quia, si in pace stetisset, uictus fuisset. Sic in proposito: bellum indictum est inter nos & militiam infernalem armatam: scopis mundatam, & ornatam. Matth. 12. In quo si uincamur, ad pœnam obligamur æternam. Ipsa ergo se armante & ornante ad bellum, nobis melius non remanet consilium, quàm quòd quantum possumus, ipsius fugiamus aspectum; loquelam, & cogitationem: quia si in aliquo prædictorum insultum illius expectauerimus: aut vincemur: aut iniquinabimur, sicut ostensum est. L. 7. 41. Quis enim in illo bello, uel in illa parte & acie belli auderet stare: aut illi pugnæ se præsumeret exponere: in qua cecidit primus parens Adam, Samson, & Salomon? Aut quis mulierem tangere auderet extraneam: cùm sanctus Heremita matrem propriam vltra aquam portando: manus eius nudas tangere non auderet, dicens: caro mulieris semper ignis est. Aut quis magnam cum eis auderet habere specialitatem, cùm Adam & Deus tantùm vnam habuissent specialem filiam, Euam videlicet, & vnam illorum eiecit de Paradiso: alium suspendit in patibulo. Ergo fugite & saluate animas vestras. Hierem. 48. Fugite, & terga vertite. Hierem. 49. vt de uobis dici possit illud. Hierem. 39. Omnes viri bellatores fugerunt illam, uidelicet, quę omnibus ornamentis suis ornauit se. Iudith 10. qui ad capiendas animas nititur tam ipsam, quam pedisequas ornare. Hester 2.

Lepus Exēplū.

¶Secundò nos à tali ornatu retrahere deberet cogitatio: quòd illa ornatio uel ille ornatus nos nudos & non ornatos faciet coram maiori multitudine in die iudicij. Sicut ergo homo plus nititur se ornare de die, quam de nocte, ita nos in die, quæ dicitur dies magna & amara ualde, quàm de nocte huius mundi. Ergo in exteriori vestitu ne glorieris. Eccl. 11. Sciēs, quia omnis gloria filię regis ab intus, in Psal. 44. Et ꝙ exterius ornamentum spernendo, ornamentum accipies gratiæ. Eccl. 32. 18

¶Si verò iuniores huiusmodi exemplis ab ornatu curioso & uanis discursibus se retrahere noluerint: tertium remedium à parentibus dependet, & senioribus, ꝙ ipsi uidelicet eos si in domo habere voluerint, ne discurrāt, & concupiscant, & cōcupiscantur, eos non ornent, sed potius ornatum subtrahant superfluum, sciētes, qm̄ cattus adustus, vt dicitur, nō libēter euagatur.

¶Exemplum ad hoc habere poterūt de quodam paupere, qui pulchrū habuisse, fertur, pullum equinum, quem cum intelligeret uicinum eius diuitē concupiscere, cui illum negare non audebat, caudam eius & iubam ꝑscindendo, ipsum quo ad aspectum deturpauit & alterius concupiscentiam mitigauit, & pullum suum sibijpsi domi retinuit. Sic faciendo filijs & filiabus, & domi nobisipsis reseruabitis, quia tunc sunt sicut gladius eruginatus, qui nō libēter exit vaginam, & earū spiritualem Exēplū.

tualem pulchritudinem custodietis. Quia tunc erũt sicut animalia & aues naturæ siluestres, quæ pelles & plumas habent nitidiores. Sic animas habent pulchriores, qui minorẽ cum mundo vel mundialibus habent familiaritatẽ, propter quod propheta dicit. Elongaui fugiens,& mansi in solitudine. Sic faciẽt filij vestri filiæ vestrę & ancillę si fuerint absq; ornamẽtis & monilibus, & ueste purpurea: quibus Madiã reges uti soliti erãt,& ꝓter torques. Iudic.8.

Artic.9. 19 ¶Et licet omnis ornatus hominis, vanitas omnis, curiositas tam habitus, quàm etiam quorumcunque actuum sit ab omnibus procul pellenda, maximè tamen ab his, qui ordine decorati sunt clericali: quia curiositas in illis tam ipsos quam doctrinam suam contemni & derideri facit. Exẽplũ. Primum ꝙ videlicet ipsos derideri facit: patet ꝑ hoc quod de quodam fertur religioso, qui ad quendam veniens regem, pro negocijs conuentus sui, cum paupertatẽ domus suæ allegaret, Respondit rex ipsum deridendo: bene apparet in calciamentis tuis, qui propter defectum corij sunt ita stricta. Secundum patet Exẽplũ. per hoc, quod fertur, quẽdam Parisius respondisse cuidam prædicanti contra curiositatem: Tace (inquit) quia illa prętiosa uestis, quam tu habes, nõ permittit te audacter prędicare ueritatem. Prædicator ergo humilitatis non debet in uestitu gloriari uanitatis: exẽplo illorũ prædicatorum. s. Enoch & Helię. Apoc.11. Qui præiudicabunt amicti saccis. Et Zach.13. Operientur sacco cilicino. Glosa Hiero. Mos erat ꝓphetis indui sacco, cùm populum ad pęnitentiam prouocabant. Sic indutus erat Iesus: de quo Zach.3. Iesus indutus uestibus sordidis. Et antiqui prophetæ. 4 Reg.1. Heliseus fuit zona pellicea accinctus. Et ꝓco & prædicator legis gratiæ & noui testamenti Ioãnes Baptista. Matth.3. Ipse Ioannes habebat uestimẽtum de pilis Camelorũ. Sicut ergo tunc talis habitus ostendebat illos ueros esse nuncios, ꝓconesq; illius Iesus, qui indutus fuit sordidis vestibus: imno qui in Cruce fuit nudus: Ita & nunc si saltem habitum portarent: aliter non. Exẽplũ. Tali nanque experimento legitur beatum Martinum cognouisse distinctionem inter Christum & diabolum: qui diabolo sibi apparẽti in habitu purpureo, &, se Christum esse simulanti, dixit: Christum purpuratum non noui: & sic eum fugauit. Nota. P.3.23. cum seq. Et V.5.52. Quos uerò ad hoc non trahit Christi & bonorum uirorum conformitas & similitudo, saltem cogitent locum carceris fletus & doloris in quo positi sunt. Nunc enim tempus est lugendi. Ecclesiast.3. Quod parum cogitare videntur illi, de quibus loquitur decretum sumptum ex verbis Hiero. ad Damasum Papã de filio prodigo di.37.C. sacerdotes. Sacerdotes (inquit) omissis euangelijs & prophetijs, uidemus comedias legere: amatoria bucolicorum versuum verba cantare. Et non solum in hoc sed etiã in omnibus alijs operibus verbis & factis ferè videmur, loci carceris & doloris & temporis mali obliuisci, quia antiquitus fuit cãtus in ecclesia deuotionis, nunc est dissolutionis, ꝓuocans audiẽtes ad leuitatem, vanitatẽ, & lasciuiam, scientes vera & ędificatiua: nũc vana, curiosa, & litigiosa: opera fortia & solida: nunc subtilia & debilia, tunc habitus simplex & ornatus humilis, & precium bene solutum: nunc econuerso. Non sic Hester, quę fletibus & luctui apta: accepit indumenta. Et Mardocheus etiam Hester 14. Timeant ergo tales Dei visitationem, de qua Sopho.1. Ibi enim literas visitationis suæ præmittit, dicens: Visitabo super omnes, qui induti sunt ueste peregrina. Vestis peregrina est, quæ in forma, materia, vel preciositate, vel curiositate est aurea; Christianitatis statui vel religioni difformis. Tales enim visitabit Deus, qui non parcet: licet alij uisitatores parcant. Hiere.21. Non parcet, neque miserebitur: sed mini-

stri

stri eius-ablabunt te vestimentis tuis. Ezech. 23. Sicut ergo quantumcunque ornaueris vas fictile, non poteris per ornamentum illud custodire: quia à fortiori frangi possit: Ita quantumcunque vestrum corpus nunc ornaueritis, erit in die mortis: quomodo si argento sordido ornare uelis uas, fictile. Prouerb. 26. Nota contra plus ornantes corpus quàm animam. S. 2. 7.

¶Ostensio. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Tria nobis Deus ostendit; beneficia lata; promissa expectata; & iudicia data.*

Beneficia sunt trigemina; factionis, videlicet, passionis; & donationis.

2 *Media, quibus præfata nobis Deus ostendit, sunt hæc tria sequentia; scilicet; signa; voces; & scripta.*

3 *Fines verò, seu vtilitates, propter quas prædicta ostensa, dataque sunt, sunt etiam tria; ac illamet; quæ nos ipsi Deo è regione ostendere tenemur: vt tibi inter legendum perspicuum facilè fiet. num. 4. 5. 6.*

Ostensionis. Primò ponéda est distinctio: secundò prosecutio. Quantum ad primum utile uidetur docere & declarare, quæ Deus ostendit nobis, & qui nos debemus ostendere ei. Circa primum tria sunt declaranda. Primò, quę Deus ostendit nobis. Secundò, qualiter, seu per quæ media. Et tertiò, propter quid, seu ad quem finem. Quantum ad primum Deus nobis tria ostēdit beneficia lata: promissa expectata, & iudicia data, qualiter, uel per quæ media, per tria; signa, uidelicet, uoces; & scripta: ad quem finem? propter tria seu tres fines. Primò; vt simus grati ipsum amando; ratione beneficiorum. Secundò, vt simus fortes & perseuerantes ipsum sequendo, ratione promissorum. Tertiò, vt simus timidi peccata confitendo: timore iudiciorum.

¶Ratione primi est aduertendum, ꝙ Deus tria beneficia nobis ostendit: factionis, passionis, & donationis. In his enim tribus amicus amico beneficium ostendere potest: pro ipso videlicet faciendo, grauia sustinendo, & pro posse suo dando indigenti, sicut patet. A. 20. 7. Quod uero Deus primum beneficium nobis ostēdat, multa pro nobis faciendo: licèt quo ad plura eius opera ostensum sit. A. 20. 7. tamen specialiter & excellenter illud ostendit in sua benedicta incarnatione, nostram naturam assumendo. Si enim Princeps magnus filiam unius simplicis & pauperis in uxorem acciperet: quis non diceret; ꝙ multum nō solum pro ea, sed pro tota parentela faceret? Secundum etiam beneficium licet in multis ostenderit pro nostro amore, laborando, prędicādo, famem, sitim, & paupertatē sustinēdo: specialiter tamen hoc ostēdit in Iudęorū derisione, persecutione, & sua benedicta passione: de quibus. Matth. 16. Exinde cępit Iesus ostendere discipulis, quia oportet eū ire Hierosolimā: & multa pati à senioribus, & scribis: & principibus sacerdotum occidi, quorū medietatem, si amicus pro amico sustineret, magnum amorē ei ostēdere. Tertium insuper beneficium: licet large & late ostēderet dando illa quę nominantur. A. 10. 2. tamē illud specialiter & excellēter ostendit in Cęna dando seipsum, & in Pētecoste dādo Spiritū sanctum. Nihil ergo restat ei: nisi ꝙ petitionem Philippi cōcedat, dicētis: Ostēde nobis patrem & sufficit nobis. Io. 14. Habendo ergo respectum ad ista tria beneficia, ueritas patet dicti Ioan. 10. Multa (inquit) bona opera ostendi uobis. Sic ergo ostendit primò beneficia lata.

Artic. I. 1

¶Secundò ostendit promissa expectata: omnia videlicet bona illa, de quibus habetur. c. de gaudio, & c. de gloria, quę expectātur per spem: & ostenduntur per lucē fidei: qui petitur. Eccl. 36. Osten de nobis lucem.

¶Tertiò ostendit iudicia, tam quæ sustinemus, quàm quæ timemus, de quibus habetur. cap de iudicio diuino per totum. Eccl. 17. Iustitiam & iudicia sua ostendit illis.

Art. 2. ¶Ista verò tria beneficia p tria ostendit media, per signa voces & scripta.
2 Beneficium nanque natiuitatis ostēdit per signa illa, & uoces, quæ habentur, N. 1. 17. Et per stellam. Matth. 2. Et per vocem patris. Matth. 3. Hic est filius meus dilectus. Et Marci 9. De nube audita fuit uox: hic est filius meus charissimus. Scriptura etiam idem ostēdit tam antiqui testamenti, sicut patet. F. 4. 26. cum sequentibus: quàm etiam noui, sicut patet per totum nouum testamentum.

¶Beneficiū verò passionis ostēdunt omnia signa, quę in hora mortis Christi: quantum ad tenebras, & terremotum, & monumenta aperta, & uelum scissum cōtigerunt, quæ omnia ipsum filium Dei pro nobis ostenderunt patientem. Vox idem ostendit Centurionis dicentis. Verè hic homo filius Dei erat Mar. 15. Scriptura idem ostendit, quæ habetur. F. 4. 20.

¶Beneficium uero donationis suiipsius ostendunt omnia miraculorum signa, quæ habētur. E. 6. per totum. Vox etiam & scriptura idem ostendunt, quę habētur. Matth. 26. hoc (in quit) est corpus meum. Et Luc. 22. Hoc est corpus meum, quod pro nobis tradetur. Donatio uerò Spiritus sancti per signum ostēsa fuit locutionis omnium linguarum: & per uocem, & scripturā. Io. 14. Mittam inquit uobis spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere. Quilibet enim prædictorum modo suo ostendit eis filium regis. 4. Reg. 11.

¶Promissa etiam expectata ostendunt, signa, uoces, & scripta, quæ habentur G. 1. artic. 4. per totum.

¶Iudicia insuper data ostenduntur per signa quæ habentur. D. 1. artic 4. per totum. Et per uocem ipsius Christi scriptam. Ioā. 3. Iam inquit iudicatus est. Sic enim uirtutem tuam ostendis, tu qui non crederis esse in uirtute. Sapien. 12. Prædicta uero tria in primo articulo, & per tria in secundo articulo, propter tres utilitates ostendit in hoc tertio articulo.

¶Primo nanque propter tria benefi cia ostēsa per gratitudinis & etiam necessitatis legem ad tria obligamur antidota. Ratione nanque benefici incarnationis obligamur ad obsequiū humiliationis. Ancilla enim ad matrimonium magni principis exaltata, ad continuum obligatur humilitatis obsequium. Sic nos cogitando quomodo Deus nostram miseram exaltauit naturam, semper ergo ad nostram humiliationem uideamus hoc uerbum, quod factum est, quod fecit dominus & ostendit nobis. Luc. 2. Sed, heu, in hoc casu de tiriaca faciunt, ueniunt qui de materia humiliationis sumunt audaciam derelinquendi. Quorum dictum & reprobatio patet. D. 1. 22. cum sequentibus. Art. 3. 3

¶Secundò ratione beneficij passionis, obligamur ad sustinendum p eo, labores, pœnitētias, & malorum hominum persecutiones. In quo specialiter ostēduntur filij Dei. F. 5. 3. Et ut homo ista patentiùs sustineret: ostendit ei manus & latus. Io. 20. Et Luc. vlt. Sicut qui pro alio multa vulnera sustinuit: sicut miles in bello pro rege, uel socius pro socio ei vulnera ostendit, ut eum ad amorem prouocet, & ad aliqua aduersa pro eo sustinendum patienter. Et rationabiliter quidem, quia si ex intimis cordis, quæ pro nobis patiebatur in ligno, cogitaremus, & lignum illud cū contentis in cordibus nostris & tribulationibus nostris poneremus, quicquid pro eo uel iustitia sua, qua contra homines agonisando sustineremus, leue uideretur. Exod. 15. Ostendit ei lignum,

lignum, quod cùm misisset in aquam, indulcorata est aqua.

¶Tertiò ratione beneficij donationis obligamur, ad dandum ei, tam de uita, quàm de rebus meliora, sicut patet. A.13.23. cum sequentibus. Cuius ratio patet. N.1.20. cum sequentibus. Prædicta beneficia nobis ostendendo dicere potest illud. Act 20. Omnia ostendi uobis: quoniam sic laborátes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse uerbum domini, quoniã beatius est magis dare quàm accipere.

4 ¶Secundò ratione triplicis beneficij promissi. s. uisionis, adhęsionis, & fruitionis, obligamur & necessitamur, si illa adipisci uoluerimus, ad ipsum fortiter sequendum per fidem, spem, & charitatem. Si enim ouem sequi facit ramus uiridis, & seruum dominum suum, & operarium conductorem sua parua merces, quãto magis hominem ad sequendum dominum mouere debet regnum ei ostensum? iuxta illud. Sapien. 10. Iustum deduxit dominus per uias rectas: & ostendit illi regnum Dei: quod habere poterunt si sequi voluerunt. Esa.1. Si uolueritis bona terrę comedetis. Deut.19. Cùm dederit tibi cunctam terram, quam pollicitus est: si tamen custodiens mandata eius: & feceris, quæ ego pręcipio tibi hodie. Psalm.88. Si custodierint filij eius legem meam. Nota ad hoc leges. O.4. Et nota prędictarum fidei, spei, & charitatis ostensio debet in operibus fieri: quia hoc in alijs duabus. i. spe & charitate intelligitur: quod de fide dicitur. Iaco.2. Ostendam tibi ex operibus fidem meam: vtrum. s. bonus sim in fide, vel malus. Non enim sufficit, ꝙ ostendat charitatem suam membris Dei in ore tantum. Sicut nouerca ostendit priuigno, quæ dare non vult: vel alienum, quod dare non potest, dicendo: libenter uobis darem, si essent mea: cùm sua habeat, quæ dare posset. Sic enim diabolus ostendit ei omnia regna mundi. Matth.4.

5 ¶Tertiò ratione & timore triplicis iudicij ostensi, quorum primum est correctionis, secundum tribulationis, tertium finalis damnationis: quorum primum per suos exercet ministros Deus: secundum per elementa, seu tempestates: tertium per seipsum. Ratione quo tria ostendere necessitamur. s. contritione, confessionem, satisfactionem. Ad hoc enim in his tribus terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris sui. Esa.30. vt per quodlibet illorum ad tria prædicta ostendenda perducat. Primum nanque ad hoc per ministrum suum cum coadiutoribus suis peccatores visitat, dicens, & præcipiẽs ei: illud. Ezech.20. Fili hominis ostende Israel populum pollutum. Quod verbum primò applicari potest ad quemlibet ad visitationem uocatam: cui dicitur. Fili hominis: primò fac sicut facit puer vel amicus illius, qui loquelam amisit, pro eo infirmitatem suam medico ostendendo, in cuius persona, quia ipse mutus est, sacra Scriptura rogat, dicens: Quantas habeo iniquitates & peccata scelera mea atque delicta ostẽde mihi. Iob 13. Secundò fac sicut os ostendens infirmitatem pedis putridi. Et si melius fieri non potest, rogat, ut comburatur, vel præscindatur. Sic vos vt de quolibet vestrum posset dici illud. Psal.59. Ostendit populo tuo dura, quę si facere nolueritis, ratione amicitiæ, vel membri spiritualis, facite timore Dei, qui illa, quæ hic non ostenduntur, ostendet toto mundo. Naum 3. Ostendam gentibus nuditatem tuam. Secundo applicari potest ad prædicantem, cui dicitur. Fili hominis ostẽde, &c. In prædicatione tua delicta illorũ eis ostendendo, sicut ostenditur scriptori defectus in libro quem scripsit, vt corrigat: & ancillæ immunditia in vasis, & amico macula in facie, vt abstergat, & pater filio ostendit offensam, vt caueat. Sic tu, vt sic per te & tuam ostensionem ad pęnitẽtiam prouocati, quilibet illorum dicere tibi possit illud. Hierem.31. Postquàm osten-

ostendisti mihi, percussi femur meum: & confusus sum. Et tu de quolibet illorum sic ad lachrymas pro peccatis suis prouocato, dicere possis illud. Apo. 22. Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidum tanquàm crystallus.

6 Secundo ad hoc illos adducere nititur per iudicia sua: quæ circa populum suum exercet tempestatibus & infirmitatibus illum flagellando, vt per pœnam transitoriam nobis ostensam, nos castiget, & ad pœnitētiam à peccato reuocet: sicut canis, uel puer castigatur p virgam ei ostensam. Sic tu Deus ostēdisti populo tuo dura: in Psal. 59. Et tu ergo popule Dei fac de infirmitate tua spirituali, quod faceres de infirmitate corporali: & saltem tempore infirmitatis tuæ ostende conuersationē tuam. Ecclesiast. 18. Sicut enim infirmus corporaliter libenter medico scienti infirmitatem & statum suum ostendit, vt sanetur. Ita uos infirmi spiritualiter: & flagellati corporaliter, ostendite vos sacerdotibus. Luc. 17. Si verò nec ista duo prædicta Dei iudicia timendo ad pœnitentiam, & bonam vitam redire volueritis, ostendam vobis quem timeatis. Luc. 12. Sequitur, Timete eū qui postquàm occiderit: habet potestatem mittere in gehennam. Hoc enim iudicium, signis, vocibus, & scripturis populo suo ostendit, sicut patet suprà eod. capitu. 2. Sicut furi ostenditur patibulum, ut timeat, & doleat, à furto suo se retrahat, dicens illud. Apocal. 17. Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, &c. Sed, heu, nonnulli propriæ salutis, & prædictorum iudiciorum immemores, peccata sua non ostendunt: sed abscondunt: sicut patet. A. 5. 9.

Patientia. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *In huius capitis fronte, Patientia, quid sit optimè describitur; eiusque descriptio satis concinnè explanatur; atque inter eam explicandam, quo tempore iniuriæ tolerandæ patienterque ferendæ; quouè minime simulandæ, quin vlciscendæ sint, insinuatur. num. 2.*

3 *Patientia bifariam considerari potest; primò quoad inferentes, Secundò quoad sustinentes iniurias: tam primo autem, quàm secundo modo trigemina datur de Patientia diuisio. num. 4.*

5 *Patientiæ perfectio per comparationem ad suum oppositum, nempe, impatientiam; pluribus rationibus, ac exemplis declaratur. num. 6. 7.*

8 *Obiectio quædam circa impatientes uerta, enodatur.*

9 *Per patientiæ perfectionem, sex quemque consequi posse vtilitates, hic scriptum inuenies. num. 10.*

11 *Quamplurima perpulcra documenta, ac exempla; quibus ad habendam, amplexandamque patientiæ virtutem instruimur, & informamur; appositè connectuntur. num. 12. 13. 14. 15.*

16 *Tribulationis tempore patiens ab impatiente dignosci potest; vt multis patefit similitudinibus.*

17 *Pacis, tranquillitatisque tempore, cur patiens ab impatiente; vel studiosus ab ignaro discerni nequeat; si leges, non eris inscius.*

18 *Duo signa, seu regulæ ad impatientiam; ac duo ad patientiam spectantia, ex omnibus prahabitis colliguntur.*

Atientiæ. Primò ostendetur descriptio cum sua declaratione. Secũdò, distinctio. Tertiò, perfectio, tam ex natura propria, quàm ex conditione sui contrarij, scilicet, impatientiæ. Quartò, utilitas. Quintò, documenta: Sextò, signa, seu experimenta.

Artic. I. ¶ Quantum ad primum, patientia
1 est tam proprias, quàm sociorum iniurias æquanimiter tolerare: sicut ex Decreto colligitur. 23. q. 1. Quod militare. §. quid aliud: quod qualiter intelligendum est. ex. §. patet ibidẽ immediatè sequenti, scilicet, his itaque. in cap. nisi bella. Ex quo colligitur, ꝙ præcepta patientiæ de altera maxilla percutienti præbendo: & de eundo cũ illo, qui te, angariauerit mille passus: duo milia, & huiusmodi: non tã ostẽtatione corporis, quàm præparatione cordis sunt intelligenda & retinenda. secundùm August. in lib. de sermone domini in monte: & in sermone de puero Centurionis. Ita ꝙ interiùs homo semper sit patiens & beniuolus, tam erga illos, qui eum affligũt: quàm etiam erga illos, quos ipse iustè corrigit. In exteriori verò opere faciat, qđ iustè facere potest: & quod persecutoribus uidetur magis ꝓdesse: ita quod, si per patientiam vnam maxillã præbendo persecutores lucrari posset: etiã in hoc casu non solum in secreto cordis, uerum etiam in manifesto opere patientia obseruetur. Et hoc est, quod dicit August. in sermone de puero. Centurionis: & habetur. 23. quæst. 1. paratus. Homo (inquit) iustus, & ẽpius paratus esse debet patienter eorum malitiam sustinere: quos fieri bonos quærit. Sæpe nanque iniurians, dùm uidet iniuriatum patienter pati, quicquid mali sibi facit: & quod nec dicto, nec facto, se vindicat: nec iniuriantem prouocat de iniuria sibi facta: verecundatur: & penitudo & satisfaciendo bonus efficitur: & sic per patientiam numerus crescit electorum. In quo casu melior est patiens uiro forti. Prouerb. 16. Et melior est patiens arrogante. Ecclesiastes. 7. quia vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas. Prouer. 15. Nota ad hoc historiam, quæ ostendit hoc de facto accidisse infra eod. cap. 14. Et in hoc casu uerificatur illa glo. super illud Canti. 2. Sicut lilium inter spinas, &c. Non (inquit) fuit bonus, qui malos tolerare non potuit.

¶ Non tamen sic tolerare debent 2
iniurias proprias: ut Dei sustineant iniurias: quia secundùm Chrysosto. super Matth. In proprijs iniurijs esse quempiam patientem laudabile est: iniurias autem Dei dissimulare, nimis est impium, uel alienas quando iniurians, peior efficitur: quando ergo iniuria illata personæ redundat in iniuriam Dei & ecclesiæ: illam iniuriam debet quis sibi illatam vlcisci: sicut patet de Helia, qui fecit ignem descendere super eos qui uenerant ad ipsum capiendum. 4. Regum. 1. Et de Heliseo qui maledixit pueris ipsum deridentibus. 4. Reg. 2. Et, Siluester Papa Excommunicauit eos, qui ipsum in exilium miserunt. ut habetur. 23. q. 4. cap. guilisarius. Vel quando ex dissimulatione iniuriæ factæ, uel faciendæ sibi uel proximo suo iniurians peior efficeret: & damnificationem acquireret maiorem, & salutem difficiliorem: vt puta, quia aliquis tibi, uel proximo tuo in corpore, uel rebus damnum inferret: de quo fortè nunquàm uel semper cum maiori difficultate quàm de mala uoluntate satisfacere, semper uidetur esse resistendum, vbi adest possibilitas. Nam hoc à iure naturæ nobis inditum est, ut vim atque iniuriam propulsemus. Sicut patet in ff. ueteri. libro 1. titu. 1. de iustitia & iure. l, ut uim. Et à iure concessum, vt vim vi repellamus cũ moderamine inculpatæ tutelæ.

Sicut

Sicut patet. C lib. 8. vnde vi. titu. 4. l. 1. Cũ moderamine ideo additur: quia si dicat tibi verbum inordinatum, non ideo est à te percutiendus: uel si te pugno percusserit, non est cultello, vel atrociter percutiendus, sed solum repellendus. Qui uerò in prædictis casibus iniurias patienter tolerat, & non resistit cum posset, conscius est criminis: sicut patet primo per legem. C. lib. 4. titu. de commertijs & mercatoribus. l. non solum. Et iterum in ff. ueteri. lib. 9. titu. ad legem aquiliam. l. scientiam: vbi subscriptus sequitur tenor. Scientiam hic pro patientia accipimus, vt qui prohibere potuit, teneatur: si non fecerit: lege aquilia agi potest: etiam sanato vulnerato seruo: hæc ibi. In qua quidem lege. §. qui cum aliter: de omnibus prædictis generalis datur lex & licentia in forma, quæ sequitur. Vim enim vi defendere omnes leges, omniaque iura permittunt. His etiam legibus beatus August. concordat. 23. q. 1. cap. paratus: in fi. dicens: Cui licentia iniquitatis eripitur, vtilius vincitur: quia nihil est infelicius felicitate peccantium: qua pœnalis nutritur impunitas: & mala uoluntas uelut interior hostis roboratur. Hæc August. in sermone de puero Centurionis. Cui etiam quantum ad illos qui iudiciariã habent potestatem: concordat etiam illud Apoca. 13. Qui occiderit in gladio: oportet eum in gladio occidi: hæc patientia sanctorum.

Artic. 2. ¶Huiusmodi uerò patientia duplicem capit distinctionem, quarum prima accipitur in comparatione ad illos
3 qui tędia inferunt: secunda in comparatione ad animum sustinentis. Prima ex uerbis colligitur beati Grego. super Ezech. Home. 7. Tribus (inquit) modis uirtus patientiæ exerceri solet. A proximo nanque persecutiones, damna, & contumelias sustinemus: ab antiquo aduersario tentamenta: à Deo autem flagella toleramus. Sed in his omnibus uigilanti oculo debet mens semet ipsam circumspicere: ne contra mala proximi pertrahatur ad retributionem malitiæ. Contra tentamenta aduersarij ne ducatur ad delicta. Ne contra flagella opificis prorumpat ad excessum murmurationis: quia, qui in prædictis patientiæ probationibus excessiuè murmurauerint, uel uincuntur, sunt quasi palea vel grana putrida, quæ cum uento extra ventilabrũ portantur, & perdũtur: quia ad grauarium non portantur. Sicut nanque, q grana purgat, quodammodo vento probat, quæ sunt grana solida: quæ licèt à vento impellantur ad vnam partem: tamen in uentilabro remanentes, cõseruantur & possidentur. Ita quilibet de prædictis tribus: cuius uentilabrum in manu. Lu. 3. Animas solidas probat, qui omnes dicere possunt illud Sap. 2. Probemus patientiam: in qua probatione uos qui animas habetis solidas, licèt impulsum patiamini: tamen in patientia uestra, quasi grana solida in uẽtilabro, possidebitis animas uestras Lu. 21. Patientia igitur, seu mansuetudo in hoc casu est sicut antemurale in castro: uel arma in milite: q omnes lapides & ictus prædictorum triũ leuiter excipiunt, & frustrant: & castrũ animæ & militẽ Christi à lęsione custodiunt. Et sicut fęnum in quo res fragilis: utpote, vasa vitrea præseruantur à fractione: propter quæ sacra scriptura quemlibet hortatur, dicens: Fili in mansuetudine serua animam tuam. Ecclesi. 10. Et in humilitate tua patientiam habe. Ecclesi. 2. Et induite vos, sicut electi Dei, benignitatem, patientiam. Col. 3.

§. ¶Secunda uerò est triplex, vna quæ 4
mitigat lites uel iniurias suscitatas: & hæc uocatur politica. Alia quæ suffert tribulationes, famem, & sitim, & huiusmodi: nec conqueritur, uel murmurat: sed potiùs de eis non curat: & hæc est purgatoria. Tertia non solum habet prædictas conditiones: sed (quod plus est) iniuriæ uel damni illati obliuiscitur: & hæc uocatur purgati animi: & hæc est perfectissima. Qui isto triplici

plici modo est patiens: multa gubernatur sapientia. Prouerb.14. Nec tamen est patientia in abstracto sicut puer dixit: qui coram magno quodam nutritus, qui cum dicere deberet aliquod uerbum de gallico, quod illo die didicerat: semel cùm audiret quēdam religiosum, qui carnes cum alijs non comedebat: à Senescallo confortari, dicente: patiētiam habe: post prādium de lectione requisitus: respondit se didicisse patientiam: qui interrogatus, quid esset, respondit: homo, qui non habet comedere: & causam p̄tactam allegauit: quia prędicabatur in abstinentia: patientiā: in patientia autem pietatem. 2. P. 1.

Exēplū.

Artic. 3. 5 ¶Quam, qui habet, magnam habet perfectionem: quia patiētia opus perfectum habet. Iac. 1. Sicut patet primò ex natura sua. Opus enim hospitalitatis est opus perfectum: quia est vnū de septem operibus misericordiæ. Matth. 25. Sed opus patientiæ est opus hospitalitatis: per ipsam nanque sine murmure Dei nuncij, sicut infirmitas famens, & quæcunque tribulatio, & persecutio recipiuntur: sicut patet in Iob, qui dixit: Dominus dedit, dominus abstulit. Et de Thobia: cui Deus plures tales nuncios misit: quos hilariter recepit: ut posteris daretur exemplum patiētiæ eius. Thob. 2. Sed istud hospitale non diu durat: sed cito prosternitur in terra, uel loco, ubi est frequens terremotus impatientiæ: quia, sicut terremotus, ędificia in loco illo inuenta destruit: & hospitatos in domibus illis fugat, uel opprimit: ita impatientiæ motus opera virtutum & domum Dei destruit. Vnde beatus Gregor. in pastorali. Impatientes, si qua à se tranquilla mente fuerant benegesta, confundunt, & improuiso impulsu destruunt quicquid diu forti labore proinde cōstruxerant. Et Deū, cuius locus tantum in pace factus est: de domibus suis fugant. Tales enim sunt sicut habentes manus tremulas: quia sicut illi calicem plenum diu tenere non possunt: Ita nec isti, calicem passionis, uel tribulationis, de quo Deus eis propinat, dicens: Calicē quidem meum bibetis: quem cito euertunt: & contra Deum, uel hominem murmurando, litigando, blasphemādo: totum, quòd priùs boni habere videbantur, effundunt: ad modum uacę quę totum lac priùs datum, in fine pede euertit. In quo primò patet patientiæ perfectio per sui contrarij imperfectionem. Sicut album albius apparet iuxta nigrum positum: quia contraria iuxta se posita (secundùm philosophum) magis elucescunt.

¶Secundò idem apparet per argumentum à contrario sensu, sumptum de similitudine arborum: in quibus videmus, quòd arbor, quę ad omnem ventum vel pluuiam cadit, non fructificat, quantumcunque frequenter eleuetur, & apodiamentis fulciatur. Sic nec impatiēs: immo, quod plus est, timendum, quia nec præsumitur, q̄ in magna persecutione Christianus nomine etiam sine fructu staret. De quo ait beatus Grego. moral. 16. Qui (inquit) à statu patientiæ per linguarum vulnera cadit: ipse sibi testis est, quod contra manifeste persecutionis gladios non subsisteret. In quo casu perfectio, quæ impatienti negatur, suo contrario, id est, patienti attribuitur: quia sicut impietas impatiens: ita charitas patiens est. 1. Cor. 13. 6

¶Tertiò idem eodem apparet argumento per exemplum de naui, & his, quæ ad eius requiruntur gubernationem. In quibus uidemus, quòd nauis sine gubernaculo omni tempestate ad rupes & infortunia impellitur. Sic impatiens, cui gubernaculum deest patientię huius maris fluctibus ad omnes scopulos frāgitur. Et sicut vas vacuū cui liquor deest gratiæ, ad ignē crepat: ubi plenum saluatur. Sicut ergo videns hominum sine gubernaculo nauigare: sicut etiam uidens quemcūque de aliquo sine debitis instrumētis se intromittere negocijs: ipsum deridendo

dendo ab eo quærit: sicut diabolus dicitur quæsiuisse, ubi fuit stola sacerdotis. Ita à tali, quæ patientiam ore docet, quàm opere non seruat, quæri potest ipsum deridendo: illud Iob 4. ubi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio uiarum tuarum? Sic deridebatur ille magister Parisien. de
Exẽplũ. quo fertur: ꝙ cum patientiam prædicasset in ecclesia: & domi rediens impatiens esset, eo ꝙ cibus eius non esset paratus: seruus ei improperans dixit: ꝙ patientiam opere teneret, quam ore prædicauerat. Cui ille: debitum recognosco: sed non sum ꝓ nũc in statu
Exẽplũ. soluendi. Sic etiam deridebatur ille religiosus, qui cuidã improperauit asinario, ꝙ nimis asinum suum onerasset. Cui ille: Non est (inquit) ita oneratus, quin portaret totam patientiam domus uestræ. Cui alius impatienter respondendo: ipsum dementiebatur. Alius uerò plus ipsum deridendo, asino dixisse fertur, ꝙ iret: quia propter patientiam ipsius non durius oneraretur. Ex quibus omnibus apparet patienter nauigantis perfectio: & uasis licoris gratiæ pleni conseruatio: & patienter ostendentis, qui docet, & respondẽtis & loquentis oneratio: ergo per patientiam curamus. Heb. 12.

7 ¶ Quartò idem ostenditur per exẽpla equi, silicis, canis, latronis in cruce à sinistris: Quia sicut equus dorsum habens lęsum, tactus recalcitrat: quo facto, amplius se lędit: quia secundùm antiquum prouerbium: semel recalcitrando bis pungitur. Et sicut silex percussus, ignem emittit: quo fortè tangentem conburit: sed amplius percutitur: quia si semel uel amplius percussus ignem non emitteret, amplius nõ percuteretur. Canis etiam lapidem ad ipsum proiectum mordens, amplius dentes lędit. Et latro ille à sinistris in cruce de pęna sua, quã merui murmurans: amplius in corde torquebatur. Sic, qui impatiens est, sustinebit damnum. Prouerb. 10. Sicut stultus puer, qui conburit uirgam antiquam, cum qua castigari solet: & cum noua durius damnum sustinet: sicut patet. T. 5. 67. cum sequentibus. Omnes tales brutis, iumentisque assimilantur: quia sicut corpus regitur anima. Ita iumentum seu equus sessore: & anima ratione. Ergo quid aliud est anima, seu homo rationalis de natura amissa ratione per impatientiam, quàm equus sine sessore: uel iumẽtum sine gubernatore: qđ multis nocet, & nullis ut communiter prodest, &c. Ex horum ergo comparatione patet: quàm rõnabiles, quàm perfecti sunt comparando singula singulis: illi qui sunt confortati secundùm potentiam claritatis eius in omni patientia Col. 1.

¶ Sed fortè obijcient, quod parua melancolia, licèt frequẽs sit: quia cùm magnum non intendit malum, periculosa non sit. Quibus respondet lex non solum in hoc casu, sed in quocũque alio, in quo ueniale uel leue ęstimatur peccatum, dicens: ꝙ assidua frẽquentia præbet nonnulla: glo. interlinearis, id est, aliquam infamiam: sicut patet in ff. nouo. lib. 9. titu. de iniurijs & famosis libellis. l. Item apud Labeonem. §. tenetur. Ex qua lege primò elicitur, ꝙ frequentantes loca monialiũ, vel aliarum mulierum, licèt fortè actũ carnalem & de se malum nõ committant, tamen aliorum detractionibus & infamiæ quodammodo se committunt. sicut Ioseph. F. 2. 3. Secũdo quòd peccatum ueniale: per frequentiã grauius efficitur. Nam sicut omnis uirtus: ita omne uitium per exercitium in suo genere capit incrementum: sicut patet per legem in inforciato de legatis. 3. l. legatis seruis. § ornatrices. Casus legis est: aliquis uiam vniuersæ carnis aggrediendo: & diem extremũ claudendo, legauit alicui ornatrices in domo sua: quo mortuo, non inueniũtur nisi iuuenes in arte illa: de quibus arguitur, ꝙ illas habere non debet, qa in arte sua suẽdi & sericum operandi non sunt expertę: hoc tamen non obstante, lex illas legatario iudicat esse liberandas,

liberandas, quia omnis ars per exercitium accipit incrementum: sic etiam omne uitium. Nullus ergo impatientiam uel quodque vitium leue, uel à natura culpæ ęstimet alienum, quod frequenti iteratione damnosum accipit incrementum: ergo patientes estote ad omnes. 1. Thess. 5. quia seruum Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes docibilem patientẽ. 2. Thim. 2. vt sitis perfecti & integri: ĩ omni patiẽtia & doctrina. 2. Thim. 4.

Artic. 4. ¶Quam quidem qui habuerit per-
9 fectionem, magnam per illam consequetur vtilitatem: primò nanque in nobis Dei imaginem reformat & custodit, & clarè uidere & amare facit in animabus mansuetorum: quam fumus impatientiæ obfuscat, & eius cognitionem impedit in animabus impatientium. Vnde beatus Grego. mansuetudo in nobis imaginem Dei conseruat: supple sicut pulcher pannus, in quo imago inuoluitur: pulchritudinẽ custodit imaginis: quam ira dissipat: atque dum quietem mentis tollit, spiritum sanctum ibi quiescere non sinit. Nec solum Deum, sed etiam statum proprium, & quæcunque ad scientiarum uel morum pertinent studium, clariùs uidere facit. Omnia nanque ista clariùs in tranquillis relucent cordibus. Pro quo est aduertendum, quòd hoc quod facit tranquillitas, uel motio in aqua, hoc facit patientia & impatientia in anima: quia sicut in aqua clara & tranquilla immissum apparet: quod in mota & turbulenta non ostẽditur. Ita &c. Et hoc exemplo legitur quendam heremitam uoluisse fratres
Exẽplũ. suos pacificasse: ponens denarium in cipho pleno aqua tranquilla & clara, dicens: sicut imago regis clare ostẽditur per medium istius aquæ: sic apparet Dei similitudo in patiẽtibus & pacificis animabus: supple & status proprius: & quicquid illis immissum fuerit uel cogitatũ: quæ omnia in turbulentis obfuscantur, & impediunt. Ideo dicit philosophus: ꝙ in sedẽdo: supple, passiue ſm aliquos libros, & quiescendo fit aĩa sciens & prudens. Et doctrina uiri ꝑ patiẽtiã noscit. Prou. 19. Ergo dñs dirigat corda uestra in charitate Dei & patientia Christi. 2. Thes. 3.

¶Secundò fructum bonorum operum in animabus usque ad messem & maturitatem nutrit, & conseruat: quia sicut aeris serenitas & amenitas, fructus terræ & arborum nutriunt & cõseruãt, quos cõtraria destruũt: Ita pax, patiẽtia, in aĩalibus fructus spũs sancti: de quibus Gal. 5. Fructus autẽ spũs est charitas, gaudium, pax, patientia. Fructum afferunt in patientia. Lucæ 8.

¶Tertiò est scutũ cõtra oĩa aduersi- 10
tatis tela: Deo ad modũ scuti in sinistra parte portari dẽt: per sinistram eñ partem aliquotiens in scripturis aduersitas intelligitur: scutum itaq; miles Christi in sinistra portat parte, cum patientiã & corpore & aĩo amplectitur in aduersitate. In illa ergo parte patientia nobis necessaria est. Heb. 10.

¶Quartò gratiã Dei & hominũ acquirit, & ad se attrahit: quia sicut Adamas ad se trahit ferrum: ita ille de quo verificatur illud Ezech. 3. Fili hoĩs, vt adamantẽ dedi faciẽ tuam per patientiam & mansuetudinem & honestam & socialẽ conuersationem: dilectionẽ Dei & corda hoĩum ad se trahit. Ideo Eccles. 3. Fili in mansuetudine opera tua perfice: & super gloriam hominũ diligeris. Ex isto ergo patet, ꝙ hoc ꝙ facit uirtus in adamante: facit patientia in patiẽte. Sicut ergo adamas, mediãte uirtute sua, alia ad se trahit & supportat: Ita uos cum patientia supportantes inuicem in charitate Eph. 4.

¶Quintò est constantiæ mater: sicut argui põt per locum à cõtrarijs. I. 2. 3.

¶Sextò nauem vitæ nostræ ad portum dirigit salutis: sicut uelũ uẽto ordinatè oppositũ est. n. ĩ vndis hui⁹ maris quasi uelũ ꝙ oẽs aduersitatis recipit uẽtos: qb⁹ tñ nauẽ ualociùs ad portũ currere facit destinatũ, ĩ quo fide & patiẽtia hrẽditabũt ꝓmissiones Heb. 6.

¶Hmõdi vtilitatibus mota legitur Exẽplũ.

fuisse quædam nobilis domina, quæ secum, mulierem litigiosam habebat: quia plus per eam de patientiæ meritis lucrabatur. Etiam fertur de sancta Elizabet, quæ trudebatur in lutũ per
Exẽplũ. quendam mulierem à ponte: quam tamen mulierem ipsa bonis suis semper nutriebat. Sic, qui timent dominũ, patientiam habebant. Ecclesi.2.

Artic. 5.
11 ¶Quia ne ab illa habenda se excusare poterunt multa eis tribuit patiẽtiæ documenta: non solũ illa, de quibus dictum est. T.5.arti.12. quasi per totum. Sed & multa alia, quorũ alia in sęculi ostenduntur fortuna; Alia in virorum memoralium vita & exemplo. Alia in consideratione passionis aliorum. In sęculi namq; fortuna qñq; vr̃, ꝙ multa multis contingunt aduersa: & hoc ad illorum vtilitatem: sicut ex fine palam ostenditur. Sicut patet per historiam de illo de quo fertur quasi sic. Cum enim sibi multa contin-
Exẽplũ. gerent aduersa, & multa bona amitteret: uxor sua ipsum ad patientiam hortatur, dicẽs: ꝙ Deus omnia illa ad eius verteret vtilitatem, & quod dominus dedit, Dominus abstulit. Cum ergo quadam die vnum amisisset oculum: & ipsa idem ei diceret: de eius prædicatione impatiens: ipsam uerberauit, dicens: accipe hoc in patiẽtia: hic postmodum cũ uxore ad tartaros ueniẽs, cum illius terræ Imperatore magnus effectus: secũdùm eius ordinationem, qui iuxta illius patriæ morem ordinauit: ꝙ cum ipso mortuo, viuus sepeliretur: & fuisset sepultus, nisi allegasset ꝙ turpe esset domino suo ad tam magnam curiam in alio sęculo monoculum secum ducere. Ipsi enim talem dicuntur habere fidem, ꝙ sicut sepeliuntur: ita in alio sęculo viuunt: & ideo cum equis, & canore, uxore & maioribus amicis se mortuos sepelire faciũt: quàm sepulturam prædictus monoculus non euasisset: nisi oculum feliciter amisisset. Ideo feliciter: quia oculi amissio fuit vitæ conseruatio. Et quia meliùs est uiuere cũ vno oculo, quàm duos oculos habentem mitti in gehẽnam ignis: hic ergo ex fine cognouit vxorem suam sibi uerum dixisse: & ꝙ Deus aduersa nobis immittit propter nostram vtilitatem. Et hoc satis confirmatur per Decreta quæ habentur. D.6.31. Sicut ergo infirmus patienter sustinet sudorem, & adustionem, & sectionem & dura quæ sanitatem inducunt propter finem sanitatis: Ita nos dura patienter sustineamus, dicentes illud Iob 6. Quis finis meus, vt patiẽter agam? Et secundùm consilium & exemplum Senecę scribentis ad Paulum. Feramus ęquo animo: & vtamur foro, quod sors concessit: donec inuicta felicitas finem malis imponat.

¶Secundò multa ad hoc nos exhortantia habemus sanctorum patrum, 12
quorum actio nostra deberet esse instructio: exempla memoriæ digna. Exẽplũ.

¶Quorum primum de quodã fertur monacho, q moriens manus osculabatur magistri sui, qui eum uerberare solebat, dicens: Istæ manus me portant ad paradisum. In quo nobis exemplum dereliquit, ꝙ ante finem illud cogitaremus, quod ipse in fine cogitauit, & patientiam quam ipse habuit finem uidens, nos semper haberemus finem cogitantes scientes, quoniam patientia pauperum non peribit in finem: in Psal.9.

¶Secundum ex vita accipitur patrũ: 13
vbi Abbas quidam legitur fratrem ad religionem venientem, misisse ad maledicendum ossibus mortuorum, qui rediens requisitus, quid respondissent: dixit nihil: sic (inquit Abbas) te uiuere oportet. Et conuenienter sic docuit, religiosum: quia ipsi patiẽtiam & alias virtutes prædicant & docent: uel saltẽ docere deberent: quantumcunque ergo alias uirtutes congruè doceant, & peccatores altè clamando reprehendant: si in patientia uel alia uirtute deficiant ipsi, super quos clamant, super ipsos clamabunt, ipsosque, atque illorum doctrinam deridebunt. Et sic cõtinget illis, quod fertur contigisse cui- Exẽplũ.
dam

dam religioso:cui cum cibus in domo cuiusdam de patrimonio Christi promoti, negaretur: fortiter currens, campanam pulsauit: Rectori uerò quærenti, quare pulsaret? respondit pro anima charitatis, quia mortua est: ipso verò cessante, incepit rector ille seu curatus pulsare campanam: qui ab eodem religioso requisitus, cur ipse pulsaret? respondit pro anima patientiæ tuæ: quia mortua est. Tales ergo sic se erga omnes habere deberent: ꝙ quilibet de eis dicere posset quod Paulus dixit de Christo. 1. Thimoth. 1. id est, vt in me ostenderet Christus omnẽ patientiam ad informationem. Et hoc est, quod dicitur in Psal. 91. Benè patientes erunt, vt annuncient.

14 Exẽplũ. ¶Tertium exemplum ex eodẽ accipitur libro, in quo legitur quendam cuiusdam sancti patris furatus fuisse Bibliam, quam cum uenalem exponeret pro 16. solidis: ille, qui eã emere uoluit, pro inspectione illam ad certũ accipiens diem: illã, à quo furata fuerat, portauit, consilium ab eo accipiẽs: si tantum valeret, qui respondit quòd sic. Cum ergo furi tantum dare uellet: dicens ꝙ à tali consilium habuit: quęsiuit fur: si aliquid aliud dixisset? qui respondit, ꝙ nihil: qui tanta victus patientia, Bibliam ei reportauit; ueniam interpellando.

¶In quo exemplo non tantum exẽplum datur iniurias humiliter patiẽdi: uerumetiam iniuriantes per patiẽtiæ ostensionem Deo lucrandi: modo, quo dictum est supra eo. cap. 5. Ostenditur etiam ꝙ patienter sustinendo, lucratur, & iucundatur. Et sic de isto & de quocunque tali uerificatur illud Eccl. 1. usque ad tempus expectabit patiens, & postea redditio iucunditatis. Nonne ei patientia iucũditatem reddidit, quando Bibliam ei reportauit: quia lucratus est per patientiam & Bibliam, & fratrem suum.

15 ¶Tertiò ad patientiam informamur habẽdam ex consideratione passionum & defectuum atque tribulationum suarum, miseriarumque, quas plurimi sustinent. Sic enim se confortasse & ad patientiam animasse, legitur quidam mendicus sub matta præpaupertate iacens: sub qua circa mediã noctem tibias suas libere extendens dixit: quasi sic laudetur Deus, qui mihi hanc dedit libertatem, qua multi me nobiliores sunt priuati: de illis hoc intelligere potuit, qui uinculis uel infirmitatibus tenebantur. Exẽplũ.

¶Horum ergo exemplo, & etiam ex cõsideratione finis aduersitatis & materiæ patientiæ cõtẽnere docet Chrysosto. omnia aduersa contingentia. super Ioan. Homel. 79. dicens: Nobilis peregrinus in paruo apparatu aliquãdo despicitur ab his, qui ignorant, quis sit: sed non multum curat, cogitans, ꝙ in propria patria scient & obstupescẽt: quando dicent illud Sap. 5. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, &c. Hæc cogitantes, simus in tribulatione patientes. Rom. 12.

¶Sed ne quis decipiatur, ęstimans seipsum uel alium patientem: qui in veritate patiẽs non est: congruum videtur signa, seu experimenta quęrere, per quæ quis tam de seipso, quàm de alijs in hoc casu euidentias habere possit, qualis sit. Artic. 6. 16

¶Quorum primum ex auctoritate elicitur vltimò allegata: quæ signanter circunstantiam exprimit tribulationis, in qua patientia probatur, dicens. In tribulatione patientes: quasi diceret. Alio tempore non est nobis de patientia necesse prædicare. Nec etiam illius ostensio alio tempore est in nobis multũ laudabilis: nec ipsius existentia in nobis alio tempore ueraciter poterit ostendi: quia sicut homo non dicitur à febribus curatus: uel tãquàm carens infirmitate omnino sanus si in diebus, in quibus non est accessio, non febricitet. Ita nec dicitur ab impatientia sanatus, uel omnino patiens, qui diebus uel temporibus, quibus nihil contrarij ei accidit, quòd modestè se habet: sed si illo die vel

tempore

tempore rationabiliter & patienter se habeat: tunc hoc uidens, dicere potest illud Apoca. 2. Scio patientiam tuam.

¶Iterum sicut arbor non debet dici immobilis per hoc quod non mouetur, quando nullus est ventus, nec fortis impulsio: quia tali tempore non inclinatur, uel non cadit: nec tegula bene cocta propter hoc ꝙ extra aquam non dissoluitur: sed illa quæ ibi diu iacet, & non mollificatur. Sic ille, qui in tribulatione nō dissoluitur: de quo verificatur illud Isa. 48. Excoxi te nō quasi argentum: & elegi te in camino paupertatis. De tali dici potest illud Naum. 1. patiens magnus fortitudine.

¶Iterum sicut vas non ostenditur vacuum: propter hoc ꝙ non agitatum nec reuersum, nullam guttam expandit liquoris: nec ostendit, quid interiùs latet. Nec lignum propter hoc dicitur incombustibile: quia non comburitur igne absente: sed propter hoc quod in igne iacens, non comburitur. Ita nec propter hoc dici debet quis uacuus ab impatientia: quia non agitatus, nullū verbū odit impatientiæ. Nec igne melancolicæ incombustibilis: quia omni melancoliæ occasione amota: melancolia non inflammatur. Nec ideo dicitur insubmergibilis in aquis: quia in sicco non submergitur, sed si in aquis non submergeretur. Ita in proposito illi tantùm dicendi sunt patientes, & ab impatientia & ira insubmergibiles & incombustibiles, de quibus prophetatum fuit. Esa. 43. Cùm (inquit) transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris per ignem, non combureris: sed eris quasi salamandra in igne uiuens tribulationis. Et hoc est quod sequitur. Flamma non ardebit in te: quia tu es patiens, & multæ misericordiæ & præstabilis super malitia. Iohel. 2.

¶Item lupus ille de quo dictum est O. 6. 33. non tactus non cognoscebatur. Nec cognoscitur qualis sit sonus campanæ antequàm tangatur. In pulsatione nanque cognoscitur utrū integra fuerit, uel fracta: utrum ve sonū habeat conuenientem, ve disconuenientem. Sic etiam de uase fracto uel integro, pleno uel uacuo. Sic in proposito: quia quod est prædictis tactus: hoc est hominibus tribulatio: quia sicut prædicta percussione: Ita hominū patientia in tribulatione probatur. Et hoc est quod dicitur Roma. 5. Tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem.

¶Causa autem, quare tempore tranquillo & pacifico patiens ab impatiēte: uel uirtuosus ab inuirtuoso discerni non potest, ubi nullam habet occasionem contra uirtutem operandi, est: quia virtus & uicium interius latēt in animo: nec oculis intueri possunt corporeis: nisi per operis euidentiā, quæ quidem operis euidentia haberi non potest, nisi quando materia uel occasio est operandi: quia opus materiam, uel occasionem requirit. Quādo ergo deest operatio, per quam intuētes euidentiam interioris hominis capere deberent: non est mirum si de interioris hominis qualitate & conditione fallantur. Duo enim uidens dolia, quomodo posset iudicare quod illorum sit uacuum uel plenum solo uisu à longè? faciliter enim falli posset: quia & uacuum nō tactum, non sonat plus quàm plenum: sed tangens decipitur. Sic in proposito: qui ergo in talibus falli non vult, tempus tribulationis expectet. Sicut expectasse legitur Abbas quemdam, qui quidem ob fictam humilitatem patiens uocabatur: quem probare uolens, misit sibi vnum, qui ei improperia diceret: contra quē tantùm caput eleuauit ipsum asperè respiciendo, quod cum Abbati retulisset, iterum remisit eundem contra, quem ore aperto murmurauit. In tertio uerò signo deficiens: ipsi apertè impatientiam ostendens, maledixit. Ecce probatio ostendit eum esse uas vacuum: & multos de eo prius deceptos. Sic uacui à uirtutibus, & spiritusancto, tacti per aliquod aduersum, vel

17

Exēplū

vel per obedientiam eis contra uolũtatem iniunctã incipiunt esse quasi ranæ, quibus Ægyptus est plena: de quibus duæ in stagno maiorem strepitũ faciunt, quàm omnes pisces, uel magni lucij. Et sicut rota non vncta. Et sicut canes rustici: qui plus latrãt, quàm nobiles. In quo casu pleni uirtutibus & spiritusancto non murmurant: sed dulcia uerba ostendentes: ostendunt quale intus uinum latet defecatum: sicut patet de sancto Stephano: qui cùm esset pleniùs spiritusancto, patienter lapidantium sustinuit ictus. Tali etiã experimento frequenter dominus interrogat; iustum & impium: qui ei diuersimode respondẽt: sicut vas plenũ, quod maturius, & iucũdiùs, & vas vacuum, quod tactum asperiùs & altiùs respondet. Tali etiam experimento vsi sunt illi, qui dixerunt, uel dicere potuerunt de Christo. Sap. 2. Contumelia & tormento interrogemus eum: ut ꝓbemus patientiã illius: quæ aliter probari non potest: quia teste Bernar. sunt quidam mites dum nihil eis dicitur, vel fit, nisi pro eorum arbitrio: patebit autem quàm longè sint à mansuetudine si leuis oriatur occasio. Et sic patet illud beati Grego. 1. Dial. qualis quisq; apud se lateat, illata contumelia probat. Et idem alibi. Mens iusti ab iniustitia discernitur: ꝙ Dei laudem inter aduersa confitetur: & ꝙ aduersis non frangitur. Patet ergo, ꝙ est de patientia: sicut de arcu cęlesti: quia sicut ille tantùm in tempore apparet seu ostẽditur pluuioso. Ita patientia in tribulationem patientibus. 1. Timoth. 5.

18 ¶Ex omnibus exemplis, historijs, & auctoritatibus prædictis duo eliciuntur signa, seu experimenta, & regulæ in patientiæ, & duo patientiæ: quę omnia de uerbis colliguntur August. in expositione Psal. 108. & habentur in Decretis. 23. quæstio. 3. capit. sex differentiæ sunt. Illi nanque, qui dicto, vel facto malum pro malo reddunt, iuris ordine nõ seruato: suam hoc faciendo ostendunt impatientiam.

¶Secundò si dicto, uel facto malum pro bono reddunt: sicut hi, qui ore cõtumelias, uel opere iniurias reddũt ꝓ illo qđ ꝓ bono illorũ uel dr̃ uel impẽditur: peius suã ostẽdũt impatiẽtiã.

¶Qui uerò è conuerso non reddũt malum pro malo: dicto uel facto, bene suam ostendunt patientiam. Qui verò reddunt bonum pro malo, sicut Christus, & Stephanus, qui pro suis orabant occisoribus, perfectam ostendunt patientiam. Et de quolibet tali verificatur auctoritas: qua dicit: Qui patientior fuerit ad iniuriam: potentior constituetur in regno illo: ei mercedem reddente: pro quo patienter sustinet iniurias: patiens iniustè. 1. Petri 2. de quo dicitur Eccles. 5. Altissimus est patiens redditor: qui tantùm fecit esse de vino in hidrijs, quantum prius fuit de aqua. Io. 2. ꝙ dum pro ipso patiebatur, orabat dicens: Tu es patientia mea: in Psal. 70. Ista patientiæ signa ostendit apostolus, qui ait: Signa apostolatus mei facta sunt super vos in omni patiẽtia. 2. Cor. 12. Not. de uirtute patientiæ. Ro. 5. art. 7. per totũ.

¶Passio Christi. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Gemino declarat exẽplo; Christũ ĩ humana, nõ autẽ in diuina passũ eẽ natura.*

2 *Dicentes Deũ passũ, vel mortuũ esse, rẽ ei indignã minimè ascribunt: qa iniuria. naturæ illata humanæ in natură diuinã nequaquã redũdauit. nu. 3.*

4 *Quanam ratione in vna, non autẽ in alia parte, seu natura Christus passus fuerit; perpulchro declaratur exẽplo.*

5 *Christi passionem maximam, intolerabilemq; fuisse; tripliciter ostenditur.*

6 *Tres pulcherrimæ obiectiones vnà cum earum solutionibus cõtra præallegata, seu prætacta, apponuntur. nu. 7. 8. 9.*

10 *Tametsi Christus de potestate absoluta genus humanũ alio liberasse potuisset modo; nullus tamẽ magis cõgruus cõuenientiorq; fuit, quàm vt sic patiendo ac moriẽdo, liberaret: vt tribus tibi exemplis*

exemplis conspicuum fiet. nu. 11. 12.

13 Christum in arbore crucis, tali tẽpore, tali loco, tali ætate, interq́ue latrones mortẽ subijsse; ac alia huiusmodi passum; valde congruum fuisse, declarat num. 14. 15. 16.

17 Tria remedia contra tria mala pericula, ac damna, quæ per primorum parentum peccata incurrimus; Christi passio nobis misericorditer attulit. numero 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

25 Vt autem tot remedia, spiritualesq́ue vtilitates superiùs explicatas, ex Christi passione, seu cruce consequamur; memoria, amore, opere, ac sequela ei adhæreamus, oportet.

26 Passionis Christi virtute Dæmones quoque à nobis fugari, ac expelli, tibi inter legendum occurret.

27 Qui Christi fidem, eiusq; passionis precium nunquam receperunt; quivè fidem tantummodo nudam, non autem opera Christianorum habent; licèt Christi mortem, mortis vè precium in salutis suæ auxilium inuocẽt ore; corde tamen, & opere cùm precium illud repellant, atque contemnant; præallegatis vtilitatibus, à Christi passione emanantibus, priuantur. Cuius quidem rei quid in causa sit, pulcherrimis naturalibus, rationalibus, artiumq́ue exemplis explicatur.

28 Nonnullæ quæstiones efficacissimæ, tam ex ciuili, quàm diuina lege desumptæ, hìc connectuntur: quæ Christi passionẽ, ac mortem omnibus profuisse, ac profuturam esse, insinuant.

29 Vnica supposita distinctione; omnes p̃habitæ soluuntur quæstiones concludendo; quòd etsi Christus pro peccatoribus sanguinis sui precium dederit: non omnibus tamen, sed his tantùm, qui fidei susceptione, contritione, & confessione diaboli carcerem derelinquentes, ad propriam non inuiti redeunt patriam; profuturum, asserendum est. num. 30. 31.

32 Quali, ac quanta deuincti, obligatiq́ue simus Christo, pro nobis patienti, ac morienti, gratitudine; pulcherrimis naturalibus, ciuilibusq́ue exemplis, atq; p̃ceptis diuinis explanatur. n. 33.

34 Qui de tot beneficijs à Christo in sua passione, & morte collatis, ingrati; nec quam debens, nec quam possunt, ei gratitudinem, æquiualentiam vè referunt; latronibus, fatuis hæredibus, ingratis, peruersisq; aliquorum dominorum ministris, atq; pessimis Iudæis satis congruè similantur. numero 35. 36. 37. 38.

39 Huiusmodi autem ingratos, facinorosæque vitæ homines, qui Christum non modo non defendunt; corrigendo, castigandoq́ue peccatores: verùm (ad peius) quantum in ipsis est, malis moribus iterum torquent, ac occidunt; exhæredandos, grauissimisq; pœnis plectendos esse; ciuilis, diuinaq́ue lex, ac prophetæ simul exclamant. nume. 40.

41 Passiones Christi precium, preciiq; valor; ac seruitus, quam pro precio illo, pro nobis dato, à nobis requirit; vbertimè explicantur. num. 42. 43.

44 Crux Cristi tripliciter à nobis tollenda, amplexandaq́ue est; videlicet, sapienter, lætanter, & perseueranter: vt sic recto tramite ipsum Christum sequi queamus; ipsiusq; passionis, ac mortis, fructus vtilitatesq; asseq valeamus.

Assionis Christi, primò ostendetur modus. Secũdò magnitudo. Tertiò congruitas, seu necessitas. Quartò vtilitas, seu efficacia. Quintò, quòd ista vtilitate carent finaliter mali. Sextò, quæ ei pro nobis morienti seu patienti, exhibenda sit gratitudo. Septimò ingratorum similitudo. Octauò, quas merentur, pœnarum magnitudo. Nonò, inserenda sunt quædam themata circa tempus passionis conuenientia.

¶Quantum ad primum duo restãt declaranda. Primò nanque ostendetur, quòd modus passionis ita intelligi & determinari debet: quod dicatur & credatur passus in natura humana, & Artic. 1. 1

non

non diuina. Secundò; quòd iniuria naturæ humanæ illata, in naturam diuinam non redundabat.

¶Primum enim, quod in parte tactum est. A. 13. 16. hic exemplo ostenditur duplici. Quorum primum ostēdit: quòd Christo patiente, natura diuina non patiebatur. Secundum uerò ostendit: ꝙ Christo morienti, natura diuina non moriebatur.

Exēplū. ¶Primum patet: quia sicut arbor Sole irradiata, scinditur, radio illęso. Et homo solis lumine sibi coniuncto verberatur, patitur, & plagatur, lumine sibi copulato nihil patiente. Et sicut natura diuina in sanctis habitās: iuxta illud Psal 67. Mirabilis Deus in sanctis suis, & Deus in medio eius: cum illis tamē patientibus martyrium: impassibilis cùm sit, nihil patiebatur. Sic nec lumen diuinitatis, Christo in passione vnitum & coniunctum, cum ipso patiebatur. Licèt enim similitudo lucis increatæ & uiuētis, & lucis creatæ uitam non habentis, & lucis vnitæ Christo per identitatem personalem, & lucis exteriùs corpori copulato non teneat per omnia: tamen pro quanto ad propositum ostendendum assumitur, tenet: quia sicut lux creata ubicūque fuerit cum patiente copulata, manet impassibilis: Sic etiam lux diuinitatis increata ubicunque fuerit, & qualiscunque modo cum patiente fuerit vnita, semper manet impassibilis: tam in illa persona, in qua fuit per identitatem hypostasis: quàm etiam in alijs sanctis, in quibus fuit alijs modis.

¶Nec hoc, sed propriam admirentur & detestentur indocibilem insaniam Iudęi, & alij infideles: qui, quia frenetici sunt, rudem habentes intellectum, nobis frenesim imponunt, dicentes: nos indigna de Deo sentire: quòd uidelicet, passus & mortuus fuerit. Et (teste beato Grego. in Homel. cum audisset Ioan. in vinculis) Inde contra eum homo scandalum sumpsit: vnde ei amplius debitor fieri debuit. Nam tanto Deus ab hominibus digniùs honorandus esset, quanto pro hominibus indigna susceperat.

¶Quia si illa insensati concedere velint: quòd Deus sanctos suos conseruare posset impassibiles, quantumcunque essent vallati tormentis: immo quia hoc Iudęi concedere necesse habent: qui historiam recipiunt de tribus pueris missis in fornacem ignis: & de Daniele in lacu leonum, non passis. Et prophetiam Esa. in qua Deus sanctum suum alloquitur, dicens: Si transieris per ignem, non combureris: & flamma non ardebit te: quia ego sum dominus Deus saluator tuus. Esa. 43. Quæ maior est dementia, quàm cōcedere, ꝙ deitas posset alios, & non seipsam à passione illa conseruare: uel quàm concedere ꝙ impassibilitatis dotem, quam non solum animabus: uerum etiam corporibus post generalem resurrectionem est suis daturus, ipsam deitas non semper habuerit.

¶Quæ quidē deitas sicut fuit semper impassibilis, ita & immortalis.

¶Omnes nanque Iudęi resurrectionem credentes: & omnes Saraceni de lege Machometi, qui animas uiuere concedunt post mortem corporis, necesse habent concedere, quòd corporibus morientibus, animæ remaneant immortales: quam immortalitatem à Deo, qui illas cōdidit, necesse est quòd concedant, illas accepisse.

¶Quæ ergo maior stultitia, quàm dicere, quòd immortalitatem, quam alijs tribuit, sibijpsi negauerit, vt per mortem destrueret eum, qui mortis habebat Imperium: ut liberaret eos, qui timore mortis per totam uitā obnoxij erant. Heb. 2. quasi diceret. Stultum est dicere, quòd in illa parte illū morte destruerent, in qua mortis habebat Imperium: quo potuit alios à morte liberare. Ex prædictis ergo patet, ꝙ in vna natura fuit passus & mortuus: & in alia potens & immortalis. Et hoc est, qđ dicit Apostolus. Heb. 2. In eo enim, in quo passus ipse & tentatus,

tatus, potens est, & eos, qui tentantur, auxiliari: quia in eodē Christi supposito fuit natura, in qua patiebatur & tentabatur: & natura, in qua passus & tentatus auxiliabatur. Ideo signanter dicitur. 1. Pe. 4. Christo igitur in carne
2 passo, &c. Sed dicent, ꝙ non dicendo Deum passum, uel mortuum, uel etiā natum de muliere: rem indignā ei attribuimus: quia etiam cogitare ipsum passum: uel etiam corpori passo uel mortuo vnitum, est debitam ab eo auferre reuerentiam.

¶Quibus obuiatur per hoc ꝙ tota indignitas, vilitas, uel irreuerentia in ista parte cogitata, sicut se tenuit tunc ex parte crucifigentiū: Ita se tenet nūc ex parte sic cogitantium, quia sicut si quis puluerem, uel sordes super caput suum in sole proijciat, solē nō deturpat, uel damnificat: sed seipsum, super quē sordes cadunt. Ita facta tunc crucifigentium, & blasphemiæ nunc indignè de Deo cogitantium & loquentium, quasi supra se ad solem, scilicet, Christum proiecta, licèt ipsum tā tūc quàm nunc deturpare intenderēt, atque damnum ei inferre: tamen damnum & contemptus effectus supra seipsos cadit: licèt in Deum quantum ad illorum redundet intentionem.

3 ¶Et est de illis in hoc casu, sicut de illis, qui chartam deturpant regis, pro vtilitate illorum confectam, quod faciendo, licèt uerba dicant regi contumeliæ damnum tamen facti in ipsos redundabit. Et meritò de contentu, & factione illius uerbi imperialis de natura Dei potius nati quàm de ore ꝓlati: & in uirgine Maria scripti damnum reportabit cū dolo: frangens album prætoris: in quo aliquod edictū vel statutum publicū scriptum & in loco communi suspensum in quingētis condemnetur aureis. Sicut patet. ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. si quis, id est, in ff. ueteri. lib. 2. tit. 1. Quāto ergo maiorem pœnā qui librū illū Christū, qui fuit scriptus intus & foris. Apoca. 5. Intus iucūditate, quā habuit in quantū cōprehensor: in hoc ꝙ quo ad superiorē aīæ partem Deū comprehendebat: ipsoque fruebatur, ꝙ solius Christi fuit priuilegium: ut simul uiator esset & cōprehensor: & foris flagellis: & guttis sanguinis decurrentis: in quo sicut in alijs libris fuerunt literæ principales seu capitales quinque plagarū: & aliæ minores multis impressæ flagellis. Hūc librū legis inuenī ī domo dñi. s. in omni ecclesia. 2. Paral. 34.

¶Qui insuper ideo liber dici pōt: qa sicut, libro clauso, nescitur quid intus latet, sed aperto, intelligenti palam ostenditur. Sic in Christo clausa deitas intus latens Iudęis nō apparuit. Vnde & dixerunt. Tu homo cū sis, teipsum Deum facis. Ioan. 10. Sed ipso aperto, Cēturio aliud in eo legit dicens. Vere filius Dei erat homo iste. Mar. 15. Et sic fuit de eo sicut de speculo fracto in quo duæ apparent imagines.

¶Modus uerò qualiter esse potuit, 4
ꝙ in vna parte patiebatur & in alia nō: & ꝙ simul fuit uiator & cōprehensor: vt prædictū est, per quoddā exemplū ostenditur naturale de nube sole irradiata: de qua dicit philosophus primo cęli & mundi. c. 6. ꝙ quando lumē solis non totaliter illuminat aliquā nubem: sed quodammodo in vna parte ex hoc ꝙ nubes illa à lumine nō totaliter absorbetur, non tota apparet alba & clara, sed colorem ostendit quasi rubeum, uel purpureum. Sic quia nubem corporis Christi, qđ ideo nubes vocatur: quia sicut nubes ex purissimis colligitur maris aquis: Sic illa nubes naturæ nostræ ex purissimis partibus naturæ humanæ: ut super eam Christus requiesceret, sicut ꝓphetatū fuit, Isa. 19. Ecce ascendet super nubē leuē, & ingredietur Ægyptum, & cōmouetur simulacra Ægypti: & cor Ægypti tabescet: non totaliter à lumine glorię absorbebatur, quātum ad partem sensitiuam: quod ideo diuina prouidentia factum fuit, ut in illa pateretur: apparuit in eo color sanguinolētus & rubicūdus: quo sanguine in ipso mortuo indurato,

Exēplū.

indurato, apparuit quasi color purpureus, id est, corporis leprosi: tales nanque sanguinis guttæ super faciem uel pellem hominis induratæ faciunt ipsum quasi leprosum apparere. Sic in Christo de quo Isa. 53. Reputauimus eum quasi leprosum: tamen aliud intus latuit: sicut ex toto illo patet, capitulo. Ex quibus concluditur: ꝙ nubes sic à Sole illuminata vna pars: illa uidelicet, quæ à Sole penetratur, est florida & candida: & alia nigra & rubea, uel purpurea. Sic amicus meus candidus & rubicundus. Canti. 5. quia huiusmodi sustinet passionem. Leuit. 15.

Artic. 2. ¶Ad cuius passionis magnitudinē
5 plenius intelligendam, oportet intelligentem respectū suū ad tria dirigere.

¶Primò ad culpę quantitatem pro qua patiebatur.

2 ¶Secundò ad pœnę qualitatem, quā patiebatur.

¶Tertiò ad personæ conditionē, q̄ patiebatur. Ex quib⁹ tribus duę eliciūtur conclusiones. Quarum prima est, ꝙ passio Christi debuit esse maxima, ordine iustitiæ obseruato.

¶Secunda uerò est, quòd de facto fuit maxima, & grauissima.

¶Prima conclusio ex primo elicitur respectu.

¶Secunda ex duobus sequentibus.

¶Circa declarationem primæ conclusionis tria sunt facienda.

¶Quia primò ostenditur intentum, ꝙ uidelicet, Christi passio debuit esse maxima. Secundò objicietur. Tertiò respondebitur.

¶Primum patet, quia habendo respectum ad quantitatem delicti iustū videtur: ꝙ maximo & generalissimo delicto maxima, acerbissima, & generalissima correspondeat pœna, seu satisfactio, cùm secundùm legem Dei Deute. 25. secundùm mensuram peccati, erit & plagarum modus. Sed delictum pro quo Christus patiebatur fuit maximū: quia omnia peccata humana in se comprehendebat. Et fuit generalissimū: quia omnes homines includebat: ergo passio Christi debuit esse maxima intensiuè, & generalissima extensiuè. Et sicut delictū oīa, quæ esse deberēt mēbra Christi mystica inuoluebat: ita in oībus mēbris & partibus sui corporis naturalis ꝓ eis satisfaceret. Et sicut homo per oēs sensus deliquerat, ille qui pro hominibus satisfacere uoluit, in oībus sensibus puniretur. Hac ergo de cā sustinuit, ꝙ caput illud, cuius pulchritudo nullo termino metitur, spinis coronaret. Et ꝙ facies, quam Angeli desiderant prospicere, à Iudęis cōspueretur. Quòd etiā aures, q̄ angelorum cātum audire solebant, blasphemias audirent Iudęorū. Et pedes & manus, quę illi coniuncta erant, qui mundū operabatur, cruci affigerentur. Quòd in gustus aceto & oculi uidendo matris dolorē affligerentur: ut peccatum primorum parentum & aliorum in omnibus sensibus cōmissum, in omnibus sensibus & partib⁹ patiēdo, sanaret: & nos eius in oībus: partibus & sensibus ꝓ amore nostro uidentes dolorē, in posterū oēs sensus & partes corporis nostri à peccato pro eius amore custodiremus. Ad hunc nanque effectum oēs inuitat ad eius uidendū dolorē, dicēs: O uos oēs, qui trāsitis per uiā, attēdite, & uidete, si est dolor, sicut dolor meus. Tren. 1.

¶His obijcitur tripliciter.

¶Primò nanque uidetur ꝙ eius pœna non fuit maxima: quia uoluntas, qua pati uoluit, pœnam mitigabat: qui eīn uoluntariè patitur, non uidetur tantum pati sicut ille, qui inuitus. 6

¶Secundò uidetur, ꝙ ratio, qua dī: ꝙ maximo delicto maxima seu grauissima debeatur pœna, ꝓcedit, quādo pœna imponitur delinquenti pro peccato proprio: & non quando imponitur innocenti pro peccato alieno.

¶Tertiò nō vr̄ ꝙ semper pœna cōmensurari debeat ꝫm mensuram peccati: quia si sic persona maior ex eodē delicto grauius puniri deberet, q̄ minor: qa in illo casus est grauior: qa quanto status uel gradus altior, tanto

casus grauior: sed persona maior secundùm iura non grauiùs punitur, sicut patet. ff. id est, in ff. nouo. lib. 9. titu. de incendio ruina & naufragio. l. pedius: & l. licere. In quarum prima dicitur, ꝙ si homines liberi prædam grauem de naufragio rapiunt, per triennium relegantur, id est, ad standum in aliquo certo loco: quasi exules necessitentur: simplices uerò homines id facientes, in opus publicum tanto tempore dabuntur, serui uerò flagellis cęsi in metallum damnabuntur. In secũda uerò lege dicitur: ꝙ qui data opera in ciuitate incendium fecerint, si humiliores sint: bestijs obijci solent: si in aliquo gradu existentes id fecerint, capite puniuntur: aut certe in insulã deportantur. Deportatio autem est: quòd omnibus bonis priuatus, ibi maneat in loco, ad quem mittitur sine spe redeundi.

¶Ex his omnibus patet: quòd leges pro delicto eiusdem conditionis minùs puniunt nobiles & gradu altiores: in quibus tamẽ peccatum est grauius, quàm simplices uel populares. Super primam etiam legem dicit glo. conditionem delinquentis esse inspiciendã, vt plus minor persona, quàm maior puniatur ex eodem delicto.

7 ¶Ad primum respondetur, quòd sicut nec diuinitate, ita nec uoluntate partem sensitiuam à pœna prohibere uoluit: nec ipsam mitigare, qui uoluit ꝙ omnis pœna suæ in passione dimitteretur naturę: sicut patet per sanctum Thomam in tertia parte de Christo. q. 46. articu. 6.

¶Ad secũdum rationabile videtur, ꝙ ille, qui pro peccato alieno satisfacere uoluit: ita satisfaceret, sicut ipsimet satisfacere tenebantur: si satisfactio fuisset eis possibilis: quia, qui vult pro alio satisfacere, uel alium deobligare, ita facere debet, sicut ipse facere tenetur: aliter non uidetur ipsum deobligare. Cum ergo omnes homines ad pœnas magnas quilibet pro parte sua ex primo delicto obligabantur: rationabile uidetur, ꝙ pœna illius, qui voluit pro omnibus illis pœnam sustinere: tanta esset, quanta fuisset pœna ex omnibus pœnis, quas omnes meruerant simul in vno homine collecta. Aliter non uidetur, quemlibet hominem à pœna, quam meruit, sufficienter deobligasse. Qui enim vult centum homines à centum denarijs, in quib⁹ obligãtur, deobligare, oportet, ꝙ pro eis centum soluat denarios. Sic in proposito: qui voluit omnes à pœna, in qua pro originali peccato obligabantur, deobligare, pro omnibus pœnas sustinere & exoluere, sicut voluit, ita & decuit. Sed, qui talem pœnam ex omnibus simul collectam sustinere deberet: illam maximam, grauissimã, & acerbissimam inueniret: sic & Christus passus est ꝓ nobis. 1. Pe. 2.

¶Ad tertium respondetur, ꝙ si in prædictis legibus habeatur consideratio ad conditionem & qualitatem personarum, vniformis est pœna in nobili & populari, quantum ad lęsionem, seu grauamen, quod infert delinquẽti: licèt non quantum ad modum punitionis: in quo quidem punitionis modo & vniformitate plus punitur uel grauatur nobilis, quàm ignobilis: quia sicut plus grauatur nobilis: quàm assuetus peditare, uel ieiunare peregrinando, 10. miliare: uel ieiunando. 10. dies, quàm talibus assuetus de cẽtum. Ita plus grauatur, & maior est pœna vna relegatio vel fustigatio, quàm sit labor in opere publico ei, qui semper laborare solebat: uel triplex fustigatio ei cuius dura nutritio & onerum & laborum assuefactio durũ contra omnes reddit fustigationes. 8

¶Et est exẽplum ad hoc in alia punitione pecuniaria: uidelicet in qua uidemus, ꝙ si diuiti imponatur pœna, 10. solidorum, & pauperi pro maiori delicto pœna. 10. denariorum: uidebitur fortè ꝙ pauper pro maiori delicto minus punitur. Et tamen si habeatur consideratio ad facultatem & personarum conditionem, illa pœna, quæ videtur Exẽplũ.

detur minor, in paupere erit maior: & sic vterq; vniformiter punitur: dum pauperior in minori pecunia: & ditior in maiori, pro ęquali delicto, uel minor ĩ minori pecunia, & maior in maiori pro ęquali mulctatur delicto: sicut patet. C. lib. 3. tit. 1. de iudicijs. l. properandum. §. sinautē vtraq;: ubi habetur, ꝙ iudex in maiori dignitate constitutus, si in certo casu ibi expresso iniuriam parti fecerit. 10. libras auri soluere cogatur. Si autem iudex minor fuerit, ad tres libras auri condemnatur. Sicut ergo in hoc casu ille, qui passibilior est in pecunia. i. ꝗ plus patitur, quãdo ipsam soluere cogitur: qa pauperior est, licèt minus soluat: ęqualiter tamen, uel plus punitur. Ita ille Christus qui fuit in natura passibilior: quia naturam illam in qua patiebatur, sumpsit de tenerrima natura virginea: & quia in illa optime cõplexionatus fuit: maiorem sustinuit pœnam: licèt sicut simili pœna seruus. s. latro ĩ cruce cum domino afflictus & popularis homo similia regi passus Sap. 18.

¶In quo patet secunda conclusio, ꝙ uidelicet, passio Christi fuit maxima: quæ elicitur tam ex secũdo respectu, quàm ex tertio: id est, tam ex qualitate pœnæ patientis, quàm ex cõditione personę, quæ patiebatur. Et plus ex conditione elicitur patientis, quàm qualitate pœnæ fuit latronib⁹ hincin-
9 de suspẽsis, & multis alijs cõis. Ex quo patet: ꝙ si illæ causæ, quæ cõiter assignantur, quare passio Christi fuit omnibus alijs maior: pendentis, videlicet, corporis grauitas seu ponderositas: & pendentis, seu patiẽtis diuturnitas: qa non statim, ut alij, qui capite amputato, puniebantur, & pœnarum generalitas: quia plagatus fuit in corde & locis neruosis. s. manibus & pedibus, vbi nerui concurrunt: cum præscisione accipiantur omnem aliam causam excludendo propositum illorũ, qui illas adducunt concludere non uidentur; quia in illis pœnarum conditionibus nonnulli alij similes & pares uidẽtur.

Sed si prædictæ pœnarũ conditiones referantur ad qualitatẽ illius, qui patiebatur & cõsideretur, quomodo omnes illæ pœnarũ conditiones in subiecto concurrebant tenerrimo, & purissimo, & optime cõplexionato. quãto etiam persona illa, quæ patebatur, fuit nobilissima & dignissima: non inuenietur in dolorum pœnalitate vel passionis acerbitate ei, par, uel similis. Quanto nanque natura & conplexio patientis est delicatior & tenerior: & quanto status suus est dignior, tanto passio sua est grauior: ut de teneritudine de qua certum est, probatio dissimiletur in personæ dignitate quę patitur. Hoc satis ostenditur duobus, eadẽ patientibus, ante mentis oculos adductis in exemplum: quorũ vnus est nobilissimus, & alius simplex, quis nõ diceret, confusionem, contemptum, passionẽ, & omnia talia primo in loco publico illata esse maioris uerecũdiæ & passionis, quàm illata secundò: immo hoc in communi loquẽdi modo homines habent & utrunque passum dicant: ita tamen ꝙ passio primi maior fuit. Ita in proposito de Christo, & alio puro homine. Et sic patet, ꝙ sicut passio puri hõis ex tribus respectibus consurgit ex culpę quantitate, & culpę qualitate, & personæ dignitate. Ita ex his tribus super hominũ passiones abũdãt Christi passiones. 2. Cor. 1.

¶Quæ non solùm in prædicta pœnarum magnitudine, uerum etiam in oĩbus alijs cõditionibus & circũstãtijs maximam habuerant congruitatem. Artic. 3. 10

¶Primò nanq; ꝙ pateretur, cõgruũ fuit. Pro quo est aduertendum, ꝙ licèt de potestate absoluta genus humanũ alio modo liberasse potuisset, nullus tamen liberationis modus fuit tã cõueniens: quòd plura commoda illo modo liberationis nobis contulit.

¶Primò nãq; nobis exẽplũ cõtulit & ostẽdit iustitiæ. In hoc. n. ꝙ ille, qui fuit supra leges: ꝗ uerbo & ptãte hominẽ liberasse potuisset: aliter illũ liberare noluit, nisi ordine iustitiæ obseruato.

seruato. Ordo nanq; iustitiæ requirebat & requirit, quod delinquens per se, uel per aliũ satisfaciat, & quod aliter peccatũ à Deo nõ remittatur. Satisfacere autẽ pro peccato totius humani generis nullus poterat purus homo, quia quilibet homo purus aliquid minus est tota generis humani vniuersitate. Oportuit igitur ad hoc quod humanũ genus à cõi peccato liberaretur, quod aliquis satisfaceret, qui & homo esset, cui satisfactio cõpeteret: & aliquid supra hoĩem, vt eius meritũ sufficiens esset ad satisfaciendum pro peccato totius humani generis. Maius aũt hoĩe, quantum ad ordinẽ beatitudinis, nihil est, nisi solus Deus. Nã Angeli licèt sint superiores quantum ad cõditionem naturæ: non quantum ad ordinẽ finis: quia eodem fine & eadẽ excellentia beatificantur. Cõgruũ ergo & iustũ fuit, vt Deus homo fieret ad peccatũ humani generis tollendũ, quia de illo & de nullo alio dicere potuisset Ioannes Baptista. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Ioan.1. Nec apostolus dicens. Ro.5. quod sicut per vnius delictũ in oẽs hoĩes cõdemnationem: sic per vnius iustitiã in oẽs hoĩes in iustificationẽ. In quo iustificationis modo nobis exẽpla iustitię derelinquit: quia si ille Deus & homo, magister, & dominus noluit aliter quàm iustè circa hoĩem procedere: quanto magis homo ad hoĩem, cinis circa cinerẽ, non potestatẽ sed iustitiã cũ bonitate & misericordia mixtam exercere dẽt: ab illo exẽplũ accipiẽtes, qui dicit Ioã.13. Exemplum dedi uobis.

11 ¶Secundo nõ solũ iustitiæ, sed etiã oĩum uirtutum in hoc nobis exempla dereliquit: uidit enim, quod beatitudo virtutis est præmium: & quod ad beatitudinẽ tendentes, oportet uirtutibus disponi. Quòd insup ad uirtutes verbis & exẽplis prouocamur. Exempla autem alicuius & uerba tanto efficaciùs ad uirtutem inducunt, quanto de eo firmior habetur ueritatis & bonitatis opinio: qui docet, & exempla præbet operando: quãto nanq; ille, qui docet, certiùs vidit ea, quæ docet: tanto audiẽtes certiorem opinionem habent veritatis: plus enim creditur ei, qui uidit, quæ narrat & docet cęteris paribus: quàm ei, qui non uidit. Et quanto melior est, qui operatur: tanto eius opera certius & dignius in exemplum à posteris trahuntur: de nullo autem homine puro infallibilis opinio ueritatis haberi poterat de rebus alterius sęculi: quantum ad gaudia bonorum, & pœnas reproborum. Puro ergo homine de illis narrante est ac si natus in carcere alteri secum nato in carcere de huius mundi gaudijs & de Sole & Luna & huiusmodi narret, quæ non uidit. Cui respondebit auditor: vnde hoc nostri, quæ narras, non plus ista uidisti, quam ego: quare ergo tibi credentem? Nec etiam infallibilis opinio bonitatis: quia etiam sanctissimi viri in aliquibus defecerunt iuxta illud: Psal.115. Omnis homo mẽdax. i. ĩ aliquo à bonitatis perfectione deficiens.

¶Ex quibus patet, quod necessarium fuit homini ad hoc quod in uirtute firmaretur, quod à Deo humanato doctrinam & exempla reciperet, qui dicit: Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Ioan.14. Et quemadmodum ego passus sum, & uos patimini. Et quemadmodum ego loquebar, & docui quæ vidi, ita & vos credatis: quia quod scimus, loquimur: & quod vidimus, testamur. 1. Io.1.

¶Tertiò non solum exemplum, sed etiam causam nobis præbuit ipsum 12 super omnia diligendo per media magis congrua, quæ excogitari poterunt pro tali fine introducendo & consequendo, id est, per uisionem exteriorẽ, & imaginationẽ interiorẽ: hæc nãque duo sũt amoris causatiua. Ex hoc enim, quòd quis uidet rẽ amabilem, ad eius amorem inclinatur: quia licèt actus aliorum sensuum sint amoris prouocatiui, per uisionem tamẽ maximè incipit esse passio amoris, sicut per philosophum patet libro 9. Eth. c.14.

Ex hoc iterũ ꝙ Imaginatur psonã illã ipsum amare plus ad ipsam reciprocè amandum prouocatur. Et ubi hęc duę dispositiones, seu media concurrunt; intensus sequitur amor: prędictam verò imaginationem certius habere non potest, nisi per aliquod amoris experimentum intus. Inter amoris verò experimenta, maximum est pro amico dura pati: sicut dictũ est. A. 20. 7. Sciẽs igitur Deus, ꝙ maximè necessarium & vtile est homini ad hoc ꝙ vltimã attingat beatitudinem, Deum super omnia diligere: & ꝙ sine hoc saluari non posset & nolens sicut nec debuit ei in necessarijs deficere: vtrunque medium adhibuit: nõ vt primum amoris adhiberet medium nascendo, cõuersando, & continuè in sacramento altaris nobiscum morando. In terra visus est & cum hominibus conuersatus est. Baruch 3. Ampliùs, vt in secundo non deficeret: durissimam sustinuit mortẽ & passionem: vt non amans inexcusabilis sit: quia omnia, quæ facere debuit, vt amaretur, fecit: nihil dimittendo de contingentibus: ipso teste, qui ait. Esa. 5. Quid est, quod debui facere vineæ meæ vltrà, & non feci? Nonne pro amore tuo attrahendo hæc passus sum absque iniquitate manus meę? Iob 16. Nota A. 13. 14. Et nota, ꝙ ista ratio cum immediatè præcedenti introducta, seu deducta p media, quæ habentur. E. 6. 22. cũ sequenti: nõ solũ congruitatẽ: sed etiã quandã videntur cõcludere necessitatẽ: ꝙ Christus sic nasci & sic patui debuit: ipso teste, qui ait. Nonne si oportuit Christum pati. Luc. 24. In qua autoritate non solum passionis congruitas & vtilitas quantum ad hoc quòd
13 pateretur, describitur, sicut in tribus prædictis rationibus ostensum est: verum etiam passionis modus quo ad multas describitur circunstantias: in hoc quòd dicit [sic] id est in arbore Crucis, in tali tempore, tali loco, tali ætate, inter latrones: & sic de alijs circunstantijs.

¶Primò namque congruè uoluit in altum Crucis ascendere patibulum, ut nobis uiam ascendendi ad cęlum per pęnarum asperitatem ostenderet: & per uiam illam nos post se attraheret ad modum Aquilæ: quæ dicitur primò in arboris ramum ascendere, ut pullos suos de nido ascendere faciat: & deinde in altum montem uel aerem. Sic Christus primò ascendit in altitudinem Crucis: secundò in montem Oliueti: ac deinde supra aeris altitudinẽ ad cęlum, quasi Aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolitans. Deut. 32. vt pulli matrem & membra caput per eandem uiam, sicut necesse est, sequantur. Ad hoc enim ascendit: vt nos ascendere faceret per Crucem pęnitentiæ: & per montem Oliueti. i. per opera misericordiæ. Et sicut membra non poterunt bene per aliam viam ire, quàm per illã per quã caput præcedit. Ita nec aliqui poterunt per alias uias ad cęlum venire: quia tãtum illo modo ascendit: pandens iter ante illos. Mich. 2. Exẽplũ.

¶Ascendit inquam pãdens. i. ostendens alio modo, quàm alij homines transeuntibus viam ostendere solent: qui una manu eleuata & brachio extento iter pandunt peregrinis. Hic verò vtroque brachio extento, & manu in Cruce eleuata, uiam nobis non solum ostendit cęli ad modum Aquilę quæ utraque ala expansa viam pullis ostendit ascendenti: sed etiam de luto peccati extrahit; Et de Ergastulo Ægypti eduxit, sicut olim per os prophetæ sui promisit, dicens. Ego dominus, qui educam uos de Ergastulo Ægyptiorũ: & eruam de seruitute, ac redimam de brachio excelso, vel extenso: secundùm aliam literam, & in iudicijs magnis. Exod. 6. Iudicia magna fuerunt & sunt: reprobare Iudæos incredulos, & Christianos malos de Christi passione malè sentientes, uel nimis præsumentes & saluare credẽtes, qui in nomine Sion comprehenduntur. Esa. 1. Siõ in iudicio redimetur, supple, iusto. 14

¶Nec

¶Nec ei sufficere videbatur: vt sic in altum ascenderet: vt ab omnibus videretur: quomodo brachia extendens iter ostenderet: sed etiam altè clamauit. Laboraui (inquit) clamans: Psalm.68. vt omni excusatione postposita, ab omnibus audiretur: sicut custos uineæ: de quo habetur. C.17.13.

¶Nec sic de carcere eductos, & in via directos sic dimittere uoluit: quin eos, quantum in eo fuit, perfectè sanaret: propter quam sanitatem spiritualem perfectè in corpus suum mysticũ inducendam: omnia genera pro corpore illo sustinuit medicinæ. Nam ieiunauit & arctam dietam tenuit, ut sic excessum sanaret gulæ à primis parentibus commissæ. Sudauit, & potionem amaram bibit; & conualescentes propria carne cibauit, & sanguine potauit. Et aqua de latere fluente balneauit: & baculo crucis apodiauit, & corona spinea decorauit. Et pro totius corporis sanitate minutionem sustinuit. In cruce nanque positus, se habuit ad corpus suum misticum, sicut brachium ad corpus naturale, quia sicut brachium pro totius corporis sanitate sustinet minutionem. Ita illud brachium benedictum: de quo in Psal.76. dicitur ad Deum patrem. Redemisti in brachio tuo populũ tuum.i. primogenita: quibus cęli debetur hæreditas: quia illi soli redimuntur. Exod.34. Primogenita filiorum tuorum redimes: minutionem sustinuit totius sanguinis, qui in eo fuit & ad modũ minutorũ offam.i. spongiã ori apposuit: & acetum gustauit: & inter sepulchri tenebras se inclusit, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & perfectè sanaret, & mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum. Tit.2.

¶Secundò arborem congruè ascendit: vt, vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret: &, qui per lignum vincebat, per lignum quoque vinceretur: & vt ligno, seu potius homini per lignũ fructum innocentiæ restitueret: quod à ligno tollebatur, dicens: Quæ non rapui, tunc exoluebam: in Psal.68.

¶Tertiò idem congruè factum fuisse videtur, vt de Christo fieret, quod de re inuenta fieri deberet. Aliquando enim res inuenta in eminenti suspenditur loco; vt facilius inueniatur ab amittente. Sic congruum fuit vt Christus, quem totum ferè genus humanum amiserat, in cruce exalteretur: vt faciliter ab omnibus inueniri potuisset. Propter hęc ergo tria prædicta Deus tempus & modum annorũs passionis suæ dixit: Nunc consurgam: nunc exaltabor. Esa.33. Sequitur exaltabo ad populos signum meum.i. signum crucis. 15

¶Quę quidem exaltatio. Primo fuit valde vtilis propter effectum prouenientem: de quo ipsemet ait, Ioan.12. Si exaltatus fuero à terra: omnia trahã ad me brachia mea in cruce extensa: omnia de carcere extraham diaboli, sicut prædictum est.

¶Secundò fuit valde necessaria: quia sicut Moyses exaltauit serpentem, &c. Ioan.3. Ita oportet inquit exaltari filium hominis: ad directionem errantium: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Lucę 1. Et ad illuminationem cęcorum: sicut dicitur. Eccl.34. Exeltans animam & illuminans oculos: & supple fidei: vt, non videntes, videant. Nam & hoc videmus: ꝙ videlicet post Christi passionem certiùs & euidentiùs in diuina cognitione sunt instructi. Et hoc, quod ipse dixit. Ioan.8. Cum exaltaueritis filium hominis: tunc cognoscetis, quia ego sum.

¶Secundò congruè tali pati voluit tempore.i. feria sexta: in qua primi parentes peccantes, de Paradiso expellebantur, vt eadem die & hora redimeretur, & hæreditati suæ homo restitueretur, qua peccando illam amiserat. 16

¶Tertiò congruitas affuit loci.

¶Primò vt in medio terræ salutem corporis sui mystici operaretur, & virtutem

uirtutem ad omnes partes diffunderet: sicut cor ad omnes partes corporis naturalis virtutẽ diffundit in medio existens.

¶Secundò ut ibi moreretur: ubi mors sua maximè hostijs priùs figurabatur.

¶Quartò cõuenienti patiebatur ętate: in iuuenili, videlicet, & forti: vt doceret in iuuentute. nec in fortitudine esse confidendum; sed tunc pęnitẽtiam esse agendam, & paupertatem eligendam; & diuitias & delitias esse spernendas, quando non anxia necessitas, sed bona voluntas ea spernere facit.

¶Qua etiam de causa honorem, quem à populo Hierusalem veniens, accepit, voluntaria passione spreuit; docens, munda nos spernendos esse honores.

¶Quintò cum conuenienti patiebatur societate.i. cum latronibus: quantum ad Iudęorum intentionem, ut eorum particeps suspicaretur, sed quantum ad Dei ordinationem: ut prophetia impleretur: qua dicitur. Et cum sceleratis deputatus est. Esa.53. Et ut per latronem bonum à dextris, & malum à sinistris ostenderet: quomodo in generali Iudicio boni à dextris, & mali à sinistris sunt situandi. Sic ergo Deus qui pręnunciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic. Act.3.

Artic.4. ¶Impleuit (inquit) sic: ad nostram
17 maximam utilitatem. Circa cuius vtilitatis declarationem duo sunt ostendenda: Primò nanque ostenditur, ꝙ passio, uel mors Christi tria nobis attulit remedia & auxilia opportuna; contra tria mala pericula, seu damna, quę per primorum parentum peccata incurrimus. Secundò ostenditur, quam virtutis efficaciam crux Christi habeat, quo ad dæmones effugandos.

¶Quantum ad primum per primorum parentum præuaricationem tria incurrimus damna, atque pericula.

¶Primò nãque incurrimus periculum mortis, & æternæ damnationis. Gen.2. Quacunque enim die comederis ex eo; morte morieris.

¶Secundò nocumentum pęnæ, & exterioris tribulationis. Gen.3. Quia comedisti de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes: idcirco in sudore vultus tui vesceris pane tuo: & maledicta terra in opere tuo: spinas & tribulos germinabit tibi.

¶Tertiò experimẽtum verecundię, & interioris miseriæ, & tentationis, quod significatur in hoc, quod Deus homini improperauit. Gen.3. dicens: Quis tibi indicauit, ꝙ nudus esses? nisi quia comedisti de ligno, de quo pręceperam tibi, ne comederes.

¶Contra primum periculum Christus in Cruce moriens, nobis spirituale attulit auxilium, seu remedium: per quod mortem æternam volentes, euadere possunt. Quia fuit quondam inter genus humanum, & abyssum inferni, sicut est inter fluuium, per quem transire est necesse: per quem nec pons habetur, nec nauicula: & inter transeuntes per illum: qui cùm necessitate compulsi, transire tentauerint; præ transitus impossibilitate submerguntur: super quem tamen, si pons fiat, securus & firmus vel nauis homines qui ponti vel naui adherere voluerint trãsire poterunt absque periculo: qui verò ab his declinare voluerint, submerguntur. Sic fuit ex parte ista: quia ante mortem Christi non fuit pons attingens à ripa terræ vsque ad ripam cęli, Nec scala ad cęlum ascendens: nec nauicula illuc ducens: ideo omnes declinauerunt: sed postquam pontifex noster Christus de quo Heb.9. Assistens pontifex, &c. fecit nobis pontem crucis suæ: qui attingit à ripa mundi, vsq; ad cęlum, qui est scala Iacob, quæ in terra stans, cęlum tangit. Gen.28. Et lignum uitæ in medio. Gen.2. videlicet inter cęlum & terram, & inter duos latrones: quorum vnum volentem ad cęlum vexit. Et arca Noe, in quo fide- Exẽplũ.

se

se tenentes & operibus bonis: quasi manibus adhærentes saluantur: qui voluerunt à ponte, & naui declinare, periclitabantur: quia tu domine deiecisti eos in profundum. Exod. 15. quia demerita illorum hæc exigebāt. Sicut illorum, de quibus ibidem dicitur: quòd equum & ascensorem deiecit in mare. Qui verò voluerunt prædictis adhærere saluabantur: quia semper post illam passionem Christi & mortem in cruce, exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeuntes mare per ratem saluati sunt. Sapiē. 14. Et sic patet, ꝙ crux Christi uirtute illius, qui in ea moriebatur, ex tunc est lignum uitæ his, qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eam beatus, Prouer. 3.

18 ¶Quæ quidem auctoritas duo genera hominum à crucis eximit protectione & saluatione; Ipsam primò nō apprehēdentes, sicut infideles q nunquàm fide formata & operibus bonis ei adhęserunt. In hoc quod dicit. Qui apprehenderit eam: non apprehendentes signanter excludere volens. Ipsam secundò nō tenentes, sicut sunt recidiuantes: qui statum pęnitentiæ, quem recipiunt, citò derelinquunt, & tempore tentationis ab eo recedunt. Non istos, sed eos, qui eam tenuerint, dicit beatos, qui lauant stolas suas in sanguine Agni: quarum pars est in ligno uitæ. Apoc. vlt. quia vincenti dabo edere de ligno uitę. Apoc. 2.

¶Contra secundum periculum attulit nobis exemplum: quo uiso deberemus rationabiliter omnes pęnalitates, tędia, austeritates, & opera pęnitentiæ patienter tolerare: sicut patet tam exēplo; quàm etiam historia, & auctoritate: Exemplum enim ad hoc in his fortunis, quæ quotidie circa nos contingunt. In quibus videmus, ꝙ homo pęnas, tędia, vel paupertatem sustinēs, si viderit alios in eadem fortuna & miseria, & specialiter qui eo sunt nobiliores: & qui minus demeruerunt, quare pati deberent, ipse facilius pęnā suam sustinet, quia solatium miserorū est habere socios in pęna. Si ergo talis cogitatio pęnam mitigat: & facilius portare facit in illo, qui videt hominē purum similia secum pati: multò magis in nobis omnes pęnitētias in ieiunijs & vigilijs, & omnia tędia, & aduersitates, quæ patimur, uel pati poterimus, alleuiare deberet cogitatio de tędijs, quæ sustinuit mater Dei: videndo filium suum dilectissimum tam diu in Cruce pati & mori: & de passionib⁹ quas omnes sancti martyres sustinuerunt: & specialiter de passione & morte Christi, qui peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius: qui & ideo pęnam quam nos quotidie meremur, & quam maiorem meruimus, quàm sustinemus, in nullo meruit sed pro nobis symbolum soluit. Tali namque cogitatione bonus latro in Cruce videtur seipsum & socium ad humiliter & patienter sustinendum pęnam eis impositam prouocasse, dicens: Nos quidem iustè, nam digna factis recipimus: hic autē nihil mali fecit. Luc. 24.

Exēplū. Historia huic concordat de quodam religioso, seu heremita: de quo fertur, quasi sic: ꝙ eo cogitante, ꝙ statum & pęnitētiam inceptam dimitteret: quia dieta, seu panis suus ei qui fortè delicatè nutritus fuerat, nimis durus videbatur: apparuit ei Christus in forma, qua in Cruce pependerat, dicēs: Quotiens pęnitentiam tuam, seu panis, vel quodcunque sustines, uidetur tibi durum nimis: mollifica illud hic in latere meo, pro te aperto. Qui postea de ostensione hac cogitans, intellexit, q Christus nihil aliud dicere voluit, nisi, quodcunque sibi durum vi debeatur, si illud ad pœnam Christi compararet, vel per cogitationis actum illud ad plagas Christi apponere, leue, & voluntarium deberet videri. Et hoc rationabiliter non solum illi, sed etiam nobis omnibus videri deberet: quia ex quo ipse tanta voluntariè sustinuit pro peccatis, quæ non fecit: Iustum videtur, q nos pęnitentias nobis in confessione impo-

impositas, uel aliter contingentes; uoluntariè sustineamus ꝓ peccatis, quæ fecimus. Sic ergo patet, ꝙ cõuertendo propositionem habitã. Hiere. 11. Mittamus lignum in panem eius: & dicẽdo, mittamus panem in lignum eius: pęnitẽtia, quæ prius uidebatur dura, & intolerabilis, & cõtra uoluntatem, erit leuis & voluntaria. Quod pulchrè significatũ est: Exo. 15. p aquas amaras, quas, ligno imposito, populus quasi dulces bibebat: quas tñ prius bibere nõ poterat. Sic in ꝓposito. Et hoc est quod dicitur. Eccl. 38. Altissimus de terra creauit medicinã. Sequitur Nonne ligno indulcorata est aqua? Nota. P. 7. 41.

20 ¶Cõtra tertiũ periculum: ille qui in Cruce moriebatur: nascendo, conuersando, & moriendo fecit, ostẽdit, & dedit nobis librũ, speculũ, & scutũ, in qbus possunt, qui uolunt, faciẽda legere: mundanda tergere: nociua repellere.

¶Primò in libro isto, de quo Matt. 1. Liber generationis Iesu Christi: possumus clarè legere, & videre quæ sunt facienda, & quę fugienda.

Exẽplũ. ¶Exemplũ ad hoc fertur: quasi per istum modum de duobus fratribus vel socijs: quorum vnus erat literatus: & alius laicus ad statũ religionis, seu pęnitẽtiæ simul uenientibus: quorũ clericus primò anno ꝓpter austeritatẽ ibi inuentã de exitu tentatus, cũ socio suo tentationẽ suam ostenderet, ipse optimis uerbis & exẽplis eum in statu suo solidauit. Requisitus ergo à clerico: vbi talia didicisset, cùm literas nesciret? Respõdit se librum habere, in quo omnia bona, quæ sciuit, didicerat: desiderantem clericum librum suum videre ad imaginem duxit crucifixi, dicens: Eccce liber meus.

¶Et cõgruè imaginẽ crucifixi librũ dixit. Nã idẽ dicunt iura ecclesię: ꝙ videlicet imagines, & picturę sunt libri, & scripturę laicorũ, de cõse. di. 3. p latũ. Inter quos ditior, pulchrior, & expressior liber est, nõ solũ imago, sed etiam tota Christi natiuitas, actio, cõuersatio, mors, & resurrectio: & quęcunq; in eo vel de eo ostẽduntur, uel legunt. Cuius causa est, seu ratio, qa sicut in pulcherrimis libris inueniũtur tria genera literarum: quędã nanque sunt aureæ: q̃dam rubeę: quędã nigræ. Sic in Christo, q fuit liber scriptus intus & foris: sicut patet suprà eo. c. 3. inueniuntur literæ aureæ, rubeę, & nigræ.

¶Primę literę in Christo fuerũt virtutes, quas interiùs habuit: & opera, q̃ exteriùs exercuit, qa oĩa fuerunt mũdissima, tanquã aurũ mundũ. Apoc. 21. Ex qbus fuit scriptus intus uirtutib9, & exteriùs operibus. Literę rubeę fuerũt pęnæ, plagæ, & paupertates, quas sustinuit. Literę nigrę sunt iudicia dura: q̃ semper exercuit, ꝓmisit, & opere impleuit cõtra peccatores eos in nigro inferni ponendo puteo. Ita ꝙ prima lectio cõsurgit ex virtutibus & operibus, quæ fecit. secunda ex his, q̃ sustinuit. Tertia ex his, quæ infligit & iudicat.

¶Primę enĩ literæ cõponunt & faciũt lectionẽ munditiæ & sobrietatis. Secundę pęnitentiæ & paupertatis lectionẽ faciũt, q̃ oĩbus patet intuẽtibus: tã ei9 pęnitẽtia, & paupertas: qa à natiuitate eius inceperũt, qñ pãnis exilibus inuolutus, in ꝓsepio ponebatur: & eo semper manserunt nã semper pauper erat & mẽdicus, & ipsum ad sepulchrũ duxerunt: in quo syndone sibi intuitu pietatis data ponebatur, quia suum, in quo poni poterat, non habebat.

¶Tertię uerò lectionem faciunt iu- 21
stitię & ęquitatis, Psal. 118. Cognoui dominè quia equitas iudicia tua.

¶Talibus ergo literis & lectionibus est scriptus hic liber mãdatorum Dei. Baruch 4. Post quẽ & ad cuius exẽplar oportet nos libros aĩarum seu cõscientiarũ nostrarũ, de quibus patet. L. 4. per totũ, cõscribere & corrigere aliter nõ suscipient ad armariolũ, seu librariã. i. gloriã cęli, quia qñ post mortẽ iudiciũ sedit, & libri aperti sũt. Dan. 7. nulli libri ibi recipient, nisi ad exẽplar ꝓdicti libri scripti uel correcti. oportet ergo videre qd prima lectio docet, & diligẽter illam in animabus nostris scribere.

¶Prima

¶Prima (vt dictum eſt) docet omnes mundiciam tam interius in cordibus, quàm exteriùs in omnibus ſenſibus & operibus: quod nihil ſit interius vel exterius immunditiæ, vel luxuriæ, ſicut nec fuit in libro Chriſti vel gulæ. Et ſi aliquid tale inuentum fuerit: ſtatim fac ſecundùm exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Exod. 25. Et corrige librũ: & hoc neceſſarium eſt ad hoc, vt liber tuus recipiatur: quia non intrabit in illam faciens abominationem, mendacium, & immundiciã. Apoc. 21. Oportet ergo ad hoc, vt recipiatur, ꝙ liber noſter concordet cum libro Dei: & ꝙ idem ſcribatur in vtroque ſicut patet. C. 7. 17. cum ſequentibus. & L. 3. 5.

¶Quod ſi dixeris ꝙ non poteris ſequi mundiciam iſtius pulcherrimi libri Chriſti: hoc non eſt aliud dicere: quàm ꝙ ſequi vis turpem diaboli doctrinam, & librum, quem qui ſequitur, ad eum in morte recipietur: quia ſicut libri ſcripti & correcti ad exemplar Chriſti in morte ad ſuum recipiendi ſunt armariolum: ut ſemper cum eo ſint in gaudio: Ita alij recipiendi ſunt ad armariolum inferni: vt ſemper cum diabolo ſint in igne: qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Matth. 25. Vtinam ergo guloſi & luxurioſi hæc ſaperent, & in libro iſto intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. Deut. 32. quia ſi hoc facerent, meliùs tentationibus reſiſterent.

42 ¶Secunda uero lectio docet paupertatem: quod nihil habeamus de alieno: ſiue per uiam rapinæ, uſuræ, falſæ mercedis, iniuſtæ acquiſitionis: ſiue per nos, ſiue per anteceſſores noſtros, ſiue per uiam mutui: ſiue quacunque alia uia: quia ſi in morte quando libri aperientur. Apocal. 20. inuenta fuerint in libris noſtris talia recepta, ſeu debita non ſoluta: de quibus ſufficientes non habuerint acquietantias ab illis, à quibus accepta erant, in quibus debebantur: ponet eos in carcere inferni: donec reddant nouiſſimum quadrantem. Matth. 18. Et etiam v. quod nunquam fieri poteſt: quia nullum quadrantem ſecum portant. Et ideo non eſt mirum, ſi nulla ſit in inferno redemptio: dum potes ergo librum tuum corrige. Et ſicut ille, qui librum corrigit, literas ſuperfluas aufert. Ita tu ſuperflua aufer à te, & reſtitue illis, quibus debentur.

¶Tertia lectio omnem docet nos habere timorem: ut ſi amore Dei peccata nolumus fugere, nec bene viuere: ſaltem hoc faciamus timore iudiciorum eius, dicentes. A iudicijs tuis timui, in Pſal. 118.

¶Iſtis ergo lectionibus informatus: fac quod dicitur. Eſa. 8. Sume tibi librum grandem, & ſcribe, id eſt, Chriſtum cogitando: & eius imaginem videndo, aſſume, & ſcribe in anima tua, ſicut eſt ibi ſcriptum. Et ſi aliter ſcriptum inuenis: fac quod facit, qui falſitatem inuenit in libro: faciendo ibi Crucem contritionis, confeſſionis, & ſatisfactionis, ut corrigatur, quia ad hoc tibi librum hunc dedit & oſtẽdit.
Et non ſolum librum hunc tibi hac de 43
cauſa dedit: ſed etiam tibi oſtendit natiuitatem, totam vitam, & mortem ſuã quaſi ſpeculum ſine macula. Sapien. 7. vt ſi librum legere neſcias: ſaltem ſpeculum uideas, & fac hoc quo ad animam: quod alij uidentes ſpeculum faciunt quãtum ad faciem, & totius corporis, & capitis apparatum. Se nanque ſpeculantes & defectum in ſpeculo videndo, deprehendentes in ſeipſis: illũ ſtatim tergunt: & ſe ſpeculi pulchritudini, quantũ poſſunt, conformare nituntur. Ita in propoſito uos uidentes hoc ſpeculum, in quo nõ fuit immunditia, nec infidelitas, nec cupiditas, nec aliqua mãdatorum Dei tranſgreſſio: ſi aliquod tale vitium in vobis inueneritis, animas veſtras maculans: illud tergite, & conformamini illi ſpeculo, quantum poteſtis: Apoſtolo obedientes, qui ait: Hoc ſentite in vobis, quod in Chriſto Ieſu. Phil. 2. ſicut patet. C. 14. 10.

¶Et utinam omnes ita diligenter istud speculum respicerent ad maximam vtilitatem & animarum suarum munditiam & salutem: sicut faciunt alia specula, quæ in cameris suis iacēt, vel pēdent ad corporis munditiam & vanitatem: & aliquotiēs ad animarum suarum perditionem.

24 ¶Animabus sic per libri huius, & speculi inspectionem & directionem, scriptis, mundatis, & correctis: scutum dedit suæ Crucis, & baculum suæ lanceæ ipsum penetrantis: per quæ miles Christi (sicut milites mundi per scutū à corporalibus) à spiritualibus se defendere possint periculis. Et omnes canes illo baculo propulsare infernales ipsorum euadere læsiones: quod bene ostenditur per exemplum illius abbatis: de quo habetur. C. 17. 25. & per exemplum Philomenæ, ibidem 26. Et per exemplum quo prædicta confirmantur de illis qui pericula euaserunt vermium venenosorum, serpētem respiciendo æneum, super palum altum eleuatum. Num. 21.

¶Ergo contra omnia spiritualia pericula sume tibi lignum. Ezech. 37. quia lignum habet spem. Iob 14. quia illud tenentibus, eique figentibus & adhærentibus, fideque & moribus ipsum sequentibus, spem confert salutis. Nec miretur quis, ꝙ Crux seu imago, uel statua Saluatoris tot remedia (sicut prædictum est) uel tantam ad illam fugitanti conferre possit salutem: quia si statua Imperatoris potest saluare ad ipsam fugientem, sicut patet. C. lib. 1. tit. de statuis imaginibus. l. qui ad statuas. Non ratione, qua lignum est, uel lapis: sed quia imago est imperatoris ad ipsius & patris sui honorem & memoriam erecta: quid mirum est, ꝙ lignum illud benedictum, de quo Sapien. 14. Benedictum lignum per quod fit iustitia. In quo non solum sculpta fuit imago Saluatoris: sed in quo ipsemet Dei Patris similitudo pēdens: ipsum sanguine suo dedicauit: salutem nostram in eo operando, & iusta iudicia exercendo: hanc habeat uirtutem, ut ei adhærentes, saluari poterunt: non ratione qua lignum est vel lapis: sed ratione similitudinis & significationis in eo pendentis, & sanguinem suum in eo effundētis. Quod enim illa ratione hanc habeat efficaciam, per miraculum patet de imagine crucifixi in Syria: de qua habetur. C. 17. 19. Ex quo patet, ꝙ nec statua Imperatoris, nec omne lignum paradisi est similatum ei. Ezech. 31. Exēplū.

¶Sed ad hoc ꝙ tot conferat remedia & spirituales vtilitates, oportet ꝙ memoria, amore, opere, & sequela, ei adhęreamus: & in omni necessitate & tentatione ad illam fugiamus. Exemplum ad hoc accipientes præsentis parabolę: de quodam hęrede magnæ hęreditatis per cuiusdam tyranni malitiam exhæredato: cui quidam amicus compatiens, tantum circa hæreditatē suam recuperandam, eique restituendam laborauit; ꝙ à fautoribus & ministris prædicti tyranni occisus fuit: intantum tamē processus processerat, ꝙ statim post mortem istius amici hęres ad hæreditatem suam integrè fuit restitutus: hæres amico mortuo gratus uestes & arma sanguine aspersa, in camera sua posuit: ut iugem mortui haberet memoriam. Dictus vero tyrannus dolens, ꝙ hæres sic hæreditati suæ restitutus fuisset: & statum suum recuperasset: per se & suos illum multis modis decipere nitebatur, ut hæreditatem suam venderet, uel commutaret, uel alio modo alienaret, qui quotiens de hoc requirebatur, nihil sollicitabatur, antequàm responderet, ad cameram currens, & sanguinem gratū & charum pro hęreditate sua redimēdæ effusum respiciens: respōdit se nolle hæreditatem tanta morte & precio redemptam, quocunque modo vendere, uel alienare. 25 Exēplū.

¶Ad literam applicatio patet. Nam hæres regni cęlestis genus fuit humanum: tyrannus diabolus, amicus de quo habetur. A. 21. per totū Christus

per

per cuius mortem & sanguinem effusum hæreditatem illam recuperamus. sicut patet. X 1.2. Signa uerò uestium sanguine aspersarum, in quibus occisus fuit: sicut in omni ponuntur ecclesia, ubi imago inuenitur crucifixi. Sic etiam in omni camera habenda sunt cordis. Et quotiens diabolus per se, vel suos nititur nos de hæreditate illa iterum decipere: ut pro breui delectatione vel parua cupiditate illam vendamus: ad illa signa in camera cordis recurramus, & uideamus quali precio semel perdita, iterum recuperata fuit, dicentes Deo: Redimisti nos in sanguine tuo. Apoc. 5. Procul sit à nobis: vt tam faciliter hęreditatē illam amittamus, uel uēdamus: quo excogitatio, tentatoribus respondeatis sicut respondisse legitur August. dicens: Postquàm intellexi me Christi sanguine redemptum, nolui me uenalem exhibere.

26 ¶Ad talem enim memoriam nos hortatur Petrus, dicens: Non estis redempti corruptibilibus auro, uel argento: sed precioso sanguine Agni immaculati: de uana uestra conuersatione. 1. Petri 1.

¶Cuius uirtute nō tantū tria ꝑdicta remedia nobis dantur: sed etiā dęmones à nobis fugantur. Sicut enim in Ægypto, ubi hostia domorū Hebręorum fuerunt signata, sanguine agni, nullus Angelus bonus, uel malus intrare potuit ad nocendum: sicut patet. Exod. 12. Ita nec ubi sanguis istius Agni nostros custodit sensus: & in reuerentia custoditur. Quod primò patet per hoc, ꝙ fertur de quodam, quòd cum dęmon ei de nocte frequenter tędia inferret, & multum uexaret: à quodam doctus, ad lectum uadens: illum ex omni parte Christi Passione signauit, & muniuit, dicens: Per uirtutem sanguinis Christi præcipio, quod non transeas terminum istum: cui cū dæmon de nocte more solito veniret: & ex omni parte tentaret, nec præualuisset, si intrare posset, dixit: hic totum sanguis est. Sicut ergo nobiles Exēplū.

& castrorū custodes in parietibus suis iuxta hostia, scuta, lanceas, & baculos, & huiusmodi, & specialiter tempore belli uel timoris, pendent, ut indigentes ad illa currant, & hostes repellant. Ita nos arma passionis Christi in corde, amore, & memoria pendamus: & in necessitate, & tentatione ad illa currentes, tentatores & spirituales inimicos repellamus. Exemplo Sancti Eadmundi archiepiscopi: in cuius uita legitur, quòd diabolus eius semel fortiter tenuit brachium, ne Crucis signū faceret. Cùm verò se signare vellet manu sinistra; illam etiam tenuit, ne ipsum cum signo Crucis viuificę ab eo fugaret. At sanctus ex toto confidens in domino: Christi passionem cum preciosi sanguinis sui effusione ad memoriam reducens collisum cum magno sonitu in terram diabolum arripuit: & adiurans per sanguinem Christi fugauit: Christo igitur in carne passo & uos eadem cogitatione armamini. 1. Petri 4. Exemplo cuiusdam alterius, qui à diabolo frequenter uexatus, se (vt fertur) liberare non potuit: antequam à quodam religioso doctus, cum eum uenientem uideret, diceret: Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, &c. Phil. 2. Vide de ista materia. C. 17. 21. per omnia ista prædicta patet, quòd utile lignum est. Esa. 10. Exēplū. Exēplū.

¶Et tamen istis utilitatibus, & quātum ad tria prætacta remedia, & quātum ad dæmonum fugam, carent mali: qui ad Christi passionem non recurrunt: nec bonis merentur operibus, ꝙ per illam inuentur: qui, licèt ore Dei inuocent mortem, mortis vt precium in salutis suæ auxilium: tamen corde, & opere precium illud repellunt: & contemnunt: de quibus conqueritur in Psalm. dicens: Precium meum cogitauerunt repellere. Et cito post. Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Quæ quidem precij repulsio de duobus generibus intelligitur hominum: de illis, uidelicet, Artic. 5. 27

qui

qui fidem, & precium passionis Christi nunquam receperunt: & de illis, qui fidem quidem nudam habent: sed opera non habent Christianorum, quorum nullus Christi sanguine saluatur: sicut in parte ostensum est. D. 1. 22.

¶Ad cuius ostẽsionis declarationẽ, tria sunt facienda. Primò nãque causa ostendetur, quare tales, q gratis seipsos perdere uolunt, Christi morte non saluantur. Secundò rõnes audiẽdę sunt, q huic uidentur contrariare sententię. Et tertiò eisdẽ respondebitur argumẽtis.

¶Quantũ ad primũ, causa prædicti effectus satis in opere ostẽditur, tã naturę, q̃ artis. In opere nãq; naturę philosophicũ est, ꝙ ad effectũ naturalẽ ꝓducendũ duplex requiritur causa: vna vniuersalis: alia particularis. Hoc est ex. ij. patet Physicorũ: in quo habet, ꝙ homo generat hoĩem, & sol; tanquàm vniuersalis & particularis: quarum una deficiente, altera à tali deficiet effectu: quia nec homo sine uirtute uniuersali corporũ cęlestiũ: nec corpora cęlestia sine homine hominẽ ꝓducunt in esse naturæ. Sicut ergo ad hominis ꝓductionẽ naturalẽ duę concurrunt causæ de necessitate: Ita congruũ, immo necessariũ ex diuina est ordinatione, ꝙ ad hominis spiritualẽ ꝓpaginationem in esse grę duæ cõcurrãt causę: Deus. s. causa vniuersalis virtutẽ influẽs, & homo particularis causa coadiuuãs. Sicut nãque philosophus causam particularẽ tanquã necessariã vniuersali copulat, dicẽs: homo generat hominẽ & sol: Ita Apostolus in generatione spirituali causam particularẽ vniuersali cõiungit, dicens: Dei enim adiutores sumus. 1. Cor. 3. Cui exẽplo seu rationi naturali exẽplũ concordat artis, in qua videmus, ꝙ Medicus, seu Cirurgicus nũquam infirmum, uel plagarum sanat: qui gratis seipsum vult perimere. Nec solum in his naturæ & artis exemplis prædictis hoc clarũ est: sed etiã cuiuscunque naturæ uel artis exemplũ has duas de necessitate requirunt causas, quia in omni re, quã seminãt, vel plãtant, uel quæ de terra ad hoĩs utilitatẽ expectatur, ut cõmuniter hominis requirit labor, vel sollicitudo. Ita etiã in omni arte. Qui ergo in omni natura & arte laborẽ suum apponere uolunt: & se ad hoc necessitatos fatentur: quare fateri se nolunt necessitatos ad hoc, ꝙ saluti ꝓpriæ cooperentur? & qui nec garbã de terra habere possunt sine labore vel sollicitudine, nec corporis salutẽ, quare præsumunt regnum & salutem se posse cõsequi in cęlo sine ꝓprio adiutorio? Tales enim, qui in peccatis uiuẽtes, opinantur Christi mortem eis sufficere: reprehendit Apostolus, dicens: Nunquid Christus peccati minister est? absit. Gal. 2.

Exẽplũ. Exẽplũ.

28 ¶Sed huic sententiæ multis obijciũtur & obijcere possũt argumẽtis, sumptis & male intellectis: tã ex lege Dei, quã ex lege ciuili. Ex lege nãque Dei argumentũ assumere possunt. 2. Cor. 5. vbi habetur, ꝙ Christus pro omnibus mortuus est. Et 1. Pet. 3. Christus pro peccatis nostris mortuus est. Et, quicunque inuocauerit, nomen domini, saluus erit. Rom. 10. Et sic omnis Israel saluus fiet. Rom. 11. Et vult omnes homines saluos fieri. in fra ad Timoth. 2. Cui etiam sacræ Scripturæ concordat figura Num. 35. Vbi omnibus ꝓfugis in morte summi Pontificis licẽtia datur ad propria redeundi. Et propinquus poterit hæreditatem ab alijs venditam redimere. Leuit. 25.

¶Cui etiam lex concordare uidetur ciuilis. in ff. veteri. lib. 8. ti. quemadmodum seruitutes amittantur. l. si communem. Ad cuius legis declarationẽ ponatur, ꝙ duo seruitutem habeant indiuisibilem per fundũ alicuius transeundi, vel aquã ducendi uel alicuius alterius seruitutis, uno illorum minoris existente ætatis, in qua habilitas non est seruitute sua uti, quia pupillus est. Alius propter defectum vsus seruitutẽ suam amittit, quo facto cum ad maiorem venerit ætatẽ, ius suũ pupillo obtinente, alius etiam qui ius suũ amiserat ratione societatis, ad ius ser-

uirtutis illius restituetur: & ius suum reintegrabit ei. Super qua lege notant legistæ: quantum bona ualeat societas. Sic in ꝓposito: & patet. Huic etiã proposito concordare uidetur lex Dei & mundi in vna rõne copulatæ. Ex utraque nãque lege, defuncto patre: hęreditas debetur filijs: & defuncto seniore fratre, seu primogenito sine hærede de corpore suo: hęreditas fratri vel fratribus deuoluitur iunioribus. Sed Christũ oẽs Christiani ꝓ patre uendicant, dicẽtes: Pater noster, qui es in cę. Matt. 6. Ipse est etiam primogenitus in multis fratribus ẜm Apostolum. Rom. 8. Ergo ipso defuncto: & in Cruce pro filijs & fratribus moriente, omnibus Christianis debetur hęreditas Omnesq; ꝓfugi & exules: ad ꝓpriã in morte tã supremi Pontificis redibunt ciuitatẽ. Et ratione tã connexę & amicabilis societatis ius, quod per ꝓpriã perdiderãt culpam, cęlestis obtinebunt hæreditatis. Iterum utriusque legis continet iustitia: ꝙ emptor uel redemptor rem habeat emptam vel redẽptam: sed Deus ad omnem hominem loquitur, dicẽs. Redemi te. Esa. 44. ergo &c.

29 ¶Antequam ad responsionẽ istarum allegationũ ꝓcedatur: in speciali vnũ huic proposito necessarium, est supponendũ, & aduertendũ: ꝙ videlicet lex, generaliter & indistinctè loquẽs: quãdoque habet tacitam cõditionẽ annexam, sicut patet expresse. ff. de seruitutibus l. si cui. i. in ff. veteri. lib. 8. tit. 1. sub eo, qui sequitur tenore. Si cui simplici vsu via p fundũ cuiuspiã cõcedatur vel relinquatur, in infinito p quamlibet, videlicet, eius partem ire agere licebit ciuili modo: nã quędã in sermone tacitè excipiũtur: nõ enim p villã ipsam. glo. 1. domum. Sequitur nec p medias vineas ire agere sinendus est. Et infrà. vnde constiterit, vt contra primũ viam direxisset glo. in certa parte fundi: sequitur, eadem via ire agere deberet: nec amplius mutandæ eius potestatẽ habeat. Ex qua lege patet: ꝙ concesso, vel licentia seu priuilegium alicui in generali indultum: tacitã habet conditionẽ annexam: ꝙ videlicet, iustè & curialiter illo vtatur ẜm rationabilem interpretationem intentionis priuilegiãtis: quia dicit regula iuris in vj. ꝙ in cõcessione generali nõ ueniunt, quæ in speciali non esset uerisimiliter concessurus. Vide leges cõcordantes. O. 1. 13. Nec est contra legem prædictã lex alia. ff. de publiciana. l. de precio. i. in ff. veteri. tit. 2. l. prædictis. lib. 6. Licèt primo aspectu cõtraria videtur: quia vult, ꝙ sententia seu lex ꝑtoris indistinctè loquẽs, indistinctè intelligatur, quia ibidem glo. multis argumentis hinc inde adductis, descindit, & veritatẽ ostendit, dicens: ꝙ ubi lex est, q̃ generaliter loquitur: nec est alia specialis, q̃ de materia illa loquatur: tunc lex indistinctè loquens, indistinctè intelligi debet. Si verò sit specialis, quæ in aliquo plus dicit quàm generalis: tunc quod omissum est à lege generali, nõ est omittẽdum à lege speciali: quia & lex illa specialis fuit quasi tacita conditio in lege generali intellecta: quam secum accipere deberet, qui generali lege vti vellet.

¶Applicãdo verò ista in speciali ad singula argumenta, planior habetur solutio. Nã quãdo primò dicitur: ꝙ Christus pro omnibus mortuus fuit: verum est. Et ꝙ illa morte ius acquisitum sit omnibus Christianis: immo omnibus profugis, ꝙ ad propriã redire poterunt ciuitatem, seu hęreditatem, & uitam æternam fatendum est: sicut in morte summi Pontificis: quia testamentũ in morte confirmatũ est. Heb. 9. Sed quia ius istud generale est: & illius legis specialis tacitam includit cõditionẽ: qua dicitur. Matth. 19. Si vis ad vitã ingredi, serua mandata: oportet, ꝙ qui vult illo generali vti iure, conditionem illã secum accipiat. Alioquin ius generale sibi minimè esse nouerit ualiturum. 30

¶Et ista conditione obseruata, cuicunque autoritas, seu lex ualet generalis, qua dicitur: Quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit.

Et de omni Israel saluatione. Et quod vult omnes homines saluos fieri. Et de bonæ societatis utilitate: & de hæreditatis successione: qua conditione non stante ius ei non valebit generale: sicut nec lex testamenti seu legati: conditione non stante, quæ ad eius requiritur repletionem, de qua habetur. D. 8. 6.

31 Amplius ad argumentum de re empta respondetur: concedendum est: ꝙ res empta, res efficitur emptoris, vt de illa faciat, quod statui suo congruit: & remunerandam & honorandam honoret: & incarcerandam & puniendam; puniet: sicut ostensum est. D. 1. 16.

¶Et prætera posito, ꝙ per mortem Christi nostra redempta sit hæreditas: ut inter primogenitos, quibus principaliter debetur hęreditas: nec computemur: dubium non est, quin sicut ad hæreditatem dispositus terrenam possit illam refutare, uel adeptam vendere. Ita in proposito quantumcunque omnes homines per mortē Christi sint ad hęreditatem dispositi cęlestem: possunt tam precium datum, quàm hæreditatem emptam refutare: sicut infideles: uel adeptam uēdere: & sic illa finaliter carere: vt Esau, qui propter unam escam vēdidit primogenita sua. Scitote enim, quoniam & postea cupiens hęreditatem & benedictionem reprobatus est Heb. 12. quantuncunque enim rex aliquis, uel dominus pro hæreditate militis uel serui sui, quæ in alieno dominio detenta fuerat, decertasset, & illā obtinuisset: nihilominus seruus ille seu miles posset postea hæreditatem illam non adire, uel aditam relinquere. Sic in proposito.

¶Et quantumcunque ꝑ incarceratis in carcere Soldani uel alterius tyranni: sufficiens mittatur solutio, ut ad sua redeant, poterunt aliter subterfugere, ne ad sua redeant, si uoluerint. Sic in proposito. Cum ergo Christus pro peccatoribus, precium sanguinis sui dederit: si quæras quibus peccatoribus illud precium proderit: dic ꝙ illis, qui fidei susceptione, & contritione, & confessione carcerem derelinquunt diaboli: & uuluntariè ad propriam redeunt patriam: sicut socij passionis Christi. 2. Cor. 1.

¶Cui in quanta simus obligati gratitudine, exempla primò docent naturalia. Secundò iura ciuilia. Et tertiò præcepta diuina: exēpla enim ad hoc plura sunt. G. 4. art. 1. De quodam etiam leone ad hoc habetur exemplum: de quo fertur, ꝙ quendam ad deuorationem bestiarum ab Imperatore iudicatum inuadere noluit, quia priùs in deserto de pede eius spinam extraxerat. Cuius facti possibilitas perfectum ostēditur simile: de quo in uita legitur sancti Hierony. doctoris. Ab huiusmodi bestiæ gratitudine multum deuiāt illi, pro quibus Christus fecit ipsos creando, omnia membra dādo: perditos redimendo, & gubernando: & tamen ipsum iuramentis uilipendunt: & alijs peccatis contemnunt. Et potiùs cani famelico, quàm illi subueniunt: sicut patet. E. 5. 50. & 49. Secundò idem docent iura ciuilia: primò, quia ex hoc ꝙ libertus tenetur patrono suo, qui eum de seruo fecit liberum in gratitudinis obsequijs & reuerentijs, sicut patet. ff. de obsequio à liberto patrono debito. i. infortiato. tit. prædicto per totum: patet, quòd nos multū tenemur Christo, quia ipse in delectatione sua & in indulgentia sua redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos. Esa. 43. Et manumisit. i. de seruis libertos fecit: vt adoptionem filiorū Dei reciperemus. Gal 3. Sed heu, dolendum est, de hoc: quod in prædicta auctoritate sequitur. Esa. Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt & afflixerunt Spiritum sanctum eius. Contra legem, quæ docet, ꝙ nos deberemus patris nostri defuncti iniurias propulsare & uindicare. ff. de iniur. l. 1. §. quotiens. i. in. ff. nouo. lib. 9. Contra quam legem multum faciunt, qui Deo dupliciter patri in esse videlicet naturæ, & gratiæ defuncto factas peccantium & iurantium non vindicant iniurias. Tertiò idem prę-

Artic. 6. 32 Exēplū.

33

ceptum docet diuinum. Exod.20. de patre & matre honorandis: quibus nõ solum reuerentia, sed etiam necessaria sunt administranda. Sicut ibidem magister exponit historiæ scolasticç: ꝙ si necessariò tenendum sit patri carnali: magis tenendum esse uidetur quantũ ad ipsum Deum: quia ipse est pater tuus, qui fecit, & creauit te. Deuter.32. Et, cum perditus esses, emit te sanguine suo.

¶Sed, heu, est in hoc casu de Deo sicut de illo, qui emit vuardam vel maritagium, alicuius discoli pro filio vel filia sua: & totum precium perdit: quia ille, quem emit, stultus est, vel ille pro quo emit, ingratus est. Sic illi, de quibus dicitur. 2.Pet.2. ꝙ eum, qui emit eos, Deum negant.

Artic.7. ¶Et tales primò conditionem & si-
34 militudinem habent latronũ: de quibus in cõmuni dicitur ꝓuerbio: ꝙ nũquam eos diligẽt, qui illos à patibulo, quod meruerant, liberant. Ita nec isti Deum: sed tamen ꝙ liberati à suspendio, quod meruerunt per falsos homines: illis postmodũ ingrati & damnosi existant: tolerabilius & iustius est: quia hoc cõmuniter accidit, ꝙ mali ꝓ malis mala reddant: Sed illi liberati mali sunt: ideo mirum esse nõ debet, ꝙ malis, qui malè faciunt, ipsos liberando,

Exẽplũ. mala reddant. Et utinam omnes eis sic redderent: sicut narratur de quodã sic liberato: qui postmodũ reuoluta mundi fortuna, cum liberator suus ad suspendium iudicaretur: & nullum in promptu inuenire possent, qui eũ suspendere vellet: priùs p eum liberatus ad supplendum illum defectum se obtulit paratum. Vtinam ex vtraque parte eadem fortuna cõtingeret liberatoribus illis: de quibus dictum est. I.13. 14. & liberatis: quæ si hic non contingat, in alio sçculo contingere poterit: quando eis ministrabitur, sicut illi, de quo habetur. A.12.54. Illi nanque, quos hic in peccatis supportant: ibi parati erunt ad eos torquendum propter magnum quod inter se habebũt odiũ, sed omnino cõtra rõnem & iustitiã est, ꝙ contra Deum liberatorẽ inimicitias exerceant: quia ipse ꝓpter eorũ liberationẽ iustè & benè certamen passionis sustinuit. Heb.10.

¶Secundò fatuis assimilantur hære- 35
dibus, qui ꝓ leui precio dant, quod pater illorũ charè emit. Vnde imponitur cuidã tali, ꝙ post mortẽ patris, qui sapiens reputabatur: illũ stultũ dixerit, quia stultè hæreditatẽ sibi derelictam Exẽplũ.
uendens: uix tertiã partẽ ꝓ illa habere potuit precij, quod pater ꝓ illa dedit. Ita isti aĩas suas & regnũ cçlorũ & hæreditatẽ patriæ cçlestis, quã Deus ꝓ illis charè emit, ꝓ paruo uendunt delectationis, uel cupiditatis ꝑcio, de quibus in Psal.105. Pro nihilo habuerunt terram desiderabilẽ, & tolerantiã earũdem passionũ, supple, Christi. 2.Cor.2.

¶Tertiò ingratis & peruersis aliquo- 36
rum dominorũ assimilãtur ministris: qui ideo ingrati dicuntur, quia quãdo sciunt, ꝙ dñs illorũ eos multũ diligit, & nõ faciliter eorũ caret seruitio: magis sunt in his, quæ facere deberẽt, negligentes: & minus curant ipsum offendere: ideo peruersi sunt: quia qñ potentẽ habent dñm, in cuius potẽtia, & protectione multum confidunt, audaciores sunt ad verberãdũ, occidendũ, & quæq; mala perpetrãdum: ita ꝙ primorum ingratitudo facit eos bona eis facta negligere: & bona facere omittere: secundorum audacia facit eos mala perpetrare. Sic in proposito, quidam nanque audientes & intelligẽtes, quãtũ Deus illos dilexit, & diligit, quãq; charè illos redemit: intantũ in sua cõfidunt bonitate, ꝙ de ꝓpria salute fiũt negligentes, dicentes: Deus non charè redemit: ergo non vult nos perdere, & quia diu patienter expectat, ne eos puniat, minus ipsum curant offendere: sicut patet. M.9. artic.9. per totum. Quos reprehendit Apostolus, dicẽs: diuitias bonitatis illius & patientiç & longanimitatis cõtemnis. Rom.2. Quorum 37
quanta sit ingratitudo, quia maximis Dei nõ recordãtur beneficijs. Psal. cõ-

memorat

memorat dicens. Psal.77. Non sunt recordati manus eius die qua redemit eos de manu tribulantis.

¶Quartò pessimis assimilantur Iudæis. Primò, quia sicut minoribus & simplicioribus Iudæis in die palmarum exeuntibus ad Christum honorãdum, maiores quomodo eum morti traderent, tractauerunt. Ita nunc dum fideles & simplices Christum honorare cupientes: uadunt ad ecclesiam, ad missam, ad sermones: vt discant qualiter Christum honorare debeant: maiores, ditiores & falsiores; quos Apostolus inimicos Crucis Christi uocat. Phil.3. in tabernis asissis: mercationibus & falsitatibus: ea quæ Christo aduersantur, tractant. Iterum crucifigẽtes filium Dei. Heb.6. Secundò, quia sicut tunc illi, qui primò Christum honorauerunt. citò post ea vidẽtes maiores suos contra illum conuersos, cum illis contra Christum clamauerunt. Nã Ioan.19. dicitur, ꝙ omnes clamauerunt: crucifige, crucifige eum. Ita nunc contra conscientiam & Deum & ueritatem inferiores superiorum in omnibus periurijs, falsitatibus, & huiusmodi sequuntur uoluntates & ministri dominos suos. Et, qui priùs fuerunt simplices, & multas pęnitentias, & huiusmodi ad Christi honorẽ sustinuerunt: citò post cõtra Christum surgunt: quibus dicit Apostolus. Gal.3. Tanta passi
38 estis sine causa. Tertiò, quia sicut illi Iudęi citò contra Christum agere inceperunt, & bene continuauerunt, quia circa mediam noctem ipsum acceperunt usque ad mortem eius, nec mane, nec hora prima, uel quacunque alia ei pepercerunt. Ita falsi Christiani re, qui nomine se bonos Christianos confitentur, ab hora, qua primò excitãtur somno: usque iterum dormiant, nunquam Christum persequi desistunt. Ab hora nanque, qua uigilare inceperunt: quilibet illorũ cõcepit dolorem, & de mane surgẽs peperit iniquitatem, quia ex quo euigilãt, accidiosus quomodo carnẽ nutriat. Gulosus, quomodo uentrem impleat. Cupidus, quomodo bona acquirat non habita, uel habita custodiat. Superbus, quomodo magnum nomẽ & uanã gloriam acquirat. Iracundus, seu inuidus, quomodo se uindicet, & sic de alijs, cogitare nõ cessant, quæ omnia de crastino si poterũt opere ostẽdunt: & sic dum iterũ omni tẽpore noctis & diei quo uigilãt, causas interãt, quare Christus crucifixus fuit: quantum in eis est, ipsum iterato crucifigunt, quibus põt dici illud. Act.4. Vos crucifixistis, quẽ Deus suscitauit. Quãdo ergo Deus illos iustè ad ignẽ ęternum iudicabit, qui illũ primò crucifixerunt, quare etiã tunc istos ad easdem condemnabit pęnas, qui illũ nũc suscitatũ, quantũ in eis est, crucifigũt. Si dicere uelint, ꝙ ꝓ eis mortuus est, ideo non condemnabuntur: istud nõ ualet, quia Christus ꝓ omnibus mortuus est. 2. Cor. 5. tã ꝓ illis, quàm ꝓ nobis. Sed illis non ualet, qui fidem non habent, nec istis quia fidem mortuã i. sine operibus habent. Sed istorũ plus augebit pęnã, quia iniuria à ꝓprijs facta, & à sibi iuratis plus grauat: peius nanque est post dñium alicuius agnitum cõtra eũ puersè agere, quàm ante: & grauius talẽ Deus punit culpã, sicut ostẽsum est. D.1.21. Cui cõcordat Christi sententia. Lu.12. Seruus (inquit) qui scit voluntatem domini sui, & non facit: plagis uapulabit multis.

¶In qua auctoritate vt de pęna illorũ tẽporali, quã frequẽter patiunt̃, taceã: pęna illorũ exprimit̃ æterna: quam sic moriẽtes, nunquã euadunt. In hoc ꝙ dicit [plagis vapulabit multis]. i. ęternis: tam Christũ iterum malis moribus torquens & occidens quantũ in eo est: q̃ etiã non defendens. Quod etiã dñm suũ, uel patrẽ, uel patronũ occidentes, exhęredantur, & pęnis grauissimis puniũtur, tota lex oñdit, & ꝓphetę. Hoc ẽt in spãli patet p iura ciuilia. ff. ad Sylleianum. i. in infortiato. lib. 6. ti. de legiscõsulto Sylleiano p totũ. In qua patet, ꝙ hæres nõ uindicans mortẽ pdecessoris sui, hęreditate priuabitur, sicut Artic. 8. 39

prædictum est.C.17.12. Pro cuius etiã morte impuberes,q̃ p̃sentes erãt,& nõ fecerũt,qđ in eis erat mortẽ pr̃is , dñi, vel patroni,defendẽdo,clamãdo,accusando, uel statim cũ ꝓdesse poterunt : veritatẽ recognoscendo: exhæredãtur: sicut patet ibidem l.1.§ impuberes.

¶Supra qua lege Sylleiana casus ponitur : quòd ad mortem plagatus, hæredem instituit occisoris filiũ: & quæritur vtrum plus astringatur,vt vinculo legis ciuilis mortem prædecessoris sui in patrẽ ꝓprium uindicet: vel vinculo legis naturæ, ut ei tanquàm patri parcat . Non obstante ꝙ aliqui iuristæ cõtrarium dicant:uidetur quod in casu posito: uinculũ iuris ciuilis fortius sit. Cuius ratio est : quia in hoc casu lex de patre puniẽdo,vbi potestas patrem puniẽdi ꝓpter patris cõmittitur delictũ , non est tñ lex ciuilis; sed est lex Christi: qui dicit. Luc.14. *Si quis uenit ad me,& nõ odit patrẽ suũ,& matrẽ suã , & fratrẽ suum: nõ põt meus esse discipulus.* Fateor enĩ , ꝙ ubi lex naturæ & ciuilis cõtra se altrinsecè tñ diuidunt: ꝙ uinculũ legis naturæ est fortius Sed vbi lex ciuilis confirmatur & corroboratur lege iustitiæ , rationis , & legis euangelicę:ratione tot ligamentorum fortior efficitur.

¶Ex quo patet,ꝙ si pater,uel quiscũque ꝓpinquus contra Deũ delinquat: cuius amoris legis & p̃cepti uinculum tam uinculo legis naturæ, quàm etiam ciuilis fortius est : qa ei tenemur rõne qua pater est,in utraque natura:tã corporali quàm spirituali: & dñs & patronus,quod omnes tenẽtur iniuriã Deo, etiã à patre factã , pro possę vindicare: & qui nõ fecerit, hæreditate patris Dei

40 per legẽ p̃dictã priuabitur. Totũ istud. confirmatur p legem,& p̃ceptum Dei. Deut.13. vbi Deus præcepit:ꝙ si frater, aut uxor, aut filius, aut amicus specialis persuaderet : aliquẽ ad cultum idolorum; non occultaret eum : sed conuictum,aut confessum populus obrueret lapidibus : & ille, cui persuaserat, primus poneret manũ suam super eũ.

Ex quo elicitur, ꝙ propter nullum naturæ , uel amicitiæ uinculum est iniurianti Deo parcẽdum : nec ꝓpter quãcũque causam,qui vult hęres esse Dei, parcere debet, quin mortem patris sui Christi uindicet,puniendo, corripiendo, & modis, quibus potest illos emẽdando,qui patrem suum Christum iterum,quantũ in eis est : vtpote occasionem dant damni & mortis: iterũ occidunt, seu crucifigunt : quod si non fecerint,sed si fugerint: hæreditatem cęlestem amittunt: non tñ per legẽ p̃dictam,sed etiã per legẽ aliã in autẽtica, quibus modis feudũ amittatur.Coll.10. cap.1.cum sequentibus: vbi habetur:ꝙ vasallus feudũ amittit,si in prælio mortali fugiens,dominũ suum dereliquit, & propter alias ingratitudines.

¶Ex quibus omnibus ostenditur, ꝙ sic puniuntur , qui Deũ in his bellis,q̃ contra eũ quotidie fiunt: non defendunt peccatores corrigendo,& castigãdo: in qua castigatione uel reprehensione nullus excusatur : quia si dicat: ego pauper fui , & simplex: & ille magnus erat: cui resistere non potui. Contra eum erit prędicta lex de impubere: quia ad minus facere debuit quod potuit : quantò grauiori pęna puniendi sunt: qui contra ipsum in personis ꝓprijs pugnant peruersè, cõtra eius pręcepta viuendo : vt de istis in comparatione ad priores uerificetur , & dicatur illud.Heb.10. quãtò magis putatis deteriora supplicia mereri : qui filiũ Dei cõculcauerit,& sanguinem testamenti pollutũ duxerit in quo sanctificatus est.

¶Ab illo, qui per proprium sanguinem introiuit semel in sancta sanctorum.Heb.9.quod ideo dominica legitur in passione:quia circa illud tempus aggrauauerunt Iudæi p̃sequi Christũ ꝓpter resuscitationem Lazari : q̃ circa illud tẽpus facta fuisse creditur . Cuius persecutionem , seu passionẽ Apostolus in uerbis propositis tangens : tria nobis ostendit. Primò precium præcipuæ pietatis. ibi. [sanguinem.] *Secundò* priuilegium primariæ potesta- Artic.9. 41

tis [introiuit] per passionem & mortem Christi siue primaria potestas data cęlum intrandi. Tertiò pręconium perpetuę puritatis [sancta.]

¶De quo precio & precij ualore loquitur propheta, dicens: Tu quoque in sanguine testaméti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Zach.9. De seruitio verò, quod ꝑ illo precio ꝓ nobis dato à nobis requirit: loquitur Chryso. quasi in persona Dei: super illud. Matth.24. Tunc apparebit signum filijs hominis in cęlo. Ecce (inquit) precium sanguinis mei: quem ꝓ redemptione dedi animarum uestrarũ: vbi est seruitus uestra, quam mihi pro precio sanguinis mei debetis. Ego super gloriam meam uos habui, cum Deus essem, apparens homo: & uiliorem me omnibus rebus vestris fecistis.
42 Hos tanquam ingratissimos reprehēdit Ber. dicens. Tu es homo, & habes sertum de floribus: & ego Deus, & habeo spineam coronam. Cōsiderent, & caueant choreatrices, & alij uani: qui huiusmodi ad uanitatem portant: cōtra quos ulterius Deũ adducit loquentem & dicentem. Tu chirothecas habes in manibus, & ego clauos. Tu tripudias cum pedibus: & ego laboraui. Tu in choreis brachia extēdis in modum Crucis ad uanum gaudium: & ego in Cruce ad opprobrium. Tu habes latus apertum in signum vanę gloriæ: & ego latus habui effossum ad pęnam. Qua uanitate multum utuntur modò, qui aperturas habent: & super tunicalibus suis ferè ab humero vsque ad crura, ut interiores ostēdant curiositates circa cingulum & corporis facturam. Christus latus aperuit ad multorum redemptionem & saluationem: & ipsi latus aperiunt ad lasciuię & carnalitatis prouocationem, & intuentium perditionem. Horum ingratitudinem primo recitat Aug. & secundo iudicium illud profert in persona Dei: in quodam sermone loquens, quem loquelam qui audiunt diligenter excogitent, quomodo in iudicio Deo respondere poterunt, dicenti: Ego (inquit) uos formaui, & ĩ paradiso posui, & postquàm illum perdideras, misertus tui, carnem assumpsi: & in terra propter te multa sustinui. Alapas, sputa, dura uerba, duriora uerbera: ostēdite nunc quid passi estis pro me: immo econuerso potiùs secuti estis diabolũ. Contempsistis lucem: possidete tenebras: amastis mortem: secuti estis diabolum. Ite cum illo in ignem æternum; quem, qui vult euadere, tollat Crucem suam, & sequatur me. Matt.16. id est, ipsum, qui in Cruce pependit: sicut de illo prophetatum fuit. Esa.22. Figam (inquit) illum paxillum in loco fideli: & erit in solium gloriæ domui patris sui: & suspēdam super eum omnem gloriam domus patris eius. Illi enim Christo paxillum Crucis fixerũt in loco fideli. i. in Hierusalem, quondam fidelis existens. Esa.1. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis? Cui in 43
die Palmarum: sicut illa Dei scalone Ionathæ summo sacerdoti de quibus dicitur: ꝙ occurrerunt ei de ciuitate honorificè. 1. Mach.11. cum ramis occurrerunt palmarum: illud implentes ꝓceptum, quo dicitur. Sumetis ramos ligni. Leuit.23. Cum quibus processionem Deo obuiando, faciatis spiritualem: quemadmodum ipsi tunc fecerũt corporalem. Ipsi nanque obuiando Christo, ramos lignorum acceperant in manibus ipsos portantes: & nos ramos & brachia ligni Crucis. i. exēpla, Crux.
& commoda, & uirtutes: de quibus dictum est supra. c. cap. artic.4. Accipiamus in cordibus cum ramis etiam in manibus ipsos deuotione & affectione gestantes: & Christo sic obuiantes. Et rationabiliter quidem, quia si regibus terrenis aduenientibus processiones faciunt sui subditi: & specialiter illi, qui gratia illius indigent, qui quanto plus eo indigent, tantò plus eis placere nituntur uenientibus. Circa quorum aduentum est aduertendum: quòd pauperibus eis obuiantibus per eleemosynarios suos eleemosynam dare

consueuerunt. Sic in proposito: cum rege cęli multum indigeamus: de cuius aduentu in die legitur palmarũ, cum deuotione tanta ei occurramus: quanta eius gratia indigemus: quod si fecerimus: sperandum est, ꝙ nobis pauperibus gratiæ eleemosynã, & nobis peccatoribus remissionis misericordiam largietur. Cum tali ergo deuotione & oratione non solum cor-
44 poraliter, sed etiam spiritualiter, sumetis ramos, &c. id est, ramos ligni Crucis sicut Christus docet. Luc. 9.
Sequi. dicens. Tollat Crucem suam, & sequatur me; tripliciter: sapienter, lętanter, & perseueranter. Primò sapienter, sicut carcerem euadens mundi: & ad ecclesiam fugiens, & terram periurans cum Cruce in manu. In quo casu sicut nullus ad carcerem rediret mundi: Ita nullus ad carcerem redeat diaboli. Et hoc à maiori ratione, quia si nollet ad carcerem redire, vbi corpus affligeretur: à fortiori ratione non deberet ad carcerem redire: vbi finaliter, tã corpus perditur, quàm anima, & Deũ plus offendit, quàm unquam prius offenderat. Immo modo suo
Exẽplũ. Deum deridet. Precio enim ex parte regis ad aliquem incarceratum inter Saracenos pro redemptione sua misso: si noluerit cum nuncijs redire, uel de carcere exire: vel postquàm exerit, citò post redierit: & precium datum gratis amittit: nonne mittẽtem precium deridere videtur, & multum offendere? Sicut ergo de carcere fugiens, qui nullo modo ad carcerem redire vellet, nõ expectat libẽter in dominio illius domini carceris, quia si apertè ibi expectat, uidetur uelle iterum capi & reduci: nec in loco, uel sacietate, ubi capi posset. Ita fugiens, & redemptus per Christi mortem de carcere diaboli, in loco uidelicet suspecto, nec in societate mala, nec cum personis illis habitet, uel loquatur, cum quibus priùs peccauit: uel quorum occasione uel attractu priùs peccauit, quia si fecerit: videtur velle iterum capi gratis: & talem mors Christi non saluat, quia nõ est Christo dignus, ipso Christo teste, qui ait: Matth. 10. Qui non accipit Crucem suam, & sequitur me: non est me dignus. Nota. R. 2. 12.

¶Ad hoc ergo, quòd Crux Christi & mors Christi vos eductos de peccati mansione & carcere, protegant: necesse, ut pręcepto obediatis Angelico: qui Loth eductum de loco & societate peccati, id est, de Sodoma ire: & uos in significatione, docuit, dicens: Noli respicere post tergum: nec stes in omni circa regione: sed in monte saluum te fac: ne tu simul pereas. Gen. 19. Sic nec uos moremini in omni regione, uel dominio diaboli: vbi per concupiscentias, iterum uos faciliter attachiare & ad carcerem reducere poteris: sed fugite cum illis, qui carnem suam crucifixerunt cum uicijs, & concupiscentijs. Gal. 5. id est, cum omnibus concupiscentiarum occasionibus.

¶Secundò tollat Crucem suam exẽ- 45
plo Christi lætanter & gaudenter. Si enim Christus, qui sciuit bene, quòd debuit in Hierusalem mori: ut de illo verificetur illud, Psal. 103. Sol cognouit occasum suum: sic lætanter sustinuit Crucis pęnalitates pro peccatis, quæ non fecit, quantò nos lætanter pati debemus spiritualis Crucis asperitatis: id est, pęnitentias nobis iniunctas: inter quas est maxima: ut deinceps peccata non iteremus: pro peccatis, quæ fecimus, vt pęnas quas meruimus, uitemus æternas.

¶Triplici igitur exẽplo uidere possumus, quòd hanc spiritualem Crucem gaudenter tollere & perseueranter tenere deberemus. Primò exemplum ad hoc habemus de obsesso ab inimicis: qui libenter inuenit, & tollit arma, uel baculum, vel aliquid, quo se defendat. Ita nos hoc lignum Crucis Christi in fide, & Crucis spiritualis in opere: quo ab omnibus nos defendere possumus periculis: sicut ostensum est, supra eo. cap. artic. 4.

Sic

Sic ergo Christianus armabitur ferro & ligno 2. Reg. 23 per Crucem interficiens inimicitias. Ephe. 2.

46 ¶Secundum exemplum est ad hoc de peregrino lassato, & in ardoribus vexato: qui gaudenter inuenit arborem, sub cuius vmbra requiescere, & de cuius fructu comedere possit: Sic prius uexati in diuersis diaboli operibus, & igne peccati, qui est ignis infernalis, inflammati: multum nunc gaudere deberent, quod inuenerunt arborem crucis spiritualis, id est, pœnitentiæ, sub quo à prædictis laboribus requiescere possunt, si uoluerint, & quandiu voluerint: & de cuius fructu hic per gratiam, & in futuro per gloriam refici possunt, qui uoluerint. Istud namq; est lignum: de quo Apo. 22. Ex utraq; parte fluminis lignum afferens fructus. Si enim flumen accipiatur pro aquis, quæ supra firmamentum sunt: iuxta illud Dan. 3. Benedicite aquæ omnes quæ super cęlos sunt domino: tunc planum est, quod istud lignum ex utraque parte, id est, ex parte inferiori, fructus gratiæ: & ex parte superiori fructus afferat gloriæ. Qui uerò adhuc in laboribus & ardoribus laborat, & sordescit peccati: festinet, ut ad arborem istam citiùs ueniat. Talibus nanque dici potest illud Gen. 18. Lauentur pedes uestri, & requiescite sub arbore: ponamque bucellam panis, & confortetur cor uestrum. Lauentur (inquit) pedes uestri, id est, affectiones & uoluntates per contritionem & confessionem: & requiescite sub arbore pœnitentiæ: ut positis dignè sumere bucellam panis communionis: quā vobis sic uincentibus promittit, dicēs. Vincenti dabo edere de ligno uitæ. Apo. 2. Dicat ergo, & ore impleat quilibet uestrum illud. Cant. 7. Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Bellatores enim priùs ascendūt, vt uincant, sicut ostensum est. A. 25. 6. qui post uictoriam prædam capiunt. Sic nos ut apprehendamus fructus illos. Gal. 5. Fructus enim spiritus est, charitas, gaudium, pax, uincentibus datus ab illo, qui uenit omnia in ipsum pacificans per sanguinem Crucis eius. Col. 1.

¶Tertium exemplum ad hoc est de Christo & de omnibus sanctis: & specialiter de sancto Paulo, qui dicit. Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce domini nostri Iesu Christi. Gal. 6.

¶Tertio tollat Crucem suam perseueranter exemplo Christi, & Pauli, & sanctorum: qui Crucem spiritualem vsque ad mortem portauerunt. Ad quod faciendum exempla nos docent bannitorum, seu illorum, qui pro maleficijs suis ad ecclesias confugiūt: qui Crucem accipiētes in manibus, iurāt, se directam uelle tenere uiam: usque quo extra terram ueniant. Post quos aliquotiens persuasores & attractores sequuntur: qui blanditijs, seductionibus, & milis eos extra viam ducere nituntur. Quibus extra uiam ductis, illorum amputātur capita. Ideo qui inter eos astutiam bonam habent: nec blanditijs emolliuntur: nec terroribus flectuntur. Sic in proposito: cum omnibus uiribus suis post fugientes de carcere: & post periurantes terram suā diabolus insequitur: & multos post eos mittit: quibus ipsemet insequens, delitias & lucra ostendit, dicens: adhuc ad consimilia redi delectationes, & lucra. quia iuuenis es: & multos te iuuare oportet: sicut euasisti hoc anno: sic euades sequenti, Deus misericors est. 47

¶Vt etiam eos ad hoc alliciat, exercitum suum mittit: qui signis, uerbis, factis, nonnullos ad diabolum nituntur reducere: aliqui chorearum blanditijs: aliqui uerborum fallacijs: aliqui minis. Contra quos omnes Christianus Christi exemplo tollat Crucem suam quotidie. Luc. 9. Nota themata quomodo peccata nostra portauit super lignum. P. 5. 11. Filius enim regis mortuus est. 2. Reg. 18. Nota quomodo Christus nos liberauit X. 1. 11. cum sequentibus.

¶Paupertas. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 Paupertatẽ trigeminã eẽ.s.necessariã; voluntariã;ac fictã,nõ te lateat.n.2.

3 Quàm plurima Christi, eiusq; discipulorũ, atq; philosophorũ exẽpla nos ad volũtariã sectandam paupertatẽ inclinare, admodumq; monere deberẽt.

4 Paupertatis voluntariæ,ac veræ triplex est vtilitas;vna ante mortẽ; alia in morte; tertia post mortem.

Ante mortem triplicem suo professori,ac possessori confert vtilitatem. Primò temporalis commoditatis, vt per ciuilem, diuinamq; legem facile patet.

5 Secundò, interioris iucunditatis: quæ ex his tribus, scilicet, ex minori solicitudine; ex bonorum operum multitudine;exq; maiori securitate consurgere declaratur.num.6.

7 Tertiò,speratæ vbertatis:quæ ex his itidem tribus,nempe, ex communis amicitiæ & curialitatis; ex diuinæ prouidentiæ & paternitatis; exq; promissi infallibilis veritatis elicitur rõnibus.

8 Pauperes tametsi multos malos in hac vita ducãt dies,quãplurimisq; afficiãtur incõmodis; ob id nihilominus vera nunquã fugiẽda est paupertas.n.9.10.

11 In mortis transitu voluntaria paupertas trigeminam vtilitatem, ac consolationem ipsi pauperi confert; vnam, quia ad primam vadit:aliam,quia per viam eò properat breuiorem:tertiam, quia illuc proficiscens, minorem dabit compotum.num.12.

13 Post mortis demum transitum triplicẽ itidem commoditatem perfecta paupertas suo confert possessori. Perfectè.n.pauper in cælo plus honorabitur.

14 Plus præmiabitur.num.15.

Ampliusq; ditabitur:vt declarat.n.33

16 Ceu in hac vita ad tria homines eliguntur,scilicet, ad bellum;ad ordines; ad Imperium: ita hac eadem triplici electione Sancti eliguntur;vtputa;ad bellum spirituale; ad ordinem sanctum; ad æternum Imperium.n.17.

18 Inter mundi, ac Dei electiones magna intercedit differentia; mundus enim in electione sæpe; Deus verò nũquàm frustratur : quod pulcherrima sane ratione, quotidiano fulcita experimento approbatur. num. 19.20.21.

22 Cuiuscunque religionis firmissimum fundamentum voluntaria censenda est paupertas:quam qui nec ostendũt, nec possident; haud verè religiosi existimandi sunt. Vbi quàmplurima cõtra religiosos, ac viros ecclesiasticos; qui etiam interiùs, etiam exteriùs se vanos ostendunt, nullã præ se ferẽtes paupertatis similitudinẽ.n.23.24.25.

26 Religiosi, ecclesiasticique viri; qui abiecta penitusque neglecta paupertate, equos conscendunt; nauisque sese totos expensibus dedunt; plurimorum in causa esse malorũ, declarantur: ex hoc enim sequitur primò in temporalibus maior status illorum depauperatio; personarum diminutio; domorum destructio.num.27.28.29.

30 Secundò,personarum minor honoratio. Tertiò,ordinis mutatio.

31 Et si alicuius Ordinis Patronus sit bonus,ac paupertatis fundamentum firmissimum: paupertatẽ tamen, aliosq; mores parui facientes; nec per loci, vel Patroni custodientur sanctitatem; nec in tali firmitate, & fortitudine confidere possint:sed totum ruat, necessum est.num.32.

33 Voluntariè pauper magis magisque in Cælo ditabitur.

34 Vera,volũtariaq; paupertas, vltra pfactas vtilitates, amplectẽda,tenẽda, ac multùm diligẽda et est; quia Christus illam approbauit; dedicauit; admodumque honorauit. Non verecũdũ itaq; est;qn honorificũ, ꝙ aliquis paupertatis profiteatur statum; vt pulcherrimè explanat.nu.35.36.37.

38 Necessaria paupertas à pauperibus patienter ferenda; à diuitibus autem charitatiuè subleuanda est.

39 Cur pauperes, ac de quibus iuuandi sint : item non iuuantes qua pœna afficiantur, omnia in huius capitis peroratione explicãtur.n.40.41.

Pau-

Aupertatis.

Primò ostendit distinctio. Secundò voluntariæ paupertatis exempla. Tertiò vtilitas ante mortem. Quartò in morte. Quintò, post mortem. Sextò, quòd est diligenter amplectenda: & feruenter diligenda. Septimò, quòd inuoluntaria, seu necessaria est patienter toleráda: & charitatiuè supportáda.

Artic. 1.

¶ Quantum ad primum: paupertatum, quædam est necessaria, quædam voluntaria, quædam ficta. Primam rerum defectus. Secundam Dei causat affectus. Tertiam uerba palliant, sed facta ostendunt.

¶ Prima est rerũ: alia spiritus: tertia in utrisq; fingitur: & ĩ neutro inuenit.

¶ De habente primam paupertatem scribitur. Prouerb 14. Etiam proximo suo pauper odiosus erit. Et prou. 15. Oẽs dies pauperis mali. Et 18. Cũ obsecrationibus loquitur pauper. Et 19. Fratres hminis pauperis oderũt eum. De hac materia uide P. 7. 46.

¶ De secunda scribitur Ecclesia. 11. Paupertas & honestas à Deo sunt. Et prouerb. 13. Est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit. Et 19. Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua: quàm diues, torquens labia sua, & insipiens. Et Matth. 5. Beati pauperes spiritu. Et 2. Cor. 8. Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum.

¶ De tertia scribitur. Ecclesia. 13. Nequissima paupertas in ore impij. De illam uerò habentibus scribit primò sapiens. Proueb. 13. dicens: Qui autem pauper est, increpationem nõ sustinet. Secundò de eisdem beatus scribit Bernard. dicesn: Videmus (inquit) aliquos pauperes, qui si ueram haberent paupertatem, adeo pusillanimes in ea inuenirentur, ut reges. Sed hi sunt, qui pauperes esse volunt, eo tamen pacto, vt nihil eis desit. Et sic diligunt paupertatem, ut nullã prorsus inopiã patiantur: sed sẽper in festis & delitijs esse cupiẽtes.

¶ Idẽ de eisdẽ in quodã loquitur libello: quẽ contra Cluniacenses edidit: qui à nõnullis apologia vocatur, dicẽs. Quid (inqt) nobis ꝓdest in nostro victu parcitas, & asperitas in uestitu, ac diuersitas in opere manuum: in ieiunijs & uigilijs iugis exercitatio: vt quid mortificamur tota die: ęstimati sumus sicut oues occisionis. Nõne inueniebatur via tolerabilior ad internum, si ita necesse erat, vt illuc descenderemus? Cur saltem illam, qua multi incedunt, uiam: scilicet latam non eligimus: quatenus vel de gaudio & non de luctu ad luctum transiremus: cum illis uidelicet: qui abundantes in sęculo obtinuerunt diuitias. Væ portantibus crucem, non sicut saluator, sed sicut ille Cireneus alienam. Væ citharedis citharizantibus non sicut illi in Apo. in citharis suis: sed verè vt hypocritæ in alienis. Væ semel & væ iterum portantibus crucẽ Christi: & non sequentibus Christum. Duplici quippe contritione conterentur: quando & hic pro temporali gloria temporaliter se affligunt: & in futuro ꝓ interna gloria, seu superbia, ad ęterna supplicia pertrahuntur. Sequũtur Christũ ĩ paupertate, sed nõ in gloria: lugent, sed nõ consolabuntur: & meritò: quid. n. superbia sub pãnis humilitatis Iesu? Nunquid nõ hẽt quo se palliet humana malicia, nisi fuerit inuoluta saluatoris infantia? intra præsepiũ dñi arrogantia se coarctat. Nos. n. Petri formã tenemus: ad dñm vocando per huius maris loca ꝓfunda cęteri nauigio quieto vecti ueniũt. Cum (inquit) audiuit, quia dominus est: misit se in mare, &c. Hæc ille.

¶ Quæ quidẽ auctoritas ꝓ tanto est ad ꝓpositum: quia dicit, ꝙ sequuntur Christũ in paupertate: sed nõ in gloria: qa non in uera sed in ficta Christũ sequuntur paupertate. Illi. n. verã habẽt paupertatẽ: de quibus Aug. de uerbis

bis dñi. Hi (inquit) sunt pauperes spiritu, qui qñ aliquid boni faciunt, Deũ laudant: qñ aliquid mali, se accusant: q̃ quidem paupertas spiritus copulata cũ paupertate rerum perfectior inuenitur: quia & Christus interroganti quomodo perfectus esse posset? Respõdit: Si uis perfect⁹ esse, uade, & uẽde, q̃ habes, & da pauperibus. Matt. 19.

Artic. 2. 3 ¶Ad quã paupertatem habendã, sectandã, & diligẽdã, primò uirorũ memorabiliũ exẽpla nos inclinant: non solũ Christi & Discipulorũ, sed etiam Philosophorũ: quorũ exẽpla nos multùm mouere deberent, quia primi inter Christianos: secundi inter gentiles erant sapientiores: qui oẽs q̃stionẽ dubiã pro vna paupertatis determinauerunt: non solum verbo, sed etiã opere.

Exẽplũ. ¶Sicut patet primò per hoc, qđ scribit Tullius de Socrate: qui ad studium vadens, magnum põdus auri in mari proiecit: ne illius solicitudo illũ à studio impediret. Æstimauit em̃ se nõ simul posse aurum possidere, & sapientiam.

Exẽplũ. Idem Tullius. li. 1. de Tusculanis quæstionibus refert de Diogene: ꝙ in deserto, pro domo, solo dolio uteretur: quod semꝑ cõtra solẽ uertebat: ut solis calefieret caloribus: ad quem cum Alexander Magnus ueniret: & offerret quicquid petere uellet. Rñdit: nihil peto, nisi ꝙ de Sole meo recedas. Nota ꝙ de isto dicit Seneca, ꝙ ditior fuit Alexãdro: qa plus renuit: quàm alius dare potuit: quia renuit: & à cõcupiscentia sua eiecit, quicquid Alexãder habuit: & etiã quod nõ habuit: & pro tanto se putauit plus habere: qui nullo, quod dare potuit, se reputauit indigere. Vnde Seneca dicit: ꝙ illo die victus fuit Alexander: quia uidit hominẽ, cui nihil potuit dare, nec auferre: vnde citius Dariũ de regno quàm istũ de paupertate sua pellere potuit.

¶Ex qbus patet, ꝙ tm̃ diligunt boni paupertatẽ suã: & plus plusquàm illã amittere metuũ, q̃ mali diuitias suas.

Exẽplũ. Et hoc est, qđ scribit beatus Greg. in li. Dialogo. de quodã seruo Dei Isaac nomine, q̃ ita metuebat amittere paupertatẽ: sicut alij diuitias. Cuius rõ esse pt: quia paupertatẽ propriã reputant uirtutes: diuitias uerò, à quibuscunq; occupentur, quasi alienas reputant. Sicut patet per hoc qđ scribit Seneca lib. de cõstantia sapientis: ꝙ cùm Demetrius ceperat Mezarã: ubi Scipio philosophus libros & pr̃imoniũ amiserat: respõdit, se oĩa se hr̃e. Vnicuiq;.n. naturaliter inesse vr̃ plus diligere illa, q̃ in se meliora sunt, & q̃ sua reputat: vtpote q̃ semper secũ portare atq; habere poterit, si uoluerit: & q̃ nullus, eo inuito, auferre põt: q̃ illa, q̃ quasi aliena reputat: q̃ si fortuna alicui ad tẽpus quasi sub lege cõmodati cõcedat: secũ tñ diu tenere non põt: quia & alij, ipso inuito, illa ab ipso auferent. Virtuosi igitur habentes paupertatẽ, sunt tanquà m nihil habentes, & oĩa possidẽtes. 2. Cor. 6. Quorũ qlibet dicere põt cũ uxore Thobiæ. Sufficiebat autẽ nobis paupertas nr̃a: ut diuitias cõputaremus. Thob. 5. No. B. 1. 4. Et R. 5. art. 6.

¶Secundò utilitates nos ad illã amplectendã arctat, atq; cõstringunt. Artic. 3. 4 Verà nãq; paupertas triplicẽ hẽt utilitatẽ: q̃ in uiro uirtuoso est, funiculus triplex: q̃ de facili nõ rũpitur. Ecclesia. 4. Vnam nanq; habent ante mortẽ. Alia in morte. Tertiam post mortem.

¶Ante mortẽ nãq; triplicẽ utilitatẽ suo cõfert ꝓfessori, et possessori. Primò tẽporalis cõmoditatis. Scdò interioris iucũditatis Et tertiò speratæ ubertatis.

¶Primũ patet per legẽ ciuilẽ. C. de epis. & cle. l. id qđ pauperibus. 1. li. 1. tit. & l. prædictis: super qua notant Iurisperiti, ꝙ qñq; paupertas ꝓdest: quia si aliquid legatum sit pauperibus, indistinctè illis legatũ distribuetur: q pauperiores inueniuntur: qa hoc faciẽdo, plus ad uoluntatem acceditur testatoris. Cui etiam legi bona concordat cõsuetudo: in qua uidetur, ꝙ bonus eleemosinarius eleemosinas largiẽs, uel ad aulã pauperes introducens, vt comedant pauperiores eligit, & magis indigentes, quæ tã lex, q̃ cõsuetudo, tã

facto,

facto, quàm doctrina confirmantur Dei. Facto: quia pauperum suorũ miserebitur. Isa.49. Doctrina. Lucæ 14. Cùm facis conuiuium, uoca pauperes, &c. Cùm enim paupertas causa sit, quare uocandi sunt, necessariò sequi uidetur: quòd ubi inuenitur causa intentior, potior sequatur effectus: & sic, cæteris paribus, talis est potius uocandus: talique est citiùs subueniendum. Non tantùm per legem prædictam, sed etiam per legem Dei. Deutero.15. Si unus (inquit) de fratribus tuis, qui moratur intra portas ciuitatis tuæ, ad paupertatem uenerit, non contrahes manum tuam: sed aperies eam pauperi. Nec in hoc tantùm commoditatem habent temporalem, quòd eis ratione paupertatis daẽ quãdoque largiùs: sed quòd etiam à tyrãnis & raptoribus tempore persecutionis iniuste acquisitionis minùs aufertur, uel minus iniurijs uexãtur: & collectionibus & talliationibus minùs spoliantur. Et ubi diuites capiuntur, incarcerantur, ligantur: qui nihil habent, dimittuntur: sicut ad literam patet. Hierc.39. Vbi Nabusardan transtulit omnes diuites & potẽtes de terra sua in captiuitatem Babylonis. De pauperibus verò plebis, qui nihil penitus habebant: dimisit Nabusardan Princeps militum in terra Iuda: & dedit eas uineas & cisternas. Ex quibus omnibus patet, quòd etiam temporaliter paupertas prodest.

5 ¶Secũda utilitas, id est, interior iucunditas, ex tribus consurgit: ex minori solicitudine: ex bonorum operum multitudine: & ex maiori securitate. Primum patet. A.27.7. Secundum quotidiano patet experimento: quo uidetur, quòd saltem in opere tãtùm: uel opere simul & intentione: multa bona opera prædicando, ieiunando, cantando, & exempla bona dãdo: occasione fiunt paupertatis: quæ in rerum non fierent abundantiam à dicente: Ego dixi in abundantia mea: nõ mouebor in æternum: in Psal.115. quę in rerum fiunt penuria à dicente: Ego vir uidens paupertatem meã. Tren.3. Tertium per exemplum patet pugnãtium in duello, in quibus videtur securiùs pugnare, qui quasi denudatus aduersarium inuadit. Sic in proposito in pugna inter nos: & nostros spirituales aduersarios. Exemplum ad hoc de Samsone. Iudic.14. Qui cum nihil haberet in manibus, occidit leonem. Et cum etiam nihil haberet in manibus nisi mandibulam asini: occidit mille uiros. Iudic.15. Cùm uerò aulam introisset, & conuiuijs interesset, duas habens in manibus columnas, domum euertit, seipsum cũ multis alijs perimendo. Sic nonnulli, qui in paupertate seipsos, diabolũ, & alios inimicos spirituales fortiter uincunt. Colũnas ecclesiæ: uel potestatem laicalem apprehendentes: totũ destruũt, & seipsos & alios spiritualiter occidunt. Ex quibus patet, quòd sicut paupertas securitatem præstat contra latrones & inimicos corporis: quia cantabit uacuus coram latrone uiator. Ita etiam securitatem præstat contra hostes & latrones spirituales: ita quòd ex vtraque parte maior securitas, & interior lætitia est in bona paupertate potius quàm in diuitijs. Ex hanc paupertatis utilitatem considerauit. August. 6. confessionum ubi recitat: quòd transiens per uicum, uidit pauperem mendicum iocantem atque lętantem: & ad socios suos loquens, ingemuit, dicens: In omnibus conatibus, quibus laboramus, nihil uellemus, nisi ad securam lętitiam uenire: quo nos iste mendicus præcessit. Et sequitur. Ipse lętabatur, Ego anxius eram: securus ille, ego trepidus. Sic in proposito: de diuite & paupere: quia, teste propheta: pauperes fiducialiter requiescent. Esaiæ 14. Et teste Hierony. Pauper in pecunia, diues in conscientia, securiùs dormit in palea: quàm diues in purpura. Bene ego dicit secundus philosophus: paupertatem

Margin: 6 (beside "tium in duello"); Exẽplũ. (beside "de Samsone")

tem esse odibile bonum: sanitatis matrem: sapientiæ reparatricem. Qui uerò obijcere uoluerint, ꝙ frequenter tædiosa sustinent pauperes. Concedendum est: sed tamen nunquàm tantum dolet de paupertate, uel de paupertatis infortunijs: sicut fame, frigore, & huiusmodi: sicut diues de diuitijs suis amissis: uel per dominos, uel latrones ab eo captis. Ego beati pauperes. Lu. 6.

7 ¶Tertia utilitas, id est, spes futuræ ubertatis: ex tribus elicitur rationibus: primò ex ratione communis amicitiæ & curialitatis. Secundò ex ratione diuinæ prouidentiæ & paternitatis. Tertiò ex ratione promissi infallibilis ueritatis.

¶Primum patet per exemplum illius, qui multa derelinquit: uel dat in terra sua, ad rogatum uel præceptum alicuius amicitiæ: talis nanque in illo pro quo hoc facit, conditionem cogitans esse gratitudinis: spe retributionis gaudet. Sic in proposito, qui multa propter illum derelinquit, uel illi dat, qui adiuuit pauperem de inopia: in Psal. 106.

¶Secundum per exemplum patet de parentibus bene ordinatis & potẽtibus: in quorum prouidentiam quantum ad promotionem suam, filij confidunt & sperant: & maiorem sperandi habent materiam pauperes filij, quàm diuites: quia communiter de illis filijs plus cogitant & solicitantur, qui nihil habent certum, vnde viuant: quàm de diuitibus & potẽtibus: ex cuius solicitudinis cõmunis cursu spes in filijs pauperibus augetur. Sic in ꝓposito de Deo patre nostro: qui plus de pauperibus solicitatur, plusquàm ad illos oculo misericordiæ respicit. de quo dicit Psal. 10. Oculi eius in pauperem respiciunt. Et iste pauper clamauit, sicut filius ad patrem, & dominus exaudiuit eum: in Psal. 33. Et iterum. Astitit à dextris pauperis, ut saluam faceret à persequentibus animam eius: in Psal. 108. Et ad quem respiciam: nisi ad pauperculũ. Isa. 66. Ex quibus omnibus magna in pauperibus spes futuræ generatur ubertatis.

¶Tertium per exemplum patet de fideli homine & potente: multa alicui promittente: ex cuius promissione magna spe gaudet: sed Deus, qui est fidelis & potens, multa promittit illis, qui propter eum sua derelinquũt, & pauperem uitam ducunt. Matth. 19. ubi recitatis multis, quæ propter illũ quis dimittere potest: addit. Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Ibidem docet, quomodo, qui vult perfectus esse, debet omnia sua pauperibus dare. Cui promittit, dicens: Habebis thesauros in cœlo. Idem promittit. Marci 10. Et Lu. 18. Ex quibus patet promissis, ꝙ ipsum suum faciunt thesaurarium: à quo nullus rapere potest: nec in cuius manu perdi potest: quod ponitur magnam habere spem remunerationis. Qui uerò hoc facere nolunt, stultiores sunt illis, qui in omni statu minus libenter dant pro incomparabiliter maiori. Propter uestram ergo vtilitatem cum illis, vt participes fieri positis, & commutare terrenum pro æterno: semper pauperes habebitis uobiscum. Marci 14. Vide ꝙ melius est omnia simul Deo dare & pauper fieri. V. 11. 5.

¶Sed, non obstante, ꝙ Deus tantam habeat de pauperibus solicitudinem: totque eis promittat: nonnulli ipsam, quantum possunt, fugiunt: quia uidẽt pauperes interim multos malos habere dies. Sed hæc causa illos minimè moueat: quia, ꝙ hic fame affliguntur: ex triplici causatur occasione. 8

¶Quandoque nanque hoc ex diuina accidit ordinatione: qui suis non prouidet de transitorijs: quantũ abundant peccatores, & abundantes in sæculo: ut ostendat meliora amicis in futuro reseruari: quàm inimicis in præsenti concedat. Oculi domini propter hoc super iustos: ut alat eos in fame: in Psal. 32. Sicut patet. A. 4. 3. Potuit enim Ioanni Baptistæ alium cibum, quàm

quàm mel ſiluestre & locuſtas prouidiſſe, ſi uoluiſſet.

¶Quandoq; hoc ex pauperum, qui fame affliguntur uel moriuntur, contingit malitia: propter quam à Deo derelinqui merentur: quia ſicut dicit Caſſiodorus de inſtitutis monachorũ. lib. 7. Nihil proderit pecunias nõ habere, ſi uoluntas fuerit in uobis poſſidendi. Miſerabile eſt autem paupertatis & nuditatis ęſtus toleraſſe: Fructus verò earũ caſſæ uoluntatis vicio perdidiſſe. ſicut patet. R. 5. 39.

9 ¶Quandoque hoc ex pauperum accidit diffidentia: quia non tam ita firmam habent in Deo confidentiam ſicut habere deberent: iuxta illud Petri. Omnem ſolicitudinem ueſtram ꝓijcientes in eũ: quia ipſi cura eſt de uobis. 1. Petri 5. In propria ponunt mendicatione nimis ſolicitè & importunè mendicando: propter quam in his, quę Dei ſunt, quandoque minus ſolicitãtur: qui hoc aduertere deberent: ꝙ ſicut melius fuit filijs Iſrael dum ciuitatum duarum uacabant ędificationi. Exo. 1. Nec circa paleas colligendas ſolicitabantur: quàm poſtea, quando audierunt exactores, dicentes: Ite, colligite ſicubi inuenire poteritis. Exo. 5. quia tunc legitur, ꝙ diſperſus eſt populus per omnem terram ad colligendas paleas, & malè fuit eis. Dixeruntq; eis exactores: quare non impleſtis mẽſuram laterum, &c. Ita dum religioſi & alij uiri eccleſiaſtici tantummodo ędificationi uacabant duarum ciuitatum, id eſt, eccleſiæ militantis, & triũphantis, per prædicationis, & diuinæ laudis opera: & quo ad omnia alia Dei obediebant doctrinæ: qua dicitur: Iacta cogitatum tuum in domino, & ipſe te enutriet: bene fuit: quia ipſorum ꝓuiſor mẽtiri non poteſt, qui dicit. Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiã eius: & hæc omnia adijcientur uobis. Matth. 6. Sed ex quo in propria confidunt induſtria: & collectioni uacant palearum. Quid enim ſunt terrena omnia, in quibuſcunque conſiſtant diuitijs, delicijs, & honoribus, niſi paleæ: quæ à paruo flatu in puncto mortis, qui de ore moriẽtis egreditur, exuflantur? circa quarum collectionem licèt diuerſimodè multi, tamen laborioſè ſolicitatur: diuerſimodè ideo dicitur: quia quilibet ſecundùm conditionem ſtatus ſui. Aliqui maiores paleas: ſicut magna maneria: & magnas eccleſias, & præbendas. Aliqui minores: ſicut patet. I. 2. 33. colligere nituntur: & extunc nonnulli eorum peius habuerunt, & pauperiores eſſe cęperũt. Inſuper & exactores illos ad amaritudinem prouocant, dicentes: quare non imlpetis menſuram modiorum & lucrorum prædeceſſorũ ueſtrorũ?

¶Propter iſtas ergo cauſas, Deus nõnullos affligi permittit, fameque, & frigore torqueri. Nec tamen verè pauperes deſerit: quin hic vt magis eorum conuenit ſaluti eos paſcat. Fatuum eñ eſſet cogitare, ꝙ ille, ꝗ dat pullis coruorum eſcam illorum: & in quẽ oculi omnium ſperant: & dat eſcam illorũ: ſuis in cibis & ueſtimento nõ ſubueniret: contra morem quorumcunque regum & dominorum: qui ſeruis ſuis miniſtrant & neceſſaria: & ſpecialiter illis ſeruis, qui omnia dederunt, vel dereliquerunt pro amore domini ſui. Si enim talis dicere poſſet: Domine, omnia propter te dimiſi, & ordinaſti: & ſic ꝓ amore tuo pauper factus ſum: & ſic radicaliter pro amore tuo fameſco: ergo, cum potens ſis, ſuccurre mihi: uix eſt pater vel dominus, quin ei in hoc caſu ſuccurreret. Sic in propoſito: ſi quis poſſet Deo dicere: ſicut legitur, ꝙ quidam Serapion nomine dixit cuidam quærenti, quis eum ſpoliaſſet, quia nudus inceſſit. Reſpondit: euangelium Chriſti me ſpoliauit, non ęſtimo, quin ille, qui dicit: Nolite ſoliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, &c. ſic pro amore ſuo fameſcẽti & algenti ſubueniret: quia & ipſe hoc facit, quod docet eſſe faciendum: iuxta illud. Incepit facere & docere. Sed hoc docet eſſe faciendum, dicens:

10 (margin, beside "¶Propter iſtas ergo cauſas")

Exẽplũ. (margin, beside "poſito: ſi quis poſſet Deo dicere")

Fidem

Fidem possidè cum amico tuo in paupertatem eius. Eccles. 22. igitur, &c.

Artic. 4. ¶In mortis uerò trāsitu, bona pau-
11 pertas triplicem confert vtilitatem & consolationem. Vnam, ꝙ uadit ad patriam: quàm plus alijs desiderauit. Aliam, ꝙ inueniet, ꝙ ad patriam illā per uiam iuit breuiorem. Tertiam, ꝙ ad patriam illam ueniens, minorem dabit compotum.

¶Primum patet per exemplum de famelico uel paupere, qui in puncto est eundi ad festum, uel diuitias, quas diu desiderauit: plus de hoc cōsolatur quàm alius, qui famem uel indigentiam non habet. Et quantumcunq; ad festum alicuius omnes essent uocati: & de talibus plures venirent. Sic in proposito sicut patebit infra. V. 9. 17.

¶Secundum patet, quia cùm linea inter duo puncta breuissima sit: cuius medium non exit ab extremis: & duo puncta uitæ nostræ, natiuitas uidelicet, & mors, sint puncta paupertatis: patet, ꝙ linea uitæ, inter ista ducta, à natura & conditione istorū non exiēs: sed semper inter duo extrema directè se in paupertate tenens, est breuissima. Tertium etiam ostenditur per legem ciuilem. ff. commodati. l. in rebus, id est, in ff. uete. lib. 13. ubi habetur, ꝙ quando res tibi commodatur propter vtilitatem tuam, & in duo defectu, id est, culpa tua præcedente, pereat, de leuissima culpa teneris. Cum ergo omnia in mundo isto sint nodis commodata & mutuata, multaq; amittantur: & aliter quàm deberent, expendantur: patet, ꝙ illi, qui plura recipiūt: ad plura respondebunt: & de pluribus compotum dabunt: quando eis à rerū domino dicetur: Redde rationem villicationis tuæ. Et qui minus recipiunt, de minori compotum dabunt.

12 ¶Propter hæc ergo tria cum maiori lętitia moritur pauper, quàm diues. Et quia non admittit tot delicta: sicut pa-
Exēplū. tet. A. 27. 28. Quod eleganter in vi. pa. quasi modo sequenti ostensum est: ubi legitur de quodam, desiderante exitū videre animarum: ꝙ in ciuitatem quādam ingressus: uidit tartarum cum tridente ignito animam cuiusdā extrahere diuitis morientis, & dolentis. Ad aliam uerò partem se diuertens, vidit Michaelem cum Angelis, ad quendā pauperem in uico morientem, descēdere: qui & animam eius cum gaudio de corpore eduxerunt: sicut & animā pauperis vlcerosi. Lu. 16. Sic ergo cōsolatus est dominus populum suum, & pauperum suorum miserabitur. Esaiæ 49.

¶Post mortis insuper transitum tri- Artic. 5.
plicem commoditatem suo confert 13
possessori perfecta paupertas: qa perfectæ pauper in cęlo plus honorabitur: plus præmiabitur: ampliusque ditabitur.

¶Primum ostenditur per exemplū Falco.
de Falcone seu cane nobili: & diuite malo ex vna parte: & gallina & paupe- Gallina.
re ex alia. Inter quos pro tanto conueniens sit comparatio, quia pro tanto inuenitur similitudo: ꝙ sicut falco, uel caniculus dum viuit, honoratur: & de melioribus comedit: sed mortuus in foueam proijcitur. Gallina uerò, uel bos, & huiusmodi animalia dum viuunt expelluntur, & in laboribus, & fame alūtur: sed mortua ad regis mēsam portantur. Sic in proposito: & patet ad literam. Lu. 16. per exemplum de diuite, & Lazaro. Ex quibus finibus patet: ꝙ melior est pauper & sufficiens sibi, quàm gloriosus. Prouerb. 12. Sufficiens inquit sibi, spirituali videlicet sufficiētia, & corporali paupertate: qui est quasi pauper, cùm in multis sit diuitijs. Prouerb. 13.

¶Secundum, uidelicet, ꝙ post mor- 14
tem maioribus delicijs fruetur: am- Exēplū.
plioriq; quiete priuilegiabitur: patet primò per exemplum de seruientibus & laborantibus coram quibuscunque in prima mensa. Hi nanque dum alij comedunt, & delitijs affluunt, laborant: & quandoque famescūt: sed alijs cessantibus, istis delitijs afflui incipiūt: ex cuius cogitatione se priùs in paupertate

pertate seu fame armauerunt. Sic in proposito: dum diuites hìc comedunt, & bibunt: & per optimè se uestiunt, & ducunt in bonis dies suos: pauperes in fame, & frigore, & labore: ipsis in corporalibus & spiritualibus ministrant. Sed quando ipsi cessant: & in puncto ad inferna descendũt. Iob 21. Isti epulari incipient: in conuiuio illius, qui tales uocat, dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam uos. Matth. 11.

¶ Cuius quidem refectionis spem & certitudinem ex sua haberi potest doctrina: quia ex quo docet alios ad conuiuia sua uocare pauperes, dicens: Cum facis conuiuium, uoca pauperes. Luce decimoquarto, ad reficiendum, supple: magna præsumptio est, ꝙ ipsemet faciet quod docuit. Cuius pręsumptionis seu spei cogitatio omnẽ pauperum amouere deberet impatientia: sicut spes de bona refectione & bono hospitio in nocte mitigat labores de die. Exemplum ad hoc habemus prophetæ dicentis. Psal. 30. Infirmata est in paupertate virtus mea, id est, virtus mea naturalis debilitata. Sicut patet per hoc, ꝙ sequitur. Et ossa mea cõturbata sunt: factus sum tanquàm uas perditũ. Sic enim reputantur hìc pauperes. Sequitur: Audiui vituperationem multorum: quam pauperes quotidie experiuntur. Sed quid eum in omnibus confortabat, palam est per hoc, quod sequitur: Ego autem in te speraui dñe: dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.

Exẽplũ. ¶ Secundò idem ostenditur per exẽ-
15 plum de militibus: quia sicut milites in militia bene se habẽtes, & post laudabilem militiam ueterani facti: delitijs congruis, & quiete perenni perfrui debent. Sicut patet per legem ciuilem. C. lib. 12. titu. de ueteranis. l. 1. Et inter multa priuilegia, quæ eis concedũtur. sic dicitur. Quiete post labores suos perenniter perfruantur: fisco nostro quoque epula eadem permisimus: vt nullum omnino ex his inquietaret. Hic nota: ꝙ antiqui religiosi non debent inquietari. Sequitur: in l. Integra beneficia eorũ sub sęculi nostri ocio & pace perfruantur. Ita iustum est, ꝙ illi, qui in paupertate laudabiliter Deo militauerunt: qui quodãmodo Martyres sunt: quia ad modum Martyrum Deo militant. Vnde Bernardus. Verè martyrij genus est paupertas uoluntaria. Quod enim martyrij genus grauius est, quàm inter epulas esurire: inter uestes preciosas algere: cũ illo qui dicit. Esa. 3. In domo mea non est panis, neque uestimentum: & cum his qui dicunt 1. Cor. 4. Esurimus, & sitimus: & nudi sumus, delitijs & quiete tanto ampliori perenniter perfruãtur: quanto melius militauerunt: & quanto Imperator, sub quo militauerunt, est ditior, curialior, & certius scit, quomodo militauerunt. Si enim, ut prædictum est Imperator terrenus, qui non semper uidet, quomodo militant, quia non semper præsens est, dicit: ꝙ quiete perfruãtur post labores: multo magis ille hoc dicet: qui semper præsens est: qui solus laborem & dolorem cõsiderat, dicẽs: Scio tribulationem tuã, & paupertatem tuam. Apocal. 2.

¶ In qua paupertate me habui ad te, sicut Imperator, qui promisit dare regnum meliùs in bello pugnanti. Et sicut Sauli promisit filiam & principatum se daturam vincenti Goliam. 1. Reg. 18. quia sicut talis rex diligenter considerat: quis meliùs pugnat, & talem ad hoc, quod promisit, beneficium eligit. Ita Deus in bello spirituali ad regnum seu Imperium cęleste elegit in camino paupertatis bene decertantem, dicens: Elegi te in camino paupertatis. Esaiæ 48.

¶ Ad cuius auctoritatis declaratio- 16
nem, est aduertendum, quòd quantum huic interest proposito: ad tria homines eliguntur.

¶ Ad bellum. 1. Macha. 4 elegit milites: ad ordines, elegit sacerdotes sine macula, &c. 1. Machab. 4. Et ad Romanum Imperium: sicut patet in

iſtis decretalibus: quæ de electione agunt Imperatorem. Qua triplici electione nonnulli eliguntur ſancti. Primò nanque eliguntur ad bellum ſpirituale. Pro quo eſt ſciendum, quòd Deus uidens tantam hominum multitudinem cõtra partem ſuam, in bello ſpirituali rebellantē: tanquàm paucos pro parte ſua conquerebatur, dicens: Quis conſurget mecum aduerſus malignantes: aut quis ſtabit mecū aduerſus operantem iniquitatē? Qua querela non obſtante, tā pauci ei adhęſerunt, ſicut patet per prophetā, dicentem: Omnes declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt: quod minabatur totum genus deſtruere humanum, triplicem contra illud lanceam uibrans, propter concupiſcētiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ. 1. Ioan. 2. quæ mundum deſtruunt. Sicut in miraculis legitur beati Dominici:
Exēplū. ſed precę piæ matris eius, quæ ꝓ mundo rogauit; quòd ei prædicatores pro eius mitteret correctione: & beatum ad hoc oſtendit Dominicum eſſe mittendum, de quo dicere potuit: Ecce puer meus, quem elegi, poſui ſuper eū ſpiritum meum. Matth. 12. minas ſuas ad tempus retraxit: mittens quoſcunque doctores, & alios, ut per bellum ſpirituale, uerbi Dei, ad quod ſpecialiter eliguntur, inimicos ſuos uincant, & mundum ad ſe conuertant, dicens: Vas electionis mihi iſte eſt: ut portet nomen meum, &c Act. 9. Sed ſpecialiter Iacob: qm̄ Iacob elegit ſibi dominus; quoniam uerbū, ſcilicet, prędicationis miſit dominus in Iacob. Eſa. 9.

17 ¶Secundò fuit electus, & elegit ordinem ſanctum, quicunque bonus religioſus: in quo facto quantum ad hoc quod ipſe elegit, fuit de eo ſicut de peregrino, ſeu de alio, qui certam nō habet manſionem: ſed circumit, in diuerſis quærens partibus, donec vnam inuenerit ciuitatem, placentem, qua inuenta, dicit: hæc requies mea in ſęculū ſęculi: hic habitabo, qm̄ elegi eā.

¶Tertiò ad æternum electus fuit Imperium ante mortem: in camino paupertatis electus fuit ad regnum: de quo Matth. 5. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum: ad quod in morte aſſumptus fuit. Et ſic, teſte Pſal. 64. quem prius ad bellum ſpirituale, & ad ordinem elegiſti, in morte ad Imperium aſſumpſiſti: quoniam inquit: quem elegiſti, aſſumpſiſti. Et ſic ei dicere poteſt: elegi te in camino paupertatis. Ex quo patet primò illud Eccleſia. 45. Elegi te ex omni carne. Secundò de camini. Prouerbo. 17. Sicut igne probatur argentum & aurum in camino: Ita probat corda Deus: cuius ignis in Siō: & caminus in Hieruſalē. Eſa. 31. Tertio patet ꝙ fuit de illa profeſſione paupertatis: de qua dicere poteſt illud Gen. 41. Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.

¶Quantum ad primum magna eſt 18
differentia inter electiones ſęculi, & electiones Dei: quia mundus eligit illud, quod foris apparet vtilius vel delectabilius, neſciens utrum interius uitioſum ſit frequēter, uel uirtuoſum: & ideo ſæpe decipitur. Qui mundi amatores eleganter per exemplum reprehenduntur de Barlaam. H. 4. 11. Non hos elegit dominus. Baruch. 3. Sed quos reuera, infirma mundi, ut confundat fortia. Et pauperes in hoc ſeculo diuites autem in fide. Iacob. 2.

¶Et quòd electio ſua ſit bona, doctrinæ atque miraculorum oſtendit operibus, ut oſtendat, quoniam quēcunque elegerit dominus, ipſe ſanctus eſt. Numeri. 16. Ex miraculis & eleemoſynarum operibus, & uitæ moribus illorum, quos Deus elegit, oſtendi poteſt, quòd eis obijci non poteſt: quòd cuidam. Eligendo in opinione hominum obijcitur. A. 10. 6. quia electus, à Deo eſt candidus per mundiciam, & rubicundus per charitatem: electus ex millibus. Canticorum 5.

¶Cauſa uerò, quare mundus fre- 19
quenter in ſuis deficit electionibus: quia nec uirtutes, uel ſpirituales conſideras

siderat commoditates: sed corporales delectationes, uel utilitates, est, quia deficit in rationis iudicio: quod electionē præcedere deberet. Electio nanq; est quasi cōclusio rationis. Ideo dicit Philosophus.6. Ethicorum.c.2.ꝙ ad hoc ꝙ electio sit bona: oportet rōnem esse ueram, & appetitum rectū: quia ubi appetitus ꝑcedens est brutalis, nunquàm bene eligitur, uel eliget: nisi sicut brutum, de quo dicit Philosophus.10. Ethicorum.cap.8.quòd asinus magis eligit fœnum quàm aurum: quia est sibi magis delectabile. Sic tales, qui brutales sequuntur appetitus, eligunt quod est eis delectabile in præsenti, & non in futuro: quia illud futurorum iudicium illorum deficit. Cuius defectus causa est minima à futuris, & quibuscunque spiritualibus elongatio: non per distantiā localem: sed per conuersationem & opinionem malam. Ex hoc nanque quòd per conuersationem, seu uitam malam multum à rebus distant gratiæ & gloriæ & uirtutum, parua eis uidentur, paruique valoris ea esse iudicant: sicut stellæ & montes à multum distantibus paruæ iudicantur esse quantitatis. Ex hoc insuper quòd quis opinatur se multum ab alio sęculo per longam uitam distare: res illius sęculi minorem habere quantitatem uirtutis in aspectu mentis iudicāt: minusq; illas appreciantur.

20 ¶Horum dictorum ueritas quotidiano ostenditur experimento: in quo videmus, quòd quando ille, qui multùm à paupertate, & alijs uirtutibus per uitiosam distabat uitam, uirtuosam incipit agere uitam, & sic uirtutibus per uitæ exercitium appropinquare: quæ priùs parua, paruique precij opinabatur esse: maxima & utilissima esse iudicat: & mundialia, quæ sine peccato fieri vel habere non possunt: quæ priùs tanquàm eis amore & vita proxima erant: maxima reputabunt: quando ab eis amore elongari incipiunt: parua reputant uel nulla. Sicut patet de Paulo, qui cùm esset paruulus, sapiebat ut paruulus: ea uidelicet, quæ mundi sunt: paruipendens ea, quæ Christi sunt: nam & Christum & Christianos persequebatur. At, postquàm fuit ab istis elongatus, & ad cęlestia approximatus, non solum usque ad tertium cęlum raptus: uerùm etiā uita & conuersatione cęlestis effectus, qui & ait. Nostra conuersatio in cęlis est: omnia ista arbitratus est, vt stercora. Phil.3. Et illa tantùm, appreciabatur, quòd uitam suam gaudens pro illis dedit.

¶Iterum ad hoc quod dicitur, quòd ille, qui opinatur se multum ab alio distare sęculo: per longam, de qua præsumit vitam, parum res alterius appreciatur sęculi. Experimentū habetur per morientes. M.11.42. Nam sicut ad punctum appropinquantes mortis, spiritus in die alterius sęculi uidere incipiunt. Ita mentis oculis paupertatis & alias uirtutes, quæ in illa patria magni precij reputātur: multum appreciare incipiunt. Sicut patet de multis, qui tunc mundum cōtemnunt: & ad habitum & statum se conuertunt paupertatis, ut partem habeant cum Christo, qui gloriatur in paupertate. Eccles.10. qui diuitias nihil esse dixit in comparatione illius: quia cùm diues esset, propter nos egenus factus est. 1.Cor.8.

¶Alij uerò perfectius Christi paupertatem imitantur: quia fortitudinē & sanitatem habentes, & diuitias possidentes: omnia propter Christum dimittunt. illi obedientes ammonitioni, qua dicitur. Memento paupertatis in tempore abundantiæ. Eccle.18. qui ideo perfectiùs: quia dum transgredi possunt: sciunt reprobare malum, & eligere bonum. Esaiæ 7. Et cum Maria optimam partem eligere. Lu.10. Et in iuuentute eligere, quod ille elegit: de quo eligere dicitur. in Psal.83. Elegi abiectus esse in domo Dei, &c. vt ibi probentur & examinētur: sicut aurum in camino ignis. 21

¶Domus nanque Dei, id est, status religionis, uel cuiuscunque status uel ordinis in quo homines saluantur, caminus ignis dici potest propter duo. Primò, quia ignis in camino se tenet: sed cineres à uento de camino parati caminum deserunt. Ita in ꝓposito vẽti tentationum tulerunt cineres de camino Exo. 9. Qui ergo statum aliquẽ vituperat, quia mali de illo exeunt, ita stultus est, sicut qui caminum vituperat, quia cineres & fumum bene euacuat: Secũdò: quia sicut dicitur Eccl. 2. Igne probatur argẽtum & aurum: homines uerò receptabiles in camino humiliationis, id est, paupertatis.

22 ¶Quæ de iure fundamentum est cuiuscunque religionis stabilissimum & firmissimum, quia à nullo destrui potest hospite, habitatore, seu ędificij possessore inuito.

¶Pro quo est sciendum, ꝙ primò magna est differentia inter homines mũdi: quorum status super certas fundatur possessiones, reddituum, uel terrarum: & inter homines approbatæ religionis: quorum status super paupertatis fundatur fundamẽtum: quia primum fundamentum destrui & auferri potest, inuito possessore. Secundũ uerò destrui non potest, inuito possessore: quia paupertas destrui non potest, nisi per diuitias: quæ licèt inuito possent auferri: non tamen possideri.

¶Secundò magna est inter istos cõuenientia, prò tanto ꝙ sicut destructis mũdialium diuitijs & possessionibus, super quibus fundantur, eorum intantum perditur status, ꝙ non reputatur inter mundi homines: qui homines magni status reputari solebant. Sic in religione, quæ super uoluntariæ, paupertatis fundat basem, destructo paupertatis fundamento, status illorum intantum destruitur, quòd illi, qui solebant veri religiosi esse & reputari: nec homines ueræ religionis sunt, nec reputantur.

¶Non sunt, inquam: quia: habitorũ uel uolitorum cupiditate, paupertatẽ facto uel uoluntate destruxerunt, nec reputantur: quia stulta exteriori ostẽsione omnem religionis & ueræ paupertatis destruerunt apparentiam: & vanitatis se fatentur esse professores.

¶Huius autẽ dicti ueritas non hic inscripto tantùm: sed in omni exteriori illorum quęratur indumento, & uita, & conuersatione. Qui enim videt illos, in quorum exteriori habitu potiùs vilitas obseruari deberet: ut uilitatis obseruatio esset ueræ paupertatis ostensio: indumento, quantum ad pãni preciositatem indui pontificali uel regali: quantum ad coloris uel scissurę curiositatem meretricali uel histrionali: ꝙ opus est, ꝙ scripturas respiciãt ad hoc ꝙ eos nec uerè pauperes, nec verè religiosos esse iudicent. Nam expressiùs talis ostensio vana, quam Petrum loquela manifestos facit: quod tam uani sunt interiùs, quàm uanos se exteriùs ostendunt. Aliter signum & signatum non essent uerè correlatiua. Nota. R. 5. 52. 23

¶Quomodo uerò de eis tanquàm de ueris uiris ecclesiasticis uel religiosis, quis homo terrenus noticiam haberet: cùm nec ipse prius illorum fundator & institutor si in terris esset: tãquàm de suis sequacibus, de eis noticiam haberet. Nũquid si Petrus in terris nunc existens uel aliqui primæ ecclesiæ pastores, noticiam haberent de his, qui nunc se fatentur illorum esse successores: sic de omnibus religiosorum fundatoribus. Si enim in tali uita, habitu, & cæteris, quæ in usu sunt, nunc coram eis in terris ducerentur & ꝗreretur ab eis: cuius est imago hæc, & superscriptio? quilibet pro parte sua responderet: nõ mea: quia ego fui pauper in re & exteriori ostensione. Isti verò nec sunt in vno, nec in alio. Et verisimiliter timẽdum est: quòd idem dicent in morte.

¶Rectori ergo ecclesię ministrãti vel cõmẽdãti patronũ ecclesię suę: uel religioso nõie tm̃ rogãti, & orãti ad fundatorem 24

Exéplũ. datorẽ ordinis sui congrue responderi posset, sicut respondit quidam commendanti, patronũ ordinis sui: Quare (inquit) tantùm illum commendas. Cui ille: quia sum de ordine suo. Cui alius: credis, si esset in terra, ꝙ te cognosceret pro suo? Credo (inquit) ꝙ sic. Cui alius: & ego contrariũ ęstimo: quia nec in uita, nec in habitu ei assimilaris. Si enim talium duorum poneretur uita iuxta uitã, & habitus iuxta habitum: uix est tam fatuus, qui eos iudicaret eiusdem esse ordinis vel habitus.

¶Cùm ergo talis in morte ad portã uenerit cęli: & ianitoribus q̃rentibus: quis sit, & cuius figurę & habitus est vir. 4. Reg. 1. & dixerit de tali uel tali ordine, quia vnusquisq; in ordine suo resurget. ſm Apostolũ. 1. ad Corin. 15. Quid putas respondebit patronus ordinis sui ad hoc à ianitoribus uocatus: vt uideat si illum suum esse agnoscat. Nonne ueraciter respondere poterit, dicens cum Petro: Non noui hominẽ: quia sicut nec in moribus: ita nec ĩ vestibus ouium nostrorum signa prætẽdit. Signa ergo nostra non uidimus: iã non est propheta, id est, de ordine ꝓphetarum. quia prophetæ uilibus induebatur: sicut ostensum est. O. 7. 19. Et sicut patet. 4. Regum 1. vbi de Helisęo dicitur: ꝙ erat Zona pellicea accinctus. Nec de ordine apostolorum, nam de apostolis. s. de Simone & Iuda legitur: ꝙ erant uilibus induti. Nec de ordine prædicantium. Nam de Enoch Helia, quia contra Antichristum & eius ministros prædicabunt, scribitur Apocalipsis 11. Prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis. & de primo euangelij p̄dicatore scribitur. Matth. 3. ꝙ ipse Ioannes habebat uestimentum de pilis camelorum. & Mar. 1. Erat autem Ioannes indutus de pilis camelorum. Instituta insuper illorum habent, ꝙ uilitas obseruetur in cappis. Et Iacob. 2. scribitur. Pauper in sordido habitu. Et Zach. 3. scribitur. Et Iesus indutus erat uestibus sordidis: qui etiam talem non cognoscet pro seruo suo: quia non est seruus maior domino suo. Hic ergo seruus esse nõ potest: quia ad modum reginæ regio fulget habitu. Hester 15. Et mutatus est color optimus. Tren. 4. De quo ergo ordine tunc erunt: reuera de ordine idolorum, preciosis coloribus depictorum, & auro deauratorum: Cuius ratio est: quia sunt de illis, de quibus dicitur Hiere. 10. Populus meus mutauit gloriam suam in idolum. Et Roma. 1. Mutauerunt gloriam suam, quam in uera religione & habitus abiectione habere deberẽt, in similitudinem imaginis.

¶Mutauerunt inquam ad modum 15 mutationis rotæ: in qua pars, quæ plus à centro, seu axi distat: ueloci ùs locũ mutat: sicut patet. M. 13. 4. Sic ille, qui plus à Deo, qui est quasi centrum in medio: iuxta illud Psal. 45. Deus in medio eius non commouebitur: distant per superbiam, leuitatem, & uanitatem, & irreligiositatem: ueloci ùs & citiùs in habitu & alijs statum suum mutant. Paueant ergo illi, & erubescant tanquàm à Deo nimis elongati: qui statum suum parum vltra ducentos annos inceptum plus in exteriori habitus apparentia quo ad preciositatem, colorem, & rugas, seu plicas mutauerunt: quàm alij qui plus habent vnde suum statum decorare possent, fecerit in quingentis annis & ultra, qui adhuc in froctis suis panno vt frequenter vtuntur frisonico: uel saltem tam exili, ꝙ quidem mendicãtes illum portare erubescerent. Cum tamen nimis esset rationi consonum; quòd qui prædicando curiositatem reprehendunt: & paupertatem prædicant: & ore profiterentur, dicentes. Pauperem uitam gerimus. Thob. 4. illam in habitu ostenderent: quia aliter alios audacter de curiositate, quam ostendunt, frequenter reprehẽdere nõ possunt: sed è conuerso reprehenduntur. Sicut patuit nuper de quodã, qui Exéplũ. inter religiosos comedens, & uidens,

quòd illa quæ ad singuli pertinent dependentiam laqueis sericis dependebant in cingulo ministri, qui eis seruiuit: domus prepositum de hoc reprehendit, & rogauit: quòd subditos suos talibus uti non permitteret.

Exẽplũ. ¶Secundò idem patuit de quodam, qui cuidam mendicanti cum de frocti sui curiositate reprehendenti, respondit dicens: quãdo cappa dominici fuerit ita antiqua, sicut frocta benedicti, tantum poterimus nos reprehendere de cappa, quantum uos nos de frocta.

¶Canonici etiam regulares nuper in actis & ordinationibus capituli sui statuerunt, ꝙ canonici tales cappas nõ

Exẽplũ. portarent de bruneto rugosas, quales portant aliqui prædicatores.

¶Nuper etiam quidam sacræ theologiæ professor in ambone fratrum pdicans contra tales inuehens: responsionem illorum reduxit, qui dicunt, ꝙ talem portant pannum, qualem amici eorum eis dederũt, asserens illam excusationem eiusdem esse conditionis & ualoris cuius fuit excusatio Adæ dicentis: Mulier dedit mihi, & comedi. Et breuiter in omnibꝰ istis patet: quòd sal, per quem cęteri essent condiendi: in tantum infatuatur, quàm oportet quòd per alios condiatur: quia forsitan

26 pauperes sunt, & stulti. Ieremiæ. 5. Nota. R. 5. 39.

¶Nec dictæ uanitates iam peditare contentantur: sed (quod peius est) dicunt cum Iudæis: ad equos fugiemus. Esa. 30. Quod ideo peius esse vedetur: quia ex equorum & festorum expensis primò sequitur maior in temporalibus status illorum depauperatio, & personarum diminutio, & domorum destructio.

¶Secũdò psonarũ minor honoratio.

¶Tertiò ordinis mutatio.

¶Quartò bonorũ uirorũ lamtatio.

¶Primum ostenditur ratione, experimento, exemplo, & auctoritate.

¶Quantum ad primum ratio cuiuscunque dictat ꝙ quando accipitur panis filiorum, & datur equis vanorũ: & de sustentatione pauperum fratrum festa lautissima incęptorum: oportet, ꝙ filij pauperiorem tam in uictu, quam in uestitu ducant uitam. Sed sic in pposito. Nam propter contributionem equitantium ad capitula generalia & prouincialia exactiones, & taxationes, tot fiunt & communitates in tantum talliantur; & propter festa incipientiũ personarum libri impignorantur, uel venduntur, ꝙ communitates ędificia, nec in statu custodire: nec cooperire, nec personarum numerum solito bene poterunt exhibere: vnde domorum imminet ruina: & librorum impignoratio, uel alienatio, uel librariarum depauperatio: & fructuũ exilis refectio, & domorum obligatio. Quia superbia tua, & arrogãtia tua, & indignatio tua plusquàm fortitudo tua. Esa. 16. Nota. R. 5. 57.

¶Experimento idem satis ostenditur in partibus prouinciæ regni Cęcilię: vbi communiter equitare solent: in qua facti sunt numero breui paucissimi, & incolę eius: sicut patet in Brandusino, & alijs Apulię partibus: in quibus domus cadunt, & numerus inhabitantium in tantum diminuitur: ꝙ sicut priore Brandusino referente, didici: cuius relationem euidentia uisus & auditus confirmauit, ꝙ de conuentu suo tantum quinque habuit socios: ubi solent esse quadraginta: quia terra repleta est equis. Esa. 2. Ibi nanq; specialiter multiplicantur ascensores: de quibus prophetatur Zach. 10. Confundentur ascensores equorum. Nota legẽ ad hoc. V. 3. 11. Quæ quidem confusio Exẽplũ. 27

qualiter tam Rectores, quàm subditos finaliter tanget: per exemplum ostenditur de quodã domino duro, seu tyranno: qui tam dure suos subditos tractasse gratia exẽpli fertur, propter superbiam suam nutriendam, ꝙ priùs in rebus mobilibus depauperabãtur: quo facto, duritius eos tractabat, ut pompã inceptam continuaret: intãtum ꝙ terris uenditis, & tenentibus fugientibus & paucissimis factis: tã ipsi, quàm ipse

facti

facti sunt medici: ubi antecessores sui diuites esse solebant: statum mediocrem tenendo: quem, quia ipse tenere noluit, nullũ finaliter tenere potuit. In proposito uerò vnã prædictarum fortunarum cõtigisse certum est: alia uerò adhuc expectatur.

28 ¶Certum nanque est: ꝙ tam cõmunitates, quàm personę, subditæ depauperantur: per rectorum & maiorũ exactiones, explicitas, uel implicitas, hanc depauperationẽ concausantes: & quãto plus depauperãtur: minus dare possunt: plura exiguntur: quia modernis temporibus charitate multorum refrigerante, & benefactoribus deficientibus, & morientibus, & decrescentibus nobilitates maiores & sumptuum ampliores superfluitates in equitaturis, & inceptionibus in cõtributionibus esse inceperunt.

¶Ex quibus aliam fortunam uerisimiliter expectare oportet: ꝙ uidelicet, illi qui paupertate voluntaria peditare: & statum humilem & mediocrẽ, ut antecessores illorũ, qui in omnibus abundabant, tenuerunt, tenere nolunt ad tantã deueniẽt inopiam, ꝙ paupertate necessaria peditare & mendicare erubescent: & tunc patebit, quomodo contritionẽ præcedet superbia: & ante ruinã exaltatur spiritus. Prouerb. 16.

29 ¶Quod eñ talẽ exaltationẽ sequetur ruina, si continuetur de necessitate concedere oportet: quia ratio hoc cõcedere cogit, quæ de facili non euitatur. Quia suppositis duobus prætactis: ꝙ videlicet amici, & charitas, & eleemosyne decrescũt: & sumptus crescũt, quę sine amicis haberi nõ possunt: difficile esset, uidere qũo tales sumptus diu cõtinuari possent: sine librorum, & calicum, & aliorum iocalium alienatione, & uictus, & uestitus, expensarum, q̃ in domibus conseruandis poni deberent, subtractione.

¶Sed supposita vera sunt, nã ꝙ charitas refrigescit, ex quo amicorũ religiosorũ & eleemosynarũ sequitur decrescentiæ tã quotidiano experimẽto, q̃ etiam Christi ostẽditur auctoritate. De alio etiam supposito, qui sciunt, testimonium perhibẽt: ex quibus sequi timetur: q̃ utinã nunq̃ sequeretur ruina. Nec mirum: quia si uerum sit, quod sensit Scipio: de quo scribit Aug. lib. 1. de ciui. Dei. c. 34. dicens: ꝙ censebat ille esse infelicem rẽ publicam, stãtibus menibus: & ruentibus moribus: euòd mirabile est rẽ publicam esse infelicẽ, crescẽtibus menib⁹: & ruẽtib⁹ morib⁹. Exẽplũ.

¶Auctoritas uerò totũ istud confirmans, & anteq̃ fieret, significans: est Esa. 30. vbi Deus per ꝓphetã loquens, ait: In silentio & spe erit fortitudo uestra. i. fortitudo ꝑ mũdũ ambulandi & peditãdo: ꝑdicãdo: erit in spe adiutorij diuini: & bonorũ uirorũ. Sequit̃. Noluisti: sed dixisti: ad equos fugiemus, & ueloces ascendem⁹: ideo; fugietis: & uelociores erunt, q persequẽtur uos: donec relinquamini: sicut signum super collẽ: & sicut malus nauis super uerticẽ mõtis: quasi diceret. In tanta paucitate eritis postquàm equitare cęperitis. Sequitur ibidẽ. Et dabo uobis panẽ arctũ, & aquã breuem. Cuius cã est: qa semper ex quo uerificatum fuit antecedens, quo dicitur? Hi in curribus, & hi in equis: in Psal. 19. semper verificatum fuit cõsequens: ipsi obligati sunt & ceciderunt: ipso Deo sententiã suã exequente: qui ait: Subuertam quadrigam & ascensorẽ eius, & descendent equi & ascensores eorum, &c. Aggei vlti. Et tunc scient: quia tu es miser, & miserabilis, paup, & cęcus, &c. Apo. 3.

¶Secundum etiam qd̃ sequitur: minor personarum honoratio: patet quia ille, qui pauperibus peditantibus, & humiliter ĩ forma debita ambulantibus; 30 caputiũ deponet: & eos reuerenter salutabit: eorumq; petet benedictionẽ & orationem: illos equitãtes: quasi sal infatuatum uerbis derisorijs conculcabit, dicens: Detestor ego superbiam Iacob ualde Amos. 6.

¶Tertiũ insuper quod sequit̃ status vel ordinis dolorosa & sinistra mutatio & alteratio, patet: quia sicut in ciui-

libus cũ vnitas ciuitatis ab vna sit pollicita:& diuersitas à diuersa: licèt locũ teneat priorẽ: cũ etiam philosophicũ sit, ꝙ non sit idem numero gñatum & corruptum: viuum,& mortuũ: consonũ rõni vr̃, ꝙ etiam in ciuitate ecclesiæ vel religionis, non sit eadẽ religio, ubi mutantur cerimonialia: quia in tribus religionis substantialibus oẽs religiones cõueniunt: sed cerimonialia illos diuersificant. Sicut ergo vnã ab alia diuersificant: ita posterior à priore, per diuersitatẽ cerimoniarum diuersa efficitur:& quæ spũaliter mortua est, non est eadẽ cum illa, q̃ uixit: saltem in illis personis, ĩ qbus mortua est. Quod ergo mirum est, quòd patronus illos ꝓ suis (ut prædictum est) in morte non cognoscet: sicut patet supra eo. cap. 24.

31 ¶Quantũcunq; ergo patronus alicuius ordinis sit bonus:& fundamentũ paupertatis firmissimũ: sit qđ in moribus superędificari deberet, nõ saluet, totũ cadet: nec per patroni uel loci custodiẽtur sanctitatẽ, nec in tali firmitate & fortitudine confidere pñt: plusquàm Iudęi dicentes: Templũ dñi est. Hieremiæ 7. Cõtra ꝓphetas, qui eius ꝑdixerunt destructionẽ: quasi diceret: tẽplum dñi tã forte & sanctum est, ꝙ destrui nõ põt. Quibus dixit ꝓpheta: Nolite cõfidere in uerbis mẽdacij, dicẽtes: templũ dñi est. Ita dici põt in ꝓposito: quia illam fortitudinẽ, quã habet quicunq; religio, uel status bonus, nõ aliunde à principio habuit, q̃ propter virtutes & opera sanctam bonorum virorum. Si ergo talibus fundata fuit fundamentis,& fulcita columnis, his cõtrarijs. i. vitiosis moribus: necesse est, ꝙ destruatur: qa dicit regula iuris in ff. nouo: ꝙ naturale est, ꝙ vnum quodq; eo gñe, quo ligatur, soluatur. i. speciebꝰ, seu modis sub genere cõtrarijs. illo hoc permittẽte & exequente, q ait: Tres species odiuit aĩa mea, Pauperẽ superbũ, &c. Eccles. 25. Sup qua

32 destructione, & noui ordinis abusione, si quis intimè cogitaret, qũo quorundã religiosorum ordo ꝓpter suam sciẽtiã, humilitatẽ, & cęteras virtutes, cito tam excellenter fuit exaltatus & noĩatus, ꝙ sua sapientia Papã, Imperatores,& Reges,& quasi totũ mundum regebat: dũ statũ suum (ut debuit) tenebat: qũo insuper postq̃ equos ascendebat,& uanitates & superfluitates sibi nõ cõgruas affectabat, ad ima cecidit: vt sciat · qm̃ superbia casum hẽt: qũo ẽt extũc incępit non esse in amore, & hoĩem solito honore: sicut nec Deũ (ut solebat) amabat, uel honorabat: posset dolorosiores cõponere lamẽtationes & destructione & spũali confusione quorundam religiosorum, quàm Hieremias de destructione Hierusalem & captiuitate Iudęorum. Not. R. 5. 57.

¶Sed heu, hãc plagã non plangunt oẽs: sed tm̃ hi, qui priorẽ uiderunt, uel sciuerunt religionem. Alij uerò in ista lętantur, qđ pulchrè significatũ est. 1. Esdrę. 3. ubi destructio priori tẽplo, & nouo ędificato, dr̃, ꝙ oĩs populus uociferabatur clamore magno. Plurimi uerò de sacerdotibus, & leuitis principes patrũ & seniores, qui uiderãt tẽplũ, prius q̃ fundatũ esset hoc tẽplum: flebant uoce magna. Et multi uociferantes in lętitia eleuabãt uocẽ. In fine dicã, qđ dicit Ber. ad Eugeniũ Papam de cõsideratione. l. 4. c. 12. Nõ fodi parietẽ, tibi licèt fodere:& uidere, vtpote ꝓphetę filio. Cauete tamen uaccę pingues, q confringitis pauperes. Amos 4. Et timete illum, qui factus est fortitudo pauperum. Esa. 25.

¶Tertia pars huius articuli, ꝙ uolũtariè pauper amplius ĩ cęlo ditabitur. 33
Primò ostẽdit per grati hominis exẽplũ. Scđò p cõtrariorũ motuũ natura.

¶Quantũ ad primũ, cõditio grati est: ꝙ tm̃ uel plus faciat ꝓ alio, quantũ alius fecit pro illo, qñ posse in vno & necessitas in alio simul cõcurrunt. Sed pauperes uoluntariè plus Deo dant:& plus illo derelinquunt & faciunt, q̃ diuites, quia dant & derelinquunt se, & sua:& quicquid habẽt breve, uel cõcupiscere possũt. Vnde B. Greg. Hom. 5. Tanta à sequentibus dimissa sunt

quanta

quanta à non sequentibus concupisci potuerunt. Cùm ergo, quæ concupisci possent, sub æstimatione non cadant; quia multa regna, immo totus mundus cum omnibus contentis à non sequentibus & cupidis concupisci possunt: sicut patet de Alexandro, qꝫ patet, qui in vera paupertate Deum sequitur, & nihil horum concupiscit; nec illa habere uellet, si posset: sed potius propter Dei amorē etiā illa oblata sperneret apud Deum, qui cordiū est cognitor; ita allocabitur & præmiabitur, ac si totū mundum reliquisset & dimisisset: & quia talis dimissio est inæstimabilis: iustè & de grato iudicio ei reddet Deus diuitias inæstimabiles; regnum videlicet cęlorū: quod eis hac de causa ꝓmittit, dicens: Beati pauperes: quoniā ipsorum est regnum cęlorum. Luc. 6.

¶Secundum de contrarietate uidelicet motuum diuitis & pauperis: patet per predicta. D. 11. 10. Et per auctoritatem August. dicētis in persona Dei: Venale habeo: quid? regnum cęlorum: quo emitur? paupertate, gloria, vtilitate: requies, labore. Ex his ergo omnibus paupertatis utilitatibus: patet quòd paupertas est quasi uilis teca: in qua multi abscōduntur thesauri & diuitiæ: quia uerè pauper est valde diues. De illo nanque uerificatur illud. Psal. 48. Simul in unum diues & pauper: illud Hiero. Felix paupertas, si læta est: nec paupertas est, si læta est. Et illud beati Grego. Cui cum paupertate bene conuenit: pauper non est.

Artic. 6. ¶Et hęc est diligenter amplectenda
34 & tenenda: & multum diligenda: non solum propter utilitates in præcedenti articulo, dictas, & ostensas, sed etiam quia Christus primò illam approbauit. Secundò, quia illam dedicauit. Tertiò, quia illam multùm honorauit.

¶Quantum ad primum: licèt paupertas priùs fuerit in contemptu: uel dubium priùs fuisset, utrum diligenda esset, an non: tamen ex quo Christus illam elegit: & verbo & opere illam diligendam esse docuit: doctrinæ Dei, in hoc casu adhærendum est: sicut doctrinæ sapientissimi magistri in quæstione priùs dubia. Nec est hæc tantùm Christi doctrina & determinatio: sed etiam totius Ecclesiæ, & Sanctorum, sicut patet ꝑ hoc quod dicit Prosper: & habetur in Decreto. duodecima quæstione prima expedit.

¶Nec tantùm verbo: sed etiam in opere istam quæstionem determinauit in hoc: qꝫ ipsemet tam pauper esse uoluit: quòd sicut dicit Glo. super illud Marci 9. Circumspectis omnibus, cùm iam vesperè esset: exijt in Bethaniam. Circunspectis, inquit Glosa, si quis ipsum hospitio reciperet: tantæ enim paupertatis fuit, qꝫ in tanta ciuitate hospitium inuenire non potuit. Vnde ait: Filius quidem hominis nō habet, vbi reclinet caput suum. Vnde & per prophetam dicit: Ego egenus & pauper sum: in Psal. 108.

¶Secundum qꝫ uidelicet Christus paupertatem dedicauit: per Decretum ostēditur sumptum ex verbis Ambrosij: in lib. de officijs & habetur. 12. q. 2. gloria. In aliquibus verò libris illud
Decretum incipit. Multi; & uidentur 35
magis esse uerba Hiero. quàm Ambro. Multi (inquit) ædificant parietes & columnas ecclesiæ. Glo. i. peritos subtrahunt: marmora nitent auro: splendēt laquearia: gemmis altaria distiguuntur, ministrorum Christi nulla est electio, neque enim mihi aliquis opponat diues in Iudęa templum, mensam, lucernas, thuribula, patellas, ciphos, mortariola de auro facta: tunc hęc probabantur à domino, quando Sacerdotes hostias immolabant: & sanguis pecudum erat remissio peccatorum. Nūc verò cùm paupertatem domus suæ pauper dominus dedicauit: portemus Crucem, & diuitias lutum putemus. Et infrà: Socrates ille Thebanus, homo quondam ditissimus, cùm ad philosophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit: ut patet supra eo. cap. 3. Nec putauit se posse uirtutes simul & diuitias possidere.

Nos

Nos suffarcinati auro Christum pauperem sequimur. Glo. sequi credimus. Sequitur in textu. Et sub prætextu eleemosynæ pristinis opibus incubantes: quomodo possumus aliena fideliter distribuere, qui nostra timidè reseruamus: plenus facilè de ieiunijs disputat. Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene uixisse, laudādum est.
36 Hæc ille. Tertiò paupertatem honorauit in hoc: ꝙ illa usus fuit, & pauperem honorat, quando robis proprijs illum induere dignatur: & securitatē præstat; quia sicut quandoque portans facultates alicuius domini: per illas tempore prælij & pacis ab inimicis defenditur. Sic per diuitias istas à multis malis portātes defenduntur, & hoc scient: & inde Deum laudabunt, cum illo qui Deum laudabat, ꝙ illum ab obulo custodisset. B. 4. 17.

Exēplū. ¶Ex his patet, ꝙ non est uerecundū: immo honorificum & securum: ꝙ aliquis statum profiteatur paupertatis. Vnde Ambro. de offi. lib. 1. Non est verecundum diuiti pauperem fieri. Nam & ipse Christus pauper factus est, cum esset diues, dicens: Pauper sum ego, & in laboribus à iuuētute mea: in Psal. 87. Sicut ergo omnes mensuræ subditorum debent proportionari, & mensurari secundùm mensuram regis, quæ in his in rebus terrenis mensuranda sunt: Ita spiritualiter totam uitam nostram mensurare debemus, secundùm mensuram paupertatis Christi, qui dicit: Recordare paupertatis meæ. Tren. 3.

37 ¶Sed heu, qui terrena sapiunt: ista regula & Christi opinione, & mensura derelictis, potius vitam suam mensurare volunt opinione Romanorum.
Exēplū. In quorum scribitur gestis, quòd viros magnificos deificare solebant. i. in numero ascribere deorum: quando Gentiles erant, Deos plures colentes. Hi ergo de Christi audientes miraculorum fama: in concilio illorum disputantes: tractabant utrum in numero esset ponendus deorum? & diffinitum fuit, ꝙ non: quia non haberet in posterum cultores: eò quòd paupertatem prædicauit: quam unusquisque naturaliter fugit. Hoc determinauerunt ignorantes ipsum Deum & dominum de quo prophetatum fuit. Zach. 9. Iste pauper & ascendens super asinum: qui est in vnum diues & pauper, & ideo cultores suos habebit: quos & ditare potest; quia facilè est in oculis Dei subitò honestare pauperem. Eccl. 11.

¶Quia tamen sua ditatio vt frequēter in hoc mundo non ostenditur: sed potiùs in futuro expectatur. Iterū paupertas etiam necessaria est patiēter tolleranda à pauperibus; & charitatiuè iuuanda à diuitibus. Artic. 7. 38

¶Primum exemplo ostenditur Iob & Tobiæ, & multorum aliorum; qui necessitate in paupertatem ceciderunt: & tamen ex patientia, quæ necessitatē sequebatur, de necessitate uirtutem fecerunt: & ad hoc Deus eis & alijs nunc quandoque paupertatem immittit, dicens: Vinciatur funibus paupertatis, sicut freneticus Iob 36.

¶Circa secundum, quatuor ostendere restat. Primò nāque ostenditur: ꝙ tales pauperes sunt iuuandi. Secundò, causa. Tertiò, de quibus. Quartò, pœna ostenditur non iuuantium. Primò ostendit Prosper, & habetur in decreto. 1. q. 2. sacerdos. Clericus (inquit) quos natiuitas pauperes fecit, cum perfectione virtutis, uitæ necessaria; siue in domibus suis; siue in cognatione viuentes, accipiant: quia ad ea accipienda non eos cupiditas ducit: sed viuendi necessitas cogit.

¶Causa verò est non tantum illorū, sed nostra potiùs vtilitas: quia, sicut patet ex decreto sumpto ex verbis Ambrosij di. 47. sicut hi. Nunquid (inquit) iniquus est Deus, ut nobis nō æqualiter distribuat vitæ subsidia; vt tu quidē esses affluens & abundans: alijs verò deesset, & egerent? An idcirco magis: quia & tibi uoluit benignitatis suæ experimenta conferre: & alium per uirtutem patientiæ coronare? Tu verò, 39

susceptis

susceptis Dei muneribus, & insignum tuum redactis: nihil reputas te agere iniquum. Si tamen multorum uitæ subsidia solus obtineas: quis enim tam iniustus, tam auarus; quàm qui multorum alimenta suum non vsum, sed abundantiam & delitias facit? Neque enim minoris est criminis, habenti tollere: quàm cùm possis & abundans, indigentibus denegare. Esurientiũ panis est, quem tu detines. Nudorum uestimentum est, quod tu includis. Miserorum redemptio est & absolutio pecunia, quam tu in terra defodis. Tantorum ergo te scias inuadere bona, quantum possis præstare, quod uales. Hæc Ambrosius super illo. Luc. 12. Attulit ager cuiusdam diuitis fructus vberes. Ex qua patet auctoritate, quòd ideo Deus pauperes esse uoluit: ut ipsi per patientiam, & diuites per eleemosinam mererentur. Cui etiam diuina videtur lex concordare. Deut. 15. vbi Deus ait: Non deerunt pauperes in terra habitationis tuę. Idcirco ego pręcipio tibi: ut aperias manum fratri tuo egeno & pauperi. Et rationabiliter quidem: quia si nonnulli multis expensis diuitium comparant amicitias: à fortiori ratione eleemosynis Dei cõparanda est amicitia.

¶Quæ licet omnibus faciendæ sint: maxime tamen his, qui Euangelium annunciant: sicut patet per Decretum. 1. q. 2. sacerdos Apostolus (inquit) videtur dicere, ꝙ qui in sacrario operãtur: quæ de sacrario sunt edant: &, qui altario deseruiunt, de altario participẽtur: Qui nisi hoc de contẽptoribus suarum facultatum vellet intelligere: nunquam subsequens adiungeret. Ita & Deus ordinauit his, qui Euãgelium annunciant de Euangelio viuere. De Euangelio viuunt, qui nihil habere ꝓprium volunt, qui nec habent, nec habere concupiscunt: non suorum sed communium possessores. Hęc prosper in decreto preallegato.

40 ¶Quantum ad tertium, de quo videlicet, pauperes sunt alendi. Nota decretum sumptum ex verbis Ambro. de offi. 12. q. 2. cap. aurum. Aurum (inquit) habet Ecclesia: nõ vt seruet, sed ut eroget: & subueniat in necessitatibus, quid est opus custodire, quod nihil adiuuat? an ignoramus quantum auri atque argenti de templo domini Assyrij sustulerunt? Nonne melius conflat sacerdos propter alimoniam pauperum, si aliqua subsidia desunt: quàm si sacrilegus contaminet & asportet hostis? Nõne dicturus est dominus: cur passus es tot inopes fame mori, & certe habebas aurum vnde ministrasses alimoniam? Cur tot captiui in commercium ducti sunt: nec redempti: ab hostibus occisi sunt. Melius fuerat, ut uasa uiuentium seruares, quàm metallorum. His non posset responsum referri: quid enim diceres? timui, ne templo Dei ornatus deesset? Respondetur: aurum sacramenta non quærunt: & citò post: in his generibus: id est, in pauperibus alendis, & captiuis redimendis, uasa Ecclesiæ etiam initiata confringere, conflare, & uendere licet.

¶Quantum ad quartum pęna illorum, qui sic non faciunt: patet per iura ciuilia. In quibus habetur, ꝙ liberti non alentes patronos suos, in paupertate positos, puniuntur à patronis: & in potestatem illorum rediguntur. Versa uice patroni non præstantes alimenta libertis, carebunt operis impositis causa libertatis; & ab eorum hęreditate excludentur: ut ff. de liberis agno. l. alimenta. i. in infortiato lib. 2. Et de iure patronatus. lib. 14. l. diuus Claudius. Et de bonis libertorum. l. si patronus vterque titulus est in inforciato. lib. 13. Cum ergo Christus, qui in suis indiget, patronus noster sit; & alimenta libertis exhibeat, & specialiter diuitibus: nisi ipsi ei vicem rependant: æterna carebunt libertate. 41

Nota. R. 4.

12.

¶Pax. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 Pax quinquepartitò considerari potest; nempe, quoad subiecta; qualitatem; fractionem, & reintegrationem; opera; obiecta.

Primò diuersificatur in subiectis, in quibus est, vel esse deberet; quadruplicatò. Quidam enim sunt pacifici cum pacificis. Quidam non sunt pacifici cum pacificis: Quidam non sunt pacifici cum non pacificis. Quidam sunt pacifici cum non pacificis.

2 Secundò diuersificatur in qualitate, de diuersis subiectis prædicata, & hoc tripertitò: De quibusdam n. subiectis prædicatur pax uera; de nonnullis ficta; de aliquibus mala. num 3.

4 Tertiò diuersificatur pax in modo fractionis, & reparationis tripliciter; prout inter bonos mediocres, & malos tripertita inter eorum reparationem, ac fractionem reperitur diuersitas.

5 Quartò diuersificatur pax in operibus ad diuersos tendentibus fines: aliud nanque bonorum pax, aliud verò malorum respicit obiectum, ac finem.

6 Quintò diuersificatur pax penes obiecta tripliciter; est etenim hominis pax ad Deum; ad seipsum; ad proximum.

7 Pacis quanta sit excellentia, gemina declaratur ratione.

8 Quo pacto Christus hanc excellentissimam pacem suis reliquerit Discipulis; cum in multis eos permiserit versari perturbationibus; rectè explicatur.

9 Peccatores, cùm in hac vita in gratia pacem non habeant; neque in alia habere eam in gloria poterunt, numero 10.

11 Licèt omnia peccata in vniuersali, hæc tamen præcipuè in particulari pacem impediunt, atque destruunt; uidelicet, superbia, cupiditas, iniustitia, luxuria; ac præteritarum memoria iniuriarum. num. 12. 13. 14. 15. 16.

17 Vt homines inter sese pacem habeant, mutuoque se ipsos diligant, hæc sibi necessaria summopere sunt.

Primò, quòd inter nos & Deum fiat pax: & in nobis ipsis interius inter nos, & conscientiam.

18 Secundò, quòd cum Dei seruis, ac ministris pacem habeant.

19 Tertiò, vt Dei mandata obseruent.

20 Quartò in concordia facienda, ac pacem inter discordantes reformanda, non nimis graues petantur emendæ; sed potiùs humiliando aduersario tuo, ei consentias; de tuo ipsi præbeas; ac aliquãdo iuri suo credens, iniuriam pati assentias. num. 21.

22 Veræ pacis vtilitas est triplex; scilicet, ante mortem; in morte; & post mortem.

23 Ex ficta, falsaque pace; atque ex manifesta discordia multa humano generi contingere damna, pulcherrimè explanatur. num. 24.

25 Pacem non seruantes temporali, æternaque pœna plectendos esse, non eris inscius. num. 26. 27

28 Contra prædicta mala, ex pacis defectu contingentia, optimum, maximumque remedium est animorum uera concordia.

29 Huiusmodi autem remedij inueniendi, maxima est necessitas: si hoc enim facere renuerimus; minorem in nobis, quàm in brutis inueniri prudentiam, uel sagacitatem, ostendemus. num. 30.

31 Præfatis remedijs non utentium, quod non sit periculum, explicatur.

32 Qua ratione, si pacem habeamus, cognosci queat, explanatur.

33 Hanc exponendo auctoritatem: Loquetur pacem in plebem suam, multa de pace, scitu quidem dignissima, explanat per totum. num. 34. 35.

36 Vt ista pax perseueranter continuetur; quid tibi peragendum sit, animaduertito.

Pacis

PAcis, Primò ostendetur differẽtia. Secundò, verę pacis excellentia. Tertiò, ꝙ mali hanc ueram non habent pacem. Quartò, quæ pacem impediunt, uel destruunt. Quintò, quæ requiruntur ad hoc, ꝙ homines inter se pacem habeant. Sextò, talis pacis utilitas. Septimò, quæ mala ex pacis cõtingunt defectu. Octauò, pęna & periculum pacem non seruantium. Nonò ostẽduntur remedia: ꝑ quæ hæc mala possumus declinare. Decimò, pacis veræ vel fictæ experimentũ. Vndecimò, ostendentur quędam themata ad pacis propositum pertinentia.

Artic.1. ¶Quantum ad primum, pacis differentia attenditur penes quinque. Primò, penes subiecta. Secundò, penes qualitatem. Tertiò, penes fractionem & reintegrationem. Quartò, penes opera. Quintò, penes obiecta. Primò nanque diuersificatur in subiectis, in quibus est, uel esse deberet, quatuor modis, quia quidam sunt pacifici cum pacificis, & hæc est bonorum & nonnullorum malorum communiter, sicut diligere diligentes, quod aliquãdo mali faciunt, sicut patet. Matth. 5.

1

¶Quidam verò non sunt pacifici cũ pacificis, & hæc est conditio peruersorum, de quibus in Psal. 119. Cũ loquebar illis: impugnabant me gratis. Et iterum: Homo pacis, in quo speraui, magnificauit super me supplãtationẽ.

¶Quidam verò non sunt pacifici cũ non pacificis, & hęc est conditio infirmorum, & scorpionum, qui tacti, pungunt & nõ aliter: de quibus. 2. Reg. 23. Si quis tangere eas uoluerit, armabitur ferro & ligno lanceato.

¶Quidam verò sunt pacifici cũ non pacificis: & hęc est conditio perfectorũ: qui significãtur per terram illã, quam Magi Pharaonis ꝑcusserunt. Exod. 8. nec tñ de illa ciniphes educere valuerunt. Ita licèt mali vel boni verè humiles reprehendãt vel affligant: non tñ de eis ciniphes, educere poterũt murmurationis uel detractionis. Et in hoc cognouerunt illic digitũ adesse Dei. Sic in ꝓposito, ꝑ tale signũ in illis cognoscitur esse spiritus sanctus. Exẽplum ad hoc de Christo, q fuit plen⁹ spiritu sancto, & cuius locus in pace factus fuit: ideo corã tondente se, obmutuit, & nõ aperuit os suum. Esa. 53. dicens. Cum his, qui oderunt pacem, erã pacificus, in Psal. 119. Ad cuius exemplum omnes Christiani sint cũ omnibus hominibus pacẽ habentes. Rom. 12. Et ad Heb. 12.

¶Secundò diuersificat̃ in qualitate ꝑdicata de diuersis subiectis tripliciter. quia de quibusdã subiectis ꝑdicat̃ pax vera, de quibusdã ficta, de quibusdam mala. Nã si q̃ratur de quibusdã, qualẽ pacem habeant: veraciter responderi poterunt: ꝙ bonã, de qua in Psal. 118. Pax multa diligentibus legem tuã. De aliquibus verò responderi poterit, ꝙ fictam habent pacem: de qua Hiere. 19. In ore suo pacẽ cum amico loquitur, & in occulto ponit ei insidias. 2

¶De quibusdã verò respõderi poterit, ꝙ malã habent pacẽ. i. cõcordiã, vel cõfederationẽ, vel pacificã societatẽ cũ peccatoribus, quos reprehẽdere deberent: de qua in Psal. 72. Zelaui sup iniquos, pacẽ peccatorũ vidẽs. Et põt hęc differentia inter pacẽ Dei verã ex vna parte, & fictã & falsam ex alia videri, ꝑ exẽplũ de homine viuo, & de homine picto, uel mortuo. Quia sicut homo viuus & naturã viuã habet interius, & vitã ostẽdit exterius in signis & operibus, sic pax Dei, q̃ exuperat omnẽ sensum. Phil. 4. sicut exteriùs ostẽditur, ita interius possidetur. Ideo de ista signãter dicitur, pax multa. i. multiplicata, tam interius, quàm exterius. Qua etiã si omnes indigeant, maximè tamẽ qui in vna habitãt domo vel societate, quia aliter in continuo sunt dolore. Exẽplũ.

¶Pro quo est aduertendum, ꝙ uisio alicuius personę, quam quis odit, uel cum qua pacem non habet, mouet cogitationem, cogitatio vero grauat cor, & auget dolorẽ, & mali machinationẽ.

Vbi

Vbi ergo quasi continua est talis uisio, continuus est dolor. Sed simul morãtes quasi continuè se uident: ergo nisi pacem habeant: & pacificè conuiuant: continuè dolent. In quo peioris sunt conditionis illi, quàm dęmones, inter quos nullus dolet, ꝙ alios uidet in loco, quo ipse est: uel de hoc ꝙ multos secũ habet socios. Et etiã q̃ illi, qui in diuersis regnis uel terrę partibꝰ: uel in diuersis ciuitatibus: vel diuersis habitãt domibus eiusdẽ villæ: quia non tã cõtinuè, nec frequenter se uidẽt. Cũ ergo cõtra maximã miseriã & dolorẽ maximè necessariũ sit remedium: & remedium contra dictum dolorem sit pax: patet, ꝙ licèt omnibus habitantibus in diuersis uel eisdem terris & ciuitatibus, necessaria sit pax: & quantò sunt viciniores, & frequentiores occurrunt aspectus; tantò magis illi indigeant: omnibus mortalibus optata pace. Hester 13. Maximè tñ illis est necessaria, inter quos maxima est vicinitas & frequentiùs aspectus sub illo, qui habitare facit unanimes in domo. Vos ergo, qui sic habitatis: primum dicite: Pax huic domui. Matth. 10. Nota. R. 5. 33. Non sophistica: apparens, & non existens: ficta, uel falsa: quæ homini assimilatur picto, uel mortuo: quia sicut ille quidem effigiem & quãdam similitudinem habet hominis ad exteriorem ostensionem, non autem cõditionem interiorem: Ita ficti & falsi licèt exterius pacifica habeant tempora: licèt insuper exterius in vultu signis & verbis pacis similitudinem assimilent: sicut ille. 2. Machab. 5. qui venit Hierosolymam pacem simulans: veram tamen pacem interiùs non habent: quia non est pax impijs, dicit dominus. Esa. 48. Et ideo loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum: in Psal. 27. Hãc verò pacis differentiam nobis Christus insinuauit, dicens: Pacem relinquo uobis: pacem meam do uobis: non quomodo mundus dat. Ioan. 14. fictam vel falsam. Eandem insuper differentiam tota innuit Ecclesia in oratione de pace, dicens: Da seruis tuis illam, quam mundus dare nõ potest pacem. Talem qualem fratres, qui sunt Hierosolymis mittunt fratribus, qui sunt per Ægyptum salutem & pacem bonam. 2. Machab. 1. Et non talem qualem habuit Ioab ad Amasam. 2. Reg. 20. qui manu dextera eius mentum tenuit: quasi eum osculaturus esset, & manu sinistra percussit eum in latere. Sic illi, qui dicunt: Pax, pax, & non est pax, Hierem. 8.

3 ¶Sed tamen in cordibus eorum tẽpus optant & expectant nocendi: de quibus glo. beati Grego. Dextera manu mentum tenere: est quasi ex benignitate blandiri: sicut fecit Iudas Christo, dicens. Aue Rabbi: sed sinistram ad gladium mittit: qui latenter ex malitia percutit. Ille verò, cum quo talis pacis componitur forma, decipere potest illud. Esa. 38. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Alios uero cõponẽtes propheta informat veritatem interius copulare cum pace, quam exterius fingunt, dicens: Veritatem tantùm & pacem diligite. Zach. 8.

4 ¶Tertiò diuersificatur pax in modo fractionibus & reparationis tripliciter: quę quidem diuersitas perpendi potest per exemplum diuisionis & reuisionis aliarum creaturarum, in quibus videmus, ꝙ aliquæ creaturæ percussæ uel diuisæ statim sine ruga quacunque vel diuisionis signo adinuicem copulantur & reintegrãtur, sicut patet de aqua & de corporibus & creaturis subtilioribus: & magis spiritualibus, sicut de lumine & de radijs solaribus & de aere & de igne. Aliæ uerò creaturæ semel fractæ, cum labore & difficultate reintegrantur: sicut patet de tibijs & brachijs fractis, in quibus postea aliqua ruga apparet uel cicatrix. Aliæ verò nunquam reintegrantur: sicut patet de vasis lapideis & luteis. Sic inter fractionem pacis: inter bonorum, mediocrũ, & malorum, similis triplex inuenitur diuersitas: quia si bonorum pax per aliquam

aliquam melencolicã interrumpitur: citò reintegratur ad modũ ignis, quia ira illorum est sicut ignis in stupa, qui citò extinguitur, & ad modum radiorũ solarium, & ad modum fluminis, in quo nullum diuisionis remanet uestigium, qualẽ propheta omnibus optat dicens. Vtinam attenderes mandatis meis, facta fuisset quasi flumen pax tua. Esa. 48.

¶Mediocrum uerò pax si rumpatur, ad modum maioris ignis in domo accensi, & ad modum ossium fractorum cum maiori labore & ui reparatur: qua reparata, adhuc aliqua cicatrix in cordibus illorum remanet; quia non ita sincerè, ut prius diligunt: quam rugam verbis & signis quandoque ostẽdunt: quandoque de alio fit mentio: de quibus. Hierem. 6. Curabant contritionẽ filiæ populi mei cum ignominia dicentes: Pax, pax: & non est pax.

¶Superborum verò & valde malorũ si pax semel frangatur, offensio illa & fractura in illa est: quasi casus diaboli irrecuperabilis; de quibus Gen. penul. Maledictus furor eorum: quia pertinax, & indignatior quia dura. Sunt enim carnales & grossi & ponderosi ad bonum ad modum lapidis: qui non reintegrantur, & non simplices, subtiles, & cęlestes. 1. Corin. 3. Cum sint inter uos zelus & contentio: nonne carnales estis. Tales non sunt Dei, quia non est dissensionis Deus, sed pacis. 1. Corin. 14.

5 ¶Quartò diuersificatur pax in operibus ad diuersos fines tendentibus. Nam pax & societas bonorum est in licitis & honestis: & ad licitos fines, & in ordinatis operibus. Ideo dicit Augustinus 19. de ciuitate Dei: ꝙ pax est hominum ordinata concordia. Pax verò ficta, seu mala, est primò in mutuis malorum supportationibus & illicitis.

¶Et secundò in mutuis adulationibus: qua unus alteri in malo adulatur, & alteri non vult displicere.

¶Tertiò in mutuis confederationibus ad aliorum deceptionem: in quibus confederantur ad modum spinarum, sicut ostensum est. F. 1. 9. Quo cõtra. Heb. 12. dicitur. Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam.

¶Quartò in fraudulenta locutione & ostensione: in quibus illis pacem fictam ostendunt: quos defraudare nituntur: uel à quibus dona accipere sperant; sicut quotidiano patet experimẽto. Vsus nanque frequens ostendit, ꝙ fraudulentus deceptor quamdiu potest aliquid ab insipiente uicino lucrari, vel ipsum in aliquo decipere, eum salutando & ad potiones inuitando, dicit: Pax, pax, multa ei promittendo. Sed cum fraudulenter lucratus fuerit, quicquid alius amittere poterit: non est pax, nec solita salutatio, uel inuitatio.

¶Iterum alius habebit facere in aliqua curia: iste quamdiu habet bonam bursam, & scit donatum suum largè dando, curialibus & cupidis ministris, dicunt: Pax, pax, noli timere: bene fiet: quantuncunque causam contra Deum habeat & rationem; beatum nanque dixerunt populum, cui hæc sunt: in Psal. 103. Sed cũ exhausta fuerint marsupia: non est pax: nec solitũ cantant celeuma: nec promissa tenẽt: sed illos quibus multa promiserunt, turpiter decipiunt, ut ostendant se esse illos. Esa. 3. Qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Isti non habent pacem, de qua dicitur, in Psal. 84. Iustitia & pax osculatæ sunt, quia sub pace, quam simulant: iustitiam committunt: sicut ille, qui bursam scindit. A. 20. 6.

¶Quintò diuersificatur pax penes obiecta tripliciter, quia est pax hominis ad Deum: ad seipsum: & ad proximum. 6

¶De prima dicit Apostolus. Rom. 5. Iustificati per fidem, pacem habeamus ad Deum: quæ qualiter acquiritur: patet per Bern. super Canti. Si (inquit) iniquitates nostras dimiserimus, inter nos & Deum nostrum tollatur, quod

interest, & pax erit: hoc autem melius tolli non potest aliter, quàm per confessionem: & pro tanto dicit Deus. Esaiæ 57. Creaui fructum labiorum pacem.

¶Pax secunda quæ est hominis ad seipsum, quæ est quies animæ in conscientia pura & iucunda: de qua dicit August. de ciuitate Dei: ꝙ pax animæ rationalis, est cogitationis, actionisque ordinata consensio. Ad hanc pacem habendam maximè niti debemus propter iucundā Dei inhabitationem: quia in pace factus est locus eius in Psal.75.i.in anima pacifica. Hanc ergo si habuerimus, Deum habemus: propter quod Apostolus nos hortatur istā habere, docēs: Pacem habete: & Deus pacis, & dilectionis erit uobiscum. 2.Cor.13. Pax tertia est ad omnes propter opus illorum pacem habete cum eis. 1.Thessal.5.

Artic.2. ¶Quanta verò sit pacis excellentia, quæ sinceriter erga tria prædicta obiecta obseruatur: ostendit primò Christi

7 donum. Cum enim in fine maximè suos diligeret: quam quidem dilectionem dono pacis ostendere docuit & voluit. Ex quo argui potest, quòd post seipsum pax sit maximum, quod dare posset: per argumentum sumptum. E.6.22. quia certum est, ꝙ maximè dilectis maximum donum daret: sed suos maximè dilexit: ergo eis maximum donum dedit: in crastino ab eis recessurus, dicens: Pacem relinquo vobis. Ioan.14.

¶Secundò ostendit auctoritas August. de ciuitate Dei. lib.19.c.12. Tantum (inquit) est pacis bonum, ꝙ in rebus creatis nihil melius solet audiri: nil delectabilius concupisci: nihil utilius possideri. Spiritus enim humanus nunquam viuificat membra, nisi fuerint naturali uinculo vnita. Sic nec spiritussanctus Ecclesiæ uiuificat mēbra, nisi fuerint vinculo pacis vnita. Cum ergo vinculum pacis sit spiritualiter, quod uinculum naturæ est naturaliter: ratio aperta est, quare pax est optima, quia sicut nihil corporaliter est carius vel desiderabilius vita corporali quæ in calore & uinculo consistit naturæ. Ita nihil est spiritualiter carius vita spirituali: quæ in pacis consistit vinculo. Sitis ergo soliciti seruare vnitatem spiritus in uinculo pacis. Eph.4.

¶Hac de causa Bern. super cantica, Deum alloquitur, dicens: Domine, pacem volo: pacem desidero: & nihil amplius.

¶Sed qualiter Deus dedit discipulis 8 suis hanc pacem excellentissimam, quos in multis dereliquit perturbationibus? Respondetur: ꝙ hic duplicem eis dereliquit pacem, & duplex cōmisit bellum: quibus in cęlo omnis erit pacis tranquillitas. Dereliquit enim eis interiorem, & exteriorem. Interiorem quo ad Deum, & conscientiam propriam: exteriorem quo ad proximū bonum: ꝙ illum non turbarent, sed pacem cum illo haberent.

¶Bellum uero unum eis inferri permisit à persecutoribus, quod ipsi experiebantur sustinendo. Aliud verò eis cōmisit in peccatorum expugnatione: ipsos turbando & aggrediendo: sicut patet. A.13.artic.1. Et Matth.10. vbi ait: Non veni pacem mittere: sed gladium. In fine verò omnia talia bella cessabunt. Et ideo secundùm Bern. in quodam sermone: signanter dicitur in Psal.147. Posuit fines tuos pacem. Et hoc est, quod promittit. Esa.54. Multitudinem pacis filijs tuis. Et pacis eius non erit finis. Esa.9.

¶Hanc autem tunc in gloria mali non habebunt pacem: quia primam nunc in gratia non habent: hoc enim rationabile uidetur: ꝙ, qui primam non habent, nec habere volunt: sine qua ad secundam nō attingitur, ꝙ nec habeant secundam. Sed ꝙ primam nō habent, nec habere possunt, dum mali esse uolunt: patet primò per exemplū de domino, cui seruiunt: diabolo nanque seruiunt, qui non vult pacem, sed bellum, quomodo enim pacem habere Artic.3 9

posset

possit diabolus, qui semper pęnarum inferni pungitur aculeis? Si enim spina in pede non sinit hominem in pace quiescere, quomodo illum sinerent tot pęnarum genera in pace esse? Nec vult, ꝙ seruus suus sit maior eo, quia ergo ipse nunquã est in pace, sed semper circa iras, inuidias, luxurias, cupiditates excitandas agitatur, circa consimilia etiam seruum suum continuè inquietat. Et ideo de seruis suis, non est pax vniuersæ carni. Iere. 12.

10 ¶Secundo idem patet per exemplũ de familia, quæ eis seruit. Videmus enim, ꝙ ubi est in aliqua domo inuida, & cupida, & mala familia, non erit diu pax bona in domo illa, sed mali quasi priuatam habent familiam suã, sensus suos, qui semper sunt querulosi & insatiabiles, quia gulosorum nunquam satiatur appetitus, nec inuidorũ malitia, nec iracundorum ira, nec cupidorum & luxuriosorum desideriũ, & sic de alijs. Et ideo neque introeunti neque exeunti erit pax præ tribulatione. Zach. 8.

¶Tertiò idem ostẽditur ꝑ exemplũ de dño & domina in domo aliqua, in quibus uidemus, ꝙ quando ipsi non trahunt per unam chordam, sed semper sunt in continua discordia, nunquam erit uera pax in domo illa, immo etiam amicos quandoque turbabunt. Sed sic est in malis, quia dñs. i. ratio semper vult castè viuere, & ire ad ecclesiam, & sic de alijs uirtuosis operibus. Domina uero uoluntas cum ancilla sua carne semper vult contrarium. Et dum sic uoluntas aduersus rationem, & caro concupiscit aduersus spiritum, non est pax ossibus meis, in Psal. 37. Immo etiam quandoque tales turbati in se omnes uicinos turbant. Ignis nanque de eis exiens, alijs nocet, quia sicut habetur. Eccl. 28. Homo iracundus incendit litẽ, & uir peccator turbabit amicos. Et in medio pacem habentium immittit inimicitiã.

Artic. 4. ¶Nec mirũ, ꝙ mali nec in seipsis,
11 nec in alijs pacẽ habent, q̃a oĩa habẽt, ꝙ pacẽ impediunt & destruunt. Quod eñ peccata pacẽ impediũt, & destruũt, ostensum est. B. 2. 53. sed ipsi proculdubio mortalia habent peccata.

¶Quidam nãq; illorũ habẽt superbiã, & hi, superbia impediẽte, verã pacẽ habere nõ possunt. Nã vbi fuerit superbia, ibi & cõtumelia. Prou. 11. Cuius cã est. q̃a superbia, & superbi se habẽt ad modũ olei ĩ aqua positi ꝓpter duo. Superbia.

Superbi oleo cõparãtur.

¶Primò, quia sicut oleũ nullo modo cum aqua vult misceri, sed societatem eius fugit, & superioritatem petit. Ita superbi, quibus dũ iustè resistitur, resistentes iurgijs, iniurijs & cõtumelijs afficiunt, & pacẽ turbant, & sic ubi fuerit superbia, ibi & contumeliã.

¶Secundò oleo assimilãtur, q̃a sicut oleũ finaliter cõburitur, aqua integra & salua manente. Ita in ꝓposito, quãdo portabit iudicium, qui uos conturbat Gal. 5. quia non quęrit pacem populi, sed malum. Hiere. 38.

¶Et q̃a ira eius est quasi ira diaboli. Pauperes nanq; offensi & simplices, faciliter, & ꝓ paruo pacificantur, sed superbus cogitãs parentelam & diuitias, potiùs eligit cũ diabolo in æternũ affligi, quàm pacificari. Iustum ergo est, ꝙ habeat, q̃d elegit, & ꝙ eius habeat societatẽ, cuius auctoritate datum est ei, ut sumeret pacem de terra. Apoc. 6.

¶Alij uerò habent cupiditatem, & hi, cupiditate impediente, ueram pacẽ habere non possunt, sicut patet. A. 27. 21. quia, qui sequitur, quod ad plenum consequi non põt, quomodo in corde pacẽ habere posset: Ideo dicit beatus Grego. Quid quietius q̃ in mũdo hoc nihil appetere, quid laboriosus, quàm terrenis desiderijs æstuare? Hinc est, ꝙ Israel sabbatum accepit in munere: & Ægyptus pcutitur muscarũ multitudine. i. cupidarum cogitationũ anxietate, sicut ostẽsum est. A. 27. 21. Cõgruè ergo à quodã dicitur philosopho, ꝙ radix pacis est aliena non rapere, fructus verò eius requiem habere. De tali põt dici, q̃d dicitur de Salomone. 3. Reg. 4. Habebat pacem ex omni parte. Cupiditas. 12

Iniusti-tia. 13 ¶Alij uerò habent iniustitiam, qui se habent ad subditos & ad omnes, qui cum illis habent agere: etiam quibus nocere timēt, uel nocere possunt; sicut malus marscallus ad equum pauperē, & pauperis: quem respiciens, & inueniēs unum clauum deficere: & intelliges, quòd nihil pro opere suo habebit: nisi strictum salarium: & ꝙ dominus equi non potest ei nocere, si parum recalcitrauerit, eum prosternit: uel super ligna & inter ligna, ad hoc facta, eleuat: & chamo os ligat ei feritatem imponendo. Dextrarium uerò diuitis ei adductum, omnibus ferramētis amissis, & in omnibus pedibus nudato: intelligens ꝙ dominus eius robas vel caligas dabit, uel dedit: uel ꝙ ei malum facere posset, si uellet: si equum suum malè tractauerit: illum leniter palpat, & blandè alloquitur, dicēs: benedictus Morellus de Hispania. Ita nonnulli domini terreni, & etiam prælati, & eorum ministri se habent tam in religione quàm extra: quia pauper, qui non dat, & qui nocere non potest, pro paruo delicto durè tractatur. Sicut patet per exemplū de curia Leonis. C. 16. 36. Magni verò, qui munera uel festa dant: uel nocere & agere ad illos possunt: absolutionem, uel depositionem etiā pro magnis delictis faciliter euadunt, qui cum tali iniustitia non plus bonā possunt habere pacē, quàm ille, qui inæqualiter tangit chordas, bonā melodiam: de quibus dictū est. C. 4. 3. & 4. quia sicut p̄dictus equus pauper, semel sic malè tractatus, nunquàm postea libenter se illi subijcit, qui prius eum malè tractauit: sed quantum potest, recalcitrat, & à potestate eius se retrahit. Ita malè tractati verbo, corde, & ore, talibus contradicunt & contra eos cogitant: & faciunt, quando tempus uiderint oportunū: illisq; ore detrahunt, & in corde cū illis pacē nunquàm habent. Ideo signanter dixit ꝓpheta: Iustitia & pax osculatæ sunt: quasi diceret: ubi est iustitia, ibi pax: quia teste Esaia. Et erit opus iustitiæ pax. Esa. 32. Vbi uerò iniustitia à contrario sensu, ibi nulla erit pax. Et sic verificatur in eis illud. Esa. 59. Qui calcat in eis. i. subditos, ignorat pacem. Luxuria. 14

Alij verò habent peccata luxuriæ, pacis impedimenta. Quòd enim illa pacem impediant, eleganter significatum est. 4 Reg 9. vbi Iorā Regi quęrenti: Nunquid pax est Iehu? Respondit Iehu: Quid tibi, & paci: adhuc vigent fornicationes matris tuæ: quasi diceret: dum illæ sunt in usu: quomodo potest pax esse in terra? Ita modo dum tot sunt fornicationes, adulteria, & alia huiusmodi peccata immūda; quomodo posset diu pax esse inter nos? qui tot modis bellamus contra Deum, qui est pax nostra. Eph. 2.

Iniuria. 15 ¶In alijs verò pręteritarum iniuriarum memoria pacem impedit. Et tales Lupo assimilantur. De quo in fabulis fertur: ꝙ in domo cuiusdam nutritus, tandem filium eius in cunabulis occidit. Exēplū de Lupo. Cui paterfamilias de campo rediēs occurrit, & Lupo ab ictu securis discedente: grandem in lapide fecit impressionem. Cui post paterfamilias obuiās, eum allocutus fuit de concordia facienda: & de die amoris tenenda. Cui ille: diem amoris bene tenere poterimus: sed tamen quotiens tu de filio tuo cogitas occiso: & ego de ictu securis in lapide: nunquàm boni erimus amici.

¶Assimilantur etiā illi infideli. A. 16. 6. Ad hanc uerò memoriam habendā, & discordiam continuādam, quandoque propria malitia, quandoque uero diaboli excitantur aduocatis. i. oblocutoribus & detractoribus: qui quādo aliquis cum aliquo pacem facere deberet: ipsum de iniurijs factis cōmemorant: & uerbis, quibus possunt, homines ad iracundiam & discordiam prouocant, & pacem impediunt. Quorum officium est officiū diaboli: quia sicut officium Christi & bonorum Christianorum, est pacem inter discordantes reformare, & tenere, propter hoc namq; Christus in terram venit. In cuius signum in eius Natiuitate Angeli cantabant.

tabant. In terra pax hominibus bonę voluntatis. Luc. 2. Ita officium diaboli & malorum hominum est discordias seminare, & pacem impedire: & ad hoc causas & allegationes apponere: de quibus. Eccl. 28 Susurro & bilinguis maledictus; multos enim turbauit pacem habentes.

16 ¶Quòd uerò isti prędicti, & eis similes diu pacem habere non poterunt: exemplo patet sequenti: quo ostenditur, quòd quædā vt fertur in vna terra fuit ciuitas peccatis plena: hęc ergo timorem habens cuiusdam magni regis, qui contra eam ueniebat, misit ad quādam potentem, magna ei offerens stipendia, & rogans quòd ad eos defendēdos uenire dignaretur: ad quem legati uenientes, ut eum ad assensum præbendum animarent: ei ciuitatis exposuerunt fortitudinem: in muris fossatis: turribus & huiusmodi munimētis, à quibus ipse respondens, quæsiuit, dicens: Est ne coopertura superiùs, ne ira Dei super illam descendere possit? Hoc inquit: propter hoc dico: quia si haberet murum, qui posset uos defendere à uindicta Dei: ad uos uenirem & non aliter, quia dum est tam plena peccatis, quantūcunque sit bene firmata lapidibus & militibus: impossibile est eam pacificè & prospere gubernare: quia nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat, qui custodit eam: in Psal. 126. Et si dominus illam custodierit, totus mūdus illam destruere non posset, quia teste Paulo. Rom. 8. Si dominus nobiscum: quis contra nos? quis pugnabit aduersus electos Dei? Deus uerò quamcunque custodit ciuitatem, terram, & personā, quæ eius custodit mandata: meliùs quàm omnes muri & milites mundi. Et non ambulantem in via Dei, non custodit: sicut patet. Baruch 3. vbi talibus improperando loquitur Deus per prophetam, dicens: Quid est Israel, quòd in in terra inimicorum: supple captiuus es? Sequitur Si in uia Dei ambulasses, habitasses in pace super terram. Ecce

Exēplū.

non dicit Israel translatum in terram inimicorum: propter defectum murorum, & armorum, uel equorum, uel militum fortium, sed quia in uia Dei non ambulauit: sine qua impossibile est rebus pacem dari. 2. Mach. 4. Vide plura de istis impedimentis pacis: sermone 83. 5.

¶Inter multa ergo, quæ ad hoc requiruntur: quòd homines inter se pacem habeant: primum & maximum est, quòd pax fiat inter nos & Deum; & interiùs inter nos & conscientiam. Sic enim citiùs illam obtinebimus, quàm quibuscunque processionibus, uel orationibus, uel missarum celebrationibus, quia si omnia ista fiant, & aliud omittatur: nihil impetratur: quia, sicut dī. Iob 9. Quis restitit ei, & pacē habuit? Cum uerò finis belli sit pax: ad hoc, quòd istam pacē cum Deo & conscientia habeamus: oportet, quòd priùs bellū cum vitijs habeamus & uitiosis, & tunc habebimus tempus belli, & tempus pacis. Eccl. 3. & aliter non. Quod pulchrè significatum est. Num. 33. Si (inquit) nolueritis interficere habitatores terræ, qui remāserunt: erunt uobis quasi claui in oculis. i. si nolueritis interius destruere peccata, & exteriùs corrigere peccatores, erunt uobis tam afflictui interiores & exteriores. inimici, Deo hoc ordinante, quòd pacem non habebitis, nec interiùs, nec exteriùs.

Art. c. 5. 17

¶Nec mirum, quia quantūcunq; roget ore, quę ad pacē sunt: quomodo pacē habere posset: qui opere Deum expugnat: & bellum cū Deo habet, quomodo posset talis, uel cum uicinis, uel cū consciētia sua pacem habere, cū Deus in hoc casu faciat, sicut facit, qui bellantibus resistere uel eis nocere vult. Talis nanque aliquis procurat, qui ex alia parte contra eos surgant: sic Deus contra eos omnes ad insurgēdum inuitat, dicens: Quis consurget mihi aduersus malignātes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem? in Psal 93 Specialiter tamen inter oēs conscientia surgit cum Deo, & quasi

lancearum aculeis peccatorem pungunt, quæ punctura peſſimum eſt bellorum genus, ſicut patet. C. 7.artic.5. Aliquotiens etiã exteriores cõtra peccatores excitat inimicos, de quibus ſi uis pacẽ habere, fac primò, quod Deus præcipit. Prouer.3. Mandata mea cuſtodi longitudinem dierum, & pacem apponent tibi. Et iterum: Prouerb.16. Cũ placuerint domino uię hominis, inimicos quoque eius cõuertet ad pacem. Ex quibus patet illud. Eccl.1. Initium ſapientiæ timor domini, replens pacem, & faciens ſalutem.

¶Sed heu, aliqui non pacẽ, ſed treugam cum Deo faciunt, qui uſque poſt Paſcha à tempore confeſſionis uel vſq; poſt infirmitatem Dei cuſtodiunt mãdata, a peccatis ceſſant, ſed iſta nõ ſufficit, quia ſemper pacem habere debemus in terris: ad hoc ꝙ ſemper pacem habeamus in cęlis, de qua. 2. Theſſal.3. Deus autem pacis det uobis pacem ſempiternam.

18 ¶Secundum autem ſimile eſt huic, ꝙ videlicet pacem habeant cũ Dei ſeruis, & miniſtris, quia nãque fronte vel audacia poſſet quis ab aliquo rege pacem petere: & ſeruos ſuos cõtinuè expugnare? & ſi peteret, fruſtra peteret cũ illis. Iaco.4. Petitis & non accipitis, eò ꝙ malè petatis. Sic in propoſito, de illis qui tempora Deo petunt pacifica: ergo ꝙ à nullo inquietentur, dicentes: Da pacem domine in diebus noſtris, & pauperes crudeliter affligunt, & incarcerant, & odio habent iniuſtè perſequentes. Sic enim agentes & ſi pacem petunt, pacem non obtinebunt, ſed dicetur eis, petitis & non accipietis, &c. ipſo contra eos bellante, qui ait, propter miſeriam inopũ & gemitũ pauperum, nunc exurgam, dicit dominus, in Pſal.11. Cui nõ poterunt reſiſtere, quia dominus quaſi uir pugnator, omnipotens nomen eius currus Pharaonis & exercitum eius, ſcilicet, qui ſeruos eis pſequebantur, ꝓiecit in mare. Exo.15.

¶Non ſolum perſequentiũ perdẽdo pſonas, ſed omnia etiã cõtra illos exercendo quæ ipſi ſeruis ſuis facere conſueuerunt. Ipſi nãque tyranni pauperum diripiunt poſſeſſiones, & domos illorum occupãt, & perſonas quãdoq; occidunt. Sic Deus illis miniſtrat admodũ Regis, qui hæc tria facit rebellantibus, iuxta illud Pſal.20. Dominus in ira ſua conturbabit eos, poſſeſſiones ſuas & bona exteriora auferendo per infortunia. Et deuorabit eos ignis, ſcilicet, inferni, ſcilicet, domum animę.i. corpus & contentam animam in gehennam mittendo & incarcerando.

¶Si ergo homines cum illis, quos offenderunt, pacem faciũt, timore aliquorũ Iudicũ terrenorũ, qui veniunt, vt de talibus inquirãt malefactoribus. A fortiori ratione, ꝗ aliquibus nocuerunt, cum eis pacem facere deberent, timore iſtius Iudicis, qui habet poteſtatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Luc.12. Et 1.Pet.2. Et agatis, ſicut agit, qui cum aliquibus brigam habet uel bellum, quando uidet, ꝙ Rex, cui reſiſtere non ualet, partem illorum ex corde iuuat, talis enim in hoc caſu, ſi ſapiens ſit, cum illis cõcordant. Et ad hoc ꝙ concordiã illã cũ Rege obtineat: oportet ꝙ ſicut rancorẽ de corde, ita ẽt incarceratos de hominibus Regis illius de carcere ſuo dimittat, & ablata reſtituat, & tunc ſecuriùs pacem petat. Sic in propoſito, & remittat vnuſquiſque fratri ſuo de corde ſuo, & ceſſate eis nocere, & ablata reſtituite, & tunc ſecurè rogatę, quæ ad pacem ſunt, in Pſal.121.

19 ¶Tertium, quod requiritur ad pacem obtinendam, eſt mãdatorum Dei obſeruantia. Leuiti.26. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo uobis pluuiam, & terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur, quo ad abundantiam temporalium. Dabo pacem in finibus veſtris, dormietis, & non erit, qui exterreat, quo ad pacem temporum, perſequemini inimicos veſtros & corruent coram uobis.

¶Quartum

20 ¶Quartū, quod requiritur, est, ꝙ in concordia facienda,& pacem inter discordantes reformāda: non nimis graues petantur emendę:non tantum propter causam pretactā.D.10.14.verū etiā ne illorum intentio & nisus potiùs uideatur esse circa cupiditatē, quàm pacem. Et pax,quę tali fit pacto, nunquā erit durabilis,sicut ostēsum est.B.2.55. quia si sic cōcordatus auderet cor ostēdere: non diceret, se pacificatum, sed prouocatum: quia nimis carè pacem emit:vel nimis de iure suo parti timore dimisit. Et ideo tempore uiso opportuno, ostendet ꝙ nunquàm in medio tempore uera pax fuerat.

¶Qui ergo veram desiderat pacem, tria potius facere deberet, quàm illa fraudaretur.

¶Primò nanque deberet se potiùs humiliare aduersario suo. Exēplo informatus brutorum, de quibus dicit Plinius.li.8. ꝙ in quibusdam animalibus hęc reperta est solertia:ut duę oues sibi occurrētes super pontem arctum: cùm non posset vna iuxta aliam transire,& aqua esset profunda; nec liceret retrocedere: vna alteri se substrauit, & alteri supra se uiam fecit. Sic homines deberent sibi cedere: & unus alteri se humiliare ꝓpter bonū pacis: ne in ꝓfundum cadant inferni: cogitantes ꝙ arcta est uia, quæ ducit ad uitam. Ergo ne ab illa deuies,& in profundum cadas: esto consentiens aduersario tuo. Matth.5. Non uos defendentes charissimi.Rom.12.

Exēplū de duabus ouibus.

¶Secundò deberet potius de suo dare, sicut patet per exemplum & auctoritatem.D.9.11.

¶Tertiò deberet aliquando iuri suo credere:& iniuriam,uel etiā grauia pati. Exēplo Constantini, qui potiùs elegit grauiter esse infirmus, quàm puerorū morte multorū pacem ꝑturbare. Sic ergo inquire pacē, & ꝑsequere eā: in Psal.33. Quam auctoritatē Chrysostomus allegās super Matth.Homel.9.

21 dicit: Nō(inquit)dixit Psal.Ite,pax sequetur,suscipe eā,sed si à te fugerit,sequere eam: vtputa, si quod humanum est,cū alio feceris litē, siquidē te priùs inuitat ad pacem,pax te sequitur,cum gaudio suscipe eam:ꝙ si ille quasi malus permanet in malo:pax absconditur ab oculis tuis:tu quasi filius pacis,pulsa ianuam pacis. Et hoc est:inquire pacem. Non dicas: Ille mihi prior iniuriam fecit, & priùs me debet rogare: gloriosior es tu,si innocens pacē petieris,quàm si nocēs. Quærite igitur pacem, ut præmium pacis inueniatis cū illis.Matth.5. Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabūtur. Exemplo Christi, qui uenit Hierusalem, quæ uisio pacis dicitur,ad quærendum pacem,ut dirigeret pedes nostros in uiā pacis.Luc.1. Et exemplo aliarū operationum, quæ diligenter in alijs fiunt negocijs minoris utilitatis. Si enim legatum hominis cum magna, non dico expectatur, sed quæritur diligentia: ergo à fortiori ratione legatum Dei: de quo Ecclesiast.45. Statuit ei testamentum pacis.

¶Quomodo uero illud Dei testamenti legatum amittitur: vide.D.8.6. Alij etiā illud perdunt,quia illud quærere nolunt. Quantūcunque enim aliquid tibi legatū fuerit: nisi illud quærere uelis: quis illud tibi portabit? Sic nec illis uera portatur pax, qui dicunt bene uellem pacē,sed priùs nolunt humiliare,nec circa illam habendā laborare,quia sicut dicitur, Esa.59. Viā pacis nescierunt. Nota,ꝙ signanter dicit. [uiam]quia uiæ terminum uellent, sed via,qua ad illum peruenitur terminū, scire nolunt: de quibus Aug. super illud: Psal.84. Iustitia & pax osculatæ sunt: Due (inquit) sunt amicę iustitia & pax:tu fortè unam uis,& alteram nō facis. Nemo enim est, qui non vult pacem, sed nō omnes operari uolunt iustitiam. Interroga omnes homines, vis pacem uno ore respōdebit genus humanum, opto, cupio, amo, uolo, ama ergo iustitiam, quia duæ amicæ sunt. Et si amicam non amaueris, non amabit te,nec ueniet ad te. Hæc ille.

Artic.6. ¶Si uerò illam prædictam amicam
22 dilexeris: ista ad te ueniet cum triplici utilitate:cum vna ante mortē:cum alia in morte:cum tertia post mortem. Ante mortem nanque pacis vtilitas est bonorum,tam spiritualium, quàm temporalium multiplicatio & augmentatio. Sicut econuerso contingit, quòd bella & dissensiones sunt causa depauperationis: ita pax ditationis: propter quod dicitur Iob 22. Acquiesce ei, & habeto pacem: & per hāc habebis fructus optimos, & in Psal.121. Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis.

¶Alia est eius vtilitas ante mortem, ꝙ filios Dei per gratiā facit: ipse enim Christus est rex pacificus, & significatur per Salomonem, qui uocatur pacificus. 1.Paral.22. & 2.Cor. vlt. Deus autem pacis, &c.

¶Tertiò in nobis Dei facit habitaculum: Deus enim est sapiens, qui locum diligit pacificum. Psalm. In pace factus est,&c.

¶Quarto oculum cordis ad Dei disponit uisionem: sicut pax aquæ ad uidendum imaginem in ea. Heb.12. Pacem sequimini cū omnibus & sanctimonia, sine qua nemo Deum uidebit.

¶In mortis verò transitu, seu portu, ad pacem seu quietem ducit æternam. Sic nanque nauigantes in portu gaudent quieto: ibiq; dormiunt & requiescunt post labores. Ita pacificus in morte, dicens: In pace in idipsum dormiā & requiescam, in Psal.4. Esa.57. Veniat pax, & requiescat. In pace morieris. Iere.33. Et deducet in pace itinera tua. Prouerb.4.

¶Post mortem etiam pacifici tanquā filij Dei cum patre suo pacifico conregnabunt & tunc veniet sicut dicit apostolus. Rom.14. ꝙ regnum Dei non esca: nec potus sed pax,&c.

Artic.7. ¶Et sicut ex iam dictis patet, ꝙ mul-
23 ta ex uera pace sequuntur bona. Ita ex veræ pacis defectu multa sequuntur mala. Veræ autem pacis defectus dupliciter contingere potest: vel per fictā & falsam pacē, uel per apertā discordiā: & ex utraque multa mala contingunt.

¶Quòd enim ex prima, multa mala contingunt humano generi damna; ostendit, tam primorum parentum casus & infortunium: quàm etiam quotidianum experimentum.

¶Primorū nanq; parentū peccatū, & totius generis humani perditio, ex hoc ſm doctores accidit: ꝙ Adam cum vxore sua ī malis cōcordabat: potiusq; elegit cum peccatrice pacem malā habere: eiq; in malis placere, q̄ ei deesse pomi sibi oblato ab vxore, cōtradicēdo displicere, & vxoris pacem perturbare.

¶Quotidianum insuper experimētum ostendit, quāta ex inordinata pace sequuntur damna, tam inter uiros ecclesiasticos, quàm etiam sęculares.

¶Inter viros nanque ecclesiasticos, tam religiosos, quàm alios ex hac mala contingunt.

¶In religione nāq; ex hoc ꝙ maiores potius eligunt cū minoribus pacē habere: ne eorū amittant fauores in locutionibus, & electionibus, & famæ dilatione: uel ne in officijs nō ponantur, vel ne de officijs deponātur, si displiceant: multa dissimulantur, quæ de iure dissimulare non deberent.

¶Inter alios etiā uiros ecclesiasticos ex hoc ꝙ pręlati & alij, qui in animarū ponuntur regimine: parrochianos suos & alios offendere nolūt: sed volunt cū malis in pace viuere, multa peccata incorecta dissimulantur: & vtriq; liberè ad infernum uadunt, quia utrique cōtra cōscientiā agunt, tam peccantes, q̄ cū eis pacē habentes: Psal.72. Quia zelaui super iniquos pacem peccatorum videns: nō est respectus morti eorum.

¶Inter uiros etiā sęculi, sicut inter duodenarios & assessores & falsos homines patriæ: & hoc lattrones sustentantur & homicidę: ꝙ mutuò se iuuāt: & unus ad rogatū facit alterius, cum quo malā habet concordiā. Et non in omnibus istis se excusare ęstimant per illos, per quos rogantur: sicut Adam se excusauit per uxorem suam. Gene.3.

tam

tam magna mala pacem appellantes. Sapien. 14.

24 ¶Quod etiã ex manifesta discordia multa sequuntur mala; certũ est: quot enim ex bona pace in præcedẽti articulo sequũtur cõmoda: tot necesse est, ut ex eius cõtrario sequãtur dãna: tã ante mortẽ, q̃ in morte, q̃ ẽt post mortem.

¶Quòd eñ ante mortẽ ex pacis defectu multa cõtingant mala: tam exteriora sicut pugnę, homicidia, rapinę & hmõi, q̃ ẽt interiora: sicut odiũ, dolor, ira, malitia, priuata discordia, & hmõi, dubiũ non est nõ solũ inter duos: sed ẽt inter multos, sicut ostensum est. D.8.9.

¶Quo etiam in morte mala eos capiant in interitu, præsumendum est, ꝙ diabolus semper eos ante mortem ad hoc dispersit, ut in morte eos raperet.

¶In quo facto Lupo assimilãtur qui ẽm Philosophum lib. 2. de animalibus priùs gregem dispergit, & postea rapit. Sic iste Lupus rapit, & dispergit oues: Eccl. 41. O mors quàm amara est memoria tua: homini iniusto, & habenti pacẽ in substãtia sua: nõ in seipso, nec in cõscientia: nec cũ Deo, vel ꝓximo: sed in substãtia sua, quã nimis dilexit.

¶Quod etiã post mortẽ mala inuenient, patet: quia sicut de bonis & pacificis dicitur post mortem: Illi autem sunt in pace. Sap. 3. Deus nanque pacificus quemlibet talem nũc ad regnũ recipit pacis, dicens: In pace & ęquitate ambulauit mecum. Malach. 2. Ita econtrario modo agetur cum non pacificis. Nota. D.8. artic. vlt. Nec mirũ, quia si pacifici sunt beati oportet, quòd non pacifici sint maledicti: non tantũ à Deo, sed ab omni creatura: quia omnis creatura naturaliter quietem optat & pacem: quam ipsi perturbãt: de quibus Abdiæ cap. vnico. Inualuerunt aduersum te uiri pacis tuę. i. qui deberent esse uiri pacis tuæ.

Artic. 8. ¶Qui, quia tantũ cõmittũt delictũ,

25 sine pęna transire non possunt. Horũ autem pęna & periculum dupliciter timeantur: temporaliter, & ęternaliter. Tẽporaliter, tã in rebus, q̃ in personis. In rebus, patet per legẽ ciuilẽ in autẽtica: titu. de pace iuramen. firmanda. Col. 10. l. vnica. §. homicidium: in quã non tantũ ipsi perturbatores, uerũ etiã de eis iudiciũ nõ facientes: in suis facultatibus puniũtur: sub eo, qui sequitur, tenore. Iudices uerò, & locorũ defensores, uel quicunq; magistratus ab Imperatore, uel eius uoluntate constituti seu cõfirmati: qui militiam facere neglexerint: & pacẽ violatã ẽt vindicare legitimo supersederint: damnũ omne iniuriã passo resarcire cõpellantur.

¶Huic lex concordat Dei. Rom. 1. Digni sunt morte, non solum qui faciunt ea: sed qui consentiunt facientibus. Super quo dicit Ambro. ꝙ cõsentire est, tacere: cùm posset redarguere.

¶Nota plures auctoritates ad hoc. C. 16. 50.

¶Hæc est dura sentẽtia ꝯ nõ puniẽtes, ut meruerunt, latrones: de quibus habet. I. 13. 14. cũ sequẽti. Sequit. citò post in autẽtica ꝑdicta. Receptatoribus ẽt malefactorũ, qui ꝑdictã pacẽ violauerunt: & ꝑdam emẽtibus, nostrã indignationẽ subituris, & eadẽ pęna feriẽdis: ꝑterea bona eius publicent: & domus eius destruatur, qui pacẽ iurare & tenere noluerit: & lege pacis nõ fi uatur: hęc ibi Glo. verò super illo verbo: destruatur: uĩ textum deridere: dicens. Hic nõ inspexit Imperator iste deformitatẽ Vrbis propter destructionẽ domorum, quod alias lex respicit: quoniam interest Reipublicæ, ne Vrbs deformetur ruinis. ff. ne quid in loco publico. l. vlti. l. in ff. nouo. lib. 5.

¶Quòd ẽt puniẽdi sunt in corporibus & ꝑsonis, satis significat p hoc, qđ refert magister in historia scholastica. 26
Iosue 23. dicens: In signũ fęderis effudit Iosue aquã sup terrã. Mos (inquit) erat gẽtibus in signũ fęderis initi, sanguinẽ suillũ effundere: quasi diceret: sic effundetur sanguis eius, qui uiolauerit hoc fędus. Hebręi verò fundẽtes aquã atrociorẽ pęnã in uiolatorẽ iudicabãt. Alij enim liquores nõ effunduntur de vase, quin aliquod vestigium sui in eo

derelinquant: solus aquę liquor ꝓrsus effunditur: quod faciebant Hebræi fęderc inito cum dño:quasi diceret:Non solum uiolator huius fęderis peribit: sicut in alijs fit fęderibus, sed tota progenies eius peribit cum eo: ut nullum vestigium eius appareat super terram. Hęc ibi. In quo pęna patet & periculum violātiū fędus pacis:quod cū Deo faciunt quādo cōfitentur, & etiā quod cū ꝓximo faciunt Dei intuitu;quia nō solum ipsi uerum etiā ipsorū hæredes ꝓpter hmōi trāsgressiones pacis fędederis: non tantū hic lęduntur: sed etiā frequenter corporaliter occisi & exhęredati uidentur: quibus pęnis si carere volueris,pacē habeat tabernaculū tuū.
27 Iob 5. Quam si non habuerit: his hic, & in futuro punietur ęternis.cum illo, qui nunquā se flectere uoluit: ut pacē haberet diabolus:de quo fert̃ ꝙ à quodā requisit⁹:quare se humiliare nollet, vt misericordiam & pacem peteret Respondit affligi possumus, flecti nolumus. Cuius cōditionis sunt aliqui quo ad pacē requirendā vel habēdā, nolūt inclinari:& ideo iustum est:ut illius socij sint in pęnis, cuius cōditionē tenēt in culpis. Et ꝙ cęlestis pastor illos de ouiū excludat societate, qui simul pacificè nō viuunt,qui Canū & Porcorū, qui pro minimis pugnant,sequuntur conditiones. Quod uero ista pęna sit eis debita: ostenditur, tam historia, quàm etiam lege ciuili.

Exēplū. ¶Historia ad hoc fertur de duobus vicinis, inter se discordantibus: inter quos cū amici vellent pacē reformare, & nō possent: ipsis sic mortuis: quidā sanctus post mortē illorū uidisse legitur duos nimis deformes adinuicem crudeliter pugnantes.Qui requisiti,responderunt:se esse illos duos vicinos: qui, quia nunquam potuimus pacem inter nos habere: sed mutuò nobis detraximus, & nocuimus: & detractiones, & nocumēta libenter audiuimus: Idcirco nunquam pacem habebimus vel quietem: sed sicut tunc nos mutuò comedimus, & affliximus ad culpā:ita semper faciemus ad pęnā. Nota historiam aliam ad istud propositum.C.9.5.

¶In lege etiam hæc cōtinetur sententia.ff.de inofficioso testamento.l.papinianus.§.meminisse.i. in ff. veteri.li.5. Hac nāque lege habetur,ꝙ impugnās testamentum,utpote, quia testator nō fuerat sanę mentis, uel aliquid simile: & postmodum legatum, quod sibi in testamento legatum est,petens: illo legato carebit. Sic,qui impugnant testamentum Christi de pace habēda, quā Christus docuit in sua prædicatione. Eph.2. Veniens euangelizauit nobis pacem: quam tenuit in sua conuersatione: Psal.119. Cum his qui oderunt pacem: eram pacificus, &c Induxit in secreta admonitione. Marci 9. Pacem habete inter uos. Fecit in sua passione: quia redimet in pace animam meam: in Psal.54.Et Eph.2.Ipse est pax nostra: qui fecit utraque vnum.Esa.53. Disciplina pacis nostræ super eum. Obtulit in sua resurrectione.Ioā.19.Et Luc.24. Pax uobis: ego sum. Legauit in sua separatione.Ioan.14. Pacem relinquo uobis: testamento pacis semper priuabuntur Nota ad hoc aliam legem.D.8.6.& X.1.articu.3. Et iustè quidem sic priuabuntur, quia non est iustum, ꝙ filij sathanæ illud habeant legatum; sed tales, teste beato Grego. in pastorali: filij sunt sathanæ, Si (inquit)Dei uocantur filij, qui pacem faciunt:proculdubio sathanæ filij sunt, qui confundunt.

¶Circa uerò inuentionem remediorum contra omnia prædicta mala & pericula, quæ ex pacis contingunt defectu: tria restant dicenda. Primò nanque ostendere restat propositum in remediorum inuentione. Secundò inueniendi & habendi necessitatem. Tertiò non habentium periculosam fatuitatem. Quantum ad primum cū illis remedijs,quę ostēsa sunt, supra eo.cap.art.5. optimū & maximū cōtra oīa ꝓdicta pericula est animorū vera cōcordia: ut omnes homines sint quasi castrorum acies ordinata: & hoc Artic.9. 28

faciat

faciat in eis voluntas & ratio quantũ ad corpus mysticum, quod facit natura in corpore naturali. Sicut nanque natura ad hoc semper nititur: ut qualitates elementorum in corpore uiuo sint, in bona proportione: & ꝙ vnum supra aliud non dominetur per excessum inordinatũ, ad hoc ꝙ pax in corpore habeatur, quę ex bona euenit sanitate: & ad hanc habendam sudore & aliquando minutione expellere nititur humores qui hanc pacem impediunt: quæ dum obseruare per omnia potest: pace fruitur optata: & à contrario contrarium euenit. Sic in proposito, ratio Christianorum ad hoc intendere debet: ut sicut dicitur Roma. 15. Vnanimes vno ore honorificetis Deũ: ita ꝙ vnus supra alium non eleuetur per superbiam: nec alium deprimat per inuidiam: & ad istam vnitatis pacem habendam, oportet ꝙ tam peccata interiora eijciat: quàm etiã peccatores exterius corrigat uel eijciat orãdo, & cooperando cum Paulo, dicente: Vtinam abscindantur, qui uos conturbant, tanquàm mali humores. Nã ꝙ mali homines sunt sicut mali humores in corpore: patet per Decretũ. de consec. dist. 4. est vnitas. Et sicut Zizania ĩ tritico: sicut patet per Decretũ sumptum ex uerbis August. in lib. de baptismo. 23. q. 4. quantus. Et ad hoc faciendum, cooperari debet superioris potentia, qui minutoris locum obtinet: quæ si non fecerit, spiritualis sanitatis pace semper parebit. Si uerò hoc ex corde & effectualiter fecerit: in pace sunt omnia quæ possidet. Lu. 11.

29 ¶Quantum ad secundum, necessitas hoc medium & remedium inueniendi, primò nobis in consuetudine ostenditur discretorum: quia sicut inter se discordantes, uidentes tertium cum exercitu magno contra eos venire: pacem inter se faciunt, ut sint fortiores contra tertiũ. Sed diabolus uenit cum exercitu magno, terram nostrã inuasurus: ad hoc enim circumit quærẽs quem deuoret. 1. Pe. 5. Quantumcunque ergo priùs fuerimus inter nos discordes, hoc intelligentes: simus amodo pacifici & concordes, ut simus contra illum. fortiores.

¶Quod si facere noluerimus, minor in nobis, quàm in brutis inuenitur prudentia, uel sagacitas. Nã & duo canes inter se pugnantes, uidentes lupum contra eos uenientẽ: brigam, quã inter se habuerant, dimittunt: & lupũ cõcorditer inuadunt. Hac cõsideratione sicut refert Iulius sextus strategematon. li. 1. ti. 10. Scorillus dux Dacorũ in exercitu pugnã sedauit, ostendẽs eis duos canes pugnantes: ante quos lupũ currere fecit: quo uiso, pugna inter eos dimissa: lupum concorditer sequebãtur. Sic inquit facite uos cõtra Romanos. Sic etiam faciant Christiani contra diabolum & animarum inimicos, tenentes doctrinam prophetę, dicẽtis: Stemus simul. Esa. 50. Et iterum. Accedite simul: qui salui estis. Esa. 45. Et iterũ. Simul ad iudicium appropinquemus. Esa. 41. Et superior in hoc casu Exemplum teneat Moysi: de quo dicit Actuum. 7. ꝙ apparuit illis litigãtib⁹, & recõciliabat eos in pace, dicens: Viri fratres estis: ut qd nocetis alterutrũ? Exẽplũ.

30 ¶Iterum non solum inimicorum multitudo ad hanc concordiam habẽdam nos necessitat, sed etiam ipsorum propinquitas: quia semper prope nos sunt uidentes & audientes, quicquid facimus. Hac consideratione (sicut narrat Iulius sextus strategematõ. li. 1. c. 9.) Silla Romanorum dux, legiones pacificauit inter se discordantes: nunciãdo hostes propè esse: qui statim contra hostes se armauerunt. Sic uos cum inimici propè sint, induite uos armaturam Dei: ut possitis stare aduersus insidias. Eph. 6. Soliciti seruare vnitatem spiritus in uinculo pacis. Eph. 4. Illos uerò, qui his cautelis ad pacem mutuam utuntur, comprehendit beatus Gregor. in mora. dicens. Inde nobis pax robustior oritur, vnde nobis ab aduersarijs pugna durior generatur.

¶Non

31 ¶Non vtentium verò, tanto maius est periculum, quanto maiores sunt, qui inter se discordant: siue sit in vno regno, siue in vna ciuitate, siue in domo: & maximè quando ipsi inter se discordant, qui regnum uel ciuitatẽ, uel domum regere deberent: quia tunc nõ ipsis tantum mors imminet & ruina: sicut corpore ex malis humoribus. sed etiam omnibus membris, & omnibus subiectis: sicut patet. 2. Regum. 17. vbi duobus consiliarijs Absalon. Cusi, uidelicet, & Achitofel inter se discordãtibus: totius exercitus sequebatur ruina. Sic nunc, quia secundùm Chriso. super illud Matth. 2. Herodes rex turbatus est: & omnis Hierosolyma cum illo. Quemadmodum (inquit) certãtibus uentis, mare concutitur: sic legibus sibi aduersantibus, populus regnî vexatur. Ergo consilium pacis erit inter illos: Zach. 6. Et sicut dicit Prou. 12. qui pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium. Nota de ista materia. C. 4. 25. vsque ad finem: & C. 9. per totum: & D. 8. per totum. Hæc locutus sum uobis: vt in illo pacem habeatis, qui dicit. Ioan. 16. Hæc locutus sum uobis, vt in me pacem habeatis solummodo.

Arti. 10. ¶Ad cognoscendum uerò, si hanc
32 habeamus pacem. Primò exẽplo vtamur Anselmi. Sicut nanque reflexio ad parietẽ radij solis lucentis in aquã, stantem in uase aliquo lato, ostendit vtrum aqua in uase stet in pace: illa reflexio in pariete pacifica cernitur: & si transit in motu: scitur quòd aqua sit in motu. Sic radij à corde exeuntes in verbo, & opere, & alijs signis ostendũt cor pacificum, & non pacificum: quia sicut fumus est signum ignis: ita illa, quæ exterius patent, ostendunt, ubi sunt cogitationes pacis, & non afflictionis: quia ubi uera est pax interiùs, illa exteriora sunt pacifica, & ad malum non mouentur: quia sicut dicit dominus Esa. 54. Fœdus pacis meæ non mouebitur.

¶Secundò cum pacifici dicantur & sint filij Dei: sicut patet Matth. 5. Eadẽ euidentia est utendũ ad sciendũ, quis sit pacificus, qua utitur quis ad sciendum quis sit filius Dei: de quo experimento dictũ est F. 5. artic. 2. Sicut ergo filij boni aliqualis habetur euidentia, ex hoc, quòd à patre percussus, non repercutit: ita pacificus in hoc ostenditur, quòd Deo ordinante uel permittente: tribulationibus & aduersitatibus percutitur. Et tamen omnẽ exterius ostendit pacem, sapientis obtẽperans doctrinæ, qua dicitur, Prou. 3. Disciplinã domini fili mi ne abijcias: neque deficias cum ab eo corriperis: quem enim diligit Deus, corripit, & quasi in filio complacet sibi. Ergo sicut dicitur Ecclesiastici 41. Disciplinã in pace conseruate propter causas tactas. C. 16. 29. cum sequentibus.

¶Et propter timorem & amorem illius, de quo in Psal. 84. loquetur pacem in plebem suam. Pro quo est aduertendum: quòd est de Deo in hoc casu & plebe sua: sicut est de patre nobili & filijs suis, ad scholas positis: quia sicut non sufficit tali patri nobili, ꝙ filij sui magistrum habeant communẽ in scholis legentem, sicut cęteri, qui scholas adeũt, sed magistrum eius deputat specialem, qui eos specialiter in his, quæ discenda sunt uel facienda, informet. Ita non sufficit patri nostro Deo: uel Papæ: uel Episcopo: qui se de pace intromittit reformanda, propter diligentem quam de subditis suis habent curam, quòd pacis informatores habeant generales, scilicet, prophetas, Patriarchas, & alios pacis prædicatores: sed ipsemet tanquàm pedagogus speciali ad pauperes suos pro pacis reformatione & continuatione uenire dignatur: uel ad hoc specialiter legatum mittit: qui loquetur pacẽ in plebem suam, tria ostendens, indicium amoris intensi [loquetur] beneficium ualoris impensi [pacem [fastigium honoris immensi [in plebem suam.] magnus nãq; honor est, quòd sic vult se habere ad plebem suam. Arti. 11. 33

¶Primum ergo est iudicium amoris

ris intensi: quia non loquetur durè, nec rigidè ad terrorem · nec ad vnius, vel alterius partis deceptionem: sed in voce gratiosa, ad magnam vtriusque partis utilitatem: formam in hoc sequens Christi: qui dicit Ioan. 6. Verba, quæ ego locutus sum uobis, spiritus & vita sunt.

¶Secundò ostendit beneficium ualoris impensi, id est, pacem non fictam vel falsam: sed ueram & utilem: non sicut aliqui, qui pacem quærunt utilem pro vna parte tantùm: nimis vni parti adhærentes: qui ideo veram & stabilẽ pacem facere non possunt: quia sicut in ędificio materiali si lapis angularis, qđ deberet duos parietes copulare, vni parti nimis adhæreat, & alteram deserat: non erit opus firmum, uel stabile. Ita &c. sed sicut Christus, qui stetit in medio discipulorum, & dixit: Pax uobis. Ioan. 20.

¶Non plus ad vnam quàm ad aliã inclinans partem, sed in medio stans & cooperãs: ut sicut dicitur in Psal. 121. Fiat pax in uirtute, &c.

34 ¶Ad cuius auctoritatis intellectum est aduertendum, quòd quædam similitudo est inter morbos corporales & spirituales, quantum ad tres conditiones. Primò, quia sicut aliquæ sunt infirmitates corporales, quæ nec uirtute naturę, nec arte medici sanari possunt: & de sic infirmitatis non est spes vitæ. Ita aliquæ sunt infirmitates & cęcitates spirituales, ire, discordiæ, & huiusmodi: quibus homines intantum infirmantur & excecantur, quòd nec propriam rationem sequi, nec alienã audire uolunt. De quorum uita spirituali, quæ in pace consistit, desperatur, quia nec uirtute propria, nec arte curari uolunt aliena.

¶Secundò: quia sicut aliquę sunt infirmitates, quæ licèt uirtute propriæ complexionis forte sanari nequeant propter grauem infirmitatis conditionem: adiutorio tamen phisici uel cirurgici sanitatem recipiunt optatam: Sic aliqui, qui licèt propter cordis superbiã & grossiciem discordiæ & iniuriæ non sanent infirmitatem, propria ducti uoluntate: per alios tamen mediatores illam recipere sunt parati, & de istis est spes sanitatis.

¶Tertiò: quia sicut aliquæ sunt infirmitates corporales: quæ ex naturæ fortitudine, & bonæ complexionis uirtute sine alia exteriori sanãtur medicina. Sic licèt discordia oriatur inter homines rationis & bonæ uoluntatis propria ratione se uincentes de corde rancorem remittunt & pacificãtur. Prima conditio est reproborum. Secunda infirmorum. Tertia perfectorum: ad quam Psal. 121. quemlibet hortatur, dicens: Fiat pax in uirtute tua.

¶In qua auctoritate vnum præcipit, 35
& aliud docet, seu ostendit. Præcipit namque amicitiæ, fractæ reparationẽ: ostendit societatis adeptæ continuationem: primum pręcipiẽdo dicit: [Fiat pax] secundum ostendendo: quomodo uidelicet illud præceptum impleri & continuari poterit, adiũgit [in uirtute tua.] Vt primum impleatur: est primò ab omnibus multum desiderãdum. Et secundum à Deo diligenter petentum.

¶Primum patet: quia omnes, ut cõmuniter appetunt felicem, & delectabilem uitam, quæ sine pace haberi nõ potest: quia si quis habeat omnes diuitias mundi sine pace, illas securè non possidet: sed semper cũ amissionis timore. Si iterum haberet omnes delitias mundi in esculentis, & poculẽtis, & huiusmodi, parum proderunt, dum cordis habet tędium & inquietudinẽ & timores, quę ex discordiarũ & pugnarum & bellorũ veneno eueniunt. Si iterum multos habeat honores, dũ tamen illis non honoratur: sed contẽnitur, quibus nocuit: plus de istis dolet, quàm de honorantibus gaudeat. Si ergo ista multum optantur: maximè optari deberet pax: sine qua ista parũ valere uidentur. Ideo congruè dicitur Hester. 13. Cunctis mortalibus optata pace perfrueris.

¶Secun-

¶Secundum patet: quia cùm in omni angulo, in omni patria inter magnos diuites & pauperes tot sint discordię, tantaque superbia, ex qua accidit, quòd quilibet erubescit pacem quærere: ne ab alio inferior, uel alium timere uideatur: non videtur quomodo pax fieri poterit: sine Dei speciali prouidētia & adiutorio. Iuxta illud. 2. Macha. 4. sine regali prouidentia est impossibile pacem rebus dari: ergo est à Deo multùm petendum.

36 ¶Vt secundò ista pax perseueranter continuetur, patet, ꝙ necessaria est inter homines virtuosa vita: quia ubi est falsitas, dolus, proditio, superbia, & huiusmodi uitia, pax nūquàm erit uera, nec stabilis: quia talis pax est latronū, homicidarum, adulterorum, & aliorum malefactorum: qui ad tēpus cōcorditer viuunt: sed post quilibet aliū de malo accusat: & vnus de malo conuictus, alium appellat. Ideo Ezechias rex cōgruè ueritatem & pacem copulauit, dicens: Sit tantum pax & ueritas in diebus meis. 4. Regum 20. His de pace dictis. Nunc dimittis seruum tuū domine: secundùm uerbum tuum in pace. Lucæ 2. Et recipe in pace spiritum meum. Thob. 3.

¶Peccatum. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum mortale est duplex; originale; & actuale.*

2 *Peccatum mortale actuale in septem subdiuiditur capita; quæ sunt septem dona spiritus maligni, ad expugnationem, ac destructionem septem donorum Spiritus sancti.*

3 *Quodlibet istorum septem in quatuor secatur genera; nempe, in peccatum cogitationis; locutionis; operationis; & omissionis.*

4 *Horum autem quatuor vnumquodque contra Deum; seipsum; atque proximum fieri posse, ne verearis.*

5 *Peccata mortalia multifariè palliari posse, meridiana luce clarius redditur. Diabolus, eiusque ministri, qui homines ad peccatum sub aliqua palliatione, falsave coloratione trahere nituntur; ad instar esse aucupis; falsi lusoris; piscatoris; latronis; ac pugilis, aptissimè enucleatur. num. 6. 7. 8.*

9 *Dæmones, ac eius nefarij satellites, nō in diuitijs, delitijs, seu alijs huiuscemodi mundi vanitatibus; sed in rebus spiritualibus, quæ ad animarum spectant salutem, sub talibus pallijs peccatores excæcare nituntur.*

10 *Horum autem cæcitatem qualibet corporali cæcitate periculosiorem esse; & ipsimet experientur in morte; & magnus Deus patefaciet in iudicij magni die. num. 11.*

12 *Peccata mortalia omnia bona opera, quæ priùs peccatores fecerūt, ita mortificant; ac destruunt; non secus ac mors corporalis omnia corporis membra interimit, ac necat: vt pulcherrimè in omnibus inductiuè ostenditur. num. 13. 14.*

15 *Peccatum mortale turbat, ac pungit conscientiam: grauat animam, omnibus earum bonis spoliando: est ceu lepra, maxima homini nocumenta quoad omnia membra, & sensus inferendo: exteriora, interioraque bona destruit: omnia bona perfectissima ī malum peccatori conuertit: hominem denique instabilem, ac pro vniuersis bonis operibus in futuro faciendis, inhabilem reddit. num. 16. 17.*

18 *Peccatum mortale futura bona impedit, ac retardat: pænitentia verò non subsequente; bonis æternis totaliter peccatorem priuat.*

19 *Peccatum mortale ad culpæ pæneque malum peccatorem trahit. nu. 20. 21.*

22 *Peccatori in nullo sibi confidendum; vel tāquàm impunè euasurus, de peccato impunito lætandum esse, apprimè enodatur. num. 23.*

24 *Contra omnia prædicta mala, & culpæ, & pænæ, duo esse in vniuersali remedia; decem, videlicet diuina*

præcepta; atque eorum obseruãtiam, tibi inter legendum occurret: nume. 25.26.27.28.

29 *Peccata venialia tametsi mortalia effici nequeant, nec spiritualiter occidant; cùm ad mortalia tamen multum disponãt, ipsumque mortale peccatum introducant; periculosa admodum esse, pulcherrimis explicatur exemplis num. 30.*

31 *Qui sint illi, qui venialis peccati nomine, & natura abutuntur: quo etiam pacto tales à diabolo decipiantur; breuissimè concludendo terminatur.*

Eccatum est duplex, quoddã mortale, quoddam ueniale. Circa quę septẽ sunt facienda.

¶Primò nanque ostenditur peccati mortalis diuisio. Secundò quomodo palliatur. Tertiò, quæ dãna infert bonis pręcedentibus. Quartò, quę damna infert bonis pręsentibus. Quintò, quæ damna infert bonis futuris. Sextò, contra omnia prędicta mala ostendunt remedia. Septimò, peccati uenialis ostendetur similitudo, conditio, & periculum.

Artic. 1. ¶Quantum ad primum: peccatum

1 mortale sic dictum à mortis effectu, quem inducit, est duplex. Vnum originale: Aliud actuale. Originale est priuatio originalis iustitiæ: quę à primis parentibus transijt ad posteros. Sicut terra obligata transit ad hęredes cum oneribus & seruitutibus & debitis suis: sicut patet per legem. ff. de cõditione furtiua. l. si pro fure. § conditio, id est, in ff. ueteri. lib. 13. Et per decretum sumptum ex uerbis beati Gregor. 16. quęst. 6. si episcopum Et per decretalem. l. 5. de usuris. cap. tua nos. Nec tantùm onerantur de his debitis, quę contraxit ratione negociorum gestorum: sed etiam de onere contracto in operibus illicitis: ut puta furto & rapina: ita quòd obligantur ex patris maleficio: in parte quę ad eos peruenit, si lis non fuerit contestata, ipso uiuente: obligantur in toto: quia in hoc casu eodem onere ligantur secundùm leges, quo pater illorum obligabatur: sicut patet. C. libro 4. titu. ut ex delicto defunctorum heredes conueniantur. libro 1. sub eo, qui sequitur tenore. Post litis contestationem eo, qui uim fecerit uel concussionem, uel aliquid deliquit defuncto: successores eius insolidum tenentur. Sic in proposito: quia primi parentes furtum, seu rapinam commiserunt: de quo facto: lis fuit cum eis contestata, ipsis uiuentibus. Gen. 3. ubi Deus primum parentem ad iudicium uocauit. Ita nanque dicitur. Vocauitq; dominus Deus Adam: & ait ei: Vbi es? Ergo idem onus, seruitus, seu debitum; & obligatio quãtum à iustitia originali priuabatur, & ad mortem obligabatur: iustè ad posteros suos transiuit. Et ista iustitia per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit: & per peccatum mors. Rom. 5. qui mundum peccato damnauit. Roma. 8. Not. R. 6. 11. Item. C. 10. 4.

¶Peccatum uerò actuale, primò in 3 septem capita diuiditur, significata per illa septem capita. Apocalip. 17. Vidi (inquit) mulierem, sedentem super bestiam occineam, habentem capita septem, id est, animam peccatricem habentem septẽ mortalia peccata: quę sunt septem dona spiritus maligni: ad expugnationem & destructionem septem donorum spiritussancti.

¶Donum nanque timoris expugnat diabolus superbia, & pręsumptione: quæ faciunt homines minus Deum timere, quàm deberent.

¶Donum scientię, expugnat ira, quę facit, quòd quis non secundùm scientiam iudicat: quia illam excęcat.

¶Donum pietatis expugnat inuidia:

stia quæ facit hominem impiè cogitare & agere contra proximum suum.

¶ Donū sapientiæ expugnat luxuria: quæ hominem nimis infatuat: & vltra alia peccata in agendis & sustinēdis stultum facit.

¶ Donum consilij expugnat auaritia, seu cupiditate: quæ facit, quòd homo non sequitur bonum consilium: ubi lucri mali uideat auantagium.

¶ Donum intellectus expugnat gula: quæ hominem ad studendum & intelligendum ineptum facit.

¶ Donum fortitudinis expugnat & destruere nititur accidia: quæ facit hominem in his, quæ Dei sunt, tristem, & timidum, & quasi debilem & infirmū, & miluini generis: qui, sicut miluus est auis pigra & multum clamat: sed non bene uenatur. Ita in proposito.

¶ Patet ergo diabolus ille est draco rufus Apocal. 12. Draco (inquit) rufus, habens capita septem & in capitibus suis septem diademata: in signum regę potestatis: quam habet super omnes sibi subiectos. Hoc ergo aduertentes, non regnet peccatū in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscētijs eius. Sed neque exhibeatis mēbra uestra arma iniquitatis peccato Ro. 6.

¶ Secundò: quodlibet istorum septem diuiditur in quatuor genera, id est, in peccatum cogitationis, locutionis, operationis, & omissionis.

¶ Nam ꝙ quodlibet peccatorū cōmitti poterit isti quatuor modis, pla-
3 num uidetur: quia ꝙ superbia & sic de omnibus alijs committi poterit tribus primis modis: dubium non uidetur: ꝙ etiam omissio omnibus illis peccatorum generibus se immisceat, uidetur: quia superbiæ se immiscet, quando ex superbia omittit quod facere deberet: & sic iræ: & omnibus alijs.

¶ De istis ergo quatuor generibus peccatorum potest dici illud Dan. 7. Quatuor uenti cęli pugnabant in mari. Et cito post dicitur: Quatuor capita in bestia, id est, diabolo, & etiā in hoīe bestialiter uiuente. Et illud Zach. 1. Vidi, & ecce quatuor cornua. Et iterū ibidem: Ostendit mihi dominus quatuor fabros. Et qui aliquod istorum faciunt, sibijpsis inimicantur, iuxta illud Thob. 12. qui faciunt peccatum, & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ.

¶ Tertio quodlibet istorum qua- 4
tuor potest fieri cōtra Deum seipsum, & proximum.

Contra Deum: sicut in infidelitate: in desperatione: in mala iuratione & huiusmodi.

¶ Contra seipsum: in gula, accidia, luxuria: quia qui fornicatur, in corpus suum peccat. 1. Cor. 6. Contra proximum: ipsum ī anima, uel in fama, uel in corpore, uel etiam in substantia lædendo. Et sicut contra quemlibet istorum potest committi peccatum cogitationis, locutionis, & operationis. Ita etiam omissionis: quando omittitur quod alicui istorum fieri deberet: siue cogitando: siue loquendo: siue operando. Inter omnia tamen ista, quo ad satisfactionem maior est difficultas in peccato, quod committitur cōtra proximum: quia ubi alia contritione & pœnitentia delētur corporali, illa ubi facultas adest: non delentur sine restitutione, uel emenda: ubi in rebus, uel fama, uel corpore proximū læsit. Diabolus ergo bestia est, quæ istis tribus dentium ordinibus, quos potest, deuorant de qua Dan. 7. Bestia similis vrso stetit: & tres ordines in ore eius. Et ista tria triplex sunt funiculus, qui difficilè rūpitur, Eccles. 4. de quibus Prou. 5. Funibus peccatorum suorum quisq; constringitur. Ex dictis ergo patet triplex peccati actualis diuisio: quarum prima est in septem Secunda uerò distinguit quodlibet illorum septem in quatuor & tertia distinguit quodlibet illorum quatuor in tria. Vide quomodo prædicta peccatorum genera cum specieb⁹ & indiuiduis suis sunt à Deo maledicta. M. 1. 3. Vide etiam de peccato omissionis, & pœna eius. P. 8. 21.

¶ Sed ne propter Dei maledictionē Artic. 2.
vel

vel propriam deformitatem, uitarentur à diabolo & eius ministris, multipliciter palliantur, sicut patet.F.1.29.
5 vbi ostensum est: quomodo vitiũ virtus reputatur. Et.F.1.50.ubi ostensum est:quomodo diabolus filias suas sub peccatorum pallijs nuptui tradit. Circa quorum palliationem, seu falsam colorationem: tria sunt ostendenda. Primò enim ostẽdetur:quomodo inimici animæ ad peccatores se habeant, dum peccati periculum abscondere nituntur.

¶Secundò quomodo & quàm periculosè sub talibus pallijs excęcantur.

¶Tertiò, ꝙ huiusmodi pallia ab oculis Dei, & spiritum alterius sęculi non abscondunt.

¶Quantum ad primum est aduertendum,quòd est primò de diabolo & eius ministris, qui hominem ad peccatum trahere nituntur, dicentes: ꝙ totum peccatum capiunt supra se: sicut de aucupe.

¶Primò:sicut ille laqueos ad auium abscondit deceptionem.Ita isti peccatorum pericula: sicut patet.A.5.8. Sicut ergo auceps laqueos uel retia sub terra uel palleis abscondit, & aliquid eis delectabile ostendit. Ita diabolus & eius ministri peccata sub pulchris abscondunt uerbis:superbiam vocantes honestatem: uindictam correctionem:gulam satietatem:auariciam, ꝓuidentiam,& pietatem:quia dicunt: ꝙ si multa haberent magnas facerent eleemosynas. Ecce quomodo cupiditas absconditur sub velamento pietatis: sicut patet. A.12.58. Et A.27.51. Luxuriam naturalem complexionẽ. Malum luctum prudẽtiam: sicut usurarij, qui dicunt, ꝙ interim de pecunia sua lucrari potuissent. Ita possent. Iudęi.Alij desiderium honoris & propriæ quietis palliant sub pallio obedientiæ,& salutis,dicentes: ꝙ ideo laborant in studio: quia eis iniunctum est: & ut amplius in ecclesia proficiãt. Sic Absalon libidinem dominãdi abscondit sub falso colore iustitiæ. 2. Reg.15.dicens:Quis constituet me, vt iustè iudicem. Omnes istę excusationes sunt falsę facies: quas ludentes & latrones induunt,ne cognoscant:quorum periculum uide. P.6.4. cum sequenti.

¶Secundò, quia sicut auceps habet vnam auem priuatam, per quam alias capit: sicut patet. C.6.61.cum concordãtijs ibi allegatis,&c. Ita est, &c. Propter has ergo causas talis deceptor dicere potest illud Iob.31. Abscondi tãquàm homo, supple, qui aues capit, peccatum.

¶Et in hoc casu est de diabolo, sicut de ministris regis:qui appellatores fouent,& blandè cum eis loquuntur: sicut patet.G 5.4.ut per illos plures lucrentur:in fine tamen cum alijs, qui per eum capiuntur, suspendentur. Sic diabolus pulchris uerbis & falsis promissis,quę cordi inspirat,quando tentat:sicut ostẽsum est.M.9.arti.vlti.peccatorem in peccatis suis fouet: quia per vnum falsum in parochia uel comitatu pręsumit multos lucrari, & ꝓualet.Nam vnus talis est uenenum & mors in olla: & auis scabiosa in ouili. Et sicut auceps & diabolus in hoc casu & facto sunt similes. Ita homines & aues captę sunt dissimiles:quia aues laqueum percipientes,fugiunt:isti nõ. Iterum aues captę dolent, & nonnullæ prę tristitia nunquàm postea comedunt. Isti uerò nec cibum vno die ꝓpter peccata,& laqueos inimici, quibus capti sunt,uix libenter dimitterẽt: nec dolent:sed quandoque gaudent:& de hoc iactant. Et sicut dicitur Esa.4. Peccatum suum quasi sodoma prædicauerunt.

¶Est secundò de illis, sicut de falso 6
lusore,qui falsos habet decios: cũ quibus primò permittit socium suum lucrari: ut ad ludendum eum prouocet: sed in fine totum amittet. Sic tam diabolus, quàm etiam eius ministri permittũt ad tempus lucrari diuitias, delitias,& honores: & pro tanto dicitur in Psal.72.Ecce ipsi peccatores & abũdantes

dantes in sęculo obtinuerunt diuitias. Immo eius ministri non tantum permittunt: sed etiam huiusmodi dant: sicut patet de leocatoribus, qui multa dant malis mulieribus: & de potentibus, qui dant falsis patrię ductoribus & duodenarijs: & eos tales ludos ludere faciāt: & tractus trahere falsitatis: pro quibus in fine totum amittent: & pœnas ęternas incurrēt: in quibus recipient duplicia pro omnibus peccatis suis. Esa. 40.

7. ¶ Est tertiò de illis sicut de his, qui pisces capere uolunt cum retibus: quia sicut illi uellent semper in aqua turbulētiā uel obscuritatem, ne pisces rete uiderent: ut meliùs eos caperent: quod enim in tali dispositione: quando, uidelicet, aliqua est circa aquam obscuritas, pisces melius capiantur: patet de allecibus, q̄ melius capiuntur, quando nebula piscantes abscondit. Sic diabolus uellet, quòd locus animæ semper esset aliquo peccato turbatus, & obscuratus, & fœdatus: & sub falso colore absconditus: uel ebrietate sopitus: ne alię feditates apparerent. Et ideo procurat, quantum potest ne homo mundè confiteatur: sed per aliqd retineat peccatum: uel saltem uoluntatem iterū ad peccata redeundi: sciēs φ alia peccata illę animæ iniecta, parū apparebunt: quia secundùm Chrysosto. sicut in loco multùm fœtido aliquod fœdum proiectum, non apparet: ita nec peccatum additum peccatori: & quanto fœtidiùs, tāto minus apparet: intantùm quòd sicut dicitur Prouerb. 18. Peccator cum in profundum uenerit peccator, contemnit. Et in hoc facto, in quo semper aliquam q̄runt obscuritatē animarū inimici.

8. ¶ Quartò assimilantur latronibus, & pugilibus. Primò, quia sicut latrones domum ingredientes, tempus captant obscurum: & lumen in domo extinguunt, ne cognoscentur & pugil pugilem superans: uel oculos eruere nititur: uel puluere & terra implere: ne surgens ipsum uidendo expugnet. Sic isti tam demō, quàm eius ministri ueritatem extinguere, & abscondere nituntur, promissis suis mendacibus: & hoc, quia sciunt, φ si nudam dicerent ueritatem, quādo hominem uel mulierem ad falsitatem, uel luxuriam alliciunt: addentes & finem ostēdentes, dicē do: Faciamus, uel faciatis hoc pro amore meo, & simul ibimus ad infernum: uix aliquis uel aliqua eis assentiret. Et ideo totum illud abscondunt sub donis, uel honoribus, uel delectationibus promissis: & sic eos, quos tētant, execant ueritatem abscondendo: & rationem eorum impediendo. Sed non nisi tantùm in illis, qui propter lucri, uel delectationis desideriū gratis excęcari uolunt: quia resistere possunt, qui uolunt. De illis uerò, qui resistere nolunt: dicitur Soph. 1. Ambulauerunt quasi cęci, quia domino peccauerunt. Quis illum cęcum non diceret: qui habet ante eum bonum, & malum: & eligit malum?

¶ Secundò: quia sicut latro uolens hominem per uiam spoliare: tempus affectat nebulosum. Ita prędicti: ut in fine uitę: hominem ab omnibus spoliant bonis affectant quasi nebulam peccata tua Esa. 44.

¶ Et quinto de illis sicut de deceptrice: de qua habetur. G. 2. 39.

¶ Quantum ad secundam partem huius articuli, est aduertendum, quòd prædicti animarum inimici non nituntur illos, quos tentant, excęcare in his, quę ad diuitias, delitias pertinent, uel honores: immo placet diabolo, φ in istis sint bene uidentes: & ita sunt vt frequenter: quia, ipso teste, filij huius sęculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione, id est, in hoc sęculo: sed in his spiritualibus rebus, quæ ad animarum pertinent salutem. sicut Naas ammonites. 1. Reg. 11. Ideo bene dicitur Roma. 11. quòd cęcitas ex parte contigit in Israel. Sed timeant tales: quia, teste beato Grego. Pœna oculos aperiet, quos culpa clausit: q̄n oculi cęcorum uidebunt. Esaiæ 39. 9

Et

Et qñ aperientur oculi cęcorū. Esa. 35.

¶Qui licèt hìc nūc si cęcos uel monoculos esse non cognoscunt: cum tamen certissimo experimēto scire possent, si uellent: in hoc quòd uiam turpem non declinant, pulchram eligentes: nec de carcere fugiūt diaboli, cùm possent. In quo casu est de eis sicut de homine, qui diu in aere mansit malo: cuius olfactus in tantùm est corruptus, uel immutatus per consuetudinem, quòd ait, ei non nocere videtur: qui fortè in principio nociuus uidebatur. Ita isti, qui in principio sciuerūt reprobare malum, & eligere bonum: consuetudine intantum immutati & excęcati sunt: quòd dicunt malum bonum. Esa. 5. Et. 11. q. 3. Væ qui ponentes lucem tenebras. Deus tamen in iudicio ostendet: & ipsi in morte experient, ꝙ illorū cęcitas stultior & piculosior sit omni cęcitate corporali.

¶Quod. n. tales stultiores sint oībus cęcis: palam esse: tria signa ostendunt.

¶Primò, quia omnes alij corporaliter cęci inuitè & dolentes excęcantur.
10 Isti uerò spiritualiter cęci uoluntariè, & glorianter excęcantur.

¶Secundò, quia alij cęci festinant visum recuperare, si scirent ubi: isti è conuerso.

¶Tertia, quia alij cęci scirent grates volentes eos sanare vel ducere. Isti è conuerso.

¶Quod etiam talis cęcitas periculosior sit, patet: quia alia cęcitas hominem in foueam cadere facit: de qua surgere poterit. Ista uerò in foueā cadere facit inferni: de qua surgere non poterit. Quod enim illos in illam cadere oportet, patet: quia cęlum intrare non poterunt: iuxta illud. 2. Reg. 5. Cęcus & claudus non intrabunt templū: ergo oportet, ꝙ ad infernum descēdāt. Et hoc est quod dicitur Iob 24. Oculis adulteri obseruat caliginē: & usq; ad inferos peccatum illius. Nota. R. 1. 16. cum sequentibus.

¶Quando ergo in morte aperiētur oculi: & uidebunt se in medio inimicorū suorū: sicut aperiebātur oculi Syrorū: de qbus habet. 4. Reg. 6. Aperuit dn̄s oculos eorū, & uiderunt se esse in Samaria, & hostes circūstantes: tūc piculū suū clarè uidētes, dolebūt: & do- Exẽplū.
lentes uidebunt. Et erit de eis sicut dr̄ nup cōtigisse de quodā: q quędam de nocte p trāsiuit pōtē dirutū, & quasi totaliter destructum: super cuius rupturā parua ponebatur planta: q periculosum etiā de claro die & clarè uidentibus: iter pbuit transeuntib⁹, qui tamē, quia in tenebris illā pertrāsiuit: & viæ arctitudinem & abyssi profunditatem non considerabat: audaciter pertrāsijt: die tamen facto, cum periculum suum cōsideraret: supra modum obstupuit: nec p aliqua re iterū per iter illud redijsset. Sic modò peccatores, quia ī tenebris sunt peccatorū: nec uiarū suarum, nec abyssi infernalis considerāt pericula: & iō audacter ambulāt. Nec mirum: quia pūerbium est, qđ non est equus ita audax, sicut cęcus: facto tamē alterius sęculi die cū pericula sua clarè inceperint uidere: supra modū obstupescent. Et sicut dr̄ Sap. 5. uidentes turbabuntur timore horribili: & mirabuntur, dicētes: qđ ibidem sequitur. Nos insensati errauimus à vna ueritatis: & iustitiæ lumē nō illuxit nobis: & sol intelligentię non est ortus nobis lassati sumus in uia iniquitatis, & perditionis: & ambulauimus uias difficiles: uiam autem dn̄i ignorauimus.

¶Quod uerò dicūt: ꝙ Sol, siue lumē iustitiæ nō luxit eis: cā ex parte illorū fuit. Ipsi nanq; de numero illorum sunt: qui dicunt Esa. 59. Peccata nostra absconderunt faciem eius, i. Dei à nobis: sicut nox obscura abscōdit solem.

¶Iterū erit tūc de eis, sicut de illis, q 11
ligna, uel aliqua pōderosa taxerūt per aquam, quia sicut illa, quæ sic in aquis trahuntur, dū trahuntur, trahēti, non videntur, q̄ grauia sint: nec ipsum sua opprimūt grauitate: super quem tñ in sicca positum terra, si ponantur prauitatem seu ponderositatem, quam prius non sensit, incipit sentire: tamq;

grauia esse poterunt: quòd ipsum statum sua opprimunt ponderositate: & ad ima cadere compellunt. Sic in proposito: illis qui malam trahunt uitam: de quibus Esa. 5. Vę qui trahitis iniquitatem in funiculis uanitatis: uidentur peccata nunc leuia, nec illorũ adhuc sentiunt ponderositatem: quia adhuc illa ducunt per mare huius mundi in aquis delitiarum & uoluptatum: qui tamen cum extra huius mundi mare in littore alterius sęculi positi fuerint, inuenient, quòd minimum peccatum mortale ponderosius est omnibus lapidibus huius mundi: quia omnes lapides: nec omnia creata, quæ pondus facere possunt corporale: ligati ad collum morientis, ipsum ad infernum cadere non possent: quod minimum mortale, scilicet, spirituali pondere facit. Tunc ergo peccatorum grauitatem sentientes: dicent illud Apocalip. Vę vę vę: quia iuxta illud Psal. 37. Onus graue grauatę sunt super me. Et quia sicut dicitur Hiere. 5. Peccata nostra prohibuerunt bona à nobis: & reddiderunt nobis pœnam ęternam: ipso hoc iudicante, à cuius oculis peccatorum palliationes peccatorum conditiones & fœditates non abscondunt. Nec mirum: quia ei aliqua peccata clamant: sicut ostensum est. D. 12. 12. Et sicut dicitur Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius sicut patet. A. 25. 17. Et iõ ei multũ displicẽt: sicut patet per hoc ꝙ ꝓpriũ filiũ suum misit, ut peccata destrueret: qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignũ: ut peccatis mortui, iustitiæ viuamus. 1 Petri 2.

Artic. 3. ¶Nec peccata sunt tm̃ Deo displicẽtia, & diabolo placẽtia: sed etiã sunt ꝓprio subiecto multipliciter damnosa.

12 ¶Primò nanque nos damnificant in bonis quæ priùs fecimus in hoc, ꝙ illa mortificant: sicut abscissio mortificat ramos. Et sicut mors corporalis mortificat omnia corporis membra: Ita mors spiritualis mortificat omnia bona opera: quæ prius spiritualiter viuebant. Et omnes uirtutes, quas priùs habuit intantum destruit, quòd si in peccato moriatur, nunquàm de illis coram Deo remunerabitur in cęlo: nisi ꝙ fortè minus punietur in inferno: quia sicut dicitur, & est Dei sententia Ezech. 18. Anima qua die peccauerit: omnes iustitiæ suæ non recordabuntur. Hęc sciens diabolus nititur, quãtum potest, per exercitum uitiorũ oppositorum aciem destruere uirtutem: quia inter uitia, & uirtutes est semper quædam spiritualis pugna: sicut dicitur in libro de cõflictu vitiorum: quẽ quidam dicunt esse beati Grego. quidam Augustini: sicut recitatur in tertia parte speculi historialis: quæ quidem notabilia de illo libro ponuntur inter flores beati Grego.

¶In hac disputatione seu pugna superbia interiùs & adulator exteriùs sunt quasi mimus uel richmator, qui cum cantilenis & adulationibus suis veram destruere nititur humilitatem. Dum enim hoc cordi persuadent cuiuscunque, dicentes: Tu es fortis, pulcher, nobilis, diues, sapiens, & in hoc vel in illo gratiosus: quid aliud facere quàm ueram uirtutem destruere nitũtur humilitatis? Quibus uera humilitas respondere debet: Tu es debilis, turpis, ignobilis, pauper, & stultus. Et sicut dicitur Apocalip. 3. Miser & miserabilis: & quod peius est: finis tui interitus, quia non est sapientia philosophorum, uel legistarum: nec scientia naturalium: nec ratio logicalium, in inferno: quo tu properas Eccles. 9. Superbia.

¶Inuidia veram destruere nititur charitatem, dicens Dum talis uel talis in arte, uel statu, uel quacunque cõsimili fama, uel negocio prosperatur & amat: & fama eius portatur: nihil uel parum, quod tu agis, reputatur. Idcirco age, quòd potestas & fama eius & præsumptio sua deprimatur. Actus nanque uirtutis cum bona factos intentione, præsumptionem inuidia uocat. Cui uera respondet charitas, dicens: illud Matth. 20. An oculus tuus 13 Inuidia.

nequam

nequam est: quia ego bonus sum.

Ira. Odiũ. ¶Ira & odium, pietatem, patientiã, & omnem destruere nituntur misericordiam, cor aduindictam exasperãtes: ad modum superborum ministrorum: qui dominum suum ad se uindicandum prouocant, dicentes: Magnã vobis uerecundiam intulit nunquàm reputaberis homo, nisi te uindicaueris: insuper & iterum consimilem uel maiorem uobis faciet iniuriam: & alij audaciores erunt uobis iniuriandi: si uos apertè non uindicaueritis. Vera patiẽtia & misericordia in hac pugna huic insultui resistere debent, dicentes: Christus plura passus fuit: & non est seruus maior domino suo. Ioan. 15. Cùm ergo Christus de persecutoribus suis uindictam statim non acceperit: sed Petrum uolentem percutere prohibuit: ergo nec seruus facere debet.

14 Desperatio. ¶Desperatio uerò in hac pugna cõtra ueram spem aciem suam dirigit, dicens: maior est iniquitas mea, quàm vt ueniã merear. Gen. 4. Et ista maximè expugnare nititur morientes: sicut patet. D. 2. 5. In qua pugna multùm iuuat diaboli malitia: qui omnia uitia, quæ prius occultat sub specie boni & meritorij: iuxta illud Oseę 13. Colligata est iniquitas Ephraim absconditum peccatum eius: sicut ostensum est supra eo. c. 5. in fine, illo uelamento sublato, palam ostendet omnia illa esse ęterna punitione digna. Cui uera spes respondere debet: ꝙ Manasses, Magdalena, & Petrus, grauiter peccauerunt, & tamen pœnitentes, ueniam inuenerunt: quia Deus misericors. Et sicut dicitur Sapiẽ. 11. Dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam.

Accidia. ¶Accidia bonam inuadit diligentiam, dicens: Tempus frigidum est, bonum est quiescere: & specialiter qa dies festiua est. Cui respondet feruor dicens. Ociosis militibus non datur stipendium: & ꝙ ita cito uel citius esset surgẽdũ in diebus feriatis ad laborãdũ: circa uictũ aĩarũ: sicut alijs diebus ad laborãdũ circa uictũ corporũ.

Gula. ¶Gula abstinentiam expugnat, dicens: Delectabile est comedere & bibere: & durum est, quãdo cibus apponitur, abstinere, etiã si sumptus noceat.

¶Abstinẽtia se defendere debet, dicẽdo, ꝙ multi propter crapulã perierunt: tam spiritualiter, q̃ corporaliter.

Luxuria. ¶Luxuria, castitatem destruere nititur, dicendo: Fornicatio non est peccatum mortale: & societas inter uirum & mulierem naturalis est: & à Deo ordinata: qñ primis dixit parẽtibus: Crescite, & multiplicamini. Castitas se defendere dẽt, dicẽs: ꝙ illud ꝓuerbiũ dictũ fuit: & illa licentia data: & societas ordinata inter coniugatos, & nõ alios.

Auaritia. ¶Auaritia, uerã expugnat paupertatẽ, dicens: Congrega multas diuitias pro te & filijs tuis: & familia, & pauperibus: vt inde eleemosynas facere possis: & contra caros annos fac prouidentiam. Cui Christus respondet, dicens: Nolite soliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, &c. Et Psal. 54. Iacta cogitatum tuum in domino. Et Petrus. Omnem solicitudinẽ in eum proijcientes. 1. Pet. 5. Et uera paupertas, & Paulus dicentes. Qui uolunt diuites fieri, supple, inordinatè: incidunt in laqueos diaboli. 1. Thi. 6. Sic ergo per uirtutes resiste peccatis: quæ nituntur uirtutes destruere. Et sicut dicitur Eccles. 22. Quasi à facie colubri fuge peccata, &c.

¶Quod quidem sacrę scripturæ ꝑceptum magnam includit rationem: quia si quis à facie cuiuscunque serpẽtis fugere uellet, ne corpori nocere: uel illud intoxicãdo, perimet: à multo fortiori ratione à peccato deberet fugere, quod multo peius hominem intoxicat in corpore & anima. Et quia non tãtùm mortificat pręterita, ut dictum est, sed etiam secundo damnificat in præsentibus. Artic. 4. 15

¶Primò, quia turbat & pungit conscientiam: & grauat animam: sicut fumus oculum: & spina pedem, Psal. Peccatum meũ contra me est semper. Psal. 50. Et iterum Psal. 37. Nõ est pax

ossibus meis à facie peccatorum meorum. Iob 7. Factus sum mihimet ipsi grauis. Cur non tollis peccatū meū?

¶Secundò, quia spoliat animā omnib' illic inuētis, sicut latro. Thob. 12. Qui faciunt peccatū: hostes sunt aīæ.

¶Tertiò, quia est quasi lepra q̄ hominem raucum facit, ne confiteatur uel loquatur: quæ ad Dei honorē uel ad salutem pertinet animarū: & oculos proprios & etiam aliorum inficit & eruit, ne utilia uideat: & mancū facit, ne aliena restituat: & quasi podagra à bonis uijs hominem peccatorē retrahit: & ad ambulādum in uia Dei impotentem facit, & rationem intantum infatuat: ꝙ facit, ꝙ peccator pro parua delectatione Deum uendit & Matrem eius: & omnes Sanctos, & Angelos: & animam propriam, & corpus, & oēs diuitias & regnum cęlorum: & à consortio Dei & Sanctorum, & illa ciuitate gloriosa se separat: & ignibus se tradit & obligat ęternis: uitam spernit, & mortem eligit ęternā: quia peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. Iac. 1. In qua primo sicut in morte corporali prius cogitatione distemperatur: delectatione infirmatur: consensu moritur: quia tunc vir comedit: siue sit consensus in delectationem cogitationis siue operationis.
16 Caue ergo, ne aliquando peccato consentias. Thob. 4.

¶Quarto: quia naturam destruit interiorem: quia omnia peccata contra naturā sunt: sicut ostensum est. H. 1. 2. Et omne contrarium est sui contrarij destructio: & mundum exteriorem: & specialiter in sex casibus.

¶Primò, in rapina dominorum. Secundò: in negligentia prælatorum. Tertiò in nequitia periuratorum. Quartò, in deceptione mercatorum. Quintò, in superfluitate ciborum &
Exēplū. vestimentorum. Sextò, in luxuria immundorum. Huic aliqualiter concordat illud quod legitur ī uita S. Fursei, in legēda sanctorū: in qua cōtinetur, ꝙ Deus ei ostēdit quatuor ignes, mundū uastant s. Primus erat cupiditatis. Secūdus mēdacij: de hoc qd ꝑmissum in baptismo, factū nō tenuerunt. Tertius erat diuisionis uel dissentionis, ꝑ irā, superbiam, & inuidiam. Quartus erat crudelitatis. In his casibus, specialiter miseros facit populos peccatum. Prou. 14. Non tñ, quia bona exteriora & interiora destruit: ut dictū est: sed qa etiam oīa bona & dona perfectissima peccatori in malū conuertꝫ. Non est dubium, quin Deus sacramentū corporis & sanguinis sui, tanq̄ donum maximum, & oīa sacramenta, & multa alia ꝑpter nostram esse uoluit vtilitatem: quæ oīa ꝑpter peccatū ad nostrā maiorem uertuntur dānationem: intantū ꝙ mundus & hoīes q in mūdo sūt cōtenti: qui felicissimi & iucūdissimi esse deberēt, tā interius in cōscientia, q̄ exterius in cōuersatione si nulla esset iniquitas: quia si nulla esset iniquitas: nulla dñaretur aduersitas: pp peccatū sunt omni miseria, tā interiori, q̄ exteriori infelicissimi: & oīa sacramenta & alia Dei dona ingratorū damnationē augmētabunt, intantū ꝙ qui plura habēt, quibus abutuntur, tanq̄ magis ingrati plus punient: & sic patet: ꝙ miseros facit populos peccatum. Ergo non adijcias peccatum, &c. Eccles. 5. Nō tantùm quia destruit pręterita & præsentia: sed etiam propter duo futura: quia uidelicet, facit hoīem instabilem, & ineptum pro omnibus bonis operib' in futuro faciēdis & habēdis: & trahit ad alia mala cōmittēda.

¶Primò: ꝙ hoīem ī bonis operibus facit instabilem: patet, quia sicut foliū ab arbore auulsum, ab omni uento portatur. Ita peccator ab arbore crucis, seu pœnitentiæ auulsus ab omni tentatione. Tren 1. Peccatum peccauit Hierusalem: ideo instabilis facta est. 17

¶Quod iterum hominem ineptum & sine appetitu ad bonum faciendum faciat: patet, quia sicut febres faciunt homines febricitantes in bonis esculentis & poculentis appetitum amittere: Ita peccatum in his, q̄ Dei sunt. Et

sicut

sicut magna corporis senectus uel debilitas facit oculos caligare, & manus tremere, & aures grauiter audire: & pedes debiliter ambulare, & colorem pallescere: Sic peccatum omnes sensus & etiam intellectum & uoluntatē debilitat & turbat in his, quæ operari deberent pro salute æterna consequenda. Nec mirum: quia sicut, mortuo uel turpiter eiecto domino de castro suo, familia, quę eum prius dilexit, turbatur. Ita domino Deo de castro animę eiecto per peccatū: omnes animę potentię: & sensus turbati & moti sunt sicut ebrius: omnis sapientia eorum deuorata est: in Psal. 106. Per peccatū captiuū me ducēs in lege peccati, q̄ est in mēbris meis. Roma. 7.

Artic. 5. ¶Et nō tm̄ ineptū facit faciēdis: sed etiam pro bonis in futuro habendis.

1 ¶Primò nanque futura bona impedit, & retardat, etiam si sequatur pœnitentia in purgatorio, sicut fore factū pro quo quis incarceratur, eum interim elongat à bonis suis, quæ citius habuisset, si non fore fecisset. Sic in ꝓposito: iuxta illud Psal. 108. Longè à peccatoribus salus.

¶Secundò si pœnitentia non sequatur: totaliter eum bonis priuat ęternis: quia sicut recedens à domino suo propter proditionem suam ante terminū solutionis: non tantùm amittit, quod meruit ante proditionem: sed & omnibus etiam priuatur promissis sibi à domino factis. Sic in proposito: quia nec bona facta ante mortale peccatū, nec in mortali in cęlo remunerabuntur in illo, qui finaliter moritur in peccato mortali: licèt alias cōferat vtilitates: iuxta sententiam uersuum: quibus dicitur. Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona terræ. Cor faciunt habile, minuunt tormēta gehennę. Si arguatur contra, per exemplum de recōciliato post inimicitias: qui à domino curiali remuneratur pro his quæ ꝓ eo fecit tempore inimicitiæ. Rn̄detur ꝙ sicut nihil placet marito de hoc quòd adultera facit, dum stat cum adultero, nec sibi dotem, uel remunerationem ei dabit pro aliquo, quod tempore illo facit, etiam postquàm fuerit recōciliata. Nec pater filio rebellanti, hæreditatem dabit pro aliquo quod tempore illo facit: etiam postquàm dū ei rebellat: licèt tam maritus quàm etiā pater, ꝓniores sint ꝓ curialitatibus: tēpore inimicitiæ factis: ad eos reconciliandum: uel eos captos mitius punirent. Sic in proposito: in his qui mortui sunt peccato. Roma. 6.

¶Quod iterum hominem ad malum trahat: tam culpæ quàm pœnæ: 19
patet: primò de malo culpæ: ꝙ quandoque Deo permittente, ad aliud trahit peccatum: uel ut per vnum ambo sanentur: uel ut per amplius puniātur.

¶Exemplum quandoque de primo casu uidetur in his, qui diu latuerunt, & iacuerunt in occulta immundicia, vel ira, & inuidia: uel quocunque peccato: quos diabolus quandoque ducit ad homicidū, uel furtum, uel ad inopinatam confusionem: seu ad peccatum manifestum. De confusione seu peccato occulto: iuxta illud Eccles. 4. Est confusio adducēs peccatū. Et iuxta antiquum prouerbium, ꝙ dr̄: antiquū peccatum noua confusio: in quo dū deprehēditur & cōfunditur: utrūque confitet: & sic vnus scorpio fit medicina alterius: & dęmon dęmonē eijcit: dū occasione peccati aperti & occultū sanat. Multi. n. sic cadētes, & ad patibulū ꝓ furto uel homicidio, quod gulā & luxuriā sequebatur, cōdemnati: luxuriari & furari cum contritione cessant: à quibus nunquàm cessarent, si semper uiuere possent. Ideo dicit Aug. de ciuitate Dei: li. 14. Audeo (inquit) dicere: superbis vtile est cadere in aliquod apertum & manifestum peccatum: vnde sibi displiceant, quæ iam sibi placendo commiserant.

¶Ad idē B. Greg. li. 13. moral. Aliqñ (inquit) minus est in corruptionē cadere: q̄ cogitatione tacita deliberata elatione peccare. Sed quia minus turpis superbia creditur, minùs uitatur:

Luxuriam uerò eo magis erubescunt homines, quo turpe omnes simul nouerunt: vnde fit plerunque, ut nõnulli post superbiam in luxuriam cadentes ex aperto casu, malum culpę latentis erubescunt: & tunc etiam maiora corrigant cum prostrati in minimis grauiùs confunduntur. Nunquid ergo permanebimus in peccato: ut gratia abundet? absit. Roma. 6.

20 ¶Exemplum de secundo casu: immo potius experimentũ sentiũt multi damnati: qui nunc experiuntur, q̃ vnum peccatum ad aliud traxit: & q̃d pro omnibus puniuntur. vnde beatus Grego. moral. lib. 25. Prioris (inquit) peccati merito sequentium fouea tegitur: ut qui malum sciens, perpetrat: deinceps iustè in alijs etiam nesciens cadat: hoc quippe agitur ut culpis culpa feriatur: quatenus supplicia fiant peccantium incrementa uiciorũ. Peccatum itaque quod ex peccato oritur: non tantùm peccatum est: sed peccatum & pœna peccati: sicut patet de his, qui gulosè & luxuriosè uiuendo, sua alienant bona: & contra rationem suas uendunt hæreditates. Ex qua uenditione in maximas incidunt paupertates. Ecce primum peccatum luxurię causa fuit iniquę uenditionis: & filiorum suorũ iniustæ exhæreditationis. Et istud secundum peccatum scilicet iniusta filiorũ exhæredatio: & sui depauperatio: punitio fuit prioris peccati, id est, gulæ & luxuriæ: per paupertatem seu mendicitatem, quam induxit.

21 ¶Nec meretur quispiam, quod peccatum seu culpa, quæ per pœnitentiã statim non deletur: ad aliud malum tã culpæ quàm pœnæ trahat, & fortius hominem in utroque liget: quia peccatum in hoc casu se habet sicut rete vel uiscus: in quibus quanto plus auis se inuoluit, tanto fortius tenetur: & quanto diutius moratur: tanto durius ligatur. Sicut patet de Petro: qui primo à uisco captus peccati: Christũ simpliciter negauit. de quo uisco quia se statim non dissoluit: cito fortius ligabatur: quando cum iuramento negauit.

¶Et est de peccatore in hoc casu: sicut de illo, qui extra regis ponitur protectionem. Et sicut de illo, qui de ciuitate uel castro obsesso expellitur tẽpore obsidionis & belli: quia sicut ille cito ab inimicis capitur: & de carcere ad carcerem, & de luto ad lutum, & de pœna ad pœnam ad capientium ducitur uoluntatem. Ita nanque regi cęlesti peccator rebellans extra ipsius protectionem & tanquàm coram Deo excommunicatus, extra membrorum ecclesiæ positus societatem & participationem: de peccato ad peccatum, & de peccato ad pœnas. Et sicut dicitur. 2. Thimo. 2. A diabolo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem. Et ratio redditur. 1. Pet. 2. quia, à quo quis superatus est, eius seruus effectus est. Nec cogitet peccator, dicẽs in corde suo: Ego nullo modo manifestum facio peccatum: nec furtum, uel homicidium, uel adulterium, uel aliquod enorme: nisi tantùm fornicationem: uel aliquod tale, quòd adhuc non potero deportare: sed errat: quia in ista cogitatione vel præsumptione confidere non potest. Si enim in nullo esset peccato: in spe auxilij diuini bona esset spes: sed ex quo in aliquo est: diabolum elegit dominum: ergo difficile erit eius subterfugere dominium: sicut patet per exemplum Chrysosto. super Matth. de regno habente regem per electionem: sicut est de Imperio Romano. Sicut nanque antequàm eligatur, est in uoluntate electorum ipsum eligere, uel non: sed postquàm est electus & confirmatus: difficile erit eius subterfugere dominium, uel ei rebellare. Sic de prælatis uel quibuscunque præsidentibus. Ita in proposito: & patet de illo qui est rex super omnes filios superbiæ Iob. 41. Antequàm ergo capiãtur à peccato, est de eis sicut de animalibus siluestribus: quæ liberè uadunt, ubi uoluerint, sed postquàm capta fuerint, ad voluntatem capientiũ erunt. Et sicut de naui quæ guberna- 21

culo

culo regitur: quo amisso, ad omnem partem, per omnem uentum impellitur: sic amisso Deo, & ratione. Tren. 1. Peccatum peccauit Hierusalem ideo instabilis facta est.

¶Nec iterum confidere poterit, dicens: Multis annis latitaui in secreto peccato: uel tale uel tale exercui peccatum: & adhuc nunquàm deprehensus, uel confusus fui: & etiam maiora: nec in confusionem incidi: quia antiquum prouerbium est, quòd vnus dies facit: quod totus annus facere non potest: & possunt fortunam illorum quã finaliter habebunt in aliorum uidere exemplis: qui cõsimili modo diu euaserunt. Sicut patet de latronibus: qui diu furantur & euadunt, & finaliter in vno die suspenduntur. Et alij diu latent in luxurijs, & non confunduntur: & in fine uenter inflatus ostendit qđ factum est & confunduntur. Et aliqui diu nõ confitentur & finaliter in maximam incidunt confusionem: & tunc post recognoscunt, quia ex causa eis accidit confusio. Sicut patuit de illo qui nuper respectiuè hominem occidit, pro quo cùm captus esset, & ad carcerem ductus: clamauit. Heu decem annis non fui confessus. Vide historiã concordantem. A. 17. 7. In omnibus istis apparet: quòd antiquum peccatũ facit nouam confusionem: quod etiã sicut dicitur Eccles. 4. Peccator adijciet ad peccandum, id est, peccator in vno occulto: uel quod ipse paruum reputat: adijciet maius & apertius: illo utẽs priuilegio: quo dicitur Apocalip. vlti. Qui in sordibus est, sordescat adhuc.

Exẽplũ.

23 ¶Si uerò obijciant, quòd multos viderunt, qui in peccatis aliquibus diu vixerunt: & nunquàm in maiora uel confusionem incíderũt: & sic ipsi etiã euadere sperant. Sed aduertant: quòd licèt hìc confusionem: non tamen alibi iudicium omnipotentis Dei euaserunt, dicere uel gaudere, quòd hìc pro peccatis suis uel statim non confunduntur: sicut gloriabatur ille D. 1. 26. uel ꝙ hìc nunquàm confundũtur.

¶In primo casu est: sicut gaudium latronis, cuius suspendium per vnum differtur diẽ. In secundo casu est gaudere de hoc: quòd sine aliqua comparatione peius sine fine confundentur. Non sic gloriabatur ille ualẽs homo. 1. Machab. 6. sed potius è conuerso de hoc gloriabatur: ꝙ Deus statim peccata in natione sua uindicauit, dicens. Obsecro autem eos. Et infra sequitur. Etenim multo tempore nõ sinere peccatoribus ex sententia agere: sed statim ultiones adhibere, magni beneficij est indicium. Non enim sicut in alijs nationibus dominus patiẽter expectat, ut eas, cùm iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat. Ita & in nobis statuit: ut peccatis nostris in finem deuolutis: ita demũ in nos uindicet: propter quod nũquàm quidem à nobis misericordiam suam amouet. Corripiens uerò in aduersis populum suum non dereliquit: hæc ibi. Ne ergo gloriando dicas illud Eccles. 5. Peccaui, & quid accidit mihi triste, &c.

Exẽplũ

¶Talem ergo gloriam, quòd hic nõ ęqualiter, prout deliquerũt, puniũtur: mitigare deberet certitudo pœnæ quam totaliter in alio sęculo complebuntur. Hoc enim necessario eos cogitare oportet: quòd uidelicet alibi grauiter punientur & affligentur, uel quod Deus sit iniustus: uel ad minus iniustior solito: uel nimis mutatus ut peccata & peccatores, quæ tam asperè punire solebat: sicut ostensum est. D. 1. 25. nunc oblitus sit punire: uel ꝙ priuilegium ostendant, quare puniri non debent, per quod possunt impunè peccare. Et tale priuilegium durum esset impetrare: quia nec angelis illud concessum fuit. Nam & de illis dicitur. 2. Pet. 2. Peccantibus angelis non pepercit, &c.

¶Nec primis illud concessit parentibus: qua ergo præsumptione præsumitis uos illis melius esse cum Deo, uel amplius priuilegiatos, ut illorum peccata puniret, & illos in ęternum

damnaret angelos suos peccantes: & uos atque uestra peccata dimitteret impunita? Cogitate ergo semper illud. 1. Pet. 4. Si iustus, uix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt. Et si bene uiuentes appropiuquantes ad iudicium: per portam mortis timent & tremunt: qua audacia appropinquare audent, qui sarcinam portant peccatorum: & rerum iniustè acquisitarũ? sicut fur ad tribunal: quibus dicetur illud Ezech. 23. Peccata idolorum uestrorum portabitis. Nonne tunc confundentur: quia nunc pœnitentia satisfactione non puniuntur: tunc enim confundentur: sicut fur cum furto in collo suo coram iudice. Et nisi illud ante deponent & restituant: sicut nunc dicitur de fure quando capitur: incarceretur: & postea condemnetur: ita tũc dicetur de eis illud Psal. 9. Conuertantur peccatores in infernum. Et illud Matth. 25. Ite maledicti, &c.

¶In quo iudicio ęquè damnabitur vnus pro vno peccato mortali: sicut altus pro mille: non tamen ad ęquales pœnas: sicut captus cum furto ęquè ad mortem iudicatur: non tamen ad tot pœnas sicut captus pro furto & ꝓditione: quia primus tantum suspenditur, secundus trahitur, & suspenditur. Ante mortem ergo parate ad iudicium: & peccata tua eleemosynis redime. Daniel. 4. Et aliena restitue. Et ora Deum, dicendo: Sana animam meam: quia peccaui tibi. in Psal. 40. quia beati quorum amissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. Psal. 31.

Artic. 6. 24 ¶Remedia uerò contra omnia prædicta mala culpæ & pœnæ: sunt duo in generali: quorum vnum Deus adhibuit, legem dando. 10. præceptorũ: per quæ cognoscere & uitare possumus peccata melius quàm ante: qa secundùm Apostolum, Rom. 7. peccatum non est cognitum, nisi per legem.

¶Aliud uos apponere oportet cooperando, & ad salutem propriam simul laborando.

¶Ratione primi remedij est aduertendum: ꝙ illa bestia, id est, diabolus, Apoca. 17. dicitur: septem habere capita, id est, septem capitalia peccata. Et decẽ cornua in capitibus illis: quia cũ illis septem capitibus: decem modis maximè genus expugnabat humanũ: quæ sunt quasi. 10. cornua de septẽ capitibus: & quasi decem riuuli de fontibus illis uenenosis egrediẽtes: ad quorum amputationem & obstructionẽ, tanquàm decem remedia & obstacula, Deus decem dedit pręcepta: quę decem pręcepta, licèt septẽ mortalibus numero paria non sint effectu, tñ remedia & medicinę imparia non sunt.

¶Pro quo est aduertẽdum: ꝙ ex lege naturę habuit homo implicitè saltem ꝙ debuit Deũ diligere, se ipsum, & proximum: sed quia ista lex fuit obfuscata per peccata mortalia: necesse fuit per specialia ꝑcepta remedia apponere opportuna. Quia ergo primò & principaliter peccauit contra Deũ: iuxta illud Psal. 50. Tibi soli peccaui. Et hoc dupliciter: peccato, uidelicet, commissionis, & omissionis: quorum primum specialiter committebatur in superbia: & hoc dupliciter. Primò, à uerò Deo se auertendo: & falsos Deos adorando. Secundò uerò Deo abutendo: nomen eius in superbis & vanis iuramentis nominando: necesse fuit illum uenenosum superbiæ fontẽ duos pestiferos habentem riuulos: duobus obturari præceptis. ita quod primum præceptum de vno Deo colendo: Primum obturet riuulum, & primũ amputet cornu. Et secundum: quod est de eius nomine, non sumendo in uanũ: obturet & amputet secundum.

¶Secundum verò committebatur: 25
per accidiam, Dei debitum omittendo famulatum: cui obuiatur per tertiũ præceptũ de sabbato seruando & sanctificãdo: quia sabbatũ sanctificare, est semp vigilãter sancta opera exercere.

¶Contra seipsum verò peccauit per gulam: naturam propriam plusquam bruta deturpando: huic obuiari videtur per præceptum de honoratione parentum:

parentum: quia per illud præceptum non tantum obligatur ad honorandū naturæ stipitem, sed etiam ramos, inter quos natura propria cōtinetur. Et Sanctus Thom. qui dicit prima secundæ. q. c. arti. 5. ꝙ non fuit pceptum datū de dilectione propria potest responderi, ꝙ uerum est directe, sed indirectè in parentibus. Contra proximū peccauit vel iam natum, uel nasciturum. Contra iam natum, quinque modis.

¶Primo modo contra proximi personam, ipsam per iram occidendo, cui obuiat præceptum de non occidendo.

¶Secundo modo, per inuidiam famam tollendo, cōtra quod pręcipitur: Non falsum testimonium dices.

¶Tertio modo rem suam auferendo per auaritiam, & hoc duobus modis. Vel uoluntate ipsam concupiscendo. Et dupliciter, uel concupiscentia oculorum, cui obuiat præceptum: Nō concupisces agrum, &c. Vel concupiscentia carnis, cui obuiat pceptū, quo dicitur: Non uxorem: non ancillam, &c. Vel ipsam tollendo per furtū: cui obuiat illud: Non furtum facies.

¶Contra nasciturum peccat per luxuriam, quia illud peccatū specialiter repugnat charitati prolis nascendæ, secundùm Sāctum Thomā, secunda secundę. q. 154. artic. 2. quia de sic genito cōiter non habetur à parētibus ita diligens cura, sicut de nato ex coniugio, & quia ut frequenter est etiam paterni criminis imitator, huic obuiat pręceptum, quo dicitur: Non męchaberis. Hæc igitur remediat Deus contra peccata ordinauit, ut homines illa cognoscerent, & uitarent, qui priùs illorum non cognouerunt periculum. Et hoc uidetur esse mens Apostoli dicentis, Rom. 7. Sine lege (inquit) peccatū mortuum erat. Cum uenisset mandatum, reuixit peccatum. Et hoc est, quod ibidem dicit. Nā cōcupiscentiā nesciebam, nisi lex diceret: Non cōcupisces.

26 ¶Aliud remediū aliquotiēs apponit Deus p occasionis subtractionē: diuitias, delitias, & honores subtrahēdo, & miseros à peccatis hoc modo retrahēdo, sicut amici nitūtur ebriosos retrahere à taberna: non dando eis, quæ ibi expēderent. Et pueros ab aquis custodiendo, ne submergantur: sciens, qm̄ sicut dr̄. Eccl. 21. Est qui præ inopia uetatur peccare, &c. In primo remedio se habet sicut rex, pcipiēs, ut timore pręceptorum subditos sibi obedire faciat: Qui & hoc faciēdo, dicere potest illud. 1. Ioan. 2. Filioli, hæc scribo uobis, ut non peccetis, quia si pecceretis contra præcepta mea, scitote: quoniā sicut dicitur, Rom. 6. Stipendia peccati mors, &c. In secundo remedio se habet sicut medicus, quia sicut infirmus diligēter verba medici considerat: & opere, si sapiēs sit, implet, ne moriatur. Ita quilibet nostrū dicēs: illud Psal. 118. In corde meo abscōdi eloquia tua, ut nō peccem tibi. Sed sicut doctrina medici nō 27
sufficit ad sanitatem inducendam, nisi ab infirmo teneatur: & nisi infirmus, quantum debet, ad sanitatem cooperetur. Ita nec remedia à Deo exhibita, sine nostra ualent cooperatione, ut patet. G. 3. 25. Ideo necesse est, secundò videre, quę remedia cōtra peccati mortem nos apponere debeamus. Pro quo est sciendum, ꝙ quædam remedia sunt adhibenda ex parte cogitationis cordis, seu interioris hominis, quædā ex parte operationis.

¶Ex parte interiori, primo p remedio excogitandū est, quomodo moriemur, & quales in morte erimus. Vt, verbi gratia; Si tu tenteris de superbia, vel mundi honore: cogita quomodo à vermibus comederis, sicut ostēsum est. G. 2. 10. & S. 2. 41. & G. 5. 23. Huic etiā cogitationi cogitatio se iungat humilitatis Christi & Sanctorum.

¶Contra luxuriam, quàm breuis delectatio, æternam mereatur pęnam.

¶Contra cupiditatem, quam breuiter omnia transibunt.

¶Sic cōtra gulam & accidiā, & omnia alia; sicut in capitulis suis proprijs est notatum, quę si cogitaueris, sicut pęna patibuli retrahit aliquos à furto: ita

ita te finis omnium. Ergo memorare nouissima tua,& in æternum non peccabis. Eccl.7.

28 ¶Secundò pactum excogitandũ est, quod fecimus in foro publico in peccatorũ abiuratione,uel in foro priuato in peccatorum confessione, hęc cogitans pactum serua. Et sicut dicitur. Gen.42. Noli peccare.

¶Tertiò lucrum excogitandum est regni cęlestis: quod nos à peccato retrahere deberet: sicut nõnullos seruos & ministros retrahit ab offensa dominorum suorũ amor & cupiditas lucri uel promotionis temporalis, sic seruiamus eidem, quomodo dicitur in epistola Iudæ,ca.vnico. Ei autem,qui potens est conseruare uos sine peccato,& constituere uos ante conspectum gloriæ suæ, &c.

¶Quartò præsentia Iudicis excogitanda est, quia illa retrahere deberet, sicut retrahit pueros à dissolutione cogitatio præsentiæ magistri. Et furem à furto cogitatio præsentiæ Iudicis. Et præsentia uiri uxorem ab adulterio. Eccl.3. Sapiens cor & intelligibile abstinet se à peccatis. Et quasi cãm reddit, dicens: Quia Deus prospector est eius.

¶Quintò,passio Christi excogitanda est,qui propter peccatum mortuus est. Hæc retrahere deberet, sicut charistia retrahitur à uino, uel cibo, uel potu, hoc scientes, quoniam uetus homo noster simul crucifixus est: ut destruatur corpus peccati,ut ultrà non seruiamus peccato. Rom.6.

¶Remedium vero ex parte operationis est boni operis frequentatio, quia sicut arma ualent contra hostes corporales. Ita hæc cõtra spirituales. Eccl.24. Qui audit me non confundetur,& qui operantur in me non peccabunt. Ro.6. Sicut exhibuistis mẽbra uestra seruire iustitiæ,&c. Hæc cogitantes & operantes,non peccabitis,quia.1.Ioan.3.dicit. Omnis,qui natus est ex Deo,non facit peccatum, supple mortale,sed uenialia etiam uiri cõmittunt perfecti, quia septies in die cadit iustus. Prouer.24.

¶Circa quæ tria sunt dicẽda. Primò, nanque illorum ostendenda est periculosa conditio, ut caueantur. Secundò, quomodo aliqui nomine venialiũ abutuntur. Tertiò, quomodo aliqui eisdem decipiuntur. Primum pluribus ostenditur exemplis. Ar.7.

¶Primò nanque illorum patet periculum, quia licèt charitatis non destruant essentiam: impediunt tamen feruorem. Et est de eis in hoc, sicut de aqua frigida bullienti immissa, quæ licèt omnino eius non destruat calorẽ, impedit tamen bullitionis feruorem, potest etiam frigida tam copiosè immitti: quòd ex illa immissione citò frigiditas, & caloris extinctio, sequatur. Sic in proposito. De illis ergo, qui multa talia, committunt: quis potest dicere: purus sum à peccato. Prouerb.20. 29

¶Secundò, idem ostenditur per exẽplum de minutis aquarum guttis, & arenarum lapillis, & minimis bestijs, in quibus omnibus periculum imminet ex nimia numerositate. Tot nãque minimæ aquarum guttæ nauem paulatim intrare possunt, ꝙ illam æquè submergũt, sicut magna unda uel sęua tempestas. Ideo dicit decretum de pe. dist.1.medicina,in §.tres sunt, ꝙ nihil interest utrum nauis uno grãdi fluctu, aut per rimas paulatiuè aqua intrante, submergatur. Sic parua peccata multiplicata, tantùm opprimunt, sicut unũ grande. Sicut & chorda facta de multis paruis filis, æquè ligat sicut unum corium integrum. Non dico quòd venialia fiant mortale, uel ꝙ spiritualiter occidunt, sed ꝙ ad mortale multũ disponunt, & mortale introducunt, quia,qui spernit modica, paulatim decidit. Eccl.19.

¶Iterum æque nauis tot arenarum lapillis onerari potest, ꝙ submergatur, ac si esset onusta molaribus. Et homo proiectus & diu iacens inter formicas: in illum mortem introduceret. Sic &c. De illis qui omnibus his peccauerunt adhuc, in Psal.

¶Pro-

30 ¶Propter huiusmodi pericula, vt venialia caueamus: Primo nos hortatur Cęsarius Homelia 6. ad monachos, dicens: Certi sumus carissimi: nisi caueamus, & nisi quotidie nostras resecemus passiones, & in bonis operibus viriliter desudemus: deteriores non efficimur, quàm in sęculo fuimus: ita ut fiant extrema nostra peiora prioribus. Et infrà: Homel. 3. Quomodo nauis postquàm pelagi fluctus euasit: si in portu sentina integra non fuerit; de minimis guttis impletur, & mergitur. Sic & monachus victus & superatus, huius mundi criminibus: ꝙ periculosis fluctibus cum ad portum monasterij uenerit: si tepidè & remissè operatus fuerit, & negligenter vixerit, & minima & quotidiana peccata de animæ suæ sentina haurire neglexerit: in portu naufragij crimen incurrit.

¶Secundò nos hortatur de eodem August. lib de 10. chordis, dicens. Noli quotidiana peccata contemnere, quia minima sunt, sed time, quia plura sunt: plerunque minimę bestię si multæ sint, necant.

¶Tertiò ad idem nos hortatur beatus Grego. dicens: Nequaquā (inquit) considerent qualia, sed quāta committunt, & si despiciunt timere, cùm ponderant, debent formidare, cùm numerant: Altos quidem gurgites & fluuium magnum replent guttæ paruæ pluuiarum, & hoc agit sentina latenter crescens, quòd procella patenter sęuiens.

31 ¶Quantum ad secundam partem huius articuli, illi nomine & natura uenialis abutuntur peccati, qui maximis in tactibus & oportunitatibus se exponunt tentationibus, & illicitis delectationibus, dicētes: se mutuum mereri in hoc, ꝙ ultimo resistunt actui, & ꝙ totum præcedens uel nullum uel saltem ueniale fuit peccatum. Tales in factis suis meliorem non habent iustificationem quàm fur, qui ubi posset furari 40. furatur 20. pro quibus 20. suspenditur, ac si furatus fuisset 40. Ita illi, qui ultimum peccatum mortale committere possunt, & non faciunt, sed tamen peccatum committunt mortale, citra illud ꝙ in tactibus & osculis, citra illud consistit, sicut patet per Sanctum Tho. secunda secundæ q. 154. Pro quo quantum ad temporis diuturnitatem, sicut ultimum committerent actum punientur. Iuxta illud. Iaco. 2. Offendat autem in uno, factus est omnium reus, &c.

¶Quantum ad tertiam partē istius articuli tales decipiuntur à diabolo, sicut ille, cui suasit parua furari animalia, sicut gallinas & huiusmodi, quę furando, citò maiora furabatur, & ultimò per dispositionem furti in minoribus ad suspendium pro maioribus ducebatur. Sic in proposito, & patet. Exēplū.

¶Congrue ergo docuit, & salubriter est sequenda doctrina Thobiæ, qui docuit filium suum abstinere ab omni peccato. Thob. 1. Nota de hac materia uenialis peccati. C. 6. 40. Item. M. 11. 136. Item. N. 2. 3. Item P. 1. 8. Nota leges de hac materia.

¶Peccator. Cap. VI.

SUMMARIUM.

1 *Peccatores, quamuis nullum in morte, uel post mortem habituri essent periculum: eorum tamen ante mortem maximum periculum ex multis consurgere, apprimè declaratur. numero 2. 3.*

4 *Peccatori maius uæ, seu periculum in morte, quàm ante mortem imminere ostenditur, tunc enim tam de proprio, quàm de alieno peccato sibi respondendum erit. num. 5. 6.*

7 *Post mortem autem maximum uæ, periculum, ac damnum, quod nunquam delebitur, peccatoribus superest. Quod quidem ex tribus scilicet, ex separatione; ex afflictione; exq; consideratione consurgere explicatur. num. 8.*

9 Pecca-

9 *Peccatoris magna est peruersitas; non solùm quia dæmonibus est peior: sed etiam quia iumentis, & brutis, omnique creatura (vt pulcherrimis explanatur rationibus) peioris est conditionis. num. 10. 11.*

12 *Peccatores, & infirmis, & mortuis comparari, satis congruè exprimitur. num. 13.*

14 *Peccatoris, spiritualiter mortui, quænam sint exequiæ, seu mortuorum officium, expositè admodum, atque graphicè detegitur. num. 15. 16. 17.*

18 *Peccator à dæmone de peccato ad peccatum trahitur. num. 19.*

20 *Peccatoris cæcitas, ac fatuitas, tribus pulcherrimis patefit rationibus. numero 21.*

22 *Remedia autem, quibus peccatores de peccatis reduci ad gratiam, bonaque opera possint; sunt hæc tria sequentia; Pudor; Amor; Timor.*

PEccatoris, Primò ostẽdetur periculum ante mortẽ. Secundò, in morte. Tertiò, post mortẽ. Quartò, peruersitas. Quintò, similitudo, qua infirmis assimilatur atque mortuis. Sextò, quales circa ipsos spiritualiter mortuos dicuntur exequiæ, quę vulgariter uocantur: Placebo, & dirige. Septimò, quomodo diabolus de uno peccato peccatorem ad aliud ducit. Octauò, peccatoris ostendetur cęcitas, seu fatuitas.

¶Remedij oportunitas ostenditur in nono articulo.

Artic. 1. ¶Quantùm ad primum, periculum peccatorum ex multis patet ante mortem posito quòd nullum periculum essent habituri in morte, uel post mortem.

1 ¶Primo nanque ex hoc in maiori periculo sunt, quòd de iure plus alijs tribulantur, citantur, incarcerantur, mulctantur, occiduntur: uel semper in maiori hominum sunt domigerio, ne ista patiantur. Vnde sapiens. Si posset inultè quantum ad Deum peccare, peccatum vitaret, ut libertate in qua creatus est, liberius uteretur, sciens, quoniam, qui facit peccatum, seruus peccati est. Ioan. 8. & ad Rom. 11.

¶Secundo ex hoc, ꝙ à Deo tam ipsi, quàm alij pro ipsis multipliciter affliguntur, sicut patet toto capitulo, de tribulatione, ut opere ostendat, quod dicitur Amos 9. Oculi domini super regnum peccans: & conteram illud, quia altissimus odio habet peccatores. Ecclesiast. 12.

¶Tertiò ex hoc, quòd uita illorum frequenter per gulas, & luxurias, & huiusmodi abbreuiatur. Et hoc ex parte quidem Dei iustè, qui eos subtrahit, sicut pastor ouem scabiosam ab ouili: ne alias inficiat. Et hortulanus herbas nociuas ab horto eradicat, ne aream inutiliter occupent. Sic ex inordinatione Dei, quem quãtum ad hunc effectum Magdalena hortulanum ueraciter putabat, uiri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Et hoc est, quod Psal. 54. recitatis quorundam nequitijs, adiungit, dicens: Propterea Deus destruet te in finem, &c. Esa. 13. Ecce dies domini ad peccatores eius conterendos.

¶Quartò ex hoc, ꝙ sunt in omnibus periculis in quibus sunt excommunicati. E. 9. 4.

¶Quintò ex hoc, ꝙ in medio dormiunt latronum & homicidarum pessimorum. i. dęmonũ: qui nõ tantũ corporum, sed & animarum sunt homicidę. Inter hos nanque pro tanto peccatores dormire dicuntur. 2

¶Primò, quia sicut dormientes, timent, quod non est timendum, aquarum videlicet profunditatem & transitum, uel casum de alto monte, uel Vrsum, uel Leonem, uel aliquod simile, de quo somniant, & latronem, uel homicidam, qui iam domum occultè intrauit, & ei cũ socijs ad occidendum proximat, non timet. Sic peccatores timent

timent bene uiuere. Gulosus namque timet ieiunare. Delicatus vestes dimittere lineas. Luxuriosos continere. Auarus paupertatem. Cupidus restitutionem, & eleemosynam facere: & oēs damna timent temporalia & corporis grauamina: & ſm ꝙ quilibet illud qđ non est ei nociuum, somniat sibi nociuum: licet sibi sit utile. Ita oēs trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Diabolum verò pessimū homicidam, qui cū societate magna circumit quærens quem deuoret, qui semper iuxta eos insidiatur, & pęnam non timent æternam. Sic sunt sicut equus vmbratilis, qui plus umbram timet arboris, quę ei nocere non potest, quàm bellū mortale, quando buccinatur, hinnit, & cū gaudio saltat. Sic ipsi peccatores & abundantes in sęculo, in Psal. 72.

¶Secundò, quia sicut dormiētes, credunt se multa habere, quæ non habēt: sed excitati dicent, illud Sapien. 5. Ecce transierunt omnia, sicut umbra. Ita teste Psal. Ipsi dormierūt somnū suum, & nihil inuenerunt, &c.

¶Tertiò, quia sicut quandoque dormiens eadem facit opera, quæ facit vigilans, quia loquitur: & aliquādo surgit, & ambulat: sed non rectè loquitur: sentētias bene continuādo & rationabiliter: nec securè ambulat: quia in foueam faciliter cadit. Ita peccatores in multis eadem faciunt opera, comedēdo, & bibendo: & multa alia sicut boni Christiani, & loquuntur: sed non rectè propter duo. Primò in medio vel in fine iuramēta vel detractiones vel attractiones ad malum admiscent. Secundò, quia etiā si omnia bene loquatur: non tamen est speciosa laus in ore peccatoris. Eccl. 15.

¶Nec securè ambulant, quia habita peccandi opportunitate, cadent in retiaculo eius omnes peccatores terræ, in Psal. 140. Et hæc sunt signa, ꝙ non sunt bene à peccati somno excitati.

3 ¶Tales ergo facere deberent ꝙ faciunt hi hospites seu peregrini, qui in hospitiis dormiunt suspectis, in quibus aliqua sunt obscura latibula, in quibus possent latrones latitare. Tales eñ oīa latibula scrutant̄: & si quē ibi inueniūt latitantē, eijciūt, & ostia, & fenestras ex omni parte firmāt. Ita tales oīa latibula scrutari deberēt cōscientię: & si quos inuenirēt hm̄oi vię viros ꝑducere Hierusalē: & illuc eos eijcere ꝑ cōfessionē: & dānare per pęnitētię susceptionem. Exēplo illius, qui dicit in Psal. 100. In matutino interficiebā oēs peccatores terrę, ut dispergerem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

¶Quinto periculū eis imminet non tm̄ ex hoc: ꝙ sic ī peccatis dormiūt: sed (qđ peius est) ꝙ directè ante portā dormiūt inferni: & ibi comedūt & bibūt; & cōtinuè morant̄, qa nihil est īter aīas peccatorū & infernum, nisi porta fragilis s. corporis, qua per mortē fracta: in puncto ad infernū descendunt. Iob 21. Ego vę peccatori. Eccl. 2. ꝓpter pericula ista, q̄ ei imminent ante mortē, & qa sic dormit in peccatis: de quibus malè excitabitur, sicut ostēsum est. M. 11. 30.

¶Et si vę magnū, & piculū immineat peccatori ante mortē: maius imminet & illū expectat ī morte: qa tūc videbit, & ēt rn̄debit tā de peccato ꝓprio, q̄ ēt de peccato alieno: qđ suo ꝑuerso exēplo vel suggestione cōmissum fuit. De peccato ꝓprio, qđ ꝯ Deū seipsum, & ꝓximum, cogitādo, loquēdo, vel operādo, vel omittēdo, vel quouis mō cōmisū fuit: q̄ oīa tunc adducet in iudiciū: sicut dr̄ Eccl. vlt. cūcta (inqt) q̄ fiūt, adducet Deus in iudiciū ꝓ omni errato: vt peccata sua tūc videāt, & sn̄iam illorū audiāt à supremo Iudice ad suā dānationē: q hic illa uidere noluerūt: nec sententiā audire ab inferiori Iudice in cōfessionē ad suā saluationē. Quòd eñ hic illa audire uel uidere nolūt: patet inductiuè, tā ī maiorib⁹ q̄ in mediocribus, q̄ ēt minimis: qa cōiter oēs irascūtur, qñ de defectibus suis reprehēdunt̄, sicut patet inductiuè de vitijs illorum exēpla ponere volēti: ꝯ quē gladiū euaginauerūt pctōres: intēderūt arcū suū: in Psal. 36. mō quo ostēsum est. A. 11. 3.

Artic. 2.

4

¶Cuius

5 ¶Cuius erroris una causa est, quia culparum suarum ignorant periculũ & conditionem: ideo illas uidere nolunt, ut caueant, & est de conditione peccati: in hoc ꝙ conditionem eius adhuc ignorant & periculum.

¶Primò, sicut de conditione sanguinis, in quo infirmitatis uel mortis, non uidetur periculum, antequàm sit frigidus. Ita peccata antequàm peccatore moriente, frigescant.

¶Secundò, sicut de conditione ludẽtium, qui membra non sentiunt dolẽtia, dum in ludi sunt feruore, sed cum primò à somno fuerint excitati. Et sicut de potatione dulci cum ueneno mixta, quæ statim dum potatur, periculosa non sentitur, sed quando illius occasione hausti se morti sentit appropinquare, tunc dicit, uæ, uæ mihi, quia potaui, & irascitur, quia priùs lusit & potauit, sicut teste Psal.111. peccator: supple in morte, quando sanguis eius frigescit, & ludus finit: & potatio dulcis in mortis æternæ conuertitur amaritudinem: uidebit & irascetur, quãdo falsæ facies: de quibus dictũ est. P.5.5. scilicet larue facies auferentur, quæ nunc quales sunt, abscondunt.

¶Sed vtinam nunc saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Deuter.32. Et si periculum proprium in sanguine proprio, qui adhuc non frigescit, nec in ludo: qui adhuc non finitur, uidere non possunt saltem, ut dum tempus est, periculum proprium videant. Aliorum præcedentium pericula sunt eis specula, ut in eis uideant & caueant, ne illud experiantur, quando cauere non poterunt.

¶Superbi ergo sibi speculum faciant de casu luciferi. Tyrãni & inuidi submersionem Pharaonis. Auari damnationem diuitis sepulti in inferno. Iracundi & uindicatiui reprobationẽ serui nequam, nolentis remittere conseruo suo. Accidiosi condemnationẽ serui pigri, qui abscondit talentũ domini sui. Luxuriosi inundationem diluuij, & incendij.v.ciuitatum. Gulosi incendium populum Iudaici murmurantis: quia escam non habuit ad libitum. Et cùm adhuc escæ erant in ore ipsorum, ira Dei descendit super eos: Psal.77. sicut teste domino. Amos.9. Morientur omnes peccatores populi mei, &c.

¶Non tantum propter peccata propria, sed etiam propter nocumentum, quod peccando alijs intulerunt. De quo ꝙ coram Deo respondebunt: patet per exẽplum legis ciuilis.ff. de his qui effuderunt uel deiecerunt. l.1. hoc est in ff.veteri.lib.9. Illa nanque lege tenetur ad recompensationem damni, qui aliquo eiecto de domo uersus uiã aliquem deturpauerit uel lęserit sub his uerbis. De his, qui deiecerint, vel effuderint in eum locum, quò vulgò iter fiet uel in quo consistetur, quantum ex ea re damnum datum, factum ve erit, in eum qui ibi habitauerit, in duplum iudicium dabo. Et infra etiam in eod. tit.l.vlt. habetur sic. Cum liberti hominis corpus ex eo ꝙ deiectũ fusum ve quid erit: læsum fuerit, iudex computat mercedes medicis præstitas: cæteraque impendia, quæ in curatione facta sunt: præterea operum quibus caruit, & ob id ꝙ inutilis factus est. Cicatricum autem deformitatis nulla fit æstimatio, quia liberum corpus nullã recipit æstimationem, hæc ibi. Istis cõcordat lex Dei. Exod.21. Si qs (inquit) aperuit cisternam & foderit, & nõ operuerit eam: cecideritq; Bos, uel Asinus in eam, dominus cisternæ reddet precium iumentorum. Terram fodere & non operire est terrena & mala opera aperte committere. Animalia verò in illa cadere & mori, est istos simplices talibus perire exemplis. 6

¶Ex harum uerò legum prima, rationabiliter elicitur, ꝙ effundens vel ostẽdens aliquod peccatum, uel opus, vel exemplum prauum de domo animæ per portam, uel fenestram alicuius sensus, unde damnificatur vel deturpatur transeuntis uel proximi uidentis anime, ad recompensandum duplum condemnatur, quia si hoc obseruat lex

mundi

mundi circa corpora, quę eius deputãtur regimini, multò strictius illud obseruabit lex diuina, & Deus qui custodiam habet animarum contra eos, qui animas lędunt, quæ meliores sunt quàm corpora.

¶Ex secunda uero arguitur: ꝙ corã Deo respondebunt de omnibus laboribus & expensis, quas illi faciunt, quos suis peruersis exemplis: uel attractionibus lęserunt, ꝙ etiam si illi sint finaliter perditi: quos sic corruperunt, nullam dignam facere poterunt æstimationem, quia si liberum corpus inutile est aut irrecuperabiliter deforme factum: nullam recipit æstimationem. A fortiori ratione anima, quæ est multò nobilior & liberior. Nec ibi deerit pars damnificata partem damnificantem accusans, quia sicut appellator coram iudice illum, qui prius in furto faciendo fuit socius, accusat, & quomodo illum ad peccatum adduxit, & de omnibus quid & quomodo factũ fuerit, apertè ostendit. Sic erit tunc de peccatoribus, qui nunc sunt in omnibus socij, sicut latrones in nemore tũc erunt appellatores coram Iudice. Propter ista ergo duo. s. peccatum, quod peccator committit, & quod alij ab eo committunt corrupti, uæ genti peccatrici. s. in morte. Esa. i. quia mors peccatorum pessima, in Psal. 33.

Artic. 3. ¶Non tantum propter duo væ, quæ abierunt unum ante mortem, & aliud in morte, sed etiam propter uæ pessimum, quod nunquam delebitur post

7 mortem. Quod consurget ex tribus; ex separatione, & afflictione, & ex consideratione.

¶Primò nanque sicut in omni peccato est primò uoluntaria nunc auersio à Deo, & separatio & econuersio ad culpam in peccatoris ęterno. Ita erit tunc in uita à Deo & tota Dei curia separatio ad pęnã in Dei æterno. Nonne iustum uidetur: ꝙ illi, qui Christum & sanctos sequi nolunt per uiam pęnitẽtiæ & bonæ uitæ, non sequantur illos ad gloriam? Et ꝙ illi, qui gratis se nũc ab illorum separant societate: tunc inuiti ab illa separentur. Sed omnes peccatores se nunc uoluntariè separant: quia de omnibus hominibus & locis, siue in ciuitate, siue extra: siue sint pauperes, siue potentes: in quibus sunt: superbiæ, irę, inuidię, brigæ, dissensiones & immunditiæ & similia, ueraciter dici potest: ꝙ Deus non est cum eis: nec illius societatis particeps, quia nõ habitabit in corpore subdito peccato. Sap. 1. Et ubi non est socius in uita: sed à societate separatur, non vult esse socius post mortẽ, quando dicent: Domine, domine aperi nobis. In quo clamore scimus, quia peccatores Deus non audit. Ioan. 9.

¶Secundò, uę ex triplici pęnarum consurgit afflictione. Ibi nãq; nõnulli Christiani verisimiliter æstimãtur plures sustinere pęnas, quàm Iudas, quia plura beneficia à Deo receperunt: & quia sunt eius morte redẽpti, & plus de fide & doctrina Ecclesię informati, cõtra quæ omnia maiorem committunt ingratitudinem peccando, & minorẽ videntur Deo exhibere reuerentiam: ipsum leuiori foro & minori precio vendendo, & non tantùm illũ, sed oĩa bona illa. P. 5. 15. Vendit gulosus & luxuriosus pro parua delectatione, cupidi pro uno uel duobus denarijs: iuratores, inuidi, iracundi, & hm̃oi pro nihilo, quia peccando nihil lucrãtur: illi ergo spiritualiter pro nihilo habuerũt terram desiderabilem: in Psal. 105. Tales ergo ibi maximas sustinebunt pęnas, qa de illis verificatur illud. Gen 13. Erant pessimi & peccatores coram domino nimis. Ex quo sequi necesse est, ꝙ nimias imposterum sustinebunt pęnas: quia pro mensura delicti: erit plagarum modus. Deut. 25. 8

¶Tertium vę, ex consideratione ingratitudinis illorum, quibus seruiuit, & quos dilexit. Si enim diu seruiẽs domino terreno, & in fine illum ingratũ inueniẽs: multùm tristatur, multò plus tristabitur tũc, qui ita fideliter diabolo seruiuit, eius mãdata atque doctrinam tenendo:

tenendo: quẽ non tantũ ingratum: sed crudelissimũ inueniet tortorem. In his ergo tribus damnis, q̃ peccator sustinet ante mortem, in morte, & post mortẽ, verificatur illud. Apoc. 8. Vę vę vę. &c. Psal. 31. Multa flagella peccatoris.

Artic. 4. ¶Multa inquit flagella, quia hic in labore hominũ nõ sunt. Nec hominũ; nec rationalis creaturę rationaliter viuentis sequuntur conditiones: sed potiùs brutorum & dęmoniorũ: ideo cũ hominibus non flagellabuntur, sed cũ dęmonibus: si tamen cũ eis: immo potius sub eis, & peius eis flagellabunt, q̃ ipsis in multis sunt peioris cõditionis.

9 ¶Primò, quia sicut ostendit Anselmus. lib. 5. de casu diaboli. Diabolus (inquit) nulla pręcedẽte peccati uindicta superueniẽs peccauit: ego uisa eius pęna ad peccatũ properaui: ille perstitit in malitia Deo reprobãte ego Deo reuocantẽ, ille obduratur contra non requirentem, sed punientem, ego contra morientem & blãdientem. Ecce cuius imaginis horrebam horrorem, in multis aspicio meipsum horribiliorem. In quo magna patet peccatoris peruersitas. Non enim in hoc est peior dęmonibus: sed etiã in hoc, quæ est peior cõditionis iumentis & brutis, & omni creatura. Nã brutorum quorundam & carnes ualent, & corium: quorundam vero corium: peccatoris autem mortui, nec caro valet, nec cadauer, nec anima, nec coriũ, nec continens, nec cõtentũ: neq; substãtia, vel accidẽs: vel materia, vel forma: qa luto vilior est vita ipsius. Sap. 15. Nõ est mirũ ergo q͛ altissimus odio habet peccatores. Ecclesiast. 12.

10 ¶Secundò, quia diabolus semel peccauit, & factus est dęmon. Homo verò malus, de quo dr̃. Eccl. 8. Attamen peccator ex eo q͛ cõties facit malũ, & p̄ patientiã sustinet: in hoc peior est: q͛ pluries peccat antequã damnetur, & ꝓpter alias causas tractas. T. 5. 43. Et magis ingratus: qa diutius p̄ patientiã expectatur, & pniciosior: quia hanc Dei patientiã ad ꝓpriã conuertit dãnationẽ: quia, sicut dr̃. Eccl. 8. quia non ꝓfertur citò contra malos sententia: absq; vllo timore filij hominum perpetrãt malą.

¶In quo iterũ patet, q͛ maior est illorũ peruersitas, q̃ quarumcunque bestiarum: q̃ patiẽtia & beneficijs domesticãtur: & benefacientẽ cognoscunt, & diligũt, &c. Peccatores verò ecõuerso: nec Deũ diligunt: nec Dei seruos cognoscunt, nec bonos, nec rectos, sine q̃bus ipsi nõ viuerẽt: sed sicut ĩ diluuio & in subuersione Sodomę perirẽt: nec ipsos amicos: sed inimicos reputãt mortales. Et ideo, teste Psal. 36. Gladiũ euaginauerũt peccatores intenderũt arcũ suũ: ut sagittẽt in obscuro rectos corde. 11

¶In qua auctoritate non tantũ illorum malitia: qua rectos, inimicos æstimant, & ꝑsequuntur: verum etiã causa tangitur malitiæ: eò q͛ in obscuritate sunt peccatorũ: de qua obscuritate dicit Chrysost. super Ioã. Homel. 3. Peccatum (inquit) tenebra est: qui enim in tenebris est, non amicũ, non inimicum cognoscit. Ita auarus & oĩs peccator nõ diuidit amicũ à ꝑsecutore: & maximè si corripit: & inuidens nõ familiarẽ discernit: sicut nec de nocte discernitur plũbum: aurũ, argentũ: lapis ꝓciosus à vili. Et sicut de nocte lapidũ preciosorum non apparet pulchritudo: & ideo ab illis, qui ignorant bonitatẽ illorũ, despiciũtur: qui tñ defectus vel vilipẽsio ex illorũ nõ oritur natura: sed, quia contemnentes in tenebris sunt. Ita in ꝓposito: Hac de causa obseruabit peccator iustum, & stridebit super eũ dentibus suis: in Psal. 36. Et sicut dr̃. Eccl. 3. Si communicabit lupus agno aliquãdo, sic peccator iusto: quæ communicatio sancto homini ad canem?

¶Nec mirũ, quia oculis ægris odiosa est lux, quibus sic tenebra placet: & sicut bubones tenebras diligunt, & cantu suo laudant. Ita ab illis laudatur peccator in desiderijs animæ suæ: in Psal. 9. Nota I. 10. 3.

¶Qui ergo sic eis similes laudant: & bonos contemnunt: meritò in tota sacra Scriptura cõtemnũtur, & infirmis, & mortuis comparantur. Artic. 5.

¶Primò

12. ¶Primò nanque propter diuersas rationes, & proprietates, diuersis comparantur infirmitatibus.

Superbia. ¶Nam superbi freneticis comparātur, atq; demoniacis, qui nulli subesse uolunt, nec in uinculis teneri. Ita nec isti Deo, nec ministris eius subesse uolunt, nec legibus uel uinculis alligari ecclesiasticis, sed ad modū Luciferi, sociorumque eius omnes transcendere uolunt. Et ideo teste Esaia: Infirmata est altitudo, & terra interfecta est ab habitatoribus suis. Esa.24.

Ira. Inuidia. ¶Iracūdi verò & inuidi similes sunt habentibus cardiacam, quia sicut illi infirmantur ex hoc ꝙ nimis gaudent vel tristantur. Ita isti ex hoc ꝙ gaudēt de malo, & tristātur de bono. Et sic aliquotiens, quæ multos habebat filios.i. bona opera, infirmata est.1.Reg.2.

Auaritia. ¶Auari verò hydropicis comparantur, qui potum diligunt & acquirunt in malum suum. Sic isti diuitias de quibus. Eccl.5. Est alia infirmitas, quā vidi sub sole: diuitiæ congregatæ in malum domini sui.

Luxuria. ¶Luxuriosi verò leprosis assimilantur, qui alios sua societate inficiunt. Esa.40. Iuuenes in infirmitate cadent.

Accidia. Gula. ¶Accidiosi verò podagris, & gulosi febricitantibus comparantur, quia primos uecordia impotentes, & secundos auiditas infirmos reddit. His itaque & alijs peccatis ita infectum est genus humanum, ꝙ à planta pedis usque ad verticem capitis non inuenitur in eo sanitas. Esa.1. Quia multi publicani & peccatores. Matth.9. qui non tantum infirmis: verùm etiam mortis cōparantur, quia sicut nec mortui: Ita nec isti uident, nihil loquuntur, uel libenter audiunt, quæ ad salutem pertinent animarum, nec operantur, si sunt spiritualiter frigidi & defuncti, & ad sepulturam illam, de qua Luc.16. Mortuus est diues, & sepultus in inferno: deportati. De quorum quolibet potest dici illud Lucæ 7. defunctus efferebatur. Cuius feretrum quatuor efferunt portitores.

13 ¶Primò spes longiores uitæ, in quo portitore fatuum est cōfidere, quia vita nostra est sicut latrones ducti ad mortē in extranea patria, in qua certū est, quòd citò morientur, tempus tamē & locus ignorantur. Tales illi assimilantur. Luc.12. Anima, habes multa bona, quorum quilibet facto sufficienter ostendit: ꝙ si semper uiuere posset, semper peccaret, & ideo semper iustè damnabitur.

¶Secundò cōsideratio defectus alieni & non sui, cuius portitoris vnus pes & causa est proprij status tenebra, est enim peccator in tenebris, & ideo seipsum non uidet. Alius pes & causa est, propriæ conscientia turbulentia. Est nanque conscientia sicut aqua turbida: in qua nō videntur sordes, quæ in fundo latent. Ex his duobus contingit, ꝙ peccator omni contrariatur artifici, pictor nanque, & scriptor, & generaliter omnis artifex meliora considerat exempla, quod isti artifices non faciunt animarum.

¶Tertiò pſumptio misericordiæ, de quo dictū est.c. de misericordia. arti.9.

¶Quartò negligētia de uita propria corrigenda, quę negligentia ex tribus consurgit prioribus, tresque priores consequitur portitores, sicut patet intuenti. Sic ergo, sicut dicitur. Eccl.6. Defertur omnis peccator, & inuidus, & bilinguis, &c. Artic.6.

14 ¶Circa uerò peccatorem sic defunctum, & ad inferni delatum sepulturam, exequiæ tales dicuntur, quales diligunt. In quibus officium facit demon, alta uoce cantans, & impunitatem promittens, & dicens. Nequaquam moriemini. Gene.3. Duo verò cantores cantantes: Placebo, sunt caro, quæ cantat & promittit voluptatem, & mundus, qui promittit diuitias & longæuitatem. Chori uerò respondentes, sunt adulatores exteriores uel interiores, id est, proprię cogitationes, uel utrique sibi mutuò dicentes, & respondentes: Tu es gloriosus. Cui alia respondet cogitatio: Tu es fortis.

Cui alia: Tu es diues: tu es pulcher: tu es generosus: & sic laudatur peccator in desiderijs animæ suæ: in Psalm. 9. Quorum laudum falsitas per prophetam patet: dicentem, Trenorũ 2. Prophetæ tui viderunt tibi falsa.

¶In his exequijs primam lectionẽ: videlicet, Parce mihi domine: legit corpus. i. corporis falsa pietas: quando deberet ieiunijs; laboribus; vigilijs; & huiusmodi pęnitentię operibus affligi: dicendo: Parce, &c. qua lectione perfecta, ratio responsorium cantare deberet: respondendo, & dicẽdo: Credo ꝙ Redemptor meus viuit. Et ideo responsorium vocatur: quia corporis allegationi seu petitioni, uel lectioni respondere deberet: Credo, &c. quasi diceret: ex quo Redemptor meus in nouissimo die te mihi resuscitabit in meliori statu & conditione, quàm modò sis: si nunc in seruitio suo te exercuero & expendero: non parcam: sicut nec minister parcit nec dimittit equũ suum vexare in seruitio boni domini: qui pro debili perditio optimũ dabit. Sic respondit Paulus, dicens: Castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo.

15 ¶Secundam lectionem. Tędet animam meam uitæ meæ: legit accidia: quia quãdo accidiosus & delicatus deberet aliqua aggredi, quæ in aggrediendo, uel tolerãdo, uel in perseuerãdo grauia uidentur, dicit: Tędet, &c. quo tędio affectus quasi sepultus & absconditus: sub pigritia sua fit impotens & inhabilis ad omne opus bonũ & arduum. Cui ratio respõdere deberet: orando & dicendo: Qui Lazarum resuscitasti à monu. &c. quasi dicerem: qui Lazarum resuscitasti à monumẽto fętidum: corpus seu subiectũ istud miserũ: resuscitet à fętenti pigritia: & in laboribus suscitatũ: hic tẽporaliter exerceat, ut requiẽ æternam inueniat.

¶Tertiam lectionem: legit pręsumptio, dicens: Manus tuæ fecerunt me: quasi diceret: quantumcunque peccator sim: Deus me non condemnabit, quẽ sic fecit & plasmauit: & ideo audacter peccabo. Cui ratio respondere deberet: Domine, quando veneris iudicare terram, &c. quasi diceret tunc me iuste ſm opera mea iudicabis: & nihil mihi ualebit, ꝙ à te factus sum: si saluti ꝓprię cooperatus non fuero: quia teste Apostolo: coadiutores Dei sumus.

¶Quartam lectionem legit falsa vel instabilis confessio: omnia peccata sine proposito cessandi, uel aliena restituẽdi: apertè ostendens, & dicens. Quantas habeo iniquitates, & peccata, &c. Cui ratio in fine vitæ respõdebit. Heu mihi: quia peccaui nimis in uita mea: quando. s. experietur illud, quod dicit Deus per prophetam. Puer cẽtum annorum morietur: & peccator centum annorum maledictus erit. Esa. 65.

¶Quintam lectionem legit auaritia, cupiditas, seu nimia mundi solicitudo, dicens: Homo natus de muliere, &c. tot repletur miserijs & paupertatibus: & debilitatibus: oportet ꝙ contra omnes huius famis & frigoris & paupertatis miserias, homo multa cupidè cõgreget, & auarè teneat. Cui ratio respondere deberet: Ne recorderis: quasi diceret. Ex quo Pater vester cęlestis scit, quia his omnibus indigeris: nolite recordari, neque soliciti sitis, dicentes: Quid manducabimus: aut quid bibemus? Neque soliciti sitis in crastinum. Crastinus eñ dies solicicitus erit sibi: sufficit enim Dei malitia sua. Matth. 6. 16

¶Sextam lectionem legit infidelitas: dicẽs: Quis mihi tribuet, &c. quasi dicat: uel nos non damnabit, uel saltem aliquando nostri recordabitur: & non ęternaliter damnabitur: & hoc videtur dicere, quando constituas mihi tẽpus, in quo recorderis mei. Cui ratio respõdere deberet: Domine, secundùm actũ meum noli me iudicare: quasi diceret: in prædicta hæresi non confido: sed scio, ꝙ si secundùm actum meum malum iudicaueritis: iustè me æternaliter condemnabis. Ideo deprecor maiestatem tuam: ut tu Deus deleas iniquitatẽ meam: antequàm illuc descendam, vbi nulla est redemptio.

¶Septimam

¶Septimam lectionem legit impatientia dicens: Spiritus meus attenuabitur: ac si dicat: quare sic infirmitatibus & flagellis affligor: quia non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Cui respondet ratio asserens, quod quotidie peccat, dicens. Peccantem me quotidie. Ex quo sequitur ꝙ impatiẽs falsum dicit, & ꝙ iustè illum Deus flagellat.

¶Octauam lectionẽ, uidelicet: Pelli meę: legit uana confidentia in carnalibus & mundialibus amicis, dicens: Miseremini mei &c. Hæc nanque facit hominem potiùs in homine confidere, quàm in Deo Ratio verò uidẽs hoc stultum esse: & ꝙ est maledictus, qui confidit in homine Hiere. 17. respondit dicens: Memento mei Deus: ac si dicat: ad Deum est clamandum in tribulatione, & nõ ad hominẽ: quia uana salus hominis: in Psal 59. sed Deus est adiutor in tribulationibus. Psal. 45.

17 ¶Nonam, videlicet: Quare de vulua eduxisti me, &c. legit desperatio. Cui ratio, in Dei sperãs liberatione, respõdere debet: Libera me de morte, &c.

¶Prædictis verò animarum inimicis, ut dictum est, cantãtibus: Placebo, nisi ratio respõdeat. Dirige, modo quo dictum est, defunctus ad infernum effertur, antequam omnes prædicti processionẽ faciunt: in qua diabolus caudam tenet, teste ꝓpheta, qui dicet mẽdacium, ipse est cauda. Esa. 9. Feretrum vero portant illi, de quibus dictum est. supra eo. c. 13. Feretrum vero sequuntur omnes, qui peccatoris mortui peccant exemplo, qui aliquando ad feretrum manũ apponunt, ipsum supportando, & festinãtiùs portãdo, quia etiã ipsi ei mala dant exempla, quibus eum velociùs vsq; ad infernum ire faciunt, vsq; quo conuertantur oẽs peccatores in infernũ: oẽs gentes, quę obliuiscunť Deum, in Psal 9. Et usq; cũ diuite illo sepeliantᷣ in inferno, in quo mors peccatorum pessima, in Psal. 33. Peccatoris ergo mors, exequie, portatio ꝓcessio & sequela, sic incipit, mediatᷣ, & terminatᷣ.

¶Diabolus verò sic spiritualiter mortuum ad infernum ducens, non statim occidit, propter causam tactam. P 5. 5. quia etiam vult vt diutiùs uiuẽtes plus peccent, & de peccato in peccatum cadant, hæc nanque est conditio peccatorum, quia in uno peccato solo diu non morabuntur. Superbus nanque citò in iram cadit quia ex quo affectat superior esse, vel singulariter videri, cõtra illam singularitatẽ impedientem irascitur, & ꝓsperitati eius inuidet, de illaq; dolet & de aduersitate gaudet, & vias quærit, quomodo ꝓsperitatẽ eius impedire posset, ei in bonis, uel corpore, uel fama, nocendo, uel procurando per alios quod indictetur, uel uerberetur, uel occidatur, uel diffametur, uel alijs modis grauetur, & sic diabolus habens peccatorem illaqueatũ superbia, non irę, inuidię, & homicidij, & huiusmodi laqueis illum tãtùm inuoluit, sed ẽt cupiditatis, gulæ, & luxurię, & accidię ipsum retibus implicat, quia ex quo vult apud mundũ magnus apparere, & non possit sine multis rebus, necesse est, ꝙ multa concupiscat, ꝑ quę altitudinẽ & superbiã suã sustentet. Ex qua cõcupiscentia fraus oritur & deceptio, qa ex quo multa cupit, q̃ nõ habet, sequitᷣ, ꝙ quãdo videt terrã vicini sui inter suã iacere, q̃ sibi esset quieta, cogitat, quomodo illũ circumuenire possit.

Ar. 7.

18

¶Abundãtia verò bonorum, quę ex cupiditate oritur, frequenter trahit ad gulam. Gula uerò trahit ad accidiam, quia ex quo est vino ingurgitatus, caput habens ponderosum, in lecto suo se gitat, cogitans cogitationes pessimas, nec, sacerdote ad missam pulsante, surgit, quia si magnus sit, cogitat, ꝙ sacerdos ipsum expectabit, si pauper sit, cogitat ꝙ sufficit, ꝙ ueniat ad eleuationem sacramenti. Hæc uerò duo trahunt ad luxuriam, quia ex gula oritur inclinatio ad accidiam, ex accidia, turpis cogitatio, quæ duo simul copulata frequenter tertium inducũt. Sic cadent in retiaculo eius omnes peccatores, in Psal. 140.

19 ¶Quid ergo ualet dicere, ficut dicunt aliqui, ꝙ non sunt fures & homicidæ, & ideo uidetur eis, ꝙ fornicatio in eis, & huiusmodi non sint grauia, quia uident alios grauiora committere, qui in hoc decipiuntur, ꝙ non possunt se excusare de omnibus, quin sit aliqua superbia, ira, uel inuidia, in cordibus, uel luxuria in operibus, quod ex hoc apparet, quod pauci se excusare poterunt, quia centum hominibus simul cōgregatis, uix inueniuntur tres, qui se sincerè diligant, sicut deberent, vel pro amore Dei, uel charitatiuo amore hominis faciat, nisi aliud speret, uel sciat emolumentum, ita ꝙ uix inuenitur, qui faciat pro parentela, uel consanguinitate, uel uicinitate, sed pro pecunia, quia charitas refriguit, & ira & inuidia intantum inundauerunt, ꝙ si unus uideat alium maiorem habere amicitiam, ꝓsperitatem, uel gratiam, ei inuidet, de quo ergo gloriantur, qui in uno offendunt, ex quo prius ostensum est, ꝙ diabolus habens hominem in uno ad alia citò retrahit, quia sicut dicit decretum: peccatum, quod statim per pęnitentiam non deletur, suo pondere ad aliud trahit. Gloriatio ergo talium est sicut illorum qui gloriantur, ꝙ ciuitatem obsessam ex una parte custodiunt, & ex alia inimicos intrare & ciuitatem capere sinunt. Sicut patet, ꝙ qui peccauerit in uno, multa bona perdet. Eccl. 9.

Artic. 8. ¶Ex isto ultimo iam dicto articulo cęcitas patet atque fatuitas peccatorū, quia ex iam dictis patet, ꝙ unum peccatum committens, plurimorum periculo se exponit, & qui unum cōmittendo, credit se in illo stare, & quasi lēto gradu ad infernū ꝓperaret, ad multa per vnum tractus, ad infernū velociter properat.

Exēplū. Vnde est de talibus sicut de nūcijs, & hmōi, qui in uia sua multum festinant, qui pluribus utuntur equis, ut plus festinent, quorum uno lasso alterum accipiunt. Sic prædicti satiati de uno peccato ad tempus, sicut gula, & huiusmodi, aliud quærunt, & satiati de una fatua muliere, aliā quærunt, ut uelociùs ad infernum ueniant, & fiunt de illis, de quibus dicitur. Eccl. 9. Quæcunque potest manus tua facere, instāter operare, quia nec opus artificum, nec ratio logicalium, nec scientia legistarum, nec sapiētia theologorum apud inferos, quò tu ꝓperas, ideo quemlibet hortatur Scriptura, dicēs, Prouer. 1. Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Et infra pedes illorum ad malum currunt & festinant, &c.

¶Est ergo prima peccatoris fatuitas, ꝙ ad infernum modo iam dicto properat, & pluribus laboribus, & expensis infernum, quàm cęlum comparat.

¶Secundò idem apparet ex hoc, ꝙ occisorem multorum antecessorū suorum in domo animæ suæ abscondit, & spoliatorem, & occisorem proprium. Cuius causa est, quia intantum excęcatur, ꝙ periculum proprium videre nescit. Ex quo sequitur tam absurdū inconueniens, ꝙ ille, qui multum doleret de amissione pecuniæ, uel messis, vel de spoliatione uasorū, uel pānorū, nescit dolere de amissione animæ, & de spoliatione & amissione regni cęlestis, & omnium bonorum spiritualiū. Et qui multum studeret fugere de carcere mundi, ubi corpus breui tempore custodię mancipatur, non vult, nec desiderat fugere de carcere diaboli, in quo æternis deputabitur tormentis. Stultiores nanque in hoc casu & magis excæcati sunt dæmonibus uel damnatis, quia illi, & si carcerē fugere vellēt, non possent, isti verò, & si uellent, possent. Damnatos nanque sic in carcere dæmon possidet, ꝙ carcerem frangere & fugere non possunt, & de illis certus est. Istos uerò sic in cōpedibus possidet peccatorum, ꝙ non ui, sed spontanea uoluntate in suo carcere detinentur. Quis ergo non stultiores diceret illos, qui ꝓpria stultitia in ꝓfundissimo detinentur carcere, q̄ illos qui aliena ibi detinētur potestate? Nēpe illi de stultitia, & isti de impotentia redarguuntur.

¶Tertiò

¶Tertiò idē apparet in hoc, ꝙ sunt similes Sodomitis, qui finem non considerant mercationis suæ: in quo omni contrariantur mercatori: nec dicentibus credunt, in quo Sodomitis illis assimilantur: qui Loth prædicenti eis periculum, non crediderunt, de quibus dicitur. Gen. 13. Sodomitæ erant pessimi, & peccatores coram domino.

Artic. 9. ¶Ab omnibus prædictis peccatis & periculis Deus nititur nos tripliciter retrahere; Pudore: sicut Iudam, quando dixit: Ecce manus tradentis
22 me mecum est in paropside. Ita manus nostræ. Amore, quando dixit: Amice, ad quid venisti? Sic nos multis amicitiæ signis & dictis & factis. Timore, quando dixit. Melius esset illi, si natus non fuisset homo ille. Istis tribus de causis erant appropinquātes ad Iesum publicani, &c. Luc. 15. Et adhuc appropinquare deberent: quia hic peccatores recipit. Luc. 15.

¶Pœnitentia. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Pænitentiam trigeminam esse, nō ignores; securam, scilicet; dubiam; & falsam.*

Pænitentia secura, quæ, quidque sit; ac quot habeat partes; cōcinnè ostēditur.

2 *Pænitentia dubia est in ultima pænitere ægritudine; quo tempore peccare non uales: de talium autem salute, cur dubitandum sit; exemplis, auctoritatibusque perspicuum tibi fiet. num. 3.*

4 *Pænitentia falsa, est de uno, & non de alio peccato pænitentiam agere: quot verò, quibusue modis agatur, nonnullaque alia huiusmodi materia, hic declarata inuenies. num. 5. 6.*

7 *Plura motiua, quæ nos ad veram peragendam pænitentiam, mouere deberent, declarantur.*

Veram pænitētiam potiùs in hac, quàm post hanc agendam esse uitam, asseras: talis nanque pænitentia, & Deo plus placet; & facientibus magis est meritoria, ac fructuosa. num 8. 9. 10.

11 *In hac uita pænitentiam non agentes, plurima incurrunt incommoda. nu. 12.*

13 *Pænitentia ex corde, ac in corde fieri debet.*

14 *Pænitentia, ut per ipsam Deus placetur, ac pænitentis salus operetur: debet esse integra: de omnibus uidelicet peccatis, cogitationis; locutionis; & huiusmodi.*

15 *Tametsi pænitentia omni tempore deuotè sit agenda: hæc tamen deuotio præcipuè est in Quadragema ostendenda.*

16 *Pænitentia tam ex pænitentis: quàm ex parte pænitentiam imponentis congruè ac discrete fieri debet.*

Ex parte pænitentis tripliciter.

Primò quòd de peccatis suis in hoc mundo pænitentiam agat.

17 *Secundò, quòd persona, quæ deliquit, nō per alium peragat pænitentiam: eleemosynæ enim, & alia pietatis operæ absque pænitentia ad salutē peccatoribus sufficere nequaquā ualēt. n 18.*

19 *Tertiò, quòd nullus nimis crudeliter seipsum pænitētiæ operibus affligat intātū quod seipsum ꝑ Dei seruitio impotētem reddat; vel mortē ꝓpriā acceleret.*

20 *Ex parte pænitentiā imponentis, discretio ad tria necessaria se extendere debet: uidelicet, ad personarum; ad circunstantiarum; & ad culparum diuersitatem, ac identitatem. nu. 21.*

22 *Pænitentes, ut ueram agant pænitentiā; malas societates, pristinū domicilium, cunctasq; alias, ad malum trahentes, occasiones fugere debent.*

23 *Pænitentia celeriter, ac statim efficienda est: nimiùm enim illam procrastinantes, in magnis versari periculis; quamplurimis, & rerum, & propriorum factorum pulcherrimis declaratur exemplis. num. 24.*

25 *Pænitentia, cōtinua, ac perpetua; dum, scilicet homo degit uitam; esse debet: ad quam continuationē absque recidiuo habendam, nos hæc tria mouere debēt sequentia: consideratio exemplis; periculi; ac rationis. num. 26. 27.*

28 *Pœnitentia, omnes prætactas ipse continens cōditiones, triplicem in generali pœnitenti confert utilitatem: prima attenditur penes terminum à quo: secunda penes medium: tertia penes terminum; ad quem ducit. nu. 29. 30. 31.*

32 *Septendecim impedimenta, à vera nos pœnitentia retrahentia, vnà cum eorū remedijs, vt prolixè, ita pulcherrimè explicantur per totum, vsque ad numerum 48. inclusiuè.*

49 *Qui pœnitentiam nimis protrudunt: ad eam cum intentione recidiuandi dubiā suscipiunt; maximo se huic exponunt periculo; amittendi, scilicet, tam animam quàm præsentia, futuraq; bona. num. 50. 51.*

52 *Pœnitentiam amplecti, ac in extremis vitam in melius mutare intendentes; cum maiori difficultate, ac cum minori eorum laude, quàm si bonam à principio duxissent uitam, hoc eos facturos, vberrimè explanatur. num 53.*

54 *Pœnitentiam non agentes, sed illam ad senectutem vsque protrahentes; totam ipsorum præcedentem vitam, vel habere; vel de iure habere debere pœnalem, afflictiuam, timoreque plenam; & rationibus, constat, & exemplis. num. 55.*

56 *Nimis pœnitentiam prorogantes allucinantur, atque à Diabolo multipliciter illuduntur, & decipiuntur. nu 57. 58.*

59 *Tardam expectantium pœnitentiam, quanta sit stultitia; & rationibus, & exemplis patefit quamplurimis. nu. 60. 61. 62. 63. 64. 65.*

66 *Quin potius hosce, in diem pœnitētiam protrahentes, multis animalibus brutis; infelicibusque, ac scelestis hominibus simile esse; aptissimè demonstratur. num. 67. 68. 69. 70. 71. 72.*

73 *Eorum autem, qui nec in iuuentute, nec in senectute, nisi falsam, agunt pœnitentiam;*

Primò ostenditur similitudo. nu. 74. 75.

76 *Secundò, quomodo Deum grauiter offendunt.*

77 *Tertiò, quàm magnum sibi ipsis inferant damnum. num. 78. 79.*

Poenitentia est triplex: secura, dubia, falsa. Circa quam uiginti ostendendi sunt articuli. Primò nanque ostēdetur, quæ sit vera, seu secura pęnitentia. Secundò, quæ sit dubia, seu sera. Tertiò, quæ sit falsa vel ficta: & quibus modis agatur. Quartò, quare secura pęnitentia est facienda: & quę ad hoc nos mouere debent. Quintò, qualiter fieri debet, quo ad intimitatem. Sextò, quātum ad integritatem. Septimò quantū ad deuotionē. Octauò, quantū ad discretionē & congruitatem. Nonò, quantū ad fugā occasionis, & cautelā satisfactionis. Decimò, quantum ad festinationē. Vndecimò, quantū ad continuationē & perpetuitatem. Duodecimò, quæ sit talis pęnitentię vtilitas. Decimotertiò, q̄ ab illa pęnitētia retrahunt: & q̄ sunt cōtra illa retrahētia remedia. Decimoquartò: q̄ sit tardę uel dubiæ pęnitentiæ periculū quo ad hoc: ꝙ se exponunt fortunę oīa amittendi. Decimoquinto, quod sit illorum periculum in hoc ꝙ cū maiori resurgunt difficultate. Decimosextò, quod sit illorum damnum quo ad hoc ꝙ tota uita illorum, quæ pęnitentiam præcedit, est pęnalis. Decimoseptimò, quomodo tales à diabolo decipiūtur. Decimooctauò, talium ostēdetur stultitia. Decimonono, quibus assimilantur. Vicesimo, quibus rebus uel bestijs falsa.i. hypocritarum pęnitentia, cum suis assimilatur pęnitentibus.

¶Quantū ad primū, pęnitētia secura & vera à beato diffinit' Gregorio: & habetur hęc diffinitio in decreto. de pę. di. 1. c. pęnitentia: & de pę. di. 3. c. pęnitētiam. Pęnitentiam (inquit) agere, est: & ppetrata mala deplangere: & plangēda nō perpetrare. Et hęc in generali tres habet partes: quæ de necessitate ad eius requiruntur pfectionē: de quibus dicit Chrysost. & habetur de pę. di. 1. §. perfecta. pęnitentia (inquit) pfecta cogit peccatorem oīa libenter sufferre, in Artic. I. 1

cordde

corde enim contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas Hęc est fructifera pęnitentia. Hęc pęnitētia est illud fęlix triduū: de quo. Exod. 5. Deus Hebręorū uocauit nos: ut eamus uiā triū dierū in solitudinem: & sacrificemus Dn̄o Deo nostro: ne fortè accidat pestis, aut gladius. i. culpa in pręsenti, vel pęna in futuro. Istę sunt insuper tres fęlices syllabę cōtentę in pn̄ia. Dauid. 2. Reg. 12. dicētis: Peccaui, ꝓpter quas ꝓpheta Nathan ei ex parte Dei rn̄dit: Dn̄s transtulit à te peccatū tuum. De cuius pęnitētia dicit Hiero. ad rusticū de pęnitētia. Maturitas venię ꝓfundā regis fuisse declarauit pęnitentiā. Profunda nāque fuit in cordis cōtritione: aperta in oris confessione: & humilis atq; obediēs in operis satisfactione. Et iustè quidē pęnitentia has tres requirit partes: sicut in Dauid: ita in quocunq; alio, ut qui Deū ore, corde, & opere offendunt, & culpā cōtrahunt: his tribus Deū recōcilient: vt veniā obtineāt: & vnde mors oriebať, inde vita resurgat.

¶In qua spāli uerò tot requirit partes, & cōditiones, quot in dicto Dauid pęnitentis & dicētis: [Peccaui] inueniuntur literę, p quas partes illę incipiunt: ita ꝙ peccator ad hoc, ꝙ veniam cū Dauid inueniat: tot dicat cū Dauid: [peccaui] vt incipiēdo à prima litera istius dictionis dicat [p] pęniteo: in corde [e] erubesco: coram Deo & hominibus [c] confiteor nudè & apertè [c] citò [a] ago pęnitentiā, humiliter recipiēdo quicquid mihi imposueris, siue orōnes; siue ieiunia; siue eleemosynas mihi imposueris: sciens, qđ iustū est, ꝙ, qui p peccatum suū deordinatus à Deo, à meipso, & ꝓximo, p orationē sim reconciliatus Deo, p ieiuniū reformatus in meipso, p eleemosynam pacificatus ꝓximo. Qui insuper tria à Deo in feudū teneo, animam, corpus, & substantiā: per hęc tria ei homagiū reddam, orando, ieiunādo, & eleemosynas largiēdo [u] uoluntariè [i] integrè. De ista pęnitētia sacra Scriptura loquens Leuit. 5. dicit: Anima, q̄ iurauit Et infra. Agat pęnitētiā de peccato. Ar. 2.

¶Agat (inquit) pęnitētiam securam: dum peccare potest: non expectet dubiam, quæ in ultimā differtur ęgritudinem: de qua dicit August. in lib. sententiarum eius. Et habetur in decreto: de pę. distin. 7. in princi. cap. si quis. 2
Si quis (inquit) positus in ultima necessitate suæ egritudinis, uoluerit accipere pęnitentiam, & accipit: & mox reconciliatur: & hinc uadit. Fateor uobis: non illi negamus, quod petit: sed non pręsumimus: quia bene hinc exit: si securus hinc exierit, ego nescio: pęnitentiam dare possumus: securitatem autem dare non possumus. Nunquid dico damnabitur? sed non dico, liberabitur. Vis ergo à dubio liberari? vis, quod est incertum, euadere: age pęnitentiam, dum sanus es. Si sic agis, dico tibi: quia securus es: quia pęnitentiam egisti eo tempore, quo peccare potuisti: si autem vis agere pęnitentiam, cùm peccare non potes, peccata te dimiserunt: non tu illa.

¶Ratio autem, quare dubium est de salute talium: patet tam exemplis: quàm auctoritatibus.

¶Quantum ad primum: non solum contra exemplum. G. 4. 8. verum etiā contra omne exemplū in militia videtur humana: & contra omnem naturā in arboribus, Quod bonus sit miles in senectute, uel in vltima debilitate, qui semper vecors fuit & fugitiuus in iuuentute. Et ꝙ arbor, qui nunquàm fuit viridis; nec floruit, nec fructificauit: post multos annos, quando igni adiudicatur, & scindi incipit; incipiat virescere, florere, & fructum ferre. Et cōtra oēm cōmunē rationis cursum, ꝙ puer, uel homo quicunque lectionem sciat, quam nunquam didicit.

¶Auctoritates uerò, quę istam augēt dubitationē, plures sunt cū rationibus mixtæ: quia sine rōne nō valet auctoritas: ualet tn̄ sine auctoritate ratio.

¶Prima verò auctoritas, ī qua hm̄oi dubietatis causa redditur, est Cypriani, & habetur in decreto de pę. di. 7. §. hoc

autem: ubi sic ait. Ideirco fratres carissimi pęnitentiam non agentes. Glosa interlinearis, quia nolũt reddere ablata. Sequitur in textu. Nec in dolore delictorũ suorum toto corde manifestã lamentationis suæ ꝓfessionem testantes: prohibendos omnino censemus à spe cõmunionis & pacis: si in infirmitate atq; periculo cęperint deprecari: quia rogare illos non delicti pęnitẽtia, sed urgentis ammonitio mortis cõpellit. Nec dignus est in morte accipere solatiũ, qui se nõ cogitauit moriturũ.

3 ¶Ad idem est auctoritas, & ratio Augustini in lib. de pęnitentia. Et habetur in decreto ꝓximè allegato. §. illi autẽ. Ait enim, qui autẽ, cum poterũt, nunquã cõuerti uoluerunt, cõfitentes cùm iam peccare nequeunt: nõ sic facilè acquirunt, quod uolunt: oportet enim, ꝙ pęnitẽtia fructificetur: in uitã mortuo impetret: Scriptum est enim 1. Cor. 13. Sine charitate neminem saluum esse: non igitur in solo timore uiuit homo. Quid ergo sero pęnitet, nõ solũ timere Deũ iudicẽ: sed iustum diligere debet: credo quidem illi, qui dixit per Ezech. 33. & 18. Quacunque hora ingemuerit peccator, & cõuersus fuerit: vita viuet, & nõ morietur: dixit cõuersum, & nõ uersum viuere: versum quidem puto, qui dolet de crimine, cõuersum qui dolet de omni eius, quam exposuimus, varietate: vertitur à peccato, qui iã dimittit peccatũ: cõuertitur qui totus & omnino: vertitur, qui iam pęnas nõ timet: sed ad bonũ Dei festinat tendere: q̃ cõuersio si contingat alicui etiã in fine, desperandũ non est de eius remissione: sed qm̃ uix uel raro est tam iusta cõuersio: timẽdum est de pęnitẽte serò: quẽ enim morbus urget, & pęna terret, ad ueram uix ueniet satisfactionem: maximè cum filijs, quos illicitè dilexit, sint præsentes: uxor & mundus ad se uocet. i. amor carnalis & mundialis. Sequitur. Multos solet serotina pęnitentia decipere, quia aliquotiens videtur, ꝙ infirmitatis grauitas non solum potentiam aufert loquendi & cõfitendi: uerum etiam de huiusmodi multùm cogitandi; nam & frequẽter hoc videtur: ꝙ tales plus circa medicos solicitantur corporum: per quorũ auxilium hic remanere possent, q̃ circa medicos animarũ: per quorũ cõsiliũ hinc securè possent trãsire. Sicut patet de rege Asa. de quo scribit. 2. Paral. 16. ꝙ in infirmitate sua nõ q̃siuit dñm, sed magis in medicorum arte confisus est.

¶Qui ergo ista cauere vult pericula; doctrinam teneat Augusti. in li. de pęnit. Nullus (inquit) expectet, quando peccare non potest: arbitrij enim quærat libertatẽ, ut delere possit Deus cõmissa: non necessitatẽ, qui priùs itaq; à peccatis relinquitur: q̃ ipse ea relinquat: non liberè, sed quasi necessitate ea condemnat. Licèt enim latro ueniã meruisset in fine de omni crimine: nõ tamen dedit baptizatis peccãdi & perseuerandi auctoritatem. Tunc enim in fide baptizatus est, quia tunc primùm in Cruce Christum confessus est.

¶Quòd enim talis pęnitentia nõ sit secura: patet ꝑ illos: de quibus scribit. Sap. 5. Intra se pęnitentiam agẽtes, &c. Artic. 3.

¶Pęnitentiam (inquit) intra se agentes: subaudi falsam: quæ non tantum 4
in hoc casu, quando uidelicet, ad salutẽ pęnitere nõ põt: verum etiã in multis alijs cõmittitur casibus: sicut patet per decretũ Innocẽtij Papę secundi: de pę. dist. 5. Fratres nostros, in quo decreto ostendit. Primò, q̃ sit falsa pęnitentia, quantũ ad hoc, vt de vno peccato pęnitẽtia agat, & nõ de alio. Secundò: quãtum ad hoc ꝙ pęnitentiã agat absque hoc, ꝙ de officio recedat: qđ sine peccato prius non tenuit: vel absq; hoc ꝙ restituat aliena uel remittat iniurias. Nota de hoc. F. 4. 4. in fi.

¶Textus aũt decreti subsequentem cõtinet tenorẽ. Fratres nostros & p̃sbyteros admonemus: ne falsis pęnitẽtijs laicorum animas decipi, & in infernũ ꝑtrahi patiantur: falsas autem pęnitẽtias esse constat: cũ spretis pluribus, de uno solo pœnitentia agitur: aut cũ sic agitur de vno, ut nõ discedatur ab alio.

Vnde

Vnde ſcriptum eſt, Iaco. 2. Qui totam legem obſeruauerit: offendat autem in vno, factus eſt omnium reus, ſcilicet, quantum ad uitam ęternam: quia ſicut, ſi peccatis omnibus eſſet inuolutus, ita in vno tantum maneat: ęternæ uitæ ianuã non intrabit: hoc quãtum ad primam partẽ huius decreti.

¶Quantum ad ſecundam, ſequitur ſub hac forma: Falſa enim eſt pœnitẽtia, cum pœnitens ab officio vel curiali uel etiam, negociali non recedit: quod ſine peccatis nullatenus agi pręualet. Aut ſi odium in corde ſuo geſſerit: aut ſi offenſo cuilibet non ſatisfaciat: aut ſi offendenti offenſus non indulgeat: aut ſi arma contra iuſtitiam quis ferat: hæc ibi.

5 ¶Item aliud decretum ſumptum ex uerbis Auguſt. in epiſtola ad Macedonium, oſtendit: quòd uera pœnitẽtia non agitur, ſi res aliena non reſtituatur. 13. quęſt. 6. ſi res: ſub his uerbis: Si res aliena, propter quam peccatum eſt, cùm reddi poſſit, & non redditur: pœnitentia non agitur, ſed ſimulatur: ſi autem agitur veraciter: non remittitur peccatum: niſi reſtituatur ablatum.

¶Nec ualet, quòd anteceſſores, & non poſſeſſor illam mala fide acquiſiuit: quia ſecundùm gloſam ſuper prædicto decreto, uidetur: quòd quantumcunque longo tempore aliquis rẽ alienam poſſederit: quòd non currit ei præſcriptio: ut 34. quæſt. 2. ſi uirgo. Nam diuturnitas temporis non minuit: ſed auget vel aggrauat peccatum: vt 24. quæſt. 1. ſciſma. Vnde in præſcriptione requirit bona fides à principio in medio: & in fine: & ex omni parte præſcriptionis: ut extra de præſcrip. quoniam omne. Plures uerò falſæ pœnitentiæ modos habes notatos. C. 6. artic 11. per totum. Inter quos eſt vnus de illis, qui in Quadrageſima: uel cauſa infirmitatis confitentur, cũ propoſito redeunda ad eadem, uel ſimilia: quibus nihil dimittitur: quia nec ipſi peccata dimittunt: ſed ea quodammodo legare uidentur ad modũ, quo alias res legant cã mortis, quàm tument cum intentione eaſdem res rehabẽdi: ſi ſanitatem recuperauerũt.

¶Quod autem talis pœnitentia ſit falſa, patet: quia per decretum primum, falſa pœnitentia eſt: quando de vno pœnitentiam agit, & non de alio. Sed ſic eſt in propoſito: quia propoſitum peccandi eſt peccatum: licèt ergo de prioribus peccatis agat pœnitentiam: cùm nullam agat de propoſito peccandi: falſam agit pœnitentiã.

¶Alij uerò alium falſæ pœnitentiæ notant caſum: quando, uidelicet, quis facit pœnitẽtiam ſibi iniunctam in mortali peccato. Verbi gratia. Iniungitur alicui uerò confeſſo & pœnitenti: quòd opera faciat pœnitentiæ: iſte cito poſt confeſſionem illam in aliud mortale labitur peccatum: in quo pœnitentiam agit ei iniunctam. Volunt ergo, quòd iſta pœnitentia apud Deum uera non eſt: nec meritoria: quia mortua nata eſt. Et ideo dicunt, quòd oportet, quòd iterum pœnitentiam pro peccatis illis faciat: nõ tamen tã magnam uel tam grauẽ.

¶Sanctus uerò Thomas in ſcripto dicit ſub diſtinctione: quòd aliquæ ſunt ſatisfactiones, ex quibus manet aliquis effectùs in ſatisfactionibus: etiam poſtquàm actus ſatisfactionis tranſijt: ſicut ex ieiunio manet corporis debilitas. Et eleemoſynis largitis diminutio ſubſtantiæ: & ſic de ſimilibus: & tales ſatisfactiones in peccatis factæ: non oportet, ꝙ iterentur: quia quantum ad illud ꝙ de eis manet per pœnitentiã ſequentem, acceptæ fiunt ſatisfactiones. Aut q̃ non relinquunt aliquẽ affectũ in ſatisfactione, poſtq̃ actus tranſijt oportet: ꝙ iterẽtur ſicut eſt de oratione & ſimilibus. Actus aũt interior, qui totaliter trãſit, nullo mõ uiuificatur: hęc ille. Vnde uerſus. Non reuiuiſcunt q̃ mortua nata fuerũt. Sed reuiuiſcunt q̃ mortificata fuerũt. Sed nõ vr̃ ſentire, ꝙ illa ſatisfactio ei valeat, niſi ille effect⁹ maneat, poſtq̃ peccator eſſe deſijt: hoc. n. vr̃ uelle, in hoc,

quod dicit quantum ad id quod de eis manet per pœnitentiam sequentem acceptæ fiunt.

6 ¶Sed arguitur contra per similitudinem de solutione debiti. Sicut nanque inimicus potest debitum reddere non obstante quòd inimicus sit:& alius debitum pecuniæ ab inimico missum recipit. Ita uidetur in proposito, quòd non obstãte quòd in mortali sit:& per consequens Dei inimicus, quòd possit debitum ei iniunctum reddere, & eidem satisfacere. Cui respondetur: q non est simile:quia in solutione debiti inter homines nõ attẽditur nisi æqualitas rerum. In solutione uerò illius debiti quo ad Deum, requiritur amicitia:quia non quærit sua sicut in solutione alterius debiti: sed seipsum: qđ non potest fieri sine amotione offensæ. Ergo oportet, quòd in uera pœnitentia & satisfactione sit amotio offensæ & restitutio amicitiæ. Hoc autem fieri non potest sine gratia & charitate:sicut patet per illud. 1. Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, &c.charitatem autẽ non habeam, nihil mihi prodest. Ista ergo dicta de falsa pœnitentia ad cõmunem hominum uitam conferẽdo: patet:quòd pauci sunt, qui ueram agũt pœnitentiam: & sic uerificatur illud Hiere. 8. Non est, qui agat pœnitentiam de peccato suo, &c.

Artic. 4. ¶Et tamen ad ueram pœnitentiam faciendum, multa nos mouere deberent.

7 ¶Quorum primum est locus & tẽpus, in quibus sumus, quæ ad hoc ordinantur, & nobis à Deo dantur:ut in eis pœnitentiam agamus, dum in his sumus. In his ergo potius debemus eligere, pœnitentiam agere, dum hic uiuimus quàm post hanc uitam, propter duo. Primò, quia talis pœnitentia Deo plus placet. Secundò, quia est facientibus magis meritoria.

¶Primum patet:quia Deus plus acceptat pœnitentiam uoluntatis, quàm necessitatis: ꝓpter quod propheta dicit: uoluntariè sacrificabo tibi: in Psal. 53. Sed pœnitentia, quæ hic agitur, plus habet uoluntatis, quàm illa, quæ fit in purgatorio: igitur plus Deo placet. Signum autem, quòd pœnitentia hic ritè facta, Deo placeat: satis euidens accipere possumus à fortunijs frequenter uisis. Frequenter nanque uisum est, quòd in Quadragesima, qñ Christiani opera peragunt pœnitentiæ: Deus eis pulchrum largitur tempus: solemque tribuit optatum: quasi ostendens, se pœnitentia placatum. At è cõtra: quãdo post Pascha & in æstate ad peccata redeũt: quasi canes ad uomitũ: pessima dat tẽpora, maximasq; pluuiarum & miseriarum intẽperies: apertè se ostendens esse iratum propter nostra peccata. Sicut manifestè operis ostendit euidentia Romæ: in qua processio propter tales Dei uindictas fuit ordinata in festo sancti Marci: quod cito occurrit post festum Paschæ. Et in Vienna, & in partibus illis, in quibus ordinati fuerũt dies Rogationũ:pro uindictis cessandis: quas Deus accepit de illis, qui post Quadragesimæ pœnitentiã ad peccata solita redierunt:de quorum quolibet uerificatur illud Iob. 24. Dedit ei locũ pœnitentiæ, &c. in Ecclesia, uidelicet tpe Quadragesimali: & ipse supple post Pascha abutitur eo in superbiam.

¶Secundum, quòd uidelicet, pœnitentia hic facta, sit magis meritoria & fructuosa, patet: quia cum uoluntas charitate informata, sit radix meritorum & fructuum spiritualium: sequitur, quòd illa quæ magis uoluntaria, & maiori charitate informata, sit magis fructuosa: sed hic (ut prædictum est) magis uolũtaria & maiori potest charitate informari: qa hic locus est charitatem augmentandi. Ergo pro pœnitentia hic facta, merces tua magna nimis, & pro eleemosyna hic data: ibi magnæ diuitiæ:& pro ieiunio, ibi magna & longa refectio ab illo, qui ad refectionem illam uocat, dicens: Venite ad me oẽs, qui laboratis & onerati 8

rati estis: & ego reficiā uos. Matth. 11. Non admodum, quo mundus reficit. Pro quo est aduertendum: quòd est de illis, quos mundus recipit & reficit: sicut de illis, qui reficiuntur in taberna: qui statim sunt ad laborem peregrinationis suæ & sitim & famem recessuri, tales enim ad tempus breue lautiùs comedunt: quàm illi filij uel famuli, qui in domo morantur: sed postmodum ad maiorem exeunt sudorem & fatigationem. Filijs insuper hæreditatem consequentibus ipsi sola contentabuntur refectione: quam tamen satis carè emerunt. Sic illi, quos mundus reficit lautius hìc ad tempus reficiunt: quàm filij Dei, qui hic sunt in pœna. Illi tamen in mortis transitu ad maiorem transeunt calorem: sudorem atque dolorem. Et causa est: quia, qui hìc festum agit: ibi ieiunando aget uigiliam: quia sicut dicitur Apoca. 2. Dedit tempus, ut pœnitentiam agere, & noluit. Ex fine ergo patet illud Bern. Mundus (inquit) dicit: ego deficio: caro, ego inficio: diabolus, ego decipio: Christus, ego reficio. Cum ergo operari libentiùs laborent: & peregrini plus festinent spe bonæ noctis post laborem. Et miles grauia pro mundano sustineat honore: & seruus pro p̄mio terreno: quanto plus debet quilibet hic agere pœnitentiam: quæ iudicem prius iratum, placat: morti adiudicatum reuocat uitam ęternam & regnum impetrat cęlorum: iuxta illud Matth. 3. Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cęlorum.

9 ¶Secundum, quòd nos mouere deberet ad hoc, quòd ueram ageremus pœnitentiam, est sapientum documētum. In omni nanque scientia & arte sapientiori semper est credendum: & probior est citiùs sequendus. Sed in omni lege probiores pœnitētiam docent. Quia probior in lege naturæ hanc docuit, dicens: Audite, quęso, sermones meos: & agite pœnitentiam. Iob 21. Item in lege scripta Moyses Leuit. 5. dicens: Anima, quę intellexerit peccatum suum, agat pœnitētiam. Item in lege gratiæ Christus hanc docuit & pro themate accepit, dicens: Pœnitentiam agite. & Ioannes Baptista. Matth. 3. Pœnitentiam agite. Et Petrus. Act. 2. dicens: Pœnitētiā agite.

¶Tertium motiuum est nō solum Christi, & Sanctorum, & etiam peccatorum documentum: sed etiam operis exemplum. 10

¶Primò nanque Christus Dei filius ieiunando, laborādo, orando, eleemosynas dando, hanc in opere docuit: sicut ergo rege uel alio magno ad opus manuum ponente circunstantes consimiliter ad opus manus apponunt, Ita nos.

¶Secundò, Petrus hanc opere docuit, quando fleuit amarè.

¶Tertiò, Magdalena, quando inter conuiuias flere nō erubuit, nec in rupi multis annis sola esse timuit.

¶Idem patet in Niniuitis, & breuiter in omnibus sanctis: qui uel in sancta pœnitentia à iuuentute duxerunt uitā, uel de peccatoribus qui per pœnitentiam ueniam meruerunt.

¶Vnde talium exemplo motus quidā ad religionem ueniens, cùm murmuraret: & quasi secum deliberaret, antequàm permitteret se radi: q̄a pulcham habebat capillaturam: congrue dixisse fertur: facias (inquit) facias: quia Deus nūquàm habuit amicum, quem in uita ista non confuderit. Cogitauit enim quòd inceptum faciēdo, quo ad mundum istum esset confusus. Et tamen cogitando ex alia parte, q̄ Deus semper suos quo ad mundum istum, uel confudit, uel confundi permisit. Sicut patet de Apostolis & Martyribus. Hac cogitatione & exemplo armatus & informatus, patienter pœnitentiam sustinuit inceptam. Ita nos cogitantes omnium sanctorum pœnitentias pœniteamus: & indulgentiam fusis lachrymis postulemus, Iudith 8. Exēplū.

¶Quartū motiuum est non pœnitētium incōmodū: quod est multiplex,

¶Incurrit

11 ¶Incurrit nanque primò miseriam & paupertatem, tam exteriorem: sicut ostensum est, supra eod. cap. 7. quàm interiorem: sicut pauper nolens mendicare, incurrit famem. Apocali. 2. Erit in tribulatione maxima: nisi pœnitentiam egerit.

¶Secundò expectat contra se sententiam: sicut latro portans furtum ad tribunal Iudicis. Roma. 2. secundùm duriciam tuam, & cor impenitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei: qui reddet vnicuique secundùm opera eius.

¶Tertiò amittit gloriam: de qua in iudicio illo expelletur, sicut cōtumax excommunicatus de Ecclesia. Apoc. 2. Memor esto, vnde excideris, & age pœnitentiam.

¶Quartò: deijcitur ad gehennam, sicut arbor inutilis ad ignem. Luc. 13. Dico uobis: nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Vide ergo peccator miseriam, quam incurris iuxta te: & intra te: & sententiam quam expectas contra te: & gloriam quā amittis supra te: & gehennam ad quam ꝓperas, subtus te: & elige cum Dauid. 2. Reg. 24. pœnitentiam trium dierum, vt fugere possis illam longissimam, quam in æternum faciunt damnati. Sicut ergo Dauid potius elegit pœnitētiam trium dierum, quàm trium annorum: uel trium mēsium: ita nos potiùs tribus diebus, id est, contritione, confessione, & satisfactione: quàm in inferno, uel purgatorio: pœnitentiam igitur agite. Act. 2.

12 ¶Quintum motiuum esse deberet timor mortis: in qua nimis parum uidebitur esse: quod antè agere poterimus: siue in operibus pœnitentiæ: siue quibuscunque alijs.

Exēplū. ¶Tali mortis metu & memoria dicitur quidam ad pœnitentiam agendam fuisse inductus, modo sequenti. Cùm enim Confessor illum ad peragendam pœnitentiam inducere non posset: concessit ad Confessoris sui instantiam, quòd permitteret ministrū suum omni nocte, quando iret cubitum, sibi dicere: Cogita, quòd morieris: quod cum frequenter audiret: de hoc sępiùs in lecto profundiùs cogitans, ad Confessore redijt: paratus omnem pati pœnitentiam: qui & cōgruè dicere potuit, illud Iob 42. Auditu auris audiui te: idcirco ago pœnitentiā in fauilla & cinere.

¶Tali etiam cogitatione motus fuit quidam heremita: de quo fertur, quòd respondit quærenti quare durissimam duceret uitam, dicens: Cùm uenero ad mortem, uellem plus fecisse. Si ergo illi, qui bene uixerunt, & asperam vitam priùs duxerunt: in morte dolebunt: quò tam paruam ante fecerunt pœnitentiam: qualiter tunc dolebunt illi, qui priùs malam duxerunt vitam, & nullam, uel paruam & indignam prius egerunt pœnitentiam. Tunc inuenient, quod fuit de eis sicut de discolis, qui quandiu inueniunt, qui eis mutuet: lautos agunt dies, non multū introitum cogitantes, aut exitum: nisi quòd habeant quod desiderant: sed in fine quando necessitanter hæreditatē amittere obligatam: tunc primò sed nimis tardè de præterita dolent iucūditate: & mallent quòd plus à delitijs abstinuissent. Sic isti in proposito: qñ in fine proprium uidebunt periculum de hoc quòd prius pœnitentiam non egerunt: uellent quòd in cinere & cilicio pœnitentiam egissent. Matth. 11. Exēplū

¶Intimā, uidelicet, q̄ est ex corde, & in corde. Talē nanq; uerè pœnitentē facere oportet, ut emplastrum ponatur super morbi radicem, quæ est in corde: & ut ibi incipiat uiuere, ubi incipiebat mori. Exemplo illorum de quibus scribitur. 3. Regum 8. Egerunt pœnitētiam in corde suo. Et illorum. Iudic. 21. Vniuersus Israel ualde doluit, & egit pœnitentiam. Hoc autem non faciunt illi: qui ad pœnitentiam agendā sunt indifferentes: nec curant: quòd ex corde fiat vt fieri deberet: ad corporis uidelicet edomationem, & superbię refrenationē. Illi autem sunt Artic. 5 13

huiusmodi, qui ieiunare uolunt, quãdo cibum non appetunt: à potu autem abstinere nolunt, quando non sitiunt: dimittere uolunt camisiam, quando tempus non est frigidum: eleemosynas facere uolunt, de his, quę in usibus proprijs expendere non possunt, uel uolunt: in Ecclesia uolunt orare, quando non inueniunt, cum quo nõ poterunt garrulare: non aduertentes quòd regnum cęlorum uim patitur: & uiolenti rapiunt illud. Nec quòd infirmus in corpore contraria sustinet, & non optata: quòd insuper non proprio, sed Medici ducitur consilio. Ita etiam infirmos spiritualiter non proprium: sed medici animarum regere debet consilium: nec ipsi eligere uel facere debent, quę placent: sed sustinere, quę imponuntur. vnde August. in quodam sermone. Nouit Medicus quid sit salutiferum: quidve contrarium ęgrotis: ęgroti estis: nolite dictare Medico quod uobis medicamen uelit apponere: sed sicut ueri tristes de peccatis pręteritis: omnem libenter ex cordis intimis agite pœnitentiam. Vt de pœnitentia & tristitia uestra, uerificetur illud. 2. Cor. 7. Quę enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Et illud. 2. Paral. 33. Egit pœnitentiã ualde corã Dño. i. intimè.

Artic. 6. ¶Quę quidem intimitas integritatem requirit sibi copularia, ad hoc,

14 quòd salutem operetur: ita quòd sicut tristatur, & odit vnum peccatum: odio habeat omnem peccatum: tam cogitationis, quàm locutionis: operationis, uel omissionis: & de omnibus pœnitentiam agat, & puniatur. Huius autem integritatis & generalitatis necessitas in parte legis ostenditur sanctione: in ff. nouo. libro 10. titu. de pe. l. aut facta: sub eo. qui sequitur, tenore: aut facta puniuntur, ut furta cędes: aut dicta, ut conuicia: & in fide, id est, nephandę aduocationes. Aut scripta: ut falsa: & famosi libelli: aut consilia, & coniurationes, & latronum conscientia. Sed hęc quatuor genera, consideranda sunt septem modis. Causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu: quorũ expositionem, uide infra eod c. 20.

¶Quod autem predicta pœnitentię, integritas sit necessaria, ad Deum placandum, & ad salutem operandum pœnitentis: primò euidenti ostẽditur exemplo: in quo uidemus: quòd qui vnum pedem vngit & lenit, & alium pungit & scindit: non placeret illum, cui hoc facit. Sic in proposito: de illo, qui de vno pœnitet, & aliud committit, actu, uel proposito: & ideo non agit dignos pœnitentię fructus. Nam per decretum sumptum ex uerbis Chrysosto. de pe. distin. 3. §. perfecta: ubi dicitur. Qui plangit peccatum, & iterum admittit peccatum: quasi qui lauat laterem, crudum: quã quanto magis abluit, tanto magis lutum facit. Igitur conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus uestris: & non erit uobis in ruinam iniquitas. Ezech. 18.

¶Agit (inquit) pœnitentiam uoluntariè & deuotè. Sicut infirmus uoluntariè & deuotè Medicum susciperet, & medicinam ageret: de qua esset certus, quòd curari posset. Et si omni tempore pœnitentia deuotè sit agẽda: pręcipuè tñ hęc deuotio in Quadragesima est ostendenda. Quia sicut arbor, quę naturaliter circa tempus Quadragesimale sine humore est naturali, nec se naturaliter uiuam esse ostendit, mortua est, & ad nihilũ ualet vltrà, nisi ut excidatur, & in ignem mittatur. Ita qui in Quadragesima humorem non habet deuotionis: nec uoluntariè se spiritualiter viuum esse ostendit: opera pœnitentię & uitę spiritualis uoluntariè & deuotè faciẽdo, spiritualiter est mortuus, & igni inextinguibili deputatus. Artic. 7. 15

¶Sed heu, timendum est multos esse tales: qa nõnulli ita inuitè & indeuotè pniam recipiũt: q oportet, q Cõfessor eos roget p pnia recipienda: ita

amica-

amicabiliter & diligēter ac si totū esset bonū Cōfessoris: & potiùs pro sua, quàm pro illorum utilitate facienda.

¶Si uerò finaliter mala uoluntate aliquam admittant pœnitentiam: illā nec diligenter peragunt, nec reuerenter, nec deuotè: quia uel illam negligunt, & obliuioni tragunt, uel de illa trufando irreuerēter loquuntur in reditu de confessione, socijs dicētes: uel quòd magnam habēt pœnitentiā, uel paruā. Si magnā habent, dicunt: quòd uolunt illam iuxta se proijcere. Sed sciant, quòd illam proijciēdo, Deum & animam propriam proijciūt: & quā hic proijciunt: alibi colligent cum augmento: quando pro die, quem hic agere deberent: alibi agent annum: iuxta illud Ezech. 4. Diem pro anno dedi tibi. Nota argumentum ex ista auctoritate infra eod. cap. 65. Considerando ergo finem: uideant, quis de illa proiectione plus damnificetur.

¶Si paruam habent: cogitant, uel dicunt: quis dimitteret facere, quod appetit pro tam modico, si & pro tā modica parcere nolunt, pœnitētiam portabunt ęternam: in qua pœnitentiam agent cum illis: de quibus scribitur Apocalip. 9. Non egerunt pnīam ab homicidijs suis: neq; à ueneficijs, neq; à fornicatione sua, neq; à furtis suis.

Artic 8. ¶Ad quam euitandā consultius est quòd pœnitentiam agat congruè & discretè. Pro quo est aduertendum: quòd pœnitētiæ congruitas & discre-
16 tio attendi possunt, uel ex parte pœnitentis, uel ex parte imponentis: Ex parte uerò pœnitentis maxima discretio est, & prima, & præcipuè legibus consonum: quòd de peccatis suis in hoc mundo pœnitētiam agat: in quo peccata contraxit. Pro tanto nanque dicitur hoc esse congruum, & legibus consonum: quia leges uolunt, quòd ubi contrahitur delictum, seu culpa: ibi sustineatur pœna. Sicut patet primò. C. lib. 9. titu. de pe. l. sanximus: ubi sic dicitur: Sanximus ibi esse pœnam, ubi est noxa. Secundò idem patet per legem in ff. nouo lib. 11. titu. de re militari. l. desertorem: in qua pcipitur, ibi eū flecti pœna debere, ubi facinus admissum est. Sicut ergo lex dedit eis pœnitentiæ locum, ubi deliquerunt. Ita peccatoribus in hoc mūdo dedit Deus locum pœnitentiæ, &c. Iob 24. Ita q̄ ista prima pnīæ discretio attenditur, quantum ad pnīæ locū. 17

¶Secunda attenditur penes pœnitentis personam: sic uidelicet, quòd persona, quæ deliquit, non per alium peragat opera pœnitētię: sicut nōnulli loquuntur, dicentes: Orate, & ieiunate uos pro nobis: sed per seipsam: qa si in alio & non in seipso mereri uoluit: iustum uidetur, quod in alio & nō in seipso in cœlo præmietur, & remuneretur. Tali iustitiæ ostensione legitur quidam ad pœnitentiam faciendā motus. Ipse nanque sicut historia illa continet de confessione rediens: tristē uultum facere consueuerat: nec uxoris recipere uoluit consolationem, dicens: Quomodo vultum hilarem facere possum: cum me per confessorem meum tot ieiunijs oneratum cogito? Cui illa promittere solebat: quòd totum pro illo ieiunare uellet. Qui sic confortatus, comedere & bibere, & bonum vultum facere solebat. Deus enim illum ab hoc retrahere uolens errore, ei per uisionem ostendit: quòd ipse cum uxore sua partem appropinquabat cęli: & quòd Petrus, cęli ianitor, uxorem eius manu capiēs, ipsam introduxit: Ipsum uerò intrare uolentem & nitentem, repulit, dicens: Quia hæc pro te opera pœnitētiæ egit: ideo hæc pro te mercedem accipiet: & præmia meritorum. Qua uisione curialiter admonitus, deinceps propriā egit pœnitentiam: intelligens, quòd vnusquisque propriam mercedem recipiet secundùm propriū laborem, 1. Cor. 3. Et quòd etiam si pœnitentiam egerit: dimittetur illi. Lu. 17. & aliter non. Quod est multum contra nonnullos 18 peccatores, qui ęstimant eleemosynas, & alia pietatis opera ei sufficere ad salutem

Exēplū.

haec sine pœnitētia. De qua opinione fertur, quendam à Deo tali uisione fuisse correptum. Siquidem ei uidebatur, quòd cum multis alijs coram summo Iudice ductus fuerat de factis suis: & de sibi ex officio obijciendis responsurus: recepturus, & facturus, quod iustitia suadebat. Omnibus ergo coram tribunali præsentibus, Iudex à singulis quæsiuit: quid pro eo fecissent uel dedissent: & alijs de cibatione: alijs de receptione pauperum respondentibus: cogitauit prædictus: quòd bene responderet, cum ab eo quæreretur, & quod iudicium bene euaderet: quia magnus fuit eleemosynarius. Sed deceptus fuit, quia cum Iudex ad illum ueniret, quæstionem mutauit dicens: quid pro me sustinuisti: uel quam pœnitentiam pro peccatis tuis in corpore tuo egisti. Qui confusus obmutuit: nesciens quid responderet, & euigilans tali ostensione correptus admodo corpus suum pœnitentia afflixit: intelligens, quòd aliter in iudicio confusus periret. Sic etiam uos scientes, quòd nisi pœnitentiam egeritis: omnes simul peribitis Lu.13. Ergo pœnitentiam agei & pœnitentiæ opera fac. Apocalip.2.

Exēplū.

19 ¶Tertia attenditur penes modum, qui talis esse debet: quòd nullus nimis crudeliter seipsum pœnitentiæ operibus affligat: intantùm quòd seipsum pro Dei seruitio impotentem reddat: uel mortem propriam accederet. De hoc namque legitur Bernard. seipsum de sua impotentia redarguisse: quòd indiscretis & excessiuis laboribus seipsum pro monasterij sui gubernatione fecerat impotentem. Nec mirum: quia si uirtus in medio, duo uitiosa habeat extrema: quorum vnum est, per defectum: aliud per excessum: secundùm Philosophum in Ethicis. Sicut errare potest quis per pœnitentiæ defectum: nullam, uidelicet, uel nimis paruam faciendo. Ita etiam errare potest alius per excessum, irrationabiliter se affligendo: & impotentem reddendo. Sicut ille, qui tantùm equum suum vno die uexat: quòd in crastino impotens redditur ad laborem. Et sicut ille, qui tam diu arcum suum extēdi permittit, quòd infatuatur, & fortitudinem amittit: uel tantum eum trahit, quòd ipsum frangit. Sicut ergo equo vno die parcendum est, vt multis sequentibus laboret diebus: sic mediocriter onerandus est, quòd in crastino sub onere non deficiat. Et sicut arcus sic est trahendus, quòd non frangatur: sicut patet per dictum abbatis Antonij: de quo in vi.pa. si bene occurrat, legitur, quòd cuidam uenatori, qui eū reprehendit de hoc quòd cū aui quadam ludebat: respondit, dicens: Trahe in arcu tuo: qui cum traheret: & rogaretur quòd adhuc amplius traheret, negauit dicens, quòd si modū in trahendo excederet, frangeretur: nec illū diu extentum esse permisit: ne nimis debilitaretur. Sic (inquit Antonius) est de nobis: si ultra modum, & continuo sine omni solatij interpositione nosipsos uexaremus. Ideo doctrina Poetæ est. Interpone tuis interdū gaudia curis. & Exemplo Moysi. Exo.35. Faciamus geminas ad ornandū ephot & rationale. Et p̄cepto apostoli Ro.12. Rationabile sit obsequium uestrum in operibus, uidelicet, pœnitentiæ. Ita quòd pœnitentia Christiani non sit pœna Iudæ, q seipsum occidit: de quo præmittitur. Matt.27. Quod pnīa ductus: retulit triginta argenteos, &c.

Exēplū.

Exēplū.

¶Quantum ad secundam partem huius articuli, est aduertendum, quòd discretio, quæ requiritur in illo, qui pœnitentiam imponit, ad tria necessaria se extēdere debet. Primò, ad personarum Secundò, ad circunstātiarū. Tertiò ad culparum diuersitatem & identitatem. 20

¶Primum patet per legem in ff. nouo. lib.10.tit.de pœnis.l. quædam delicta pagano: aut nullam: aut leuiorē pœnam irrogant: militi uerò grauiorem, &c. Et per legem ibidem immediatè sequentē, quæ incipit: Aut facta.

Ex

Ex qua elici potest secundum: quòd sicut Medicus, infirmi curam agens, circunstantias considerare habet, quæ infirmitatem causant, uel aggrauant: ut consideratis circunstantijs, consultiùs de remedijs cogitet oportunis. Ita Medicus animarum infirmãtium necesse habet considerare septem circunstantias in dicta lege recitatas, uidelicet, causam, personam, locum, tẽpus, qualitatem, quantitatem, euentũ. Causam, uidelicet, ut in uerberibus, quæ impunita sunt à magistro illata uel parente: quando emendationis nõ iniuriæ gratia uidetur adhiberi, puniuntur: cum quis per iram ab extraneo pulsatus est.

¶Persona dupliciter spectatur: eius, qui fecit: & eius, qui passus est. Aliter enim puniuntur ex eisdem facinoribus serui, quàm liberi. Aliter, qui in dominum, parentẽve ausus est: quàm qui in extraneum, in magistratũ, uel in priuatum: in huiusmodi rei consideratione: ætatis quoque ratio habeatur.

¶Locus facit, ut idẽ uel furtum uel sacrilegium sit: & capite luendum: uel minori supplicio. Tempus discernit furem diurnum à nocturno.

¶Qualitatem, cum factum atrocius uel leuius est, ut furta manifesta à nõ manifestis discerni solent.

¶Quantitas discernit furem ab abigeo. Nam, qui vnum surriperet: ut fur coercebitur: qui gregem, vt abigeus.

¶Euentus spectatur: ut eadem scelera in quibusdam prouincijs grauiùs puniantur: ut in Africa messium incẽsores. Glosa, quia multum nascitur ibi: in musica ubi metalla sunt, adulteratores monetæ: nonnunquam quandoque euenit, ut aliquorum maleficiorum supplicia exacerbantur: quotiens in vnum multis personis grassantibus exemplo opus sit. Glosa, pœnę crescunt ex personis quorundam maleficiorum, seu malefactorum, ut alij terreantur. Hæc ibi in textu & glosa. Si legis ciuilis conditores, curã habentes corporum, in punitione illorum, qui contra corpora, legesque mundi delinquunt, tam diligenter p̃sonã personarumq; conditiones, atq; circunstantias inuestigauerunt delinquentium: quanto magis hęc inuestigare deberent animarum legumque Dei habentes custodiam, in pœnitentiæ impositione: ut circunstantiarum habeant considerationem: quæ pœnitentiam in salutem stabilem operatur. 2. Cor. 7.

¶Quę quidem pœnitentia in pœnitentiæ datore tertia requirit considerationem, id est, culparum magnitudinis & curationum efficaciæ. 21

¶Magnitudinem primo considerare debet: ut secundùm quantitatem culpę, fiat pœnitentiæ impositio: sicut, qui plus expendit, plus tenetur soluere.

¶Curationem, seu curationis effectum uel efficaciam, ut medicina semper contraria & expulsiua sit infirmitatis. Exemplum in arte medicorum corporum, qui contra infirmitatem calidam frigidis utuntur medicinis. Nec eadem, sed diuersum oculo & pedi imponunt emplastrum. Cuius artis & medicorum exemplum potiùs sequi deberent medici animarum: ut contraria contrarijs curarent: ut gulosis, & luxuriosis ieiunium: auaris, restitutionem, & eleemosynarum imponerent largitiones, non autem ad instar illius, qui puero dicenti, quòd equus suus dorsum haberet lęsum: Respondit: accipe de panello selle, & ponas ibi. Et iterum dicenti: quòd pedem haberet lęsum: idem dixit: & sic de omnibus equi infirmitatib9. Vel illius malæ uxoris: quæ inflaturam habens in manu: per cepam appositam, inflaturam fregit: & manum sanauit: quam medicinam dum iterum oculis ęgris mariti apponeret: ipsum excęcauit: sicq; patuit: quòd illud, quod manum sanauit: oculos excęcauit. Ex quo patet; quòd diuersis diuersa apponenda

Exẽplũ

Exẽplũ

ponenda sunt medicamenta. Sic in proposito. Si tamen pœnitens totam pœnitentię quantitatem secundùm culpę exigentiam portare non possit, uel nolit: pœnitentia est moderanda: quia melius est, ut cum minori pœnitentia ei imposita, uadat ad purgatorium: quàm cum maiori, quam facere contemnit, ad infernum: semper tamen pœnitentibus secundum canonum statuta pœnitentiam offerat: dicens illud Matth.3. Et Luc.3. Facite dignos fructus pœnitentię. Pœnam uerò illorum, qui indiscretè se habent ad pœnitentes. Vide.A.7.20.

Artic.9. ¶Ad hoc autem quòd quis istos pœnitentię fructus ad maturitatē nutriat: oportet, quòd occasiones & moras fugiat ad peccatum trahentes: sicut
22 notatum est.L.7.artic.9. Et officia: de quibus patet supra eod.articu.3. Et quòd moram & domicilium mutet, in quibus sine peccato morari nō potest. Sanè hoc libenter facere deberet: ut de illo antiquum uerificetur dictū, quo dicitur: quòd malum domicilium & mala uicinitas, seu societas, mutare faciunt moram, seruitium, seu domicilium, quia in malo dominio, fiscus omnia rapit. Malum uerò societas continuè grauat. Malus socius omnia furatur. Sicut ergo pauper de loco more fugiens: non multa amittit, prędicta sentiens incōmoda: uidensq; locum aptiorem & utiliorem: magis quietum seruitium: libenter de loco & seruitio priori, in quo cōmoda sentiens contra omnia prędicta nocumenta: non libenter ad locum redit priorem, nisi insanus sit: sed omnia loca fugit, in quibus capi possit: & ad prędictum reduci dominium: & ab omni prędicta se elongat societate. Sic oportet esse in proposito de illo, qui securam vult agere pœnitentiam. Ille nanque, dum peccator fuit, sub malo fuit domino, uidelicet, diabolo: qui omnia bona abstulit: in periculoso loco moram traxit: in quo si fuisset mortuus, statim fuisset in inferno malam habuit societatem peccati, uel peccatoris, uel peccatricis: uel omnium simul. Sane peccator hęc uidens incommoda: per pœnitentiam se à prędictis elongauit: dicens, uel opere complens: illud Psal.54. Elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Elōgaui & hoc sapienter: sicut à domo inflāmata fugiens: nec segniter, sed sicut qui fugit latrones uel homicidam fortiter insequentem ad occidēdum. Iterum elongaui me, sicut se elongant nonnulli, qui leprosos abhominantur á societate leprosorum. Intantum eñ tales à leprosis se elongant, ne inficiātur: ꝙ bene cauent: non solum ne domum illorum intreat, uel cū eis dormiant, uel eos tangant, uel cum eis loquantur: sed etiam uisum auertunt, ne eos uideant: & si illos uiderint ex vna parte uię: se elongant ad aliam. Ita necesse est ꝙ pœnitens se elonget ab omnibus prędictis: & specialiter ab illis, cum quibus aliquando fuit spirituali lepra infectus: maneat in solitudine, & in statu gratię stabiliter. Nec ad locum, ubi omnia prędicta inueniet incommoda, aliquatenus redeat: quia dicit decretū, sumptum ex uerbis August. de pę.dist.3.§.satisfactio: ꝙ satisfactio pœnitentię est peccatorum causas excidere: nec earum suggestionibus aditum indulgere. Ne eis cōtingat: qđ cōtigit Niniuitis: de quorū piculo patebit ꝑ decretū: infra arti.11.de quibus tñ dicitur Luc 11.ꝙ pœnitentiā egerūt in prędicatione Ionę.

¶Licèt non bene perseuerantem: tamen bene festinatam: quia pœnitentiam non distulerunt: sed statim ut uocem audierunt prophetę, magna cum festinatione pœnitentiā egerūt. Arti.10.
Nam, si per Quadragesima dies pœnitentiam distulissent: fuissent submersi. Horum ergo exemplo est statim pœnitendum: & nullo modo pęnitentia est per multos dies uel annos differenda. Si enim istis maximum fuisset periculum expectasse per Quadraginta dies: quale periculum, 23

imminet Christianis, qui maiorem de Deo habent cognitionem, quàm Saraceni illi: & tamen per multos expectant dies & annos: quòd de peccatis suis nec bene pœnitent: nec aliena restituunt. Quorum perfidia quàm sit damnabilis, omnium ferè rerum & specialiter factorum propriorũ ostendunt exempla.

¶Vulneribus nanque corporis statim medicinam opponunt: nec Quadragesimam expectant, uel senectutem: & ignem statim, quando incipit nocere, sine expectatione tali extinguunt. Et habentes causam ponderis in curia regis: in qua mora trahit periculum: illuc festinanter properant: & manè uenire satagunt: & in lutum cadentes festinant surgere: & dominum suum terrenum offensum, vbi sciunt quòd manus eius fugere non possunt: festinant placare: timentes, quòd nisi cum eo pacem facerent, illos damnificaret, uel saltem in aliquod inconueniens ratione illius inimicitiæ caderent: & scientes quòd uenia cito petita, citiùs obtinetur.

¶Sic in proposito facere deberẽt in his quæ periculum tangunt animarum. Considerantes primò, quòd est maius mirabile mundi, quòd peccator audet in statu aliquo uiuere, in quo non audet mori: & magis periculosum. Et hoc aduertere poterunt, si mundi mirabilia adinuicem comparauerint. Cõsiderantes secundo, quòd peccatum consuetudinarium & induratum de difficili abluitur: sicut uas in rubigine antiquatum, quòd ferè ita cito frangitur, sicut mundatur. Considerãtes tertiò, quomodo antiqua peccata nouas inducunt culpas & confusiones, sicut ostensum est. P.5.19. Considerantes quartò, quomodo omnia bona opera perdunt, quæ interim faciunt antequàm pœnitentiam agant: & quomodo interim non sunt participes bonorum Ecclesiæ. Considerantes quintò, quòd ad nundinas, forum, & omnia mundialia negocia nituntur cito uenire: si opinentur, quòd cito ueniendo, auantagium, proprium plus facere poterunt. Sic faciendum esset ubi de lucro agitur animarum & bonorum spiritualium: ut in iuuentute & fortitudine pœnitentiam agerent: ieiunãdo, & orando, & carnis delitias subtrahendo. Hoc enim esset rationabilius: sicut patet tam exemplo, quàm historia.

¶Exemplum enim ostendit: quòd magis cõueniens & rationabilius est, tunc inimicis rebellantibus uictualia subtrahere, quando iniustè rebellare & nocere intendunt & possunt: quàm quando non intendunt, uel saltem nõ possunt. Sic in proposito.

¶Historia etiam ad hoc in vi. pa. de abbate Ioanne breuis staturę: qui dixisse fertur: quòd qui uoluerit ciuitatem inimicorũ tenere: prius escas illorum tenet & aquam ut dum bellare nituntur, fame periclitantes, se domino suo subijciant. Ita dum in ieiunio & fame uersatur: hoc inimici eius, qui solicitant eum, qui priùs erant fortes, infirmantur. Considerantes sextò, quòd sentientes equum suum claudicare: statim quærunt: in qua parte lędatur: & quomodo poterit sanari, mensam, uel dimidiũ non expectantes. Et grauem lęsionem habentes in anima odij vel alterius peccati: illud portant per annum, uel multis annis: plus sentientes equi quàm cordis dolorẽ & periculum: & amplius de equi quàm animæ salute solicitantes. Nota ad hoc plura exempla. C.6.2. & 3. & A.16.3. Quæ cum his prædictis nos mouere deberent ut peccatis dimissis, statim quo ad tempus, & quo ad fortem ętatem, quando peccauimus, pœnitentiam agamus: ad quod debitum soluendum, licèt omnes teneantur, tamẽ illi qui aliquando boni existentes, gustauerunt dulcedinem deuotionis & diuinę bonitatis: citius se ab isto debito de obligant. Hæc enim sententia est Chrysosto. super Matth. quòd illi, qui bonę uitæ ignorant dulcedinem: non

Exẽplũ.

14

faciliter

faciliter de peccato ad Deum per pœnitentiam redeunt: quia bonum nesciunt, quod non gustauerunt. Sed qui gustauerunt, si peccantes cadant, de facili pœnitentiam agunt: contrariorum habentes experientiam, seruitij videlicet Dei & diaboli: recordantes bonam Dei amicitiã, quã perdiderũt: & pessimã diaboli seruitutẽ, quam incurrerunt ad Dei amicitiã rehabendã cum gemitibus anhelant. Et est de eis in hoc casu: sicut de amico: qui alicuius amicitiam gratam priùs experiebatur & dulcem: talis citiùs ad amicitiam redit, quàm alius, qui talem cum eodem nunquàm priùs amicitiæ habuit iucunditatem. De omni ergo tali potest dici illud Roma. 2. Benignitas Dei, id est, recordatio benignitatis Dei ad pœnitentiam te adduxit.

Arti. 11. ¶Quæ quidem pœnitentia secun-
25 dùm iustitiæ exigentiam continua & perpetua esse debet, dum homo uiuit: sicut & recordatio benignitatis. Ad quam continuationem & perpetuitatem absque recidiuo habendam, nos mouere debent tria, consideratio exẽpli, periculi, & rationis.

¶Quantum ad primum, ꝙ pœnitentiam semel inceptam, usq; ad mortem continuare debeamus. Exemplũ nos informat Christi, qui pœnitentiã inceptam in cruce non dimisit: nec propter Iudæorum derisiones, nec ꝓpter promissum, cum dicerent: se credituros in eum: si descenderet: nec ꝓpter pœnæ magnitudinem uel diuturnitatem: nec propter carorum fletum, uel tristitiam, uel laborem, & dolorũ: sicut patet de Maria matre eius: & Ioanne, flentibus iuxta crucem: & Magdalena, & Maria, & Ioseph: qui dolentes, quæsierunt eũ, propter quorum dolorem nec pœnitentiam, sicut nec actum bonum, scilicet, doctrinæ seu prædicationis dimittere uoluit, dicens: Nesciebatis, ꝙ in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? Lu. 2. In quibus omnibus nobis eximium imitandi & perseuerandi datur exemplũ, & non cessandi à pœnitentia incepta, uel alijs bonis operibus: nec propter perfidorum derisiones, quos dæmon post pascha, uel pœnitentiam alio tẽpore inceptam ad pœnitentes mittit: per quos illos ad peccata solicitat: ipsi nanque illos rogant, ut ad spectacula, & tabernas, & alias illicitas uadant societates: quos deridebunt, nisi eis assentiant. Sed exemplo Christi: nec ꝓpter huiusmodi derisiones: nec propter promissa, quæ promittunt, ut illicita committant quantum ad luxuriã & furtũ & huiusmodi: nec ꝑꝑ pnĩę magnitudinem: uel diuturnitatẽ: nec propter carorum, qui tantum carnem diligunt fletum, à pœnitentia desistas inchoata. Sed responde talibus diaboli nuncijs, sicut respondisse legitur Parisius quidam religionem quandã Exẽplũ.
ingressus, matri suæ de exitu suadenti: & quasi inconsolabiliter dolenti & flenti. Cui & alijs rogantibus, ꝙ matrem sic mori non permitteret. Respõdit dicens: Nunquàm fuit filius, qui plus dilexit matrẽ suam quàm Christus: qui nũquàm fuit alia plus uel tãtum diligenda: nec mater potest plus dolere, quàm ipsa, iuxta crucem stãs, doluit. Cuius animam gladius pertrãsijt passionis: nec tamen à pœnitentia ĩcepta cessauit usq; ad mortẽ. Nec ego per Dei gratiã cessabo. Cuius cõstãtiã mater audiens, benedictione ei data, ipsum de exitu non amplius uexauit.

¶Quantum ad secundum pericu- 26
lum non continuantium pœnitentiã in exemplo ostenditur Niniuitarum: de quibus dicit decretum, sumptum ex uerbis Hiero. de pe. dist. 3. §. Niniuitæ: sub eo, qui sequitur, tenore. De Niniuitis autem in principio Ionæ. scribit Hiero. Sicut ait Erodotus: Niniue à Rege Medorum sub uersa est, regnante apud Hebræos Iosia. Vnde patet illam, prædicante Iona, ex pœnitentia meruisse ueniam: sed quia ad vomitum redijt, ex ira Dei subuersam fuisse. Item in principio Naum. Naũ prophetam ante aduẽtum Regis

¶Assyriorum: qui populum Israel captiuum in suas regiones transtulerat fuisse Hebræorum traditio confirmat: siquidem in fine huius lectionis prædicti Regis aduentum idem propheta annunciare monstratur. Sed cũ habitatores Niniue, Iona interitum ciuitatis prædicante:ne diuina ira denunciatũ interitum sustinerent, peccatorum & impietatis pœnitentiam egissent: accepta Dei misericordia, grauioribus se criminibus implicuerunt: qua de causa memoratus propheta spiritusancto plenus iudicium Dei annuncians. Ita est locutus: Deus zelans & ulciscens dominus: hęc ibi.

¶Ex quibus apertè datur intelligi, ꝙ est de incipiente, sed non finiente uitam in bona uita & pœnitentia, sicut de illo, qui potius quàm certam summam daret domino suo, elegit quinquaginta comedere cepas:deinde quinquaginta sustinere ictus. In quibus duobus dũ multum fuisset uexatus de pecunia petita, ultimum exoluit quadrantem. Sic Deus in nostra libera ponit electione, uel resistere tẽtationibus, illarumque sustinere impetus,& resistere & non peccare, uel si si hoc facere noluerimus, saltem de peccatis pœnitentiam in hoc seculo agamus: quam si facere cõtemnimus: ęternam sustineamus pœnam. Sunt ergo nonnulli in primis duobus per multa tempora multipliciter afflicti: in quibus, quia usque ad finem non perseuerant: indirectè eligunt ęternã sustinere pœnam: quia tantum ille, qui perseuerauerit usque in finem: hic saluus erit. Matth. 10. Et sic patet, ꝙ oẽs quidem currũt: sed vnus accipit brauium. 1. Cor. 9. Glo. 1. perseuerans. Exẽplũ.

27 ¶Quantum ad tertium tam ratio nostræ necessitatis, quàm ratio nominis, quàm etiam ratio offensæ indicant pœnitentiam, semper esse faciẽdam & tenendam, sic uidelicet, quòd peccatũ semel cõmissum, semꝑ displiceat, qñ menti occurrit: quodque semper pœniteat eum, illud commisisse.

¶Primò enim hoc ratio ostendit necessitatis per exemplum de naufrago, qui necesse habet tabulam semel acceptam per quam saluari poterit, manibus fortiter tenere usque ad portum uenerit: si per illam saluari uoluerit. Cum ergo pœnitẽtia sit secunda tabula post naufragium: sicut patet per decretum. de pę. distin. 1. secunda post. & medicina: quæ secunda dicitur per respectum ad baptismum: qui est prima: patet propositum. Exẽplũ.

¶Secundò hoc ratio monstrat nominis pœnitentiæ: de qua dicit decretum, sumptum ex uerbis Augu in lib. de pœniten. & habetur de pę. distin. 3. circa principium. Continuè (inquit) dolendum est de peccato: quod declarat ipsam dilectionis Glo. interlinearis, id est, dictionis uirtus. Pœnitere enim est pœnam tenere: ut semper puniat in se ulciscendo, quod commisit peccando. Et cito post concludit, dicẽs: Pnĩa est itaq; uindicta semper puniens in se, quod commisisse dolet.

¶Tertiò idem ostendit ratio offensæ: qui enim offendit Deum ęternum: rationabile uidetur, quòd in suo ęterno, id est, dum uiuit, pœniteat ad hoc ꝙ ueniam obtineat. Et hoc est necessarium, quia sub hoc fœdere & pacto, tantum à Deo ueniam obtinebunt. In quo casu Deus in scripturis loquendo pœnitentibus dicit: sicut dixisse fertur quidam Rex cuidam subdito ei priùs rebellanti: & postmodum misericordiam petenti: & quòd iniurię sibi factę non memoraretur. Ego (inquit) nunꝗ̃ cogitabo, tali fœdere, qđ tñ tu semper doleas, qñ cogitas. Tale pactũ facit nobiscũ Deus & tale fędus oportet ꝙ percutiamus cũ eo Sic pọt ĩtelligi illud. 1 Esdrę. 10 si est pnĩa ĩ Israel: percutiamus fœdus corã Dño. Et quia raro inuenitur, qui talem agat pœnitentiam: maximè de his quorum peccata fuerũt lucratiua: sicut usurariorum, furum, raptorum, periuratorũ, & huiusmodi: uel de his qui peccatis ꝑcedentibus mediantibus ꝓplem Exẽplũ.

habent, quam diligunt. Ideo congruè dicit. Si est pœnitentia.

Arti. 12. 28 ¶ Vbi tamen pœnitentia inuenitur, quæ conditiones habet in prædictis sex articulis immediatè præcedẽtibus: triplicem in generali confert pœnitẽti utilitatem: quarum prima attẽditur penes terminum à quo: secũda penes medium: tertia penes terminum ad quem ducit.

¶ Quantum ad terminum à quo pœnitentia est funiculus triplex quo Christus templum tunc mũdauit materiale, & nunc mundat spirituale: peccatum quod est terminus per accidens, à quo gratia incipit expellendo: sicut Sol prius quodãmodo tenebras expellit, lumen introducendo. Et ad istum intellectum potest intelligi illud. 2. Paral. 36. Secundum bonitatem tuam Domine promisisti pœnitentiã in remissionem peccatorum.

¶ Quantum ad medium dum nunc viuimus, pœnitentia, Primò hominẽ gratiæ restituit & format: & spiritum sanctum ab eo fugatum reducit. Sicut patet per historiam, qua fertur quasi per istum modũ: quòd quidam Christianus petiuit in uxorem filiam cuiusdam Saraceni, quam carnaliter diligebat & concupiuit: sed aliter habere non potuit, quàm per matrimoniũ: pater uerò distulit usque responsum haberet à Deo suo, id est, diabolo: quẽ in idolo colebat: qui respondit: ꝙ daret si Christianus Christum negaret: quod cum faceret, spiritus sanctus ambobus uidentibus in specie columbę de ore eius egressus: parum ultra caput suum circumquaque uolando, morabatur: quod cum ille idolo admirans narrarent: ait idolum. Adhuc propè est: paratus est redire: non des quod petit, nisi iuret se nolle pœnitere: quod cùm faceret: auolauit ita altè, quòd uix uideri potuit. Sane post aliquos dies miser Christianus pœnitentia ductus: quendam adijt Confessorem: qui ei iniunxit, quòd heremũ quæreret, & in eo durissimam uitam duceret: usque videret spiritum sanctum in eadem forma eidem redire. Post primam ergo septimanam uidebatur ei quòd columba illa propinquus in aere descenderet. Post secundam adhuc propinquius. Post tertiam uerò in ipsum intrauit. Iste uerò tres septimanæ: tres significant partes pœnitentiæ: quæ faciunt Spiritum sanctũ, per peccatum expulsum, ad pœnitentem redire. Et tres dies, post quos pœnitentes quæ dicere poterunt dolentes: Quærebamus te Christum in tẽplo animæ inuenerunt. Et post tres dies quos fugientes de Ægypto: peccati & seruitute diaboli Deo sacrificium offerunt salutis. In quo facto ueritas scripturæ ostenditur: qua dicitur. 2. Paral. 7. Si egerit pœnitentiam à uijs suis pessimis: ꝓpitius ero peccatis eorum, &c. Secundò à pœna liberat tẽporali: & hominem, qui peccando, statum seu dignitatem amisit temporalem, pœnitẽdo ad statum suum reducit: sicut patet per exemplum de Manasse. T. 5. 40. Tertiò pœnam infinitam mutat in finitam: & morti adiudicatum, reuocat ad uitam, & hæreditatem cęlestem pro semper amissam, recuperat. Homo nanque peccando, licèt actus peccati cito transeat: tamen ad perditionem supernę hæreditatis pro semper & ad pœnam ęternam se obligat. Sicut per uenditionem breuẽ quis hæreditatem suam pro semper à se alienat, & sicut per plagam ei illatã semper dum uiuit dolet: nec ita faciliter hæreditas & sanitas recuperantur, sicut amittuntur: nec ita breuis est contractus recuperationis, sicut alienationis: quia ubi contractus alienationis aliquando est breuis, recuperatio quandoque est impossibilis. Ita omnino est in contractu peccati. Nam contractus seu factum peccati breue est: Recuperatio uerò illius, quod peccato amittitur, esset impossibilis peccanti: nisi Deus ex sua maxima curialitate uiã ordinasset pœnitẽtiæ: per quã hereditatem cęlestẽ pro

Exẽplũ. 29

ſemper amiſſam recuperat, & pœna infinita commutatur in finitam.

30 ¶Ex qua re duo elicere deberemus, vnum quòd deberemus pœnitentiam iniunctam libenter ſuſcipere, & perficere: gratias agendo, tam Deo de uia pœnitentiæ prouidenti: quàm etiam pœnitentiam loco Dei imponẽti. Adiudicatus nanque morti corporali & temporali: uel ad faciendam pœnitẽtiam & peregrinationem longam, & confuſibilem in magna ciuitate & coram multis: & hoc iuſtè magnas redderet grates principi terreno: qui illã commutaret incomparabiliter in minorem: & mortem, quam meruit, remitteret. Sic deberet eſſe in propoſito quantum ad Deum & locum eius tenentem: quorum quilibet loquitur. Ezech 33. Si dixero impio: morte morieris, & ille egerit pœnitentiam: uiuet & non morietur. Sed tamen è conuerſo eſt: quia iuſtas pœnitentias eis imponendo, & ſecundùm leges Eccleſiæ determinatas: quandoque malas reportant grates.

¶Secundum quod elicitur, eſt quòd pœnitentes non deberent uelle, uel petere: quod parua eis imponeretur pœnitentia. Si enim ante mẽtis oculos ducerent: quantum eſſet hic pati ignem terrenum per vnum diem: & pœnam illius diei cõpararent ad ęternam uel ſaltem ad longam, quam in purgatorio, ſi illuc uenire poterũt, patientur: in quo totum ſupplebunt, qđ hìc minus factum eſt, non eligerẽt hìc paruam facere. Sicut faciunt nonnulli, vulpinam facientes confeſſionem: quia admodum vulpis, qui antequàm confiteretur ſacerdoti, aucam portaſſe legitur confeſſoribus ſuis, quando cõfiteri uolunt, blandè loquuntur: aliqua dantes uel promittentes vt faciliorem & minus iuſtam eis imponant pœnitentiam: uel ſaltem uerbis contendunt & contradicunt: ꝙ tantam recipere nõ deberent. Sed totam hìc libenter facerent: ſicut patet per arti. infra eo. c. 65. Imo ſi vnum diem de pœnis alterius ſeculi guſtaſſent, pro omni die à Confeſſore impoſito libentiùs facerent centum, quàm vnum iterum ſuſtinerent in alio ſeculo. Sicut patet de languido, qui elegit duos dies ĩ purgatorio. Audite quæſo ſermones meos, & agite pœnitentiam. Iob 21. & bonas facite uias ueſtras, & pœnitebit dominum mali, qđ cogitauit aduerſos uos, ſcilicet, in alio ſeculo. Hiere. 25.

¶Quantum ad terminum, ad quem ducit, eſt aduertendum: ꝙ pœnitentia eſt ſcala Iacob: de qua habetur. A. 25. 24. per quam ad regnum aſcenditur cœlorum. Cuius latera ſunt dolor de commiſſo: & propoſitum de non cõmittendo. Gradus uerò ſunt, contritio, confeſſio, ſatisfactio. Quæ habet adhuc tres gradus: ieiunium, eleemoſynã, & orationem. Angeli aſcendunt, ut portent pœnitentium orationes. Thob. 12. Quãdo orabas cum lachrymis: ego obtuli orationem tuam domino. Deſcendunt ut reportent pœnitentibus conſolationes. 3. Regum 19. Angelus portauit cibum, & confortabat Heliam. Hiero. Nullus deſperet: quia uidit aſcendentes: nullus præſumat quia uidit deſcendentes, & cacumen eius cęlum tangit: quia conſummata pœnitentia ſtatim cęlum ingreditur: & dominus ſcalæ cernitur: eãq; tenet pœnitentes iuuando, & exhortans dicendo: Agite pœnitentiam: appropinquabit. n. regnũ cęlorũ Matt. 3. 31

¶Sed, ſicut tactum eſt. A. 25. 15. multa ſunt, quæ iſtius ſcalæ aſcenſum impediunt: pœnitentesque retrahunt, & retardant. Arti. 13. 32

¶Quorum primum eſt mala ſocietas, quæ pœnitentem deridet, & à pœnitentia & uita bona: ſicut amici Iob: & uxor Thobiæ uel blanditijs, uel deriſionibus nituntur retrahere verbis ſicut qui manifeſtè malum ſuadent & ſignis: ſicut fatue ſe parantes uel ſigna leuia oſtendentes: ut eis pœnitens ſimilis efficiatur more, habentes dęmonum: qui omnes uellent malos eſſe: ſicut ipſi mali ſunt.

¶Contra

¶Contra istos habetis remedia supra arti. 11. per totum. Multùm est talium societas & dilectio diuersa, à dilectione matris septem filiorum. 1. Machab. 7. quia ipsa sic filios dilexit, & in pœnitentia confortauit, q nō curauit de amissione corporū: ita q animas saluarent. Isti uerò contrario modo se habent.

¶Secundum est nimia carnis dilectio. Sunt enim nonnulli, qui tantum carnem suam diligunt, intantū q sunt fragiles, sicut dicunt, q non possunt tentationibus resistere: intantumque delicati, q uidetur eis, q parū, uel nihil possunt ieiunare: uel lineã dimittere: qui & pro modico ieiunio de capitis conqueruntur dolore. Tales cogitare deberēt: Primò quomodo multi ita nobiles, ita delicatè nutriti, sicut ipsi sunt, aliquando gratis pro Christo omnibus dimissis, arctissimam duxerunt uitam. Et q fuit eis durū in principio amor Christi, & propriè salutis desiderium & consuetudo fecerūt leue per processum. Secundò, quomodo tales aliquando pro forefactis, quo ad mundum capiuntur, & incarcerantur: & durissimam ducunt uitam. Et illorum exemplo, qui tot sustinent, quæ & ipsi sustinerent, si in casu illorum essent pro delictis commissis contra homines & contra mundum: aliqua dura sustineant pro delictis suis contra Deum & salutem propriam, ut salutem consequantur animarum. Tertio, cum sit necesse, q hic uel alibi pro peccatis suis patiantur, cogitent: quomodo alibi pœnas durissimas sustinebunt, qui hic nec possunt sustinere leues. Et ideo bene respondisse legitur quidam, à quo cum quæreretur: quare uiam religiosam & uitam duram inciperet, cum eam sustinere, nō posset: quia tenere fuit cōplexionis: ideo (inquit) hæc sustinere uolo: qa scio, q propter teneritudinem pœnas alterius seculi sustinere non possem. Cum ergo non sit defectus ex parte corporis: sed ex parte timidi cordis. Sicut patet de prædicto & de Magdalena: quæ post tot delicias, tam lōgum sustinuit heremum: multis alijs consulo, q anima quæ iurauit. Et infra pœnitentiã agat de peccato suo. Leuitici. 5.

Exēplū.

¶Tertium est tędium, quod quandoque in uia pœnitentiæ & bonæ uitæ cōtingit: sicut malorum odium uel persecutio: de hoc q cum eis iterum periurare non vult: uel de hoc q uerū dicere vult: & de hoc q eis in illicitis non consentit: uel eorum fugit societatem, uel huiusmodi.

33 ¶Remedium contra hoc in exemplo habetur marinariorū: qui si, postquam inceperint ad portum tendere optatum, pro omni tempestate uel cōtrarietate, quę eis occurrit, redire nollent, uel à nauigatione cessare: nunquàm ad portum pertingerent optatum. Idem patet de peregrinis & omnibus alijs artificibus tam in speculatiuis quam in practicis. In omni namque arte malus artifex esset, qui pro omni tędio ab arte cessaret.

Exēplū.

¶Quartū est tentatio carnis, & peccati delectatio: quā specialiter in gula & luxuria habent. Contra quæ est primò cogitatio: q homo habet super alia animalia rationem in natura: in signum & necessitatem, q ratione uti debet in actu & uita; & nō uiuere sicut illa, quæ ratione carent. Qualem uitã ducunt illi, qui in gula & luxuria, habita oportunitate, tentationes suas sequuntur: quia sicut bruta à delectabilibus & concupiscibilibus eis oblatis, uel eis occurrentibus, se non retrahūt. Ita nec iste, qui teste Psal. 48. cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis, &c. Contra quæ est secundò peccati & delectationis breuitas: de qua est illud beati Gregorij. Momentaneum est illud, quod delectat: eternum quod cruciat.

¶Quintum est tentatio dęmonis, qui pœnitentes multum retrahere nititur. Sicut patet per historiam, quę legitur esse beati Gregorij in registro: de quodam Senatore Romano malo, quē

Exēplū.

cùm beatus Gregorius nullo modo inducere potuisset, ut rationabilē pro peccatis suis ageret pœnitentiam: tandem rogauit, ꝙ in crastino ab ortu diei vsque ad Primam in remissionem peccatorum, solus in camera sederet: & de uita sua cogitaret: quod cùm facere assentire, & inciperet: primò uenit ad eum quidem dęmon in forma balliui vulneratus: asserens prædones irruisse in quoddam manerium, quod habuit extra vrbem. Ad cuius incitationem cum assensum non præberet de exitu: propter pœnitentiam susceptam, modico interuallo dęmon rediijt in forma senescalli, dicens: uecordiam esse, sic iacere, dū prædones bona sua & homines suos spoliarent. Cui sicut primo resistit, nec exiuit vsq; ad Primam pulsaretur: sanè omnes prædictas persuasiones dęmonis inueniēs fuisse malitias: qui eius etiam paruissimæ inuidebat pœnitentiæ postmodū ad diaboli confusionem maiores facere paratus erat: intelligens, ꝙ ei pœnitētiam dedit Deus ad uitam Act. 11. Nota de hac materia. C. 6. Arti. 12. per totū. Et M. 11. 132. cum seq. Et P. 8. 24.

34 ¶Sextum est pudor: tam confitendi, quàm pœnitentiam sequentem agendi: ne reputentur tales quales sunt: & ne habeantur suspecti. Contra quod primum remedium est cogitare quam fatuum, & quantum contra rationem sit naturalem non erubescere facere, quod iniquum est: & erubescere, quod honestum & utile est. Si enim nō erubuisti peccare, uel saltem propter ruborem non dimisisti peccare, & facere quod turpe fuit coram Deo & hominibus: quare cessas propter ruborem facere, quod in se honestum & utilissimum est? nisi quia diabolus guttur talium tenet ne reddat quod abstulit: sicut patet. C. 6. 50. Mirabile est: ipsi uerecundantur pœnitentiam cum peccatoribus agere, cùm peccatores sint: & Christus non fugit inter latrones crucis facere pœnitentiam: cùm peccator non esset, uel latro.

¶Secundum remedium est Dei & omnium Sanctorum uirtus intuitionis. Si enim non erubuisti peccatum tuum illi ostendere ad tuam damnationē, cui omnia nuda & aperta sunt. Heb. 4. Nec etiā sanctis eius, qui omnia uident. Sicut ostensum est. A. 25. 17. erubescis peccatum tuum ostendere ad tuam saluationem soli sacerdoti.

¶Tertium remedium est cogitatio futurę confusionis. Naum 3. Reuelabo pudenda tua. Et ostēdam gentibus nuditatem tuam: & regnis ignominiā tuam. Hiere. 20. Confundentur uehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur.

¶Sextum impedimentum est iuuētus & præsumptio longioris uitæ, Cogitant enim tales, quòd in senectute se corrigere uolunt. Sed illa est periculosa expectatio, propter plura. Primò propter correctionis difficultatem. Sicut enim parum errans à uia in principio erroris sine difficultate ad uiam suam redire potest: quod diu errās facere non potest: Sic in proposito. Secūdò, quia sicut terra illa diceretur maledicta & irrationabilis, quæ tantùm senes corrigeret delinquentes, uel suspenderet latrones, & nō iuuenes. Ita illi, qui tantum castigare cogitant delicta senectutis: contra prophetam, dicentem: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. Nota contra tales. Hiero. P. 8. 25. Tertiò, propter multorum pręcedentium & iam mortuorum deceptionem. Si enim in vna patria esset aliquis falsus homo, qui multos in eo confidentes, turpiter & apertè decepisset: ualde fatuus esset, qui in eodem postea multùm confideret: maximè in maximis negocijs: sicut ubi ex deceptione sua immineret periculum mortis uel exhæredationis suæ: & specialiter si in talibus negocijs multos alios priùs decepisset: sed iuuentus & spes diu viuendi sunt hujusmodi. Nam multi in his confidentes,

fidentes,& in horum confidentia malè uiuentes,tam turpiter decepti sunt, quòd hæreditatem tam temporalem, quàm æternam amiserunt,& mortem æternam incurrerunt.

¶Sed si hæc deceptio, quia à mundialibus non videtur mundiales,à memorata non retrahit confidentia, saltem eos retrahat deceptio,quam quotidie uident. Quotidie nanque oculis suis cernunt, quod de eis, qui nascuntur, vix media vel tertia pars peruenit ad ætatem quadraginta annorum: & de magna prole hominis uix tertia pars expectat senectutem, & tamen quilibet illorum, qui ad annos peruenit discretionis, sperabat lõgam habuisse uitam, sicut & omnes uos speratis, stultum est ergo in longa uita confidendo, malè uiuere: cùm tamen experimentis euidentissimis, quàm ẽt autoritate. Iaco.4. Vita nostra napor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Et Iob 14. Homo natus de muliere,breui uiuens tempore, repletur multis miserijs.

36 ¶Septimum impedimentum est irrationabilis timiditas,quę ex pondere pęnitentię & resistentiæ peccatis oritur imaginata. Imaginatur enim gulosus,ꝙ durum & graue pondus est ieiunare. Et falso & periuro onerosum est à talibus cessare. Et exercenti officium cum multis maledictionibus officium dimittere. Et delicato graue videtur cilicium portare, & ꝙ minus est,camisiam dimittere, semel in septimana, quia tener est & passibilis à frigore. Luxurioso etiã onerosa & odiosa est castitas. Et superbo humilitas. Et pigro tędium & murmur est manè surgere. Et iracundo & rixoso insolitum est pacem habere. Habens aliena, timet, si restitueret, paupertatem. Duro grauis est eleemosyna. Auaro & vsurario & habenti aliena, omni morte amarior est restitutio. Et breuiter quicunque est ad luxuriam, uel quæcunque peccata cõsuetus & assuetus, graue uidetur sibi peccatum dimittere, vel tentationibus illius peccati resistere, intantum ꝙ pauci resistunt: sed omnes isti, teste propheta, trepidauerunt timore,ubi non erat timor, sicut equus umbratilis, qui plus timet umbrã, quàm bellum mortale. Ita isti pęnam temporalẽ quàm æternam,quomodo possent pęnis resistere, illasq; sustinere æternaliter, qui non possunt tentationum resistere pęnis, sicut patet supra eo.c.31. in fine. Nec deberent cogitationes tales aliquẽ impedire, ne pęnitentiam & bonam uitã inciperet: uel ne inceptam continuaret: propter plures rationes. Primò, quia prædicta non sunt grauia, nisi in principio. Est enim de illis,qui bonam post malã incipiũt uitã, sicut de puero indisciplinato & leui posito ad scholas,cui in principio graue est addiscere: sed cũ bene fuerit fundatus, & in sciẽtia informatus: delectabile est ei addiscere,& sciẽtia q̃ pri⁹ habuit cõtra cor, est maxime ab eo dilecta. Sic ĩ ꝓposito.

¶Est iterum de prędictis sicut de illo qui diu fuerit in tenebris carceris,quia sicut illius oculis in primo egressu de carcere grauis est solis claritas: quæ postmodũ est delectabilis. Ita in ꝓposito de illis,qui diu fuerunt in tenebris peccatorum. Est iterum de eis sicut de incipiẽtibus sanari,quibus statim mediatè post mutationẽ infirmitatis, nec cibus est ita sapidus gustui,nec lux clara ita placet oculis: sicut quando pfecte esset sanus,sed paulatiuè ista eis magis ac magis placere incipiunt. Sic in proposito, quantumcunque bona uita in principio non multùm placeat, cum tamen diu gustata fuerit, eius dulcedo maiorem delectationem habet, bonus homo de mala uita conuersus de bona uita sua uno die & una cogitatione, qua sperat, se hæredem cęli,quàm habuit de mala uita sua centum diebus & mille cogitationibus malis. Et quod in principio fuit graue, sicut communiter est in inceptione eruditionis cuiuscunq; artis, processu tẽporis erit leue. Et q̃d in principio facit inuitè 37

uitè & cum murmurē, si tētare uellet, Exēplū. postmodum faceret hilariter. Sicut patet per illum, de quo tangitur. C. 8. 7. quem Bernardus primo induxit, ꝙ ꝑ paruum tempus, utputa, hebdomadā, vel mensem, pro amore Dei & propria salute peccare cessaret, qui postmodū non tantum cōcessit, ꝙ à peccatis paruo tempore: sed pro semper cessaret, quia quantum bona uita fuit contra cor eius, antequam illam gustasset: tātum sibi placuit, postquàm gustauit. Sic esset de uobis, si uelletis per annū incipere bonam vitam. Rogo ergo, sicut rogauit Sanctus Bernardus: ꝙ per annum cōtinuetis bonam uitam, quā nunc uel saltem circa Pascha incipietis: & ego sum certus, ꝙ in fine anni uobis placebit: & sequenti anno illud faciliùs facietis: & in fine illius maiorem habebitis delectationem, & sic vsque ad finem uitæ: in qua maximè uobis placebit.

¶Sanè si sic uiuere pro Dei amore, & salute propria inceperitis: maior duricia & difficultas erit in primo anno. Et tamen omnis ratio dictat, ꝙ nō debetis propter hoc dimittere. Omnis nanque ratio dicat, ꝙ si uellemus sustinere duras dietas, & multas expensas salute corporis incerta, & aliquando in uanum, quia nullum uitæ diem per hæc acquirunt: & si acquirant, mortē ad paruum tempus prolongāt, sed nō euadunt: quantomagis hæc sustinere deberent pro salute animæ æterna: & vt mortem & pęnas euaderent ęternas? quas si per spacium vnius horæ uidissent, uel gustassent, quicquid hic sustinere possent, paterentur: ut illas euaderent, sicut patet per historiam Bedæ, de gestis anglorum, de uidenti pęnas inferni. P. 8. 36.

¶Si uerò sic incipere & bene viuere noluerint per annum uel dimidium, sed ad omnem uentum tentationis & occasionis cadunt, quod mirabile est, quod saporem bonæ uitæ non habent, qui nunquam bene sani gustauerunt. Sunt enim nonnulli, qui postquàm inceperunt primò carnaliter peccare, uix unquam fuerunt per quadraginta dies simul sine illo peccato, nisi fortè necessitate infirmitatis. Sic nec falsi, nec gulosi, nec fures, & huiusmodi: sed ad omnem uehementem tentationem: & ad omnem oportunitatem in peccatum cadunt. Et tales sicut nunquam fuerunt in bona uita radicati: ita nunquam in illa inueniunt dulcedinē: nec fructum propriæ salutis nutriunt ad maturitatem, sicut nec arbor, quæ radices firmas non habet: de quibus. Iudæ. 1. Hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes sine timore: semetipsos pascentes, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, &c. De quorum fine & pęna. Matth. 3. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et hoc citò: quia iam securis ad radicem arboris posita est. Matth. 3. Ergo conuertimini & agite pęnitentiam. Ezech. 18. eo modo, quo in confessione promisistis, uel promittere debuistis: de quo modo habetur. C. 5. 11. cum sequenti- 38
bus. Omnibus uerò prædictum habē- Exēplū.
tibus timorem uel desperationem, in vi. pa. saluberrimum ostenditur exemplum, quo quidam sanctus pater quēdam, qui propter uitiorum multitudinem & enormitatem diffidebat, se uitā suam posse emendare, ad salutem reduxit tali modo: Ostendit nanque ei ille sanctus, ꝙ oportuit esse de ipso sicut fuerat quondam de filio cuiusdam patrisfamilias habētis agrum plenum spinis, & tribulis, & malis herbis, qui filio præcepit quod illum mundaret. Filius ergo ad agrum illū cum instrumentis congruis ueniens, laborisque videns magnitudinem, desperans, ibidem multis diebus prę tędio obdormiuit. Ad quem cum pater post multos dies uenisset, & nihil actum considerasset, filio per prædictam causam se excusantem, ait pater, miser & uecors, si omni die tantum emundasses, quantus fuit locus, in quo dormiebas, nunc fuisset pene mundatum. Omni ergo ò bone

ò bone fili, timore deposito, incipe paulatim mundare, & nociua euacuare, quod cum facere inciperet: licèt prius cum tędio, postmodum tamen, quando uidit opus sub manu sua proficere, cum maiori delectatione totam aream mundauit. Sic (inquit) tu incipe te mundare per confessionem & per bonorũ operum assuefactionem, quod & fecit, & de peccatore & exemplari damnationis effectus est exemplar nostræ salutis.

39 ¶Huius ergo exemplo incipiamus bene agere, & uitam malam mutare, & Deus iuuabit: & diabolus tentans, debilitabitur, & gratia resistentis augmentabitur, intantum ꝙ sequenti die & sequenti tentatione erit fortior, q̃ in præcedenti. Exemplum ad hoc in vi. pa. de quodam tẽtato de exitu heremitorij sui & de fractione pęnitentiæ, quam inceperat: hic cũ diem ad exeundum statuisset: & ad illum diem ueniret, cogitauit: ꝙ pro amore Dei adhuc

Exẽplũ. illo die expectaret: & in crastino recedere. Cum verò crastinus aduenisset dies cogitauit, ꝙ etiam illo expectaret pro amore matris Dei. Tertiò die idẽ cogitauit de alio sancto, ad quem habuit specialem deuotionem. Cùm verò sic aliquibus diebus diabolo & carni & mundo restitisset, sensit se à tentatione illa Dei gratia & adiutorio penitus liberatum. Nec mirum, quia Deus & mater eius, & sanctus, ꝓ cuius amore sic restitit, ipsum specialiter iuuerunt, & fortiorem fecerunt. Et sicut sic resistendo semper fortificatur, ita econuerso, qui cadere incipit, quotidie debilior erit ad resistendum.

Exẽplũ. ¶Ad idem quasi modo sequenti de quodam fertur simili gratia à tentatione liberato, & ad pęnitentiam inclinato. Cum enim ieiunare non possent, quodam ieiunij die cogitauit, ꝙ cõtra communem usum ieiunaret usque ad Primam, qua adueniente idem cogitauit de Tertia, & sic deinceps vsque ad horam debitam, in qua lætus de carnis tanta uictoria, cibum sumpsit: ex quo pęnitentiæ principio melior fortuna sequebatur. Nam cùm per aliquos dies sic pęnitentiæ se assuefaceret, paratum se inuenit ad ieiunia congrua Christianis. Sic erit de illis qui sunt, sicut dicitur. Hebr. 6. Facientes fundamenta pęnitentiæ.

¶Cuius ratio potest uideri, tam ex parte status pęnitentium, quàm etiam ex parte manus auxiliantium. Quantũ ad primum, peccator in peccatis existens, est quasi in terra sicca extra aquas gratiarum, cui onus pęnitentię videtur immobile, sicut debili onus magni ligni super aridam, quod tamẽ in aquis non solum eo moueri posset: immo ipsum mouentem portaret. Cum uerò peccator incipit de peccatis sui pęnitere, iam onus illud incipit quasi aquis appropinquare, non tamen totaliter aquas profundas statim attingit, sed quodammodo terræ adhuc adhæret: & ideo ille, qui uersus aquam profundam illud mouere nititur, adhuc tędiũ habet & laborem vsque à ripa totaliter amoueatur. & aquas profundas inueniat, in quibus facillimè illud mouet, illoque ad portum uel ciuitatem portatur. Sicut patet in aliquibus partibus, in quibus homines super huiusmodoi ligna per flumina descendunt, ipsique ligna simul ligata in transitu regunt, sed ligna ipsos portant. Sicut etiam patet de naufragis, qui aliquando per ponderosa ligna quæ in sicca terra existentes, mouere non possunt in aquis portantur & maximis periculis liberantur. Sic in proposito, de onere ueræ pęnitentiæ, quod peccatoribus est importabile, dum in peccato sunt, quasi in sicco extra flumina, quæ de ventre Christi fluunt gratiarum, cum verò incipit à terra illa diaboli recedere, & pedibus aquas gratię intrar affectionis, sub onere scapulas submittit pęnitentiæ, incipit quidem onus illud mouere, sed cum labore & difficultate. Quando uerò per bonorum operũ consuetudinem perfectionem quodãmodo attigerit gratiarum, iam quasi in profundo

profundo flumine onus religionis, pęnitentiæ, & afflictionis, quod primò fuit importabile: secundò mobile, tardum non solùm facit mobile uelox, sed etiam ipso portatur ad portũ quietis ęternæ: & ipso mediante, multa alia portat, non ipse tantum, sed gratia Dei ad modum fluminis secum. Et sic potest intelligi illud. 1. Corin. 15. Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua nõ fuit: sed abundantiùs illis omnibus laboraui, non autem ego, sed gratia Dei mecum, quæ data est ab illo, de quo dicitur. 2. Petri 3. Nolens aliquos perire, sed omnes ad pęnitentiam reuerti.
41 Secundò idem status pęnitentię & ratio difficultatis in principio potest uideri per exemplum de ligno põderoso, & quasi immobili priùs iacente super terram, uel in terra fixo, & postea in alto aeris suspenso. Illud nanque, dum in terra firmiter fixum fuit, moueri ab homine solo non potuit. Cum verò à terra incipit auelli, & quasi eradicari: moueri quidem potest, sed non ita faciliter, sicut quãdo totaliter in alto suspenditur, sed cũ labore. Cum verò totaliter à terra auulsum fuerit, & in alto suspensum, facillimè hincinde ad mouẽdis agitatur uoluntatem. Sic onus pęnitentiæ dum ab illis suscipitur, uel illis copulatur, qui totaliter terrenis cupiditatibus, & delectationibus infiguntur (ut de uera loquamur pęnitentia) ab illis nullo modo moueri potest. Cum verò incipiunt per Confessionem & cõtritionẽ aliqualiter à terrenis illis voluptatibus auelli: mobile quidem est eis onus pęnitentiæ, sed mobile tardũ & cum difficultate. Cum verò onus pœnitentiæ. s. per considerationem & perseuerantiam & comparationem & iugem meditationem, in alto ad Crucem Christi suspenderint, in dilectione se ligantes, & suam pęnitentiam, quantum possunt, suæ passioni assimilantes, & à terrenis totaliter absque necessitatis causa abstrahentes, pęnitẽtia illa, quæ in principio fuit immobilis: & in medio mobile tardum, in fine erit leuis & mobile velox: ipso hoc largiente, qui dicit: Luc. 5. Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pęnitentiam.

¶Ostenso per exempla quę sit causa difficultatis pęnitentium, in principio suæ conuersionis ex parte pęnitentiũ: prout in historijs prædictis cõtinetur: nunc ostendere restat, quæ sit causa ratio delectationis & facilitatis in progressu ex parte auxiliantium. 42
Ad cuius ostensione supponere oportet dictum Christi dicentis. Luc. 15. Gaudium erit in cęlo super uno peccatore, pęnitentiam agente. Ex quo patet, ꝙ iuuant pęnitentiam agentem, qui enim alicuius optant pugnam: & gaudent de victoria, non est dubium quin iuuent pugnantem, quando possunt, & debẽt, & quin ampliori munere remunerẽt victorem. Sed ipsi in cęlo. i. Deus, totaque cęlestis militia optant pugnam nostram, bello nos exponentes & dicentes. Estote fortes in bello & gaudẽt de uictoria, quia gaudium erit in cęlo, &c. quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pęnitentiam. Sicut enim maior materia gaudij est de milite, qui in bello prius succubuit, & post statum suum recuperans, omnes hostes nobiliter vincit, quàm de nonagintanouem, qui nec fuerunt uicti, nec fortiter pugnauerunt. Et sicut maior materia gaudij est agricolæ vel patrifamilias de agro, qui prius diu incultus portauit spinas & tribulos: & postmodum cultus plus reddit uno anno, quàm alius in quo nunquàm, nec huiusmodi fuerunt mala, nec in multis annis tantum reddit. Sic in ꝓposito, sicut patet de Paulo: qui prius victus & plenus uitiorũ spinis, de quo tam Ecclesia triumphans, quàm militans plus gaudet, quàm de centum pueris innocentibus, qui nunquam Ecclesiam persequebantur: sicut Paulus malus. Nec ita hostibus succubuerunt, quia nunquam actualiter mortaliter peccauerunt, nec ita Eccle-

fiant exaltauerunt, sicut Paulus bonus, nec ita fortiter de hostibus triumphauerunt.

¶Et sicut de Paulo & Magdalena, & his similibus. Ita de alijs, de quibus Deus cum militia cęlesti gaudet. Sicut mater de filio, quæ quantò infirmitas, de qua filius conualescit, fuerit grauior, & periculum amici in bello & mari maius, tantò conualescentiam filij & euasionem amici & mater & amicus plus gaudent, & plus applaudunt, & Deum laudant de vno tali filio uel amico, quam de multis alijs, qui nec in tale periculum inciderunt, nec tali liberatione indiguerunt. Ita in proposito. Nec mirum, ꝙ plus de eis gaudet: quia meliores sunt. Sicut nanque ciphus fractus ita bene potest reparari auro & argento, ꝙ melior erit quàm fuerat quando integer fuerat & possessor eius nunc de eo plus gaudet, quia melior est quàm alius, qui nunquàm fuit fractus nec si emendatur. Ita in proposito. Cùm ergo Deus de uictoria illorum tantum gaudeat, non est dubium, quin ad modum grati principis, qui fortiter pugnantes, & uincẽtes in bonis temporalibus remunerat: Deus princeps largissimus & gratissimus eos in donis gratiæ, vt fortiores & ditiores in bonis spiritualibus fiant, remuneret, & gratias illorum augeat, per quas facilis videtur esse pugna & pęnitentia, quæ in primo insultu videbatur eis grauis, illaque gratia suffulti & repleti, fortiter agunt, non solum propter salutem propriam: sed, sicut dicitur. Tren. 2. ut te ad pęnitentiam prouocarent.

43 ¶Te (inquam) qui nullam excusationem habes de omnibus prædictis pęnitentiæ impedientis, quare non debeas uitam malam mutare & pęnitentiam agere de prędictis peccatis tuis, in quibus multis annis vixisti, ꝓ quibus omnis ratio dictat, ꝙ multis annis pęniteas, nisi sola inordinate pusillanimitate, qua confitendo, sed non libenter pœnitentiam sustinendo, es sicut infirmus, qui medico plagam ostendit, sed non permittit, ꝙ tãgat, sed clamat, & murmurat, in qua nonnulli intantum infatuãtur stultitia, ꝙ malunt agere pęnitentiã maiorem, quam ipsimet suscipiunt, quàm minorẽ & magis salutarem eis impositam. Sicut patuit de sacerdote, de quo fertur, ꝙ cũ sibijpsi pęnitentiã imposuisset, semper hostia, cùm celebrare vellet, de altari auolauit: vsque pęnitentiam debito modo accepisset. Nec mirum: quia contra omnia iura est, ꝙ quis sit iudex in causa propria. In qua iterũ pusillanimitatẽ seu timiditate, caro se habet ad animam, sicut socius parcissimus, qui cũ socio per viam nolet expendere, sed libẽter vellet cum eo in hospitio lautè comedere. Et sicut socius vęcors in bello, qui nollet impetus belli sustinere, sed libenter de pręda belli gaudere.

¶Anima verò in primò casu carni seruire debet, sicut peregrinus largus, qui non obstãte, ꝙ sciat socium suum parcũ velle murmurare, satis tamen ꝓ eis prouidet, quæ socius durus videns apposita, comedit: licèt cũ murmure; & maximè vbi socio largo, vel contradicere, vel aperte resistere non potest. Sic debet spiritus se habere ad carnẽ. vt de operibus pęnitentiæ & aliarũ uirtutũ tanquã de cibis spiritualibus ꝓ vtrisq; prouideat, quibus caro licet cũ murmure vti debet, anima illa ministrante: exemplo Pauli, qui castigauit corpus suum, & seruitutem redegit, non obstante ꝙ murmurauit per legẽ carnis rebellantem legi mentis suæ. Sic debet spiritus peccatoris carnem timidam & duram ad spiritualia in seruitutem redigere pęnitentiæ, dicens ei illud. Act. 8. Pœnitentiam igitur age ab hac nequitia tua.

¶Octauum pęnitentiæ impedimentum est in aliquibus potestas, in aliquibus uerò paupertas. 44

¶Primum patet in istis diuitibus, qui ita viuunt, ac si non essent Deo, & ecclesiæ subditi, sed exempti, quia paruã in cõfessione recipiunt pęnitentiã;

&adhuc

& adhuc illam paruam non tenent: nisi quando placet eis. quasi ludendo illam tenere: nam non libenter ieiunant, nisi quando non famescunt: nec veniunt ad Ecclesiam, nisi tarde, quando placet, intantum ꝙ oportet, ꝙ Deus pro seruitio suo habẽdo & omnes alij expectent vsque quo in lectis suis: vsque ad magnam diem fortè Primã, vel Tertiam satis luxuriauerint, & sudauerint delitias suas in gula & luxuria dimittunt, quando eas non habẽt, & hoc tantum opere, & non uoluntate. Pompam verò seu superbiam uel fastum quãtum ad equitaturam & vestimenta & ludos illicitos: sicut hastiludia: torneamenta, & huiusmodi dimittunt: quando nec de suo, nec de alieno habere possunt, unde illam nutriant vel exerceant. De his uerò, quę iustè uel iniustè contra cor habent: se tãtum uindicãt, quãdo timore terreno non audent, cupiditatem uerò, crudelitatem, atque tyrannidem iu eis senectus auget, & sola mors extinguit. Et breuiter in quibus potestas & peruersitas simul copulata sunt: ita impenitentes viuunt, ac si Deus nollet, uel non posset, uel non auderet eos punire, & quasi possent sine pęnitẽtia pęnas ęternas fugere, & gaudia æterna obtinere absque hoc ꝙ hic, uel alibi de multis & enormibus peccatis suis pęnitẽtiam agerent. Et ac si per potentiam suam & nobilitatem regnum cęlorum obtinere possent: & illic uoluntatem suam & dominium in omnibus, sicut hic habet, absque morte continuare. Cum tamen uilissimus leprosus, qui in uita ista meliorem uitam habet, in alio seculo maius habebit dominium.

45 Sicut patet de diuite & leproso. Lu. 16. ita ꝙ decij mutabuntur. Et hoc in breui: quia dominatio illorum breuis est, sicut patet per exemplum Ptolomei regis. 1. Machab. 11. qui, expulso Alexandro rege Asiæ de regno suo, ipsoq; Alexandro occiso, & capite eius ei misso, imposuit sibi duo diademata Ægypti & Asiæ, & factum est, ut tertia die

Exẽplũ.

moreretur. Idem patet per exemplum de Nabuchodonosor. Dan. 4. qui dum gloriabatur de potentia sua, statim de regno suo & ex hominibus eiectus est. Vnde textus dicit. Cum adhuc sermo esset in ore suo, uox de cęlo ruit: regnũ tuum transiet, te &c. Et per exemplum Herodis Agripa regis: de quo, ut in historia actuum continetur Apostolorum: Cum sederet pro tribunali in ueste regali: & diuinos honores sibi oblatos non respueret, ut tradit Iosephus: inclinauit se ad eos, qui sibi applaudebant: & dixit eis. Enego Deus uester morior. Et confestim, ut habetur in historia, percussit eum Angelus domini, id est, facta est super eum uindicta domini, qui per quinque dies uentris dolore cruciatus est: & corrodebant vermes viscera eius, & ita paulatim vermibus consumptus expirauit. In quo exemplo veritas ostenditur Scripturæ, quę dicit. 1. Macha. 2. Gloria hominis impij, quasi stercus & vermis, sicut patet. G. 2. 33. Et si illis breuis fuit gloria, & longa pęna, quia hic, dum potuerunt, non egerunt pęnitentiam, timẽdum est ꝙ modernis malis potẽtibus maior erit: licèt non prolixior, quia utrisque æterna poena restabit, quia hic poenitentiam non agunt, quia illi Christi fidem non susceperant, nec multa quę Christus ostendit & pro istis fecit, ostendit, & fecit pro illis, quæ si fecisset fortè pęnitentiam egissent. Vnde istis dicere potest in comparatione ad illos, quod quondam dixit Iudæis in cõparatione ad Tyrios & Sidonios. Matth. 11. Si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factę sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pęnitentiam egissent.

Exemplum.

Exẽplũ.

¶Secunda causa istius octaui impedimenti est aliquorum nimia paupertas. Nam nõnulli uagabundi & ignoti mendicantes, nec Dei, nec Ecclesiæ volunt subijci legibus. Nam luxuria in eis impunita est: quia in uno loco non morantur vsque puniantur. Et si morentur: meretricem uxorẽ uocant. 46

Itaque

Itaque peccatum illud tantò communius in eis est: quantò liberiùs & omnibus ignotius, ieiunant quando non habent comedere: furantur quando sperant euadere, superbiam, uindictā, gulam, non uoluntas, nec timor gehēnæ, uel amor gloriæ, sed rerum reprimit pęnuria, ad Ecclesiam & ad orandum rari & tardi ad Ecclesiam & ad mendicādum prompti & multi. Nam de centum quos uidebis hora nona uicos replere, hostia prandentium innumerosa circunstare multitudine: aures implere clamoribus, uix hora prima decem uidisses in missa, & de mille, qui ueniunt ad eleemosynę diuisionē, vix venirent 20. ad Episcopi prædicationem. Horum pressura uel multitudo in Ecclesia, uel quocunque salutis & sanctitatis actu nullis tędium generat. Hi sunt in rudimentis fidei, in oratione Dominica: in symbolo Apostolorum, & sanctis rationibus ignari, in sortilegijs, & incantationibus, & superstitiosis doctrinis disertissimi, nā inter muliercułas non tantum philosophantur, uerum etiam prophetant, de distantibus & futuris diuinant, sed ad Ecclesiam sola mors illos compellit. Et in his omnibus, quòd pęnitentiam nullam agunt, nisi quam necessitas siue falsa patientia administrat, totū mundum continuis detractionibus & garrulationibus, in quibus uitam expendunt, iudicant, & ipsi saltem in confessione à nullo iudicari uolunt. Quod mirum ergo est, ꝙ & Deus aliquando eos fame mori permittit: ut sic pœnitentiam agant necessitatis, qui nullam agere uoluerunt uoluntatis, quia rarò in eis uoluntariè pręcesserunt, sed necessitate sequebantur pęnitentiæ actus. Sap. 19.

47 ¶Nonum pęnitentiæ impedimentum, sunt diaboli nuncij per quos nititur suos fugitiuos ad seruitium suum reducere. Pro quo est aduertendum, ꝙ in Quadragesima non omnes diaboli fugiunt dominium, sed illi tantùm, qui uoluntate & confessione & satisfactione fugiunt. Alij uerò licet confiteantur, uoluntatem tamen habent iterum delinquendi, hi in diaboli remanēt seruitute, & de illis faciunt nuncios ad primos reducendos, quia quādo duo fuerunt socij in aliquo delicto, & unus recedit, alio remanente, siue sit in delicto luxuriæ, siue furti, siue falsitatis, uel cuiuscunque alterius mali, per remanētem per quem loquitur: de quo proprium facit nuncium, nititur reuocare fugitiuum, de illoque facit falsam faciem, ne cognoscatur, qui duobus modis fugitiuos reuocāt: promittendo aliqua dona & accipiendo periculum super se: hos fugare deberēt, sicut dęmones, quia certum est, ꝙ dæmon est in eis præsens, de quibus dici potest: Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus malignus, qui loquitur in uobis: bonaque ab eis oblata respuunt, ne bona amittant æterna. Nec eis credere deberent de pondere periculi, quia contra Apostolum, est qui dicit, ꝙ unusquisque onus suum portabit. Sed heu in talibus plus peccatoribus sortilegis & huiusmodi credunt, quàm omnibus Apostolis, qui exeuntes prædicabant, ut pęnitentiam agerent. Marci 6.

¶Decimum impedimētum est præsumptio, misericordiam Dei consequendi. Dicunt enim non fecit nos, 48
ut damnaret nos. Quibus respondetur, quod nec aliquis in horto suo arborem plantat fructiferam, ut comburatur, si tamen non fructificat, extirpat & comburit. Sic in proposito, teste Christo, qui ait. Matth. 3. Omnis arbor, &c. Et hoc iustè, quia sicut dicit beatus Gregorius, ad magnam iustitiā iudicantis pertinet, ut nunquam careant supplicio, qui in hac uita nolunt carere peccato.

¶Vndecimum est culpæ maioris cōsideratio, ad quam culpas proprias cōparantes, illas leues reputant, de quibus. Eccl. 32. Prauus homo uitabit correctionem, & iuxta uoluntatem suam inuenit comparationem.

¶Duode-

¶Duodecimum est peccantiũ multitudo. Contra quod est decretũ, sumptum ex verbis Augusti. in Homel. de pœnitentia. 2. q. 1. multi in fi. Non (inquit) illi, quos monemus agere pęnitentiam, quęrãt sibi comites ad supplicia: Nec gaudeant, quia plures inueniunt sibi similes. Nam non propterea minus ardebunt, quia cũ multis ardebunt, immo magis, quia quantò plura ligna sunt in igne: tantò maior est ignis.

¶Decimumtertiũ est peccandi consuetudo, hæc certè non minuit peccatum, sed auget. Extra de symo. non satis. Extra de consue. c. cum tanto.

¶Decimumquartum peccati delectatio est, ꝙ specialiter gulam consequitur atque luxuriam, contra quod pęna opponitur æterna.

¶Decimumquintum est cordis elatio. Tales enim pęnitentiam agere cõtemnunt, uel erubescunt. Et ideo ubi ille, qui se humiliat inuenit locũ pœnitentiæ sicut patet. Luc. 18. de publicano: talis superbus non inuenit locum pęnitentiæ, sicut patet ibidem de pharisęo, de quo & omni sibi simili potest dici illud. Heb. 12. Non enim inuenit locum pęnitentiæ.

¶Decimumsextum est propositum pęnitendi, & uitam emendandi in senectute. Sed sicut corona clericalis in proposito non saluat latronem à suspendio, laico nanque dicente coram iudice, ꝙ habuit propositum coronã habendi, dictum suum ei ad salutem non allocabitur. Ita nec in proposito de illo, qui in tali proposito morte præuentus ad tribunal iudicis rapitur.

¶Decimumseptimum est lucrum. Contra quod nota remedium. P. 8. 25.

Art 14. ¶Illi ergo, qui in tali confidunt
49 proposito, & qui intendunt, sicut dicitur. Heb. 6. rursus reuocari in pęnitẽtiam, magno se exponunt periculo, omnia amittendi, tam uidelicet, animam, quàm bona præsentia & futura, sicut patet primò per exemplum præcedens de corona in proposito.

¶Idem patet secundò per historiam de illo, qui dixit, ꝙ si posset habere tria verba ante mortem, saluaretur. D. 2. 8. Et iustè quidem, sic expectans, omnibus bonis priuabitur per leges. A. 6. 4. Et M. 9 40. Et per legem Ecclesiæ in 6. decretalium. tit. de electione. cap. quamquam, ubi habetur, ꝙ in cathedralibus Ecclesijs uacantibus, si negligitur tempus statutum ad eligendum, deuoluitur potestas eligendi ad proximum superiorem. Et illi, qui nimis expectauerunt, eligendi priuantur potestate. Cui etiam alia lex concordat, quæ ordinat, ꝙ beneficia Ecclesiæ dẽtur infra sex menses. Alioquin ad superioris iudicium deuoluitur collatio. Argumentum ad hoc. extra de supplenda negligentia præla. cap. penul. & ulti. Sic in proposito, qui nõ eligit pęnitentiam in tempore statuto in Sacra Scriptura, quæ dicit. Sanus & viuus confiteberis. Eccl. 17. Qui tunc etiam non dat seipsum Deo: iustè postmodum tam electione, quàm collatione priuabitur, & utraque deuoluitur ad superioris iudicium, qui dicit. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. nec mirum, si tunc potestatẽ amittant seipsos eligendi, uel dandi, & de hæreditate cęlesti ordinandi, cùm secundùm leges seu consuetudines in aliqua patria, uel ciuitate: nullus possit in lecto ægritudinis mortalis hæreditatem terrenam vendere vel alienare, vel aliter tunc de illa ordinare, quàm sanus ordinauerat, uel non ordinauerat. Immo mirum videretur, si tunc possent sic de hæreditate cęlesti ordinare, ꝙ eis pro militię stipẽdio appropriaretur à Deo: qui militiam & arma à Deo accepta. s. bona naturæ, fortunę, & gratiæ, semper usque ad armorum dilacerationem cum Dei aduersario, contra Deum militauerunt.

¶Sanè similes mundi militiam & arma ab aliquo dominio accipiens: & sub illa militia & armis semper vsque ad proximam mortis horam iniustè dimicans, non auderet ab eo militiæ

petere

petere stipendium: timens ne fortè nō stipendium: sed potius suspendium ei daret, qua fronte, audacia, vel conscientia audebant in proxima mortis hora à Deo pro stipendio regnum petere cęlorum, qui ab eo Baptismi, vel ordinum aliorum sacramentorum & donorum accipientes, militiam & arma semper sub militia & armis illis contra Deum decertarunt. Et si petant, mirum & gratiosum est: si concedat. Vide plures leges prædictis concordātes. V.3.9. Ratio verò, ꝙ tardè pęnitēs: sicut per pręd ictas leges & exempla patet; omnia amittet: ostensa est. C.5.14.

50 Tales enim tunc corpus & animam, & quicquid habent: ideo tunc Deo commendant & restitutionem præcipiunt: non quia Deum diligunt: sed quia eis vti vel abuti vlteriùs nequeunt. Vnde est de illis, sicut gratia exempli, dicitur fuisse de vetula: quæ ollam plenam mouens, pauperi aliquid de contentis pro amore Dei & matris eius: & diuersorum sanctorum petēti semper eundem iurauit, quod nihil ei daret, quæ finaliter ex pauperis improbitate multum commota, ita fortiter ollam mouit: ꝙ ipsam fregit & totum effundit, dicens, totum sit Deo commodatum. Quando enim illud Deo. i. petenti pro amore Dei dedisse potuit: noluit, & quando in sua fuit potestate: illud Deo negauit, quia illo ad voluntatem suā adhuc vti sperauit igitur quando illud vti non potuit: illud Deo commendauit & dedit: non quia Deum dilexit, sed quia illud habere ultrà non poterat. Sic est in proposito de his, qui tardè pęnitent: & tunc Deo totum commendant, & restitutionem præcipiunt, & vitam malam dimittere uolunt, & mores antiquos mutare, & peccata deserere, quando eis amplius vti non possunt: immo quando ipsa peccata ipsis inuitis eos deserere volunt, de quibus Chrysosto. Homel.33. de fatuis virginibus super illo verbo: Quæ pararæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias. Quotidie (inquit) sacerdotes clamant in Ecclesia Dei, qui peccauit, pęnitentiam agat: qui non peccauit, permaneat in Deo. Nec seducant vos honores & diuitiæ temporales, quia mors vestra non tardat, & nemo intelligit, nemo obaudit: cùm autem venerit super illos mors: festinant, & anxiantur, uocant sacerdotes, pęnitentiam volunt agere, quando iam pęnitentiæ locus non est quia non propter odium peccatorum sed propter mortis timorem pęnitentiā agunt. Adhuc enim si viuere potuissent, non eis displicuissent.

Exēplū.

¶Tales nāque morientes, vt frequēter in vno deficiunt: quia si profundū cordis & secreta examinarēt consciētię, inuenirent ꝙ recedente infirmitate, vel tribulatione, vel ad solita redirent, vel non omnino, vt deberent, detestarentur. Et hac de causa, vt pręd icta exempla & auctoritas innuunt, damnantur. Quibus etiam concordat historia cuiusdam, cui post mortē amici sui de illo multùm soliciti, & libenter de statu suo scire volentibus, ostensum fuit ipsum fuisse damnatum pro rebus alienis, iniustè detētis. Cui alius: quomodo potest hoc esse, cum in testamēto suo illa bona restitui pręceperit? Cui vox: verum est intentione illa retinendi: si infirmitatem euaderet. 51

Exēplū.

¶Talibus ergo, qui tardè & cum tali veniunt intentione, respōdebitur, sicut fatuis virginibus, per breue regis, quod vocatur. tarde venit. Quæ quidem veniendi mora, sicut facit multos in curijs regum causas suas, & res de quibus agitur, amittere. Ita etiam in curia Dei. Talibus ergo improperando dici potest illud, quod legitur pater Sancti Bernar. dixisse. Cum enim filius sanctus, videlicet, Bernardus moneret patrē mundū deserere: & habitū religionis in monasterio suo recipere: q̄siuit pater, ꝙ ipsum monachū vocaret: non enim patrem tunc me vocare poteris: quia tu Abbas cū sis: tunc pater meus eris: nec filiū, quia nō decet sic vocare patrē suum. Filio verò dicēti, ꝙ de hoc

bene facerent: adiecit pater. Vocabis me (inquit) sol musart pourquoy ie suys venu si tart. Ita in proposito tales cum fatuis virginibus post ianuam clausam venientes, non tantum damna sed etiam derisiones dęmonum reportabunt, dicentium, sol musart &c. Immo etiam irrisiones ipsius Dei, quia iuxta prophetæ sententiam: Qui habitat in cęlis, irridebit eos: in Psal. 2. Nā derisione digni iudicantur, quia petūt, quod nō meruerunt: sicut patet Esa. 58. Me (inquit) quærunt, quasi gens quæ fecerit iustitiam, & quæ iudicium Dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitiæ & appropinquare Deo volunt. In omnibus his veritas regulæ iuris patet in 6. decretalium, qua dicitur, quod mora sua cuilibet est nociua. Festina ergo illam ingredi ciuitatem, antequam portæ claudantur, uel pons eleuetur, ne hospitio careas optato. Et dum tantæ hæreditatis causa, tam periculosè in Dei versatur curia, non negligenter agas: nec vitam tuā, vel tempus tuum iuuētutis leuiter expendas. Et sicut dicitur. Ecclesiast. 33. Non des alijs possessionem tuam, ne forte peniteat te.

Arti. 15. ¶Et ponatur, ꝙ tales in fine vitæ: vitam in melius incipiāt mutare: adhuc
52 cum maiori hoc facient difficultate, & cū minore in aliquo casu laude, quàm si vitam à principio bonam duxissent. Quod cum maiori, hoc facient difficultate: patet, tam exemplis ostensis. C. 8. 14. cū sequētibus. Et E. 1. 7. quàm etiam sequentibus. Ad hoc nanque exempla habentur primò in naturalibus. Nam lignum aridum & antiquatum in curialitate, cum difficultate rectificatur, immo citiùs frāgitur quàm rectificetur. Sic nonnulli illorum, de quibus. Dan. 13. Inueterate dierū malorum &c. Nec mirum, quia sicut non est mirum, ꝙ lignum, quod per quadraginta annos ad vnā declinauit partem, non faciliter ad hoc ducitur, ut omni obliquitate deposita, directè in altum dirigatur. Ita nec mirum, ꝙ illi qui per quadraginta annos, & fortè amplius declinauerunt, inutiles facti sunt, & se elongauerunt à Deo, non faciliter rectificantur, vel Deo per bonam appropinquant vitam: vel totaliter ad eum mentibus eriguntur: sicut patet. C. 7. 14. Sed mirum, & rarum est: ꝙ tales perfectè ad Deum conuertantur: quia ad hoc ꝙ perfectè ad Deum conuertantur, oporteret ꝙ antiquas animarum maculas & sordes, eis diu adherentes, & induratas, cum multis tergerēt lachrymis. Ad modum Magdalenę & ad modum puerorum, a quorum pedibus diu induratum per lotionem lutum, vix sine lixiuia auferetur lachrymarum.

¶Ad quem contritionis & lachrymarum fluuium ne perueniant, multa se opponunt impedimenta, antiquarū, videlicet, culparum: delectationes, cogitationes, & locutiones: & lucra: & proles: & specialiter diabolus omnibus modis, quibus potest, non enim libenter perdit seruum, tam diu possessum. Sicut nanque dominus terrenus auarus: longam in aliqua habens seysinam & possessionem: sed male fidei: non libēter illam dimittit, nec faciliter etiam per placitum ab eius manibus liberatur. Quo exemplo in moribus ostenditur hominum, quàm difficilè sit inueteratum dierum malorū esse iuuenem dierum bonorum: non solum propter impedimenta prædicta: verùm etiam propter antiquam consuetudinem. Est nanque de tali sicut de nutritis in delitijs & bonis morsellis, in curijs & domibus principum, quibus antiquatis & de curia licentiatis: grauis est panis durus & parca dieta, & & vestis exilis, & domus parua. Antiqua nanque gulæ & superbiæ: cęterorumque vitiorum consuetudo: per quā natura sua est quasi alterata: facit eum abstinentiam, humilitatem, & cęteras virtutes quasi rem cōtra naturā abhorrere. Sic de solito ad quecunque peccata, sicut ostensum est in cap. de consuetudine. Et A. 3. 15. Sicut nanque

non

non possunt dum iuuenes sunt, propter naturæ caliditatem: ita nec in senectute propter consuetudinem contrariam. De quolibet ergo tali verificatur illud Apoc.2. Dedit illi tempus vt pęnitentiam ageret: & non vult pęnitere à fornicatione sua. Cuius causam reddit beatus Gregorius, dicens: Vsitata culpa ita obligat mentem, q̄ nequaquàm surgere possit ad rectitudinem. Vide de hac materia. A.3.14. cum sequentibus. Et C.8.10. cum sequentibus.

13 ¶Quantum verò ad secundam partem huius articuli: q̄ non tantum merentur de conuersione sua tarda laudem, posito, q̄ tunc conuertantur. Patet primò, ex doctrina Sanctę Luciæ virginis, quæ matrem uolentem sua bona ei in morte derelinquere, vt tunc illa Deo distribueret: sicut in sua continetur legenda, docuit dicens, q̄ nō satis Deo charus fuerit qui hoc Deo dat, quod secum ferre non potest. Secundò idem ex doctrina ostenditur Ambrosij, in lib. de officijs. Quid (inquit) potest habere laudis, si corpus voluptatibus effectum: & iam senectutis gelu frigidum, ad sera deuotionis officia, deposito iam vigore senior conuertat. Non est enim corona, nisi vbi difficilis fuerit lucta: hæc ille.

¶Obijcienti verò, q̄ isti, de quo loquitur Ambro. debetur corona: quia sicut in priori huius articuli parte ostensum, est talium lucta ad hoc q̄ bonam agant in senectute vitam: est difficilis valde. Respondetur, q̄ difficultas in opere virtuoso ex duobus consurgit.

¶Quandoque nanque consurgit ex parte operantis, quandoque ex parte operis operati. Verbi gratia: ponantur duo ante mentis oculos, quorum vnus semper fuit assuetus ad gulam, & omnes carnis delitias: Alius verò fuit semper assuetus ad ieiunandum in pane & aqua, & portandum cilicium, difficiliùs est primò ieiunare per unum diem in pane & vino: vel fortè abstinere a potu ante prandium, quàm sit alteri per multos dies ieiunare in pane & aqua: difficilius est primo vti tunica ad carnem, quàm alteri cilicio: nec tamen primus plus apud Deum meretur ieiunando vno die in pane & vino, quàm alius multis in pane & aqua, quia difficultas illa non est ex parte vel ex natura operis quod facit pro amore Dei: sed est originaliter causata ex sua mala consuetudine. Nota leges contra tales. V.6.6. Ex parte verò operis operati maior difficultas ex maiori consurgit opere. Verbi gratia. Ponantur ante mentis oculos duo homines eiusdem conditionis, & dispositionis. Isti faciendo æqualia virtutis opera: & æqualiter tentationibus resistendo: æqualem habent difficultatem, & ęqualem apud Deum merentur coronam, cęteris paribus, quorum vnus si plura faciat & maiora & virilius & feruentius omnibus peccatis mortalibus, & quantum humana permittit fragilitas: omnibus etiam resistit venialibus. Iste sicut difficiliorem habet luctam: ita maiorem meretur gloriā. Illo verò quē beatus describit Ambrosius: in aggrediendo opera meritoria, primam habet difficultatē, quæ est ex parte operantis. In resistēdo verò peccatorum exercitijs minorem habet difficultatē quàm iuuenis: sicut ex cōditionibus ibidem patet descriptis. Ergo nec propter difficultatem in aggrediendo, nec propter puritatem in resistendo, illam meretur coronā: quæ difficultati correspōdet operis operati & puritati illius, qui potuit trāsgredi, & non est trangressus, & facere malum & nō fecit. De qua sic in prędicta Ambrosij auctoritate continetur. Non est eñ corona, nisi difficilis fuerit lucta. s. ex parte operis operati, quę pęnitentiā in salutem stabilem operatur 2.Cor.7.

¶Quam qui non habent, sed in senectute illam expectant, totam vitam suam precedentem habent, vel de iure habere deberent: pęnalem, & afflictiuam, plenam timore, propter multa.

Arti. 16. ¶Primò, propter conscientię remorsum, quæ est pęnarum maxima, sicut ostensum est, in c. de cōscientia. Sap. 17. Pessima redarguente conscientia, semper enim præsumit sæua conturbata conscientia. Secundò propter status sui continuam deteriorationem, & à Deo maiorem elongationem: & maiorem inferno approximationem, & fortiorem ligationem. A. 3. 14. Tertiò, propter subitæ mortis præoccupationem, semper enim timere deberet, ne ei diceretur, quod dictum fuit illi. Luc. 12. Stulte, hac nocte repetent à te animam tuam. Quartò propter omnium momentorum temporis abusionem: de quibus districtum dabit compotum, quia secundùm Bernar. Qui vnum capillum capitis non dimittit non numeratum: vnum momentum temporis non dimittet non computatum. Et iustè quidem, quia ex quo tantam de nobis gerit solicitudinem, ꝙ de minimo etiam capillo capitis nostri solicitantur: iustum est, & omni rationi consonum, ꝙ tam diligenter ei seruiamus, ꝙ per minimum momentum ab eius seruitio non vacemus. Sicut ergo, qui multa bona sibi tradita male expedit, eis abutendo, semper tristatur, quando de compoto cogitat. Ita ille, de quo dicitur. Iob 24. Dedit ei Deus locum pęnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbia. Quintò propter diuini furoris & pœnarum infernalium accumulationem. Rom. 2. Secundùm duritiam tuam, & cor impenitens thesaurizas tibi iram in die irę reuelationis iusti iudicij. Sed heu, in omnibus istis non pęnituit populus. Eccl. 18.

54

55 ¶Et hoc est mirabile: quia habens spinę puncturam, illam primo die extrahere nititur, si tamen homo, cuius pedem spina intrat, viuus sit: sic de musca eius intrante oculum, si verò mortuus sit: nihil horum vel sentit vel extrahit. Ex quibus palam ostenditur, ꝙ sentire & extrahere, non sentire & non extrahere, sunt certissima signa vitæ & mortis. Sic in proposito.

¶Sicut insuper si læsi corporaliter dolorem sentirent: & remedium quærerent: & à caussis infirmitatis cessarent, vtpote si infirmitatis ex superfluitate acciderit abstinerēt, remedium inuenire possent. Iterum si damnum, quod paterentur, ex hoc eis accideret: ꝙ contra dominum suum iniustè surgerent: & dominus ille non tantum præsentibus flagellis illos affligeret, verùm etiam multis maioribus illos affligere cogitaret, cum flagella domini sentiret, & se superatos viderent, magnam curialitatem reputarent: si dominus nihil aliud ab eis peteret, quàm ꝙ pęniteret illos proditionis factæ, & ꝙ pro pęnitentia illa omnia dimitteret, sed talem curialitatem inuenient in Deo, qui ait. Hiere. 18. Si pęnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersum eam: Agam & ego pęnitentiam super malo, quod cogitaui, ut facerem ei.

¶Sed heu, nonnulli istam pęnitentiam nimis differunt, semper dicentes: & in Confessione promittentes: ꝙ pœnitentiam facere volunt, sed turpiter à diabolo decipiuntur: qui cogitat de hoc, quod dicunt, volo facere vnum nolo, & de affirmatiua facere negatiuam: Sicut econuerso cogitat de negatiua facere affirmatiuam: dixit. Nequaquàm moriemini. Gen. 3. In qua promissione & falsa prophetia, multos habet discipulos: de quibus dictum est suprà eod. cap. 47. quorum actum prædixit: Hieremias. Tren. 2. Prophetæ (inquit) tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent, uiderunt autem tibi assumptiones falsas. Art. 17. 56

¶Primò, multa tibi promittentes: ut ad eorum societatem uenires.

¶Secundò, te uenientem blandientes, ut apud eos adhuc remaneres.

¶Tertiò, minas apponentes, ne ab eis recederes.

¶In

¶In primo facto omnes prędicti deceptores sic se habent ad illos, quos decipiunt, sicut cęte, in lib. de naturis rerum, dicitur se habere ad pisces maris. Ibi nanque dicitur, ꝙ de ore suo suauem emittendo odorem, pisces appropinquare facit, quos deuorat. Sic isti suauem emittunt odorem & melodiam, dum sicut dicitur Iob 21. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi, & ducunt in bonis dies suos, quę alijs ostendendo & promittendo, multos ad se trahunt, quos turpiter decipiunt, dum vtrisque contingit, quod sequitur, in puncto ad inferna descendunt.

57 ¶In secundo facto illi assimilantur Iudæo, qui loquitur. Iudic. 19. dicens. Mane etiam apud me hodie, & duc lætum diem, & cras proficisceris. Hic sanè modus loquendi maximè diabolo, eiusq; competit ministris, qui volentes à se recedere, nituntur retinere, pęnitentiam & pœnitendi tempus, cras. i. tempore futuro promittentes: quod, vt fortiùs persuadeant: lętos promittunt dies, dicentes: Duc lętum diem. Et si conscientia in illo aliquos remordeat, vel aliqui eos de malis suis reprehendunt, quibus instigantibus ab eis recedere punguntur, laqueum ad eos retinendum parant, & specialiter vbi de restitutione agitur, vel de aliqua re iniuste detenta, vel acquirenda, vel de aliquo statu, vel officio, vel facto lucratiuo, vel de ira & vindicta, vel de aliquo peccato delectabili. In omnibus nanque istis, & his similibus, de duplici prouident laqueo, ne ab eis recedant. Primò nanque conscientias illorũ falsa iustitia glosant in his, quæ ad lucrum pertinent, vel vindictam, dicentes, & informantes illos iustam habere causam, & docẽtes illos ibi iustitiam inuenire, ubi Deus nullam scit inuenire.

¶In his verò quæ ad delectationem pertinent carnis, laqueum falsæ promissionis persuadentes, ꝙ in futuro pęnitentiam agere poterunt.

¶Contra verò omnino recedere volentes. Tertiò: minas apponunt, dicẽtes: Si restituas, pauper eris, nec habebis vnde & tuos sustentabis. Si te non vindicaueris, vilis & miser reputaberis. Si delectationes tuas dimiseris, viuere non poteris: talis nanque complexionis es, ꝙ te talibus vti necesse est: tene ergo ꝙ habes: nec adhuc restituas, quia his indiges & indigebis: nec delectationes tuas adhuc dimittas, quia in fine omnia restitues, & de omnibus pęnitebis. Et sic istis tribus modis promittendo, blandiendo, minando sicut scribitur. Prouer. 11. simulator ore decipit amicum suum, dum de istis tribus clausulis falsam componit chartam, per quàm multi perdiderunt & perdunt hęreditatem cęlestem: dum per istas tres malitias facit plurimos ei credentes inter scanna duo. i. inter iuuentutẽ, in qua pęnitere nolũt: & senectutem, in qua non possunt, vel quia illam, uel quia tempus in illa nõ inueniunt pęnitentiæ, cadere in abyssum inferni. Hoc enim necessariò omnibus diaboli concluditur discipulis: per Pationem. C. 5. 14 In quo loco agent pœnitentiam illam: de qua Ecclesiast. 5. Super furem confusio & pęnitentia. 58

¶Et quidem satis iustè, quia si à Deo maledictus est, & confusione dignus, qui debile pecus offert domino, à fortiori ratione videtur, quòd in periculo illius sunt maledictionis, qui de vita propria debiliorem partem, id est, senectutem Deo offerre intendunt: cùm multò plus Deo placet oblatio bonæ uitæ humanæ, & displiceat oblatio malæ uitæ, quàm pecoris, sed offerrens debile pecus, maledicitur. Malach. 1. Maledictus (inquit) dolosus, qui habet in grege suo masculum & fœminam, uotum faciens immolat debile domino. Eandem sententiam uidetur Deus contra tales fulminare. Esa. 65. Puer (inquit) centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledi-

ctus erit. Hanc ergo timentes sententiam, pęnitentiam agamus tempestiuè, quia sicut dicitur. Eccl. 2. Si pęnitentiam non egerimus, incidemus in manus domini.

Art. 18.
59 ¶Ex cuius periculi consideratione ostenditur, quanta sit stultitia, tardam expectantium pęnitentiam. Si enim rex contra quemcunque uestrum esset iustè iratus, pro qua offensa seu culpa esset quis in periculo suspēdij, uel mutilationis, uel perpetuæ incarcerationis, & mitteret ei, ꝙ daret ei pacem, si ad illum tempestiuè ueniret, & de culpa sua ueniam peteret, si uerò nollet ꝙ expectaret in periculo ꝓprio, quod ad talem pertinet culpam, si hic in casu prædicto uenire tardaret, quis illum stultissimum non diceret? Sic est in proposito de quolibet nostrum.

¶Iterum sicut ille stultus diceretur, qui plus diligit instrumentum famulatus suæ, quàm magnum auri thesaurū. Ita illi qui plus diligunt carnem suam, plusque captant tempus oportunum & tempestiuum circa commoda temporalia quàm spiritualia, plusquam festinant auantagia terrena capienda. Quales ferè sunt omnes, quia si aliquis potens clamasset: immo si Deus qui potens est hoc facere uellet: scilicet ꝙ uellet dare omni ueniēti ad certum tempus uel locum tempestiuè & festinanter magnam summam argenti, uel auri, & si non uenirent ad illud tempus, deficerent, uix est aliquis qui debilitate, uel paupertate, uel quacunque excusatione se excusaret, immo si ire non posset, citiùs ueheretur, quàm venire tardaret. Quorum stultitiam Ambrosius in sermone de Helia & ieiunio redarguens, dicit: Si aurum tibi offeratur, non mihi dicis, cras ueniam: sed iam exigis, nemo differt: nemo se excusat, redemptio animæ offertur, & nemo festinat.

60 ¶Et, quod maioris videtur stultitiæ, non solum animam plus negligunt, quàm corpus, uel corporalia auantagia, sed etiam plusquam iumenta, quia equum omni die vult cibare & adaquare, & si læsus sit, iuuare: uoluntꝙ; ꝙ equi sui omni die tergantur, mundentur, & cibationem & iuuamen & mundationem animę spiritualem differre uolunt, usque ad senectutem. Vnde patet, quòd asinus famescens, habet pascentem, & in puteum cadens, habet extrahentem, & anima non.

¶Iterum sicut stultus reputaretur, qui duos habens equos, ad onera portanda ordinatos, si onus graue, quod ab ambobus uix portari posset sufficienter, debiliori imponeret, quia ipse sub onere caderet & onerans à vectura deficeret optata. Sic qui onus pœnitentiæ, iuuentute quasi equo forti dimisso, senectuti imponit, quæ est equus tam debilis, quòd uix se baculo sustentare & ambulare potest. Stultus ergo est, qui expectat ut onus pęnitentiæ totius uitæ quod à iuuentute & senectute uix perfectè fuisset portatum, si semper pęnitentiam egisset senectuti portandum imponit, quia quomodo possit præsumere, uel qua conscientia promittere, quod tunc omnia faciet & emendabit, & omnem pęnitentiam portabit, quando parum facere vel sustinere potest, quando poterit parum comedere & multum bibere, parum orare & mulum de antiquis factis & fabulis narrare iuuentutis suæ delicta immiscendo cum augmento. Rarò enim visus est talis perfectè pœnitentiam facere, sicut dictum est. A. 3. 15.

¶Iterum, sicut stultus latro uel malefactor reputaretur, si inimicos persequentes fugiens, ante ostium ecclesiæ apertum diu expectaret: & maximè si inimici fortissimi multùm ei appropinquarent, quia dum sic expectaret, & de introitu nimis morosè liberaret: ostium Ecclesiæ posset claudi: & multa alia occurrere possent impedimenta, quæ ipsum ab ingressu arcerent. Ita in proposito, de nobis, ante quos nunc ostium Ecclesiæ tam militantis quàm triumphantis, & ostium ueræ pœnitentiæ apertum est. 61

-Si ergo diu expectauerimus per ostiū ingredi Ecclesiæ: cùm aduersarius noster fortissimus circumeat quærens quem deuoret, & festinet nos in peccatis capere tanquam Dei latrones, quis nos non diceret fatuos? quia interim uel ostium pœnitentiæ claudi potest per mortem improuisam, sicut illis fatuis virginibus, uel multa alia impedimenta occurrere possunt, de quibus Augustinus in sermone 35. Quem (inquit) morbus urget, pœna terret, ad ueram uix ueniet satisfactionem, maximè cum filij, quos illicitè dilexit, sint præsentes, uxor & mundus ad se uocent, multos enim solet serotina pœnitentia decipere. Nota de hoc.M.9.39.

62 ¶Amplius, sicut stultus diceretur & esset, qui in terris, ubi duella malè permittuntur, pugilem, debilem, & senē, & in bellicis rebus inexpertum pro maxima conduceret causa. Pro qua tam pugilem conducens, quàm etiam ipse pugil suspenderetur, si pugil victus sit. Sicut est in aliquibus terris, quando pugnat pro culpa alicui imposita, sicut homicidium, pro qua suspenderetur, si super opus captus fuerit, & dimittere pugilem fortem, maximè contra fortissimum pugnare debeat.

¶Vel qui duos haberet pugiles, vnū fortem, & alium debilem, uel duos equos, unum fortem, & alium debilem, uel duos aduocatos, vnum discretum, & alium indiscretum in potestate & ordinatione sibi subiectos, & vno uteretur, id est, forti vel discreto in causis contra statum, & salutem propriam, uel ipsum sua fortitudine vel discretione sic uti permitteret, & alio uteretur, uel uti intenderet pro negocijs & vtilitatibus proprijs. Sic est in proposito, quia pugilem seu equum habemus fortem & aduocatum discretum, iuuentutem: in qua virtutes naturales sunt robustiores, & intellectus clarior, & memoria peccatorum, de quibus in causis confessionis & salutis aduocare debet recentior, & alium debilem & decipientem senectutem. Si ergo causam belli uel aduocationis nostræ super secundum ponimus, primo derelicto, vel si primo vtimur contra statum & salutem propriam, & secundo vti proponimus pro statu nostro, & hereditate nostra perditis recuperandis, quis nos non tantùm stultos, sed freneticos non nominaret & diceret illud. Hieremiæ 20. Sit homo ille sicut ciuitates, quas subuertit dominus, & non pœnituit eum.

¶Finaliter illorum stultitiam omnia exempla ostendunt sequentia. 63

¶Primò, quia intendunt venire ad opus salutis, pro quo æternam desiderant recipere mercedem, quando esset recedendū. Contra illud Psal. 103. Exhibit homo ad opus suū & ad operationem, supple, à mane vsque ad vesperam. Iudicate vos, si operarium sic uenientem ad opus uestrum, reputaretis dignum mercede.

¶Secundò, quia expectant serere vsque terra, super quam serere debent, si plena spinis & herbis nociuis contra præceptum Dei. Hieremiæ 4. Nolite (inquit) serere inter spinas, videre vos, si talis agricola vberes reportaret messes.

¶Tertiò, quia expectant metere in autumno mortis, quæ non seminauerunt tempore iuuentutis, quod est tempus seminationis bonorum. cùm Apostolus dicat. Gal. 6. Quæ enim seminat homo, hæc & metet. Videte vos, si sit naturale vel consuetum, quòd nō seminans terram, metat, vel quòd seminans de vno semine, metat de alio, quare ergo hoc affectatis in seminibus operum uestrorū, & in seminatione spirituali animarum, ut animabus vestris per totam iuuentutem uestram seminetis vitia & corruptionem; & in senectute & morte cupiatis metere benedictionem, & quòd in tota vita vestra pauca bona opera, & parcè seminetis, & tunc abundanter metere, & mercedes infinitas colligere intendatis,

tis, cùm Apostolus dicat. 2. Corin 9. Qui parce seminat, parce & metet. Et qui seminat in benedictionibus, &c. Gal. 6. Qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem. Et qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.

64 ¶Quartò, quia cum experientissimis lusoribus, id est, mundo, carne, & diabolo ad scacos fortunæ & mundi, ludunt, dicentes vel cogitantes, permittemus eos toto iuuentutis tempore lucrari, & nos amittemus, sed in fine, tota familia amissa, quando ad angulum fugati fuerimus, mactabimus eos. Tales sicut stulti reputarentur apud mundum. Ita isti in proposito apud Deum.

¶Quinto, quia illi credunt diabolo; eiusq; de longa vita promissioni: cui omnes credẽtes decepti sunt. Eccl. 29. Et repromissio nequissima, quæ plurimos perdidit.

¶Sextò, quia inter inimicos mortales nimis diu morantur, quis stultum non diceret illum, qui inter inimicos mortales de morte sua confederatos, & tempus expectantes, quando ipsum occidere possent per diem, vel mensem, vel annum, moreretur, vbi prius fugere posset. Sic in proposito, isti per multos annos, quasi vel sine quasi, immo per totam vitam suã inter hostes animæ in casu prædicto morantur, igitur, &c. A quibus ideo admiratiuè quærit propheta. Baruch 3. dicens: Quid est Israel, quòd in terra inimicorum es?

¶Septimò, quia tota vita sua ædificant in terra: vbi habitare non intendunt, id est in inferno. Aut ergo edificare deberent vbi intendunt habitare: aut finaliter habitare eos oportebit, vbi ædificant.

¶Octauò, quia maximum munus, à rege Deo eis oblatum renuunt. In periculo namque submersionis tabulam pœnitentiæ sibi oblatam, per quam mortem vitare possent recipere nolunt.

¶Nonò, quia festum cęli intrare ꝓponunt, & cum vestimentis charitatis se non induunt, sed credunt & sperant, ꝙ in fine se induant, quando ituri sunt. Sic præsumpserunt multi cum habitu exire charitatis, & cum veste nuptiali, qui tamen exierunt cum sacco seruilis timoris, quia plus timore, quàm amore pęnituerunt, quia aulam cœli non intrauerunt, quia (sicut dicitur. Hester 4.) Non erat fas induto saccum intrare aulam regis. Ex quibus 65
patet, ꝙ magnum est periculum tardè pęnitentium, quia sicut multi accipiunt Crucem spiritualem pęnitentiæ in Quadragesima, & multi Cruce signantur ad terram sanctam, & tamen pauci in prima pœnitentia perseuerãt: & cum secunda pauci terram sanctã, pauci terram intrant viuentium. Ita de accipientibus pęnitentiam, in ultima mortis hora: pauci terram intrant viuentium, quia de multis illorum timendũ est, ꝙ plus timore, quàm amore pęniteant. Et posito, ꝙ pęniteant in fine: tamen sic expectantes, magnã committunt stultitiam, & magno se exponunt periculo, quia pro omni hora & die in quo peccant, vel in peccato pseuerant, oportet ꝙ agãt hic vel alibi pęnitentiã tali modo, ꝙ si hic illã agãt, quandoque oportet, ꝙ ꝓ peccato, quod vna hora vel die cõmittitur, decem annis pęniteant, sicut patet per Decretum. O. 6. 71. Aliquando septẽ, aliquando plus, aliquando minus, quam quidam pęnitẽtiam, quia multi ante finem pœnitent, hic non perficiunt, illi verò qui in fine pęnitẽt, perficere non possunt, oportet ꝙ in alio sęculo illam perficiant, in quo non decem vel septem faciant annos, sicut hic fecissent, sed pro omni die quem hic fecissent, ibi faciunt annum, per auctoritatem Ezechielis, supra allegatam. eod. cap. 15. Ex qua sequitur, ꝙ si hic tantũ peccasset, ꝙ ſm iura Ecclesię in hoc sęculo oportuit centum annis pęnituisse, si tantum vixisset, de qua tñ pęnitentia centum annorum, licet in fine

fine contritus & confeſſus fuerat: nullum diem hic pereg ritoportet, ꝙ in alio ſeculo per tot annos illam duriſſimam ſuſtineant pœnitentiam, quot dies ſunt in centum annis, quos hìc in pœnitentia non peregerunt: de qua ſi vnum diem guſtaſſent: libentiùs hìc centum annis quàm ibi vno die pœnitentiam agerent: ſicut oſtenſum eſt ſupra eodem cap. 30. De illis ergo dici poteſt illud Hiere. 6. Væ uobis: quia declinauit dies. Si ergo illi, qui ibi nunc ſunt, prius quàm illud deſcenderint, pœnam illam guſtaſſent: ſicut dicitur Matth. 11. In cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent.

Art. 19. ¶Quam ſi facere noluerint, ante-
66 quàm mortem propinquam & corde uicinam imaginauerint, ſimiles ſunt primò latronibus: qui furtum dimittere nolunt: nec ueritatem, de malefactis ſuis oſtendere: nec aliena, quæ abſconderunt, propalare, uel reſtituere, antequàm ſe morti adiudicatos intellexerunt, hoc enim facere nō vult: dū ſperat euadere: per quorū tamen oſtēſionem nec hìc quandoque, nec in futuro confuſibilem mortem euadūt: qui ſi in principio dimitterent, utranque euaderent mortem. Sic in propoſito: iſtis non tantum ſic: ſed ſtultius contingit per rationem, ſiue argumētum, quod illis, ſiue iſtis fieri poteſt ex dictis ſupra eod. cap. 61.

Vipere. ¶Secundò: ſunt ſimiles uiperis & ſerpentibus: qui uenenum non dimittunt, antequàm flagellentur: quibus poteſt dici illud Matth. 3. Genimina uiperarum, quis uos docuit fugere à uentura ira? Nonne mortis timor: quo dimiſſo, conſultius prius facite dignos fructus pœnitentiæ.

67 ¶Tertiò aſſimilantur pauperibus tardè uenientibus, poſtquàm eleemoſyna eſt data: & tardè de nocte ad ciuitates uenientibus: quarum portæ de die clauduntur, ſicut accidit in ciuitatibus, quæ ſunt de guerra: ſicut patet in Italia: ad quas nimis tardè ueniens, non intrat: nec extra in aliquibus locis ſunt domus, in quibus hoſpitari poſſunt propter guerras. Sic uenientes: malè hoſpitantur: & ab inimicis ſuſannantur: dicentibus illud. Eſaiæ 27. Expecta reexpecta, &c. Sic tales malè hoſpitantur: & à dæmonibus ſubſannantur. In quorum perſona dicit propheta: in Pſal. 34. Tentauerunt me, ſcilicet, prius ſanum: ſed ſubſannauerunt me ſubſannatione: frenduerunt ſuper me dentibus ſuis, morientem & tardè pœnitentem.

¶Quartò aſſimilantur ſtulto, qui in nemore bis uel ter tentans, utrū onus 68
leuare poſſit, uel portare: & inueniēs, quòd non poſſet, plura ligna ſuperaddens & onus aggrauans: expectabat uſque onus grauius eſſet: & ipſe debilior: promittens quòd tunc illud portaret, qui prius onus leuius ipſe fortior portare non potuit. Sic de illis, qui dicere poterunt illud Pſal. 37. Onus graue grauate ſunt ſuper me: putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ.

¶Quintò malis aſſimilantur ſeruis, qui bene non faciunt, ni ſi uerberentur, & malis operarijs, q uiriliter operari nolunt: niſi domino, quem timēt, appropinquante. Sic tardè pœnitens, de quo ratione iſtius ſimilitudinis dicitur Eccleſiaſti. 33. Seruo maliuolo tortura & compedes.

¶Sextò aliquibus aſſimilātur equis, propter duas conditiones.

¶Primò, ſicut aliqui equi non per- 69
mittunt ſecurari, uel ferari antequàm conſtringantur, & durè tractentur, uel proſternantur. Ita, &c.

¶Secundò, quia ęquales & eiuſdem conditionis faciunt ſeipſos & equos ſuos: quia ſicut equos ſuos poſtquàm ſunt in torneamentis & haſtiludijs, & huiuſmodi uanitatibus, & ludis prohibitis, confracti, ad quadrigam ponunt. Ita cogitant de ſeipſis, quòd uidelicet in ſenectute poſtquàm fuerint in uanitatibus, & peccatis & iniquitatibus confracti, &

laſſati:

lassati: in tantum quòd ueraciter dicere poterunt illud Sap. 5. Lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis: ambulauimus uias difficiles: uiam autem domini ignorauimus: tunc se humiliare uolunt, dicentes illud Psal. 72. Vt iumentum factus sum apud te, ad portandum currum tuum, & quadrigam domini. De qua Zach 6. In quadriga quarta equi uarij, quia ore suo benedicebant, asserentes, quòd esse uellent currus Israel auriga eius. 4. Regum 2. Sed corde suo uariabant aliud cogitantes. Ideo talis potest dici equus: de quo Apo. 6. Equus pallidus per senectutem & infirmitatem: & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum.

70 Exēplū. ¶Septimò tales stulto assimilantur mercatori: de quo causa exempli dicitur, quòd ad nundinas ueniens & per peccatum circumens: Cùm quæreretur, quid uellet. Respondit, animal quòd corpus, & uitam habeat asini: & caudam pauonis: seu auream: quod cū inuenire non posset: nundinis finitis: de nundinis nihil habens: fatuus ab omnibus & irrisione dignus reputabatur. Sic de nonnullis illorum: qui uitam habere uolunt turpem, asininam, animalem, animaliter uiuendo: & sicut animal brutum desideria sua sequēdo: de quibus. 1. Cor. 2. Homo animalis non percipit ea, quæ sunt spiritus, &c. sed finem uellent habere sanctum, dicentes: Deus det nobis bonū finem: sicut ille malus Balaam, qui dixit: Moriatur anima mea morte iustorum. Numeri 23. Sed heu, nonnulli illorū: quia hoc simul inuenire nequibant: huius mundi finitis nundinis se uacuos & omni bono carentes inuenerunt: quorum quilibet, sicut uitam habuit uel habet asininam: ita sicut scribitur. Hieremię 22. Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Hierusalem.

71 ¶Octauò tales uocem fingunt & assimilant cornicum cantantium, cras, cras: quia pœnitentiam semper procrastinant. Sed aduertant & timeant, quia dum ipsi sic cantant: coruus inferni sic cantat: qualm: qualm: quia dū ipsi promittunt se uelle in posterum corrigere, & uitam differunt in melius emendare: ille nititur & frequenter in nisu prçualet eos effectu illius propositi defraudare: eos uarijs infortunijs sine uera pœnitentia occidendo, ostendens: quoniam hæc est repromissio nequissima, quæ plurimos perdidit. Ecclesi. 29. Finem ergo malæ uitæ diligenter cōsideranti: melius esset tempestiuè cum columba delicta gemere iuuentutis, & ad arcam redire Ecclesiæ, & saluandorum vnitatem, quàm cū auibus coruini generis pœnitentiam sic procrastinare, quòd ad Ecclesiæ non redeunt charitatem, sed spoliantur: sicut ille. A. 12. 36.

¶Nonò similes sunt Ægyptijs, qui equis irruentibus quando euadere non potuerunt, dixerunt: fugiamus. Exo. 14. Sed sicut nec illi: ita nec isti fugere poterunt: quia Esa. 30. dicit dominus. Velociores erunt, qui uos persequentur. 72 Exēplū.

¶Decimò similes sunt Cayn: Nam sicut ille secundùm Augu. spicas corrosas & conculcatas & rerum suarum partem Deo obtulit peiorem. Ita isti, de quibus dicit Bernard. Quid facitis iuuenes: qui florem iuuentutis, uestræ offertis diabolo: & fœces senectutis uestræ Deo: securius esset cum Abel primitias Deo offerre iuuentutis, dicentes: Manè astabo tibi: & in matutinis dñe meditabor in te: in Psal. 62. Exemplo Christi: qui in iuuentute & maxima fortitudine baptizabatur, & pœnitentiam agite ieiunando, &c. Sic pœnitētiam agite, & baptizetur vnusquisque uestrum. Actuum. 2.

¶Illorum uerò, qui nec in iuuentute, qui nec in senectute ueraciter, sed fraudulenter pœnitent: Primò ostenditur similitudo. Secundò quomodo Deum offendunt. Tertiò, quòd damnum proprium plus faciunt. Quantum ad primum, similitudo illorum Arti. 10. 73

primò

primò in rebus inuenitur insensibilibus: quia dum pœnitentiam ore fingunt & ostendunt, quæ in corde non radicatur: similes sunt sepulcris, exteriùs dealbatis: & interius plenis omni immundicia. Et dum in signo contritionis & confessionis ueram ostendũt pœnitentiam: sed in signo restitutionis & satisfactionis deficiunt, auro assimilantur alchimiæ: quæ in aliquibus liquefactionibus & probationibus, naturam auri & bonitatem ostendũt: tamen quia falsum est, deficit liquefactione.

¶Secundò similitudo illorũ in animalibus inuenitur irrationalibus, sicut patet primò per dicta. I. 10. 4. Secũdò idem patet iterum per conditionẽ lupi uel vulpis, qui non dolent morientes: quia animalia deuorauerunt: sed quia amplius uiuere non possunt: ut plures deuorent: quod factum sequens ostendit: quando conualescentes peiores quàm prius fuerat, efficiũtur. Sic in proposito: sicut patet per illum, de quo habes. T. 5. 30. Vnde sicut lupus uel vulpes per talem humiliationis uel doloris exterioris ostensionem manus non euaderent pastores ipsos inueniens: etiã si inter oues quasi mites & humiles mortis timore se ponerent. Ita nec isti: de quibus in Psal. 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomẽ tuum Domine.

74 Mus. ¶Tertiò similitudo illorum, in natura inuenitur muriũ: quia sicut mus, qui tantum catti timore foramẽ exile & bladis nocere timet: prius modicũ extra foramen se ponit: sed insidiatoris timore se retrahit: sicque bis facit uel ter, & pro tanto audacius & ad distantius se exponit pro quanto in primo uel secundo exitu non capitur. Ex quo facto cattum, qui propè latitat, lõgiùs abesse fantasiatur: sicque fit, quòd ex illa audacia tantum exit ꝙ mortem acquirit. Sic illi, qui tantum se timore mortis à catto absconderunt inferni in foramina vulnerum Christi, qñ infirmabantur, uel qui timore uel uerecundia mundana, in Quadragesima peccata uidentur deponere: uel q̃buscunque temporibus exire, & luxuriari & furari, & huiusmodi maleficia facere timent paulatiuè post infirmitatem: & Pascha, uel illos uel illas, cũ quibus peccare solebant, aspiciũt: mutuisque occursibus, aspectibus, & loquelis delectantur, & se assuefaciunt: sed tamen à facto se retrahunt adhuc sanè cum morte & Pascha longiùs abesse imaginantur: quando etiam illi, qui tantũ uerecundia uel timore cessabant, peccare mundano: quãdo, quẽ timẽt: abesse ęstimant, scelera sua perpetrant: apertè procedentes usque à catto inferni deuorentur: qui semper latenter circumit: quęrens, quem deuoret. 1. Pet. 5. Nec vnquàm à malefacientibus longius abest: sed eis semper associatur. Cui resistite fortes in fide, & in uia quam incepistis, & infra foramina vulnerum Christi. Et sicut uos admonet Apostolus. Eph. 6. Induite uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli.

¶Sed heu, pauci sic se armant, uel diu post infirmitatem, uel Pascha in bona uita stant, in quo se ostendunt mendaces & malè ad communionem accessisse: uel instabiles: vnum istorum illos necesse est concedere.

¶Tertiò similitudo illorum in natura inuenitur hominum. Et primò in 75
conditione obsessorum: de quibus habetur. I. 10. 5.

¶Secundò in promissione & conditione cuiusdam trufatoris, de quo fertur: quòd in mari in periculo existens submersionis, Deo promisit oblationem cerei ad magnitudinem mali nauis: & alio dicenti, quòd omnia bona sua ad hoc non sufficerent. Respondit: si haberent pedem in terra sicca, non haberet pro me candelam pro lecto suo. Ita isti in periculis & in uinculis & in carceribus & infirmitatibus & confessionibus multa Deo promittũt, & uouent: de quibus, cùm liberati fuerint: minimũ non soluunt. Contra Dei Exẽplũ.

præcę-

præceptum per prophetam, dicentem: Vouete, & reddite Domino Deo uestro. Et hoc tempestiuè: quia Exo. 13. præcepit Deus, dicẽs: Sanctificate mihi omne primogenitum, & non ultimogenitum. Illi pręceptum hoc implent moraliter: qui opera Deo sanctificant iuuentutis. Tertiò in condi-

Exẽplũ. tione & promissione alterius deceptoris: de quo fertur, quòd in periculo submersionis existens, in peregrinatione quadam, uersus sanctum Michaelem: sancto Michaeli primo uaccam suam promisit se daturum: periculo uerò crescente, adiunxit & uitulum: periculum uerò euadens, dixit: Neque uaccam, neque uitulum.

76 ¶De omni tali eleganter scribitur Ecclesia. 20. Est qui præ confusione promittit amico: & lucratus est eum inimicum gratis.

¶In quo notatur secunda pars huius articuli Dei, uidelicet, offensa: nõ tantùm de hoc, ꝙ non ueraciter & tẽpestiuè pœnitent: sed etiam de hoc, ꝙ in periculis, (ut prædictum est) multa ei & sanctis suis promittunt, quæ liberati dimittunt: & Deum & Sanctos suos offendunt: per quorum tamen dimissionem uel subtractionem illos non offenderent, si illa non promisissent uel uouissent. Et sic sicut in ꝓdicta patet auctoritate: de amico faciunt inimicum gratis. Quia sicut amico gratis aliqua promittens, & non soluens: cùm posset: tãquàm minus uerax ab eo minus diligit. Et sicut pacem cum amico frangens: & iterum ei pacificatus: si iterũ ad insidias & inimicitias conuertitur: uel si proditoriè cum eo de pace tractat, plus offendit. Ita isti plus Deum offendunt: uel qui infirmitate & periculo multa ei promiserunt: quę non soluunt, liberati uel ueram pacem tunc cum eo faciunt, quam postea frangunt: uel insidiosè & proditoriè tunc diem tenẽt amoris, aliud in cordibus cogitantes. Nec mirum, ꝙ Deum offendunt: quia si rex quæreret amicitiam cum subdito suo: & staret ad ostium suum: ut intraret, ut cum eo pacem faceret, si ei non aperiret, sed diceret: expecta usq; ad senectutem uel mortem, multùm offenderetur: & specialiter si seruus esset in culpa: & rex in iusta parte. Ita in proposito, de Deo: qui dicit Apoca. 3. Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuam: intrabo ad illum, & cœnabo cum illo: & ipse mecum: Cęnabo (inquit) hic cum illo in gratia, & ipse postea mecum in gloria.

¶Ergo à contrario sensu, si quis nõ aperuerit mihi, sed dixerit: expecta usque ad senectutem, uel mortis infirmitatem: & nec tunc ei ueraciter pœnitendo aperuerit: non cęnabit Christus cum illo: nec è conuerso. In quo ostenditur tertia pars huius articuli: damnum uidelicet falsè promittentium & pœnitentium, quod quidẽ damnum quantum ad falsè promittẽtes, id est, non tenentes, quod promittunt: per exemplum ostẽditur de medico & patiente suo, quia sicut paciẽs salarium in infirmitate medico promissum: sanus non soluens: quando ad medicum in alia necessitate clamauerit: ipsum nõ inueniet promptum, nec ad eius liberationẽ paratũ. Ita nec isti in ꝓposito, inuenient Deũ paratũ, sed contrarium, qñ iterum in maxima sua necessitate cum fatuis clamauerint uirginibus, dicentes: Domine, domine, aperi nobis. Quia nec tunc, id est, morientes ad ipsum clamabunt, quia ipsum diligunt: sed quia timent, & propter utilitatem propriam, sicut fatuę uirgines, quę clamauerunt: quia alias uirgines sapiẽtes & Deo obediẽtes ad magnam gloriam intellexerũt à Deo promotas & dotatas: cum quibus licèt nimis tardè, libenter partem accepissent. Vnde in hoc habendi desiderio nõ prædictis fatuis uirginibus Exẽplũ. tantùm: uerùm etiam filio cuiusdam regis, cuius nomen Gobardus fuisse dicitur, assimilantur. Hic nanque rex duos habẽs filios, hunc uidelicet Gobardum,

bardum, & alium nomine Lothariũ, illorumque (ut fertur) uolens probare obedientiam: seniori Gobardo, uidelicet, priùs iniunxit paruam obedientiam: qui illam facere renuit. deinde idem iniunxit minori: qui humiliter patri obediens, à patre statim tãquàm humilis & obediens magnam de dono accepit hæreditatem & dominationem. Quod cùm uideret Gobardus, lucrum uidelicet fratris non nunquàm patri ueraciter obediens, uel dolẽs ꝙ ei priùs tanq̃ patri amicabiliter & filialiter, non obedisset, sed tãquàm consimilis lucri & doni cupidus, & dolens quòd tale munus amisisset, clamauit ad patrem, quòd ipse etiam libenter obedire uellet. Cui pater: trop tard uenu Gobard, id est, nimis tardè aperuit os suum, uel locutus est Gobardus: uidit enim & intellexit pater, qua intentione obedire uoluit. Ita Deus pater duos habens filios, bonos, & malos, omnes nanque sui sunt filij per creationem. Deut. 32. Nonne ipse est pater tuus, qui possedit, fecit, & creauit te: utrique obedientiam iniungit bonorum, dicens: Ite & uos in uineam meam. maior uerò patri obedire renuit, qui tamen morti appropinquans intelligensque magnam mercedem esse filio largitam obedientia Deo, qui dicit: Voca operarios, & redde illis mercedem: timensque ne ab illa mercede tãquàm inobediens defraudetur, & pœnis grauioribus puniatur clamat ad Deum, dicens: Patientiam habe, & permitte me uiuere & ero tibi obediens, & omnia tibi reddens: quod si nolueris, da mihi gloriam ęternam, quam fratri meo dedisti obedienti. Quæ quia petit nec amore filiali, nec charitate, sed potius timore seruili & cupiditate informatus: sicut Esau. Gen. 25. benedictionem petiuit patris. Et sicut Basdam. Numeri 23. petiuit quòd nouissima sua essent iustis similia. Ideo sicut isti, ita illi optata carebunt benedictione: quia sicut dixit in Psal. 108. de quolibet illorum. Dilexit maledictionem, & ueniet ei: noluit benedictionem, & elongabitur. Noluit (inquit) quando potuit ideo inquit, elõgabitur ab eo, quando uoluerit in senectute uel lecto mortis.

¶Idem uerò damnum falsè pœnitentium ostẽditur per exemplum de illo, de quo fertur, quòd moriens, uidebatur magna signa ostendere pœnitentiæ & deuotionis, crucem osculendo, & super pectus suum ponendo, qui post mortem suam cuidam apparens, se damnatum asseruit. Cui alius: hoc mirum est: quia ita deuotè signa ostendisti pœnitentiæ, & ita humiliter crucẽ adorasti. Cui ille: ita diligẽter pectori meo illã apposui, qa frigida erat, ut pectus calidũ refrigeraret. 78 Exẽplũ.

¶Ex quo facto ostenditur, quòd licèt tardè pœnitentes ueram uideantur hominibus pœnitentiam ostendere, tamen quantum ad Deum, qui cor intuetur, falsam agunt pœnitentiam quam uerbis uel signis exterius glosatam, homines quidem decipiũt, sed Deum nequaquàm decipere possunt. Talibus nanque uerbis homines decepisse quidam legitur usurarius, qui infirmatus, antequàm sacramenta, uel ecclesiasticam obtinere potuisset sepulturam, restitutionem per se, si conualesceret, uel per Ecclesiam, si dicens clauderet extremum, promisit usurarium, qui sanus effectus, quatuor restituit solidos, qui in multis tenebatur libris, à quo cùm quæreretur, quare, sicut promisit, usurarum non restitueret lucra. Respõdit: ita facio, restitutionem enim promisi, sed non omnium, quod ergo promisi, tenui. Iste quidem quo ad mundum & homines, uerba tantùm audientes, sufficienter pœnitere uidebatur: Sed tamen quo ad Deũ, qui cor intuetur, falsam egit pœnitentiam, sophisticè loquendo, nec quòd omnia restitueret intelligendo, sicut factum sequens & interpretatio 79

propria

propria ostendebat: contra præceptũ sacræ scripturæ, quod dicit. 4. Reg. 8. Restitue & omnia quæ sua sunt. Sicut ergo ipsum tunc mortuum, pœnitentia illa non saluasset, ita nec ea similes. At hoc ergo, quòd pœnitentia sit uera, & saluans pœnitentem, necesse est, quòd ita Deo in corde per fidem & bonam intentionem pœnitentiam ostendat: sicut exterius ore pœnitentiam ostendit hominibus: testificans Iudæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiam & fidem Act. 20. Pœnitentiam, quo ad mundum, & fidem quo ad Deum.

¶ Pœna. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Pœnarum sensibilium, quædam sunt mundiales; quædam purgatoriæ; quædam infernales. num. 2.*

3 *Ad quos cuiusuis gubernationis ratione aliorum pertinet punitio; non nocendi, uel acquirendi cupiditatem; sed corrigendi in iudicando, absoluẽdoq; habeant intentionem, necessum est.*

4 *Vt pœnarum executio ordinata esse queat; pœnarum generalitas, ac proportionalitas, nec non obiecti congruitas requiri exprimitur num. 5. 6. 7.*

8 *Pœnarum infernalium certitudo quãplurimis euidentijs, & auctoritatibus explicatur. num. 9. 10.*

11 *Non modò infideles, qui Christi fidem minimè receperunt; uerùm etiã malos Christianos, in mortali decedentes peccato; immo hos illis grauiùs in inferno damnandos, cruciandosq; esse, non te lateat. num. 12. 13.*

14 *Pœnarũ infernalium æternitas; æternitatisq; causa; necnon & modus, quo percipi facilè potest; quomodo damnati semper comburuntur, ac nunquam consumuntur, explanantur. num. 15.*

16 *Quas patiuntur pœnas in inferno dãnati, conuenienter secundùm eorum demerita esse, pulcherrimis rationibus, ac ueteris, & noui testamenti auctoritatibus, comprobatur. num. 17.*

18 *Damnatorum pœnæ quàm magnæ in inferno sint; pulcherrimis declaratur rationibus. num. 19. 20.*

21 *Tam operationis, quàm omissionis. uoluntatis, ac consensus peccata puniẽda esse: quinetiam auxilium, consilium, uel fauorem in peccando præbentes; ac etiam non resistentes, ubi eis resistere incumbit, æterna plectendos esse pœna, non te prætereat. numero 22. 23.*

24 *Optimum autem ad omnes prædictas pœnas euadendas remedium esse scias; uniuersis tam culparum quàm pœnarum radicibus, principijs, atque causis resistere. num. 25. 26.*

Pœnarum. Primò ostẽdit distinctio. Secũdò ostendit qualem illi, qui alios temporaliter puniũt, habere debeant intentionem. Tertiò quàm iustam & ordinatã executionẽ. Quartò pœnarum infernalium ostenditur certitudo. Quintò æternitas. Sextò conuenientia. Septimò magnitudo. Octauò, quòd in illa non tantum puniuntur peccata operationis: sed etiam uoluntatis, & consensus, & omissionis. Nonò remedia ostendere restat, per quæ illas euadere poterunt, qui uoluerunt.

¶Quantum ad primum, pœnarum sensibilium quædam sunt mundiales: quædam purgatoriæ: quædam infernales. Quarum prima à Deo ordinatur ad peccatorum correctionem: dũ hic uiuunt, & corrigi possunt: & ob alias causas: sicut ostẽsũ est. T. 5. art. 8. Artic. 1. 1

¶Secunda ordinatur ad peccatorũ venalium mundationem in carcere purgatorij.

¶Tertia ordinatur ad finaliter, & incorrigibiliter peccantium damnationem.

¶In prima Deus frequenter bona exteriora aufert & minuit. In secunda animas ad tẽpus incarcerat. In tertia

miseros

miseros ęternaliter mortificat: & hoc statim post mortem. Et est de summo iudice Deo in hoc casu: sicut de iusto iudice terreno ĩ iudicijs suis: qui alios pro delictis suis punit in rebus mulctando: alios corporaliter & personaliter affligendo & incarcerando: circa tamen mortem. Alios ad mortem iudicando. Sic Deus. Nam in prima punitione bona retrahit & impedit exteriora: sicut patet. T. 5. per totum.

¶Secunda uerò miseros detentos grauiter affligit: sicut patet ex dictis. M. 11. 55. cum sequẽtibus. & 61. & 136.

¶Ad quid uerò sit ordinatus & quæ purgat peccata: per Decretum ostenditur: beati Gregorij. 4. Dialo. Et habetur distin. 15. qualis: sub eo, qui sequitur, tenore. Qualis quisque hinc egreditur: talis in iudicio repræsentatur. Gl. hoc uerũ est de summè bonis & summè malis. Sequitur. Sed tamen de quibusdam culpis esse ante iudicium purgationis ignis credendus est: pro eo ꝙ ueritas dicit Matt. 12. ꝙ si quis in spiritum sanctum blasphemiam dixerit: neque in hoc seculo, neque in futuro remittetur ei. In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo: quasdam in futuro posse relaxari: quod enim de vno negatur consequẽs intellectus patet: quia de quibusdam conceditur, sed tamẽ (ut prædixi) hoc de paruis minimisque peccatis fieri posse credendum est: sicut est assiduus & iocosus sermo: immoderatus risus uel peccatum curæ rei familiaris: quæ uix sine culpa agitur uel ab ipsis, qui culpam qualiter declinare debeant, sciunt: quæ omnia etiam post mortem grauant: si adhuc in uita positus minimè fuerunt relaxata. De hoc etiam igne dicit Decretum: de pœnis. distinctio. 7. cap. si quis. §. sed quoniam multa: sumptum ex uerbis Aug in lib. de pœnitentia. Hic autem ignis & si ęternus non sit: miro tamen modo grauis est. Excellit enim omnem pœnam quam vnquàm aliquis passus est in hac uita. Nunquàm (inquit) in carne tanta inuenta est pœna: licèt mirabilia martyres passi sunt tormenta. Studeat ergo quisque sic delicta corrigere: ut post mortem non oporteat pœnam tollerare. Quædam enim peccata sunt mortalia, quæ in pœnitentia sunt uitalia, non tamen statim sanantur: sæpe enim est, ꝙ quis moreretur, nisi medicaretur, non tamen statim sanatur. Qui autem impęnitens moritur, omnino moritur, & ęternaliter cruciatur. Qui enim impęnitens finitur, si semper uiueret, semper peccaret. Ac Dei est miserantis, quod operatur finẽ peccandi. Glosa interlinearis. Ideo tollit malos, ne malum ipsorum amplius augeatur. Sequitur. Ob hoc etiam torquebitur sine fine: hæc ibi.

¶In cuius ultima auctoritatis parte, causa ostẽditur tertiæ partis huius arti. 1. pœnæ ęternalis sine fine. De cuius inferni acerbitate & cõditione dictum est. M. 11. 12. & 85. Quòd uerò pœnalitatis illius afflictio ex multis consurgit: ostensum est. D. 1. 4. Illius insuper pœnarum multitudo uersibus ostenditur sequentibus. Iudice scriptura: caligo: iuncta flagella. Frigus, flamma: timor: uermis, confusio: fœtor: Sunt barathri pœnæ, quas debet quisque cauere. 2

¶Ex cuius pœnæ seu finis peccantium consideratione ueritas patet scripturæ quæ dicit Ecclesi. 21. Via peccantium complantata lapidibus: & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnę.

¶Exemplum uerò & similitudo ꝑdictarum trium pœnarum in legibus inueniuntur ciuilibus: per quas aliqui pro delicto suo uerberantur: aliqui relegantur: qui cùm redierint, sua habebũt. Aliqui in exilium sine spe mittuntur remeandi. Probantur hæc omnia in ff. nouo. lib. 10. titu. de pœnis. l. si quis fortè. Sic in proposito: peccatores & etiam iusti uerberantur in hoc seculo: in purgatorio relegantur: quia sua, quæ priùs bene egerunt, cùm exierint habebunt. Alij uerò in infernum: quasi in exilium mittuntur. Iterum

secun-

ſecundùm legem aliqui pro delictis aliquibus carceri adiudicantur perpetuo. Aliqui ad tempus pro delictis detinentur. Sic in propoſito de adiudicatis inferno & detentis in purgatorio. Quas etiam leges lex confirmat diuina. Deutero.25. Pro menſura delicti erit & plagarum modus. Et Eſa.27. In menſura contra menſuram cum adiecta fuerit, adiudicabit eam. In quibus etiam auctoritatibus clarè oſtenditur: quòd ſicut in cęlo, in quo manſiones multæ ſunt, gradibus differentes, uel ęqualiter ualentes ſecundùm quod in uirtuoſis operibus gradus differentes: uel ęqualitatem habuerunt meritorum. Ita in locis miſeriarum differentia uel ęqualitas reddatur pœnarum, ſecundùm differentiam uel ęqualitatem demeritorum: ut in omnibus tãme ritum, quàm demeritum attendatur bonorum & malorum, & iuſtitia oſtendat tribuētis, de quo in Pſal.61. Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua. Et apud quem ſecundum ſimilitudinem delicti affligitur: ſicut dicitur Sapien.18.

Artic.2. ¶Simili pœna ſeruus cum domino.

¶In quibus facta, uidelicet, & auctoritate exemplum datur primò ut alios rectè puniant hi, quibus ratione officij, ſtatus, uel dignitatis, uel cuiuſcunque gubernationis aliorum pertinet punirio. Et quia facienti, rectum eſſe non poteſt, quòd recta caret intẽtione: iuxta ueritatis ſententiam dicẽtis: quòd ſi oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit: ideo priùs uidendum eſt, qualem in puniendo habere debeant intentionem.

3 ¶Hæc uerò intentio qualis eſſe debeat, ſatis informat Decretũ ſumptũ ex uerbis Aug. in epiſtola ad Donatũ Et habetur.23.quæſt.5.prodeſt. In quo Auguſt. Imperatorem & quemcunq; iudicem hortatur: quòd ſiue iudicet, ſiue abſoluat, ſemp hoc faciat ad correctionem: & contra ipſos ſemper officium exerceat dilectionis: & nõ nocendi uel acquirendi cupiditate: quia hęc bene tantùm aguntur, quando intenditur, ut uita hominum corrigatur.

¶Duo uerba in iſta admonitione uidentur eſſe ponderanda. Vnum, ꝙ non puniat nocendi crudelitate. Sicut ille, de quo beatus ſcribit Gregor.4. Dial. cap.1. qui fuit maior Eccleſiæ, Dei miniſter, Petrus nomine, quem quidem poſt mortem uidit in locis teterrimis magno ferri pondere ligatũ & depreſſum: ſicut ipſemet reſpondit: quia ad inferendas plagas plus ex crudelitatis deſiderio, quàm ex obedientia ſeruiebat. Exẽplũ.

¶Aliud, quòd non puniat acquirẽdi cupiditate. Sicut faciũt illi, de quibus dicit Chryſoſto. ſuper epiſtolam ad Titum. Homel.5. Noſtis (inquit) quam habent crudelitatem hi, quibus carceres commiſſi ſunt. Mox alienas fructificant calamitates, & quos alij miſerantes ut malè patientes nutriũt: hos hi exigunt lucra lucrantes: multis lachrymis digna feris exiſtentes crudeliores: à quibus enim oporteret miſereri ab his hi fructificãt. Modus uerò, per quem ab his fructificant, ſeu crudeliter acquirunt, oſtenſus eſt. D.12.8.

¶Si verò è contrario intentio eſſet iuſta & executio ordinata, non eſſet crudelitas crimina punire, ſed pietas: ſicut patet per Decretum ſumptum ex uerbis Hieronymi ad Riparium.23. q.8.legi. Ideo bene pręcipitur Deutero.16. Quod iuſtum eſt, iuſtè exequeris, ait dominus.

¶In quo tertius intratur articulus iuſta uidelicet pœnarũ executio, quæ tria neceſſariò requirit, ipſam expedientia. Primò generalitatem. Secundò proportionalitatem. Tertiò obiecti congruitatem. Quantum ad primum, pœnarum generalitas in hoc conſiſtere debet, quòd nullum peccatum dimittant impunitum, ſicut patet per legem.P.7.14. Nec etiam peccatorem quemcunque magnum uel paruum. Artic.3. 4

Qui

Qui enim ante sententiam datam, uel post, occultè uel apertè reos abire permittunt, uel uendunt sicut illi, I.13.14. paueant & timeant, ne eis contingat, quod contigit Achab regi Israel, cui, non obstante quòd regale habuit dominium, per prophetam, à Deo missum, dictum fuit: quia dimisisti uirum, dignum morte, de manu tua: erit anima tua pro anima illius. 3. Regum 20. Timeant insuper qui tales non puniunt, iuxta conclusionem Decreti Ioannis octaui decretam cuidam duci glorioso, 23. quæstio. 8. præterea: sub eo, qui sequitur, tenore. Præterea deuotionis tuæ studium exhortamur: ut contra marinos latrunculos, qui sub prætextu tui nominis in Christicolas debacchantur, tanto vehementius accendaris; quanta illorũ prauitate famam tui nominis obfuscatam fuisse cognoscis: quoniam licèt credi possit: quòd te nolente, illi nauigantibus insidientur: quia à te comprimi posse dicuntur: nisi eos cõpescueris, innoxius non habeberis: scriptum quippe est: qui crimina, quæ potest emendare, non corrigit, ipse committit: hæc ibi.

5 ¶Quantum ad secundam partem huius articuli: pœnarum uidelicet ꝓportionalitas in hoc consistere debet: quòd vbi maior est culpæ deformitas: durior pœnæ infligatur acerbitas, pẽsatis circunstantijs & conditionibus, per legem ciuilem sancitis. P.7.20. Hoc primò probatur per doctrinam Philosophi. 5. Ethi. cap. 8. ubi ex intentione ostendit Philosophus, quòd nõ omnis persona est pro consimili delicto æqualiter punienda: quia si princeps percutiat puerum: non est ita puniendus: sicut si puer percutiat principem: quia puer grauius delinquit: percussio enim in ipso turpior est: ratione personæ, quæ percutitur, vnde dicit, quòd debent puniri proportionaliter, sed non æqualiter.

¶Secundò idem per leges probatur ciuiles. C. libro 1. titu. de episc. & cleri. l. presbyteri: ubi lex comparando peccatum sacerdotum ad peccata aliorum: & considerando quòd peccatum in eis deformius est: ratione status & ordinis, quos tenent: dicit. Multo magis etenim pœna digni sunt: quibus plurimum honoris per nostram iussionem delatum est: cum occulto inueniuntur in crimine: quia cui plura committuntur, plura ab eo exigũtur: sicut patet in ff. nouo. lib. 10. tit. de pœnis. l. quidem.

¶Tertiò idem per legem ostenditur diuinam, quæ prædictas confirmat. Sapien. 6. Iudicium (inquit) durissimum in his, qui præsunt, fiet: potentes autem potenter tormẽta patientur.

¶Istis rationibus & legibus nobiles nostri & potentes, hostes Reipublicæ: & latrones fortiter inuadere: & magnos delinquentes, fortiter punire & torquere deberent, & pauperum uicinorum misereri. 6

¶Sed heu, contrarium accidit: nam bona pauperum vicinorum multis modis auferunt, & illos nulla quandoque uel pro leui causa, utpote pro verbo displicentiæ uerberant, uel occidunt: & pro paruo fore facto amerciant & male tractant & contra hostes apertos & regni inimicos & magnos & potentes malefactores, ita vecordes sunt: quòd nec pro iustitiæ Reipublicæ defensione audent inuadere, capere, spoliare: uel (ut meruerunt) male tractare. Sanè illi de ista uecordia reprehensi, respondere possent: sicut in fabulis respondisse fertur lupus ouimacilentæ. Cur me (inquit ouis illa) inuadis? cum ego misera sim & macilenta: uade ad canem Præpositi pinguem: uel ad palefredum domini: pinguissimum, uel ad leonem rapacissimum, & deuora illos: in quibus bonam inuenies pasturam. Cui ille: non faciam: quia ipsi remorderent, uel repercuterent. Exẽplũ.

Sic isti, qui conuenienter lingua anglicana: tonnabitbiares, id est, pugnatores uillarum appellari possunt: qui tantum ebrij superbe loquuntur & pugnant: qui in bello contra infideles: uel contra inimicorum exercitum per tres dies penuriã sustinentes, ad nihilum ualent ultra, nisi ut ad propria redeant: uel remanentes ab hostibus conculcentur. Multum facit talis cõtra doctrinam August 5. de ciui. Dei. cap. 14. Hæ tibi (inquit) sint artes, pacis imponere mores: parcere subditis: & debellare superbos: quia secundùm Tullium: sicut deijcere hostem, egregium est: non minus laudabile est scire infelicis misereri. Et contra præceptum domini: ne sis iudicans iudicia iniusta, innocentes
7 opprimens & dimittens noxios. Dan. 13.

¶Nullo modo ergo noxij sunt dimittendi, uel ratione potentiæ, uel amicitiæ: sicut patet per Decretum sumptum ex uerbis Hieronymi: ad Riparium. 23. quæstio. 8 legi. In quo recitatur primò, quomodo Helias propheta Achab regi non pepercit ratione potentiæ: sed ipsum durè increpauit: sicut patet. 3. Regum. 18.

¶Secundò recitatur præceptum legis Dei. Deutero. 13. quod ostendit: quòd nec amicis est parcendum: modo, quo sequitur. Vnde & in lege dicitur. Si frater tuus, & amicus tuus, & vxor, quæ in sinu tuo dormit, deprauare uoluerit ueritatem: sit manus tua super eos: & effundes sanguinem ipsorum. Nam in Psal. dicitur. Iniusti punientur, &c.

¶Quartum ad tertiam partem huius articuli: congruitas obiecti pœnarum in hoc attenditur, quòd illud corpus cum anima, quod peccauit, puniatur: & non bursa: & quòd eo modo, quo meliùs purgari poterit, puniatur: ut modus pœnæ sit conueniens culpæ. Primum patet per dicta. C. 16. 38. ubi ostensum est, quòd pœna, quam magis timet: est peccatoribus imponenda. Cuius tamẽ contrarium finaliter fit: quia licèt in curia Ecclesiastica omnibus pœna imponatur corporalis: quia tamen pauperes plus pœnam pecuniariã: quàm diuites: Diuites uerò plus timent corporalem: ideo nec pauper pecuniariam: nec diues corporalem facit. Cõtra doctrinam Isidori. L. 9. 16. & 21. Et contra leges ciuiles: quæ dicunt: quòd non sunt res puniendæ pro delictis personarum: ut in authentica demandatis principum. §. oportet, Col 3.

¶Secundum patet per primam legem. P. 7. 16. Et per Dei actionem: cuius omnis actio nostra est instructio: quam sicut peccauit, exercuit puniendo: quantum ad illum Adonibezech: qui hunc recognouit. Iudi. 1. Sicut feci: ita reddidit mihi dominus. Et per regulam datam. Sapien. 11. per quæ peccat quis: per hæc & torquetur: Et per legem Talionis. Deutero. 19. Exod. 21. Et Leuiti. 24. Et per regulam in opere ostensam. 2. Machab. 9. ubi dicitur de Anthiocho superbo, & crudeli: quòd apprehendit eum dolor dirus uiscerum. Et quidem satis iustè: qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat uiscera: cui hæc pœna promissa fuit ab vno de septem fratribus, quem prius torserat, dicente: Tu uerò iudicio Dei iustas superbiæ pœnas exolues. 2. Machab. 7. Artic. 4.

¶In quo quartus ostenditur articulus, id est, pœnarum infernalium certitudo? quæ non tantum ex ista auctoritate, sed ex multis alijs cõsurgit euidentijs, & auctoritatibus. 8

¶Quarum primam Dei ostendit iustitia. Omnis namque ratio dictat, quòd sicut bonitas & magnificentia regalis requirit aulam pro amicis reficiendis: Ita etiam iustitia suum requirit carcerem, & furcas pro inimicis incarcerandis: & latronibus suspẽdendis. Et omnis lex & omnis naturalis

talis ęquitas hoc habet: quòd sicut boni sunt præmiandi: ita mali sunt puniendi. Cùm insuper apud mansuetissimam Ecclesiæ iustitiam, aliqui ad tempus, pro quo sunt mali, à societate separentur bonorum per Excommunicationis gladium & incorrigibiles, & finaliter malos: finaliter & pro semper separet eos extra terram benedictam, & societatem fidelium sepeliendo. Quanto à fortiori ratione: sicut talem bonitatem & largitatem maiorem est ponere in Deo in bonorum retributione: Sic talem in summo Iudice iustissimo: rege regum immo maiorem: vt pote cui omnis iustitia humana comparata est defectiua: oportet concedere iustitiã & ęquitatem in punitione malorum corrigibilium ad tempus, & incorrigibiliũ: pro semper eos à societate bonorum separando: & in terra maledicta sepeliendo: cum illo, qui eodem iudice iudicãte sepultus est in inferno. Luc. 16. Et quidem satis iustè: nam cùm hoc iustum sit apud legem ciuilem: quòd vnusquisque illo priuetur, contra qđ agit: vtpote qui peccat contra rem publicam per mortem, uel perpetuũ exilium: societate rei publicæ priuetur. ff. de pœnis, id est, in ff. nouo lib. 20. l. penultima. Cuius ratio est: quia ex hoc quòd contra illud agit, reddit se illi bono indignum. Nec attenditur quanta fuerat mora temporis in peccando: sed quid sit, contra quod peccauit: & quale sit delictum, non quanti temporis. Ergo si, illis consideratis, ęternum meruit exilium: ad ęternum illum puniunt exilium, uel uita priuant pro semper, quàmuis breui temporis mora peccauit. Hoc idem iustissimum uideatur apud illum, qui dicit: nec mentiri potest. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo: in Psal. 74. ut illos ultimo fine priuet: qui contra vltimum finem Deum finaliter peccauerunt, & contra charitatem, per quam ad societatem pertingitur beatorum.

¶ Et quòd de hac damnatione iustè conqueri non possunt, ostendit beatus Gregor. 2. moral. super illo Iob. 1. Affuit inter eos & Sathan: per exemplum de Achab, dicens: quia Achab rex ex peccatis præcedentibus dignus fuit, ut tali debuisset deceptione damnari: quatenus qui ipse uolens ceciderat in culpam: quandoque nolens raperetur ad pœnam. Occulta iustitia licentia malignis spiritibus datur: ut quos volentes in peccatis strangulẽt: in pœnam peccati etiam nolentes trahant. Nec ille, apud quem omne cor patet, & nulla uoluntas latet, attendit tantum, quanta fuerat mora temporis in peccando: sed contra quid, & qua peccauerunt voluntate: vtpote contra Deum, apud quem uoluntas pro facto reputabitur. Sicut apud iustitiam ciuilem: sicut patet. C. de episc. & cler. libro 1. l. si quis non dicam rapere. Cũ enim illa lex uita priuet: & pęna subijciat capitali: illum qui sanctimonia rapere voluit & tentauit: quia finaliter in illa perstitit uoluntate: licèt voluntatem illam opere compleuerit, quod mirum est: si Deus vita priuet ęterna: qui finaliter peccare sine fine vellet: si sine fine viuere posset.

¶ Certum nanque est: quòd ille, qui derelicto Deo, aliqua fruitur, seu magna delectatione aliqua creatura vtitur, si semper illa sic delectari posset, uellet: ergo secundùm eius iudicium, qui voluntates intuetur: ita puniri debet ac si ęternaliter peccasset. Nota. V. 10 articu. 4.

¶ Et licèt hic aliquorum mors ad ipsorum damnatorum non ueniat purgationem uel utilitatem: est tamen ad multorum aliorum purgationem & utilitatem. In quo casu est de illis, sicut de illis, qui secundùm leges humanas morte puniuntur: non quidem ad suam, sed ad aliorum emendationem & utilitatem. Sic in proposito:

posito: iuxta illud Prouerb. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior efficitur.

¶ Et quidam etiam secundùm humanas leges à ciuitate perpetuo exilio excluduntur, ut eis subtractis: ciuitas purior reddatur. Sic in proposito: vult Deus quòd mali ab illa sotietate expellantur purissima: de qua Apocalip.21. Non intrabit in illam aliquid coinquinatum: & faciens abominationem & mendaciũ. Vide quomodo beatus Gregor. huius pœnæ infernalis certitudinem & ęternitatem probat.S.8.52.

¶ Sed fortè obijcient, quærentes: ad quorum emendationem uel utilitatem sit: quòd aliqui æternaliter puniuntur. Quibus respondetur: ꝙ ad illorum, qui illo priùs ad pœnitendum inducuntur timore. Si enim ille timor non fuisse saluati, quorum non est numerus, nunquàm fuissent. Et si in sacra scriptura, & à Deo non fuisset ostensa pœna illa ęterna: illum timorem non habuissent. Ergo Deus in scripturis sanctis illam ostendere debuit: & nõ mendaciter: quia sic sicut nullus ueraciter timuisset minas: ita nullus veraciter & firmiter sperasset promissa. Et sic nullus retraheretur timore à malis: nec traheretur amore ad bona. Quia sicut illud intelligerent falsum. Lucæ 16. de diuite sepulto in inferno. Et illud Matth.25. Ibunt hi in supplicium æternum. Ita intelligerent falsum illud promissum latroni. Lucæ 24. Hodie mecum eris in paradiso. Et illud Matth.25. Et
10 boni in vitam æternam. Nota infra eodem capitu.14. In quibus auctoritatibus non tantum pœnarum & præmiorum ostenditur ueritas: verum etiam velocitas, contra Grecos & alios incredulos, qui dicunt: animas bonorum & malorum pœnas & præmia usque ad diem expectare iudicij. Cuius contrarium quantum ad malos per prædictum patet diuitem. Et per auctoritatem Iob 21. vbi de malis loquens dicit. Ducunt in bonis dies suos: & in puncto ad inferna descendunt. Et quantum ad bonos: per prædictam auctoritatem de latrone & paradiso. Lucæ 23. Atque cum ambarum partium auctoritate ratio concordat. Nam cum militi & mercenario statim post laborem debebatur, quod meruit uel demeruit. Et militia sit uita hominis super terram Iob. 7. Et sicut dies mercenarij dies eius, &c. Ergo Deus tenet, quod alijs præcipit. Leui. 19. Non morabitur opus mercenarij apud te quod etiam dicit: Iohelis vlt. Cito velociter reddam uicissitudinem uobis super caput vestrũ. Nota.R.7.5.

¶ Item, eadem ratione & Dei prouidentia, qua rebus naturalibus statim debitæ adhibentur perfectiones, nisi impedimentum sit ex parte agentis vel recipientis. Eadem prouidentia rebus rationalibus deberentur statim præmia vel pœnæ.

¶ Quantum ad prædictam damnationis certitudinem, forte quidam cogitabunt: quòd hoc verum est de infidelibus, qui fidem Christi non receperunt: quòd enim tales certitudinaliter damnentur: bene concedent, sed non quòd Christiani. Quod quidem dictum non tantum: D.1.18. verum etiam per auctoritatem sacræ scripturæ, reprobatur, dicentem: Conuertantur peccatores, in infernum: omnes gentes, quæ obliuiscuntur Deum: in Psal. 9. qui dicit: omnes gentes: Christianam gentem non excipit errantem. Sed dicent: ipsi Deum non obliuiscũtur: quia licet peccent: semper tamen Deum verum adorant. Quibus respondetur, quòd sicut hi: ita & mali Christiani suo modo falsos adorant. Deos. Nam si Apostolus Phil. 3. illos gulosos Deum ventrem habere asse- 11

asseruit: quorum (inquit) Deus uenter est: qui plus gulā suam quàm Deū diligunt: uel qui Dei spretis mandatis, gulę suę adhęrent. Eadem ratione oēs alij illud, quod plusquàm Deum diligunt: uel propter quod Deum derelinquunt: uel eius mandatum uel Deum negant Deum sibi constituunt.

¶Cùm ergo in quocunque peccato mortali peccantes, sicut superbi per superbiam, & sic de alijs, dominicum transgrediantur mandatum: & Deum negent uerum: sicut specialiter in falsis patet: & auaris: & periuris: qui propter paruum lucrum, ueritatem negant: quę Deus est: ipso teste, qui ait. Ego sum uia, ueritas: patet quod in quocunque peccato mortali existentes: falsum habeāt Deum: inter quem & Deum saracenorum nulla alia uidetur differentia: nisi quòd isti uiliores & ignobiliores adorant deos. Nam ipsi Solem & Lunam & alios planetas colere solebant: quę sunt pulchrę & nobiliores creaturę: istorum aliqui deos habent fœtidos: sicut gulosi & luxuriosi. Aliqui deos crudeles: qui semper suos torquent cultores: sicut iracundi: & inuidi: & sic de alijs: sicut patet. A.27.38. Hierem.16. Seruietis dijs alienis: qui non dabunt uobis requiem.

¶Iterum Iudęi fratribus suis non commodant ad usuram. In lege etiam Saracenorum usura prohibetur. Iudęi uerò intantum legem suam obseruāt: quòd Iudęus Iudęo non mutuat ad usuram propter legis suæ pręceptum & reuerentiam: sed certè Christiani illam fratribus suis, & legi non exhibent reuerentiam. Iterum illi adulterium detestantur, & puniunt, sicut ostensum est. A.16.10. Iterum ipsi secundùm legem eorum falsos testes ad mortem condemnant: sicut legitur pręceptum. Deute.19. Et opere impletū. Danielis 13. Nos uerò falsos testes in causis matrimonialibus & alijs carè conducimus. Ipsi nec blasphemāt, nec blasphemantes, aut turpiter iurātes, libēter audiunt. Nos uerò hęc facientes, uel audientes, ridemus. Ipsi homicidas non patiuntur uiuere, qui uoluntariè occidunt, sicut patet Numeri.35. Et Exodi 21. Qui (inquit) percusserit hominum, uolens occidere: morte moriatur. Inter nos uerò latrones & homicidę liberantur: & fideles indictantur.

¶ Illi Iudęi propter Dei pręceptum. Deuteronom.18. incantatores, necromanticos, carminatrices, secum uiuere non debuerunt permittere: & ideo tales de terra erasserunt: sicut patet. 1. Regum 28. ubi mulier dixit ad Saul. Ecce tu nosti, quomodo erasserit magos & ariolos de terra. Christiani uerò tales quęrunt, eisque de suo dant.

¶Illorum reges per legis pręceptum. Deuteronom.17. Equos non multiplicauerunt, ne subditi nimis grauarentur expensis, si ultra redditos suos expenderent. Inter Christianos domini intantum in equis & pompis & uanitatibus expendunt, quòd pauci sunt de proprio uiuentes.

¶Inter illos colligens ligna in sabbatho, id est, in festo illorum lapidabatur: sicut patet Numeri 15. Inter nos frangētes festa in exemplum ducuntur pluresque sequuntur. 12

¶Propter has nostras maiores iniustitias, necesse est concedere, quòd mali Christiani grauiùs in inferno punientur: quia si iniusti punientur: sicut dicitur in Psal. 36. necesse est concedere, quòd iniustiores plus puniuntur: sed ostensum est, quòd mali Christiani sunt iniustiores: & miserabiliores habent deos: propter quod ueritas dicit. Math 12. quòd uiri Niniuitæ, id est, illi quo fidem Christi non habent: surgent in iudicio cum generatione ista: & condemnabunt eam, ostendentes quòd iniustiores illis fuerunt: ergo plus punieatur ab illo iusto Iudice: de quo

dicitur Actuum.10. Non est personarum acceptor Deus: de quo etiam in Psal.20. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat,&c. supple, ad pœnam omnes qui te oderunt: qui omnibus & omnes dicit: nullos à pœna illa excipit: quæ sequitur. Pones eos, ut clibanum ignis. Cassiodorus. Iste ignis sic consumit, ut seruet: sic seruat, ut affligat: dabitur miseris uita mortalis: morientur & semper erũt. Psal.48. Laborabunt in æternum, & uiuet adhuc in finem. Sequitur Psal.20. Fructum eorum de terra perdes: quos malè acquisierunt, uel quos in usus bonos dum uiuerent, expendere noluerunt. Et semen eorum à filijs hominum, id est, hæredes & alios filios & filias consanguineos, qui malè ab eis acquisita, post eos retinẽt: pro quibus ipsi nunc damnati sunt: quia in eis completa est prophetia illa. Psal.48. Relinquent alienis diuitias suas, qui etiam pro illis eis derelictis damnabuntur: sicut ipsi nunc damnati sunt: de quibus sequitur: Sepulcra eorum domus illorum, quasi diceret. Qui in magnis gloriabantur diuitijs, & pulchris castris: palatijs, & domibus: istis omnibus alijs derelictis, nũc quantum ad corpus nullam aliam habent domum, quàm sepulcrum. Nec quantum ad animam, aliam quàm infernum. Nam teste Psal.48. Sicut oues in inferno positi sunt.

¶Causa uerò prædictorum in parte innuitur in hoc, quod sequitur. Quoniam declinauerunt in te mala peccati: scilicet causam Deo attribuendo: sicut dictum est. G.3.28. Causa uerò excæcationis & deceptionis illorum innuitur in hoc, quod sequitur. Cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire: cogitantes se longam habere uitam futuram, & quasi pro longa uita sustentanda, multa consilia habendo: in possessionibus & rebus augmentandis: sicut ille Lucæ 12. qui uoluit ampliare horrea sua: cui dictum fuit: stulte, hac nocte repetent animam tuam. Ex quo patet, quòd consilium suum stabilire non potuit: ita nec quicunq; alius: de quo Iob 17. Cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum.

¶De omnibus prædictis concludit Psal. dicens: Psal.30. Erubescant impij, & deducantur in infernum. Cuius deductionis & ratio & necessitas est: quia, sicut duo corpora non possunt simul esse in vno loco: ita nec mali, qui sunt corpus diaboli, cum bonis, qui sunt corpus Christi. iuxta illud Rom.12. Vnum autẽ corpus in Christo in vno cœlo. Cùm ergo Christus cum corpore suo cœlum occupauerit: necessario aliud corpus de loco illo expelletur, quia sicut dicitur. Esa.28. coangustatum est stratum: ita ut alter decidat: & pallium breue est, utrunque operire nõn potest. 13

¶Hæc insuper damnationis malorum certitudo per alias euidentias & auctoritates ostensa est. D.1. quasi per totum: & specialiter articu.2. Qui ergo tot euidentijs & auctoritatibus dãnationis intelligunt certitudinem, & tamen mali esse non desistunt: sed nec pœnas illas, ut deberent, timent: sed semper euadere præsumunt: cùm tamen uiuant ac si illas euadere nollent, & de pœnis illis trufat, latronibus assimilantur: immo multò stultiores efficiũtur, qui iuxta furcas: in quibus socij illorum frequenter suspenduntur, sedent, & de illis trufant: in quibus, quia illas non timent, similia postea patientur, sicut socij illorum: de quibus exemplum accipere noluerũt, qui priùs patiebantur. Sic in proposito: quia isti de damnatorum pœnis exemplum accipere noluerunt: nec timore illius ignis à peccatis cessare: erunt sicut dicitur in epistola Iudæ.1. Ignis æterni pœnam sustinentes.

¶In quo pœnarum infernalium designatur æternitas. Cuius quidem æternitatis. Primò ostendenda est causa. Secundò modus, quo intelligi potest: quomodo damnati semper comburun- Artic.5. 14

burūntur:& nunquàm consumuntur.

¶Quātum ad primum: duplex causa istius æternitatis est: quarum vna est peccantium uoluntas. Alia uiuentium utilitas: tacta est supra eodem capitu. 9.

¶Tertiam causam reddit August. li. de uera religione. Cuius hæc uidetur esse sententia. Licèt actus peccati sit transitorius: tamen in illo, qui in peccato moritur mortali, culpa semper manet in anima: sed quandiu culpa manet, iustū est, quòd pœna maneat: ergo, &c.

¶Quod autem culpa semper maneat: duabus ostenditur rationibus.

¶Quarum prima accipitur in ordine ad coniunctionem corporis cū anima. Cum enim ex Dei ordinatione opera meritoria ad uitam æternam consequendam, sint totius compositi ex corpore & anima. Sicut nanque corpore anima indiget ad hoc, ut suā naturalem consequatur perfectionem in factis & uirtutibus: Ita iustum uidetur, quòd corpore indigeat ad hoc quod suam supernaturalem cōsequatur perfectionem: sed animæ semel in inferno, in quo nulla est redemptio, ad corpus iterum redire non possunt, ergo, &c.

¶Secunda ratio accipitur in ordine ad dilectionem necessariam ad salutem. Contritio nanque & pœnitentia, quæ salutem inducere deberent, necessario requirunt odium peccati & dilectionem Dei: sed illi damnati nūquàm odio habebūt peccata: nec Deū & proximum diligent: ergo &c.

¶Quod autem Deum non diligēt, patet per illud Apoca. 16. Homines (inquit) blasphemabunt Deum propter plagam: non dicit propter odiū peccati: sed propter plagam, quam sustinent: quia non dolent, se peccasse, inquantum peccatum est offensiuum Dei: sed inquantum est eis pœnale: quia sicut August. uidetur uelle: gulosus semper habebit uolsitatem gulam exercendi: & luxuriosus luxuriandi: & sic de alijs, quas uoluntates dum complere non possunt, sicut eis inardescunt: mirabiliter in proprijs torquētur desiderijs: quia si spes, seu desiderium dilatum ad tempus, multùm affligit animum: desiderium quod nunquàm impleri poterit, maximè miseram affligit animā. Nota plures causas. D. 1. 7. cum sequenti.

¶Quantum uerò ad secūdam partem huius articuli, modus seu euidē- 15
tia, qua hoc iustè factum esse imaginari potest, ostenditur tam. D. 1. 24. diuersis exemplis: quàm etiam exemplo Augu. & auctoritate sacræ scripturæ.

¶Exemplum uerò August. ad hoc habetur de ciuit Dei. lib 21. cap. 2. ubi plura ad istud propositum ostendit, & adducit exempla. Inter quæ vnum est de montibus partium Ciciliæ. Et quidam (inquit) nouissimi Ciciliæ montes: qui tanta temporis diuturnitate usque nunc & deinceps flammis æstuant, atque integri perseuerant: satis idonei testes sunt, quòd non omne, quod ardet, absumitur. Vult enim per illud exemplum ostendere: quòd illi in inferno semper ardere possunt absque hoc quod consumentur, uel in ardoribus finem habeant.

¶Quomodo autem uel istud, uel illud fieri possit: & ꝙ in talibus non nimis insistamus in operibus diuinæ iustitiæ & pœnitentiæ causas & rationes quærendo naturales, sacra scriptura nos vnico informat uerbo, dicens: quod ibi nullus est ordo. Iob 10.

¶Si quæras, quomodo ibi potest esse ignis sine materiæ cōsumptione, corpora damnatorum semper comburi, & nunquàm consumi, quomodo spiritus ab igne patiat corporeo, qūo in eodem puteo potest esse aqua frigidissima: & calor ignis maximus absque hoc quòd aqua ignem contingat, uel calores mitiget. Hæc & huiusmodi quæstiones in vnico prædicto soluuntur uerbo ibi. Nullus ordo: qa ibi nec est ordo naturæ, nec gratiæ, nec gloriæ. Nam ordo naturæ prædicta non

ordinat, nec patitur mirabilia: quia ignis naturaliter materiam conſumit combuſtibilem: & aqua ignem naturaliter extinguit: ſed ibi eſt ordinatio diuinę iuſtitię: qua prędicta pręter ordinem ſubſiſtunt naturę: ut ſicut contra naturam increatam irrationabiliter peccauerunt: ita pręter naturę ordinem puniantur. Fatuum ergo uidetur nimis in natura inueſtigare de his, quę ſupra uel pręter naturã fiunt. Hoc tamen ſemper credendum eſt: ꝙ pater & filius & ſpiritusſanctus propter prędictas cauſas, ſicut dicitur. 1. Timoth. 1. pœnas dabunt in interitu ęternas.

Artic. 6. ¶Et non tam ęternas, quàm etiam conuenientes quarum conuenientia in duobus attenditur. Primò in contrarietate. Secundò, in ſimilitudine. Contrarietas uerò quantum ad hoc attenditur: ꝙ pœnę illorum illic ſiunt contrarię peccatis, hic ab eis commiſſis: quod patet primo. D. 11. 32.

16 ¶Secũdò idẽ oſtenditur in Pſal. 30. ubi, poſtquàm de reprobis dixit: Erubeſcant impij & deducantur in infernum. Mox de aliquorum pœna, quomodo erit contraria peccato ſubiungit, dicens: Muta fiant labia doloſa, uidelicet, falſorum iudicum, & aduocatorum malorum mentitorum: & quorumcunque falſorum, quę hic peccãdo aperiebantur. Et quę loquuntur aduerſus iuſtum ĩ ſuperbia: & in abuſione legum & conſuetudinum: malitias falſas cautelas componendo: ipſi ibi pœnam habebunt ſuę loquacitati contrariam: quia impij in tenebris cõticeſcent. 1. Reg. 2.

¶Et ſicut iſti pœnam habebunt culpę contrariam: ſic etiam de alijs ęſtimandum eſt peccatoribus: ut ita intelligamus, quòd ſuperbi & uanè glorioſi, qui hic uellent ſuper omnes eſſe, & ab omnibus glorioſi uideri: ibi erunt ſub omnibus, & in tenebris latentes, ubi à nullis ad illorum gloriã uideri poterit, iudicante Chriſto dicente. Matth. 25. Inutilem ſeruum mittite in tenebras exteriores. (Superbi.)

¶Inuidi uerò habentes cor frigidũ: quorum mens frigeſcit, quando uident uel audiunt alios proſperari uel commendari, ſemetipſos interiùs ira & inuidia corrodentes: ſicut uermes corrodunt terram. Illic contra inuidię frigiditatem calorem patiuntur ignis. Et pro uerme inuidię temporalis, culpę uermen patientur ęternę inuidię & miſerię: bonorum cogitãtes lętitiam: quam in die iudicij uiderunt: quando, ipſis uidentibus, cœlum intrauerunt. Nam benedicti priùs uocabuntur, &c. Eſa. ulti. Ignis illorum non extinguetur, & uerbis eorum non morietur. (Inuidi.)

¶Cupidi uerò, qui amplas terras & pulchra maneria & multa & aurum theſaurizant & argentum: bona mobilia & immobilia auidè cumulantes, & lucra mala lucrantes: ibi erunt in arctiſſimo puteo, omni bono carentes, & ſine ſpe conſolationis lamentantes, & dicentes illud. Sapien. 5. Tranſierunt omnia uelut vmbra. (Cupidi.)

¶Tepidi uerò & pigri: qui hìc ſemper quęrunt, quomodo carne quieſcere poſſunt: ibi nunquàm requiem habebunt: iuxta illud Hiere. 16. Seruientis dijs alienis, qui non dabunt uobis requiem. (Pigri. Accidioſi.)

¶Guloſi etiam, qui hìc excedunt: ibi eſuriem. Eſa. 65. Serui mei comedent, & uos eſurietis. (Guloſi)

¶Illi uerò, qui hìc luxuria ęſtuant, & in aſpectibus illicitis delectantur mulierum: ibi frigore gehennali ſtridebunt dentibus: ubi teſte Chriſto: erit fletus & ſtridor dentium. Et contra illicitam uiſionem ibi dęmonum terrebuntur aſpectibus. Sapientiæ 5. Videntes dolebunt. (Luxurioſi.)

¶Secundò idem oſtenditur per hiſtoriam in uitaſpatrum, in qua contineri uidetur, quòd cuidam ſeni oſtendebantur quaſi ſingulæ pœnę ſingulis peccatis debitę: ita quòd aliena rapientes, & facientes eis de huiuſmodi malè acquiſitis uaſa, & argentea, (Exẽpl.)

gentea, & huiusmodi, semper in illis torquebantur. Et sicut furi ostenditur furtum ad suam confusionem: ita hæc illis semper ostendebantur, sicut furtum latroni coram iudice. Luxuriosi etiam in locis genitalibus suspendebantur & torquebantur. Recidiuantes verò serpentes euomebant, & sic de alijs.

¶Prędictis verò sacra cõcordat Scriptura: tam veteris quàm noui testaméti. In veteri tamen testamento. Esa.14. legitur, ꝙ ille lucifer modo prædicto suo contrario sit punitus, nam peccatum suum nimia fuit altitudinis cupiditas, quando dixit: Supra astra cœli exaltabo solium meum, ideo altitudine illa & etiam alia, quã habebat priuatus fuit, & ad ima deiectus, & in loco inferni profundissimo punitus, sicut patet per hoc, quod sequitur. Verũtamen ad infernum detraheris in profundum laci. Cui quantum ad hoc, ꝙ fuit altitudine illa priuatus, qua abutebatur, & contra quam peccauit, concordat lex de illo, qui peccat contra rempublicam. suprà eo. c. 8.

¶In nouo etiam testamento. Luc.16. legitur, ꝙ ille, qui quotidie epulabatur splendidè, in quo de excessu cibi notatur & potus, punitus fuit post mortem in potus penuria, sicut patet per hoc, ꝙ guttã petiuit aquæ, nec obtinuit. Quid ergo valet hic superbire, cum ille, qui se plus exaltauerit, plus ibi humiliabitur, vel in aliquo alio peccato hic delectari, cum ille, qui hic plus delectatur, illic plus cruciabitur, Apocal.18. Quantum glorificauit, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Vtinam ergo saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Deuter.32.

17 ¶Quantum ad secundam partem huius articuli, quandoque peccatores tam in exemplis quàm etiam in sacris Scripturis leguntur fuisse puniti, sicut peccauerunt, ita conuenientia pœnarũ in illis accipitur in quadã similitudine peccati illorũ, vt sicut malè incarcerauerunt, sic incarcerentur, & sic de alijs sicut ostensum est. D.12. 40. cũ sequenti. Et argumentũ ad hoc. F.8.10. vbi ostensum est, ꝙ hic à malis afflicti, petent à Deo in iudicio, ꝙ ipsi puniãtur, sicut illos prius affixerunt: & de pęnis illorum nunc gaudent. Contra illud Iob 9. Non de pœnis innocentium rideat.

¶Auctoritas ad hoc Iudic.1. Sicut feci ita reddidit mihi dñs. Et Apo.13. Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet. Et qui gladio occidit, necesse est eum gladio occidi. Et ſm hoc illi, qui sunt hic superbi, illic à superbis affligentur dæmonibus. Et, qui inuidi, ab inuidis, & qui cupidi & luxuriosi, ab illis qui illos ab hæc peccata traxerunt, & sic de alijs. Huic dicto beatus concordat Gregorius, asserens, ꝙ quos habuerunt incẽtores in culpa, habebunt tortores in pęna. Et secundùm hunc modũ illi, qui hoc seipsos malè tractãt, malè viuẽdo, illic seipsos maledicẽdo odio habebunt. Et, qui hic iurando Deum & sanctos blasphemãt in culpa, illic blasphemabunt ad pœnam. Et qui hic factis, illic ore Deum & sanctos negabunt. Historia ad hoc concordat quasi per hunc modũ. Quidam Vdo nomine malam ducens vitam. Cùm Deus de illo finem facere vellet, quadam nocte cum iuxta malã iaceret mulierem, subitò moriebatur. In cuius morte à quodam sancto viro, vicino eius vox audiebatur. Fac finem ludo, quia satis lusisti Vdo. Cui etiam Deus ostendere voluit, quam pœnam sustinere deberet, ad aliorum exemplum. Videbatur siquidem illi sancto, ꝙ duceretur coram magno dæmoniorum magistro, qui ab illis apparitoribus, qui eum duxerunt, quæsiuit si adhuc locutus fuisset odiosa verba, qui dixerunt, ꝙ non. Qui respondit, citò faciet. Et quia delicatè & luxuriosè solebat balneari, iussit eum poni, primo in balneo, vt tunc aliquid diceret. Balneatus ergo in fornace plena pice & sulfure bullienti, dixit, Exẽplũ.

dixit: maledicta hora, in qua natus fui. Et ait princeps: adhuc loquetur plus De balneo solebat in lecto poni lasciuo: in quo multa turpia exercuit peccata: ponatur ergo nunc in lecto sibi conuenienti. Qui posuerunt eum super lectum carbonum ardentium, & ferri calidissimi. Super quem cùm parum volueretur, ait: Maledicta omnis creatura, quam Deus fecit, & Maria mater eius: & omnes Sancti. Cui princeps: adhuc loqueris plus, Cuius iussu cùm dedissent ei potum picis & & sulfuris bullientis propter gulam & ebrietatem quas dilexit, dum vixit; ait: Maledictus Deus qui me fecit: ipsumque nego: nunc & pro semper. Quo dicto, magister ait: satis locutus est. Ponite illum in puteo in quo erit vsque ad diem iudicij in anima: & post diem iudicij in corpore & anima, quàm diu Deus est in cęlo. Et aperuerunt puteum illum, de quo dicitur Apocal. 9. Aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ, & intromiserunt illum, claudentes puteum. Huic historiæ satis sacra concordat Scriptura quantum ad omnia puncta. Nam quantum ad hoc quod dicitur ꝙ blasphemauit: concordat. Ioan. in Apocal. 16. qui de damnatis figuratiuè loquēs, dicit: Blasphemauerunt Deum cęli præ doloribus & vulneribus suis. Nam sicut illi in cœlo semper Deum amabunt & laudabunt: iuxta illud Psalm. 33. Semper laus eius in ore meo. Ita illi econuerso se habebunt.

¶Quantum ad hoc, ꝙ dicitur in tali fuisse puteo positus: concordat quod dicitur. Apoc. 21. Timidis (inquit) & incredulis, & execratis & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idolatris, & omnibus mendacibus: pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.

¶Ecce iste legitur quasi similes culpis habuisse pęna in facto. Cui concordat præceptum de lege Tallionis. Dentem pro dente; oculum pro oculo; adustionem pro adustione &c. Exo. 21. Cui etiam cōcordat sacra Scriptura de Adonibezech & Antiocho, supra eod. cap. 7. Cui etiam concordat illud beati Greg. Mor. 20. Secundum (inquit) modum culpæ pęna distinguitur. Nec miretur quis, ꝙ pęnę illorum aliquando videntur culpis contrarię (sicut dictum est in prima parte huius articuli) aliquando similes: quia siue sic semper ita contra eos ordinantur, vt sint magis afflictiuę: ita ꝙ ita licèt facta videantur similia in culpis & pęnis: afflictio tamen semper est afflictio contraria. Et ita oportet intelligere, ꝙ nunc has, nunc illas sustineant pęnas, sicut intelligitur, quòd quandoque calidissimas, quandoque verò sustineant frigidissimas, sicut patet per illud Iob 24. Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius.

¶In quo pęnarum infernalium designatur magnitudo. Primò, in hoc quod sicut dictum est, mutabuntur de contrario in contrarium, quod plus grauabit, quam si semper easdem sustinerent pęnas: quia tunc sustinendi cōsuetudo videretur quodammodo pęnā & miseriam alleuiare: quæ quidem pęnarum mutatio innuitur, in Psal. 48. qui dicit: Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Primò, quia sicut oues ducuntur de pascuis ad pascua: Ita isti de pęnis ad pęnas: de aquis niuium ad calorem nimium: de morte ad mortem: & semper viuent sine morte. i. pęnis mortis pascentur, sicut oues herbis: & nunquam illam consument: quia semper inuenient pœnam: qua de nouo pascentur. Et est in hoc de eis iterum, sicut de ouibus, quia sicut ille herbas, quibus pascuntur, nunquam illas ita totaliter consumunt, quin aliquam illarum partem saltem radices in terra dimittant: & ideo interim alibi pasci: cum ad illum locum redierint, pascua recentia ibi inueniēt. Sic isti quibusdam pęnis simul pasti & à quibusdā dæmonibus nunc afflicti, ab

Artic. 7. 18

Oues.

ab illis ad alias pęnas & alios dęmones recedunt: dicentes illud. Iob 16. Saturati sunt pęnis meis. Et cùm in illis pęnis & ab illis dæmonibus fuerint de nouo torti, cum ad priores redierint pęnas & tortores, recentes inuenient, & sic sine fine de nouo: & recenter cum talibus miseris mutationibus, mors depascet eos: quorum mortem non destruxit nec momordit: qui dicit Oseæ 13. Morsus tuus ero inferne.

¶Secundò magnitudo pęnarum hominum malorum & damnatorũ ostẽditur ex comparatione ad pœnas dæmonum. Rationabiliter nanque dici potest: quòd multorum damnatorum maior erit pœna nonnullorum dæmonum.

19 ¶Primò, quia isti pro pluribus damnantur peccatis, quàm ipsi damnabantur.

¶Secundò, quia isti post diem iudicij affligentur in spiritu & corpore, illi in spiritu tantum: ita ꝙ pęnarum intentio seu intimiditas pluribus & maioribus correspondeat peccatis. Extensionis verò magnitudo pluribus correspondeat partibus atque pęnarum subiectis.

¶Tertiò propter alias causas, tactas in auctoritate Anselmi. P.6.9.

¶Tertiò illarum pęnarum magnitudinem causant & ostendunt pręteritarum delectationum recordationes. Et hoc per talem modum, quem quilibet in seipso experiri potest. Qui enim modum illum nunc ad suam emendationem scire voluerit, cogitet quàm pęnale esset sibi in vita ista de statu amabili & delectabili transire ad statum miserabilem: etiam si nulla pœna positiua verberum adustionum vel huiusmodi in loco miserabili imponeretur, satis esset ei afflictio magna præteriti status priuatio, cum eiusdem recordationis priuatione. Verbi gratia: Admittens locum amenum, societatem amatam; esculẽta & poculenta, & indumenta delicata: & omnia inueniens in alio loco, in quo est contra voluntatem suam, contraria: etiam si ibi, nec verberetur, nec excorietur, multos tamen habet dolores & suspiria, & sic ex recordatione cuiuscunque prioris delectationis dolet & suspirat. Nam videns locum, in quo est, turpem: suspirat dicendo: Heu, quàm pulchrum locum habere solebam: & sic de societate, & omnibus alijs. Ex quibus patet, quòd tot habebit ibi tormenta: quot prius habuit oblectamẽta ex reuolutione cogitationis propriæ: immo si non esset alia pœna imposita.

¶Quòd si hæc ita se habere in vita 20
ista sentiãt experti: & cogitẽt, & credãt inexperti: quantomagis hæc ita se habere oportet credere in loco illo, in quo vtraque simul concurrent: maxima scilicet pęnarum positiuarum multitudo, sicut patet suprà eod. cap. 2. Et varietas, sicut patet in principio istius articuli. Super qua varietatis mutatione fundanda est cogitatio, imaginando, quàm durum esset omni die in vita ista frequenter excoriari: nunc in ignem, nunc in aquam mitti frigidissimam: & semper ad ista statim potest reuocari sine mortis possibilitate, & simul cum hoc, ꝙ tanta erit pęnarum multitudo, & varietas. Concurrunt etiam prædictarum delectationum recordatio & priuatio, sicut patet per Augustinum super illo verbo. Psal. 20. Pones eos, vt clibanum ignis. Ibi nanque videtur velle: ꝙ sicut ignis in clibano maiorem ex reflectione causat calorem: Ita iniquorum ex reuolutione cogitationum maior causatur pœna. Iob 17. Cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Quòd si multum torquent in vita ista, quando talis recordatio est nuda sine exterioris pęnæ appositione, vel quando tantùm dissipantur: quando scilicet spe cogitatis & optatis defraudantur, Et si talis cogitatio aliquem ad bonum conuertit ex imaginatione timoris illarum pœnarum: sicut patet. C.20. 5.

maximè

maximè hic conuertere ad bonum deberet, atque miserum terrere peccatorem, quando cogitat, ꝙ nisi vitam correxerit, non tantum priuationis omnium bonorum torquebitur recordatione: sed etiam alijs pœnis innumerabilibus & infinitis: in quibus lamentando, dicit illud Iob 10. Pœnæ militant in me.

Artic. 8.

21 ¶Non solū propter peccata operationis, sed etiam omissionis, voluntatis, atque consensus. Et propter peccata præbentium auxilium, cōsilium, vel fauorem: quia in his mortaliter peccant. Et apud leges humanas iustas pęnas merentur, ergo à fortiori apud leges Dei.

¶Quantum ad peccatum omissionis, ꝙ mortaliter peccant, per auctoritatem patet Ambrosij, in quodam sermone. Non minoris (inquit) est criminis habenti tollere, quàm cum possis, & habes, indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detines. Nudorum indumentum, quod tu includis. Miserorum redemptio & absolutio, pecunia, quam tu in terra fodis. Tantorum scias te inuadere bona, quantis possis præstare, & nolis. Non sunt bona hominis, quę secum portare non potest: sola misericordia comes est defunctorum. Quod iterum istud peccatum apud leges mundi iustè puniatur, patet in ff. veteri. lib. 19. tit. 1. de act. emp. & vendi. l. ratio §. si per emptorem. In qua habetur, ꝙ si ex defectu Titij mihi in frumēto obligati, serui mei fame moriuntur. Titius tenetur mihi ad interesse: id est, de damno, quod ex defectu suo accidit: mihi respondebit. Et sicut iste Titius quantum ad hominem, ita prædicti contenti in auctoritate Ambrosij, quātum ad Deum obligantur, & ab ipso punientur.

22 ¶Secundò, quantum ad peccatum voluntatis, ꝙ illud etiam pęna puniatur æterna; patet per rationem, & legem. Sicut nanque si rex prohibuisset, & publicè proclamasset duo diuisim sub pęna mortis. Ita bene moreretur, si quis incideret in vnum: sicut si quis incideret in aliud: sicut patet in furto, & homicidio: sed Deus duo prohibuit. s. opus malum, dicens: Non męchaberis: Non occides: Non furtum facies, &c. Et voluntatē malam, dicēs: Non cōcupisces vxorem vel ancillam proximi tui. Et oderis fratrem tuum in corde tuo, & concupisces rem proximi tui mobilem vel immobilem, & vtrunque sub pęna damnationis æternæ, sicut patet tam lege. Deut. 27. Maledictus (inquit) qui non permanet in sermone legis huius, quàm facto de damnatione Angelorum malorum, quos non factum, sed voluntas dæmones fecit, & ad pęnam æternam damnauit. Ex quibus patet, ꝙ sicut quis pro peccato operationis damnationē meretur, & incurrit æternam: Ita etiam pro peccato voluntatis. Sicut patet de inclusa quadam, de qua fertur, ꝙ cùm in vltima infirmitate esset constituta: videndo iuuenem quendam per rimā ōstij pomposè ambulantem: suam quā semper puram tenuit mentem, maculauit, per uoluntatem immundam, de qua mala voluntate licèt doluit, tamen damnata est, quia noluit præ verecundia confiteri, sicut ipsa suo confessori apparens indicauit, &c. Nota legem ad hoc supra eod. cap. 9. Exēplū.

¶Quia verò posset aliquis suspicari, ꝙ hæc pęna non esset debita his, qui nec opus implent peccati, nec voluntatem habent illud committendi, quātum ad opera extrinseca, vel in personis proprijs, consentiunt tamen in delectationem interius, ꝙ per alios fiat, vel vt hoc fiat, præstant auxilium, cōsilium, vel fauorem. Ideo hic ostendere restat, ꝙ etiam isti similem cum alijs præcedentibus pęnam merentur æternam, & etiam non resistentes, vbi eis resistere incumbit. Vel etiam peccatores hospitantes, vbi sciunt, ꝙ peccata in domibus suis committere volunt: vel talibus personis domos concedentes, vel locantes, vel de domibus 23

suis

suis non expellentes. Hoc enim primò patet per exemplum de hospitante inimicum vel proditorem regis, vel ipsi consilium vel auxilium vel fauorem præbente, vel ipsum de domo sua non expellente, cum posset. Secundò idem ostenditur per legem ciuilem. ff. de extraord. cri.i. in ff. nouo. libr. 9. titu. prædicto. l. 1. §. qui puero. In qua prædicti continentur malefactores sub verbis sequentibus, qui puero stuprum abducto, vel corrupto comite psuaserit: aut mulierē puellamve interpellauerit, quidve impudicitię gratia fecerit, domū præbuerit, pretiumve quo is persuadeat, dederit: perfecto flagitio punitur capite pro imperfecto in insulam deportatur, corrupti comites supremo supplicio afficiuntur. Glo. sic quod moriantur. Hic nota, ꝙ lex punit voluntatem cum verbis sine facto, in hoc, ꝙ dicit, interpellauerit. Et etiam peccatum omissionis, seu subtractionis & negligētię, in comitibus qui puero vel puellæ dantur ad custodiendum. De quo judicio timeant prælati & quicunque alijs dantur ad custodiam seu gubernationem quamcunque ne corrumpantur, si se à custodia subtrahāt: quia dicit: corrupti comites supremo supplicio afficiuntur. Et etiam peccatoribus vel peccatricibus sicut meretricibus & huiusmodi locantes vel concedentes domos, sicut faciunt in magnis villis vbi tales fatuæ mulieres de tali maledicto facto viuunt. Contra quos etiam est lex ciuilis. ff. ad legem iuliam. de adulteris. 1. in ff. nouo. lib. 10. titu. prædicto. l. & si amici, vbi continetur quòd sicut pœna capitis punitur, qui adulterium committit: ita qui domum ad hoc locat vel prębet.

¶Ad idem est lex in autentica de lenonibus. Col. 3. §. si quis autem patiatur, vbi habetur, ꝙ domus illa publicabitur & nihilominus dominus domus in 10. libris auri punietur. Hęc omnia lege confirmatur diuina, quæ prædictis concordat, dicens: in Psal. 54. Descendant ad infernum viuentes, quoniam nequitiæ in habitaculis eorum. Timeant ergo, qui lecatores: vel quoscunque malos in familia sua retinent vel eos pascunt vel vestiunt, cum hoc faciendo plus pro eis faciat quàm qui eis domum locat. Nec miretur quisquam, ꝙ Deus vt prædictum est iustè punit delictum voluntatis vel consensus, quia apud etiam iustitiam ciuilem aliquādo peccatum consensus grauiùs est, & grauiùs punitur quàm factum in se: sicut patet. ff. ad legem pompeiam: de parricidis: id est in ff. nouo. lib. 10. titu. prædicto. l. vtrum, cuius legis verba sunt hæc. Vtrum qui occidunt parentes, an etiā conscij pęna parricidij afficiantur quęri potest. Et ait Macianus etiam conscios eadem pœna afficiendos. Non solùm parricidas proinde conscij etiā extranei eadem pœna afficiendi sunt. Glo. Conscius delicti maiori pęna punitur quàm si ipsimet commisisset, nam si extraneus commisisset & occidisset patrem vel parentem alterius, punietur pœna communi, vbi tamen est conscius grauius punitur, quia sicut parricida. Prędicta confirmat lex Dei quæ prædictis concordat. Rom. 1. Qui talia (inquit) agunt, digni sunt morte. Non solùm autem, qui talia faciunt, sed qui consentiunt facientibus. Nota. V. 10. artic. 4.

¶Remedia verò ad omnes pœnas prædictas euadendas aptiora inueniri non poterunt, quàm vt omnibus tam culparum quàm etiam pęnarum radicibus & principijs resistatur. Pro quibus est aduertendum, quòd plura sunt peccatorum & pœnarum ex consequenti motiua malè à peccatoribus interpretata: quorum quędam tanguntur. D. 1. artic. 5. Et M. 9. artic. 9. scilicet Dei misericordia & huiusmodi præsumptiones per quas pręsumentes dicunt, ꝙ Deus non vult perdere quos condidit. Et ꝙ Deus neminē ęternaliter vult perdere. Artic. 9. 24

Sed

Sed huic principio obstare debemus
cogitantes, quod in inferno nulla est
redemptio. Et dicendum, sicut in
fabulis legitur, vulpem dixisse & fe-
Leo cisse. Leo nanque vt animalia plu-
Exēplū. ra deciperet, se infirmum finxit, &
animalia, quæ causa visitationis ad
ipsum venerunt, deuorauit. vulpes ve-
rò intrantium videns vestigia & non
redeuntium: periculum suspicans, as-
seruit ꝙ intrare noluit, nisi prius in-
trantia exire videret: & tali fantasia à
Leonis caverna longius se subtraxit &
inuitantibus ab intrandum obstitit.
Sic diabolus vt plures decipiat: infor-
mat multos: ꝙ ipse est quasi mortuus:
quantum ad hoc ꝙ ipse non eos æter-
naliter cruciabit: & ꝙ infernus est cō-
bustus: sic ꝙ contentos nō semper re-
tinebit: & ad istud publicandum &
alios inuitandum, vt illuc intrent:
multos habet preconisatores: & sub
isto prætextu multi intrant. Matth.7.
Spaciosa est via quæ ducit ad perditio-
nem & multi vadunt per eam: de qui-
bus nullos exire videmus. Sapien.2.
Non est qui agnitus sit reuersus ab in-
feris, &c. Omnibus ergo tentatoribus
& tentationibus, & cogitationibus,
quæ persuadent aliquid faciendum:
pro quo versus infernum iter adiun-
gentes, ꝙ non æternaliter peribunt, re-
spondere deberemus: sicut respondit
vulpes, dicentes. Non faciemus: quia
sicut dicitur. Sapien.2. Non est reuer-
sio finis nostri, quoniam consignata est
& nemo reuertitur. Sane in ista opi-
nione plus visui nostro credere debe-
remus quàm talibus mendacijs. Quod
nanque ignis inferni sit visus patet.
Nam secundùm beatum Grego. in 4.
Dialogo. Contra negantes infernum
esse ostenditur ignis infernalis de qui-
busdam ciliciæ locis eructuare. Et
Augusti. de ciuita. Dei, lib.3. cap. vlt.
dicit, quòd aliquando erupuerunt
tot cineres de montibus Etneis, ꝙ
cooperuerunt tecta domorum, &
ignis exiens rupes combussit. Nota
Augusti. suprà eod. cap.15. ad idem.
Quòd verò iste ignis æternus sit ęter-
naliterque malos detinebit: plus ver-
bis credendum est veritatis. Matth.18.
quàm duos oculos habentem mitti in
ignem æternum. Et Matth.25. Ibunt 25
hi in supplicium ęternum: iusti autem
in vitam æternam. Alia verò culparum
& ex consequenti pœnarum motiua
sunt peccatorū lucra & delectationes.
Sed huiusmodi tentationum radices
extirpare deberemus, respondentes,
sicut respondisse fertur quædam cōcu-
bina amasio suo: à quo cū robam pete-
ret & ipse diceret ipsam satis habere.
Nō inquit, quicquid das mihi parū est Exēplū.
pro pęna æterna propter te sustinenda.
Ita deberent mulieres & omnes alij,
quando eis aliqua offeruntur, vt falsa
periuria: vel alia peccata committant,
respondere: nimis parum est pro pęna
ęterna sustinenda: non emo tanti ęter-
naliter pęnitere. Quasi per istum mo-
dum respondit Petrus Simoni Mago.
Act.8. dicens: Pecunia sit tecum in
perditionem. Alia verò pęnarum &
culparum causa: quandoque est spes
expectationis senectutis, quorum pe-
riculum ex auctoritate ostēditur Hie-
rony. in epistola ad Eliodorum. Inter
eū (inquit) qui 10. annis vixit, & inter
eum, qui mille, postquàm idem finis
vitæ aduenerit, & tempus omne tran-
sactum fuerit: tantundem habet vnus,
quātum alius, nisi ꝙ magis senex onu-
stus peccatorum fasce, proficiscitur.
Ad idem August. super Psal.6. Cū dies
iudicij venerit, tunc sentient peccato-
res, quoniam non sit longa vita homi-
nis, qui transit. Nota ad hoc auctorita-
tem beati Grego. pulcherrimā. D.5.4.
Sic ex consideratione infinitarum pę- 26
narum omnibus tētationibus restitit,
& duram egit vitam ille, de quo refert
Beda in lib. de gestis Anglorū, ꝙ duce-
batur ab Angelo primo per maximas
pęnas. s. ignis & aqua, & huiusmodi.
Et credens illum locum esse infernū, Exēplū.
dixit ei Angelus: ꝙ fuit purgatoriū, &
illos, qui ibi erant, posse bonis amico-
rum operibus iuuari, & specialiter
Missis.

Missis. Posteà ostendit ei puteos horribiles, & pœnas inferni maximas: ad quas, dum ibi erat, duo homines, vnus clericus, & alter laicus, & mulier ducebantur. Et ab Angelo reductus: totam vitam suam in arctissima duxit pœnitentia, & omnia bona sua dedit pauperibus, vxori, & filijs. Et, cum homines admirãtes quærerent ab eo, quomodo potuit in tanto frigore sic quasi nudus ire. Vel alio tempore tot sustinere, quasi discoopertus tot calores. Et quomodo posset in tali pœnitentia viuere. Respondere solebat q̃ calidiora & frigidiora viderat: & talem vitam duxit, q̃ si nunquam dixisset se pœnas vidisset arcta via ostendit, se aliquid vidisse.

¶De simili visione nota de filia quadam. E. 4. 10. Vtrique istorum potest dici, quia vidisti, de nobis vtinam veraciter dici poterit, quod sequitur: Beati qui nõ viderunt, & crediderunt. Ioan. 20. quia vtinam omnes sic saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Deutero. 32. quia si omnes sic saperẽt & intelligerent, ab omnibus peccatis & pœnis inferni se custodirent, & omnis pœnitentia & pœna, quam hic sustinere possent, leuis videretur. Et pro tanto congruè respondit quidam senex in vi. pa. cuidam dicenti: Quid faciam, quia in cella patior accidiam. Cui senex: Non dum vidisti tormenta futura, quia si illa considerares, & esset cella tua plena vermibus vsque ad collum: sustineres patienter. Sic videbunt iusti, & timebunt, in Psal. 51. ante mortem ad suam emendationem; ne videant & timeant post mortem, quoniam timor pœnam habet. 1. Io. 4.

Exẽplũ.

¶Perseuerantia. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Qui in bonis perseuerant actionibus; Deum hic per gratiam, ac in cælo per gloriam inuenire; cum ipsoque regnare iugiter poterunt. num 2.*

3 *In bonis autem operibus haud perseuerantes, irrationalibus bestijs in malis, defectuosisque conditionibus; insensibilibus creaturis; rationalibus quoque, ratione tamen abutentibus, aptissimè quidem comparantur. numero 4. 5.*

6 *Maximum imminere periculum, inutilitatem, spiritualemque damnum, ac immensas demum derisiones, cùm ipsismet in bono non perseuerantibus; tùm toti etiam eorum causa Christianitati; pulcherrimè explicatur. num. 7.*

8 *Priscorum, artificum, multisque alijs trahimur ad perseuerantiam exemplis, atque modis.*

9 *Quàm plurima, nos à perseuerantia retrahentia impedimenta, vnà cum eorum remedijs, satis luculenter declaratur, per totum, vsque capitis calcem. num. 10. 11. 12. 13. 14.*

Perseuerantiam in bonis habere operibus. Primò, nos mouent & docent perseuerantiæ vtilitas & nobilitas. Secundò, non perseuerantium vtilitas. Tertiò, periculum atque inhonestas. Quartò, antiquorum, & omnium artificum exempla, & diuinum præceptum, atque legis documentum. Quintò, ostendentur causæ retrahentes, & perseuerantiam impedientes, cum remedijs opportunis.

¶Quantum ad primum, perseuerantiæ vtilitas. Primò in hoc ostenditur, q̃ Deum hic per gratiam inuenire Arti. 1. 1

nire facit perseuerantem, quod elegãter in facto ostenditur Magdalenæ, de qua beatus dicit Grego. in Homel. de Maria, quæ stabat ad monumentum foris plorans. Contigit (inquit) vt eum sola tunc videret, quæ remansit, vt quęreret, quia nimirum virtus boni operis perseuerantia est. Et citò post, quæsiuit priùs, & minimè inuenit, perseuerauit vt quęreret, vnde & contigit, vt inueniret, actumque est, vt desideria delata crescerent, & crescentia caperent, quod inuenissent. Hinc enim est, ꝙ de eodem sponso Ecclesia in Canticis canticorum, & quilibet anima fidelis dicit: In lectulo meo per noctem quæsiui, quem diligit anima mea. Quæsiui illum, & non inueni, surgam & circumibo ciuitatem per vicos & plateas, quæram quem diligit anima mea, paululum cum pertransissem, inueni quem diligit anima mea.
2 Canti. 3. Secundò, Deum in gloria perseuerantem inuenire atque cum ipso conregnare facit. Quod enim Deum in gloria inuenire facit; patet quia omnes alij currunt, sed vnus accipit brauium. 1. Corin. 9. Glo. perseuerans.

¶Ex quo patet, ꝙ sicut in cursu seu ludo illo multi currebant, tamen qui vsque ad finem citiùs currebat, atque velociùs, accipiebat pręcium. i. brauium, quod in velocitate perseueranti dabatur. Ita hic in proposito. Et sicut rex vel dominus magnus quandoque plures habet filios, sed tamen vnus solus accipit regnum, vel hæreditatem: Ita in proposito, tãtum ille, qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. Matth. 10. Et regnum Dei pro semper obtinebit: quia, si seruire, regnare est: ergo sicut ei vno die vel ad modicum seruire, & postea ad peccata redire vno die vel ad breue tempus regnare est. Et talis est rex, sicut rex æstatis in ludis puerorum. Ita ei semper seruire vsq; ad mortem, est cum eo semper regnare. Et hoc est, quod cuicunque fideli dicitur. 1. Paral. 28. Firmabo regnum eius, si perseuerauerit facere præcepta mea. In qua magna designatur perseuerantię nobilitas. Nam perseuerantia est Hester Regina sola inter puellas electa, non vt cum Assuero, sed vt cum Deo regnet in æternum coronata, de qua in Psal. 44. Astitit Regina à dextris tuis, &c.

¶Hæc est Ioseph saluator Ægypti, quia quicunque saluatur, per ipsam saluatur. Et hæc tunicam habet talarem, de qua beatus Grego. in Homel. Maria stabat ad monumentum. Hinc Ioseph inter reliquos fratres talarem tunicam habuisse describitur. Tunica quippe vsque ad talum, est opus bonũ vsque ad consummationem: & talis dicere potest illud Eccl. 2. Sapiẽtia perseuerauit mecum.

¶Sed, quia homines non tantùm trahuntur ad bonum perseuerantiæ, vel quodcunque aliud ratione vtilitatis, sed etiam retrahuntur à malis imperseuerantiæ & quibuscunque alijs ratione vilitatis: ostendere restat, quãta sit non perseuerantium vilitas: vt, illa considerata, ad perseuerantiam in bono compellantur. Horum autem vilitas licèt in toto ostendatur capitulo de inconstantia, hic tamen in speciali non perseuerantes in bono, in primis bestijs irrationabilib⁹, in malis comparantur conditionibus, seu defectuosis. Inter quas primo Leenæ comparantur, de qua dicitur: ꝙ primò plures parit catulos, & deinde pauciores, continuè vsque ad vnum, & postremo vsque ad nullum perueniendo. Sic illi, qui primo ordinationis suæ anno sunt Angeli, secundo homines, tertiò dęmones: ibi iubet Plato quiescere. Et illi, qui in iuuentute & in innocentia, vel dum noui sunt in religione, vel in Quadragesima, in infirmitate, vel festo Paschæ, quando ad communionẽ accedunt, sunt deuoti, & continuè postea decrescunt, & de malo in peius mutantur. Contra illud Deut. 33. Sicut dies iuuẽtutis tuę, ita & in senect⁹ tua. Secundò, quibusdam miluini generis comparantur

Artic. 3
Leena.
4 Milui.

comparantur auibus, de quibus dicit Vincentius in speculo naturali, quòd primò aues magnas venantur: deinde debiliores: deinde muscas & pulices, ac lumbricos terrę venantur, tandem in fine fame moriuntur. Sic non perseuerantes: de quorum quolibet potest dici, quod de precedenti dici posset Leena, quę multos habebat filios infirmata est. 1. Reg. 2. Qui in hoc casu non solùm bestijs irrationalibus, verum etiam creaturis comparantur insensibilibus. Sicut patet primò. T. 5. 72. per similitudinem, quam habent cum proprietate solsequij. In quo casu vilissimo comparantur vermi. i. testudini, quia sicut testudo ad paruum tactum retrahit cornua. Ita isti pro parua aduersitate vel difficultate, à bono incepto desistunt. Et ideo sicut de prędictis miluis prædictum est in fine fame. i. propter defectum perseuerantię in bonis operibus moriuntur, quia vita ęterna defraudantur, quia sicut dicit decretum, sumptum ex verbis beati Gregorij in Mor. de pœ. dist. 3. §. incassum, in fine. Incassum quippe bonum agitur, si ante vitę terminum deseratur, quia in frustra velociter currit, qui priusquam veniat ad metas, deficit. Hinc per Moysen caudam hostię offerre iubemur: vt omne bonum, quod incipimus, perseueranti fine compleamus. Secundò, inter creaturas insensibiles Lunę nouę comparantur, quę in principio noctis, sed non vsque ad diem lucet. Luna verò antiqua econuerso in fine & non in principio noctis lucet. Luna verò plena per totam noctem. Sic aliqui in principio noctis huius vitę quę comparata aliam vitam, est quasi nox, sicut ostensum est. M. 11. 42. lucet: sed non perseuerant: de quibus. Ecclesiast. 27. Stultus, vt Luna, mutatur. Alij in fine noctis huius vitę lucent: qui, scilicet, in fine ad salutem pœnitent. Alij quasi Luna plena per totam vitam suam lucent. de quorum quolibet. Ecclesiast. 50. quasi Luna plena in diebus suis lucet. Primi verò, id est, qui in principio noctis tantùm lucent: tam inter creatura sensibiles, quàm insensibiles monstris comparantur. Quia sicut tam in natura sensibili tam rationali quàm etiam irrationali contra naturam & monstruosum videtur, quod fęmella quæcunque fœtum vnius speciei vel naturę concipiat, & alium pariat. Si enim semen vnius speciei seminetur, vel plantula plantetur, & alterius naturę semina vel arbores producant. Sic qui primò cantat mirabilia, & postea deficit: qui primò concipit Deum, & parit diabolum, vel qui Deum & bona opera concipit: sed non parit, de quo Iob 15. Congregatio hypocrite sterilis apud quem, sicut dicitur. Eccl. 40. est iracundia perseuerans & contentio. Tertiò, inter creaturas rationales ratione tamen abutentibus, primo falsis comparantur hominibus. T. 5. 27. Et dilaceratis. H. 3. 5. Secundò, comparantur militibus, non habentibus longum anhelitum. Nunquam enim erit bonus miles, qui non habet bonum in bello & diuturnum anhelitum. Ita nec bonus miles Christi, qui non habet in bono perseuerantiam. Ergo in disciplina perseuerare filij. Heb. 12.

Testudo.

¶Quòd si non feceritis, non tantùm in vestram redundat vilitatem & inhonestatem, verùm etiam in vestrum, & aliorum redundabit periculum. Sicut patet per vltimum exemplum de milite, in bello non benè perseuerante. Ex quo defectu non tantùm sibi, sed etiam toti Reipublicę periculum imminet. Sic quando illi, qui deberent esse milites Christi, & pugiles totius Christianitatis, & specialiter quorum acceperunt curam & defensionem, si in pugna ista perseuerantes & prudentes non fuerint: vtrisque periculum imminet. Sicut patet per exemplum de conducente pugilem pro iustitię, Artic. 3. 6

iustitiæ, vel terræ suæ defensione, sicut faciunt in aliquibus partibus, vbi duella contra Deum & rationem permittuntur. Si nanque talis pugil sit victus, & à socio suo deceptus: sicut ad literam dicitur accidisse, de quodam, qui fecit pugilem, qui cõtra eum veniebat respicere retro dicendo, ꝙ non fuit modus, quòd vnus pugnaret contra duos, & tu tecum alium ducis, quem dum hac cautela retro respicere fecit, ipsum vicit & pugil victus salarium & in aliquo casu vbi pro vita alicuius pugnat, vitam amittit. Et alius terram vel vitam pro qua pugnauit. Sic in proposito de prælatis, & alijs curam habentibus, qui sunt Christianorum pugiles & milites, quorũ quemlibet in pugna ista ad fortiter dimicandum: hortatur Apostolus, dicens: Labora sicut bonus miles Christi. 2. Timoth. 2. Si in pugna, ad quam tenentur pro subditorum tam vita spirituali quàm etiam hęreditate æterna, prædicto modo decipiantur: ꝙ diabolus, vel caro, vel mundus faciat eos postquàm manum miserunt ad aratrum, respicere retro: sicut prædictus pugil retro respexit, & sicut vxor Loth: ita quòd in pugna ista & curæ deficit: vtrisque periculum imminet mortis, & priuationis, seu perditionis æternæ hæreditatis: quia maledictus, qui non permanet in sermone legis huius. Deut. 27. Legis (inquit) huius. i. legis Ecclesiasticæ, per quam ad curam & pugnam pro suis subditis obligantur. Sed heu, perficere non inuenio. Rom. 7.

7 ¶Quia sicut dicitur. Eccl. 28. perseuerantia illius linguæ non permanebit. i. illius, qui quando curam aliquorum accipit, vel de aliquo opere bono oneratur, & iurat, vel promittit se bene esse facturum: sed post modum ostendit, ꝙ ventus ille, linguæ illius de ore suo emissus fuit: sicut ventus, qui nauem versus mare dirigit: sed ad portum non perducit. Et sicut flores arborum, ex quibus nullus sequitur fructus. Et sicut semen, quod seminatum non crescit. Et sicut fundamentum sine tecto, quia perseuerantia illius linguæ. i. promissum illius linguæ non permanebit. Et sicut ex his omnibus imminet periculum, & inutilitas, & inhonestas. Nam periculum est, quando nauis vel in portu vel ante portum periclitatur, & inutilitas est quod arbor floreat, & non fructificet: & malum & damnum: seminare vbi nihil crescit: & derisorium est fundare domum, & non consummare. Sic in proposito & periculum & inutilitas & damnum est spirituale. Et qui habitat in cœlis irridebit eos. Psal. 2. Nota de periculo talium. S. 5 arti. 4.

¶Propter quod, ne in ista pericula, vel derisiones incidant: ipsimet, qui habitat in cœlis per exemplum Deus hortatur ad cogitandum, antequàm curam accipiant, vel opus aliquod incipiant, si illud consummare poterunt an non. Et secundùm hoc illud incipiant vel dimittant. Luc. 14. Quis (inquit) ex vobis volens turrim ædificare: non priùs sedens, computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postea quàm posuerit fundamentum, & non poterit perficere: omnes, qui vident, incipiant illudere, dicentes: Quia hic homo cępit ædificare, & non potuit consummare. Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens, priùs cogitat, si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum 10. milibus venit ad se? hęc ibi. Sic esset faciendum in omni proposito, vt priùs deliberemus de faciendo, & postquàm deliberatum & inceptum est: sicut docet Apostolus. Gal. 6. Bonum facientes, non deficiamus. Et addit causam satis familiarem, sicut agricola alium agricolam, vel artifex alium familiariter hortatur, vt opus consumet: ne mercedem amittat, dicens: Tempore enim suo metemus, non deficientes:

ficientes: scilicet si priùs non deficeremus.

Artic. 4. 8 ¶Exemplum ad hoc de Petro, quo dicitur. Act. 12. Petrus autem perseuerabat pulsans: & omnium qui perseuerantiam ore docuerunt. Sicut patet in vi.pa. vbi quidam senex discipulum docuit, dicens: Talem te quotidie serua qualem te prima die exibuisti. Confortare, & perfice. 1. Paral. 28. Et hanc opere impleuerunt, & ostenderunt. Sicut patet primò de Moyse: qui dicit. Deut. 9. Perseueraui in monte 40. diebus: & 40. noctibus. Et Caleph, qui dicit Iosuæ 14. Illius temporis fortitudo vsq; hodie in me perseuerat. Tertiò, in Iob & Thobia. T. 5. 72. Quartò, in Diogene. P. 3. 3. Quintò, in latrone: de quo fertur, quòd cùm nihil aliud in pœnitentia, quando de latrocinio cessabat, recipere vellet, nisi quod crucem semper à dextris per viam dimitteret: in hac tamen intantum perseuerauit pęnitentia, quòd cùm ab hostibus esset persecutus, potius se occidi permisit, quàm contra pœnitentiam susceptam faceret, cui piè credendum est, ꝙ Deus cœlum aperuit. Nam ex dicto proprio hoc sequi videtur, qui ait. Luc. 11. Et ille (inquit) si perseuerauerit pulsans. Dico vobis: & si non dabit illi surgens, eò quod amicus eius sit: propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.

Exẽplũ.

Exẽplũ.

¶Sextò, in omnibus operarijs & artificibus. Nauta enim in mari pugnat contra ventum: & non statim ad primum ventum, quem non habet ad libitum reddit. Ita etiam agricola in spe messis duras sustinet in operando tempestates, & omnia fortunæ & Dei adiutorio exponit. Nam si vellet esse certus, antequàm seminaret: ꝙ bonas habiturus esset messes, & aliter non seminaret, nunquam seminaret. Si iterum ad primum ventum frigidum aratrum dimitteret, nunquam bene meteret. Ita nec illi, qui nec bonum opus incipere volunt, nisi essent certi de profectu, vel inceptum non continuant: quando contrarietatem inueniunt. Oportet ergo incipere in spe adiutorij diuini & perseuerare, quia sic omnes alij ab initio fecerunt. Et sicut 2. Petri 3. omnia sic perseuerant ab initio creaturæ, quia aliter nec in operibus nostris conformamur diuinis: de quibus dicitur. Eccl. 3. Opera autem Dei in æternum perseuerant. Nota exemplum ad hoc. B. 2. 35. Nec præceptum implemus diuinum, de quo beatus Gregorius in Homel. Maria stabat ad monumentum. Pręcepto (inquit) legis cauda hostiæ iubetur offerri in sacrificio. In cauda quippe finis corporis est: & ille bene immolat, qui in sacrificium boni operis vsque ad finem perducit debitæ actionis. Nec documentum tenemus legis ciuilis. O. 4. 15. Hi omnes & hæc omnia perseuerauerunt confirmare sermonem. Ezech. 13. i. prædicti omnes suis doctrinis & exemplis perseuerauerunt confirmare sermonem Dei in nobis.

¶A qua quidem perseuerantię confirmatione seu firmitate multa nos retrahere nitũtur: quorum quidem impedimentorum, quædam sunt intrinseca; quædam extrinseca. Intrinsecorum quædam sunt voluntaria, quædam inuoluntaria. Impedimenta voluntaria intrinseca sunt, propositi indebita formatio, & instabilitas & mẽtis seu cordis nimis superficialis fixio & fundatio, & ad Crucem Christi debilis ligatio. Nam sicut nauis non ligata ad anchoram, & sicut domus non fundata super firmam petram: fundamentum faciliter deijcitur. Ita in proposito: nauis cordis nostri non ligata ad anchoram Crucis: nec domus fundata super firmam petram Christum: nec arbor bene radicata, faciliter proijcitur, & deijcitur: sicut patet. T. 5. 72. Omnis nanque sic interius dispositus est, sicut pulchra frumentorum vel florum osten- Artic. 5. 9

sio in terra mala, & arbore sterili: quæ nec diu durat in pulchritudine, nec fructificat ad vtilitatem. Et quia interiùs firmum fundamentum non habet: ideo parua tempestate totum destruitur. Sic in proposito.

¶Ad hoc ergo, quòd quis in opere pœnitentiæ vel cuiuscunque virtutis firmus perseueret: oportet, ꝙ amoris vinculo interius in corde ad Crucem Christi tanquam ad anchoram ligetur. Exemplo Christi qui clauis cruci fuit ligatus: vt veraciter cum Paulo dicere possit: Christo confixus sum cruci. Et vt sic ei conueniat, quod de Lucia dicitur: Deus in medio eius non cõmouebitur: in Psal. 45. Sic ostendat se sapientem esse, de quo dicit Augusti. de ciuitate Dei. lib. 10. quòd differentia est inter animum sapientis, & stulti: quia stultus cedit passionibus: sapiens non.

¶Causa verò inuoluntaria est naturalis debilitas, amentia, senectus, vel quæcunque impotentia absoluta, quæ contra voluntatem contingit. Et de hoc ꝙ quis, tali causa superueniente, in inc ępto non perseuerat opere laudabili, non est vituperandus, nec talis in perseuerantia est ab alijs in exemplum trahenda. Quia sicut vult philosophus primo Ethicorum cap. 16. Simile est de eo, qui permansit in operatione virtutum vsque ad amentiam, & de eo, qui permansit vsque ad mortem.

¶Causarum vero seu impedimentorum tam intrinsecorum quàm extrinsecorum plura tacta sunt. P. 7. ar. 13. per totum.

10 ¶Quarum vna de extrinsecis est delectatio, quam quis in rebus inuenit exterioribus. Et tales Ionathæ assimilantur. 1. Reg. 14. qui bene incępit & hostes fortissimè fugauit: sed dum opus inceptum perficere debuit, post fauum mellis declinauit. Sic isti post delitias vel honores. Vnde istis contingit spiritualiter, quod Aza rex sustinuit corporaliter, de quo post multa bona facta sua dicit. 2. Paral. 16. quòd in fine doluit pedes. Hos corripit & his remedium apponit Apostolus dicens. Gal. 3. Sic stulti estis: vt cùm spiritu, cęperitis: carne consummamini? Tales sunt spiritualiter mortui, assimilati illi statuæ mortuæ Nabuchodonosor, quæ habuit caput aureum & pedes fictiles. Dan. 2. Illa inquam morte mortui sunt vel erunt: de aqua dicit Apostolus. Si secundùm carnem vixeritis, moriemini. Rom. 8.

¶Secundum impedimentum retrahens à perseuerantia, sunt diuitiæ, mundique gaudium, quia sicut canis vel falco satiatus, in volando non perseuerat. Homo etiam qui satis habet aliunde: etiam si non laboret, in æstu & pluuia, non ita bene perseuerat in opere & labore suo, sicut ille, qui nihil habebit in sero, nisi quod lucratur de die. Ita quibus est esculentorum satietas, & venereorum opportunitas: ita bene non perseuerant in ieiunio & castitate. Nec illi, qui confidunt in diuitijs suis, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur: ita bene perseuerant in tribulationibus suis, & tędiosis operibus pro amore Christi: sicut illi, qui cogitant, ꝙ nihil habebunt in sero mortis, nisi quod de die vitæ lucrantur. Nec etiam in multis operibus bonis, ita bene perseuerant abundantes: qui multa habent, quę amittere possunt: sicut illi qui nihil amittere possunt: sicut ostensum est. C. 16. 35. Et hac de causa Apostoli & Christi discipuli, qui dixerunt: Nos reliquimus omnia, erant vnanimiter perseuerantes in oratione. Act. 1. 11

¶Tertium impedimentum est difficultas, labor, vel flagellum, quod quis patitur in bonorum operum aggressu. Sed hoc tollit beatus Gregorius dicens, ꝙ consideratio pręmij minuit vim flagelli, sicut patet de expectante promotionem in curia Papę. T. 5. 72.

12 ¶Quartum impedimentum est infortunium. Sed hoc primò tollit Demetrius philosophus, de quo recitat Augusti. de ciuitate Dei, qui dixit: Nihil illo est infelicius, cui nũquàm aliquid euenit aduersi, non illi licuit experiri: cum malè de illo iudicauerunt dij. Secundò idem tollit Seneca, dicẽs: Illos miseros esse iudico, qui nunquam fuerunt miseri.

13 ¶Quintum impedimentũ retrahẽs ab inceptione, & etiam perseuerantia, est timor profectus; propter hoc nanque aliqui à prędicatione, aliqui à peregrinatione ad gentes conuertendas retrahuntur. Sed hoc tollit primò Paulus 1. ad Cor. 3. dicẽs: ꝙ vnusquisq; ꝓpriam mercedem recipiet: secundùm proprium laborem, & non secundùm profectum. Secundò, idem tollit Seneca in epistola 83. per exemplum de seminãte & naufrago, dicens: Post malam segetem serendum est. Nam quicquid perierat infelicis soli sterilitate, vnius anni restituit vbertas. Nemo habet tantam certitudinem in beneficis, vt non sæpe fallatur, post enim naufragia maria tentantur. Tertiò, idem tollit in prouerbijs dicens. Bonarum rerum si successus non fuerit: conatus ipse onustus est: bona nemini est hora, si non alicui sit mala.

14 ¶Sextum impedimentum est persecutio, quæ fit tripliciter secundum canones: cordis inuidiatoris detractione operis inflictione. 6. q. 1. sunt §. verum. Sed istud tollit primò auantagiũ, quod de persecutione habebit, sicut ostensum est. T. 5. 35. & 39. & 50. & 64. Secundò, quia plus sibijpsi nocet, sicut patet. T. 5. 64. Nam dum istę, quem persequitur perdit vestem vel parum in corde inquietetur, ille perdit fidem, iste pecuniam, ille iustitiam: istius periculũ est exterius in rebus vel corpore, illius in anima: ergo, omnibus istis impedimentis sublatis, sitis perseuerantes in doctrina Apostolorũ. Act. 2. quia si non perseueratis, deficitis, quia secundùm Bernardum, omnes aut ꝓficiunt aut deficiunt. Non proficere enim, deficere est. Et arbor plantata in horto dominico, quę non crescit, nec proficit, scinditur, & in ignem mittitur. Sicut ergo arbor & lilium inter spinas perseueranter crescunt: Sic & vos inter puncturas persequentium & aduersantium, quia secundùm August. super Psal. 119. Cùm inceperit Christianus cogitare proficere, incipit pati linguas aduersantium, quicunq; illas nondum passus est, nondum proficit, quicunque illas non patitur, non conatur proficere. Nota de materia perseuerantię. R. 5. artic. 11. per totum. Item. S. 5. 6.

¶Pietas. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Non paucas Pietatem vtilitates conferre, non modò pietatis opera exercentibus; verùm enim vero pij hominis pietatem considerantibus; quidni pro comperto habendum? num. 2. 3. 4.*

5 *Quas sanè prætactas vtilitates, vt pietas distribuere queat; duas conditiones summopere necessarias esse, ne renuas: hoc nanque in huius capitis peroratione rectè concluditur. num. 6.*

Pietatis; Primò ostẽditur multiplex vtilitas. Secundò, qualiter haberi debeat. Quantum ad primũ, pietas duplicem in generali confert vtilitatem: Vnam illi, qui pietatis exercet opera: Alteram illis, qui eius considerant pietatem.

¶Quantum ad primum, pietas quatuor confert vtilitates eius dilectori & operatori. Primò, nanque à Deo dari facit bona temporalia: quia bonus dominus & largus: non erit parcus ei, qui sibi Arti. 1. 1

est largus. 1. Timot. 6. Est autem quęstus magnus: pietas cum sufficientia. Secundò, iuuat ad habendum remissionem peccatorum: quia qui ex pietate remittit peccanti in eum: Deus ei citius remittit, dicēs. Luc. 6. Dimittite, & dimittemini. Quātò ergo plus sentimus nos contra Deum deliquisse, & pietate magis indigere, tantò plus debemus alijs, tam pietatis corporalis pauperes iuuando, quàm etiam spiritualis dimittēdo opera exhibere. Exēplo illius: de quo scribitur: Eccl. 49. In diebus peccatorum corroborauit pietatem. Tertiò, liberat tā à culpa quàm etiam a culpę sequela. i. pœna.

2 ¶A culpa nanque in hoc liberat, ꝙ postquàm peccatorum remissionē semel (vt prædictum est) per pietatē obtinuerimus eadem pietas facit: ꝙ Deus à tentationibus, & sic ne in culpam incidamus, præseruat & eripit. 2. Petri 2. Nouit dominus pios de tentationibus eripere. Quod etiam præseruet à pęna seu morte ęterna, per exēplum patet de Traiano, & vidua I. 13. 8. Propter quod scriptura congruè simul copulat vitam & pietatem. 2. Petri 1. Quæ ad vitam & pietatem donata sunt, quasi diceret: illa quæ donata sunt ad pietatem: donata sunt ad vitam.

¶In quo notatur quarta pietatis vtilitas, quia mentē piam ad cognitionē Dei & per manū piam. i. per manum illam, per quam pietatem exercendo tenuit, ipsam quoque manū tenendo, ad vitam ducit æternam. Quòd autem

3 ad cognitionem Dei ducat, in qua cognitione consistit vita æterna. Ioh. 17. Hęc est vita ęterna, vt cognoscāt te solum verū Deum, satis ostēdit Saluator & vita nostra Christus in ostensione suijpsius ad discipulos, qui ei pietatis ostēderunt opera in Emaus, de quibus dicit beatus Grego. in Homel. Duo ex

1 discipulis Iesu ibant, &c. ꝙ Deum, quem in Scripturæ sacræ expositione non agnouerant, in panis fractione cognoscunt. In qua Homel. videtur velle beatus Gregorius, quòd per nullum signum ostensum exterius circa panis fractionem, sed per Dei illuminationem, quam meruerunt in fractione panis, cognouerunt dominum in fractione panis. Et hoc est, quod sequitur in Homel. Audiendo ergo pręcepta Dei, illuminati non sunt, sed faciendo illuminati sunt, quia scriptum est. Non auditores legis iusti sunt apud Deum: sed factores legis iustificabuntur. Quisquis ergo vult audita intelligere, festinet ea, quæ iam intelligere potuit, opere implere, & pietatem non tantum aure audiat, vel ore proferat, sed manu teneat, vt ab ipsa ducatur in agnitionem veritatis, quę secundùm pietatem est in spem vitæ æternæ. ad Titum 1.

¶Quantum ad secundam partem 4
huius articuli, pietas maiorū est causa humiliationis minorum. 3. Reg. 20. Audiuimus, quia reges Israel clementes sunt: ponamus igitur saccos in lūbis nostris, & funiculos in capitibus nostris. Ita etiam rebelles moderni temporis, audientes principes & reges tam ecclesiasticos quàm sęculares pios esse erga illos, qui postquàm contra eos deliquerunt, se eis humiliauerunt, paratiores sunt ad se humiliandum, dicentes illud. Eccl. 18. Viri misericordiæ sunt, quorū pietates nō defuerunt.

¶Ex dictis ergo apparet, ꝙ pietas Artic. 2.
ad omnia vtilis est. 1. Timot. 4. Sed ta- 5
men ad hoc, quod tot conferat vtilitates: duas requirit conditiones, vnam ex parte possidentis, & aliam ex parte ipsius possessionis. Ex parte possidentis debitam requirit habitationem. Ex parte verò sibijpsius ordinatam requirit societatem. Quantum ad primum: debita pietatis habitatio est, quòd non tantùm habeatur in quibuscunque alijs sensibus, nisi etiam habeatur in operatione.

¶De illo nanque, qui illam habet in oculis, piè viuendo, & quasi per visum miseris compatiendo: potest respondeti sicut auis respondit auido aucupi qui aliarum capita frangendo

præ

præ frigore lachrimabat. Ecce (inquit) quomodo nostras lachrymatur miserias. Cui alia, non respicias oculos, sed manum, quomodo ipsa est pietatem suam crudelitate commaculans. Hester 16. Nota. C. 12. 5.

Exẽplũ.

¶Illis verò, qui pietatem tantum in ore habent, vel ipsam in suis miserijs petendo: per antiquum respondetur prouerbium, quo dicitur. On ne doit auoir pitie de luy qui ne la daltuy: vel per ipsam iurando. In quo casu ab eis quæri posset, quod legitur quidam à quodam quæsiuisse rege, qui multum quid loquendo, quid iurando pietatem Dei nominare solebat: hunc cum quendam malè delatum in carcere minùs iustè detineret, nec ipsum aliquatenus dimittere vellet: semel ad mensam positum, quidam cautè reprehendit, quadam quęstione pręmissa in hunc modum. Domine si istum cibum, quem multùm diligis, & frequenter ore sumis, semper haberes in ore, nisi in opere aliquo illum posueris, vel aliquid circa ipsum feceris, quid tibi valeret? Qui respondit, parum vel nihil. Cui ille: Sic est de cibo animæ, licèt semper iustum nominando, in ore habeatur, sine alio nihil prodest. Cui rex, verum est, sed quare hæc dicis? quia (inquit ille) aliqui frequenter optimum cibum animæ. i. pietatem in ore habent, sed non in opere. Rex verò intelligens parabolam, ipsum tangere quæsiuit, in quo pietatem opere non ostendit. Cui alius, in illlo, quem in carcere detines, qui statim iussit eum liberari. Sic ergo secundùm consilium sapientis. Ecclesiast. 27. Cum impio tracta de pietate, vt ipsam opere ostendat, quia aliter secundùm quòd dicitur. 2. Timot. 3. sunt speciem pietatis habentes, sicut patet. C. 12. 5. virtutem autem abnegantes.

Exẽplũ.

6

¶Secundam partem huius articuli. i. pietatis societatẽ ordinat Augusti. in quodam sermone, dicens: Apud Deum nec pietas sine iustitia est, nec sine pietate iustitia, nec sine bonitate æquitas, nec bonitas sine æquitate habetur. Nam æquitas sine bonitate, sæuitia, iustitia sine pietate, crudelitas est. Ideo Apostolus hæc congruè simul associat. 1. Timot. 6. Sectare (inquit) iustitiam, fidem, pietatem, charitatem, patientiam, mansuetudinem, &c.

¶Prædestinatio. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Prædestinationis causam ex parte Dei, suam diuinam voluntatem, ex parte autem prædestinatorum, bona eorum opera; fidelium preces; ac sanctorum auxilium concausas esse, pluribus enodatur rationibus. num. 2. 3.*

4 *Easdem, quæ priùs prædestinationis, prædestinatorumq; causas, atque concausas concurrere, ac cooperari, postquam prædestinatus in rerum fuerit natura; euidentissima tibi enucleatione explicabitur, num. 5. 6. 7.*

8 *Tam Deus, prædestinando; quàm prædestinatus, bona operando; ac Sancti, preces fundendo; manus ad salutem consequendam apponant; vt prædestinationis effectus adimpleatur; necessum est.*

9 *Cur Sancti pro omnibus non orent, vt seruentur; Diui Gregorij verbis explanatur.*

10 *Prædestinationem, vel præscientiam, liberi arbitrij facultatem nequaquam auferre; & pulcherrimo exemplo, & nonnullis auctoritatibus tibi constabit. num. 11.*

12 *Deum haud debuisse hominẽ libertate priuare; validissima explicatur ratione.*

13 *Quàmplurimæ venustæ rationes, ex multis sacræ Scripturæ locis desumptæ, vnà cum earum in commentariolum referuntur solutionibus: quæ, Dei voluntatem totius aliquorum salutis, vel perditionis in causa esse, comprobare, præ se ferunt.*

14 *Præsupposito, quòd Prædestinatio est quantum ad bonos; Præscientia vero quantum ad malos: plurimis rationibus, ac sacræ Scripturæ auctoritatibus, nec bonos, nec malos de necessitate seruari, vel damnari; comprobatur.*

15 *Si quis, Sanctus, immaculatus, Deique filius realiter, vel dici potest; vel non, cùm non sit; hoc totum in eius esse voluntate, scias: nec enim salutis nostræ causam defectiuam; nec perditionis causam effectiuam in Deo; sed in nobis ipsis, in nostraque esse libera voluntate; satis venustè ostenditur. num.16.*

17 *Tametsi Deus omnes homines saluos fieri velit: non æqualiter tamen, licèt abundanter (vt cuique congruit) omnibus præbeat auxilia: per quæ ad finem illum (nisi voluntariè impediantur) peruenire valent, numero 18. 19.*

20 *Nonnullæ obiectiones, ad hanc spectantes materiam, vna cum suis inseruntur solutionibus, ac declarationibus. num.21.*

22 *Quanam ratione cognoscere quis queat; se prædestinatum, vel præscitum; seruandum vel damnandum esse; dilucidè tibi perspicuum fiet. numero 23.*

PRædestinationis; Primò ostenditur causa. Secundò, ꝙ prædestinatio nō tollit arbitrij liberi facultatem. Tertio, ostenditur, quòd prædestinatio est quantum ad saluãdos & pręscientia, quantùm ad damnandos stantibus & suppositis: nec boni de necessitate saluantur, nec mali de necessitate damnantur. Quartò, quòd non est in Deo salutis nostrę causa defectiua, nec perditionis causa effectiua. Quintò, contra prædicta ponendæ sunt obiectiones cum suis solutionibus. Sextò, prædestinationis & salutis quorumcunque saluandorum, & damnationis quorumcunque reproborum ostenditur euidentia, per quam euidenter sperare poterunt, se esse saluandos: uel timere, se esse damnandos.

¶Quantum ad primum, saluo semper meliori iudicio, tam prędestinatio in se, quàm etiam suus finis & effectus videntur habere causam, & concausas. Cum enim prædestinatio sit ordinatio saluandorum ad vitam, quam Deus merè ex sua dat bonitate, non potest aliam præcisam ex parte Dei habere causam, quàm suam voluntatem, qua voluit homines esse participes suæ beatitudinis. Et hoc est quod ait Apostolus. Ephe.1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum ẜm propositum voluntatis suæ. Et iterũ ibidem: Elegit nos in ipso, ante mundi constitutionẽ. Arti.1. 1

¶Concausas verò, siue causas ex parte prædestinatorum, sine quibus finem illum ad quem ordinantur, non attingunt, potest (vt videtur) prædestinatio habere bona prædestinatorum opera, preces fidelium, & auxilium sanctorum. Ista videntur cum Deo prędestinationem concausasse, non tanquam cum ab eo æterno existentia, qui omnia merita præcedit humana, sed tanquam ab eo præintellecta & præuisa. Nec debet cuiquam mirabilis videri concausationis modus, cũ ẜm Philosophum 2. phisicorum, finis causa sit causarum, etiam ipsius causæ agentis, non vt cum eo actualiter præexistit, sed vt ab illo præconcipitur. Si verò cuiquã videatur, ꝙ similitudo pro tanto non teneat, quia prædicta non sunt prædestinationis finis: intelligat, ꝙ sunt finis sub fine, sicut opera gratiæ & meriti sunt finis sub dono gloriæ & mercede premij. Ex quo sequitur, quòd si finis principalis mouet agẽtem, & in ratione causalitatis cum ipso concurrit, nō tamen actualiter cum ipso existentes. Ita etiam finis sine quo non cum ipso in ratione causę concurrere potest absque hoc, ꝙ cum illo actualiter præexistat.

¶Videtur

¶Videtur ergo Deus in electorum prædestinatione tantum fecisse, ac si dixisset: Prædestino, atque ordino eos ad gloriam habendam ęternam principaliter propter bonitatem meam eis participandam. Et secundariè & tanquàm propter causam sine qua non, propter bona opera illorum, quæ præuideo ipsos esse facturos: & pces sanctorum, quos uideo pro ipsis esse deprecaturos.

2 Exéplũ. ¶Et est exemplum ad hoc quãtum ad bonitatem suam ostendendam & opera quæ ex parte nostra requirũtur: de domino: qui ꝓpter largitatem suã & curialitatem ostendendam, principaliter suis magnum præparat conuiuiũ, sicut Assuerus, de quo dicitur Hester primò, quòd fecit grande conuiuium cũctis principibus & pueris suis fortissimis: ut ostenderet diuitias gloriæ suæ: ac regni sui magnitudinem. Ecce causam principalem dicit: [ut ostenderet, &c.] Et aliam concausam, vel cãm sine qua nõ, innuit in hoc qđ dicit [principib⁹. & pueris suis:] quasi diceret: Illis conuiuium præparabo, & propter magnitudinem meam ostẽdendam: & quia etiam pueri mei sunt: mei (inquam) & non alieni: mihiq; seruientes: mihique vtiles in tributus dandis & seruitijs exhibendis.

¶Et sicut iste tunc uidit duos fines, propter quos conuiuium tunc præparauit illis: quos seruos suos humiliter sibi subiectos tunc uidit. Ita Deus, qui omnia præuidit, antequàm fierent: de quo dicitur in Psal. 138. Intellexisti cogitationes meas de longè: semitam meam, & funiculum meum inuestigasti. Et omnes uias meas præuidisti: ꝓpter duas causas pueris suis futuris conuiuium præparauit, propter principaliter semetipsum: iuxta illud Prouerb. 16. Vniuersa ꝓpter semetipsum operatus est dominus: & propter bona opera, quæ præuidit seruos suos in futuro esse facturos: ita quòd illis conuiuium præparauit propter seipsum. Et quia serui sui sunt, ei humiliter seruientes, atque mandata eius tenentes.

¶Et hoc satis uidetur Deus innuere in hoc, ꝙ typicè de qualibet anima dicere potest fideli. 4. Reg. 19. Saluabo eã propter me, & propter Dauid seruũ meum: quasi diceret. Saluabo ipsum, id est, quàmcunque animam saluandam propter me. Et quia etiam ipse, qui animam illam possidebit: erit sicut Dauid seruus meus. Sic etiam Alexander. 1. Machab. 1. diuisit regnum pueris suis.

¶Secundò idem uidetur sequi per argumentum à contrario sensu. Sic enim de damnatis dicitur Baruch. 4. ꝙ perierunt propter suam insipientiam: quare etiam de saluatis non dicitur, ꝙ saluantur propter suam sapientiam: eo modo accipiendo, li propter, quo dictum est.

¶Tertiò idem ostẽditur tam ex spe, quam morientes habent, quàm etiam ex orationibus quas boni in tribulationibus faciunt. D. nãque 2. 15. ostẽsum est per exempla & doctrinã beati Grego. quòd morientes debent omnia bona ab eis prius facta ante mentis oculos diligẽter colligere: ut propter ipsa firmam spem habeant salutis, ad quam prædestinantur: quod frustra esset si propter ipsa salutem non consequerentur prædestinatam & ordinatam. Propterea nisi propter bona opera pœnitentiæ quis prædestinationis obtineret finem, frustra uideret Laurentius dixisse. Ianuas tuas ingredi merui. Et Christus Math. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, &c.

¶Ampliùs, sic sancti leguntur frequenter orasse, tanquam in meritis suis confidentes: sicut patet. 4. Reg. 20. de Ezechia, qui de morte certificatus, dixit: Obsecro Domine, memento, quomodo ambulauerim coram te in ueritate & corde perfecto: & qđ placitum fuerit coram te, fecerim. Nec sic præsumẽdo Deo displicuit: sed phariseus, q dixit: Ieiuno bis in sabbato, &c. sed placuit; sicut patet per hoc quod sequitur.

sequitur. Audiui orationem tuam, &c.

¶Sed dicent fortè, ꝙ propter bona opera causaliter (ut dictum est) debemus sperare, & salutem orare: quæ quidem licèt isto modo sint causa nostræ salutis: non tamen causa prædestinationis: sicut nec mala opera causa damnationis, sicut uidetur uelle Apostolus. Roma. 9. qui loquens de Iacob & Esau, dicit: Cùm autem nondũ nati fuissent: aut aliquid egissent boni, uel mali: ut secundùm electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex uocãte dictum est ei: Maior seruiet minori: sicut scriptũ est Malach. 1. Iacob dilexit: Esau odio habui. Sed istud uidetur minùs rationabiliter dictum esse: quia, quod est causa executionis alicuius finis: uidetur esse causa ordinationis eiusdem. Sicut causa executionis finis domus est, ut prohibeat nos à caumatibus & à pluuia: & illa est causa ordinationis eius. Cùm ergo opera electorum sint causa per quam finem ultimum exequuntur: uidetur quòd sint causa ordinationis eiusdem. Quod uerò dictum est de Iacob & Esau sic intelligitur, ꝙ antequàm essent: vnum dilexit, & alterum non dilexit: non propter opera, quæ tunc fecerant bona uel mala: sed quia sciuit quid essent in posterum facturi. Sic enim uidetur loqui Deus. Esa. 48. Scio enim, quia præuaricans præuaricaberis: & transgressorẽ ex utero uocaui te.

4 ¶Sic ergo ostensa tam prædestinationis quàm etiam finis ꝓdestinationis causa cum concausa antequàm ꝓdestinati sint in rerum natura. Nunc ostendere restat, quòd eędem causæ simul concurrunt in operatione: quãdo prædestinati in rerum natura existunt. Et hoc primò in electorũ operibus, ut uidelicet, sicut Deus, antequàm essent, illos ad finem ultimum ordinauit ꝓpter semetipsum & propter opera illorum. Ita etiam quando sunt, simul cum eis semper exi stant, sicut ipsemet ait: Ecce uobiscum sum usque ad consummationem seculi: & cum eis etiam operetur: & ipsi etiam ei cooperentur: & laborem suum apponãt. Secundò idem ostenditur de ꝑcibus sanctorum: ostendendo, quòd etiã ipsa cooperantur ad electorum salutem: sicut & bona opera.

¶Primum ostenditur exemplo lege ciuili, lege Dei, & auctoritatibus sacræ scripturæ. Exemplum ostendit, ꝙ magno domino præbente necessaria pro conuiuio pręparando pro amicis suis: qui quo ad amicitiam, & uestium honestatem, sunt digni ad conuiuiũ suũ intrandum, & non pro alijs. Ita etiam ipsi, qui intrare uolunt debent diligentiam suam apponere: ut sic sint ei amicitia copulati: & honestè induti, quòd à ianitore, tanquàm indigni, nõ repellentur. Sic in proposito: in quo exemplum est satis ad propositũ pro tanto: quia sicut prædictus dominus causa exempli propositus, propter bonitatem suam vult multis conuiuium parare: vult ꝙ ipsi cooperentur seipsos præparando & dignificando & ꝙ aliter non intrent: sed expellãtur. Ita Deus: sicut patet de non habentę uestẽ nuptialem. Matth. 22. Et de sapientibus uirginibus, de quibus dr̃ Matt. 25. Quæ paratæ erant, intrauerũt: & clausa est ianua non paratis. Propter qđ hortatur omnes uocatos, qui illuc intrare desiderant, esse paratos, dicens: Estote parati. Luc. 12. Nota ad istud propositum plura exempla. P. 2. 27.

¶Secundò idem lege ostenditur ciuili. C. libro 4. titu. pro socio. l. 1. sub his uerbis. Societatem vno pecuniam conferente: alio operam dante: contrahi magis obtinuit. Ex quibus uerbis 5
sequi uidetur, ꝙ societatem approbat mercatorum: in qua vnus precium, & alius laborem apponit. Etè conuerso iniustum esset petere, ꝙ vnus totũ apponeret, & aliter nihil: & tamen cum alio lucrum participaret. Sic in societate Dei, & nostra: in qua Christus precium apposuit sanguinem suum in cruce fundendo: & etiam gratiam

præuenientem, cooperantem, & subsequentem largiendo: quantumcunq; ex gratia sua speciali nos prędestinauerit: iustũ uidetur, quòd nos laborẽ & cooperationem adhibeamus. Nec aliter uidetur iustum, ꝙ lucrum precij sanguinis sui in gloria secum participemus: quia nec ad illud sine tali medio laboris nostri pertingemus: quia, qui ordinauit finem, ordinauit media, per quæ finis ille, & sine quibus finis ille attingitur: ita ꝙ finis ille in sua sit ordinatione: vult tamen, quod media in nostra sint libera potestate.

6 ¶Et est ad hoc aliud legis exemplũ: in Digesto ueteri, lib. 8. tit. de seruitutibus vrbanorum prædiorum. l. seruitutes. §. si domus. Cuius casus talis est: Aliquis habens montem uel rupem, sub cuius mõtis pede uicinus habitat, cui concedit, ꝙ per mõtuosam aream suam ad domum suam uiam habeat. Lex quærit: utrum fodiendo & explanãdo cliuum, sibi iter facere posset, & dicit ꝙ sic: quia qui concedit finẽ: concedit ea, q̃ sunt ad finem, sine quibus finis ille adipiscitur. Ita Deus, qui ordinat finem: ordinat ea, quę sunt ad finem illum: nec tamen ita concedit concedens: uel ordinat ordinator; quòd non sola concessione uel ordinatione finis ille habeant sine propria solicitudine & labore: quia quantumcunque aliquis in casu prędicto uiam alicui concesserit: uel quantum in eo est, in fauorem illius ordinauerit: ꝙ per loca talia montuosa uiam habeat, si uoluerit: semper tamen ipsius, cui fit talis concessio, uel ordinatio, est ꝓprio labore uel solicitudine uiam illã operari & explanare. Et hoc est, quod dicitur eodem lib. 8. titu. 1. de seruitutibus. l. si iter: sub his uerbis. Si iter legatum sit, quo nisi opere facto iri non possit: licere fodiendo, sustentãdo iter facere proculus ait.

7 ¶Tertiò, huic proposito lex concordare uidetur diuina. Leuitic. 6. de igne, quem Deus ordinauit semper in altari suo ardere. De quo sic dicitur: Ignis in altari meo semper ardebit: quem nutriet sacerdos, subijciens ligna manè p singulos dies. Ecce cum hoc, quod talem sacrificij offerendi debitum ordinauit ignem: sacerdotis requirebat laborem. Sic in proposito: cum hoc: ꝙ Deus cordibus fidelium, primum infundat ignẽ gratię, & charitatis: & uelit illũ semper ardere vsq; ad gratiam consummatam in gloria: vult ꝙ Sacerdos, & quicunque Christianus aliquid sacrificij à Deo ordinati: & boni operis continuationem, cum eo manum apponat adiutricem. Idem etiam ostenditur Matth. 25. ubi cum hoc: ꝙ vni dedit quinque talẽta: & alteri duo: propriã circa illa requirebat negociationem, dicens: Negociamini, dum uenio: quod, nisi fecissent: nihil ad illorum utilitatem actũ fuisset. Sicut patet ibidem: de illo seruo malo & pigro, qui vnum acceptum talentum, ad lucrum boni operis non exposuit: sed abscondit: & domino ueniẽti, totum quod ei tradidit, obtulit, dicens: Abscondi talentum tuũ in terra: ecce habes; quod tuum est. Cui dominus; Serue male, & piger, &c. Ex quo processu patet: ꝙ non obstante, ꝙ pecuniam acceptam custodiuit: quia tamen cum illa nihil boni operis lucratus fuerat: non tantũ in illa mercationis societate lucro caruit: uerum etiam quia pecunia accepta laborem non adhibuit, ut cum illa lucraretur, malas grates reportauit. Sic de illo, qui gratiam accipit prędestinationis pręsentis iustitię: & cui Deus, quantũ ad se pertinet, adiutorium prębet salutis: nisi cooperetur: & lucrum amittet, & damnum reportabit.

¶Ex quibus legibus & exẽplis ostẽditur, ꝙ cum hoc, ꝙ Deus nos prędestinauit: & cum hoc, ꝙ teste Esa. 26. oĩa opera nostra operatus est in nobis. Et cum hoc, ꝙ sicut ait Apostolus. Phil. 1. Qui cępit in uobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi in causa nostrę salutis: sicut idem ait Apostolus. 2. Cor. 3. Dei sumus coadiutores:

Et ideo omnia ista tam Dei uoluntatem quantum ad nostram prędestinationem, atque eiusdem operationem, atque nostram cooperationem congruè simul copulat idem Apostolus, dicens: Phil. 2. Cum metu & tremore uestram salutem operamini. Deus eñ est, qui operatur in uobis uelle & perficere, pro bona uoluntate: omnia autem facere, &c.

¶Ex quibus apparet, ꝙ oportet, ꝙ vterque ad salutem manum apponat consequẽdã: & ꝙ tam Deus, quàm ꝑdestinatus bona cooperando, prædestinationis causant effectum. Huic
8 autem processui, & quantum ad bona opera, & quantum ad mala, cõcordat Decretum sumptum ex uerbis Augustini. 23. q. 4. Nabuchodonosor, ubi Augustinus vult: quòd, qa Nabuchodonosor sub flagellis pœnituit: saluatus est. Pharao uerò, qui flagellis induruit, damnatus est: vnde de his duobus, hæc quæ sequuntur, sunt ibidem uerba Augustini. Quantum ad naturas (inquit) ambo homines erant: quantum ad dignitatem ambo reges: quantum ad causam, scilicet, peccati, ambo captiuum Dei populum possidebant. quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti sunt: qd ergo fines eorum fecit diuersos, nisi ꝙ vnus Dei manum sentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit. Alter & libero contra Dei misericordiam, ueritatem pugnauit arbitrio. Hæc ibi. Super hoc, quod dicit: Libero arbitrio: allegat quædam glosa: beatum Gregorium, dicentem: Non enim seruos suos damnaret: si ea, quæ impossibilia sunt fieri, ei imperaret. Quantum uerò ad hoc, quod dictum est: ꝙ etiam opera nostra cum prædestinatione: & operibus Dei & cooperantur: nota manifestam auctoritatem beati Gregorij. l. 4. 14. Hoc uerò quòd prædictum est: ꝙ Deus secundùm opera nostra præuidit, prædestinauit: uel non prędestinauit, auctoritas confirmat Augustini: & habetur. 23. q. 4. cap. Nabuchodonosor. §. uires. Vires (inquit) Glosa interlinearis, id est, grauã obedientiæ, non ideo cuiquàm subtraxit: quia eum non prædestinauit. Gl. id est, non seruauit: qñ habuit, uel non debet, qñ nõ habuit: sed ideo eũ non ꝑdestinauit: quia recessurũ ab ipsa obedientia esse præuidit: hæc ibi.

¶Ex quibus omnibus patet: ꝙ præscientia quãtum ad malos, nostra opera præuidit: & ꝙ etiam Dei prædestinatio proprijs meritis impletur. Et non solùm proprijs meritis, uerum etiam sanctorum ꝑcibus: sicut patet primò per beatum Gregorium in dialogo. Et habetur. 23. q. 4. obtineri: sub his uerbis. Obtineri nequaquàm possunt, quæ prædestinata non fuerint: sed ea, quæ sancti uiri orando efficiũt: uel impetrant: secundùm glosam: ita prædestinata sunt: ut precibꝰ obtineãtur: hæc ibi. Et, sicut dictum est de operibus, ita uidetur dicẽdum de sanctorum precibus: quòd si desint, non obtinebitur, quod aliter obtineri posset. Sicut patet per Decretum, sumptum ex uerbis Augustini: de pœniten. dist. 1. §. Ex his itaque. uer. Nabuchodonosor. ver. Christus: & uer. luca. Vbi continetur: ꝙ Deus suscitasset quartum mortuũ, patrem, scilicet, illius. Matt. 8. de quo dixit. Sine mortuos sepelire mortuos suos: si pro illo rogasset, qñ dixit ei. Matth. 8. Sequere me. De isto enim uidetur glosa intelligere dictũ Augustini: qui etiam computat tres, quos mortuos suscitauit dominus: filium uidelicet Archisynagogi, & filiũ uiduę, & Lazarũ. Verba uerò Augustini sunt hæc. Tres quoque mortuos aliorũ orationibꝰ reddidit uitę. quartum uerò, discipulo nunciante, audiuit: sed, quia defuerunt uiui, qui pro eo præcarentur, suscitari non meruit.

¶Obiectioni uerò quæ fieri posset: quare ergo Sancti pro omnibus non orant, ut saluentur? beatus respondit Gregorius: cuius uerba habentur: 23. q. 4. obtineri. ca. Nabuchodonosor. §. 9 his omnibus. Cum superna (inquit) indi-

indignatiō sese, ut ita dixerim, medullitus mouet: hanc opinionem humana non remouet: nec se cuiuslibet utiliter deprecatio obijcit, cū semel Deus aliquid ab intimis irascendo disponit: sicut ostensum est. T. 5. arti. 7. per totū: ex his omnibus huius articuli Apostolica patet conclusio: ad Rom. 8. Quos (inquit) prædestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit quos autē iustificauit, illos & magnificauit: quasi diceret: quos prædestinauit ab æterno: antequàm essent, & iustificauit per gratiam suam præueniētem & cooperantem, & per proprium liberum arbitrium, & per sanctorum preces. Ex his causis simul concurrentibus: hos in gloria æterna magnificauit.

Artic. 2. 10 ¶Est ulteriùs aduertendum: ꝙ non tam exemplis, quàm legibus, & auctoritatibus iam dictis, elici potest: uerum etiam per sequentia ostenditur: ꝙ prędestinatio, uel præscientia liberi arbitrij non tollit facultatem. Circa quod tria sunt facienda: Primò, exemplis & auctoritatibus ostendetur propositū: Secundò ostenditur: ꝙ Deus non debuit hominem libertate priuare. Tertiò obijcietur contra, & respondebitur.

Exēplū. ¶Primum ostendit exemplum tale ponatur, quòd dominus aliquis ordinet: quòd seruus, si ueniat ad eum certo die in loco certo, dabit sibi promotionem magnā: & quia dominus scit, quòd non potest terminum sine equo die statuto attingere: nolēs, ꝙ defectus in eo sit: ei equum mittit, mandans: ꝙ equo illo accepto, ad eum ueniat. Hoc casu posito, nōne in libera serui manet uolūtate, equū recipere: & uenire, uel refutare: uel postquàm receperit: adhuc in sua uoluntate est, eo uti: uel ipsum dimittere: & facere, quod dominus ordinauit, uel non. Sic in proposito: Dominus noster, qui quantum in eo est, vult omnes homines saluos fieri. 1. ad Timotheum. 2. & ad uitam uenire æternam: ad quam, quia sine gratia uenire non possunt, eis gratiam offert: sicut ostensum est. G. 3. articū. 5. Et tamen sicut existens in lumine, potest liberè oculos suos aperire, & lumē recipere: uel claudere, & excludere. Et sicut existens in fouea, porrigenti sibi manum ad eum extrahendum: potest uel manum dare, uel retrahere. Ita quantum ad Deum qui manum nobis extendit. Prouerb. 1. Extendi manum meam: & non erat, qui aspiceret: immo quodcunque datum, potest homo refutare: uel receptum amittere, ita, &c. Ex quibꝰ patet: quòd homines sunt hic positi: in libra liberæ uoluntatis: inter Deum & Diabolum: Sicut mulier illa. A. 20. 6. inter maritum & amasium. Quibus concordat illud. Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem: & reliquit eum in manu consilij sui: apposuit ante illum ignē & aquam: malum, & bonum: mortem, & uitam. Quibus insuper concordat Decretum, sumptū ex uerbis Aug. 23. q. 4. Nabuchodonosor, dicens: quòd prędestinatio, uel præsciētia Dei, nullam naturæ infert necessitatem: quia nec bona absque eius gratia, nec mala absque eius scientia eueniunt: sicut ostensum est. L. 4. articu. 4. per totum. His etiam concordare uidetur Anselmus, uolens: quòd licèt scientia Dei approbationis, qua bona scit, & ea vult, posset aliquo modo dici rerum uolitarum causa: tamen scientia simplicis notitiæ qua mala scit: nullo modo cā rerum existit. Non enim, quia scit malum, ideo fit: sed quia fit, ideo scit. Nec tamen scientia Dei approbationis rerum tollit libertatem: uel contingentia excludit: quia sicut dat esse rebus, ita dat ea, quæ idem esse consequuntur: & ita rem illam scit: sicut esse suū se habet ad diuinam intelligentiam: sed contingentia & libertas creaturas multas consequuntur: ergo omne tale eis dedit: & ita illas scit, prout sciētia se tenet obiectiuè, ex parte rei scitæ. Et sic, stante scientia Dei: non omnia de necessitate eueniunt. Nota de hoc. L, 4. 12. cum sequentibus. 11

¶Secun-

22 ¶Secundam partem huius articuli ostendit bonitas Dei: quæ hominem facere uoluit, ad beatitudinem æternam habendam Ex qua sequi uidetur: quod sicut ei dare uoluit corpus & animam: ita etiam alia ei dare debuit, per quæ laudabiliter uitam suam ducere, & finem attingere posset: non quibuscunque vijs uel modis, sicut bruta, uel insensibilia, quæ ad talem finẽ nõ ordinant: iõ non oportet quod laudabiliter & meritorie: sed quadã naturę necessitate uitam ducant. Rationali uerò creaturæ quę ad finem optimum fuit ordinata, debuit optima dare media: per quæ finem illum attingeret ad magnã illorum laudem, & meritum. Hoc autem fieri non potest sine libero arbitrio: ergo, &c. quia quis seruum remunerat: uel laudat: de coacta seruitute, uel seruitior. Subtracta enim libertate, tolleretur laus uirtutis humanæ. Et quanto plus ad vnum determinaretur & arctaretur: plus uideretur de sua deficere perfectione: & magis ad conditionem appropinquare brutalem. Cũ ergo cuiuslibet gubernantis prudentia, prouidentia, & gubernatio, ad gubernatorum tendere debeant perfectionem: quia ad illam adipiscendam, uel conseruandam, uel augmentandam ordinatur: si Deus aliquid de bonorum perfectione subtraheret: uideretur facere contra cõditionem cuiuscunque boni gubernatoris. Nota bene. H.1. articulo 3. cum sequentibus.

¶Tertiam partem huius articu. 1. obiectionem contra prædicta: multa sacræ scripturæ loca facere uidentur. In quibus uidetur: quòd tota causa salutis aliquorum, & peccati, & perditionis aliquorum sit Dei uoluntas: sicut patet ad Roma. 9. Non est (inquit) uolentis, neque currentis: sed miserantis Dei: ergo libertas non manet apud currentem, uel uolentem: quia ex quo non est suum: sed Dei, quicquid facit, libertas aliter faciendi ab eo uidetur auferri. Et hoc uidetur uelle Apostolus in toto processu ibi sequenti. In hunc modum: Dicit enim scriptura Pharaoni: quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te ueritatem meam: & ut annuncietur nomen meum in vniuersa terra: ergo cui vult miseretur: & quem vult obdurat: uoluntati eius quis resistet? Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit: quid me fecisti sic? an non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uerò in contumeliam, &c. Iterum Exo. 10. scribitur. Ego induraui cor Pharaonis: & seruorum eius. Et Esa 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua: ne fortè uideant oculis suis, & cõuertantur: & sanem eos. Et Esa. 63. Errare nos fecisti de uijs tuis: indurasti cor nostrum: ne timeremus te. Et ad Ro. 1. Tradidit illos Deus in reprobum sensum: ut faciant, quæ non conueniunt. Ista nanque uidentur implicare: quòd Deus sit causa peccandi. Alia etiam scriptura uidetur innuere: quod non operatur ad peccatorum conuersionem sicut deberet. Matth. 10. De Tyrijs & Sidonijs, de quibus ad aliquos loquẽtes, ait: Væ Tibi Corozã. Væ tibi Bethzaida: quia si in Tyrro & Sidonæ, factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in nobis, olim: cilicio & cinere pœnitẽtiam egissent. Ex istis & his similibus quidã dixerunt, quòd prædestinatio Dei, uel præscientia est causa necessaria, quare quis necessario facit bonum, uel malum. Et quod ideo quis facit bonum uel malum: quia præscius Deus est causa facti sui. Quibus respondet Augustinus. 23. q. 4. Nabuchodonosor. §. item uasis, dicti illorum falsitatem hac ratione ostendens, quia si ex præscientia Dei necessario quis peccaret, iniustè Deus delinquentes puniret: vnde dicit, bonos uoluntate sua bonum facere, non tamen sine gratia Dei: malos autem, propria uoluntate sine gratia Dei peccare. Vasis (inquit) iræ nunquàm Deus redderet interitum, id est, pœnam ęternam: si non spontaneum inue-

inueniretur homo habere peccatum: quia nec Deus peccati homini iustè inferret iram. si homo ex prædestinatione Dei cecidisset in culpam. Cùm ergo aliquis à Deo, aut suis desiderijs traditos, aut obduratos esse legimus, aut relictos. Glosa interlinearis: ut Sidonios magis pro peccatis suis hoc ipsos meruisse profitemur: quia talia eorum crimina præcesserunt: ut ipsi sibi pœnam meruerunt: qua eis etiam suppliciũ uerteretur in reatũ: atq; ita nec de iudicio Dei conquerimur: quo deserit meritos deseri: & misericordiæ eius gratias agimus, qua liberat nõ meritos liberari: hęc ibi. Ex qbus uerbis elicitur, quòd peccatorum induratio, cęcitas, error, uel derelictio Pharaonis, Sidoniorum, uel quorumcunque aliorum: non Deo, sed sibijpsis imputatur ad culpam: quia hic defectus ex culpa præcedente in eis relinquitur: sicut ebrius ab homicidio non excusatur: quod per ebrietatem cõmittit: quam sua culpa incurrit: dum enim in aliquibus peccatis uoluntariè esse uolunt: & gratis à se Deum expellere, sicut illi, qui Iob. 21. dixerũt Deo, Recede à nobis: scientiam uiarum tuarum nolumus: & seipsos impedire per illas tenebras, quas diligunt: ne lumen gratiæ recipiant: per quod ab alijs peccatis se custodire possent. Sicut illi, de quibus dicitur Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini: quod mirabile est: ꝙ, dũ sic impedimentum præstant gratiæ: tanquàm indurati & excęcati: in alia cadunt peccata: & quòd non est uolẽtis, neque currentis: ut sit dispositus: ab alijs peccatis, uel pœnis se custodiat: nec Deo hoc imputatur ad culpam: sed sibijpsis: sicut Sole mundũ illuminãs, in culpam imputatur ei, qui oculos claudit: si ex hoc aliquod malum sequatur: licèt non uiderit, quando homicidium: uel aliud malum fecit. Si quis uerò prædictas obdurationes, excecationes, uel contumelias, sic Deo attribuere uelit: quia ipsas permittit, uel ipsas intelligere uelit in pœnis: quæ culpas sequuntur: tunc facilè est ab illa obiecta respondere, & omnia similia. Ad obiecta uerò de Tyrijs & Sidonijs: in speciali responderi potest per dicta. G. 3. 16. quia licèt enim illis de Corozaim, & Bethzaida plura auxilia ostenderit de gratia speciali: tamen illis tot ostendit quot debuit: & quot eis suffecissent ad salutem, si uoluissent ille uidelicet q. 1. Timoth. 2. vult oẽs homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire: quam prædestinauit Deus ante secula 1. ad Cor. 2. Nota. V. 10. 8.

¶Qua prædestinatione quantum ad bonos: uel præscientia quantum ad malos. stante, ꝙ nec boni de necessitate saluantur: nec mali de necessitate damnantur: multis ostenditur rationibus & sacræ scripturæ auctoritatibus: quamuis hoc ex priori dependeat articulo. Artic. 3. 14

¶Primò, hoc tali ostenditur euidentia: prędictis stantibus, ꝙ nec boni, nec mali de necessitate agunt: ergo nec de necessitate saluantur, uel damnantur. Antecedẽs patet: quia causa prima causat operationes secundas secundùm modũ ipsius: ergo Deus causat in nobis nostra opera secundùm modũ nostrũ: qui est, ut uoluntariè, & non coactè agamus. Præterea Deus prædestinando, uel præsciendo, non excludit causas proximas: sed ꝑ eas potius impletur, quod prædestinauit uel scinit. Istis ergo causis proximis stantibus, effectus contingenter euenient. Nam ex causa proximis, dicuntur effectus potius contingentes. Nam fructificatio plantæ est effectus contingens ꝓpter causam proximã: quæ est uis generatiua: quæ potest impediri & deficere, quàmuis causa remota, scilicet, Sol sit causa ex necessitate agens. Sic in proposito.

¶Præterea sicut homo ꝑ actus uirtutum peruenit ad ultimum finẽ beatitudinis, nam fœlicitas est uirtutis ꝓmium: Ita per actus uitiorum peruenit ad vltimum finem damnationis: nam-

nam stipendia peccati mors. Sicut ergo stante prædestinatione: actus uirtutum non sunt coactu: quibus finem attingit beatum: nam in uirtute præcipuum est electio, secundùm Philosophum: quæ in uiolenta operatione esse non potest. Ita, stante Dei præsciẽtia, actus uitiorum uiolenti non sunt: nam omnino uiolenti: nec meremur, nec demeremur. Præterea, quæ sunt ad finem, debent esse fini proportionata: finis autem ultimus, tam fœlicitatis, quàm etiam infœlicitatis nõ cõpetunt nisi uoluntariè agentibus, qui sunt domini suorum actuum. Vnde neque inanimata, neque bruta, fines illos attingunt: quia non liberè agunt: nec sunt domini suorum actuum. Si uerò, stante prædestinatione uel præscientia, rationales creaturæ non liberè agerent: non plus eis conuenirent fines illi, quàm istis: relinquitur ergo, quòd liberè agant, & sic liberè saluantur, uel damnantur.

¶Hinc est, quod dicitur Deute. 30. Considera, quòd hodie proposuit in conspectu tuo uitam & bonũ, & è cõtrario mortẽ, & malũ: ut diligas dñm Deũ tuũ: & ambulas ĩ uijs eius. Si autẽ auersum fuerit cor tuũ, & audire nolueris: ꝓdico tibi hodie, ꝙ pereas, &c. Et Eccles. 15. dr̃. Ante hoĩem est uita & mors, bonũ & malũ: qđ placuerit ei, dabitur illi ab ipso, de quo dr̃ Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ: ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, q prædestinauit nos ĩ adoptionẽ filiorũ.

Artic. 4. 15 ¶Sic tamen, quòd in uoluntate nostra sit, quòd sumus sancti & immaculati, & filij Dei, uel non: sicut dicitur Io. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quod uerò defectus istius sanctitatis, filiationis, & salutis non est in Deo: patet per dicta. G. 3. articu. 5. per totum: & etiam per dicenda. Sicut nãque dominus terrenus bene conditionatus, ordinans aliquem de filijs suis

Exẽplũ. ad artem aliquam cum, potens sit: ꝓbet ei necessaria, sine quibus patris uoluntatem implere non potest. Et ordinans ministrum suum ad transfretandum mare: daret sibi necessaria, cum quibus transfretare posset, specialiter ubi de suo proprio nec cuiuscunque alterius habere posset, vnde transfretaret, aliter eñ ipsum ad impossibile obligaret: Ita Deus pater omnium per creationem, Deuter. 32. Nonne ipse est pater tuus, &c. exponens filios ad artem salutis animæ, ut artem discant, per quam ad cœlum attingere possint: seruis etiam suis multa præcipiens de transitu huius maris magni, & quòd diligant Deum ex toto corde, & declinent à malo, & faciãt bonum: & de omnibus alijs pręceptis, quæ secundùm Dei uoluntatem implere non possunt, sine ipsius adiutorio speciali: & nisi ipse necessaria administret. Nonne eis, quantum in eo est, necessaria ministrat: ita quòd defectus in eo non erit: Aliter nanque eos ad impossibile obligaret, quia nec de proprio, nec de alieno, nisi tantum de dono Dei hoc implere possent. Ergo ipse, apud maior est possibilitas & omnis conditio bona, quàm apud quemcunque patrem uel dominum terrenum, hæc prouidet, & offert quãtum in eo est. Nec est defectus in eo, quin omnes homines, quos saluos fieri uellet, hæc habeant, per quæ salui fiant. Euidentiam ad hoc habere possumus in his, de quibus minorem habet curam, in creaturis uidelicet, alijs, tam animatis, quàm non animatis: in quibus uidemus, quòd nõ deficit, nec animalibus, nec plantis, quin eis media debita & naturæ suæ congrua tribuat: per quæ consequi possunt finem suum naturalem, & in esse suo se conseruare per uirtutem nutritiuã, augmẽtatiuam, & alia, quæ eis tam intrinsecè, quàm extrisecè conueniunt, per quæ non solum in esse conseruare se possunt: sed etiam à nociuis se defendere, sicut animal ꝑ cornua & dẽtes & huiusmodi, & plantæ per corticem & huiusmodi: quanto magis credendum

est,

est, ꝙ non desit meliori creaturæ, propter quam omnes prædictæ sunt factæ: immo, ꝙ ei in omnibus talibus subueniat, per quæ possit in esse spirituali conseruari, & à nociuis spiritualibus se defendere: & finem consequi, ad quem ordinatur, si uoluerit. Aliter nanque illa creatura frustra esset facta, & actio vana, si finem suum consequi non posset. Nullo modo ergo est credendum, ꝙ defectus salutis cuiuscunque sit in illo, qui (ut dicitur. Sap. 8.) Disposuit omnia suauiter: de quo iterum specialiter dicitur. Sapien. 16. Bene disposuisti populum tuum: si tamē ipsi ad dispositionem istam cooperētur, seipsos etiam disponendo, quia sicut dicitur, Prouerb. 16. Cor hominis disponit uiam suam, &c. Ex quibus auctoritatibus patet, ꝙ ad hoc, ꝙ debito modo pro fine nostro consequēdo disponamur, duplex requiritur dispo⁊nens, vnū vniuersale, ut est ipse Deus, & aliud particulare, ut homo uidelicet, sicut patet per exemplum causarū in productione quorumcunque effectuum. P. 2. 27. Sicut ergo Deus disponit necessaria ad finem ministrando: ita oportet ꝙ homo se disponat, præcepta eius tenendo. Hinc est quod dicitur, Sap. 19. Omnis enim creatura ab initio ad suum genus refigurabatur deseruiens præceptis tuis. Omnis enī creaturæ nomine, homo accipitur secundùm beatum Grego. In illa addi-
16 tione, uel quasi cōditione, quæ sequitur: deseruiens præceptis tuis satis innuitur, in quibus sit defectus, ꝙ nō debito modo refigurant ad generis sui. i. Dei similitudinem: nec ad ipsum tanquàm ad finem suū reducuntur. Quia sicut sæpe contingit, defectum prouenire in effectu propter defectum agētis, seu causæ secundæ absque eo, ꝙ sit defectus in primo agente, sicut in defectu artificis, habentis perfectè artē, contingit aliquis defectus propter defectum instrumenti. Et sicut hominē, cuius uis motiua est fortis contingit claudicare non propter defectum virtutis motiuę, sed propter tibiæ curuitatem. Ita in rebus creatis & specialiter in rationali creatura contingit degit defectus & mala inueniri propter defectum secundorum agentium, licèt in ipso Deo nullus sit defectus. Ideo signanter dicitur Oseæ 13. Perditio Israel tantummodo supple ī te, in me auxilium tuū. Nam cogitationes, locutiones, seu operationes nostræ secundùm quod deficientes sunt, à Deo non sunt, sed à causis proximis deficiētibus: sicut ostensum est. G. 3. arti. 6. per totum. Quantum uerò ad illud, ꝙ habēt de bonitate, à Deo sunt, à quo, sicut dicitur, Iacob. 1. Est omne datum optimum, & omne donum perfectum descendens à patre luminum, apud quem, &c. Nota. V. 9. 14. cum sequenti. Non tamen omnia dona ab eo data, sunt in omnibus ęquè perfecta: sicut ostensum est. G. 3. 16. Nec etiam gra-
tiam ęqualem omnibus offert, quod 17
quandoque contingere potest ex ordinata prudentia datoris. Rex enim quantumcunq; bonus, non omnibus militibus, uel pueris secum nutritis, dat ęqualiter, nec Deus omnibus Angelis ęqualem dedit naturæ, status, uel dignitatis, uel gloriæ gradum, in quos ordines distinxit superioritatis & inferioritatis: oībus tñ sufficienter tribuit ꝑ statu suo: ita ꝙ nullus iustè cōqueri pt̄, ꝙ ei plus dedisse debuit. Nec natura ordinata in corpore humano, oībus mēbris ęquale dedit donū naturæ, uel actū ęqualē: quia oculis nobiliorē tribuit actū & spūaliorem in videndo, q̄ naso in odorando: nec tamē de hoc cōqueri pōt, quia natura dedit, qđ cōditioni suæ cōgruit nec per hoc fecit iniuriam, ꝙ nō fecit eū oculum. Nec Deus ēt in natura vniuersali omnibꝰ creaturis ęqualē tribuit locū, uel bonitatē, uel fortitudinē: quia corporibus cęlestibus eminentiorē tribuit locū, ante q̄ alijs maiorē tribuit claritatē, aliquibus lapidibus maiorē virtutē, aliquibus aīalibus maiorē fortitudinē: & sic de alijs: vnicuiq; tamē

satis ſm ſuam materiã. Nec artifex, uel ars oĩbus lignis & lapidibus, in ędificio ponẽdis, ęqualem dat locũ: ſed ſm ſuã prudentiã & uoluntatẽ aliqua ponit in fundamẽto, & ſic de alijs: ut domus cõgruè ex ſuis partibus perficiaẽ. In quo ꝓceſſu, ſicut qũque attenditur artificis uoluntas, ita & materiæ capacitas & utilitas. Aliqua tñ ligna, & lapides capacitatẽ habent ꝓ vna forma, & utilitatem ꝓ vno loco, & nõ ꝓ alio. Ita in ędificio ſpirituali totius eccleſiæ, qđ eſt ędificatum ſuper fundamẽtum Apoſtolorũ & ꝓphetarũ. Eph. 2. Aliqui habent capacitatẽ maiorẽ pro vno dono Dei, aut pro alio. Sicut ergo oculo limpidiori. i. clariori lumen infunditur clarius: & ſicut capaciori uaſi ab illo, qui oĩa uaſa implet, maior infunditur liquor, nec tñ minus uas iuſtè cõqueri põt, ꝙ ei non tantùm, ſicut alteri infundit. Ita de lumine & de liquore gratiæ & de donis Dei. Et ſicut rex dat meliorẽ equum, meliora arma, illi, quem uidet ad maiora facta amorũ diſpoſitum Ita rex cœlorũ dona & arma ſpiritualia. Quod pulchrè oſtenditur Mat. 25. ubi dr̃ ꝙ vni dedit quinq; talenta: alij duo, alij vnum, ſm ꝓpriam uirtutẽ. Nec in his oĩbus, ſiue habeatur reſpectis ad datoris bonitatẽ, ſiue ad recipientis capacitatẽ, alicui facit iniuriã: qđ patet Mat. 20. ubi murmuranti de hoc, ꝙ minus recipit, dixit. Amice non facio tibi iniuriã, qa recipit, quãtũ debuit: & quantũ ſufficiebat: nec facit cõtra ſtatum, uel decorem cuiuſcunq; in hoc, ꝙ nõ oĩbus dat uel offert ęqualiter, dummodo tñ oĩbus ſufficienter: quia ſicut in oĩbus patet prædictis exemplis, ſi in maiori mũdo, uel minori, uel in artificio, uel officio tolleretur ordo diſtinctionis, & diſparitatis, tolleretur etiam ſummus decor: qui nunc eſt in rebus: immo totus ipſe mundus, tam maior, quàm minor, deſtrueretur: quia ſi totus mũdus eſſet Sol: nõ eſſet terra: nec alia elemẽta. Si totus homo eſſet oculus: ubi eſſet pes: & ſi totum ędificium eſſet paries, uel tectum: ubi eſſet domus? Sicut ergo iſtorũ diſtinctio ad perfectionẽ pertinet vniuerſi & ad decorẽ: Ita diuiſiones gratiarum & donorũ ſancti ſpiritus ad perfectionem pertinent, & decorem, & utilitatem minoris mundi. i. hoĩs, ſeu humanæ uitæ. Quia ſi Deus oĩbus offerret uel daret ſtatum & locum paratus, ubi eſſent Cardinales? ſi oẽs faceret paſtores, ubi eſſent oues? Et ſicut q̃rit Apoſtolus. 1. Cor. 12. Nũquid oẽs Apoſtoli? nunquid oẽs prophetæ? nunquid oẽs doctores? immo tolleretur mutuũ bonum, ſeruitium, & adiutorium, & maxima ſubſtraheretur electorum & populi multitudo: ideo nõ tãquàm vni iniuriam faciens: ſed tanquàm totum perficiens vniuerſum: ſicut dicitur Eph. 4. Dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem prophetas: alios uerò Euangeliſtas: alios autẽ paſtores & doctores, ad conſummationẽ ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti: donec occurramus oẽs in vnitate fidei & agnitionis filij Dei. Ecce per hoc ꝙ parũ ante p̃mittitur, ꝙ dedit dona hominibꝰ: & poſtea addit [donec occurramus oẽs] ſatis innuit, ꝙ nullũ hominem prætermiſit, quin donum ei dederit: quo ei occurrere poſſet cum alijs in uirum perfectum, ſi uellet: habentes tñ ſicut dr̃ ad Ro. 12. donationes ſecundùm gratiã, q̃ data eſt nobis differẽtes: ſicut Deus vnicuiq; diuiſit menſurã fidei. In qua diuiſione ſicut dñs terrenus diuidendo cibaria in aula, licèt meliora & maiora tribuat maioribus: tñ nullus in aula p̃termittitur, quin uitæ habeat neceſſaria. Ita nec in aula eccleſiæ Spiritusſanctus aliquẽ p̃termittit: diuidens ſingulis ꝓut vult. 1. Cor. 12. Nõ n. magis abbreuiata eſt manus dñi, ut impotẽtior uel parcior ſit de bonis ſuis ſpũalibus q̃ fuerunt eius diſcipuli de bonis ſuis tẽporalibus & corporalibus: de quibus dicitur Actuũ 2. ꝙ diuidebãt ea oĩbus, prout 18 cuiq; opus erat. Sic Deus, q̃ dat oĩbus

abun-

abundanter, & nõ improperat. Iaco. 1. Ex quibus omnibus primo cõcluditur, ꝙ sicut vult omnes saluos fieri: ita oĩbus, licèt nõ ęqualiter, tñ abundãter auxilia, per quæ ad finẽ illũ peruenire possunt, nisi uoluntariæ impediantur. Et est de eo in hoc: sicut de ordinante cursum horologij, qui oĩa disponit, quantũ in eo est: ut labiũ eius certam attingat cauillã: nisi impediatur: poterit tñ impediri per aliqua infortunia occurrentia. Ita Deus horologiũ uitæ nostræ sic ordinauit: ut finem uitæ in hoc seculo certũ habeamus: & in alio etiã uitã habeamus, nisi sustineamus, ꝙ impedimẽtũ fiat. Et sic põt intelligi illud Iob 14. Cõstituisti terminos eius, q̃ pteriri nõ poterunt, ex constitutione Dei: nisi quatenus uiri sanguinum & dolosi: & propria uoluntate non dimidiabunt dies suos: in Psal. 54.

¶Ex quibus secundò cõcluditur: ꝙ hi, de quibus tactum est. G. 2. 4. & G. 3. 27. quis qñ in confessione uel alibi dr̃ eis, ꝙ oportet ꝙ peccata & uitã malã p semper dimittant: Respondent, faciemus: si Deus dederit nobis gratiã: quasi dicerent: si sic nos fecerimus, nõ erit defectus noster, nec in nobis, tanquam filij alieni, mentiti sunt super patrem suum Deum, &c.

¶Sic insuper mẽtita est iniquitas sibi, q quãdo uidet, se uel aliũ, in malũ, uel periculum, uel turpẽ mortẽ cadere, dicit, nõ potuit aliter fieri, hoc fuit sibi pdestinatum. Per istum modũ fertur, quandã dixisse mulierem, qui videns vnum alium occidere, quid sibi imputatis (dixit) prædestinatus eñ fuit ad istam mortem, tempus suũ aduenit, qđ pterire nõ potuit. Cui alius dedit alapam, de quo cũ clamans conquereretur: dixit, iniustè mihi imputatis, quia prædestinatio tua fuit, ꝙ talẽ & tali tẽpore alapam reciperes: ergo aliter esse nõ potuit. ergo iniustè agis de hoc cõquerendo de hoc, qđ Deus ordinauit, & pdestinauit. Cõgruè eñ respõdit stultæ iuxta stultitiam suam: sed non ueraciter, quia si ipsa uel ipse

Exẽplũ.

uerum dixisset, omne peccatũ uel dãnũ, quodcunq; esset ineuitabile, & sic nullus iustè alteri imputare posset dãnum sibi illatũ, uel de eo cõqueri ppter malũ, quod ei uerberando, occidendo, uel spoliando, uel quocunque modo inferret: quia de hoc, qđ nullo mõ euitari põt nullus est uituperãdus.

¶Est ergo de oĩbus talibus, qui peccata sua, uel aliorũ talib9 modis Deo imputant, innuẽtes, ꝙ nõ est in eis defectus, sed ꝙ nõ est ęqua uia Domini, sicut de illo, qui est fortis corpore, & dispositus ad laborẽ, & lucrandũ uictũ suum, & tamẽ pp uecordiam suam, q̃ illũ à labore retrahit, magnã sustinet penuriã, quam Deo, uel mundi imputat fortunæ: & quãdo illi, qui uidẽt eũ iuuenẽ & fortem, dicunt ei. Quare tã pauperẽ ducis uitã, mendicando? labora & acquire tibi uictũ. Respondet, libenter uellem, si possem: talis est grã mihi data, & mentita est iniquitas sibi: quia posset, si uellet cõtra hæc laborare, & tentationibus resistere: sed plus vult illi pessimã ducere uitã, q̃ laborando, & tentationibus resistendo, uictũ acquirere ęternum, quibus tamen resistere posset, si uellet ergo veriùs diceret, talis est uoluntas mea: quia sicut scribit. 1. Cor. 10. Fidelis est Deus, q nõ pmittit uos tẽtari supra id, qđ potestis: quia quantũ in eo est: oẽs pdestinauit cõformes fieri imaginis filij sui. Ro. 8.

¶Sed, quia fortè his obijcient illi, de quibus dicitur Iob 6. Detraxistis sermonibus veritatis. Et primò de hoc, quod ultimò dictum est, quòd videlicet, quantum in Deo est omnes prædestinauit, dicentes: quòd nõ omnes prædestinauit, quia multos præsciuit. Respondetur quòd ideo additum fuit quantum in eo est, non enim defectus fuit in Deo, sed in eis, quos præuidit non esse prædestinatione dignos, sicut patet per secundam auctoritatem August. supra eodem c. 8.

Artic. 5. 20

¶Iterum fortè obijcient, dicentes, quòd Deus vult malos esse, ut in eis ostendat iustitiam suam, vnde & tales

dicere uoluit, quòd sicut in rerũ creatione ostendit potentiam, in rerum creatarum multitudine & diuersitate sapientiam, & in bonorum glorificatione clementiam: Ita debuit in malorum punitione ostendere iustitiam. Quibus respondetur, quòd supposito, quòd homines finaliter in peccatis moriantur, iustum & rationabile est, quod in illorum punitione iustitiam suam ostendat Sed quòd sic moriantur, non est à Deo uolitum, qui dicit: Nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur ut uiuat. Ezech. 33. & 18. Si tamen conuerti noluerit, vult pœnam peccatoris ille de quo dicitur. Esa. 45. Creãs tenebras, & faciẽ malũ. Et Amos 3. Nõ est malũ in ciuitate, qđ Deus non faciat, id est, malum pœnæ.

¶Vide obiectionem de uasis iræ & multis alijs, supra eod. ca. 13.

21 ¶Amplius quia eod. cap. 16. dictum est, quòd omnis defectus effectũ est propter defectum secundorũ agẽtium, obijcere poterunt, cum Deus posset omnes effectus naturales per seipsum producere, & sine defectu, quia tunc causa defectuum tolleretur: quare uoluit causas secundas effectus causare, cum superfluum uideatur, ꝙ illud per plures causas producatur: qđ melius per vnam produci potest: sicut primum produxit hominem sine aliqua alia causa agente. Quibus respondetur ꝙ sicut posset oẽs actus Angelorũ sine Angelis circa nos exercere, si uellet: tñ nõ pp insufficientiã diuinæ uirtutis, sed ex immensitate bonitatis ipsius, p quã suam similitudinẽ rebus cõmunicare uoluit, nõ solum quantũ ad hoc, quòd existant, sed quantum ad hoc, quòd aliorum custodes & causæ essent: sicut uoluit Angelos esse hominum custodes ita uoluit homines hominum esse causas, ut his duobus modis essendo, uidelicet, & causando rationalis creatura diuinam similitudinem & bonitatem consequatur: & vt amorem inter homines nutriet, & qui ex naturali propagatione & propinquitate aliquotiẽs causantur. Nec valet, quod dicunt, quòd sic producendo rationalem creaturã, illam melius produceret, quia in eis omnem defectũ tolleret: quia sic Angelos ꝓduxit: & primos parentes: in quibus tamẽ defectus inueniebatur, sicut rei probauit euẽtus: quia defectus in actibus humanis nõ contingit ex causis secundis naturalibus, quæ hominem producũt in esse per uiam propagationis, sed ex causis secundis & immediatis uoluntarijs, quæ operationes producunt in esse per motum liberæ uolũtatis, quarum operationes Deum sine illis secũdis causare non decet, pp rationem supra e. c. 11. ut liberè agẽs laudem vel vituperiũ, ꝑmiũ uel pœnam recipiat, prout destinauit ĩ suo corde. 2. Cor. 9.

¶Sed, qa ex vna parte iucũdũ nobis esset: si ꝑdestinati fuerimus: & si ꝑdestinationẽ nr̃am bene ꝓsecuti fuerimus cũ Apostolo, qui dicit. Ad destinatũ ꝓsequar brauiũ: ad Phil. 3. Et ex alia parte omnimodã certitudinẽ hr̃e nõ possumus: quia, sicut scribit, Eccles. 9. Nescit homo utrũ amore uel odio dignus sit: sed oĩa in futurũ seruantur incerta. De quibus oĩbus incertis istud iõ magis est incertũ, quia in diuersis sacræ scripturæ locis, & spãliter in dictis & verbis ueritatis in Euãgelio: pauci leguntᷣ esse saluandi: quia arcta est uia, q̃ ducit ad uitã, & pauci ambulãt p uiam illã. Et multi sunt vocati, pauci uerò electi, sicut patet. V. 3. 8. & V. 9 arti. 4. propter quod esset magis nitendum: vt tam de illis paucis essemus: quàm etiam nos de illorũ numero esse speremus: vt spe gaudere possimus. Artic. 6. 22

¶Ad hoc ergo ꝙ gaudiũ istud inueniamus, duo nobis faciẽda sunt: q̃ facit, q rẽ aliquã scire, uel adipisci multũ desiderat: ubi rẽ illã obtinẽdi aliquas hẽt euidẽtias. Primò nanq; oportet, ꝙ speret, se posse rẽ illã scit, uel obtinere.

¶Secundò oportet, ꝙ spem illam super certas uias & media fundet: & non super negligentiam, per quam nunquàm attinget finem optatum.

¶Primò

¶Primò dico, oportet quòd speret: quia, quod desperatur, ex corde non quæritur. Sic in proposito: ad habendum prædestinationis experimẽtum, seu euidentiam, necessarium est, quòd quilibet speret se prædestinatum: & tam fortiter spem illam cordi suo imprimat, quòd si essent centum in vno loco: & esset eis à Deo reuelatum, ꝙ tantum vnus illorum saluaretur: uel esset prædestinatus, ipse in corde suo dicat: Ego sum ille. Hoc nanque de illis centum quilibet cogitare deberet, & sperare, & dicere cum Iob. 19. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Et cum propheta Dauid dicente: Psal. 4. Tu domine singulariter in spe constituisti me. Et cum omnibus electis. Sapien. 3. Spes illorum immortalitate plena est. Et cum matre Dei Ecclesiastici. 24 In me omnis spes uitæ & uirtutes. Et hæc spes ideo est habenda, quia, sicut ille, qui omnia sperat, omnia operari & pati incipit, & cõtinuat, per quæ spem suam implere potest: Iuxta illud Eccles. 34. Qui timebit Deum, nihil trepidabit, neque pauebit: quoniam ipse est spes eius. Ita desperati nihil boni facient nec uoluntariè patientur: quia sicut dicitur Iob. 8. Consumpti sunt absque vlla spe.

23 ¶Sed quia prædicta spes, quam quilibet de prædestinatione & salute sua habere deberet: non est fundata super negligẽtia, uel fatuitate: quia spes impiorum peribit. Prouerb. 10. Et uana spes & mendacium insensato uiro. Ecclesia. 34. Oportet secundò satagere, ut spem suam quilibet bonis operibus certã faciat: & orationibus adiuuet: & nolite confidere in spe sola: nec etiam in uerbis dicentes: si Deus scit nos saluãdos, saluabimur: & si scit nos etiam esse damnandos, damnabimur: quia ex istis solis nullam certam salutis euidẽtiam habere potestis: quia sicut dicitur Sap. 3. Qui sapientiam, & disciplinã abijcit: uana est spes illius. Sed, si vultis certam habere spem, præcepta Dei tenete, & opera bona facite: sicut hortatur Petrus dicens. 2. Petri. 1. Quapropter (inquit) fratres magis satagite: ut per bona opera certam uestram uocationem & electionem faciatis. Et hoc necesse est: quia, sicut ex præcedentibus patet, neminem ad annos discretionis attingentem prædestinat ad salutem sine bonis operibus: ergo sine opere: sicut dicitur Iob. 27. quæ est spes hypocritæ: propter quod Apostolus congruè coniungit hæc duo: dicens. Abundetis in spe, & uirtute. Roma. 15. Quilibet ergo de centũ prædictis & quicunq; alius, & certiorem habeat suæ salutis notitiam: operib⁹ credat plusquàm cogitationi suę: & ibi uideat: sicut dicitur Eph. 1. quæ sit spes uocationis eius: & si inuenerit opera mala, timeat se præscitum: & uitã cito mutet: quia tristis esse potest: qui se inuenit in uia damnationis. Postquàm uerò uitam mutauerit, speret quòd qui ipsum iustificauit, & ipsum prædestinauit: per illum qui prædestinatus est filius Dei in uirtute. Ad Roma. 1.

¶Prædicator. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 Officium prædicatoris simile est officio generalis medici. num. 2. 3.

4 Officium prædicatoris assimilatur officio præconis duabus conditionibus, & quoad materiam, quã ducat & quoad modum clamandi

5 Officium, & actus prædicatoris assimilator actui piscatoris, circa quod sunt duo animaduertenda: commissio, & executio.

Commissio ad quid facta fuit Christi discipulis, & eorum sequacibus.

6 Executio quomodo facienda à prædicatoribus.

7 Actus & officium prædicatorum simile est actui, & officio Angelorum.

8 Ad prædicationis excellentiam dignã exercen-

exercendam requiritur; vt tota prædicatoris intentio actus, labor, & desiderium Dei laudem spectet.

9 *Ante & post studium, & prædicationem orandum à prædicatore, vt bene & bona intentione verbum Dei seminet.*

10 *Audire prius prædicator, & studere debet, quàm docere.*

11 *Oportet prædicatorem esse vas electionis ab omni peccatorum sorde mandatum.*

12 *Officium prædicationis nullatenus à prædicatione suscipiendum, qui & Dei, & proximi charitatem non habuerit.*

13 *Prædicator prius sit suipsius saluator deinde aliorum.*

14 *Non satis est prædicatoribus bene discere antequàm prædicent, nisi opere impleant quod alijs docendo imponāt. num. 15.16.17.18.19.*

20 *Non sufficit quod benè doceant, & bonam vitam interius apud Deum habeant; nisi etiam bona exempla hominibus præbere conentur. num. 21.*

22 *Prædicatoris officium quale esse debet. num. 23.24.*

25 *Ne prædicator sit mutus.*

26 *Ne qualiter sed specialiter peccati conditionis recitat.*

27 *Ne suam, sed Dei gloriam quæret.*

28 *Ne cum timore veritatem dicat, sed libere.*

29 *Quod prædictus prædicādi modus fructuosior sit, & vtilior, & pro peccatorum conuersione efficacior pluribus docetur exemplis. nu. 30.*

31 *Sermones simplices, & deuoti sunt omnibus, quàm curiosi, & elegantes.*

32 *Causa cur sermo qualis nō ita bene mouet, ac particularis.*

33 *Cur plures sequantur eos, qui falsa, quàm qui vera prædicant, tres assignantur causæ.*

34 *Magnum est meritum prædicantium, & simul bene viuentium.*

35 *Non bene prædicantium periculum.*

36 *Audientium verbum Dei conditiones quæ. num. 37.*

38 *Prædicatorum vita non est iudicanda, sed potius ipsi sunt honorādi, quia Dei personam sustinent. num. 39.*

Rædicatoris verbi Dei. Primò, describendum est officiū. Secundò, ostēditur qualis intentio debet præcedere tanti officij exercitiū. Tertiò, qualis oratio debet actum præcedere studij atq; prædicationis. Quartò, qualiter oportet, quòd Prædicatores discant antequàm doceant. Quintò, qualiter oportet, quòd opere impleant, quod discunt & docēt: & quomodo aliter pluribus rebus in malis assimilātur conditionibus. Sextò, qualiter oportet, ꝙ bona exterius exēpla pbeant atque cōtinuēt. Septimò, qualiter oportet, qđ doceant importunè, frequenter, & perseuerāter. Octauò, qualē in prædicādo habebunt modū inuectionis contra uitia faciendo specialia. Nono, ostēdetur, quòd ille modus est utilior atque fructuosior. Decimò, quæ prædicationis officium impediunt. Vndecimò, bene prædicantium meritum, & nolentium prædicare ostenditur periculum. Duodecimò, quales esse debeant prædicationis auditores.

¶Quantum ad primum, quale sit Prædicatoris officium: quibusque rebus ī actu suo debeat assimilari, multis ostenditur exemplis. Artic. I.

¶Primò namque eius officium atq; actus in exemplo ostenditur medici. Quia, sicut ad officium pertinet medici, herbas, & alia necessaria quærere pro cura & sanitatis cōseruatione corporum: Ita ad Prædicatorem pertinet, verba & exempla quærere pro cura non quorumcunque, sed filiorum regis altissimis, in quo ipsius magna ostenditur cura: quia sicut ex uerbis Ambrosij, in Exameron colligi potest, ipse est quasi medicus electus pro corpore & filio regis ęterni. Corpus 1

nanque

nanque Christi misticum, & filij regis ęterni sunt fideles, pro quorum cura ipsi sunt electi: ut sint sicut dicitur Lu 9. Euágelizantes & curátes vbiq;.

¶ Ecce qualis, quamque generalis cura eis committitur, quales ut sint curantes. Quod quidem officium sub quanta districtione eis committitur: patet per hoc, quòd Paulus, cui istud officium commissum fuit, dixit: Væ mihi, si non euangelizauero. 1. Cor. 9. Ex quo patet, quòd istud officium cõmittitur sub periculo damnationis ęternę, sicut cura filij regis sub pœna capitis & periculo. Sicut periculum amissionis capitis timere posset, qui curam filij regis infirmi acceptum, non diligenter, uel non prudenter exequeretur, sed negligenter: ut faceret tepidè & tardè: non plus de cura eius, quàm de solacio proprio curans: nec prudenter: ut non vulneri medicinam apponeret, parcens ne infirmum offendere: uel minus ab eo diligeretur. Ita in proposito: illi qui in prædicando lucra & solacia præponunt ꝓpriã: & prædicant ad aures placandas, & non ad sordes tergendas, nec plagas sanandas. Ergo non sic uos, sed sicut præcipitur. Eza. 16. Loquimini plagas tanquàm fideles medici.

2 ¶ Et hoc generaliter quòd intelligitur in hoc quòd dicitur: ubique curãtes, inquit ubique: ut de uobis uerificetur illud Iob 37. Nubes spargunt lumen suum: lustrantes cuncta per circuitum, quocunque uoluntas gubernatoris duxerit. Nubes uento spiritus sancti agitæ, sunt sancti Prædicatores. Quibus tria in ista auctoritate facta sunt necessaria.

¶ Primò doctrinę liberalitas [spargunt lumen] Psal. Dispersit dedit pauperibus, &c. Nimis auarus est: qui cãdela sua non vult alias accendere: cũ non minuatur lumen eius. Ideo dicitur Sapien. 7. Sine inuidia communico. Lux enim omnibus indifferenter communicat. Eccles. 32. Sol illuminans per oĩa respicit. Contra illos, qui diuitibus, & nõ pauperibus euangelizare nolunt. Non sit Christus, de quo Esa. 61. & & Lu. 4. Euangelizare pauperibus misit me, ut mederer, &c. Itẽ lux oĩa uisibilia manifestat, & oĩum maculas reuelat. Contra illos, qui arguunt, & manifestant, & prædicãt cõtra peccata pauperũ & nõ diuitũ. Non sic Ioannes, qui arguebat Herodem.

¶ Requiritur ergo secundò in eis medicinæ generalitas, quod notatur in hoc, quod dicitur Lustrant cuncta. Cõtra illos qui nõ uisitant, nec curant infirmos, sicut aliqui medici: nisi ubi sunt loca pinguia, ubi bene procurãtur, & lucrantur: in Psal. Ipsi dispergẽtur ad manducandum. Contra exemplum Christi, de quo Marci 6. Iesus circuibat castella docẽs in circuitu Et Lu. 4. ubi de seipso loquens ait. Spiritus domini super me, ꝑp qđ vnxit me, euãgelizare pauperibus misit me, sanare cõtritos corde, ꝑdicare captiuis, &c.

¶ Tertiò requiritur in eis obedientiæ facilitas, quod notatur in hoc, ꝙ dicitur: quocunq; uoluntas, &c. Ro. 10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Sic discipuli Christi prædicauerũt vbiq;, domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Marci 16. Sequentibus (inquit) signis curationum, & sanitatum quę eis ibidẽ cõmittebant. Super ęgros (inqt) manus imponent, & benè habebunt.

¶ Et sic patet, quomodo officium ꝑdicatoris est simile officio generalis medici, non tantum infirmos sanandi, sed quod maioris est uirtutis, potẽtiæ atque miraculi mortuos suscitandi: sicut ostensum est. V. 8. 25. Et sicut 3 patet per Decretum sumptum ex uerbis Augu. lib 3. contra Manichęos & habetur. 4. quęst 1. olim: sub his uerbis, Olim iussus est frater præmortui fratris uxorẽ ducere: ut nõ sibi, sed illi suscitaret sobolẽ Gl. q licèt esset illius filius carnalis: fuit tñ fratris mortui filius legalis: ut 56. di. Ismael. Sequitur, Eiusq; noĩe uocaretur; quod inde nasceretur, qđ si recusaret, discalciatus

vno pede conspui solebat in faciem. Nunc euāgelij quisq; prædicator ita debet in ecclesia, q̄ figuratur per illam uxorē fratris præmortui se habere ut defuncto fratre .i. Christo suscitet semen i. filios spiritualis illius fratris, q ꝑ nobis mortuus est: & qđ suscitatum fuerit nomē eius accipiat, ut à Christo Christianus dicatur. At uerò q electus ab ecclesia ministeriū euangelij renuit, ab ecclesia ipsa dignè meritoq; contēnitur. Qui .n. & sibi ꝓdest, & ecclesiæ, benè intelligitur utroque pede calciatus. Vnde illud. Quā speciosi pedes euangelizantiū pacem euangelizantium bona prędicantium salutem. Esa. 52. Sequitur. Qui .n. curā lucratorū refugit aliorū, discalciati illius figuratū nō significauit solū, sed in se impletū portat opprobriū. Vide de officij huius excellentia, & dignitate authoritate beati Gregorij in prologo istius opusculi uersus finem.

¶ Secundò officium prædicationis assimilari debet officio præconis, qui in parliamentis, consilijs, & ciuitatibus iussa, & ordinationes clamat regia in duabus conditionibus.

4 ¶ Primò quantum ad materiā, quā clamat: quia sicut pręco illorū materiā & uerba, q̄ ponuntur in ore suo: quantocūq; sint aliquibus terribilia, & grauia, atq; displicentia: illa nihilominus aperte clamat, nihil dimittens de hoc, qđ ponitur ī ore suo? Ita ꝑdicator uerba, q̄ Deus per Prophetā. Esa. 40. & iussa Dei, q̄ ei ibidē præcepit. Sta in excelso, supple ad modū præconis: tu q euangelizas Sion. Et clama, ne cesses: exalta in fortitudine uocē tuā. Esa. 58. Quæ autem uerba ponit in ore suo, q̄ oportet, ꝙ clamet: quantūcunque aliqbus displiceant: patet per hoc, quod sequitur. Annuncia populo meo scelera eorū, & domui Iacob peccata eorū apertè, & terribiliter minendo, & ignē ęternū, quem pro eis merentur, ostendendo, & fortiter, atq; salubriter ignē illū eis imminere clamādo: sicut amici clamant amico, qn̄ uideat ignē, uel latrones domui eius imminere, ut se cōtra ignē illū iuuent, uel latrones. Talibus nanq; terribilibus cōminationibus potius cōuertuntur à peccatis suis, q̄ prædicatione misericordiæ Dei, ex qua audaciā capiūt delinquēdi. Et iō Aug. li. 4. de doctrina Christiana docet: ꝙ prædicatores non debent loqui tantum simpliciter, ut instruāt, nec mediocriter tantum, ut delectēt, sed granditer, ut impellant, & uincāt.

¶ Secundò quo ad modū clamoris: quia præco ille alte clamat cūctis audiētibus. Ita tu. Iudic. 7. Cunctis audiētibus prædica. Et sicut prœco ille nulli parcit, nec diuiti, nec potenti, uel pauperi, sed omnes tāgit, qui cōtra illud, quod clamat fecerunt, uel facient: Ita uos prędicate euangelium omni creaturę. Marc. 16.

¶ Tertiò officiū, & actus ꝑdicatoris assimilari dēt actui piscatoris, quod satis ostenditur in hoc, ꝙ ueritas illis quos primos fecit ecclesiæ prędicatores: dixit. Faciam uos fieri piscatores hominum. Matth. 4. 5

¶ Circa quam auctoritatem est duo aduertere.

¶ Primò commissionem. Secundò executionem.

¶ Cōmissio uerò fuit ad hoc facta discipulis Christi, & sequacibus illorū. i. omnibus uiris ecclesiasticis, ut piscarentur hoīes .i. peccatores traherēt de aquis delitiarū ad terrā solidā ecclesiæ. Non cōmisit eis, ꝙ piscarentur episcopatus, uel alias dignitates, uel ꝑbendas, uel lucra, seu solacia terrena, uel laudes humanas. Quā cōmissionē multū excedunt nonnulli, q̄ plus studēt, & plus laborant tā in studendo, q̄ etiam Romam eūdo, circa mūdi honoris, q̄ circa piscationē aīarum, ostēdentes se à diabolo potius esse piscatores pecuniarum, quam à Deo piscatores animarum. Quorū pœna patet Esa. 19. Mærebunt piscatores, quando erunt ubi erit fletus, & stridor dentiū.

¶ Executio uerò eo modo fieri debet, quo plures capere possunt peccatores, 6

tores,

tores, quod ita fieri potest, si contra uicia prędicetur in speciali: sicut ostēditur infra eod. cap. artic. 9. Nam prędicatio generalis est quasi rete nimis latam habens foramina per quę multi pisces euadunt: Specialis, quę nititur omnes tangere, est quasi rete arctū, quod omnes, quantum omnes, quantum in se est, capit: pp hoc enim illi piscatores descenderant, & reficiebāt retia sua, ne aliqui euaderent. Lucę 5.

¶Sed heu magna est differentia inter piscatores Dei, & diaboli, quia piscatores diaboli videntur cum magnis retibus piscari: quia multos & magnos capiunt, & citò. Vnus nanque falsus in vna duodena, & corruptor cum pecunia, & falsis verbis citò capiet 11. Et vna fatua mulier inornatu stulto, eundo per villam, plures capiet, quàm prędicator tota die clamando, & sic de alijs. Et sic patet, quomodo per ministros suos traxit tertiam partem stellarum secum. Apocalipsis 12. Piscatores Dei videntur cum linea piscari, quia sicut ille lineam in aquam mittit, nesciens quem capiet, nisi quem Deus dederit, & aliquando capit vllum, aliquando nullum & quando plus capit, non capit nisi vnum: ita iste potest intantum clamare ꝙ veraciter dicere poterit cum Psalm. 68. Laboraui clamans extendendo loco lineę linguam suam, nesciens quem capiat, nisi quem Deus dederit. Et tamen aliquando capit nullum, sicut nec illi. Lucę 5. Tota nocte laborantes, nihil cępimus. Aliquādo fortè vnum, id est, aliquando paruum, vel pauperem, & nullum magnum, quia sicut magni pisces, vel ad lineam non veniunt, vel si venerint illam ore capere nolunt, vel si ore illam acceperint, & capi inceperint, illam rumpunt, & euadunt manum piscatoris: Ita magni tyranni, diuites, & potentes, & magni peccatores, vel ad prędicationem non veniunt, vel, si venerint, dormiunt, vel garrulant, & illam aure capere nolunt, vel si acceperint, & in aliquo compungi, & tangi corde cęperint cito lineam illam, quę cor tangit, rumpunt, ad alias cogitationes cupiditatis, vel carnalitatis se diuertentes. Ideò dicitur. Iob 40. Nunquid capies leuiathan hamo; quasi diceret, non. Propter hoc, sicut dicitur. Esa. 19. Lugebunt omnes mittentes in flumen hamum. Nec tamen propter hoc est à prędicatione cessandum exemplo illius qui prędicauit, licet multos capere non posset dicens. 1. Cor. 1. Prędicamus Christum crucifixum, Iudęis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, &c.

¶Quarto actus & officium prędicatorum assimilantur actui & officio Angelorum. Nanque prędicatores per illos septem Angelos designantur. Apocal. 8. quia sicut ibi dicitur, ꝙ septem Angelis datæ sunt tubæ septem: ita sancti prædicatores, qui per numerum septenarium designari possunt, quia debet in eis quiescere septem dona spiritussancti, debent cum septem tubis. i. cum gratia septem donorum spiritussancti prædicare contra septem vitia eis opposita. Et tanquam canes, & pastores latratibus & clamoribus, lupos inferni arcere ab ouili Christi, & septies muros circumire hiericho. i. per totam viam suam, quæ per numerum currit septenarium. i. septem dierum mundum circumire, vt munitiones destruant peccatorum, & defensiones prosternant, quibus se, quasi quodam muro, contra veritatem munire & defendere nituntur, tenentes tubas in manibus, id est, in corpore faciendo, quod ore prædicant, & alios, sicut prædicatione, ita conuersatione excedendo, quia sicut scribitur. Esa. 30. Erit lux solis septempliciter, sicut lux septem dierum, quia prædicatores quasi sol debent alios septempliciter excedere in vitę claritate, vt de quolibet illorum verificetur illud. Iudith 11. Disciplina tua in omnibus prouincijs prędicatur. 7

¶Quia

Artic. 2. 8 ¶Quia vero tanti ministerij dignitatem intentio corrupta obscuraret. Quia, si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit: necesse est ad hoc, quod tanti officij excellentia dignè exerceatur, quod cor sic intentione recta dirigatur, quod totus prædicationis actus, & labor, & desiderium laudem intendat Dei, sicque reguletur, quod nulli inuideat qui eandem laudem intendere videtur, sicut patet per beatum Gregorium 24. Mor. versus finem libri, super illud Iob 30. Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Sunt inquit nonnulli, qui dum officium prędicationis exhibent, alijs inuident bonum quod habent, atque ideò iam veraciter non habent, quibus rectè per Iacobum dicitur. 3. cap. quòd si zelum amarum habetis inter vos, & contentiones sunt in cordibus vestris, non est ista sapientia de sursum descendens, sed terrena, animalis, & diabolica. Vnde subditur. Et animam agricolarum eius afflixi. Agricolę enim huius terræ sunt, qui in minori loco positi quo valent zelo, quanto possunt opere ad eruditionẽ sanctè ecclesiæ & prędicationis gratia cooperantur, quos non affligere est eorum operibus non inuidere, ne rector ecclesiæ dum solũ sibi ius prædicationis vendicat, etiam alijs rectè prædicantibus inuidia se mordẽte cõtradicat. Pia etenim pastorum mens: quia nõ propriã gloriã, sed auctoris quærit, ab omnibus vult adiuuari, quod agit: fidelis nanque prædicator optat, si fieri valeat, vt veritatem, quam solus loqui non sufficit, ora cunctorum sonẽt. Vnde Moyses. Quis tribuat os vt omnis populus prophetet? Ad bonum ergo prædicatorem pertinet conditionem sequi Moysi, & non illorum, de quibus dicit Apostolus. ad Phil. 1. Alij propter inuidiam, & contentionem Christum prædicant. Tales, sicut lux candelæ alijs lucendo, seipsos consumunt, & non sunt sicut lux cęlestis, vel rubus Moysi.

¶Sed quia nec tam excellentis prædicationis operatio, nec tam puræ mentis intentio sine Dei possunt haberi adiutorio, prędicator ante omnẽ prædicationis actum, vel studium, orare habet ad impetrandum gratiam bene, & bona intentione verbum Dei seminandum, sicut agricola orat bonum tempus, & aeris amęnitatem seminandi terram suam, quod seminatum multipliciter. Sicut ergo agricola duo desiderat: vnum, quod tempus aptum habeat seminandi: Aliud, quod seminatum semen bene cooperiatur & crescat: ita prædicator ante prædicationẽ: immo ante omne prædicationis studium orare debet, vt verbum Dei aptè primò concipiatur, & postea bene seminetur. Post prædicationem vt bene crescat & fructificet, quia secundùm Chrysosto. Sicut nec terra sine semine, nec semen sine terra fructificat; ita nec homo sine Deo, nec Deus sine homine operatur iustitiam in homine. Hinc est quòd glosa super illud, 2. Paral. 1. Da mihi (inquit) Salomon sapientiam, &c. Non aurum, non diuitias, nõ terrenam gloriam Salomon petiuit: sed vt sciret regere populum Dei. Si hoc elegit rector corporum, quanto magis hoc eligere debent rectores animarum. Habet ergo prædicator orare, & alios ad orationem prouocare, & hortari sicut hortatur Apostolus. 1. Thessal. 3. Orate (inquit) pro nobis, vt sermo domini currat dę ore, scilicet prędicatorum ad aures auditorum, & de auribus ad corda, & de cordibus ad operationem bonam, & perseuerantem ad finem, & messem vitæ ęternæ. Orate ergo ante omne studium & prædicationem & post ne sit inanis prędicatio vestra. 1 Corin. 15. Ar. 3. 9

¶Post verò tam altę operationis cõsiderationem & tam piæ intentionis, & orationis directionem discat, vt sit dignus operari quod mente concepit, & intentione direxit & ore deprecabatur Quod nanque hoc necessarium sit, quod videlicet prius audiendo & Art. 4 10

studendo discat, antequam doceat tam in natura, quam in arte, quam etiam sacra docetur auctoritate.

¶Sicut nanque natura est, ꝙ auis habeat alas, antequam volando in altum ascendat, & ꝙ animal quodcunque lac prius cōcipiat, antequam aliud lacte nutriat, & ꝙ terra prius semen recipiat, antequam aliquem fructu pascat, & ꝙ luna & stellæ prius lumen à sole recipiant, quàm aliquos de nocte illuminent, & quod concha ante aquam recipiat, quam sitientes satiat, & quod puer prius audiat, quam loquatur, quia secundum Philosophum: naturaliter surdus, est naturaliter & semper mutus: ita in proposito necessarium est, & rationabile est, ꝙ prędicator habeat alas bonæ vitę & scientiæ antequam ambonē volando ascendat, quia aliter, sicut auis sine alis, confusibiliter descendet, & quod prius lac doctrinæ concipiat, de quo.1.Corin.3. Sicut paruulis lac vobis dedi. Et quod semen verbi Dei, de quo in euangelio. Lucæ 8. Semen est verbum, prius audiendo & legendo recipiat, & quod lumen gratiæ, & scientiæ, sicut stellę prius recipiant, & postea sicut stellæ, quæ in profundo lumen recipiunt, illud alijs communicent, vt sint stellę manentes in ordine suo pugnantes contra Siseram. Iudic.5. & non sicut terra, quæ lumen, quod in superficie recipit, alijs non communicat, sed potius sint clypei aurei, quæ alijs spendorem doctrinæ, & bonæ vitæ ostendant, vt de eis verificetur illud.1.Machab.6. Refulsit sol in clypeos aureos, &c. Et quod prius sit concha, vel vas aquam recipiens, non vas quodcunq; turpe, vel sordidum, sed vas ornatum omni lapide precioso vas electionis, vt portet nomen Christi coram gentibus, & regibus, & filijs Israel, & vas ab omni sorde peccatorum mundatū, in cuius signum sicut dicit Decretum sumptum ex verbis beati Gregorij in registro. 8. q. 1. in scripturis. Esaias prius fuit purgatus, antequam officiū admitteret, vel exerceret pdicationis. Sunt autem verba beati Gregorij ista. Is qui mitti voluit, scilicet quando dixit. Ecce ego, mitte me, prius se per altaris calculum purgatum videt, ne aut non purgatus adire quisquam superbè ministeria sacra audeat, aut quē superna gratia eligit, sub humilitatis specie superbè contradicat Glo. quædam super illo verbo (altaris calculum) dicit (calculum) hic esse carbonē sumptum de altari, vbi erat ignis ad opus sacrificij. Et tangit illud quod legitur in Esa.6.cap. scilicet ꝙ cum Esaias de immunditia labiorum quam extraxerat commorando cum Achaz, & eius peccata non redarguendo conquereretur, volauit vnus ad eum de Seraphin, & calculo, quod tulerat forcipe de altari tetigit, & mundauit labia eius. Mysticè calculus significat charitatem, altare Christum, qui dator & conseruator est charitatis. Per forcipem, qui habet duas mandibulas, intelliguntur duo pręcepta charitatis. Qui enim ad prędicandum mittitur duobus præceptis geminæ charitatis, scilicet, de dilectione Dei, & proximi debet esse munitus. Et est hic argumentum, ꝙ nullus officium prædicandi debet assumere, nisi prius labia cordis igne charitatis habeat decocta, & post purgationem peccati, licite potest quis assumere officium prędicandi. Moysi etiam antequam mitteretur dictum fuit ꝙ solueret calciamenta de pedibus suis.i. affectiones & opera mortua de voluntate.

11 (left margin, beside "&c. Et quod prius sit concha")

¶Sed heu nonnulli sunt vasa plena 12 scientia, sed tam immunda ꝙ malis moribus aquam inficiunt doctrinæ. Ezech.34. Cum aquam limpidissimā biberetis, reliquam pedibus vestris cōturbastis. Aliqui sunt vasa munda, sed vacua, quia notitia sacrę Scripturę notabiliter carent, & hi alios portare non possunt, nec congruè loqui, qui nec prius sufficienter audierunt. Cum ergo sicut dicitur ad Roma.10. Fides sit ex auditu: Auditus autem

per

per verbum Christi, quomodo illi fidē prædicabunt, qui vix vnquam vnum verbum de Christo, vel fide in scolis theologiæ audierunt? sicut sacerdotes, qui statim post paruam informationē, vel fundationem in grammaticalibus ordinantur, oportet, ꝙ sicut tales semper fuerunt surdi ab audiēdo verbum Dei: ita etiam sint muti ad bene illud loquendum. Ideo signanter de Oseæ propheta dicitur Oseæ 1. Principium loquendi in domino in Oseæ: id est, prius locutus est dominus in Oseæ, eū docendo, antequam doceret: vt prius sit saluator suijpsius, & postea aliorum. Hinc est, quòd Apostolus in discipulo omnes informat dicens, 1. ad Timot. 4.
13 Attende tibi, & doctrinæ: sic enim saluum te facies, & alios. Aliter prædicator similes erit Pilato, qui ante fuit iudex, quam sciret, quid esset veritas. Ioan. 18. Quid est veritas? Sic illi, qui ante sacram Scripturam docēt, quam sciant, vel sacram Scripturam intelligant. Quod non tantum est contra omnia prædicta exempla naturalia; verum etiam contra omnia exēpla omnium artificum. In arte enim seminationis prius semen in cophino ponitur, vt de illo terra seminetur. Et nullus cęcus præsumit speculator fieri. Nec in arte aliquis magisterium assumit, nisi prius illā didicerit: iuxta illud beati Gregorij in pastorali. Nulla ars doceri pręsumitur, nisi prius intenta meditatione discatur. Ab imperitis ergo pastorale magisterium qua præsumptione suscipitur? cum ars sit artiū regimen animarum. Ideo propheta, antequam Dei pronunciaret mirabilia, signanter ꝑmisit dicens, in Psal. 70. Deus docuisti me à iuuentute, & vsq; nunc pronunciabo mirabilia tua. Et Paulus 2. ad Timot. 4. Dominus autē astitit mihi, vt prædicatio mea impleretur. Actuum etiam 22. dicit se legē didicisse iuxta pedes Gamalielis, ita ꝙ habuit tam Dei conformationem interius, quàm etiam hominis informationem exterius, antequam de prædicatione se intromitteret.

¶Sed heu. D. 6. 56. & 57. nec sufficit, ꝙ bene discant, antequam prędicent, nisi etiam opere implent, quod alijs docendo imponunt. Oportet ergo, ꝙ exemplum illius sequantur, cuius omnis actio nostra est instructio, qui incępit facere, & docere. Exemplum etiā ad hoc in natura. Gallus de nocte, antequam diem propinquum cantando denunciet, seipsum alis percutit: ita prędicator denunciando diem iudicij propinquum, & homines ad pœnitētiam, ob timorem illius, vocando, & vt parati inueniantur, exhortando, videat, ꝙ ipsemet sit paratus, ne derideatur à dicentibus. Medice cura teipsum. Et ꝙ sicut pharisęus hominibus onera imponit, quę nec minimo digito supportat. Seipsum ergo prius per pœnitentiam percutiat, exēplo optimi prædicatoris, qui dicit. 1. Corin. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Arti. 5. 14

¶Nec potius ranę assimiletur quàm gallo: Ranam enim conditione sequitur, quæ sicut illa solum os, quo cantat habet extra aquam: tantum os quo prædicant, & in publico loquuntur extra aquas habent delitiarum, & dum alijs seminauerit, ipse sine messe fame moriat. Vnde beatus Grego. Hom. 21. secundæ partis super Ezechielem. Audias quod dicis, operare quod prædicas, si enim negligis implere, quod doces, alijs messem seminas, & ipse à fructus participatione ieiunas. Vnde scriptum est Iob 5. Cuius messem famelicus comedet. Messem quippe doctorum, qui bona loquuntur, sed non operantur, famelicus comedit, quia is, qui panem iustitiæ esurit, operatur mandata, quæ audit, & ipse fructum non habet qui seminando laborauit &c.

¶Tales cęcis infirmis, & claudis sedentibus in exitibus villarum, assimilantur, qui de via transeuntes bene informant, per quam ipsi non incedunt, 15

quę

quæ quidem conditio licet in omnibus doctoribus sit mala pessima tamē est in prelatis, quia ipsi populum precipue precedere tenentur bonis operum exemplis eos ducendo. Figura. Num. 32. de tribu Ruben, & Gad, & dimidia tribu Manasse, qui quia acceperant pinguia pascua, precedere debuerunt fratres suos ad pugnandum pro eis.

¶Iterum tales Heraldis assimilantur armorum, qui facta clamant armorum, quę non faciunt. Et sunt sicut cymbalum tinniens, aut ęs sonans, quod extra ecclesiam sonat, & homines ad ecclesiam vocat, & nec ecclesiam intrat, sed seipsum sonando consumit, quia bene loqui, & male viuere nihil aliud est, quàm seipsum propria voce damnare, quia dum ore tales dānat, qualis ipse est, & inferno dignos illos iudicat, quid aliud ei dici potest, quam ex ore tuo te iudico serue nequam? In hoc ergo casu isti qui vocem quidem habent Iacob, sed manus Esau similes sunt fabricatoribus arcę Noe, in qua alij saluabantur, sed ipsimet perierunt, & portantibus lucernam a tergo ante alios, qua dum alij mundè transeunt, ipsi in foueam cadunt peccati & inferni.

¶Item monstra sunt in hoc, quia linguas habēt maiores, quàm manus. Vnde Bernardus. Monstruosa res est manus remissa, & lingua magniloqua. De die insuper loquendo, & exhortando, & predicando, & corripiendo in publico sunt aquilę & grifones ad magnos tyrannos volantes, & armatos verborum telis, in fronte percutientes, & de nocte, & in priuato sunt strabones in peccatorum stercoribus se delectantes.

16 ¶Contra illud Pauli. 1. Thessal. 2. Nocte & die operantes predicauimus vobis euangelium. Et iterum dicit. Rom. 15. Non audeo aliquid loqui eorum, quę per me non efficit Christus. Non audeo inquit primo, quia si vnū bene dixero in aperto, & aliud male operatus fuero in occulto, qui vitam mea priuatam sciret vel deprehenderet, de verbis meis nihil proficeret, sed potius me deridendo deterioraretur ad modum illius, qui asinum in pelle Asinus. leonis rugientem, cum aures videret Exēplū. asini, licet in principio timeret, quia ad hoc clamauit vt ipsum terreret, dixit. Ast mihi qui quondā semper asellus eris. Terruisset me vox ista, si aures non vidissem. Sic de illis qui loquuntur pacem, mala autem in cordibus eorum, ore suo benedicebant &c. Quasi Exēplū. simili modo fertur quandam respondisse mulierem, cum quendam audiret predicare, quem in iuuentute nouerat preteritis de verbis suis dixit. Nolite ei credere, nec verba sua timere, quia maximus in iuuentute fuit mētitor. Hęc licet falli posset, quia vitam suam forte emendauerat, tamen pro tanto est ad propositū, quia cuius vita despicitur, necesse est ꝙ eius predicatio contemnetur: quia secundùm beatum Gregorium in pastorali, quod intelligendo penetrant, viuendo conculcant, repente docent, quę non opere sed meditationem didicerant, & quod verbis predicant, moribus impugnant. Non, inquit, audeo secundo, 17 ne improperetur mihi, ꝙ sim malus citharedus, vel quia non citharizo in cithara propria, sicut illi in Apocal. 14. Qui citharizabant in citharis suis, sed in alienis alijs penitentiam, & bona opera predicando, quę per me non efficit Christus sicut multi prelati, & officia habentes faciunt, qui dum conuentus esurit in refectorio, lautè comedunt in cameris suis. Contra illud. Ecclesiast. 32. Rectorem te posuerunt, esto in illis, supple in refectorio, sicut vnus ex illis, vel quia citharam non manibus; sed lingua tango, sicut nanque tales nunquam in aliquo musico bonam faciant armoniā, qui manibus instrumentum non tangunt, sed tātum oris flatu instrumentum mouere nituntur: ita nec qui predicant sobrietatem, & ebriose viuunt,

castitatem,

castitatem, mundiciam, vel quamcunque virtutem, & contrario modo viuunt, quia non manibus operando, virtutes illas tangunt: sed ore flatu loquendo: quia secundùm Senecam. Efficacior est vxor operis, quàm vxor oris. Nam dicit Chrysost. super illud. Matth. 5. Ascendit Iesus in montem. Nemo potest in valle stare, & de monte loqui: vbi stas, inde loquere: aut vnde loqueris, ibi sta: si in terra est animus tuus, vt quid de cęlo loqueris? in cęlo consiste, si de cęlo loqueris: si iustitiam facere non vis, vt quid te prædicatorem iustitiæ facis? quare magistrum vocas, cuius non vis esse discipulus? Prius ergo ascende scalam Iacob per vitæ munditiam, & contemplationem: prius enim dicuntur ascẽdentes, quàm descendentes: quia contemplatio pręcedere debet prædicationem, & vitæ ascensus in Deum. Auis enim nobis prius ascendit ad prędam, quam descendat ad pullos nutriendos. Et Moyses prius ascendit ad Deum, quàm descendit ad informandum populum. Exod. 24. Et Abbas Ioannes in vi. pa. moriens requisitus, ꝙ aliquod verbum memoria dignum discipulis relinqueret, dixit: nunquam docui, quod prius non fecerim.

¶Horum exemplo informati: faciamus id, ad quod nos hortatur Seneca ad hoc, ꝙ nobis in prædicatione credatur, sic inquit. Ita discamus; vt quę fuerint verba, sint opera: nullas enim maiores de omnibus mereri pęnas iudico, quàm, qui prophetiam velut aliquam artem venalem didicerunt, qui aliter viuunt, quàm viuẽdum esse pręcipiunt: beatus ergo, cui in die mortis dici poterit illud. 3. Reg. 8. Ore locutus es, & manibus perfecisti, vt hæc dies probat.

18 ¶Tertiò non audeo &c. ne mihi improperetur, ꝙ verba sint sicut charta sine sigillo, quæ non valet in necessitate, nec ei creditur. Ita nec tali prędicationi, quæ sigillo bonæ conuersationis non confirmatur, nec approbatur. Propter quod Apostolus dicit 1. Thessal. 2. Exhortatio nostra non est de errore, neque de immunditia, neque in dolo, sed sicut probati sumus à Deo, vt crederetur nobis euangelium; ita loquimur: non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda. Ecce quam signanter dicit: vt crederetur nobis euãgelium: vt homines verba euangelica à me crederent esse vera; & illa non haberent suspecta propter malam vitam, sicut sunt verba illorum, de quibus Ambrosius super Lucam. Folia enim sine fructu suspecta sunt mihi. Tales enim vestes habuerunt exules paradisi. Ad idem Seneca epistola 6. ad Lucilium. Homines amplius oculis, quàm auribus credunt. Longum est iter præcepta, breue, & efficax per exemplum. Bernardus ad Eugenium. lib. 2. de consideratione. Monstruosa res est sedes prima, & ima, sermo multus, & fructus nullus.

¶Nec mirum, si tali non creditur, sicut nec chartæ nec literæ sine sigillo, quia sicut in iudicio, vnius non creditur testimonio, sed duorum vel trium: ita nec in prædicatione voci tantum creditur doctoris; sed testimonio vestitus, gestus, aspectus, deuotionis, orationis, humilitatis, occupationis, priuatæ locutionis, & parcitatis in esculentis, & poculentis, in ore istorum testium stet omne verbum. i. testimoniũ talium virtutum, exemplo Apostolorum, qui virtute magna reddebant testimonium. Act. 4.

¶Primus ergo testis hic nominatus est vestium religiositas, & decentia, quem prædicantes contra vestium superbiam illam non ostendant, sed potius talia eos decent ornamenta, qualia sunt descripta. O. 7. arti. 9.

¶Secundus est gestus maturitas, & morum in eundo per villas, & vicos composito: vt non discooperto capite, vel currendo, vel nimis festinando, vel fatuę respiciendo, animi indicet leuitatem. Ecclesiast. 19. Ex visu cognoscitur

gnoſcitur vir,& greſſus hominis enunciant de illo.

¶Sic de oratione, & deuotione, & humilitate, de quibus teſtibus dictum eſt in capitulis ſuis. Occupatio verò vtilis eſt prędicatori, teſtis valde vtilis & neceſſarius, quia ſicut medicus non ſanat, nec aduocatus bene cauſam defendit, qui tempus ſtudij circa curas ſuas expendunt in garrulationibus. Ita, &c.

¶Priuata etiam locutio tanquàm teſtis prædicatoris examinatur, quia vident prædicatorem in ſecreta locutione diſcretum,deuotum, & habentem verba ædificatoria, plus credunt prædicationibus ſuis: vbi verò audiunt eos verba habere non ædificationis, nec morum, ſed potius curſorum, vel nunciorum, quia ibi narrant omnes rumores patrię,& ſi ſit aliqua briga vel guerra defendunt vnam partem, & damnant aliam, & perſonas contemnunt, & prædicationes. Et frequenter, qui, eis narrantibus & truſantibus,arrident in pręſentia,eos derident in abſentia,& fatuos eſſe iudicant:licet eis rumor aliquando placeat, quem narrant: nec mirum,quia loquela eorum illos manifeſtat.

¶Eſt poſtremo victus parcitas teſtis neceſſarius, quia ſecundùm decretum ſumptum ex verbis Hiero. ſuper Micheam prophetam. diſt.35.ca.eccleſię. Eccleſiæ inconuenienter prædicat, qui pauperem Chriſtum pingui ventre, & rubentibus buccis annunciat. Non ergo prędicatori ſine talibus teſtibus creditur,teſte Apoſtolo, qui ait.1.Cor.14. Si incertam vocem tuba dederit, quis ſe præparabit ad bellum? ſupple cõtra vitia. Incertam vocem dat, quãdo vox teſtimonio prædictarum, & aliarum virtutum non certificatur,& tunc nullus ſe præparat, ſed potius ipſum deridet dicens illud ad Rom.2. Qui prædicas non furandum, furaris.

¶Ad hoc ergo ꝙ tuba certam det vocem. & improperium iſtud euitent, neceſſe eſt, ꝙ tubas manibus teneant, ſicut notatum eſt ſupra eo. ca.7. Aliter turpiſſimum prædictum incurrunt improperium, de quo Seneca, ad Lucilium. Hoc turpiſſimum eſt,quod nobis obijci ſolet, verba nos prophetiæ non opera tractare. Hoc idem patet.
O.6.65. Et non tantum turpe,ſed peri- 19
culoſum eſt: ſicut patet. B.2.57. His omnibus concordat, & hæc omnia cõfirma decretum ſumptum ex verbis Petri 8.quæſtio.1. oportet. In quo cõtinetur, ꝙ oportet, ꝙ ille, qui docet, & animas rudes inſtruit, ſit eruditus, doctus, irreprehenſibilis, maturus,pauidus,probatus, &c. quia ſi iſtas virtutes,& his ſimiles non habeat, non poteſt iuſte,nec audacter has virtutes prędicare, vel vitia his oppoſita accuſare, vel condẽnare. Etiam ſecundùm leges ciuiles. Primo in ff.nouo.lib.10. tit.ad l.Iul.de adult.l. ſi vxor.§. iudex, ſub his verbis, Iudex adulterij ante oculos habere debet, an maritus pudice viuens, mulieri bonos mores colendi auctor fuerit: per iniquum enim videtur eſſe: vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipſe non exhibebat, &c.

¶Hoc eſt contra prælatos, vel alios quoſcunque, qui continentiam, vel quamcunque virtutem docent, vel ab alijs exigunt, quam ipſi non oſtendũt, quia qui debet aliorum defectus ſupplere,vel reprehendere non erit defectuoſus,quia turpe eſt doctori,cũ culpa redarguit ipſum. Alia etiam lex huic concordat propoſito: in ff veteri,lib.8. tit.ſi ſerui. vendi.l. altius. Cuius legis caſus eſt talis. Tutor, vel curator habet cuſtodire pupillum, vel impotentem, ne aliquis ædes ſuas altius extollendo, lumen ſuum eius impediat, quærit lex ſi ipſe tutor,vel curator poſſet hoc facere. Et reſpondet ꝙ non, ſub his verbis, qui alium facientem prohibere ex officio neceſſe habuit, id ipſe committere non debuit. Sic in propoſito. Nota legem huic concordantem.R.1.20. Ex omnibus iſtis palã oſtenditur, ꝙ neceſſe eſt doctorem ta-

les

les habere virtutes, quales prædicat, ad hoc ꝙ recte doceat, & efficaciter, quia dicit Philosophus 10. Ethicorum, ꝙ actus credibiles magis sunt, q̃ sermones: & vbi dissonant, interimunt verũ.

¶Gubernator nanque nauis nunquàm bene ducet, nec gubernabit nauem, nisi manum ad remum apponat; vel si ipsemet sit naufragus, quomodo alios saluabit? Vnde Seneca. epist. 110. Discamus, vt quæ fuerint verba, sint opera. In tempestate enim gubernator naufrabundus non prodest, quid adiuuari potest rector naufragij attonitus, & vomitans, non est loquendum, sed gubernandum. Dicunt enim, hæc dicit Plato: hæc dicit Zenon, & ingens agmen philosophorum faciunt. Sed heu: dicunt, & non faciunt. Matth. 23. Non sic Ioannes Baptista de quo scribitur. Matth. 3. Venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudeæ & dicens. Pœnitentiam agite. Et cito post ostendit euangelista, ꝙ ipse congrue pęnitentiã prædicauit: quia & ipse pęnitentiã, quàm ore prędicauit, opere ostẽdit. Habebat inquit vestimenta de pilis camelorum, esca autem eius erãt locustæ, & mel siluestrę. Vide de prędicta materia. E. 7. 3.

Artic. 6. ¶Nec sufficit, ꝙ bene doceant, & bonam vitam habeãt interius in conspectu Dei, nisi etiam bona exempla præbeant exterius in conspectu hominum, quia dicit Apostolus. 1. Corin. 4.
20 Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Dicit enim lex. C. lib. 9. tit. de priuatis carceribus. l. vnica. ꝙ maiores debent esse specula aliorum. Vbi vero prædicatio, uel doctrina est bona, & conuersationis ostẽsio leuis, speculum non est vniforme, nec bene ordinatum, sed quasi oblongum, quod deformatum ostendit vultum intuentis, & tale speculum homines non libenter respiciunt, sed abijciunt, quia videtur eis, ꝙ facit facies illorum turpiores, quàm sint. Sic in ꝓposito tales prædicatores homines nõ multum appreciantur, quia licet bene prædicent, leuis tamen conuersatio eorum eos deordinatos ostendit & facit inspiciẽtes deordinatos. Ideo Christus omnes docuit prędicatores dicẽs. Sic luceat lux vestra, vt videant opera vestra bona. Et quia si opera sint mala, vel mala esse opinentur, quis crederet ꝑdicationibus vestris, vel illas sequeretur, cum homines potius exemplis quam verbis trahantur? quis enim crederet exhortatori ad superbiam fugiẽdam, vbi ipsemet superbiam ostenderet in opere, & sic de alijs vitijs, quia si quis viam ab aliquo ad certum locum quæreret, qui responderet se velle ad eundem locũ ire, & hoc dicto, adiungeret dicens. Vadas tu per illam viã, & ipse per aliam iret, minus ei crederet de via, quam docuit, & ipsum quãtum ad verba reputaret deceptorem, & potius gressus sequeretur, quàm verba. Ita in proposito. Si quæratur à prelato vel doctore quocunque, quæ sit via ad cœlum, omnes profitentur se velle illuc ire & dicunt. Vade tu per viam misericordiæ, & mundiciç, & iustitiæ, & pœnitentię, omnes nanque prędicabant, vt pęnitentiam agerent. Marci 6. quando tamen auditores vident, quòd ipsimet per vias illas non vadunt minus eis credunt, & frequenter potius exẽpla sequuntur, quàm verba. Et sic secundùm Boetium de doctrina scholarium, doctrina vilescit ex mala vita docentis, quia homines plus oculis, quàm auribus credunt, sicut dicit Seneca in epistola 7. Et addit dicẽs. Longum enim iter est per præcepta: breue & efficax per exempla, turbam sapientum plus ex moribus, quàm ex verbis Socrates traxit.

¶Patet ergo ꝙ tales, qui bene docẽt 21
& mala exempla dant, sunt sicut spinæ mellitæ, inter quas, qui mel colligit, pungitur. Verba nanque illorum sunt, quasi mel. Psalm. 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel: sed praui mores sunt quasi spinæ, vel vepres, vel apes, vel vespæ, quę lacerãt, & lędunt conscientias audientium, & videntium,

videntium; & verba inter mores illos colligentium. Ideo apostolus Titum prædicatorem & doctorem signanter docuit dicens: ad Titum 2. Præbe exemplum bonorum operum in doctrina. Et quod docuit, exercuit, & opere impleuit: sicut patet per hoc quod dicit. 1. ad Corin. 2. Sermo meus & prædicatio mea, non in persuasionibus humanæ sapientiæ, verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis. Et hoc necessarium est omni prædicatori: quia secundum beatum Greg. eadem necessitate, qua compellitur summa dicere, compellitur summa monstrare. Sic ergo ascende in altum, bonæ. s. vitæ, & ibi exempla ostende bonæ conuersationis, tu qui euangelizas Sion. Esa. 40.

Ar. 7. ¶Et postquam sic fueris in alto loco bonæ vitæ & conuersationis, situatus, & fundatus: opus fac euangelistæ: prædica verbum, insta, opportune, importune, argue, obsecra, increpa. 2. Thimoth. 4.

22 ¶Prædicta (inquit) ne maledictionẽ illam incurras, de qua Prouer. 11. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis. Super quo dicit beatus Greg. Frumenta abscondere est prædicationis verba apud se retinere; in populis autem talis maledicetur: quia in solius culpa silentij, pro multis, quos corrigere potuit, damnatur: propter quod Apostolis in persona sua omnes, qui subiectos informare tenentur complectens dicit. 1. Corin. 9. Væ mihi, si non euangelizauero. Vt ergo væ istud euadas. Primo argue frequenter. Secundo obsecra importune. Tertio increpa perseueranter.

¶Primo argue, & prædica frequenter. Exẽplo speculatoris, qui omni nocte super castrum vigilat. Ita tu, quia speculatorem domini Israel dedi te. Ezech. 3. & 33. Et exemplo magistri in scholis, qui quotidie auditores informat. Rationem vero huiusmodi frequentis prædicationis assignat Plinius, in epistola ad Vrsum dicens. Sicut faces ignem assidua concussione custodiunt, demissum ægerrime reparant, sic & dicentis calor, & audientis intentio continuatione seruatur, interruptione & remissione languescit. Quia secundum Boe. li. de disci. schola. Sicut in vnoquoque opere mater inuenitur constantia, sic vniuersæ doctrinæ ac disciplinæ nouerca est negligentia.

¶Sed quia nonnulli frequentes prædicationes & obiurgationes contra cor habent, oportet secundo quod importune se ingerat, antequam petatur ad prædicandum, & inuitis & reclamantibus medicinam offerat, ipsoq; quantum in eo est, sanet. Sicut conductus a rege pro filio regis infirmo sanando, ipsumque plorantem, & irascentem, si opus est, scindit & sanat, vulnere duro scrutato, & carne putrida ferro candenti combusta, aliter si propter filij disciplinã hoc facere dimitteret, apud regem proditor haberetur Et nuncius importune ingerit se, vt nuncium suum faciat, qui etiam vituperandus esset, nisi totum nuncium diceret sicut oneratur: Sic in proposito prædicator nisi faciat oportune, importune quod ei præcipitur, Hiere. 1. Loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi. Nota. V. 2. 1. Tertio in vtroque tam in frequentia, quàm in importunitate habenda est perseuerantia: etiam si frequenter prædicando se videt non multum proficere, quia forte doctrinam suam reijciunt, exemplo nutricis, quæ licet infans bis vel ter cibum de ore suo reijciat, non tamen cessat plus in ore suo ponere, & sic dum perseueranter in ore suo cibus ponitur fit, vt qui prius cibum eiecit, postea cibum sumat. Et cribrum licet aquam non retineat, tamen frequenter in aqua positum mundius fit. Ita in proposito. Vnde quidam pater in vita pa. dicenti, quòd nihil de sermone retineret cordetenus, & ideo ad sermonem non ita frequenter iret, respondit: vas frequenter aquam recipiens, licet statim effundatur; vas tamen mundatur; licet non in prima immersione vel

(Right margin: 23 beside "¶Sed quia nonnulli"; 24 beside "Nota. V. 2. 1. Tertio"; Exẽplũ beside "vita pa. dicenti")

vel secunda. Sic in proposito. Ergo noli cessare aquam super immundos effundere, quia licet prima infusione non mundentur multis mundabuntur. Et quandoque illud idem verbum, quod prima auditione eos ad cordis emundationem non pungit post multos annos ad memoriam deductum pungit, & placet ad pœnitentiam. Nota. V. 2. 4.

¶Nec propter malorum animositates, vel alias aduersitates est à prædicatione cessandum. Vnde beatus Grego. super illo Eccl. 11. Qui obseruat ventum, nunquam seminat, & qui considerat nubes, non metet. 3. lib. pastoralium. cap. 38. Nubes quæ à vento feruntur, sunt malorum hominum aduersitates, propter quas non debemus dimittere prædicare veritatem, quia piger propter frigus arare noluit, Prouerb. 20. mendicabit ergo in æstate. s. quando Sol iustitiæ apparebit in iudicio, & non dabitur ei. Vade ergo in Niniuem ciuitatem magnam, id est, in mundum, & prædica in ea tribus prædictis modis prædicationem. Ionæ 3.

Artic. 8. ¶Prædica (inquit) longa themata vi-
25 tando, quia sicut tædiosum est, quod citharedus in aula diu citharam præparat. Ita &c. Et statim ad quiditatem descēdendo, inuectiones contra vitia in speciali faciendo: quia, qui citharæ omnes chordas simul tangit, confusam & ineptam facit melodiam, & quasi ludum videtur facere puerorum. Sic in prædicatione, qui generaliter omnes simul tangit, & vitia dissuadet in generali dicens. Non eritis superbi, non cupidi, non carnales non efficacem facit prædicationem. Oportet ergo in speciali modo, vt nunc vnam, nunc aliam tangat chordam, exponendo superbiæ, & cupiditatis, & carnalitatis species, & pericula, quia secundùm beatum Gregoriū. 3. Moral. super illo Iob 38. Quis dedit gallo intelligentiam. Intentæ mentes auditorum sunt, quasi quædam tentationes chordarum strictæ in cithara, quas tangit artifex cum plectro, vt reddant consonam modulationem, licet non vno impulsu feriantur.

¶Sicut ergo minus ad alicuius descriptionem vel derisionem, eius in speciali conditiones recitat. Et sicut medicus ad infirmi sanationem, non generali docet, qualiter curari potest, sed in speciali, quo periculum illud incurrit, & quomodo sanari potest, ita in speciali conditiones peccati, & pericula sunt recitanda, & speciales inuectiones, & doctrinæ sunt contra illas infirmitates adhibendæ per plena verba, & laicis intelligibilia, non per curiositates, & declarationes, & rationes philosophorum, & dubias naturas animalium, quæ omnia literatorum aures demulcent, vel prædicantium gloriam quærunt, & infirmorum plagas non curant, sed cęcant, nec præceptum Dei implent, quo præcipiuntur annunciare populo peccata eorum, ad quod cum tempus prædicandi non sufficiat, fatuum est tot quærere ambages, & magnam prædicationis partem potius in sanctorum, de quibus prædicat, commendatione, qui commendationibus nostris non indigent, quàm in vitiorum, contra quæ prædicare deberet reprehensione.

¶De quorum auditoribus dicitur. Tren. 2. Prophetæ tui falsa viderunt ibi, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent.

¶Cuius erroris causa quandoq; est, 26
quia gloriam propriam quærunt, & ideo in scientificis, & curiosis se delectant, vt sicut dicit decretum Nicolai Papæ: dist. 41. dispensatio. § pariter: iactatione scientiæ plura scire videantur. Et talis sicut idem dicit decretum, qui ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum vtilitatem, sed ad sui ostentationem facit. Tales reprehendit propheta. Ezech. 34. dicens. Cum aquam purissimam biberetis, reliquam pedibus vestris conculcastis. Aquam pu-

rissimam bibunt, dum sacram Scripturam intelligunt, quam pedibus malę turbant affectionis, nec sic turbatam pro auditorum administrant necessitate, vel sui extinguenda: sed quadam verborum inundatione aures replent, & non corda auditorum. Contra quos dicit beatus Grego. super illo Iob 26. Qui ligat aquam in nubibus, & habetur Mor. 17. Non inquit inundatione scientiæ, sed moderata distillatione foueãtur auditores. Iuxta illud. Iob 29. Super ipsos stillabit eloquium meum. Super quod dicit beatus Grego. 20. Mor. In hoc inquit iudicatur dispensatio magistrorum, debet enim qui docet subtiliter prospicere, ne plus studeat prædicare, quàm ab audiente capitur. Omnes vero, qui in isto detinentur errore multum faciunt contra exemplum Pauli, qui dicit 1. Cor. 4. Non enim nosmetipsos prædicamus.

¶Sed forte non tantum intendunt gloriam propriam, nec gloriam Dei: sed vtranque simul, & ideo simul curiosa, & deuota seminant.

¶Sed hoc videtur primo esse contra Dei pręceptum moraliter expositum, quo dicitur. Leuit. 9. Non seres agrum tuum diuerso semine. i. agrum auditorum, commiscendo cum semine verbi Dei subtilitates philosophicas & vanitates.

¶Secundo est contra legem fidelitatis, quia dum per intellectum, vel sciẽtiam, & huiusmodi gratias quas à Deo accepit, gloriam propriam quęrit, ita infideliter contra Deum agit, sicut ille, qui ad curiam Romanam missus & in expensis mittentis ibi stans, vt negocium domini sui procuret, & expediat, interim non negocium domini sui, sed propria quęrit expedire.

¶Tertiò, dum diligentius & studiosius laudem propriam intendit, maledictionem illam incurrit. Hierem. 48. Maledictus, qui facit opus Dei fraudulenter, & qui prohibet gladium domini à sanguine suo.

¶Quarto contra doctrinam faciunt beati Gregorij, qui. 3. libro pastora. ca. 66. per totum docet, quòd non sunt curiosa prædicanda. Constituit (inquit) super familiam suam, vt det illi cibũ. Curiosi vero, dum aures demulcent auditorum, non cibum, sicut mater in ore pueri; sed sicut nouerca in aure ponit, contra exemplum faciunt Apostoli: qui etiam dicit. 2. Corin. 2 & 4. Non simus, sicut alij adulterantes verbum Dei. Sicut enim adultera est, & adulteratur vxor, dum marito derelicto alteri intendit, ita adulteratur sapientia diuina, dum Dei gloria derelicta alterius glorię cogitur deseruire, de qua Prouerb. 1. Sapientia foris prædicat, non in domo ecclesiæ cum marito, sed extra cum adultero. Quandoq; vero causa istius erroris est, quia 27
sicut dicit beatus Grego. in pastorali, & habetur in decretis: distin. 44. sit rector. Sępe rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui liberè recta pertimescunt. Ex quo timore sequitur, quòd tales, qui deberent esse, quasi aquilę volantes ad magnos tyrannos, fiunt sicut Milui ad simplices semper volantes, & contra eos prędicantes sicut Miluus volat ad pullos suos, & huiusmodi. Et illi, qui deberent esse quasi leo, qui ad nullius pauebit aspectum: facti sunt quasi canes, qui vt dicitur in vmbra ensis, non audent latrare, ita isti qui magnis absentibus, de ipsorum factis satis semper abundanter sciunt detrahere, Ipsis vero prȩsentibus, vbi non ad detractionem, sed ad correctionem loqui deberent, fiunt canes muti, non valentes latrare. Esa. 56. id est, latrare volentes, quia vident lupum venientem & fugiunt. Ioan. 10. De quibus conqueritur, Ezech. 13. Non ascendistis ex aduerso, neque apposuistis vos murum pro domo Israel: vt staretis in prȩlio in die domini.

Miluus.

¶ Tales ad prędicationis audaciam. Primo hortatur dominus, Hiere. 1. dicens. Ne timeas à facie eorum: quia

ego tecum sum. Secundo Esa. 58. Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. Quam auctoritatem exponens beatus Grego. in 15. cap. sui pastoral. dicit: Pręconis quippe officium suscipit quisq; ad sacerdotium accedit: vt ante aduentum iudicis, qui qualiter sequitur, ipse clamando gradiatur. Sacerdos igitur si prædicationis est inscius, clamoris quam vocem daturus est pręco mutus? Tertio Paulus ad Titum 1. vt potens sit ad exhortandum in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, redarguere.

28 ¶Quarto periculum, quod sequitur nisi veritatem aperte dicant, quod ostẽdit beatus Grego. in pastorali suo. cap. 15. exponens illud, Exod. 28. quomodo videlicet sacerdos ingrediens domum domini, tintinnabula in vestimentis suis habere debuit. Hinc inquit Moysi præcipitur in Exodo, vt tabernaculum sacerdos ingrediens, tintinnabulis ambiatur, vt voces videlicet habeat prædicationis, ne superni inspectoris iudicium, ex silentio offendat. Scriptum quippe est: vt audiatur sonitus, quando ingreditur sanctuarium in conspectu Dei, & non moriatur; sacerdos namque ingrediens vel egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur: quia iram contra se occulti iudicis prouocat, si sine prædicationis sonitu incedit. Omnibus ergo prædicationis impedimentis amotis, prædicator formam sequitur medici fidelis, qui non vna generali medicina omnes sanat; sed cuilibet infirmitati propriam apponit medicinam. Et doctrinam teneat beati Grego. super illo, Iob 38. Quis dedit gallo intelligentiam. Gallo inquit intelligentia tribuitur, quando doctori veritatis discretionis virtus; vt nouerit quibus, quid, quando, vel quomodo inferat, diuinitus ministratur. Et vt longe ante nos reuerendæ memoriæ Grego. Nazianzenus edocuit: non vna eademque exhortatio cunctis conuenit: quia nec cunctos parmorum qualitas constringit: sæpe enim, quæ alijs officiunt, alijs prosunt. Nerumque herbæ, quæ alia animalia reficiunt, alia occidunt, & medicamentum, quod hunc morbum sanat alteri nocet, & panis qui vitam fortium roborat, paruulorum necat. Pro qualitate vero audientium formari debet sermo doctorum: vt & singulis congruat: & tamen a communis ædificationis arte nusquàm recedat: vt possitis dicere cum Apostolo. Sic prædicauimus, & sic credidistis. 1. Corin. 15. Nota de ista materia. l. 13. 3. 10.

¶Quòd vero prædictus modus sit fructuosior, & vtilior, & pro peccatorum conuersione efficacior, pluribus docetur exemplis. Sermo namque domini quandoque in sacra scriptura sagittæ comparatur, Sapien. 5. Sagitta emissa in locum destinatum. Sagittam vero ad hoc, quod feram occidat; sagittarius in prope ad cor dirigere nititur, sicut potest: quia hoc est vtilius pro eo: quia illo citius feram occidit. Sic volens vitam in peccatore destruere bestialem, vtilius sagittas verborum ad cor, quàm ad aures dirigat. Exemplum. 4. Reg. 9. Iehu percussit Ioram inter scapulas, & egressa est sagitta per cor eius, & statim mortuus est. Et 1. Regum 20. vbi Dauid volens scire quomodo, fuit inter ipsum, & Saul, dedit sibi Ionathas tale signum, quod iaceret ad quendam lapidem sagittas tres, & habere (puerum ad colligendum sagittas) quo misso, si diceret, sagittæ citra te sunt, signum esset: quòd pater eius esset placatus: Si autem diceret, vltra te sunt, signum esset turbationis: Sic in proposito, quando sagittæ diriguntur, & recipiuntur intra corda auditorum, signum est placationis Dei; &c. Artic. 9.

¶Patet ergo, quòd sermo efficaciter ad cor directum est vtilior: quia talia verba plures humiliant peccatores, de quibus dicit Psal. 43.

¶Sagittę tuæ acutę, populi sub te cadent, quia scilicet diriguntur in corda 30

inimico-

30 inimicorum regis. Quod autem tales sagittæ spirituales plures à statu superbiæ & vacuitatis, quibus contra Deum eriguntur, ad gradum humilitatis cadere, & colla sub iugo Christi humiliter submittere faciant, sequẽtibus ostẽditur exemplis: per hoc quod scribitur lib.10. ecclesiasticę historiæ. Vbi dicitur, ꝙ cum patres sancti venissent
Exẽplũ. ad concilium Nicenum, contigit vnũ de philosophis, & dialecticis, illud cõgregatis facere conflictum disputationis cum episcopis, intantum ꝙ fiebat ingens spectaculum multis conuenientibus ad audiendum, nec poterat philosophus cõcludi à quoquã. Quod videns quidam de confessoribus simplex, & nihil sciens nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, poposcit se cum philosopho posse sermocinari. Quod videntes illi, qui nouerant eius simplicitatẽ, noluerũt pati ne eius sancta simplicitas irrisione cõtemnetur. Ille tamẽ præstitit mouens sermonẽ, ac dicens. In nomine Iesu Christi philosophe audi quæ vera sunt. Deus vnus est, qui creauit omnia verbo virtutis suæ, hoc scilicet verbo, hac sapientia, quam nos filium eius dicimus. Caro factum est, & filius natus, & per passionem & mortem nos à morte liberauit, & resurrectione sua vitam ęternam nobis promisit, quem expectamus iudicem omnium. Credis ita philosophe. At ille, velut si nunquã illum sermonem contradicendi didicisset, ita obstupefactus virtute verborum eius, ad omnia mutus hoc solum potuit respondere, ita sibi videri, nec aliud posse esse magis verum. Cui senior, si ita credidisti, surge & sequere me, & huiusmodi fidei signaculum suscipe. Et conuersus philosophus ad omnes, ait. Audite ò viri eruditi, dum verbis res mecum gesta, est, verba verbis apposui, & quæ dicebantur dicendi arte subuerti, vbi vero pro verbis virtus processit ex ore dicentis, resistere verba virtuti non valuerunt, nec homo aduersari potuit Deo; & ideo, si quis vestrum potuit in his, quę dicta sunt sentire quę sensi, credat Christo, & sequatur hunc senem, in quo locutus est Deus, & ita philosophus factus est Christianus, & gratulatus est se esse victum, quia sicut dicitur. Act.6. Non poterant resistere sapientię, & spiritui qui loquebatur.

¶Secundo idem ostenditur per hoc, quod scribitur.2.li. historiæ tripertitæ. ca.8. Vbi dicitur: ꝙ cum disputationis delectatione traheretur negocium fidei, vnus ex cõfessoribus laicis obuiauit dicens. Audite, Christus, & Apostoli, non nobis dialecticam tradiderunt artem vanamq; verborum fallaciam, sed puram scientiam fide, & operibus obseruandam, quod dictum omnes approbauerunt, & dialectici cessauerunt.

¶Ibidem etiam tertium ad hoc additur exemplum: quo dicitur: ꝙ cum Exẽplũ.
quidam magnificentia sermonis illuderet sacerdotibus, quidam senex simplex, non sine formidine seniorum accessit dicens. In nomine domini, ò philosophe, audi dogmata veritatis, vnus est creator omniũ, & verbũ eius, quo creauit omnia, quod filium nominamus, cum hoc credimus, noli inuestigare studium, & si credis hoc, responde. At ille, credo (inquit) & mutatus est ineffabili virtute.

¶Iterum ibidem quartum additur exemplum, quo fertur: ꝙ cum Imperator Constantinus venisset bisuntum: & philosophi venirent disputare cum Alexandro, Constantinę vrbis episcopo, & vnus pro omnibus esset electus: ait ei episcopis. In nomine domini impono tibi silentium, & sic factum est. Quintum exemplum ad propositum Exẽplũ.
narrat Haimo super primã Corin. 14. ꝙ cum quidam adolescens, homo scelestus beato Augustino prędicante intraret: statim, episcopo non attendente, sermo eius versus est contra vitia ipsius, qui considerans à Deo reuelatũ esse pontifici, conuersus est, & pęnituit.

Exẽplũ. Sextum exemplum ad hoc legitur in vita Sancti Augustini, ꝙ videlicet ipso prædicante, sermo eius processit contra errorem manichęorum, & post in mensa dixit socijs, se de hoc mirari, idem dixerunt illi. Quibus addidit. Credo dominum, per hoc aliquem curasse, & post biduum venit ad eũ quidam flens, & confitens se fuisse manichęum, quousq; audiuit eum loqui in ecclesia, qui catholicus postea presbyter factus est.

31 ¶Ex quibus omnibus apparet ꝙ sermones simplices & deuoti sunt vtiliores, & ꝙ sic prędicantibus, sicut dicitur in Psalm. 67. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Et ꝙ sub talibus sagittis plures cadunt & humiliantur peccatores. Quod pulchrè figuratum est libro Iudic. 3. & 4. In quo leguntur Zangar & Sãson plures prostrauisse vomere vno, & maxilla asini, quàm Aioth gladio elimato. Nam Aioth non legitur gladio suo occidisse nisi vnum. i. Eglon. Zangar vero. Iudic. 3. legitur occidisse suo rudi instrumento. i. vomere aratri sex centos philistęos. Sãson vero legitur, maxilla asini, occidisse mille viros malos. Sic adhuc, vbi prædicator curiosus vix vnum conuertit, alius multos conuertit. Nec mirum: quia sicut medicus circa curas diligens plures sanat, quàm eloquens, & verbosus, qui ad curas in speciali non descendit.

¶Horum ergo prędicator informatus exemplis quantum potest conscientias percutiat auditorum cogitationes, & locutiones & operationes illorum recitando, & redarguendo. Exemplo prophetę. Psal. 49. qui dicit. Arguam te, & statuam contra faciem tuam.

¶Et exemplo sancto Desiderij, de quo dicit Haymo. super 1. Corin. 14. Quod spiritussanctus ita sermonem eius disponebat, vt hominum consciẽtias verbis suis percuteret, quasi auditores eas ei manifestassent.

¶Et exemplo Pauli, qui dicit. 1. Corin. 2. Prędicatio nostra non est in persuasionibus humanæ sapientiæ, verbis, sed in ostensione spiritus, & veritatis, qui & 1. Cor. 1. de omnibus prædictis philosophis concludit dicens. Placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Cui concordat decretum 37. omnem dicens, quod non Deo placuit in dialectica, quia regnum Dei in simplicitate fidei est, &c.

¶Ad idem est decretum sumptum ex verbis Augustini: in libro de catechizandis rudibus, dist. 38. sedulo. Maxime, inquit, est vtile nosse ita esse pręponendas verbis sententias; vt præponitur animus corpori, ex quo fit, vt ita malle debeant veriores, quàm disertiores audire sermones, sicut malle debent prudentiores, quàm formosiores habere amicos: nouerint etiam non esse voces ad aures Dei, nisi animi affectum: hæc ibi.

¶Quibus concordat Hiero. in epistola ad Damasum Papam. De scripturis, inquit, diuinis disputantem non decet Aristotelis Argumenta conquirere, nec ex flumine Tullianę eloquentiæ ducendus est riuulus: nec aures Quintiliani flosculis, & scholari declamatione mulcendæ sunt, sed sit locutio pedestris, & quotidianæ similis, quæ sensum rei edisserat, non verborum compositione frondescat, sint alij diserti: laudentur vt volunt: & inflatis buccis spumantia verba trutinent: mihi sufficit sic loqui: vt intelligar, & de scripturis disputans scripturarum imiter simplicitatem. Causam vero omnium prædictorum, quare videlicet 32 sermo generalis non ita bene mouet, tangit eleganter Apostolus, tam in exemplo artis musicæ, quàm etiam exemplo tubarum, de quibus Numeri 10. Per quarum diuersitatem sonorum sciebant, quando debebant mouere castra, vel se præparare ad bellum, vel ad festa. 1. Corinth. 14. Quę (inquit) sine anima sunt vocem

dantia

dantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonituum dederit, quomodo scietur, quid canitur, aut quid citharizatur? Etenim, si incertam vocem det tuba, quis se præparabit ad bellum? Ita & vos per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur, quid dicitur? eritis enim sicut in aere loquentes: hæc ibi, &c.

¶Sed quia difficile est inter multos auditores cuiuslibet mentem ferire, specialiter vbi auditorum ignorat cõditiones. Quia sicut dicit Gregorius Naziãzenus, secundùm ꝙ recitat Bernardus in epistola ad Cluniacenses, difficile negocium est in multitudine permixta, atque diuersa, vbi ętas, & institutio varia est, de talibus disputantem, modum proprium, velut chordarum multarum quandam citharam ferientem inuenire. Ideo sicut dux belli exploratores interrogat de conditione illorum, cum quibus confligere debent. Ita prædicator mores & conditiones exploret auditorum à fideli illorum vicino, vel curatore, quibus exploratis, sicut dux regis potentissimi: inimicos regis potenter inuadat, veritatem dicendo. Exemplo Semeię. 2. Paralti. 12. qui intrans ad regem Roboam & principes eius, ait. Quia reliquistis dominum, ego reliqui vos dicit dominus. Et exemplo Heliæ & Micheæ filij Iemla. Et Esaiæ. Esa. 1. dicentis. Audite verbum domini principes Sodomorum. Et exemplo omnium prophetarum & sanctorum pro Christo occisorum. Et exemplo Iudæ Machabæi, fiat quasi leo in operibus suis.

¶Sed heu nonnulli quibus incumbit esse leones duri, contra peccatores facti sunt canes, caudą adulando, non canes gregem custodiente, sed caniculi circa dominos & dominas pingues bolos comedentes. Et qui deberent esse boues iugum domini humiliter portando, & seipsos per pœnitentiam victimando, facti sunt porci seipsos impinguando. Et qui deberent esse speculatores, facti sunt somniatores. Et qui deberent esse prophetæ Christi, & bonæ informationis, facti sunt prophetę Antichristi, & seductionis, de quibus. 3. Reg. 22. Sermones omnium prophetarum vno ore bona regi prædicant.

¶Et hoc male & mendaciter, sicut ibidem patet historiam intuẽti. Quod vero tot habeant in errore sequaces, quandoque ex procuratione accidit dæmonis, quandoque verò ex defectu tam prędicatoris, quàm auditoris. Arti. 10.

¶Primum patet. Apoc. 7. vbi Ioannes dixit se vidisse quatuor Angelos, supple malos, qui expugnant fidem, & doctrinam quatuor euangelistarum, stantes super quatuor angulos terrę, tenentes quatuor ventos terrę. i. voces illorum, qui doctrinam prędicant euangelistarum, ne flarent super terram ad terrenorum cordium spirituale refrigerium, neque super mare i. super eos qui in amaritudine sunt, ipsos consolando, & à desperatione reuocando, neque super vllam arborem, supple infructuosam, ostendendo sibi, quo materia ignis est æterni. 35

¶Secundum patet. Primo per exẽplum de vino, & vase, & bibente, quia sicut quandoque contingit, ꝙ vinum saporem amittit propter turpitudinẽ vasis, quandoque propter infectionem & indispositionem, quę est in ore bibentis. Ita in proposito, vinum quod lętificat Deum & homines, hoc est verbum Dei, vas prædicator, bibens auditor.

¶Secundo idem patet per exemplũ piscationis, quia sicut ibi quandoque piscationis fructus impeditur, propter defectum piscantis, quia piscatur retibus fractis, vel putridis, vel alijs instrumentis minus aptis, vel quia artẽ, vel diligentiã non habet piscandi. In quo casu necessarium eis esset facere, quod fecerunt piscatores illi. Luc. 5. Piscatores autem descenderant, & lauabant retia sua Et alibi dicitur, qui

reficiebant retia sua. Quandoque vero contingit ex parte piscium, qui capi nolũt. Sicut in eo qui spiritualiter veniẽs prædicauit. 1. Petri 3. Nota. V. 2. 2.

Arti. 11. ¶Cuius exemplum qui bene sequitur, magnum habet apud Deum meritum. Et qui tenetur prędicare, & non facit, in magno est periculo.

34 ¶Quantum ad primũ ꝙ magnum sit meritum, & præmium benè prædicantium, & cum hoc rectè viuentium.

¶Patet primo per exemplum de liberante filium regis de ore leonis, vel de manu latronum, magnam apud regem meretur mercedem. Sic in proposito. Et si non eripiat, si tamen ad hoc quantum potest elaboret, non amittet mercedem, quia vnusquisque propriam mercedem recipiet, secundùm suum laborem. 1. ad Corin. 3. Nota. V 7. artic. 1.

¶Est tamen de hac mercede modo: sicut de arbore, vel herba, quæ crescit, quia sicut illarum crescentia perceptibiliter ab intuente non percipitur, sed creditur, & speratur, cum vero vsq; ad perfectum creuerit, tunc certitudinaliter prior crescentia scitur; Ita in proposito. Et patet in his qui gloriam beatissimam prædicauerunt. Prouerb. 21. Et Cant. 6.

¶Sed forte videtur alicui, ꝙ maioris meriti sit contemplationi vacare & soli Deo intendere, à qua occupatione multum impeditur, dum circa alia studet alijsque intendit.

¶Sed huic cogitationis errori citius satisfacit. Primo exemplum de igne, cuius ascensus per multa combustibilia, inter quę ponitur, & quorum flammã secũ ascendere facit, nõ impeditur, sed fortificatur, & crescit, & velocius, & citius, & altius ascendit. Sic in proposito de prædicatoribus, qui debent esse inter adiutores, sicut ignis inter cõbustibilia. Vnde Aug. in li de ci. Dei li. 18. c 50. Nõ debẽt esse frigidi timore, sed charitate ardere. Secundo idẽ satisfacit exẽplũ beati Greg. in Moral. Sacri (inquit) tractator eloquij morẽ fluminis debet imitari. Flamẽ quippe dum per alueum defluit, si valles concauas ex latere contingit, in eas protinus sui impetus cursum diuertit. Cumq; illas sufficienter impleuerit, repente se in alueum refundit, & quodãmodo in se altius ascẽdit. Sic in ꝓposito, & patet in figura de his. 1. Reg. 9. & 10. de Saul, qui quærendo patris animalia, in regẽ meruit coronari: & Dauid gregem sequendo in regem inungitur. In signũ ꝙ hi, qui bona intentione q̃runt brutaliter viuẽtes, & spiritualiter amissos, vt eos ad Deum patrẽ reducant, & qui se ꝓ posse de ouiũ custodia intromittunt, gloria & honore tãquàm doctores à Deo coronabunt. Iudith 6. Deus patrum nostrorũ, cuius virtutẽ ꝓdicasti, ipse tibi hanc dabit vicissitudinem.

¶Ad hoc tamen, vt illã in cœlo mereamur regni coronam, non debemus in omnibus exẽplum sequi Saul, qui bene loquebatur, & male postmodum operabatur, qui de talibus dicit beatus Gregorius super Ezech. Homel. 15. exponens illud Apocalip. 21. Ab oriente porte tres &c. Quisquis ore suo nobis ianuam regni cęlestis aperit, cęli porta est. Si vero prædicator terrenis deditus sit dici potest illud. Tren. Defixæ sunt in terra portæ eius, & tunc cornua arietis, qui gregem pręcedere deberet vepribus hærent diuitiarum. Gene. 22.

¶Quantum verò ad secundam partem huius articuli, periculum nõ prædicantium. Primo per exemplũ ostenditur speculatoris. Ezech. 3. & 33. 35

¶Secũdo ostẽditur per decretũ beati Greg. scribẽtis Venatio ep̃o qđ ꝓdicto exẽplo concordat di. 43. Ephesijs, sub tenore sequẽti. Ephesijs Paulus scribit. munde sunt manus meæ à sanguine omnium vestrum, non enim subterfugit, quo minus annunciarẽ omne consilium Dei vobis, mundus ergo à sanguine eorum non esset, si eis Dei consiliũ ꝓnunciare noluisset, quia cũ increpare delinquẽtes noluerit, eos ꝓcul dubio tacendo pastor occidit: hęc ille.

Et

Et si non pasceret tamen corporaliter morientem cibo corporali magnum sit periculum: nam talis homicidij incurrit reatum, quanto magis incurrit periculum, & grauius homicidiū, qui non pascit spiritualiter morientem cibo spirituali in omni uerbo quod procedit de ore Dei?

¶Huius ergo periculum tertio ostēditur per aliud Decretum Nicolai Papæ. distin. 43. dispensatio sub his verbis. Dispensatio nobis est cœlestis seminis iniunctata: væ si non sparserimus, væ si tacuerimus: quod cum electionis uas formidet, & clamet, quanto magis cuilibet exiguo metuendum est. De talibus dicit beatus Gregor. in in pastorali suo, quod si districte iudicentur ex tantis, procul dubio rei sunt quantum uenientes ad publicum prodesse potuerunt. Et loquitur ibi ex intentione contra illos, qui quietā propriam aliorum præponūt vtilitati. De quibus etiam dicit in registro & allegatur. 8. q. 1. in scripturis. Si inquit, vnigenitus patris, pro explenda omnium utilitate de secreto patris ad publicum nostrum egressus est, nos quid dicturi sumus, si secretum, nostrum pponimus vtilitati proximorum? quies enim nobis ex corde appetenda est: & tamen pro multorum lucro aliquando est postponenda. Exemplo Christi, qui iter faciebat per castella prædicās, & euangelizans regnum Dei Luc. 8. Et Ioannis baptistæ, qui venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ Luc. 3. Vt sitis de numero discipulorum quos misit prædicare. Marci 3.

¶Ne ergo prædicta incurratis pericula & etiam illa tacta supra eod. c. 3. & 28. Prædicate euangelium omni creaturæ. Marci 16.

Arti. 12. ¶In qua auctoritate: quia auditores tangit, est aduertendum quòd auditorum. Conditio prima debet esse similis fenestræ uitreæ, quæ lumen recipit & tempestates excludit, & non

86 similis cribro, de quo dictū est. A. 26. quod aquam clarā euacuāt, & paleas & sordes retinet. Nec similis cardoni, qui quando planatur non pungit, sed quando è contrario tangitur, pungit. Ita nonnulli dum planantur adulatione, non grauantur: sed quando tangūtur contra uoluntatem, pungunt & recalcitrant contra prædicantem: sicut equus, quando plaga tangitur dorsi. Nec similis caniculo delicato, qui bolo delicato sibi oblato, caput diuertit muscam uerò capere nititur. Ita nonnulli qui bene dicta non asportāt, sed inordinate dicta capere, & frequenter recitare satagunt gaudentes. Tales nō tantùm catulo, uerum etiam cani assimilantur furioso, sicut patet. T. 5. 69.

¶Secunda conditio debet esse similis omni uolenti in arte proficere: vt frequenter prædicatores audiant, & proficere nitantur: nam hoc facientes, & mundiores erunt, sicut patet supra eod. c. 24. Et prædicatores animabunt ad prædicandum, & circa salutem illorum diligenter laborādum: quia sicut profectus operis, & agri ubertas operarium & agricolam animant ad laborandum. Ita &c. Vnde August. Prædicatores, & prælati libenter vigilant super gregem suū, quando uidēt eos uerbo Dei proficere: sicut libenter laborat operarius in agro, quando attendit fructuum ubertatem. Nam tūc attendit, quod nō sine causa misit manum, incuruauit dorsum, & sustinuit frigus, & æstum. Sic attendit prædicator dicens illud Esa. 61. Isti sunt semē, cui benedixit dominus, ideo gaudens gaudebo in domino. Et cum illo qui dixit. Maiorem gratiam non habeo, quàm ut audiam filios meos in veritate ambulare.

¶Tertiò, in conditione auditores assimilare, debent famen uel aliū defectum patientibus: quia sicut famem patiens nō respiceret personam porrigentis ei cibum: utrum pulchra esset uel deformis, uel peccator, uel nō: uel propter eius peccatum, cibum nō dimitteret. Pecunia etiam inter pau- 37

peres

peres proiecta, illam auide colligeret, non considerantes vtrum proijcientes essent turpes uel non. Et sitientes bonum vinum biberent de uase fictili. Et boni rumores libenter recipiuntur, licèt nuncius sit malus, & nudo ribaldo creditur portanti literas regis, propter cuius etiam literas ei parcitur: quòd non contemnitur & literæ cum reuerentia audiuntur. Et etiam cæco & claudo de uia docti creditur. Et frigidus se calefacit in Sole, licèt Sol in natura sua calidus non sit: nisi uirtualiter inquantum radij emissi sunt calidi. Sic credamus bene prædicantibus, & male operantibus, & calefaciamus nos in uerbis eorum: quia uerba possunt esse calida: licèt ipsi sint frigidi. Hoc sane docuit Christus dicens. Super cathedram Moysi sederũt scribę & pharisæi: omnia quę dixerint vobis facit, et secundum opera uerò illorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Sicut non dimitteremus recipere bonam medicinam à medico infirmo, nec aurum à peccatore, nec lumen a candela, quæ ardendo seipsum consumit, nec quæcunque pertinentia ad solatia corporis uel lucrũ temporale, missa à bono domino per malum nuncium: Ita nõ dimittamus recipere doctrinam à Deo missam ꝓpter ministri prauitatem: Qui enim hoc in temporalibus non facerent, & in his quæ pertinent ad Deum, & animam faciunt, non uideo aliam diuersitatis causam: nisi quia occasiones q̃runt ab amico Deo recedendi.

38 ¶Non sic uos, sed suscipite uerbum prædicatoris, non ut uerbum hominis, sed Dei, ut de vobis possit dici illud. 1. Thessal 2. Accepistis non vt verbum hominum, sed ut verè verbum Dei.

¶Et nolite illos iudicare, nec doctrinam illorum contemnere, quia sicut dicitur. 1. ad Timoth. 5. Duplici honore digni habeantur, maximè autem qui laborant in verbo & doctrina. Primò: quòd uita illorum à vobis nõ iudicetur: quia in talibus iudicijs faciliter erratur: quia eis aliquorum subditorum, uel eis confessorum attribuere possunt, quæ eis attribuenda non sunt, sed ipsis subditis. Non enim omnes obediunt. 2. ad Thessal. 1. Et ad istud propositum quidam ualens cõgrue respondit: cuidam dicenti sibi. Quare (inquit) non dicis tali tibi cõfesso ueritates suas, ipse enim facit hęc & illa. Cui ille, dico tibi, quod tu male tenes terram illam intantum, quòd tota patria obligatur: & tamen sicut tu propter dictum meum non uis illam dimittere, ita nec ipse, nec multi alij faciunt, quæ dico eis: & tamen contuli cum illis euangelium quod prædico. Secundò sic in honore habeantur, 39 quòd doctrina in eis non contemnatur: quia licèt ipsi sint fatui, tamen, sicut dicit. Seneca in quadã epistola ad Paulum. Deus quandoque ex ore fatuorũ effatur, uerbum nanq; fatui aliquando potest peccatorem ad bonum conuertere. Sicut patuit per hoc, quòd Exẽplũ. à fide digno narrari solet, de quodam diuino, qui fatuum suum infirmum frequenter cum per illum transiret, confortari solebat, dicendo. Spera in Deo, ibis ad cœlum. Cui ille semper respondit: nolo illuc ire, à quo cum vno die quæreret: quare nollet illuc ire. Respondit: quia uolo ire ad infernum: quare, inquit: quia, inquit, diligo te: & sicut fui tecum in uita, ita uolo tecum esse in morte, & post mortẽ, & tu ibis ad infernum, ita uolo ego ratione societatis. Cui dominus: quomodo scis, quòd ego illud uadam? qa (inquit) tota patria loquitur sic, dicẽtes, quod tu es pessimus homo, & ideo ibis ad infernum. Et in veritate, qui malus homo fuit prius, ex uerbis illius cõpunctus, optimè se postea correxit. Nota historiam in aliquo huic concordantem. C. 8. artic. ulti. Nolite ergo doctrinam quorumcunque contemnere, sed à quocunque dicatur suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas uestras. Iac. 1. Quia est

primo

primo de doctrina fatuorum, qui di-
Exēplū. cunt,& non faciunt, sicut dicit abbas pastor in vi.pa.sicut de puteo, qui omnes ad se uenientes satiat,& sordes illorum diluit,seipsum autem non purgat,sed omnis spurcitia, & immunditia in eo sunt.

¶Est secundo de doctrina illorum secundum Hierony. in quadam epistola,sicut de aqua calida, quæ per eos quasi per cineres transit, à quibus licèt quandam contrahat turpitudinē, dum claritatem propriam amittit: tamen alios lauat.

¶Et tertio de eis docentibus, sicut de aqua baptismi, quæ puerum baptizatum ad cœlum mittit, & ipsa tamen à terra deglutitur, uel in foueam descendit. nec tamen est aqua illa ab illo, qui indiget baptizari, & qui ad cœlum mitti desiderat contemnenda: quia ipsa cito post in terram descendit. Sic nec ueritas, quam stultus prædicat: licèt ipse in infernum descendat quia & talis potest uera prædicare: sicut patet de nicanore, de quo dicitur.2. Machabęorum.8. Prædicauit protectorem Deū habere Iudæos,&c.

¶Prælatio. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Prælatorum officium quale, idemque: quales esse debet in persona & vita sua.num.2.*
3 *Prælati pascere tenentur subditos documentis, sacramentis, & exemplis. numero 4.*
5 *Prælati debeat esse acriores ad vindicādas Dei iniurias,& faciles ad suas parcendas.*
6 *Prælati bene subditos regentes quibus assimilentur.*
7 *Prælatus oportet esse diligentes ad custodiendum gregem sibi creditum.*
8 *Prælatis inuestiganda sunt subditorū vitia,& ea reprehendenda.*
9 *Subditorum proditio magna ex parte ex prælatorum prouenit defectu, & negligentia.num.10.*
11 *Appetitus curæ animarum est turpis & periculosus.*
12 *Non sunt suscipiendi ordines vel beneficia propter lucrum.*
13 *Non sunt appetenda, neque suscipienda plura beneficia simul.*
14 *Qui clerici possint Ecclesiæ bonis sustentari ex D Hieronymo.*
15 *Quomodo intelligendum illud D.Pauli: si quis episcopatum desiderat bonū opus desiderat.*
16 *Non licet ijs,qui spiritualibus studijs neglectis,animarumq; spreta cura,in scientias lucratiuas,in alias, & pecuniarum collectiones incumbunt, ex quibus diuini cultus maxima sequitur derelictio; tēporalia pro illis metere.num.17.*
18 *Diuini cultus derelictio,& alia quamplurima incōmoda proueniunt; quia amore carnali & nummorum cupiditate excæcantur prælati.num.19.*
20 *Ex quo etiam sequitur, quod bona Ecclesiæ non diuidunt, vt tenentur, quamobrem consequenter sequitur spiritualis curuitas,& inclinabo subditorum,*
21 *Quæ damna ex prouisionibus,& exēptionibus,quæ à quibusdam monasterijs obtinentur,sequantur.*
Cauendum est prælatis ne indignos promoueant aut inferiorem superiori, & meliori præponant.ibidem.
22 *In sua ecclesia non residentes contra Christi exemplum faciunt. num.23.*
24 *Iidem faciūt contra iura Ecclesiastica.*
25 *Dispensatio non residendi iustam requirit causam,vt valeat.*
27 *Culpa, pœna, & periculum non residentium.*
28 *Causa pœnæ & periculi non residentium.*
29 *Negligentia summi Pastoris in terra, qui inferiores ad residendum non cōpellit.*
30 *Omne peccatum in Prælatis est notabilibus,& periculosius.num.31.32.*
33 *Quibus rebus & bestijs assimilentur ipsi.*

ipsi. numero 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40.

41 Bona Ecclesiæ male expendentes ad restitutionem tenentur. numero 42. 43. 44. 45.

46 Ii, quibus Ecclesiæ bona male dantur, non diu prosperantur, ijdemque ad restitutionem tenentur.

47 Prælati pluribus miserijs, tentationibus periculis, & tædijs exponuntur, tàm interius, quàm exterius

48 Prælati de subditorum culpa in multis casibus responsuri sunt, pro quibus damnationem merebunt æternam. num. 49. 50.

51 Prælati grauius torquebantur, quàm alij. num. 52.

53 Male eligendum, & promouentium periculum. num. 54.

55 Experiměta, pro quæ facile quis cognoscere potest, vtrum sit de numera bonorum vel malorum prælatorum. numero 56. 57.

58 Subditi vel alij malis non debent detrahere prælatis; quàm potius pro illis omnibus, tum verò pro Papa orare. num. 59. 60.

Rælatorum bonorum. Primò ostẽdentur officia, & assimilationes. Secundò actus quãtum ad hoc, quòd diligenter uigilare tenentur super familiæ, & gregis custodiam: & quòd periculum imminet, nisi faciãt. Tertiò malorum prælatorum error ostendetur, seu defectus, quantum ad prælationis appetitum, antequàm plationem obtinerent, & prælationis ingressum, cum illam obtinere inciperent. Quartò quãtum ad hoc, quòd plura appetunt, uel obtinent beneficia. Quintò quantum ad hoc, quòd illi, qui intelligẽtes sunt inter eos, plus circa scientias occupantur lucratiuas, & tam illi, quàm fere omnes, plus circa ludum alearum, & lucrum pecuniarum, quàm circa salutem animarum. Sextò quantum ad hoc, quòd carnalitatis, & cupiditatis amore execęcantur, & quod periculum ex hoc sequitur. Septimò, quantum ad prouisiones, & exemptiones, & quæ damna ex illis contingunt. Octauò, quantum ad non residentiam. Nonò, quãtum ad hoc, quod omne peccatum in eis est notabilius, & periculosius. Decimò, ostenditur quibus rebus, & bestijs tales assimilantur. Vndecimò, illorum periculum ostenditur temporale, quantum ad hoc, quod bona ecclesiæ male expendentes ad restitutionem tenentur. Duodecimò illorum periculum ostenditur, quibus bona ecclesiæ dantur, quantum ad hoc, qđ temporaliter non diu prosperantur. Decimotertiò prælatorum ostenditur miseria temporalis, quantum ad hoc, quod pluribus tentationibus, periculis, & tędijs exponentur. Quartodecimò illorum periculũ ostenditur ęternum, quantum ad hoc, quod de subditorum culpa in multis casibus respondebunt, pro quibus damnationẽ merentur ęternam. Quintodecimò quãtum ad hoc, quod in illa damnatione grauius punientur. Decimosextò male eligentium & promouentium ostẽditur periculũ. Decimoseptimò ostendentur experimenta, per quæ quis cognoscere potest, utrũ de numero bonorum uel malorum sit prælatorum. Decimooctauò, quòd subditi uel alij malis detrahere non debent prælatis.

¶ Quantum ad primum: licet sub nomine dominationis ostensum sit officium prælationis. D. 12. quasi per totum, tamen congruum uidetur hic specialius ostendere, quale sit illorum officium: & quales ipsi in persona seu vita esse deberent. Artic. I. 1

¶ Pro quo est aduertendum, quod Bernardus statum & officium prælatorum describens ait: Prælatus se exhibeat magistrum insipientium, refrigerium oppressorum, aduocatum pauperum, spem miserorum, tutorem pupillorum, iudicem uiduarum, oculum

lum cęcorum, baculum seniorum, ultorem scelerum, uirgam potentium, malleum tyrannorum, ut non sit, qui se abscondat à calore eius.

¶Primò qua necessitate teneantur esse magistri insipiẽtũ, uide. P. 12. 35. De alijs conditionibus, quomodo videlicet debet esse refrigerium oppressorum, uel aduocatus pauperum, &c. pro ipsis orando: habes in decretis, distin. 36 si quis. Ibi nanq; sicut ex uerbis Hierony. per Leui. patet, quæ ibi allegantur. Oportett præcipuè prælatum esse orationi intentum: quia non solum pro se, sed pro subditis tenetur orare. Et ponit exemplum de Moyse, quo eleuante manus pro populo, populus uincebat. Exod. 17. Nec sufficit oratio, nisi adsit eleemosynarum largitio, sicut patet in decreto sumpto ex uerbis Beati Gregorij scribentis ad seruum Dei secundum: distinctio. 86. fratrem: ubi dicitur, quòd largam manum habeat: necessitatem patientibus occurrat: alienam inopiã suam credat: quia si hæc non habet, episcopi uacuum nomen tenet.

2 ¶Sequitur: spem miserorum, &c. In quo aliud notatur illorum officium, quod uideri potest per similitudinem nutricis: quia sicut nutrix est spes pueri famelici: Ita isti, de quibus Esa. 49. Erunt reges nutricij tui, & reginę nutrices tuæ, ut te pascant alimentis, documentis, sacramentis, & exemplis luculentis.

¶Primò, quòd pascant, & pascere tenent alimentis, habet in decreto ex cõcilio Leonis Papæ. 16. q. 1. nulli episcoporũ: ubi sic dicitur. Cum sit optimus perspector, ita perspiciat, ut vniuersæ oues sibi commissæ à se maximè alantur, & in necessitatibus adiuuentur, non illicitis exactionibus opprimantur: quia dominus pascere, & docere nos docuit, & omnibus ministrare, & non terrenis lucris, & auaritijs delectari.

¶Sed heu de nonnullis contrarium accidit: quia non ut nutrices, uel pastores pueros uel oues nutriunt: sed potius quasi nouercæ, & leones decipiunt, & mactant, de quibus uerificata est ꝓphetia. Soph. 3. Principes eius in medio eius, quasi leones. Et Esa. 1. Principes tui socij furum omnes diligunt munera, tam ecclesiastici, quàm mundiales. Ecclesiastici: qa postquàm malefactores sunt carceribus eorum liberati, tanquàm clerici pro muneribus, uel ne in eis expendant, dum in carceribus eorum detinentur, eis purgationem contra Deum & rationem concedunt, ubi communis fama & opinio est, quòd non sunt purgatione digni, & ubi purgatores erunt periuri, qui purgant illos, occidunt vel cõburunt, qui illos coram iudice seculari condemnauerunt, & audacius in posterum lattrocinia, & homicidia cõmittunt, uidentes principes, uel ministros ecclesiæ, quibus cum capti fuerint, tradentur, esse corruptibiles: mũdiales uerò, quia malos supportãt, uel quia duella permittunt, in quibus malefactores & fures frequenter præualent, & sic principes tui socij furũ.

Secundò quod pascere tenentur documentis, habent in decreto ex concilio Toletano, distin. 38. ignorantia: vbi dicitur: ꝙ ignorantia mater cunctorum errorum maximè in sacerdotibus est uitando, qui docendi officiũ in populo Dei susceperunt. Et infra: Sciant ergo sacerdotes sacras scripturas & canones, & omne opus eorum in prædicatione, & doctrina consistat, atque ędificent cunctos tã fidei scientia, quàm operum disciplina. 3

¶Tertiò, ꝙ pascere tenentur sacramentis, & specialiter sacramento eucharistiæ, habetur de consec. distin. 2. non prohibeant.

¶Quartò ꝙ necesse est, ꝙ pascant exemplo bonæ conuersationis, patet per decretum Nicolai Papæ. 11. q. 3 ꝑcipue recitãtis uerba Beati Gregorij, dicẽtis: ꝙ tot moribus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt: quia in illis exemplis

eos

eos spiritualiter occidunt: nam illorum malo exemplo multi mali fiunt, & per illos mali esse cognoscuntur. Nam sicut per uenam dispositio cognoscitur corporis: ita per prælatos & clerum æqualiter cognosci potest dispositio parochiæ & laicorum. Quia sicut uena nimis tarda, uel nimis uelox, secundùm medicos, uel inordinata signum est infirmitatis in corpore: Sic uidens prælatum uel curatorem laicorum quemcunq; nimis tardum ad docendum, & corripiendum, uel nimis uelocem ad malefaciendum, sicut dicitur Prouerb. 1. de quibusdam illorum. Pedes illorum ad malũ currunt, & festinant, &c. uel quocunque modo inordinatos signum est uidelicet, quòd corpus ei subiectum male disponitur.

¶Licet non omnis illorum indispositio ex superiorum sit exemplo: tamen sicut quòd aliquis in speculo respiciens appareat turpis aliquando est ex macula speculi, aliquando ex macula propria: Ita quòd aliqui appareant, & sint spiritualiter turpes, quandoque ex superiorum exemplo, quandoque ex propria euenit malitia.

4 ¶Sicut quandoque contingit, quòd infirmitatem contrahat in oculis ex dispositione propriæ complexionis, quandoq; ex intensa inspectione oculorum infirmorum. Sic in proposito infirmitas in oculis mentis, seu animæ quandoque ex propria contrahitur uoluntate, quandoque ex inspectione oculorum ecclesiæ infirmorum. Superiores nanque in ecclesia, & gubernatores fidelium pro tanto oculis comparantur.

¶Primò, quia sicut oculus æger nõ libenter tangitur: quia locus tener est, & statim quando tangitur, clamat: & impatientius sustinetur, ibi tactus, quàm in alijs corporis locis: Sic in proposito nulli in toto corpore ecclesiæ ita impatienter correctionem sustinent, nec reprehensionem, sicut illi: quia dum cupiunt aliorũ uideri medici, ab alijs medicinam recipere erubescunt.

¶Secundò quia sicut oculus infirmus inspicientes inficit. Ita &c.

¶Tertiò quia sicut in oculis melius apparet Phisonomia, & certius habetur iudicium de conditione hominis, seu totius corporis: ita in istis rectius, vt dictum est, coniecturatur dispositio totius corporis mystici.

¶Quartò quia oculis excæcatis totum corpus deformatur. Ita &c.

¶Quintò quia sicut oculis dolentibus, cætera membra dolent. Ita istis spiritualiter dolentibus, & indispositis, cætera membra peius disponuntur: licet non semper indispositio mẽbrorum ex indispositione contrahatur oculorum: nec deformitas corporis semp ex deformitate accidat oculorum: quia aliquando oculis existentibus satis congrue dispositis, alia mẽbra aliunde deformantur & oculis existẽtibus integris, alia membra perdũtur: Sic in proposito. Vnde est tam de illis, quàm de istis in hac parte, sicut de gubernatore nauis, & de his, quos in naui nititur gubernare: quia sicut illi periclitari possunt, uel ex propria stultitia, qua se gratis in mare proijciunt, & submergunt, uel ex defectu gubernatoris: Ita in proposito in nauicula ecclesiæ aliqui se propria interimunt malitia: aliqui ex defectu gubernatoris, qui uidentes nauiculã ecclesiæ, cuius fortitudo à lignis crucis Christi est, & ferro clauorum, iactari fluctibus & vndis, tentationibus, & maximis peccatis, quasi ad scopulos illud, ocio, & comessationibus, & taxillorum, & scacarijs, uacãt lusibus: exceptis his, quæ in tenebris agunt. Quorum quilibet sicut dicitur. Prouerb. 23. est sicut sopitus gubernator amisso clauo. Et hoc illorum delictum vnum maximè aggrauat, q uidelicet ita somnolenti, & negligẽtes, sicut sunt circa nauiculã Christi gubernandam, quantum ad curam animarum, & quantum sunt remissi in- 5

iurias

iniurias uindicare Dei, tantum sunt uigiles circa lucra propria in collectione garbarum, & prompti iniurias vindicare proprias. In quo casu multum discrepant à conditione primi gubernatoris ecclesiæ, sub Christo, qui pro iniuria Deo facta uindicanda à mortis se exposuit periculo seruum percutiens summi pontificis, qui neminem percussisse legitur, quando ipsemet capi, & crucifigi debuit, exemplum iudicibus relinquens, causa ecclesiasticis, quàm alijs iniurias, Deo factas fortiter uindicandi, & iniurias proprias patienter tolerandi.

¶Sed heu, quid fecissent moderni gubernatores ecclesiæ, si fuissent præsentes, quando Petrus exemit gladiũ contra magnam cohortem sibi cum gladijs & fustibus occurrentem? Non est uerisimile, nec faciliter credibile, ꝙ tanto periculo se ꝓ amore & defensione Christi exposuissent, nec tantam multitudinem armatam inuasissent, qui nunc in uisitationibus, uel alijs locis, ea quæ ad honorem Christi pertinent, dicere pertimescunt, uel correctionem facere non audent propter vnius, uel duorum offensam, uel uerbum acutum, uel odium alicuius peccatoris: tales nõ gubernatores, nec ueri sunt gregis Christi pastores, sicut patet per decretum sumptum ex uerbis beati Grego. in 15. cap. sui pastoralis. distin. 53. sit rector. Sæpe, inquit, rectores improuidi humanam amittere gloriam formidantes loqui libere recta pertimescunt. Et iuxta ueritatis uocem. Io. 10. nequaquàm iã gregis custodiæ pastorũ studio: sed mercenariorum uice deseruiunt: quia ueniente lupo fugiunt, dum se sub silẽtio abscondunt. Hinc namque eos per Prophetam dominus increpat, dicẽs. Esa. 56. Canes muti non ualentes latrare.

6 ¶Requiritur ergo ad hoc, quòd bene regant, ꝙ sint primo leones Sansonis habentes in ore examen apum delinquentes acriter pungendo, & corripiendo, & fauum mellis desolatos confortando. In signum cuius Ambrosius futurus prelatus & doctor examen apum in ore uisus fuit recipere.

¶Quod sint secundo arca testamẽti continentes uirgam correctionis, & manna dulcedinis, & legem Dei.

¶Quod sint tertio uirga & baculus, de quibus beatus Gregorius exponẽs illud, Psal. 22. Virga tua, & baculus tuus ipsa me cõsolata sunt. Virga percutimur: baculo sustentamur. Si ergo sit districtio uirgæ, quæ feriat: sit etiam consolatio quæ sustentet. Si uerò non percutit, odit: quia qui parcit uirgæ, odium filium. Prouerb. 13. Quorum parentium pœna patet per beatum Gregorium in pastorali suo dicentem. Si rector contra culpas minus accendatur, culparum omnium reus ipse tenetur.

¶Quod sint quarto aliorum ministri & serui: quia hoc ad statum illorũ pertinet, sicut patet ex scripturis supremi prælati sub Christo qui in literis suis scribit se seruum seruorum. Nec sine causa uel utili significatione: quia ille scribendi modus à beato Gregorio fuit inuentus. Cui etiam concordat August. de ciuitate Dei. lib. 19. cap. 15. dicens, quòd prælati Christiani seruiunt illis, quibus uidentur præesse, nec dominãdi cupiditate, nec principandi superbia: sed prouidendi misericordia præsunt: aliter honor eis exhibitus cedit eis ad culpam & pœnam. Sicut patet primo per decretũ sumptum ex uerbis Chrysosto. distin. 40. multi: ubi sic dicitur. Multi sacerdotes, & pauci sacerdotes, & multi nomine, & pauci ĩ opere. Et cito post. Ideoq; malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim sedes: si bene uixeris, & bene docueris, & male uixeris, tui solius condemnatio es. Nam bene uiuendo, & bene docendo, populum instruis quomodo uiuere debeat, bene autem docendo, & male uiuendo Deum instruis, quomodo te debeat con-

condemnare. Ex quo patet: quòd nihil apud Deum est miserabilius, & damnabilius quàm sacerdos, uel prælatus malus. Sicut etiam patet ex decreto sumpto de verbis Augustini ad Valerium. distin. 40. ante omnia: vbi habetur, quòd nihil est apud Deum miserabilius, tristius uel damnabilius episcopi, vel presbyteri aut diaconi officio: si perfunctoriæ, id est, negligenter res agatur. Ex quibus omnibus patet: quod de malis sacerdotibus uel prælatis verificatur illud, Sap. 6. Iudicium durissimum in his, qui præsunt fiet. Ideo durissimum: quia si cęcus cęco ducatum præstet, ipsum præcedendo, ambo in foueam cadent. Ille qui præcedit durius cadit, & profundus: quia ipse in puteum cadit uacuum, super omnia dura & turpia, quæ in fundo sunt, & omnes alij cadunt super eum. Sic in proposito de literatis & laicis & puteo inferni. In quo sicut dicitur, Sapien. 6. Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatus: quia quanto gradus altior, tanto casus periculosior. Ideo dicit beatus Gregorius, quòd non debet ducatum hominum suscipere, qui nescit homines bene uiuendo preire, nec

Artic. 2. iudex, qui iudicare nescit. In quo ostēdit necessitas secundi articuli, quòd videlicet oportet pastores ouiū Christi esse diligētes circa custodiam gregis Christi. Exemplo pastorum. Luc. 2.

7 qui erant vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suū: qa sicut pastor oues diligenter à lupis custodit, & sicut mater infantem fascijs ligat: Ita prælati subditos suos à mala societate custodire, & certis legibus diligenter ligare deberent, quam quidem diligentiam prius habere deberent circa propriam familiam, deinde circa gregem totum eis commissum. Exēplo solis, qui ordine naturæ prius illuminat partes propinquas, & medias quàm partes distantes. Si uerò se, & domesticos suos non custodit, derisione potest esse dignus. Sicut ille,

de quo scribit beatus Hierony. in epistola contra Iouinianum. Gorgias inquit rector librum pulcherrimum de concordia Græcis tunc inter se diffidentibus recitauit olympiæ, cui Menelaus inimicus eius: hæc uobis, inquit, de concordia præcipit, qui se, & vxorem, & ancillam, tres in vna domo concordare non potuit. Æmulabatur quippe vxor eius ancillæ pulchritudinem, & castissimum virum quotidianis iurgijs agitabat. Nota. C. 16. 14. cū sequenti. Non tamen in omnibus solis sequantur conditionem, qui alia calefacit cum in se calidus non sit, sed in hoc à solis recedant proprietate seipsos prius amore Dei, & charitatis calore calefacientes, & deinde omnes alios, ut non sit, qui se abscondat à calore eorum: vt sic præceptum teneant. Actuum 20. Attendite uobis, & vniuerso gregi, quomodo intrastis, quomodo uixistis, quomodo rexistis, sicut patet. Q. 6. 12. ut sic ꝓprias sordes primo lauetis, & propria vulnera primo curetis, & trabem de proprio oculo trahatis, ne cęci cęcos ducendo ambo in foueam cadatis. Exēplū

¶Necesse enim est ad hoc, quod de numero prædictorum sanctorū pastorum. Luc. 2. pastores moderni esse mereantur, quod diligenter super statu proprio, & gregis vigilent, & non quietem, uel delitias, uel diuitias quærant, uel honores, sed principaliter labores, & onera: ut principaliter seipsos, & alios saluare intendant. Hoc nanque vult nomen prælati cuiuscunque, & specialiter episcopi: scopos enī græcè intentio interpretatur, & scopin superintendere ad hoc inductū, secundum Augustinū de ciuitate Dei, lib. 10. c. 19. ut denotet nomen episcopi potius statū significare oneris, quā honoris. Sane, si quod nomen illorum significat opere implerent, magna sequeretur tam ipsorum, quam etiam gregis utilitas: quia si cum gregibus suis diebus ac noctibus starēt: eorūq; vicia diligenter scrutarentur: sicut pastor

stor bonus & diligens scrutatur scabiē ouium suarum: illasq; inuenta feruenter ad illum finem: ut saluarētur, persequerentur, peccata destruendo, & peccatores vsq; ad mortem persequēdo, & curando: sicut pastor curare nititur morbum pecoris sui, non essent tot pigri, somnolentes, & negligentes pastores, nec tot perditi peccatores: qa pauci defectus in parrochijs suis eos latere possent, si illos omnes ita diligenter scrutarentur; sicut scrutantur qui de omnibus rebus suis non decimant; nec eorum resistere possent correctioni: si ita efficaciter pro alijs uicijs extirpandis apud maiores elaborarent, sicut faciunt vt decimæ integraliter soluantur.

¶Sed quia raro inueniuntur, qui ita ex corde alia inuestigent, uel persequantur uicia, uel contra alia tam libenter prædicent peccata, uel prædicari faciant: quia ubi plures inueniūtur, qui prædicaturos informabunt, & rogabunt quod auditores admoneāt de decimis dandis, pauci inueniuntur, qui eos de alijs informant vicijs, uel qui rogent quod contra alia prædicent. Immo potius uellent, quod de alijs specialiter, in quibus ipsemet inuoluti sunt tacerent: contra quæ nec ipsi prædicant, nec uellent quod alij prædicarent: sed potius procurant, qđ à prædicatoribus, & confessoribus, ꝑ talibus uicijs destruendis arceantur: sicut ostensum est. C. 4. 16. Et infra eod. c. 35. Et quod decretales fiant prædicantibus præcipientes, ne prælatis uel clero in suis detrahant sermonibus. Sicut patet in cle. 7. de priuile. c. religiosi. §. quibus ad hoc. 6. q. 1. deteriores: reputātes detractionem quicquid contra illorum uicia prædicatur formidantes, nec peccatrices illorum societatem malam citius fugerēt, si peccari illorum audirent magnitudinem: & super peccata aliorum laicorū aggrauationem, propter quod: vt illas ad eis consentiendum facilius inclinent, in conuiuijs & potationibus, & tabernis sedentes, contra decretum concilij Cartaginensis, distinctio. 44. clerici: quod dicit: quod clerici edēdi, uel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi: inter mulierculas philosophantes, docētes doctrinam Balaam, asserentes adulterium laicorum grauius esse sacrilega luxuria clericorū, quod multis & ueris rationibus reprobatum est. L. 7. articu. 4.

¶Quia insuper nonnulli non solum inueniūtur cęci speculatores, sed quod peius est, subditorum corruptores: licet omnes se negent esse cęcos speculatores, dum tamen vnum oportet eos de necessitate concedere, uel quod sunt cęci speculatores, & marinarij, & munitores, uel uidentes proditores, quia si tot spiritualia in subditis non uident, necesse habent concedere, quod sunt cęci speculatores: si vident, & nō resistunt, nec peccata destruunt: sed potius illos qui consilijs, & prædicationibus resistere, & defendere uellent aiectant; quis eos à proditionis periculo poterit excusare?

¶Dumque tam pauci inueniuntur veri pastores, & tam multi corruptores; quis negare audeat, quod perditio subditorum non est defectus prælatorum magna ex parte? De malis nanq; prælatis, & eis commissis, qui eorum exempla sequūtur, uerificatur illa dęmonum salutatio, qua referuntur pręlatos in quadam synodo congregatos salutasse, quasi in hunc mundū. Princeps gehennarum principibus ecclesiarum: id quod sibijpsis gratias uobis referimus: quia per uestram negligentiam, & mala exempla, quot uobis commisi, tot nobis missi: quia omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt. Omnes inquit, declinauerunt: quia omnia ossa ecclesiæ defecerunt: quando enim ecclesia fuit melius ossata, illis uidelicet ossibus; de qbus Tren. 1. De excelso misit ignē in ossibus meis, tunc melius & fortius contra omnes spirituales stetit tentationes: sed quia Exēplū.

...tum ossa ecclesiæ, quæ deberent totũ corpus supportare, conuersa & mutata sunt in carnem, id est, ad delitias, & carnalitates, & ignem feruoris charitatis non habent, in se mollia, & frigida, alios supportare uel calefacere nequeunt.

¶Quod autem in se sunt frigida per illud argumentum ostẽditur quo philosophus primo cęli, & mũdi probat, quod corpora cęlestia non sunt naturæ igneę: quia si fuissent, inquit, olim omnia inferiora consumpsissent. Sic reuera, si uiri ecclesiastici fuissent ita feruentes, & ita pleni charitate, sicut deberent olim mundi peccata destruxissent.

10 ¶Est ergo in hoc casu de prælatis, & subditis, sicut de uigilãtibus de nocte super exercitum inter inimicos existentem, & de ipso exercitu. Quia sicut ex negligentia illorum uigilantium imminet periculum toti exercitui, sicut patuit in exercitu regis Angliæ in Scotia, quãdo inimici per exercitũ regis de nocte transierunt, & dãna fecerunt, qui quidem defectus sicut dicunt, qui usum habent armorum ex hoc contingit, quod uiri ualoris, qui ad uigilandum ordinantur, dant se quieti, mittentes vnum ribaldum in equo & armis, dominũ suum effigientem. Sic omnino in populo Dei periculum imminet ex defectu cleri, uel quia illi maiores qui vigilare deberent, in proprijs personis negligentes sunt, uel quia alios ad uigilandum & custodiendum pro eis mittunt, non dico ribaldos coronatos, & ipsi interim dant se quieti, & carnalibus, & tamen ipsi pro uigilia, & custodia sufficientia recipiũt stipendia, quibus ut parcãt locum custodiæ deputatũ fugiunt, & ipsis absentibus & dormiẽtibus nauicula ecclesiæ periclitatur, & inimicus homo, id est, diabolus, & ministri eius superseminant zizania. Matth. 13. Ex quibus omnibus patet veritas dicti Bernardi, qui ait. Ridiculosa res est,

Exẽplũ.

immo magis periculosa speculator cęcus, doctor inscius, præcursor claudus, præco mutus, prælatus negligens.

¶Patet etiam quod minus bene respõdit regi. O. 6. 20. Propter quæ pericula uitanda summus pastor, qui dicit. Ego sum pastor bonus, eis specialiter præcipit dicens. Sustinete hic, id est, in loco curæ uestræ: & uigilate mecum. Marci. 14.

¶Quam uigiliam seu custodiam nonnulli illorum, qui cura onerantur animarum, minus digne exequũtur: quia malus curæ appetitus, & inordinata intentio, & malus ingressus, totum opus sequens curæ pastoralis reddunt tenebrosum: quia si oculus tuus fuerit tenebrosus, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si enim appetitus præcedens tanquam radix arboris sit infectus, & periculosus, quid mirum est, si opus sequens ex tali radice surgens periculose agatur, & finis pœnalis sequatur? Sed appetitus curæ animarum est turpis & periculosus: sicut patet primo per Augustinum. 19. de ciuitate Dei. cap. 15. Et si, inquit, locus prælati bene teneatur: tamen turpiter appetitur. Artic. 3. 11

¶Secundò idem patet per decretum sumptum ex uerbis Chrysostomi: distin. 40. multi. §. quicunque sub hoc tenore. Quicunque desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in cœlo, nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit, nec vnusquisque eorum festinet, quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior uideatur: quoniam non qui maior fuerit in honore, ille est iustior, sed qui fuerit iustior, ille maior est. Causa uerò, quare talium appetitus sit illicitus, uidetur esse: quia plus appetunt præesse, & ordinari propter nummum, quàm propter Deũ. Et omnes sic appetentes, & sic beneficia uel ordines accipiẽtes sunt mercenarij & non pastores: sicut patet

per

per decretum allegatum. O. 6. 14. Quibus dicitur Io. 6. Quæritis me, non quia vidistis signa: sed quia de panibus comedistis & saturati estis. Super quo verbo dicit beatus Gregorius. Per eorum personam Deus illos intra ecclesiam detestatur, qui per sacros ordines ad dominum appropinquantes, non eisdem ordinibus uirtutum merita: sed subsidia uitæ præsentis exquirunt, nec cogitant quid in uiuendo imitari debeant, sed quæ stipendia percipiendo assequantur.

12 ¶Tales sicut à Deo sunt repellendi in fide dicente. Amen dico uobis recepistis mercedem uestram, & ipsi regnauerunt, & non ex me. Oseæ 8. Ita etiam nunc ab illis, qui locum tenent Dei repellendi, ne ordines uel beneficia recipientur ecclesiastica: Immo ipsemet ab illis se retrahere deberent, sentientes se indignos, & illiteratos, & Dei timorem ante oculos habētes, etiam ordines & beneficia eis oblata respuere deberent, respondentes sicut respondit ille cui dicitur, Esa. 4. Esto princeps noster. Quibus ille: non sum medicus, & in domo mea non est panis. Beatus Gregorius pastora. libro 1. cap. 1. dicit. Qui uim pigmentorum nesciunt, uideri medici carnis erubescunt: & tamen quia spiritualia præcepta nunquàm cognouerunt se cordis medicos profiteri non metuūt cum vulnera cordis occultiora sint vulneribus corporis. Quorum quanta est præsumptio patet per hoc, qđ de beato legitur Gregorio in registro suo, in quo ipsemet se indignum reputat gubernatione nauiculæ Petri dicens. Vetustam nauem, & confractam indignus infirmusque suscepti, vndique fluctus intrant, ideo mihi in periculo manum orationis porrigas. Si sic timuit, si etiam tali timore motus fuit ne præficeretur, sicut legitur in vita sua: quare timere atque fugere gubernaculum nauiculæ non deberent, qui tres anseres nescit gubernare.

¶Sed quia aliquorum cupiditas in tātum mentis oculos excæcauit: quòd periculum suum non vident: & ideo à talibus appetendis & suscipiendis seipsos refrenare negligunt, ab alijs Dei locum tenentibus, tanquam cupidi & indigni, quando illorum vident importunitatem refrenari deberent: quia secundùm beatum Gregorium in registro: & allegatur in decretis. 8. q. 1. in scripturis. Sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerēdus est: sicut scriptum est, nec quisquam sibi sumat honorem: sed qui vocatur à domino tanquam Aaron.

¶At si dicentes, nec quisquam sibi sumat exemplum: excludere uelitis ab appetitu beneficij ecclesiastici nullum habentes beneficium, nec aliud vnde viuerent, qui benè bona recipere possunt ecclesiæ, & malè, quanto magis illos excludere intendit ab appetitu alterius bñficij, qui vnum habent vnde uiuere possunt, & illos qui aliunde sustentationem habent, qui vix beneficium possent recipere ecclesiasticum. Artic. 4. 13

¶ Quod primo patet in habente aliud beneficium: quia sicut in largitione eleemosynarum facienda pauperibus inęqualitas, & iniustitia esset, quòd vnus duas, uel tres reciperet portiones, qui cum vna pro dieta sustentari posset, & alij nihil reciperent, sed fame affligerentur vel morerentur. Sic in proposito inęqualitatem committere uidētur, qui de bonis ecclesiæ quæ sunt bona pauperum inter plures pauperes distribuenda, plures portiones, & præbendas, uel ecclesiam cū præbenda accipiunt, qui de vna uiuere possent melius quo ad animam, quàm cum duabus, & alios pauperes & digniores & meliores coram Deo inopia affligi permittunt. De talibus dicitur, Oseæ 9. Sacrificia eorum panis lugentium: omnes, qui comedunt ex eo, contaminabuntur. Omnis namque talis, cupit esse trinus in personātibus,

tibus, seu præbẽdis, & vnus est in substantia, sicut Deus est trinus in personis, & vnus in essentia, uidetur dicere, & appetere illud quod appetijt, & dixit Lucifer Esa. 14. Similis ero altissimo. Sicut ergo ille Lucifer hoc sine peccato non appetiuit: ita nec in proposito pluralitas beneficiorum nec sine peccato appetitur, nec sine periculo possidetur.

¶Quia sicut nullus sine peccato appetere posset, quòd mater sua vno vel pluribus membris esset mutilata, vel quòd debitis careret membris, & ordinatis: ita nec quòd alma mater ecclesia illis careat ministris & membris, qui de beneficijs illis viuere, & matrem honestare, & honorare possent, quæ alius occupat, qui plura hẽt.

¶Sed dicent: non subtrahuntur per hoc matri membra cõgrua: quia vnus seruit duabus ecclesijs, & supplet actũ & officium duorum.

¶Quibus respondetur, quòd oculus vnus in monoculo supplet officium duorum oculorum; nec tamen ita bene, & ita decenter; sicut facerent duo: ita in ꝓposito decẽtius, & vtilius esset in omni ecclesia cathedrali multos videre canonicos quàm uicarios: & in omni ecclesia curata uidere vnũ curatũ: & in omni ꝓbenda vnũ canonicũ: quàm vnum ĩ multis & ꝓ multis.

¶Tantum ergo honestant almam matrem ecclesiam, qui sibi plura acquirunt beneficia, ex qua acquisitione, vt dictum est, sequitur membrorum eius diminutio dicentes, quòd vnus sufficere potest plurib' ecclesijs, quantum matrem suam honestaret; qui vnum eius erueret oculum dicẽs; ꝙ vnus oculus ei seruire posset. Et tãtum ecclesię proficiunt, & Deo, quantum equus maledictus, qui præbendã plurium comedere vult equorum, & non plus laborare, quàm vnus, & nec plus proficit domino suo. Tales periculum suum videant in verbis prosperi. lib de vita contemplatiua. c. 10. allegatis. in decretis. 1. q. 2. pastor: sub his verbis. Pastor ecclesiæ his quibus sua sufficiunt non debet aliud erogare; quoniam quidem nihil aliud est sic habentibus dare, quàm perdere; nec illi, qui sua possidentes, dari sibi aliquid volunt sine grandi peccato suo, vnde pauper victurus erat, accipiunt.

¶De clericis quidem dicit spiritussanctus. Peccata populi mei comedẽt: Sed sicut nihil habentes propriũ nõ peccata, sed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt: ita possessores nõ alimenta quibus abundant, sed aliena peccata recipiunt?

¶Sed dicent forte aliqui, qui nihil habent de hæreditate, uel parentũ patrimonio: ꝙ hæc auctoritas contra illos est, quibus parentum vel mundi opes suffragantur, & diuites faciunt: sicut patet per decretum Hieronymi ad Damasum Papam. 1. q. 2. clericos sub eo qui sequitur tenore. Clericos autem illos conuenit ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum, vel propinquorum nulla suffragãtur bona. Cui autem parẽtum bonis in opibus sustentari possunt: si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium perfecto committunt, & per abusionem talium iudicium sibi manducant, & bibunt. De quibus dicit decretũ sumptum ex verbis Prosperi. in lib de vita contemplatiua. c. 10. & habetur. 1. q. 2. si quis sub tenore sequenti. Non est, inquit, meum dicere, quale peccatum cibos pauperum præsumendo, interlinearis, idest, prę alijs sumendo suscipiant, qui ecclesiam, quam iuuare de proprijs facultatibus debuerunt, suis expensis insuper grauant, propter hoc fortassis in congregatione viuentes sunt, ne aliquos pauperes pascant, ne aduenientes suscipiant; aut ne suum censum quotidianis expensis imminuant: sed nõ contra illos q vnũ habentes beneficium aliud suscipiunt sed contra hos est auctoritas Augustini, q ita istos suo dicto inuoluit: sicut alię auctoritates alios inuoluũt dicẽs, & habetur in glosa: super illud Esa. 5.

Atteritis

Atteritis populum meum, & faciem pauperum demolitis. Ecce, inquit, opes sibi th saurizant, & in delitijs abutuntur, & quæ ad sustentationem pauperum dantur, sibi reseruant: vel propinquis distribuunt: aliorum inopiam suas, uel suorum diuitias faciũt.

¶Et propterea ratio ita istos sicut alios vincit: quia si istis illicitũ sit pauperũ accipere bona: qa de sęculi diuitijs viuere possent: quare non esset illicitum bona accipere pauperũ, postquàm de bonis pauperum acceperit, vnde viuere posset: minus enim peccatũ videretur de bonis ecclesiæ accipere illũ, qui cũ diuitijs suis ecclesiam iuuare posset, quàm illũ qui rõne totius quod habet ecclesiam iuuare tenetur: quia totum de ecclesia pręcipit.

¶Sed dictis tã in præcedenti, quàm in isto articulo forte obijcent illud. Pauli. 1. ad Thimoth. 3. Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, ergo licet prælationem appetere, & curam animarum.

15 ¶Quibus differentia respondet beneficiorum, & diuersitas temporum: tunc enim, quando apostolus illud dixit, beneficia ecclesiastica erant tam exilia, & temporalia, ita mala, & prælatorum persecutiones tam fortes, quòd vix inueniri potuit, qui præesse uoluit: sicut patet per hoc, quod legitur, quòd mortuo. Sixto Papa, diu vacauit papatus: nec per magnum tẽpus inueniri potuit, qui onus istud subire voluit: quia ecclesia non habuit tunc diuitias, nec pompam secularem: sicut nunc habet, sed quasi omnes tunc martyrizabantur. Tunc pastores gregem pascebant ad modum capitis, quod alijs membris cibum administrat. Et ideo tunc audaciter dicere potuerunt cum Psal. 17. Constitues me in caput gentium. Nunc verò ẽ conuerso potius pascũtur, quàm pascant. De quibus uerificetur, illud Ezech. 33. Væ pastoribus, qui pascebant semetipsos, nonne greges à pastoribus pascuntur: vos autem lac comedebatis, & lanis operiebamini, & qđ crassum erat, occidebatis: gregẽ: autẽ meũ nõ pascebatis.

¶Tunc fuerunt forma gregis: sicut patet per illud. 1. Petri 5. Forma facti gregis examino, non quæcunque, sed substantialis: quia totum esse spirituale materiæ dabant subiectæ. Nunc verò ẽ conuerso sunt quasi formæ accidentales: quia totum esse suum temporale habent à subiectis: quia magni nominis sunt: quia magno populo præsunt: & quia multa expẽdere possunt, quibus si non præessent, nullius ualoris uel nominis essent totum ergo esse, & sustentationem temporalem, & nomen accipiunt à subiectis, nec refundunt spiritualia, cum temporalia metunt, spiritualia non seminant. Tunc uerò, quia spiritualia seminauerunt, iuste potuerunt appetere, metere temporalia. Sicut patet ꝑ quæstionẽ. Pauli 1. Ad Cor. 9. Si nos, inquit, vobis seminauimus spiritualia, magnum nõ est, si nos carnalia uestra metamus: qđ & nũc licite facere possent, si bñ viuerẽt, & spũalia, ut deberent, seminarẽt.

¶Sed hoc nonnulli illorũ ideo cõ- Artic. 5. grue facere nõ possunt: quia circa studiũ spiritualium doctrinarum nõ occupantur: sed potius circa studiũ collectionis pecuniarum, & augmẽtationis terrarum, & diuitiarum, & studia 16 negligunt spiritualia: sicut ostensum est. C. 16. 48. & M. 2. 14. contra quos vide. P. 12. 5. & supra eod. c. 3.

¶In his nanq; locis patet, ꝙ cõstitutiones ad Dei ptinẽtes honorẽ & mãdatorũ Dei obseruãtiam, ubi lucrum non est annexum, tẽporale negligũt.

¶Idem expressè patet per exemplum constitutionis octaui Bonifacij quondam legati in Angliam, in qua præcipit archiepiscopis, & alijs ecclesiæ prælatis in uirtute sanctæ obedientiæ firmiter iniungendum, ne negotiationes, emptiones videlicet, & uenditiones in ecclesijs suis fieri permittant. Cuius tamen contrarium fit

in præsentia omnium prælatorum: qa in parliamentis, ubi prælati simul cōgregantur, ecclesia est plena mercationibus, contra Dei præceptum dicentis. Nolite facere domum patris mei domum negociationis: nec tamen ipsi contra hoc quicquam loquuntur: quia nihil lucrantur loquentes. Si verò statutum aliquod factum fuisset: quod omnes merces in ecclesijs ostensæ & uenditioni expositæ essent p̄latis confiscatæ, verisimiliter opinari potest: quod virilius illā executioni demandarent.

¶Idem patet per dictum Bernardi. de consideratione. lib. 3. c. 3. An non, inquit, quæstibus tota legum canonumq; disciplina insudat? Sed ad qd ad hoc ostendendum tot adducuntur testes cum ad oculum quotidie ostendatur, quod ubi est lex uel decretalis de peccato uitando, uel de cleri, & populi honestate in uita in vestibus, & huiusmodi, nulla vel parua fit mentio. De quo satis expressè reprehēdit Bernardus Eugeniū Papam. lib. 3. de cōsideratione. c. vlti. Vbi uerò possunt habere lucrum de studio alicuius legis, uel decretalis: sicut patet de canonica portione habenda à fratribus, de funeralibus sepultorum inter eos, & de priuationibus, & uisitationibus, & procurationibus, diligenter tam textum volunt, quam etiam glosas: quę pro eis per fas, vel per nefas facere possunt: & quasi omnes pœnas commu-
17 tant, vel ducunt ad lucratiuas. Ex qua locorum cupiditate tanta sequitur diuini cultus derelictio, quod non est schola, non est status, non est officium ita derelictum, & neglectum, sicut officium curationis animarum, sicut patet inductiuæ in omni officio, in aula & cellario, in coquina, & in omnibus alijs ponuntur viri electi, vigilantes, & diligentes & scientes. In officijs verò Dei è conuerso tales ponūtur, quales scribit Hugo de. 12. abusionibus dicens. Accessit ad Iesum Petrus accessit & Iudas, accesserūt discipuli, accesserunt & milites crucifigentes, accedunt, & peruersi sacerdotes, qui eū offerunt in mensa diabolo, qui nec sciunt, nec discunt, vacantes ocio, cōmessationibus, & ebrietatibus student, terrena sapiunt, assidui in plateis, rari in ecclesijs: tardi ad inuestigandū culpam peccatoris: veloces ad quærendū vestigia leporis, paratiores ad congregandum diuitias, quàm ad uocandū pauperes, libentius porrigunt panem cani, quàm pauperi, plures seruiunt eis ad mensam, quam ad missam, quorum thalamus ornatior est ecclesia, mensa paratior est altari scyphus calice preciosior, equus carior missali, capa pulchrior casulam, camisia delicatior alba. Ecce, quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum: hæc ille. In qua authoritate illud præcipue est ad propositum istius articuli, qui dicit, quòd nec sciunt, nec discunt. Ex quo sequi oportet, quod nec bene doceāt: quia sicut oportet, quod surdi à natiuitate sint muti: Ita i proposito de his qui dereliquerunt fontem aquæ viuę, & foderunt sibi cisternas dissipatas, id est, scientias, & occupationes terrenas, & ludos alearum, quæ continere non valent aquam. Hiere. 2.

¶Causa uerò totius mali est: quia amore carnali, & cupiditatis intātum Artic. 6
excęcantur, quod de eis iam uerificatur illud Psal. 82. Pone principes eo- 18
rum, ut rotam: quia tota die circumeunt circa temporalia, de quibus aug. In rota temporalium ambulant, & ideo ad punctum ęternitatis non intrant. Pone, inquit, principes illos, videlicet de quibus Esa. 1. Principes tui socij furum.

¶Primò, quia propter illorum negligentiam multi spirituales fures in ecclesia viuunt impuniti: sicut ostensum est supra eodem cap. 8. Secundò, quia per eorum negligentiam uel procurationem, multi intrant ecclesiam, ecclesiasticaque adeunt beneficia: sed non per ostium, sed ascendunt aliūde,

& talis

& talis est fur Ioan. 10. cuius socij ipsi sunt? Dum enim carnali amore decepti nepotes suos, vel clericos eis seruientes indignos promouent, nonne tales per ipsos sic ecclesiam intrantes ascendunt aliunde: quia non per portam Christi, sed per murum carnalis ascendunt affectionis. Et hoc per illos qui magna beneficia ad distantes bonos proijcere nequeunt: sicut nec magnum lapidem, sed semper iuxta illos ad propinquiores cadit, contra exemplum Christi, qui potius Petro extraneo quam alijs apostolis suis nepotibus tradidit ecclesiæ suæ custodiam. Et contra exemplum Melchisedech, qui erat sacerdos Dei altissimi, cuius parentela non legitur: in signum forte quod sacerdotes secundum ordinẽ Melchisedech non deberent parentibus, sed melioribus ecclesiam tradere gubernandam: quod si non fecerint, sed carnali amore excęcati indignos promouerint, socij furum sunt, & mali agricolæ & seminatores: quia bona ecclesiæ seminant in terra sterili.

Exẽplũ. ¶Propter dictam causam congrue talibus prælatis responderi potest, sicut responsum fuisse cuidam magno prælato, qui somnolenter officio insistens dedicationis cuiusdam ecclesiæ, cum ad illum pertineret dicere versiculum quendã dicendo. Domus mea est. Et chorus respõdisset domus orationis uocabitur, ipse dixit, tam partem suam, quam partem chori. Cum autem chorus nihil aliud respondere posset, quam quod sequitur, respõdit dicens. Vos autem fecistis illam speluncam latronum, de quibus Esa. 56. Ibi pastores ignorauerunt intelligentiam suam carnali amore excęcati. Sequitur. Omnes in uia sua declinauerunt vnusquisque ad auaritiam suam, à summo usque ad nouissimum. In quo

19 introducitur secunda pars huius articuli, nimia videlicet prælatorum auaritia, quantum ad ingressum, & quantum ad progressum.

¶Primò quantum ad ingressum intantum nonnulli illorum ad auaritiã declinauerũt, quod beneficia ecclesiastica multis modis uẽduntur, & emũtur occulte tamen, & modis pulchris, & verbis coloratis, sed malis intentionibus, & coram Deo nudis & apertis, quo teste quam scribunt: Dei gratia episcopus talis loci, veracius literas suas intitularent pecuniæ, vel potentiæ, uel malitiæ gratia de q̃bus Hier. 2. Pastores præuaricati sunt in me.

¶Secundò quantum ad progressum intantum auaritia excęcantur, tam in acquirẽdo, quam in retinendo, quod circa acquisitionem quasi omnia cõsilia, & cogitationes, & locutiones illorum pro magna parte occupantur: Vbi enim inter illos sunt, qui plura non habeant consilia de collectione pecuniarum, quam de regimine animarum, de pecunia diligentiam habent, & quomodo expectantur anxiè scire volunt de animabus, quarũ periculum in periculo animarum propriarum susceperunt, parum curare videntur.

¶Quo facto se mercenarios esse apertè ostendunt pro temporali mercęde conductos, de qua diligenter solicitantur, & super quam colligendam districtos, & prouidos ordinant ministros: Pro animabus verò custodiẽdis parum curare videntur, quales habeãt custodes, nisi quos cõsanguinitas, vel affinitas, vel Simonia, vel bonum forum eis præsentat: licèt nec sint casti, nec cauti, nec sancti, nec literati. De quibus Bernardus ad Eugenium Papam de consideratione: libro 4. c. 15. Magnam, inquit, de minimis, & paruam, aut nullam de maximis curam gerunt. Quod liquido datur intelligi, quod patientius ferimus Christi iacturam, quam nostram: quotidianas expensas quotidiano reciprocamus scrutinio: & continuò gregis domini detrimenta nescimus: de præcio escarum & numero panum cum ministris quotidiana discussio est, sed rara cum presbyteris celebratur collatio de pec-

catis populorum. Cadit asina, & habet subleuantem se, & perit anima, & non est qui reputet. Hæc ille.

20 ¶Secundò circa rerum ecclesiæ detentionem intantum excęcantur, ꝙ bona ecclesiæ non diuidunt, vt tenentur: sicut ostensum est. O.6.15. nec eleemosynas debitas dant pauperibus, nec in aliquo erga pauperes se liberales ostendunt, nisi tantum manum eleuando, & ipsos Deus scit, quo corde benedicendo. Quam curialitatem quædam uetula iucunde
Exēplū. derisit, de qua fertur, quod cum importune denarium à quodam episcopo peteret, nec obtinere potuit, petiuit benedictionem, quam cum statim daret, respondit mulier. Si benedictio tua obulum valuisset, illam non obtinuissem. Hiere. 22. Omnes pastores tuos pascet ventus. Sed dum sic ad auaritiam, & alia peccata declinant, & incuruantur, consequenter sequitur spiritualis curuitas, & inclinatio ĩ subditis. Quia sicut regula curua nõ facit, nec mensurat lineã rectã, nec opus rectũ, sed error, & curuitas in regula in exẽplari facit errorem, & corruptionẽ in regulato & exẽplato: ita in ꝓposito Pastores seduxerũt eos. Hie. 50. Fonte. n. siccato, vel intoxicato necesse est riuulum siccari, vel intoxicari: ita in ꝓposito prẹlatis & clero per diabolum seductis, & siccatis à spirituali aqua, & intoxicatis ꝑ peccatũ, sequit̃ seductio populi. Quod pulcherrime ostendit Robertus grossum caput in sermone, quem Papæ & cardinalibus tradidit legendum, per hãc deductionem. Sicut inquit in Sole est causaliter huius mundi illuminatio, vita, nutritio, & augmentatio, & consummatio, & conseruatio, pulchritudo, & decor: Sic sedes apostolica. Deficientibus verò istis rationibus causalibus, necesse est mundum perire: Sic spiritualiter ad hoc ostendẽdum inducit processum, quomodo Christus pro animabus saluandis descendit in terram, & quomodo dimisit homines veros pastores locum suum tenentes in terra, per quos quasi totum mundum fidei iugo subiecit, qui nunc pro magna parte à fide recessit Christiana. Quia magnam mundi partem occupant infideles, quam fideles occupare & consueuerunt. Magnam partem schismatici, sicut Imperium græciæ, quod aliquando fuit Christianissimũ. De residuo magnam partem occupant hæretici, & falsi Christiani, propter quam populi Christiani diminutionem Christus voce lugubri plãgit per prophetam dicens. Factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum. Micheæ 7.

¶Ex qua deductione concludit dicens, quod si causa dilationis & multiplicationis fidei fuerunt boni pastores, de quibus Hiere. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, facile est inuenire causam diminutionis, & coarctationis fidei Christianæ: malos videlicet pastores: iuxta illud Ezech. 34. Dispersæ sunt oues meæ, eo quòd non esset pastor: cum oppositorum oppositæ sint causæ.

¶Cuius erroris & periculi vnã cau- Artic.7.
sam asserit esse prædictus linconiensis in sermone præallegato, Exemptiones & prouisiones, quando uide-
licet inferiores à potestate prælato- 21
rum immediatorum eximuntur, vel quando indignis, & qui linguam ignorant, in qua promouentur, & de beneficijs prouidentur ecclesiasticis. Dicit ergo. Veri pastores nitebantur oues sub inferiorum pastorum curam supponere, & ouibus de bonis pastoribus prouidere. Modo è contrario oues eximunt, & suis carnalibus amicis prouident de lacte, & lana: ita quòd modo non prouidetur ouibus; quòd melius ad animarum earum pertinet salutem sed amicis, quod pinguius est ad corporũ sustentationem. Ex quo malo sequitur, ꝙ pastores actum eis à Christo com-

missum:

missum: vt videlicet languores spirituales curent, amittant, & in magna parte eo priuentur, dum vident exemptos monasteriorum & cęnobiorũ fornicari & adulterari, & spurcissima qq; cõmittere, & à lupis rapacissimis strãgulari: & tamẽ per illorum priuilegia sic pastorũ ora obstruuntur, ꝙ nec modica vociferatione eos poterũt liberare.

¶Cum ergo summus pastor Christus in districto iudicio sanguinẽ ouiũ sic in pastorum oculis perditarum de ipsorum manibus requiret, quam poterunt ipsi in sui excusationem afferre rationem, nisi forte in exemptores & priuilegiatores criminis refusionem retorqueant? Et tunc timendum est, eximentes & exempti simul damnabuntur cum illo lucifero, qui primus exemptionis ambitionem quæsiuit.

¶In duobus prædictis, videlicet in emptione & prouisione simul patet illorum error, & periculum ex multis.

¶Primo ex hoc ꝙ præceptum Dei, quod Moysi factum est non tenent: Moysi nanque ꝓceptũ fuit, & ipsis pręlatis in Moysi figura: vt videant & omnia in ædificatione templi faciant ẜm exemplar quod sibi ostensum fuit in monte. Hoc præceptum summos maxime viget pręlatos, vt omnia in ædificatione templi militantis faciant ẜm exẽplar ecclesiæ triumphantis, in qua omnis architectus, & hierarchia, ẜm ordinem, scientiam potentia, & operationem sacram à Dei formę, vt est possibile, assimilatur, & inferiores purgat, & illuminat, & proficit, ẜm ꝙ eius requirit cõditio, nulliq; traditur quicquam, quod est supra suã receptibilitatem, aut ei quoquo modo incongruũ, & inconueniens, nullusq; iuuatur in alterius detrimentum vel nocumentũ, aut depressionem, in qua insuper nulla in superioris à sua naturaliter & diuina dispositione superiore exemptio, ac per hoc nulla ordinis perturbatio.

¶His itaq;, & alijs innumeris in illo superiore tabernaculo, qđ fixit De⁹, & nõ homo, inuiolabiliter obseruatis: si hierarchię inferioris tabernaculi obseruarent tanquam fidelissimos architectos constituet eos dños domus suę. Si vero tabernaculi, quod susceperunt ędificandũ, non ędificatores sed ꝑturbatores existunt, fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum nõ sit qui inhabitet. Videant ergo si indignos ꝓmoueant, aut inferiorem merito superiori & meliori pręponant, quod nõ fit nec in natura nec in cęlesti hierarchia, si alicui onus vel honorem imponant vltra eius fortitudinem, vel capacitatem, vel spiritualem vtilitatẽ; & inuenient forte cum diligenti inuestigatione, ꝙ in his delinquunt pastores, qui pascebant semetipsos, gregem autem meum non pascebãt. Ezech. 34.

¶Qui ꝓpter hoc vt frequẽter à grege ꝑ nõ residentiã se elongant, vt gregẽ nõ pascentes, rebus suis parcentes, seipsos abundantius, ditẽt, & pascant. Artic. 8.

¶Quorum factum primo ostenditur esse cõtra exẽplum Christi medici & ꝓphetæ. Secundo cõtra pręceptum legum ecclesiasticarũ. Tertio illorum audienda est responsio cũ reprobatione. Quarto illorũ est ostendenda culpa, & pęna, & periculũ. Quinto causa pœnę, & periculi. Sexto ostẽditur negligentia summi pastoris in terra, qui inferiores ad residẽdum non cõpellit. 22

¶Quantum ad primum est sciendum, quòd illi qui residere nolunt in suis beneficijs: sed per vicarios, vel sacerdotes curam facere volunt animarum, cõtra exemplum supremi pastoris Christi facere videntur, & contra exemplar, quod eis in monte. i. Christo mõstratum est, quia ipse nunquam legitur aliquẽ per mediam curasse personam, sed propria pręsentia, qui Lazarum nanque absens resuscitasse potuisset, suam præsentiam exhibere dignatus est, ad ipsum resuscitandum: Matth. etiam 8. rogatus à Centurione, quod non descenderet ad sanandum seruum suum paraliticum, sed ꝙ absens illum sanaret, noluit sed dixit, veniã, & curabo eum. Ibidem etiã manu

nu propria leprosum tangens sanauit Luc. etiam 4. dicitur: quòd singulis manus imponens, curabat eos exemplum dans stabulario suo. i. curato cuicunque, cui committit spoliatum, & sauciatum curandum Luc. 10. dicens. Curam illius habe, offerens ei pro mercede denarium. i. abundantiam, & victũ, & vestitum, hęc de proprio i. Christi patrimonio, & in futuro vitam æternam. Stultus ergo medicus est, qui pro tam magna mercede circa infirmum non sollicitatur ipsum frequenter visitando, alloquendo, & manu propria tangendo; exemplo summi pastoris qui dicit Ezech. 34. Ego visitabo oues meas: sicut visitat pastor gregem suum. Et exẽplo medicorum corporum, de quibus Seneca ad Lucilium epistola. 21. Quædam, inquit, non nisi a præsente monstrantur, nec potest medicus per epistolas cibi ac balnei tempus eligere uena tangenda est. Et exemplo prophetarũ:
23 primo helisei qui. 4. Reg. 4. descendit vt filium sunamitis suscitaret, quem Giezi cum suo baculo suscitare nõ potuit. Sic multa, quæ sacerdotes, vel vicarij facere non possunt circa spiritualem resuscitationẽ, & multa alia ipsi præsentes facere possent: sicut patet. E. 2. 13. Et Ideo recte sicut mulier illa sapienter desiderauit & petiuit præsentiam Helisei: Ita subditi adhuc desiderant prętentiam suorum curatorum, & de eorum absentia frequenter scandalizantur, sicut oues non habentes pastorem. 3. Reg. 22.

¶Secũdo exẽplo Esaię, q dicit Esa. 21. Super speculam domini ego sum stans iugiter per diem: super custodiam meã ego sum stans totis noctibus. Et exemplo patriarcharum Iacob, videlicet & filiorum eius, qui dicunt Gen. 47. Pastores ouium sumus nos, & patres nostri quorum Iacob reddens rationem quomodo oues Laban custodierat. Gen. 31. dicit: die noctuque æstu vrebar gelu, & fugiebat somnus ab oculis meis.

¶Ecce non dicit se dum oues custodire debuit habitasse in aula regia vel palatio papali, nec delitias & somnia quęrens delicata: nec dicit se per pueros, vel medias personas oues illius custodisse: quia tũc somnus ab oculis suis non recessisset.

¶Horum ergo exemplo excitati pastores, de quibus Nau. 3. Dormitauerunt pastores, non sint amplius negligentes, nec a cura sua sint absentes, sed in curis prętentes: ne post huius sęculi ludum & dormitationem ab illo, qui bonum pastorem Martinum ih mortis exitu aggressus est, si quid forte suũ in illo inueniret, excitentur ab illo, eisque improperando, & deridendo dicatur illud Zac. 11. O pastor, & idolum derelinquens gregem. Pastor, inquit, nomine idolum derelinquens oues tibi commissas in medio luporum habitans in abditis: ut tibi diuitias quęreres, atque delitias, de quibus nunc in pœnis ultimum exolues quadrantem. Nec subditos per alios curent, nec facere nitentur, quod Christus facere noluit, & quod Heliseus facere non potuit: sed dicant illud Ezech. 34. Ego Pascam eos documentis, alimentis, & exẽplis luculentis. hoc nanque omnis ratio dictat: quia si dignus est operarius mercede sua Matth. 10. Et Luc. 10. dignum est quòd ipse pro mercede opera debita impendat, quod congruo modo absens facere non potest: quia quomodo pascent oues tribus prędictis modis absentes: de quibus dicitur Ioh. 10. Non audierunt eos oues. Nec mirum: quia nimis distrahant propter quod super pastores iratus est furor meus Zach. 10.

¶Secundo idem non residentię delictum est contra iura ecclesiastica: & doctores proprios non residentium. Pro 24
magna nanque parte non residentes sunt iuristæ qui contra eos habent doctorem proprium hostiensem. lib. 4. Ru. 4. de cler. non resi. in eccle. vel prębend. §. 1. clericos: qui dicit quòd residentiam facere tenetur, quicunque beneficium prębẽdale habet, siue minimum

siue

siue maximum sit beneficium : sicut episcopatus in cuius cathedra debet episcopus residere : sicut patet per decretum sumptum ex uerbis beati Grego. 7. q. 1. peruenit scribentis cuidam diacono in hunc modum. Peruenit ad nos Pigmenium amalificanç ciuitatis episcopum in ecclesia residere contentum non esse, sed foris per diuersa loca uagari, idcirco auctoritate hac tibi prçcepimus quatenus hoc de cetero facere non prçsumat ; sed in ecclesia sua sacerdotali more resideat, quem forsaste, si se non emendare post tuam admonitionem cognoueris, in monasterium eum deputare curabis.

¶Ad idem est decretum concilij carthagin. dist. 41. episcopus. hçc continẽs. Episcopus uilem suppellectilem & mẽsam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis suç auctoritatem in fide & vitç meritis quçrat : hospitiolum quoque non longe ab ecclesia habeat. Innocentius etiam extra de cler. non residẽ. in glo. super. c. clericos. dicit quòd requirunt residentiam beneficia habẽtia curam animarum & etiam alia simplicia, quibus hoc competit vel ex statuto, uel ex priuilegio, uel ex consuetudine approbata. Et infra dicit. Intelligo tamen omne beneficium residentiam requirere, nisi contrarium constet. Et hçc residentia debet fieri in propria persona: sicut patet de cler. non residẽ. cap. quia nonnulli & c. sequen. & cap. inter quatuor : quia ad hoc constituta sunt beneficia, vt seruitium inde fiat, vnde ipsa non debet recipere, quç non seruit : quia qui non laborat, non manducet.

25 ¶Quãtum ad tertiam partem huius articuli, dicunt se habere dispensationem: verum est facti, sed non iuris quãtum ad intentionem: sicut ostensum est per decretalem, cui innituntur. O. 4. 17. Ex qua patet: quòd cum dispensationis finis sit: ut in aliquo vtili studeatis : ut oues Christi melius custodire possitis: si hoc non facitis in responsione uestra mihi obuiat dispensatio sed non dispẽsationis causa, vel ratio seu intentio.

¶Sed dicunt & forte allegant se residere non posse, sed quare hoc non allegant in beneficij susceptione excipientes, ꝙ ideò beneficium recipere nolẽt, quia residentiam propter beneficij exilitatem facere non possent.

¶Sed hoc facere nolunt, ne beneficio careant, & ideo illud male prætendunt post beneficium obtentum, quia si habens vnam carrucatam terræ vel minus, vel parum vltra, sicut frequenter contingit se & vxorem & familiam exhibet in domo, & filios duos vel tres in scholis, & filias nuptui tradit pro cuius terra vel redditibus vix inueniret, qui ei daret 10. marcas per annum: quis eis crederet, qui nec habent ex parte Dei vxorem, vel filios, aut filias, qui dicunt, ꝙ cum beneficio ecclesiastico. 10. Marcarum, vel amplius domũ tenere non possunt, sed domum ecclesiç cadere permittunt.

¶Sed in rei veritate vbi homines de terris suis fideliter viuẽtes bene intrãt & in bona fidelitate viuunt, & ideo à Deo iuuantur illi, qui vel male intrãt, vel male viuunt, & quia vxorem propriam non habent in alienis, quç nullo eis dato contentantur plus expendunt: & ideo nec prosperantur, nec à Deo iuuantur.

¶Cum ergo dispensatio iustã requirat causam, & aliter non dispensatio, sed potius dissipatio sit, quis illorum dispensantes, immo potius dissipantes à peccato excusabit, qui habentes respectum ad preces diuitium, vel ad pecuniam datam sub colore pietatis, pro domini episcopi eleemosyna, tũc permittũt in curijs diuersis, in officijs occupari diuersis, & nõ tm̃ in curijs : immo in locis alijs extra parrochiam, vt sumptibus parcãt, tot nõ residere permittunt, qui leuibus petẽtium credunt suggestionibus in derelictione gregis Dei, quod non facerent in derelictione gregis proprij.

¶Vel saltem si dispẽsantes dixerint iustam subesse dispensationis causam,

quare

quare pecuniam ab illis cum quibus dispensant sub titulo recipiunt eleemosynæ: nunquid Deus sine iustitię venditione pauperes suos pascere nequeat? aut priuilegium forte habeant facere mala, vt eueniat bona? aut quod peius est more Iudæ proditoris, quod pro pauperibus recipiunt, in proprios vsus conuertunt.

26 ¶Vel quis interim tales nō residendi licentias impetrantes à peccato excusabit: dum dispensantibus suis improbitatibus prædictorum malorum occasiones: dum nituntur curam gregis, quam sub iuramento, & animarum ꝓpriarum periculo susceperunt derelinquere. In susceptione nanque beneficij tenentibus illis manus suas inter manus episcopi, eis ab episcopo cura ecclesię sub talibus cōmittitur verbis. Cōmittimus tibi talem ecclesiam cū cura animarum ad prę̨sentationē talis sicut vis respondere pro nobis, & pro te in die iudicij: sicut Deus te adiuuet & sancta euāgelia, quibus verbis dictis, librū in iuramenti confirmatione osculatur.

¶Quis ergo eos à cura non diligenter exhibita excusabit post tale iuramentū de cura facienda emissum, quā fugiunt, & iuramentū frāgere vidētur pressurā hospitū declinātes: ne externa expendant ꝓ salute aīarum æterna.

¶Quando animas pro ouibus ponerēt, qui nec pecunias pro illis ponere volunt: cū teste beato Greg. in Hom. Ego sum pastor bonus. Primum nobis sit exteriora nostra misericorditer ouibus impendere; Postremum verò, si necesse sit, etiam mortem nostram pro eisdem ouibus ministrare: à primo autem hoc minimo peruenitur ad postremum maius, sed cum incomparabiliter longe sit melior anima qua viuimus terrena substantia, quam exterius possidemus, qui non dat pro ouibus substantiā, quādo pro his daturus est animam suam?

¶Nec illi, quos in loco illorū dimittunt, apud Deū sufficiētes reputabunt, vel acceptabuntur ꝓcuratores, quia nō possunt facere omnia, q̄ dn̄s illorū posset, si esset pręsens: sicut patet per dicta. E. 2. 13. Ergo quantūcunq; ꝓcuratorē in loco illorū dimittant, siquidem in nonnullis partibus balliuus illorū procurator vocatur rectoris apud Deum illos nō excusabit, quia sufficiens non ostendit procuratorium.

¶Sed dicent, sicut dn̄s ouium cōcedens licētiam pastori suo, ꝙ alteri illas tradere possit custodiēdas, per licentiā primam datam, ipse pastor à periculo ouium liberatur: ita in proposito.

¶Quibus respondet: ꝙ si dn̄s ouiū in licētia tali dato pastori omnino ipsum exoneraret, & ep̄s isto, verū esset tam exēplū, quàm dictū: sed quia ep̄s istos ab onere suscepto vel iuramento non exonerat: sed ad propriam improbam petitionem, & instantiam permittit: ꝙ oues alijs tradant, in proprio periculo ipsi non residentes de ouium perditarum respondebunt periculo.

¶Si vero omnino inuiti velint, ꝙ ideo non residenti petunt licentiā, vt discāt, & melius oues in posterū custodiant, & ꝙ hoc licitū est exēplo sanctorum pastorū. Luc. 2. qui dixerunt. Trāseamus in Bethleem, & videamus hoc verbū quod factū est, faciāt ꝙ illi sancti pastores fecerunt, qui cum cognouerunt de verbo, cito ad gregem suum reuersi sunt, glorificantes Deum: ita isti, postquam in scholis didicerint de verbo incarnato, & gregis informatione ad breue tēpus audierint, redeant ad gregem suum & Deum glorificent, fratres suos verbis & exemplis confirmando. Nec expectent vsque magistri fiant, ne cōtra Iacobi p̄ceptum facere videantur dicentis. Nolite plures fieri magistri fratres mei, &c. Iac. 3. Ne coruo assimilentur, qui de arca egrediens iterum ad arcā non redijt. Gen 8. Ne videantur plus exijsse: vt discant qualiter sumptibus parcant, vel qualiter honores ampliores quærant, q̄ qualiter gregē pascant, quia grex eis traditus est ad pascendum, nō ad parcendū ab illo qui dicit. Ioan. 21. Pasce oues meas.

¶Si

¶Si aliter falsis suggestionibus licentiam non residendi extorqueant: videant periculum suum per casum legis.L.3.54.

57 ¶Quantum vero ad quartam partem huius articuli culpa, pęna & periculum non residentium. Exemplo patet quod scribit Beda de gestis Anglorum.lib.3.cap.6.de Laurentio episcopo, qui immediate successit beato Augustino primo cantuariensi archiepiscopo, qui propter aduersitatem regis proposuit terram derelinquere: cui nocte quadā post lachrimosas preces princeps apparuit Apostolorum, & multo tēpore flagellis arctioribus illum afficiens sciscitabatur, quare gregem sibi cōmissum derelinqueret: vel cui oues Christi in medio luporum positas fugiens ipse dimitteret. An mei inquit oblitus es exempli, qui pro paruulis Christi, quos mihi commendauerat, vincula, carceres, postremo etiā mortem crucis ab inimicis Christi ipse cum Christo coronandus pertuli. His beati Petri admonitionibus, & flagellis exhorrtatus mane venit ad regem, & relicto vestimento, quatenus esset verberibus laceratus ostendit, à quo rex quæsiuit, quis ei tot plagas intulisset, & rei audiens veritatem timuit: ꝙ causa suæ salutis tanta esset perpessus: & relinquens idololatriam, & illegitimum connubium baptizatus est. Ex quo exemplo patet: ꝙ si iste sanctus episcopus tantū Deum & sanctos suos offendit, qui pro tam euidenti & vrgente causa: vtpote propter metum mortis, à rege sarraceno sibi infligenda voluit gregem non residendo, vsque tempus magis occurreret fortunatum, deserere, quanta passuri sunt qui ex causa vana, & cupida gregem deserunt, & emolimenta recipiunt pro gregis custodia? de quibus. Zach.11. Suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit.

Exēplū.

28 ¶Quātum ad quintam partē huius articuli causa tanti periculi.

¶Primo ex auctoritate ostenditur beati Greg. esse rationabilis. De talibus nanque dicit beatus Gregorius. Homel.17. euangeliorum super illo verbo. Matth.10. Et Luc.10. Dignus est operarius mercede sua. Quid, inquit, nos pastores agimus, qui & mercedē consequimur, & tamen operarij nequaquam sumus: fructus quippe sanctæ ecclesiæ stipendio recipimus quotidiano: & tamen pro ęterna ecclesia minime in prædicatione laboramus: illa in nostrum stipendium sumimus, quæ pro redimendis peccatis suis fideles obtulerunt, nec tamen contra peccata eadem vel orationis studio vel prędicationis verbo: vt dignum est, insudamus.

¶Secundo idē ostenditur per auctoritatē Bernardi, quæ habetur. O.6.74.

¶Tertio per auctoritatē beati Gregorij. Mor.22. Ecclesiastica, inquit, alimenta muti manducamus: exigimus quod nostro debetur corpori, sed non impendimus quod subditorum debetur cordi.

¶Quarto, quia faciunt cōtra legem. M.9.15. & quia dispensationes extorquent. E.2.13.

¶Nec mirum, si non residentes, & specialiter in curijs existentes pericula plurima incurrant, quia Deum amittunt sicut patet. O.6.59.

¶Nec mirum si pœnam faciunt, quia faciunt contra legem quę habetur. F.3.30. Et quantumcunque vicarios habeant vel sacerdotes in casum legis incidere videntur, quæ habetur. F.3.32. cum sequentibus.

¶Quantū ad sextā partē huius articuli si talis tantaq; sit culpa atq; pęna nō residētiū quis illū à pęna & à culpa excusabit, qui hmōi periculis obuiare posset, curatos & rectores ad ꝑpetuam obligando residentiam, sicut perpetui obligantur vicarij, & auferendo ab eis potestatē dispensandi cū eis de nō residentia facienda. Cōdere nāque legem vel decretalē pęnalē vel restrictiuā cū qua epi dispensare possunt est duplex iniquitatis, qa duplicis iniquitatis dat 29

occasio-

occasionem, dum tam episcopum dispensationem vendentem, quàm subditum ementē iniquos facit, sicut patet de residētia facienda rectorum, ad quā per leges astringūtur, sicut patet supra eo. cap. 24. Pro qua tamen non faciēda pecunia datur ab illis, qui dicunt, q̄ beneficium est tam exile, & q̄ tot sunt hospites, & aduenæ & pauperes, & anni sunt tam cari q̄ residere nō possunt. Cuius allegationis veritas optimo scribi posset experimento, si nouo essent statuto indispēsabiliter obligati ad residentiam, sicut vicarij perpetui, qui communiter vbique minus habent q̄ rectores, & tamen vbique residēt, quia si tali facto statuto potius eligerēt omnino sine beneficio esse, quàm in beneficio residere: quod pauci facerent aliqualiter ostenderent allegationem suam esse veram, si vero beneficium suum non dimitterent, effectus sequens falsam præcedentem ostenderet allegationem.

¶Et reuera siue in petitione non residentiæ, siue in petitione permutationis beneficiorum pauci sunt, qui veras prætendunt causas, quia qualescunque prætendant, vt frequenter rei veritas in non residentia est: vt parcere & euagari possint, propter quod sæpe vicariam multo pinguiorem permutāt cum alio beneficio exiliari, quæ quidē permutatio, sicut & quæcunque alia raro sine specie fit simoniæ, quia ad hoc vt bene permutarēt, deberent ante mētis oculos principaliter habere illud quod ore dicunt, vtilitatem videlicet spiritualem, sicut patet per hoc quod dicit Innocentius in glo. extra. de rerū permutatione super c. quæsitum, q̄ talia possunt esse verba ad episcopum. Cum ergo non possim in ecclesia mea secure commorari vel prospicere. s. propter diuersitatem linguæ, vel alia iusta de causa, supplico vt de mea præbenda vel ecclesia alij prouideatis, & mihi prouideatis in alia: tales etiam vel consimiles causas semper ore prætendunt in permutationibus suis: sed vere mendaces sunt colles. Hiere. 3.

¶In quibus omne peccatum est notabilius ratione subiecti, & periculosius ratione effectus. Arti. 9.

¶Primū patet primo, quia ipsi sunt colles ecclesię, sicut ex iam allegata patet authoritate. Res vero nigra in colle sita à pluribus videtur & notatur, & ad distantius quàm in valle sita: Sic peccatum in eis. 30

¶Secundo, quia ipsi sunt quasi oculi vel facies ecclesiæ, & duces ecclesiastici exercitus & cor totius populi: Sicut ergo macula vel scabies in oculis, vel facie plus apparet, & plaga in corde peior est, & perditio in duce peior est sibijpsi, & grauius peccatum, & maior ingratitudo, quia plura ei cōmittunt, & dñs in eo maiorem habet confidentiam, & alijs periculosior, quia nullus posset citius exercitum prodere, vel perdere, quàm dux exercitus. Sic duces ecclesiæ sint proditores Dei, & populi sui peccatum in eis grauius est, & alijs periculosius, quia nulli ita quiete sine omni resistentia, & expugnatione ecclesiam bonosq; mores male viuendo destruunt, sicut ipsi, si mali sint. Quia sicut lupus pelle indutus ouina, vel veste pastoris citius & sine resistentia ouibus noceret, quia lupo aperto pastor & alij transeuntes resisterent, ipsumque fortiter expugnarent, quod isti non faciunt: ita in proposito manifesto tyrāno bona ecclesiæ male occupanti vel expendenti pastores resistunt, quia lupus ille vestes & coronā non ostendit pastoris. Lupus vero veniens in vestimento & corona, & alijs signis veri pastoris, per simoniam intrando & male uiuendo, sine omni resistentia per totam vitam suā bona ecclesię male occupabit, & expendet: nullus ei resistet pastorum, nullusq; illam à Christi fugat ouili, sed ipse potius canes arctabit, & ouile male occupando, & oues deuorando, & pascua ouium & veri pastoris consumendo, vero pastores de ouili excludit, qui oues Christi, si locum illū obtinerent custodirēt.

Magna

Magna ergo differentia est inter pastores & lupos camporum seu nemorum, & ecclesiarum, quia illi pastores lupos ab ouili excludunt, in ecclesia econtrario: ibi agnus lupum fugit, in ecclesia habitabit lupus cum agno & cum agna Ioāna: & pardus cum hędo accubabit. Esa. 11.

31 ¶Et vt licentius, & sine punitione bona ecclesiæ male occupare, & impunite peccare possint, cautela vtuntur, qua vteretur lupus, si tantam haberet astutiam, vel qua vtuntur, qui domum capere spolia inde auferre vellēt. Sicut nanque lupus, si tantæ esset sagacitatis, & facultatis signis pastoris vel ouis se signaret: vt licentius quod in ouili est occuparet: Ita faciunt isti: vidēt enim, quod sine talibus signis bona ouilis Christi occupare non possunt, talibus se signis ornant, & illa intentione Deus nouit, quod bona ouilis Christi occupent: sicut ostensum est. O.6.11. & 50. Sicut insuper volentes bona, quæ in alterius domo sunt occupare, timentes iacula & sagittas illorum, qui in domo sunt, videntes quod si dominum domus haberent, ipsum ligantes & ante eos, vel supra capita eorum ad tabulam ligatum portantes, de eo quasi scutum facerent iacula minus timerent, quia interiores à sagittis & iaculis plus se retraherent: ne cōtra dominum suum sagittare viderentur, & ideo dominū capere nituntur: vt eis tale de eo scutum faciant. Sic in proposito isti volentes bona ecclesiæ & domus occupare Christi, scientesq; ꝙ nisi missam cantando dominum capiant, resistentiam habebunt: ne bona illa capiant, quia nisi missas dixerint, salaria sacerdotum nō recipient, & nisi rectores signa & arma portent crucifixi, bona illa occupare non possunt. Sacerdotes illa intentione missam dicendo dominum sumunt & alia arma Christi portant: vt sine resistentia bona occupent ecclesiastica, & male viuendo corporaliter non puniantur. Et sub hoc ꝑtextu nemo plusquā ipsi in ecclesia nocet, sicut patet per decretum sumptū ex verbis beati Grego. O 6.19.

¶In quo patet secunda pars huius articuli, ꝙ videlicet peccatum in eis est periculosius: quia sicut proditio ducis non tantum est damnosa animæ proditoris, sed etiam periculosa exercitui: ita proditio illorum, qui filios domini sui custodię illorum traditos pro refectione, & nutritione tam corporali in necessitate, & spirituali, & quantum ad corpus, & quantum ad animam fame perire permittunt. Immo, quod peius est, suis malis exemplis occidunt. Est nanque de illis sicut de rhamno. Iudic. 9. vbi legitur: ꝙ quando oliua, vitis, & ficus arborum refutauerunt imperiū, rhamnus illud suscepit, de quo ignis postea exiens arbores destruxit. Sic nunc bonis fugientibus dignitates, & ecclesiasticas promotiones, sicut patuit de beato Gregorio: & sicut adhuc patet de multis, qui ecclesiastica beneficia, q̄ habere possent, vel quæ habent, dimittunt, & religionem ingrediuntur, discoli illa libenter recipiunt, & procurant per fas, & per nefas. vt illa recipere possint, pulcherrimas promissiones & falsas promittentes, sicut promisit rhamnus dicens. Si vere me regem constituistis, venite sub vmbra mea requiescite, & totū vt honores, & lucra capiant per diuersos tractus: sicut patet. M. 13 12. 32

¶Sed finaliter ignis peccati, & mali exēpli de rhāno exiēs arbores destruet.

¶Quod ergo scriptum est de ministris templi veteris testamenti quantū ad vtranque partem istius articuli dici potest de ministris templi noui testamenti. Illud videlicet. 1. Reg. 2. Erat enim peccatum puerorum grande nimis quātum ad partem primam huius articuli, quia detrahebant homines à sacrificio domini, quantum ad secundam partem. Qui omnes similitudinem suam videre possunt.

¶Primo in rebus insensibilibus. Secundo in rebus sensibilibus. Tertio in rebus rōnalibus, sed rōne abutentibus. Arti. 10. 33

¶Quantum

¶Quantum ad primum inter creaturas insensibiles, primo comparantur & assimilantur formidini, seu statuæ positę in blado habente arcum fictum, & sagittam in manu, & formam hominis viui, quam volucres cum talibus signis videntes primo timent & fugiunt: deinde opera vitæ in illo nō respicientes, sed ipsam statuam mortuam imaginātes, paulatim appropinquant, & in fine super caput ipsius sedentes ipsam permerdant, blādumq; absque timore comedunt, fitque auiū bladum comedentium potius requies & refugium, quàm timor vel custodia. Sic volucres cęli.i.dęmones: iuxta illud. Matth.13. Luc.8. Et Marci 4. Volucres cęli comederunt illud, & eorum ministri aliquibus ministrant prælatis, & viris ecclesiasticis, in quibus non sunt opera vitæ spiritualis: videntes nanque illos locum, statum, & officiū; tenere regiminis, & correctionis primo timent, sed postea videntes illos esse statuas spiritualiter mortuas, quia nec spiritualiter in seipsis viuunt, nec efficaciter alios corrigunt, de quibus. Apoc.3. Nomē habes ꝙ viuas & mortuus est, quasi formido in blado, de qua in Psal.83. Posuerunt firmamentum eius formidinem, appropinquant, & tā ipsos, quàm subditos absque timore spiritualiter deturpant dicentes: illud Iob 13. Fortitudo tua non me terreat.

34 ¶Secundo candelæ assimilantur extinctæ & fumiganti: quia sicut candela lucens in tenebris lumine suo multum placet illic assistentibus: extincta vero, & fumigans suo fętore nocet assistentibus, & quanto maior fuit, tanto extincta maiorem emittit fętorem, & fumum: Sic in proposito de illis, quibus dicitur. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona:

Exēplū. ¶Tertio assimilantur statuis super muros ciuitatis obsessæ positis, quia sicut exempla continent, quòd ciuitate quadam obsessa, dum bonos habuerunt milites: ciuitas obsidentium nō timuit insultum: Illis vero mortuis: vt magnum numerum fingerent armatorum, statuas armatas quasi milites, & ciuitatis defensores: super muros posuerunt; Hostes vero videntes volucres, coruos videlicet & bubones super eos descendere, & manere, deprehenderunt nōn esse homines, sed statuas mortuas, quæ homines videbātur, & absque timore ciuitatem inuadentes destruxerunt. Sic in proposito dum ciuitas ecclesiæ, de qua Eccl.9. Ciuitas parua & pauci viri in ea, illos paucos habuit fortes bellatores, statum suum contra omnes insultus dæmonum & tyrannorum, & quorūcunque malorum tenuit bonum: Sed ipsis nunc mortuis, & alijs non quales ipsi fuerunt, sed quasi statuas mortuas in habitu clericali super muros ecclesiæ positis, quos ideò non viuos spiritualiter omnes esse deprehendunt: quia coruos & bubones inferni.i.dæmones super ipsos peccantes, & male viuentes descendere vident, & manere: quo viso dæmones, atque dæmonum ministri absque timore, vel resistentia ciuitatem ecclesiæ inuadunt & destruunt. Sed hoc in defectu Dauid.i. Papę archiepiscopi, episcopi: quia ad quemlibet illorum pertinet: sicut ad Dauid. 2.Reg.5. auferre cęcos, & claudos de Hierusalem: vt in fine rationem reddēs veraciter dicere possit illud Esa.62. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, non mortuos, sed viuos sicut patet per hoc quod sequitur. Tota die ac nocte in perpetuum non tacebunt. Quantum vero ad secundam partem huius articuli inter creaturas sensibiles.i. bruta animalia seu feras.

¶Primo lupis assimilantur, & quo ad ingressum, & quo ad progressum. 35
Quantum ad ingressum patet, quia sicut lupus secundùm Isidorum versus oues veniens non venit cum vento: ne odor eius percipiatur, & oues fugiant, vel canes latrent & custodiant, Lupus.

diant, nec strepitum facit: sed caute, humiliter, & mansuete, & mature incedit, ad illum finem & intentionem, ut de ouibus uictum habeat: Sic in proposito literati uenientes, uel sperantes, & appropinquantes ad beneficia ecclesiastica id est, ad oues Christi & ad curam animarum, famam malam quantum possunt abscondũt, & omnem simulantes humilitatem, & maturitatem incedunt: ad illum tamen finem, vt de ouibus Christi pascant: de quibus Ezech. 34. Pascebant pastores semetipsos.

¶ Quantum vero ad progressum, ideo lupis comparantur: quia sicut dicitur de lupis: quod prius videntes hominem ipsum raucum faciunt: ita dici potest de nonnullis curatorum, ꝙ videntes mala voluntate homines qui super eos latrare vellent, eos quãtum possunt raucos facere nituntur sicut ostensum est. C. 4. 16. Et supra eod. c. 8. Formam sequentes principum scribarum atque sacerdotum iudæorum, qui inter omnes veritatis aduersarios plus Christum, Christique prędicationem impedire nitebantur: ita isti: ꝙ si omnino impedire non poterunt ne prædicent, saltem in prædicationibus illorum impingere nituntur, quando vicia illorum tangunt obloquentes & dicentes: ꝙ thema suum non sequitur. Sic iudices eius lupi Soph. 3.

36 ¶ Secundo male custodiunt animas eis traditas, & pro tãto cattis assimilãtur: quia sicut exemplariter dicitur de stulto, qui volens caseum suum a muribus custodire tradidit eum cattis custodiendum, qui caseum citius, & plus illis consumpserunt. Sic dici põt de fatuis patronis, & prælatis, quæ animas tradunt custodiendas idest dęmonibus malis curatis, quę eas plusquam demones destruunt, quia dęmones non tot committerent luxurias, nec tot mala præberent exempla, quot ipsi: & breuiter multa mala, quæ dęmones per seipsos facere non possunt, per illos faciunt, qui singuli ve-

Catti. Exẽplũ.

raciter dicere possunt illud Cant. 1. Posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui.

¶ Tertio in vna conditione leoni assimilantur Hieronymi: in hoc videlicet, quod sicut legitur: quòd leone illo dormiente asinus eius custodiæ deputatus furabatur: Sic animæ curam habentibus negligenter agentibus, sed in alijs punctis illo leone peioris sunt conditionis: quia de illo dicitur, quòd asino ablato annonam accipere erubuit: quia asinum male custodierat: & quòd postea latrones cum asino casu inueniens, illos ad monasterium adduxit corrigendos, quorũ neutrum malus facit curatus. Ergo interroga iumenta, & docebunt te. Iob. 12. quomodo tu peioris sis conditionis leone Hieronymi, & Leone sampsonis: quia nec habes in ore tuo mel deuotionis, nec apes prædicationis & correctionis. De te ergo. i. de omni tali dici potest illud Ecclesiastes. 9. Melior est canis viuus leone mortuo. i. paruus prædicator vel sacerdos, quæ contra vicia latrat: tali magno prælato qui timore munere, vel negligentia contra vicia quasi leo mortuus non rugit delinquentium.

Exẽplũ. Leo.

¶ Quarto curam habentes à parrochianis suis discordãtes, & parochiani cũ illis litigãtes, eiusq; contradicẽtes, & mutuum inter se odium habentes ranæ assimilantur & muri, de quibus fabulæ continent Æsopi, quod mure volente aquam transire cũ rana, quæ se scire bene natare asserebat, conuenit: Rana vero officium ipsum traducendi accipiens murem filo sibi ligauit: in media vero aqua rana, & mus ĩter se discordare cęperũt, rana trahẽte deorsũ, & mure trahẽte sursũ, quibus supueniẽs miluus vtrãque asportauit. 37

Exẽplũ de Mure & Rana.

¶ Ita in proposito de his qui ducatũ aliorũ vltra hoc mare magnũ super se suscipiũt, & de his, quos ducere deberẽt: si inter se brigas habeãt & odiũ: vel si illi, ꝗ alios ducere deberẽt, ima petũt peccando, frequenter contingit

ambos à miluo inferni asportari, & ambos in foueã cadere:qa teste Ps.48. Simul insipiens,& stultus peribunt:q̃a declamauerunt simul inutiles facti
38 sunt. Quinto inter illos, qui curã habent animarum, siue sint promoti, siue nõ, siue etiã alij sacerdotes, quę curã non habẽt, nõnulli cicone assimi-
Exẽplũ. lantur, de qua fabulæ cõtinent: ꝙ ideo de patria fugit: quia rostro alterius ciconiæ oculum eruerat, cui alia auis obuians quęsiuit: quare de patria recederet, quæ respondit: ꝙ timore & verecundia ibi amplius morari nõ audebat propter prædictum infortuniũ, a qua alia quæsiuit, si rostrũ illud adhuc secũ ad aliã patriã portaret, quæ respondit:ꝙ sic. Cui illa, ergo alibi cũ illo mala cõmittes: sicut ibi cõmisisti, & sic vbiq; timorem habebis, & verecundiã:aut ergo rostro illo deposito, in patria remaneas propria, aut cum illo noli ad aliam patriã trãsmigrare: Ita de nonnullis in proposito viris ecclesiasticis, qui in patria, in qua sunt promoti, uel morantur, turpia committunt, & diffamantur, & timore & verecũdia beneficia ꝑmutare, vel alia seruitia in alia patria, vel alio episcopatu quærũt, a quibus quæri posset: si malam voluntatem seu maliciam, quę fuit origo alterius diffamationis secũ portent: quod si faciunt inaniter tot quærunt, & circumeunt partes; quibus dicitur Matth.24. Væ vobis scribæ & pharisęi, qui circumitis mare & aridã.

¶ Sexto mali malis assimilantur canibus: sicut patet per decretũ sumptũ ex verbis Augustini. 2.q.7. qui nec vbi sic dicitur. Qui nec regiminis in se rationem habuit, nec sua crimina detersit, nec filiorum delictum correxit, canis impudicus dicendus est magis, quam episcopus. Patet ergo quod de istis specialiter verificatur illud ad Roman. 1. Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt. Et cito post dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei:in similitudinem volucrũ & quadrupedũ, &c.

Quantũ ad tertiam partẽ huius articuli in creatura rationali, sed ratione abutente. Primo malis assimilantur forestarijs: quia sicut ipsi plus destruunt animalia, & arbores eorum custodia deputata, quam alij fures. ita in proposito. Hiere. 5. Verti me ad optimates, & ecce ipsi magis fregerunt iugum: ruperunt vincula. Secundo 39
quo ad matrimonium, quod est inter illos, & beneficia eis data, matrimonio assimilatur ribaldorum, de quo habetur. A.17. 3. quia sicut illi vnam accipientes, illam nõ tenent: nisi usq; aliã inuenerint magis placẽtem: sicut patet ex verbis ad contractũ illorum concurrentia: ith ta Ke ye in beg &c. Itẽ sicut illi plures vxores occupant de facto. Ita isti ecclesiæ sponsi, vel simul pluribus copulari beneficijs, vel pauperiorẽ tenẽt ecclesiã: vsque pinguiorẽ habere poterũt: qua visa pauperiorẽ dimittunt, vel permutant, quę raro sine symoniæ fit delicto: sicut patet. supra eo. c.29. vel per quamcunq; aliã mercationẽ vel cambium, ad modum, quo equos cãbiunt sua beneficia commendantes, & vltra valorẽ mendaciter appreciantes, & defectus subticentes, vel quos abscondere non possunt, pecunia vel alijs rebus datis supplentes, propter quam mercationem non tantum mercenarij, qui lanam, & lac, & gloriam, & utilitatem propriam potius, quam gloriam Dei, & utilitatem proximi quærunt: uerum etiam negociatores, seu mercatores appellandi sunt: quia nulla alia inter istos & illos inuenitur differẽtia: excepto quòd pactiones, & uenditiones, quas mercatores æquorum, & aliarum rerum faciunt aperte in nundinis, isti faciunt occulte in angulis. Si ergo Deus tales indignos reputauit templo materiali, non est dubium quin illos indignos reputabit templo glorię. Sed illos indignos reputauit templo materiali: sicut patet Ioan. secundo, vbi eiecit ementes & vẽdentes de

tes de templo dicens. Nolite facere domum patris mei domum negotiationis ergo, &c.

40 ¶Tertio nonnulli illorum furibus assimilantur pro tanto, quod sicut fur in domum cuius res cupit occupare, quandoque puerum per foramen arctum, per quod ipse intrare bene non potest, intromittit: ita in proposito de illis qui uidentes, quod alicuius ecclesiæ bona per seipsos intrando occupare non possunt: quia aliud habēt beneficium, curatum nepotem suū, vel aliquem clericum eis seruientem illuc intromittunt, uel intromitti ꝓcurant, & ipsi per illum prouentus recipiunt. De vtrisque Oseæ 7. Fur ingressus est quantum ad sic intromissum latrunculus foris spolians, quātum ad intromittentem.

¶Quarto nonnulli illorum militibus assimilantur custodientibus sepulchrum Christi: quia sicut illi bene custodierunt lapides sepulchri, sed nō Christum: ita istorum aliqui circa lapides erigendos magnam habent diligentiam: sed circa Christi membra nutrienda paruam.

¶Quinto illis assimilantur, de quibus dicitur. 4. Reg. ulti. Interrupta est ciuitas, & fugit Sedechias, & omnes uiri bellatores nocte: quia sicut tunc interrupta fuit ciuitas Hierusalem, & ab inimicis capta: ita nunc ciuitas ecclesiæ uarijs tentationibus interrupta, & in pluribus partibus capta est, & curam habentes animarum, qui illam defendere deberent, signati per regem Sedechiam, & viros bellatores, nocte ignorantiæ & peccati fugiunt, de quibus Hiere. 39. Omnes viri bellatores fugerunt. Arti. 11.

41 ¶Sed non tantum tanquàm mercenarij fugiunt, sed quod peius est sine satisfactione rarius & difficilius res ecclesiæ & male occupant, vel male dant & expendunt, de quibus restitutionem facere tenentur, quam raro vel nunquàm faciunt.

¶Quod autem nonnulli illorum consanguineis, uel alijs personis non ecclesiasticis bona ecclesiæ dando expendant, sæpius uidetur. Et ꝙ hoc malum sit, quòd insuper ad talem teneantur restitutionem sententiā, audiant ecclesiæ, quæ habetur in decretis ex Concilio Hispalensi. 12 quæst. 5. fixum, vbi sic dicitur. Postquàm autem episcopus factus est quascunque res de facultatibus ecclesiæ, aut suo, aut alterius nomine cōparauerit decernimus: vt non in propinquorum suorum, sed ecclesiæ cui præest iura deueniant.

¶Idem patet per cōcilium Carthaginense. 12. quæst. 3. cap. 1. ubi sic dicitur. Placuit vt episcopi, presbyteri, diaconi, vel quicunque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore episcopatus uel clericatus sui agros, vel quæcunque prædia nomine suo comparant, tanquàm rerum dominicarū inuasionis crimine teneantur: quod adeo uerum est: ut si clericus de ecclesia uel præbenda sua pecuniam habeat, & inde prædium emat: licet pecuniam consanguineis suis dare potuisset intuitu charitatis: non tamen prædium de pecunia sua illa emptū: quia statim cum episcopatum fuerit acquisitum est ecclesiæ, siue emptum fuerit nomine suo siue alieno. Sicut patet in decretalibus, lib. 3. titu. 25. de peculio clericorum. cap. 1 & c. inquirendum. Vbi habetur ꝙ aliter faciens sacrilegium committit, & par criminis Iudæ furis est.

¶Et quia aliqui distinguunt de bonis propria acquisitis industria. Cōtra illud uidetur esse lex ciuilis in autentica de ecclesiasticis titulis § interdicimus, collatione ultima, vbi dicitur: ꝙ quocūque mō res aliqua acquisita sit post episcopatū ecclesiç acquiritur.

¶Si sic obligantur, qui res ecclesiæ in consanguineos expendunt, quantum credis obligari illos, qui res ecclesiç in meretricibꝰ, histrionibus, vanitatibus, & superfluis expendant diuitum donis, & festis. 42

¶ Illos ad restitutionem obligari. Primo ostenditur ratione sumpta ab illicita occupatione rei alienæ. Quicunque namque consumit rem alienam inuito domino ad restitutionẽ tenetur, sed bona ecclesiæ sunt bona pauperum: sicut patet per decretum sumptum ex uerbis Hieronymi: ad Damasum Papam. 16. q. 2. cap. quoniam, ubi sic dicitur. Quoniam quicquid habent clerici pauperum est, & domus eorum omnibus esse communes debent susceptioni peregrinorũ, & hospitum inuigilare debent: maxime curandum est illis, vt de decimis & oblationibus cænobijs qualem valuerint, & potuerint sustentationem impendant.

43 ¶ Præterea omnes, qui male viuentes bona consumunt ecclesiæ ad restitutionem teneri ostenditur ratione sumpta à conditione rei datę sub certo pacto vel conditione.

¶ Omnis nanque ratio dictat, quòd qui pecunia pro certo opere sumpta, opus illud nõ facit, cum facere posset si vellet ad restitutionem acceptæ pecuniæ tenetur. Sed de ecclesia Christi & Christi promoti patrimonio bona illa recipiunt, vt Deo cæteris sanctius seruiant, & Deo tantum militent, & populum de quorum decimis, eleemosynis, & oblationibus viuunt, per sanctas preces, & opera Deo concilient.

¶ Multi nanque sunt peccatores, qui sine reconciliatione saluari non possunt, quorum reconciliationis ministerio onerati estis. Iuxta illud. 2. Corinth. 5. Vobis dedit Deus ministerium reconciliationis tanquã videlicet Dei amicis. Quia aliter quomodo reconciliare poteritis, cum secundum beatũ Gregoriũ. Cũ is, qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Et Ioan 9. legitur quod peccatores nõ audit Deus.

¶ Si ergo male viuendo inter Deũ, & se discordiam faciant: nonne reconciliationis ministerium euacuant, & inhabiles se faciunt reconciliatores? Et bona ecclesiæ, quæ pro tali reconciliationi facienda receperunt, inutiliter consumunt, & illos pro quibus orare tenentur defraudant, & quantum in eis est, in ipsorum defectu perire permittunt. Quis est ergo tam insensatus, qui non iudicaret illos bona ecclesiæ male recipere, & de bona conscientia ad restitutionem teneri? Totum istum processum quo deductum est, quod qui aliqua recipiunt sub conditione aliqua, illa non stante, ad restitutionem tenentur: sed male viuentes sunt huiusmodi: ergo &c. Confirmant hoc leges mundi. Nota M. 2. 15. Et M. 9. 15. Et. O. 4. 15. cum sequentibus. Et O. 6. 50. Et lex Dei. Luc. 19. Vbi veritas periculum illorum per exemplum ostendit, de illo qui tradidit bona sua seruis sub conditione negociationis: dicens. Negociamini dum venio, de illo, qui conditionem non tenuit sententiauit dicens. Auferte ab eo nam. Ecce repetijt quod dedit: quia causam non impleuerat, quare dederat: Sic in proposito. Ergo si hic non restituant ibi non euadent: quia ipse bona sua repetet, & male occupantes damnabit, & non pascent vltra pastores semetipsos. Ezech 33.

¶ Nullo enim modo credendum est ꝙ Deus negligentior sit ad corrigendum defectus, qui contingunt circa reparationem animarum, quam homines sint ad corrigendum, & supplendum defectus, qui contingunt circa reparationem vel gubernationẽ domorũ. Cũ ergo duo sint, quę uiri ecclesiastici gubernare habeant: domos uidelicet ecclesię & animas eis traditas. Sicut in prima gubernatione deficiũt, homines eis succedẽtes sunt ualde diligentes, ad faciendum quòd taxentur & mulctentur pro reparatione domorum, & eos ad hoc constringunt. ita Deus illos arctabit pro defectu gubernationis animarum: ut [illegible] t ruinas illas reparent, uel penis 44

pœnis debitis puniantur. Aliter Deus esset negligentior de parte, & portione sua, quàm homines de parte illorum. Sed quia tunc nimis tarda erit reparatio, oportet, quòd pœnas sustineant, vsque reddant vltimum quadrantem. Et pro certo difficile, immo quasi impossibile est videre, quomodo tales saluabuntur: quia certum est: quòd sunt dispensatores patrimonij Christi: sic scribit apostolus Tito episcopo: ad Titum 1. Oportet episcopum esse sine crimine: sicut dispensatorem, &c. Et 1. Cor. 4. sicut dispensatores ministeriorum Dei. Ergo aliquando vocabuntur ad reddendum compotum ab illo qui vocauit villicum suum, seu dispensatorem: dicens. Redde rationem villicationis tuæ.

¶ Et quomodo ibi compotum dare poterit, qui male viuendo bona ecclesiæ consumpsit, qui gregem vel curā ei traditam, nec pascebat alimentis, nec exemplis, seu documentis, vt debuit: sed potius tabardo vsus forato & delicata comedens, & parrochianos Dei filios eius dispensationi traditos fame, & frigore mori permittit. Nullus dispensatorum ecclesiasticorum talem in domo sua diligeret dispensatorem.

45 ¶ Sitis ergo boni dispensatores. 1. Petri 4. quia aliter inaniter gaudetis vos vel amicos vestros beneficia habere non curata. Hæc nanque est aliquorum iucunda iactatio, quòd beneficium habent, non curatum. Et prima aliquorum quæstio, quando de beneficio eis oblato, uel amicis dato mentio fit: vtrum sit curatum, vel nō, & quantum valeat. Et prima beneficij commendatio, quòd multum valeat, & curam non habeat: nec residētiam requirat personalem: & tale habentes beneficium multum gaudent, qui lanam, & lac, guerbas, & pecunias de ouibus Christi cupiunt habere, & nihil vel parum pro illis facere: sed comedere, bibere, & ludere, & esse in tabernis, & vbi placet, ī nullo ęstimā-

tes se oneratos: similes illi Abimelech. Ruth. 4. qui bene volunt agrum proximi sui, sed non vxorem Ruth: ita isti volunt bona ecclesiastica, sed non curam sponsæ. Miseri decepti & exęcati non aduertentes, ꝙ coram Deo, de cuius patrimonio est, quod habent, onerantur & obligantur, & de bona conscientia ad restitutionē male cōsumptorum tenentur, & aliter ab illo punientur, à quo inter dispensatores qritur: vt fidelis qs īueniatur. 1. Cor. 4.

¶ Iterum principalis intentio huius articuli ostenditur per auctoritatem Hierony. O 6.60. per quam patet ꝙ tales sint prædones, sed prædones ad restitutionem tenentur, ergo ad restitutionem tenentur de infinita pecunia, quam dederunt his, qui præerant 2. Paral. 24. scilicet populares & laici prælatis. Quos beatus hortatur Gregorius dicēs. Pensemus cuius criminis apud Deum sit peccatorū precium manducare, & nihil contra peccata agere. Quibus Bernardus sentētialiter minatur Dicens: ꝙ viduæ, & alij, de quibus victum habuerunt, grauem contra eos deponent quærimoniam, de hoc ꝙ decimas & oblationes ab eis accipientes: quòd iustitia uoluit non rependebant.

¶ Et si tale sit periculum male dantium, vel expendentium bona pauperum vel auferentium, de quibus dicit Arti. 12.
Decretum consilij Toletani 12. q. 2. & 46
ille: ꝙ si illi qui nullam partem ex rebus suis distribuunt pauperibus, ęterni iudicis voce condemnabūtur in futuro, quanto magis hi qui pauperibus auferunt quod non dederunt? nō est dubium quin illorum periculū magnum sit, qui bona sic data ad ditationem, & non ad mediocrem recipiunt sustentationem: quia cum res transeat cum onere suo, quod dator de iure dare non potuit: quia alienum fuit: quomodo potuit receptor illud de iure recipere? Nunquid sola receptio sua de facto suo suū de iure faciat? Sicut ergo dans ad restitutionē tenet: ita

qui ob turpem causam, vtputa propter meretricium, vel huiusmodi recepit ad restitutionem tenetur illi ecclesiæ: de cuius bonis turpiter accepit. Et si bona immobilia de rebus ecclesiæ empta statim ecclesiæ acquiruntur: sicut patet per decretum supra eodem. c.59. qui tute tale prædium sibi datum: a non habente potestatem dandi: posset retinere & si tenuerit nō prosperatur: sicut patet tam historia. A 12.21. quā & per quotidianum experimentum, quo aliquotiens ostenditur, ꝙ prælati magni, & alij iudices, de paruo statu, & parentela exaltati de bonis ecclesiæ, & alijs male perquisitis, magnas emunt terras, pulchra construunt maneria, consanguineas vel filias suas magnorum maritant filijs: vel cōsanguineis suis magnorum pro matrimonio copulando emunt filios, aurique & argenti summam congregant copiosam, quorum omnium finis sæpius ostendit, quòd non habet euentus sordida præda bonos.

¶ Finis nanque omnium quantum ad præcedentes frequenter visus est, & quantum ad modernos & sequentes, qui de præcedentibus exemplum accipere nolunt, frequenter videbitur talis qualem habuerunt præcedentes: quorum terræ sic emptæ, & pro filijs & filiabus vel consanguineis ditādis, uel maritandis datæ, cito ipsis per quisitoribus mortuis, vendebantur, & in posterum vendentur palacia, castra, vel maneria de tali pecunia empta, vel cōstructa, & pro filijs, vel filiabus, vel consanguineis, vel meretricibus ditandis, vel maritandis data cito fuerunt, & erunt corniculis peruia, & facta sunt, & erunt custodia omnis volucris immundæ Apocal. 18. Filię uero & consanguineæ magnorum filijs copulatę ipsis mortuis, contemnūtur, & tanquam genere viles, vel impares deseruntur. Filios etiam & consanguineos eorum filiæ nobilium eis copulatæ, vel corde, vel opere, uel vtroque modo vilipendunt, tunc lugens dicere poterit. Esa. 28. Generatio mea ablata est quasi tabernacula pastorum. Ergo non discant sic genus ditando præesse. Sed sicut hortatur Apostolus ad Titum. 3. Discant autē in bonis operibus præesse.

¶ Quam exhortationem sine magno conamine opere implere non possunt: quia pluribus tentationibus, periculis, & tędijs exponuntur. Primò nanque quòd pluribus interius subiacent tētationibus, ostendit exemplum scriptum. B.2.13. Ciuitas nanque Dei periculose obsessa, atque exercitus Dei vbique ab inimicis inuasus eis traditur gubernandus. Si ergo in tali casu homo exterius in magno esset periculo, non est dubium, quin ipse interius spiriritualiter in magnis sit periculis. Quod etiam exterius in magnis sint tędijs quotidiane ostendunt curæ & sollicitudines, & petitiones, quæ eis voce, & literis iuste & iniuste porriguntur, quas si concedunt conscientiam lędunt, si nō concedūt, multos contra se pronocant, multi eis obloquuntur, diffamantur, & persecutiones patiuntur. Vt de pluribus alijs taceam: hoc vnico ostenditur exemplo quantum ad ordinandos. Si enim aliquis episcopus nullos ordinare uellet: nisi habentes conditiones descriptas. O. 6. & specialiter nisi iustos habentes titulos descriptos. O.6. ar. 5. Et eis responderet sicut respondere deberet, sicut patet. M.8. 24. quot ei obloqueretur, quod sustineret iniurias de clero suo, & de eis fauentibus & pro eis scribētibus, quorū petitionibus si annuat conscientiam lędit. Quā prælatorum miserā stilo lugubri beatus plangit Grego. in prologo dialologo, dicens. Quadam die nimijs quorundam sæcularium tumultibus depressus, quibus in suis negocijs plerunq; cogimur soluere, etiā quod nos certum est non debere secretum locū petijt amicum mæroris. In qua secreta meditatione. Petro clerico suo petēti, quod sibi esset. Respondit dicens.

Ar. 13. 47

Infelix

Infelix animus meus occupationis suæ pulsatus vulnere meminit qualis aliquando in monasterio fuit labentia cuncta subter erant quantum rebus omnibus, quæ voluuntur eminebat, quòd nulla nisi cælestia cogitare consueuerat, quòd etiam retentus corpore ipsa iam carnis claustra contemplatione transibat. At nunc ex occupatione curæ pastoralis secularium hominum negocia patitur, & post tã pulchram quietis suæ spem, terreni actus puluere fędatur. Cumq; se pro condescensione multorum ad exteriora sparserit, etiam cum interiora appetit, ad hoc procul dubio minor redit: perpendo itaque quod tollor perpendo quod amisi: dumq; intueor illud qđ perdidi: fit hoc grauius qđ porto. Ecce etenim nunc magni maris fluctibus quatior: atque in naui mentis tempestatis validę procellis illidor: & cum prioris vitę recolo: quasi post tergum ductis oculis viso littore suspiro, quodque adhuc est grauius: dum immensis fluctibus turbatus feror: vix iam portum valeo videre, quem reliqui: quia & ita sunt casus mentis: vt prius quidem perdat bonũ, quod tenet: sed tamen uix se perdidisse meminit. Cum ergo ex primo huius articuli exemplo ostendatur quãta sit illorum qui præsunt interior & spiritualis tentatio. Ex hęc sanctissimi doctoris lachrymosa quęrimonia planũ fit quãta sit illorũ exterior misera occupatio, patet ꝙ tam interius quàm ẽt exterius cõditionẽ tenẽt vẽtilogij: quia sicut ipsum pluribus exponitur ventis, quam muri vel lapides in fundamento, ita ipsi pluribus miserijs, & tẽtationibus, & sollicitudinibus: vt de quolibet illorum verificatur illud ad Rom. 12. Qui præest in sollicitudine.

Ar. 14. 48 ¶ Si vero aliqui illorum cupiditate vel honore vel delitijs intantum hebetati, & excecati fuerint, quòd istam non sentientes miseriam errauerint, & quoscunque subditos, vel alios facto, vel exemplo corruperint, & quantum in eis est, damnauerint, quos ab alijs custodire deberent: & ideo nec ipsi eos impune perdere possunt, sicut patet per legẽ. P. 12. 19. vel si negligentia illorum, eo quod eos, vt debuerunt, non correxerũt, nec docuerunt, nec peccatis restiterunt, quòd pęnas, & miserias non euadent æternas, ostenditur tam exemplis quam lege mundi & Dei.

¶ Primo nanque hoc ostenditur per exemplum in natura irrationali, in qua tanta dicitur esse sagacitas & iustitia: quòd grues vnam constituunt speculatricem: vt dicunt Alexander & Solinus. in libro de miserabilibus mundi, c. 12. quæ qđ cauendum sit clamore indicat. Ecce sagacitas. Sequitur. Et si periculum alijs contingat, de quo tamen euadunt, ipsam propter negligentem custodiam dilaniant & interimunt. Ecce iustitia. Quo exemplo datur intelligi, quòd Deus negligentes cruciabit Christianorum speculatores, de quibus Ezechiel. 3. Fili hominis speculatorem domui Israel dedi te: quia maior in eo est prudentia, qua negligentes discernere scit à non negligentibus, & maior iustitia qua negligẽtes punit. Diligenter ergo vigilent: vt de quolibet illorum verificetur illud Psalmo. 120. Ecce non dormitabit, neque dormitet, qui custodit Israel. Grues.

¶ Secundo ostenditur idem in eadẽ natura per exẽplũ de accipitre, de quo fabulosæ continent historię, ꝙ busardum seu millum in nido suo muniẽs, quem mater sua illuc adduxerat, ouũ inter oua accipitris ponendo, quem de ouo eductum suum non esse cognouit: quia nidum suum deturpauerat, & qa signa filiorũ suorũ in capite grosso, & alijs partibus non ostendit, de nido suo eiecit. Si tanta inueniebatur in illo accipitre honestatis dilectio, ꝙ de nido suo illũ eiecit, qui nidum suum deturpauerat, & tanta iustitię executio: ꝙ illũ pro suo nõ reciperet: qa sine illo ĩtrauerat, & signa sua 49 De Accipitre & miluo. Exẽplũ.

non ostenderat, quid faciet deus de illis, qui nidũ maculant ecclesię factis, & exemplis. Qui in super siue illo per portam intrant Cesaris, vel Simonis, vel Dęmonis, qui sicut busardus ille per matrem suam sine licentia accipitris intrauit. Ita ipsi per aliquam de vijs prędictis quasi edera super ecclesiam: ita ipsi super ecclesiasticũ ascendunt beneficium: sicut ostensum est. A.25.27 qui nec bene viuendo filiorum prętendunt Dei; nonne deus tales de nido suo, id est, de cęlo eijciet complens illud Esaię.26. In terra sanctorum iniqua gessit, non videbit gloriam dei.

50 ¶ Tertio idem ostenditur per exemplum in factis naturę rationalis, & consuetudine aliquarum terrarum; in quibus domini, quia transeuntibus pedagia accipiunt, vt transentes defendant: nam hęc causa fuit quare pedagia eis primitus dabantur: vt transentes per dominum suum à latronibus & spoliatoribus custodirẽt, a quibus si dominio illorum fuerint spoliati, ipsi domini qui pedagia accipiunt de damno satisfacient spoliatis: ita in proposito de his qui accipiunt pedagia, id est, decimas, & oblationes a populo christiano, vt eos a dęmonibus, & eorũ defendant ministris, quod si non fecerint, sed aliqui in ipsorum defectu: quia non prędicant decent, uel corripiunt, uel non resident, uel non celebrant, sicut deberent, perclitentur: ipsi coram deo de damno respondebunt uniuerso

¶ Huius autem dicit iusticia probatur primo per legem. P. 8.23. Ostenditur etiam. E 2.12. Secundo idem probatur per legem ciuilem. ff. locati & conducti: id est in dig[e]sto ueteri. lib. 19. titu. locati & conducti. l. item queritur § exercitu ueniente. Vbi habetur quod ille cui domus locatur, si exercitui uel militibus domum intrãtibus, & damnum in ea facientibus fenestra, uel ostia uel huiusmodi asportando, si locator non restituit quã tum potuit, de omni damno tenetur. Sic in proposito de illis, qui exercitui diaboli damnum in populo facienti fortiter non resistunt: quia error cui non resistitur approbatur.

¶ Hic concordat & hoc confirmat lex dei. 3. Regum. 20. Custodi uirum iustum, sicut patet. A.23.25. Et Ezech. 3. & 33. Sauguinẽ autem eius de manu tua requiram. Et Gen. 43. Non uidebitis faciem meam: nisi adduxeritis fratrem uestrum minimũ uobiscum. Et Prouerbiorum. 6. Si responderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam. Recte ad literã loqui videtur, de his qui ecclesiam ab episcopo recipiunt tenentes manum suam inter manus episcopi, quãdo eis curam periculosam tradit onerando eos, sicut volunt respondere pro ipso, & pro eis in die iudicij, quam curam cum iuramento de pacto tenendo recipiũt: sicut deus eos adiuuabit & sancta euangelia. Sequitur Illaqueatus ex verbis oris illius: id est tam episcopi onerantis: quam tuijpsius recipientis. Sequitur. fac ergo quod dico: ne deus somnum oculis tuis: ne dormitent palpebrę tuæ. Nimis enim dormit: quia forte per dimidium annum non videt gregem suum. Talis non potest dicere illud, quod dicit Esaias. supra eodem. c.23. Et Gen. 31. Si quid furto perierat a me exigebas, dixit Iacob ad Laban. Et auctoritas beati Gregorij in pastorali. Si inquit rector contra culpas minus accenditur: culparum omnium ipse reus tenetur.

¶ Et si negligentia mortalis sit, pœ- Arti. 15
nam propter illam meretur ęternam 51
ei ab illo infligenda; qui dicit Marci. 14. Percutiam pastorem. In qua pęna, seu percussura grauius alijs puniẽtur: quia sicut illic cadendo grauius quassabuntur: ita illic essendo durius torquebuntur. Quod enim illic cadendo grauius quassabuntur, patet primo: quia de altiori statu ceciderunt: & vbi gradus altior, est casus periculosior. Grauius enim cadit qui

de

de campanili, vel de tecto domus, quam qui de fenestra cadit. Sic illi qui altiorem hic tenēt gradum & etiam vanius extolluntur: sicut ostensum est, H.4.12.cum sequenti. Idem patet secundo: quia sub alijs cadunt: sicut ostensum est supra eod. cap. 6. Quod vero illic essendo grauius torquentur ex priori sequitur: quia si sub alijs tacendo iaceant plus onerantur: &, vt ita dicatur, plus alijs deturpantur. Argumentum ad hoc per exemplum Petri Damiani. A.12.8. & rationabile videtur: quia sicut ipsa supra alios hic existentes ipsos deturpauerunt in culpa: ita ipsi sub alijs existentes ab ipsis

Exẽplũ. fędentur in pęna. Tunc enim experimento cognoscent veritatem verbi Christi. Luc. 12. Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, pœnis vapulabit multis. Hoc experiebatur ille qui dixit. Et si non fuissem de numero pręlatorum, non essem de numero damnatorum. I.11.24 in quo periculum omnium ostenditur prælatorum.

52 ¶Quilibet ergo antequam, tale susciperet onus, & curam tanti periculi semetipsum examinare deberet: sicut artifices examinant columnam, vel fundamentum, vel trabem antequam onus graue illi imponant considerantes, an fortis sit vel debilis in tãtum ꝙ sub onere illo cadet: ita cogitandum esset istis: vtrum essent fortes in moribus: ne sub alijs, vt dictum est cadant, vtrum sint sufficiẽtes in literatura doctrina, pro tot filijs pascendis, & docendis, vtrum sint virtutibus ornati & vestiti: antequàm tot pascendos non habentes spiritualia alimenta, & tot nudos vestiendos ipsi omnibus virtutibus nudi suscipiant: & seipsos regere nescientes alios capiant gubernãdos. Si vero ab illis sufficientes æstimati, coacti, & quasi nolentes curam tanti: receperint periculi: semper solicite cogitent: quomodo ad illas quatuor respondebunt quæstiones. O. 6. 13.

¶Si verò se inhabiles inuenientes omnino se tãto onere in proprio dãnationis periculo voluerint onerari, & versus infernũ ꝓperare nullo modo hoc ꝑ paruo faciãt beneficio, exẽplũ sequẽtes cuiusdã clerici vnius magni principis, qui beneficia plura ei oblata refutabat, de quo cũ princeps ille admirãs semel cuidã loqueretur, Respondit: ꝙ intellexit clericũ illum vouisse: ꝙ nunq̃ ecclesiã aliquam reciperet minoris valoris, q̃ centũ librarum. A quo vocato princeps quæsiuit, si ita esset, qui dixit ꝙ sic, & q̃rẽti causam respondit: quia nolo ire ad infernum: nisi pour bone poygnie dargẽt: id est pro magna pecuniæ quantitate. Talem modum loquendi habent, qui quando dicitur: ꝙ sunt vel erunt excommunicati, dicunt: si sciuissem, ego fecissem ꝙ essem excommunicatus pro aliquo: ita si tu vis omnino dari ad modum prędicti clerici, seu pastoris, sume tibi vasa pastoris stulti. Zach. 11. Exẽplũ.

¶Et si tantum sit periculum male promotorum non est dubium: quin magnum sit periculum male præsentantium, promouentium, vel beneficia male conferentium, habentium conditionem sagitantium: quia sicut inter sagittantes proximior metę lucratur: quia non respiciunt ad vitam sagitãtes: sed ad sagittæ propinquitatem: ita inter illos, qui non respiciũt ad personæ valorem: sed ad naturæ propinquitatem, vel pecuniæ largitatem, dicentes. Ipse est consanguineus meus, vel ipse facit pro me; & ideo ipse, propinquior erit beneficio, & lucrabitur. Sicut paruuli iuxta me tam stãtes propinquius ad metam sagittant, quam bonus sagittarius de lõginquo: ita paruuli eorum, de quibus in Psal. 74. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Ar. 14. 53

¶Quorum primo ostenditur culpa & secũdo pęna. Primo namq; culpa illorum ex hoc ostenditur quòd præbent occasionem trãsgressionis illius

præcepti

præcepti, quo omnibus præcipitur, & singulas in ecclesia promouendis. Exo. 22. Non ascendes per gradus ad altare meum: scilicet cõsanguinitatis, vel affinitatis vel huiusmodi. Ex qua præcepti transgressione, quot quantaque pericula sequantur Linconiensis in sermone papę, directo sic loquens curiæ, vel personę, quę tales promouet. Papa, inquit, per suas dispensationes & prouisiones & collationes, tales quales prætacti sunt pastores: immo mundi proditores in oculis solis huius constitutis: vt prouideat vitæ alicuius temporali: multa milia animarũ, pro quarum qualibet sempiterne viuificanda filius Dei morte turpissima voluit condemnari: deuorationi oĩum bestiarũ agri tradit, & sempiternæ morti. Tradens enĩ curã ouilis & gregem in medio luporum rapacissimorum & leonum alicui: vt lac, & lanam tollat impotenti, aut ignoranti, aut nolenti vt negligenti gregem educere, & nolenti se pro gregis salute lupis obijcere: nõne gregẽ tradit deuorationi & morti, & mortis ipsius reatu tenetur: etiam si accidat aliquam ouium casu fortuito mortem, effugere. Tradens nauis oneratæ hominibus officium gubernandi per medium maris scopulosi & procellosi paralitico, aut artem gubernationis ignoranti, & talis officij inexperto, aut laborem gubernationis sustinere nolenti & negligenti, vt naulo a singulis suscepto ditetur, nonne & nauem, & eos qui in naui sunt & prodit, & perdit, & perditionis omnium incurrit, reatum, etiã licet eorum aliquis naufragij euadat periculum quinimmo talem traditionem cum teneatur, & possit non impediens eodem reatu irritetur, & constringitur. Gregis corporalis custodiã nullus sani capitis tradit, nisi potenti, scienti, & volenti curam eius ad ipsius salutem peragere. Tradens ergo curam gregis spiritualis impotenti: aut ignoranti, aut negligenti curam eius ad ipsius salutem peragere; non plus ponderat & appreciatur bruta, quam rationalia, corporalia, quam, spiritualia transitoria, quam ęterna, ea quę parui precij sunt, quã ea quę incomparabili sunt empta precio sanguine, videlicet & morte filij dei. Sic paruipendens appreciatum nonne & in hoc paruipendit preciũ. De quibus ait Bernardus: habent episcopi quibus animas credunt: sed quibus pecunias, vel facultates committant non inueniunt optimi rerum æstimatores, qui magnã de minimis & paruam de maximis curam habent.

¶ Ex quibus erroribus non solum periculum imminet, & pœna sic promouentibus vt dictum est: sed etiam ipsis sic promotis. O quam amara dilectio, & crudelis promotio: vt dilectum ad suprema ad momentũ eleuet ipsũ ꝓmouẽdo: & sic promotũ in tenebras deiicit exteriores, & omnibus intuentibus prophanum dat exemplum: facta namque magnæ curiæ ecclesiasticæ libri sunt & doctrina christianis. Videntes ergo cæteri ecclesiarum patroni: quòd beneficia dãt ecclesiastica ob carnis affectionẽ, vel parentelæ, seu affinitatis cognationẽ, vel ob obsequij remunerationem: vel ob potentum preces: vel ob potentiã vel placentiam: vel propter aliquod huiusmodi factum: illorum docet & prouocat omnes habentes ius patronatus in ecclesijs consimilia facere, & ista transitoria quocunque modo per fas, vel nefas quęrere & in his beatitudinem existimare: quia tanto conspectius & damnabilius est crimen; quanto maior est qui peccat: Nec dicat quis quod tales quales prætacti sunt saluant gregem per meditatores: quia in talibus mediatoribus, vt frequentissime sunt multi mercenarij, qui cum vident lupũ venientẽ dimittũt oues & fugiũt, & lupus rapit & oues dispgit. 54

¶ Præterea opus curæ pastoralis ad multa se extẽdit, quæ ipsi mercenarij facere non possunt: sicut ostensum est.

est E.ij.13.quibus subtractis adminiculis:quomodo complebuntur officia pastoralis regiminis: Et non tantum sibiipsis & promotis & omnibus tale intuentibus exemplum:sed etiam ipsi spirituisancto, cuius electionem & promotionem eis vsurpant,iniuriam faciunt, propter quod miracula pro eis non operatur, sicut patet.O. vj. 47. Nota ergo quales præsentandi, ordinandi, promouendi, vel eligendi sunt. E.ij.per totum. Si autem per spiritusanctum non fuerint constituti, pena timenda est. Quantum ad secundam partem huius articuli cuius pene figura & exemplum præcessit. j. Mach.ix.in Alchimo qui per potentiam regiam:id est per Bachidem princeps constitutus sacerdotum precepit destrui muros domus sanctę interiores & opera prophetarum,qui a domino percussus est paralisi:nec potuit vltra loqui, nec mandare de domo sua post se. Sic qui constituuntur principes & rectores in ecclesia dei, in qua deus iuste & nullus alius: sicut dicitur in Psal. 67. discernit cælestes reges p potentiam secularem, vel quacunque aliam viam mala frequenter agunt: ad ecclesiæ destrutionem:sed finaliter a deo percutientur:quando principes in iudicio præerunt. Esa.32.

ar.17. 55 ¶ Qui vero scire voluerit,qualiter ĩ iudicio prçerit,vel ad gloriam,vel ad penã duobus quæratur experimentis: quomodo hic prçest intentione,videlicet & opere: & eo modo quo hic præest, eo modo illic in ecclesia triũphante se in futuro præesse speret.

¶ Primum ergo experimentum interius quærat in corde in intentione: vtrum præsit ut pastor : an ut mercenarius:id est si principaliter dei intendat gloriam, & proximi utilitatem Deoque seruiat:ut filius amore,& non ut mercenarius mercede conductus, si ad horas potius ueniat propter contributiones, quam propter Dei honores uel orationes. Multi nanq; ueniũt ad ecclesiã, sicut ad uineam, ut fructus colligant:sicut ostensum est. O.6. 22.

¶ Sicut ergo per diuersitatẽ responsionum scires, qua intentione duo, quorum vnus filius est, alter seruus patri, & magistro suo seruirent: filius sane requisitus: quare patri seruiret: responderet vt patris præceptum impleret:eius honorem atque commodum quæreret. Seruus vero requisitus responderet, quod amore mercedis, Sic mercenarius qui dicit. j.Reg.2. Dimitte ad me vnam partem sacerdotalem: vt comedam buccellam panis,& veri pastores interius in corde requisiti respõdebunt:per quam responsionem scire potest quis inter quos portionem suam, id est inter pastores, vel mercenarios vendicabit. Sed quia hoc experimentum exterius hominibus non ostenditur, sed deo qui intuetur cor,& sibi ipsi. Secundum experimentum per quod manifestatur, & distinctus ostenditur pastor verus a non pastore exterius queratur in actione. 56

¶ Pro cuius experimẽti declaratione est aduertendum: quod veris pastoribus, id est apostolis, dicitur Mat. 10. Gratis accepistis, gratis date: per quod dictũ datur intelligi, quod vult veros pastores, solis habere similitudinem, qui lumen gratis a deo acceptum gratis aliis communicat.

¶ Pro quo est aduertẽdum, ꝙ sicut in natura corporali quædam sunt corpora opaca, sicut terra, & lapides: quædam diafana, sicut aer, & aqua: quædã luminosa:sicut sol & stellę, prima lumini resistunt secunda recipiunt, tertia communicant. Vide Col.46. Sic in corpore ecclesiæ: vt ecclesiæ nomine omnes comprehendantur christiani, tã mali, quam boni. Quidã quasi corpora opaca:id est infideles & mali christiani lumini gratiæ, & veritatis resistunt. Iob.24. Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias suas. Quidam: id est simplices lumen recipiunt gratiæ, & veritatis: de quibus Luc. 8. Hi sunt, qui corde bono, & optimo audientes verbum Dei retinent.

Quidam

Quidam vero sunt quasi corpora luminosa: id est viri ecclesiastici, quibus dicitur. Sic luceat lux vestra &c. docendo videlicet & sacramenta ministrando: vide. S. 3. 7. Et. G. 4. 6. Sed sicut inter corpora luminosa quædam sunt, quæ gratis lumen suum effundũt nec aliquã requirũt remunerationem, vel nutritionẽ: sicut corpora cælestia: quædam vero multa consumunt expetunt & requirunt: sicut ignis in lignis, & candelis: Sic in ecclesia quidam gratis accipiunt dei dona, ordines, & beneficia & gratis dant, de quibus Baruch. 3. Stellę dederunt lumen in custodijs suis, & lætatæ sunt: signanter dicit dederunt: & non dicit quòd vendiderunt, vel mercedes extorserunt. Quidam vero sunt ticiones inferni, & mercatores rerum spiritualium, quia sicut nec gratis acceperunt, sed symoniace ita nec gratis dare volunt, qui pauperes, qui nihil, dare possunt, a sacramentis & beneficijs excludunt, vel in confessionis audientia postponunt, & malos, quorum dextera repleta est muneribus, omnibus anteponunt, cum clausula qua dicitur. Volumus omnibus alijs anteferri, q̃ in bullis aliquotiẽs cõtinet̃ prouisorũ.

¶ Primi signantur p Hæliseum. 4. Reg. 5. qui gratis sanauit Naamã. Secũdi signãtur ibidẽ per Giezi. Sed renera experimẽtũ operis & rei dolẽda euidẽtia ostẽdũt, ꝙ Giezi nunc plures habeat discipulos quam Heliseus vel Paulus: qui dicit. Nõ quęro vestra, sed vos. 2. ad Corinth. 102. Et plures sũt carbones, & candelæ, quam stellę quia omnes, quę sua sunt quærunt, & non quæ Iesu christi. ad Phil. 2.

¶ Experimẽto ergo huiusmodi seruato, qui se tales inuenerint doleãt: quia de tẽplo eijciẽtur. Ioã. 2. Vbi ergo remanebũt, certe sicut ignis sunt: ita ad ignem vadũt inferni: vbi teste Iob. 15. Ignis deuorabit tabernacula corũ, qui libenter munera accipiunt. Et quidẽ satis iuste: quia dei habent maledictionem. Esa. 5. Væ qui iustificat impium pro muneribus. Et quia sicut dicitur Ezech. 13. Violabũt me ad populum meum propter pugillũ hordei, & fragmen panis: ut interficerent animas, quę non moriuntur: uiuificarent animas, quæ non uiuunt, Sequitur. Mœrere fecisti iustum, quẽ ego non contristaui.

¶ Tertium experimẽtum habetur a christo. qui Ioan. 10. docet differentia inter uerũ pastorem mercenariũ & furem, dicens. Pastor bonus animã suam ponit pro ouibus suis &c. De quo uerbo decretum sumptũ ex uerbis Augustini. 23. q. 4. tres personas dicit sic. Tres personas dixit dominus, & debemus illas inuestigare in euangelio: pastoris, mercenarij & furis: pastorem dixit aĩam suam ponere pro ouibus suis, & intrare per ianuã. Furem dixit, & latronem ascendentem per aliam partem: mercenarium dixit, qui propter lupum fugit. Et ꝙ multi sint tales patet per auctoritatem. supra: eo. c. 26. scilicet per auctoritatem beati Gregorij. 57

¶ Idem etiã patet per operis euidẽtiã, qua videtur ꝙ nonnulli illorum totaliter circa terrena occupantur. Cum ergo opus sit animi interpres, patet ꝙ propter temporalia intrauerunt, & ꝙ propter transitoria seruiũt. De quibus Micheæ. 3. Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, prophætę, eius in pecunia diuinabant: & super dominum non requiescebãt. Nota quibus responsis tales assimilantur. O. 6. 11.

¶ Et licet aliqui tales, ut prætactũ est, sint: subditi tamẽ non debẽt ipsis vel q̃buscũq; alijs superioribus ĩ quocũq; regimine, siue corporũ siue animarũ detrahere: sed pro ipsis orare. Et ipsi etiã superiores debent inferiores efficaciter corripere. Primũ ꝙ uidelicet nõ est detrahẽdũ. Primo docet natura: naturale nãq; est homini abscõdere caput scabiosũ uel deformatũ. Art. 18. 58

Sic

Sic in proposito rationabile est abscō dere defectus superiorum. Secundo idem docet ratio. Contra rationem ui detur, ꝙ alium quis uitu peret pro de fectu, qui contingit propter culpam uituperantis. Sed frequenter contingit quòd superiores permittantur esse reprobi. & uiciosi, demeritis inferiorum illud exigentibus. Ergo &c. Minor primo ostenditur. D. 12. 32. Secundo probatur historia: figura sacræ scripturæ & auctoriratibus. Historia ad hoc habetur de quodā priore Claraualleusi Galfridus nomine electo in episcopum Tornacensem, nec abbat, nec cuicūque qui obedire voluit, vt electioni assentiret, qui post mortem cuidam apparens, de statu suo requisitus dixit, quòd bene secū agebatur. Cui alius & quomodo potest hoc esse, cum inobediens mortuus fueris. Cui ille Mihi reuelatū est quòd si episcopatum accepissem, dānatus fuissem: quia ad talem statum venit ecclesia: quod non est digna regi: nisi a reprobis. Quod generale dictum licet in aliquo instantiam capiat: sicut & illud Psal. 103. Omnes declinauerunt. & Hie. 6. A maiore vsq; a minore omnes auariciç student. Et a minimo vsque ad maximum omnes auariciam sequuntur. Hiere. 8. oportet quòd illam instantiam habeat in illis qui non mentiuntur quādo dicunt. Nolēs volo: & non in illis qui per procurationem propriam per portam Simonis Cçsaris vel dçmonis intrant mendaciter dicendo. Nolens volo. Quod vero multi sic intrent & reprobe viuant, non tam demerita propria, quam etiam culpa exigunt populi: quod pulchre figuratur. 1. Reg. 8. vbi propter peccatum populi: superbe regem petētis & dicētis, Cōstitue nobis regē: sicut & cçterç habēt nationes, promisit deus, qui ibidē dicit. Samueli. Nō te abiecerūt sed me: ne regnē super eos: eis regē habentē cōditiones reprobas dicens per prophetam. Filios vestros tollet &c. Idē

Exēplū.

patet in libro Iudicū, & libris regū, & fere in omnibus libris historialibus veteris testamenti legitur populū dei traditū tyrānis & malis regibus & rectoribus. Sicut Nabuchodonosor & alijs propter sua demerita. Et hoc cōgrue: vt sit sicut Apostolus; ita sacerdos. Esa. 24. Et sicut dicitur Ezech. 14. Iuxta iniquitatē interrogantis, sic & iniquitas prophetæ erit. illo hoc permittēte, qui regnare facit hypocritā propter peccata populi Iob. 34. Et prouer. 28. Propter peccata terrç multi principes eius. Quibus concordat decretum ex verbis Hiero. sumptum. 59
8. q. 1. audacter sub eo qui sequitur tenore. Non semper princeps populi, & iudex ecclesiæ per dei arbitrium datur: sed prout merita nostra deposcunt: si mali sunt actus nostri, & operamur maligna in conspectu dei: nobis princeps secundum cor nostrum datur: hoc tibi de scripturis probabo. Audi nāq; quid dominus dicat Oseç videlicet. 7. Fecerunt sibi regē & non ꝑ me, principem & non per consiliū meū. Et hoc dictum videtur de Saule, quē vtiq; ipse dn̄s elegerat, & regem sibi fieri iusserat. Sed quoniā nō secūdū dei volūtatē: sed meritū peccatoris populi fuerat electus, negat eū sua voluntate & consilio constitutum esse. Tale ergo aliquid intelligamus in ecclesijs fieri, ꝙ ꝑ meritis aut in uerbo, aut in ope potēs. Glo. intelinearis. 1. crudelis & superbus a deo tribuatur rector ecclesiæ. Aut si malignū faciat populus in cōspectu domini, talis ecclesiæ iudex datur, sub quo famē & sitim populus patiatur non famem panis, neq; sitim aquæ: sed tātum famem audiendi verbum dei. Hçc ibi.

¶ His omnibus beatus concordat Greg. 25. Mor. in fi. exponens illud Oseç. 8. Ipsi regnauerūt & nō ex me. Nec īquit diuinæ ordinationi est imputādum, ꝙ mali regnant: sed subditorum prauitati: ipse enim regnare facit hypocritam propter peccata populi. Iob. 34. Super quo dicit

beatus

beatus Grego. vbi supra. Qui talem patitur rectorem, eum non accuset; quia nimirum, dum suis demeritis peruersi rectoris subiacet ditioni, culpam propriam magis accusat, quam iusticiam gubernantis, qui dicit. Dabo tibi regem in furore meo. Oseę 13. ob videlicet peccantium pęnam. Sicut iterum patet Esa. 3. vbi in pęnam populi peccantis. dicit dominus. Dabo pueros principes eorum: & effęminati dominabuntur eorum. Vide plura ad istud propositum. D. 12. 32. Et R. 1. 37. Et licet inferiores superioribus, vt ex omnibus ꝓdictis patet, detrahere non debeant, possunt tamen & debent, quãdoque charitatiue corripere & repręhendere. Sicut patet per decretum sumptum ex verbis Bedę in 2. epistola Petri. 2. q. 7. Sicuti sunt. Vbi Beda ad hoc probandum adducit quomodo Balaam propheta suę vesanię reprehensorem habuit asinam.

60 Secundum quod videlicet debent pro omnibus superioribus & specialiter pro papa orare, patet per decretum sumptum ex gestis Bonifacij martyris. dis. 40. si papa sub eo, quę sequitur tenore in parte. Si papa suę & supernę salutis negligens depręhendatur inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper a bono taciturus quod magis officit sibi: & nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit: primo mancipio gehenne, cum ipso plagis multis in ęternum vapulaturus: huiusmodi culpas istic redarguere nullus mortalium pręsumit: q̃a cunctos ipse iudicaturus a nemine est iudicandus: nisi depręhendatur a fide deuius. Pro cuius perpetuo statu vniuersitas fidelium tanto instantius orat, quãto suam salute post deũ ex illius incolumitate animaduertit ꝓpẽsius dependere, &c. Et licet nõ voluerint a superiorum cessare detractione, nec pro ipsis orare: ipsi nihilominus superiores propter hoc non debent a correctione cessare. Sicut patet primo ex verbis Hieronymi sup Hieremiam. di. 45. sed illud. Secundo idem patet per decretũ sumptũ ex epistola Hormisdę. Papę scribetis epis per ꝓuinciã di. 1. si q̃s diaconus. Vere dico, inquit, quia illi ipsi quibus cum periculosa est falsa misericordia indulgere videremur: cum ante tribunal christi pro tãtis peccatis damnandi aduenerint cõtra nos causam dicturi sunt, dicentes: quod quia aut duram asperitatem linguę eorum expauimus, aut falsa blandimenta, & periculosas eorum adulationes libẽter accepimus: in eisdem permanere peccatis eis inutiliter indulgemus, aut ipsa peccata augere permisimus, non recordantes illud quod in veteri testamento scriptum est. Iosue 7. quia uno peccante Acham: contra omnes ira Dei desæuit. Nihil ergo illo pastore miserabilius, qui luporum gloriatur laudibus, ꝓpter quas a vitiorũ cessat correctione: sicut patet per decretũ sumptũ ex verbis Anacleti papæ. di. 83 nihil. vbi et dicitur: quod nullus pastor placere potest lupis, & ouibus. Discant ergo omnes pastores sic oues regere eis cõmissas: ut in cęlo simul semper gaudeant: ubi erit unum ouile & unus pastor lupis exclusis. Ioan. 10.

¶ Pulchritudo. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pulchritudo duplex, corporalis una: altera spiritualis: Corporalis sine spirituali quibus rebus assimiletur. numero 2. 3.*

4 *Pulchritudo corporalis tam sibi, quam alijs, siue cum spirituali, siue sine habeatur periculosa est.*

5 *Pulchritudo stultorum plangenda, & ingratitudo admiranda est. numero 6. 7.*

8 *Pulchritudo spiritualis appetenda, & quibus medijs acquirenda, & quod præmium acquirendum. nu. 9. 10. 11. 12.*

Pulchri-

Vlchritudo est duplex: vna corporalis, alia spiritualis. Circa cuius declarationem. Primo ostendũtur cõditiones, & assimilationes vanę, & fallacis pulchritudinis corporalis. Secundo ostendetur, quod corporalis purchritudo tam sibi quam alijs, siue cum spirituali, siue sine habeatur, periculosa est. Tertio quod stultorum est pulchritudo plangenda, & ingratitudo admiranda. Quarto quod spiritualis est appetenda; & quibus medijs est acquirenda: & quod prȩmium acquirentium.

Ar. 1. ¶ Quantum ad primum est aduertendum, quod pulchritudo corporalis sine spirituali.
1 Primo assimilatur pulchrę picturę super lignum putridum, & quantum ad rei existentiam, & quantum ad durabilitatem: quia sicut talis pictura quantum ad existentiam tantum apparentiam habet: quia tota eius existentia & in sophistica est apparentia, & quia debile habet fundamentum longam non habet durabilitatem. Sic in proposito. 1. Macha. 2. Pulchritudo nostra & claritas nostra desolata est: cito videlicet non tantum in morte, sed etiam ante mortem per febrem paruam, vel aliam infirmitatem desolata, & mutata est, ostendens per hoc quòd debile habuit fundamentũ. Quod etiã ante mortem recognouisse legitur domina illa. M. 11. 145. Secundo habens pulchritudinem sine bonitate: assimilatur arbori floridę, sed nõ fructiferę: sicut nanque in arbore, quę deberet esse fructifera, inutiliter quantum ad finem, pro quo plantatur, est flos sine fructu: ita in proposito de illo, cuius pulchritudo comparatur flori cito casuro, quæ ad modum floris modicum vernat & virescit: deinde marcescit & euanescit. Sic in proposito. Iaco 1. Flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt. Iob 14. quasi flos egredit, & cõteritur, & fugit velut vmbra. Tertio talẽ 2
habens pulchritudinem fimario assimilatur fœtenti niue cooperto, quod calore infirmitatis in morte niue illa liquefacta discoopertum: turpe & fętidum ostenditur, quod & nunc videretur nisi spectantium obsisteret debilitas oculorũ: sicut patet per Boetium de consola. phi. lib. 3. qui ibi disputat contra fortunam pulchritudinis: & adducit Aristo. loquentem. Si linceis oculis vterentur homines; vt eorum visus obstacula penetraret: nonne inspectis visceribus pulchritudinũ, corpus turpissimum videretur? Te igitur pulchrum videri non tua natura, sed spectantium oculorum facit infirmitas: sicut patet de funere fętido, vestibus deauratis velato: vel de mortui tumba depicta. Et secundum commentatorem Aristo. cum discipulis suis, videndo mulierem fatuam, quam fatui quasi pulchram intuebantur, hanc occasione commotus: illud verũ dixit: supple vt sua doctrina discipulos a talium aspectum retraheret cupiditate. Cui concordat Chrisosto. dicens. Cum nobis mulierum occurrerit aspectus, vtinam, aut cęci essemus, aut linceos oculos haberemus quasi diceret: si linceos oculos haberemus: cito visum diuerteremus. Quia sicut dicit Diogenes philosophus. Mulier pulchra templum est ædificatum super cloacam. Et sicut dicit Bernardus. Pulchritudo nõ est, nisi velamen turpitudinis, quibus amotis totum residuum esset abominabile, & visui cuiuslibet horribile, & facere quæcunque visum diuertere & fugere. ita vt dicere possit illud Psal. 30. Qui videbant me foras fugerunt, & multo plus abhorreremus, & mulierem fugeremus, & timeremus societatem si peccatricis animæ videremus fœditatem, in qua expræssissimam diaboli habent similitudinem: sicut ostensum est. A. 20. 2. quam videns de pulchritudine, quæ

exterius apparet, illam detestando & fugiendo: diceret illud Iob. 5. Maledixi pulchritudini eius statim. Quarto talem habens pulchritudinem, est quasi statuta seu simulachrum alicuius demonis depictum. Hoc patet ex iam vltimo dictis: quia iam dictum est quando infra talem picturam diaboli continetur similitudo, & non est dubium: quin sicut deus habitat infra in corda, & corpora sanctorum. iuxta illud Psal. 45. Deus in medio eius: ita quòd de quolibet tali potest veraciter dici. Ecce tabernaculum Dei. ita diabolus habitat infra malos: ita ut de quolibet tali dici possit. Ecce tabernaculum diaboli.

¶ Sicut ergo talis statuta seu idolū a christiano bono, & potenti inuenta igni traditur, ita talis a Christo ĩ morte inuentus. Ezechielis. 15. Ecce igni datū est in escā, ab illo, de quo dicitur Trenorum. 2. Occidit dominus omne quod uisu pulchrum est. Quinto quibusdam lignis putridis, & piscium squamis, & quibusdam assimilantur uermibus de nocte lucentibus, & aurei coloris apparentibus: sed die adueniente apparet ꝙ sunt turpissimi. Sic tales. Iob 25. Homo putredo, & filius hominis uermis qui se nunc ornat, & deaurat in nocte huius uitæ: ĩ quo ornatꝰ ille & pulchritudo amittitur: sicut pulchra pictura super lignum putridum & deturpatur sicut anulus aureus in naso porci. Prouer. 11. Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua. Adueniente die iudicij ostenditur, qualis fuerit ab illo, qui dicit Naum 3. Ostendam cunctis gentibus ignominiam tuam. Tunc ex effectu apparebit: quod est & erit de eis sicut de folijs quæ primo uirescunt, deinde marcescunt: & postremo in lutū cadūt, putescunt & conculcantur: Sic illi dicentes illud Esaiæ 64. Cecidimus quasi foliū uniuersi: omnes uidelicet illi de quibus uerificabitur illud Esa. 3. Pulcherrimi tui gladio cadent.

¶ Ex quo patet secundum ꝙ uidelicet pulchritudo est periculosa tam ipsis pulchritudinem habētibus, quā etiam aspicientibus. Primum patet tam in existenti in gratia, quàm etiam in alio. In bono nanq; & existenti in gratia ideo periculosa est, Primo quia ipsum ad uanitatem & superbiam & propriam inclinat perditionem: Sicut patet de primo angelo apostata in gratia creato, cui naturalis decor occasio fuit ruinæ: sicut patet p hoc quod ei dicitur. Ezechielis. 28. Eleuatum est cor tuum in decore tuo, & perdisti sapientiam tuam. Secundo: quia aspicientes inclinat ad concupiscentiam malam. Sicut patet per historiam. L. 7. 39. Et per Susannam. Dañ 13. de qua dicitur ibi: ꝙ erat pulchra specie. Pulchritudo nāq; est in eis: sicut ex illa patet historia quasi spina seu lancea aspicientes uulnerans, de qua Ecclesia. 31. Facta est in specie ipsius perditio. Cuius perditionis reatum iuuenis quidam fugiens & timens: fertur faciem suā deturpasse timens: ne alijs esset occasio ruine. Propter quod sicut dicitur Iudith. 10. Ampliauit dominus pulchritudinem eius. In non existente in gratia idem patet: quia communiter pulchra & mala intantum in pulchritudine sua euanescit, quòd vix tantū gloriatur de delitijs uel diuitijs: sicut de commendatione pulchritudinis. Cui dicitur. Ezech. 16. Fiduciam habens in pulchritudine tua fornicata es. Secūdum etiā patet in Holofernæ & Iudith. de quo dicitur Iudith 16. Pulchritudo eius captiuam fecit animam: scilicet Holofernis.

Art. 2. 4

Exēplū. Exēplū.

¶ Talium pulchritudo Primo est plangenda exemplo beati Grego. qui uidens filios quorundam gentilium elegantis formę, intelligensque gentem illam infidelem pulchritudine corporali decorari dixisse fertur: sicut in eius continetur gestis, quasi per hunc mundum. Ar. 3. 5

dum.

Exēplū. dum. Heu quod tam pulchri vultus homines ab autore possidentur tenebrarum, & tam pulchræ facies ab internis gaudijs vacuæ relinquuntur. Secundo illorum stulta admirāda est ingratitudo, & in ciuilis rusticitas. Omnis nanque mundana continet gratitudo, & ciuilis præcipit educatio, vt qui plus accipit, plus reddat: diligentiusque suo seruiat datori, & illud ꝙ ea accipit cōditione, vt ei seruiat, in eius expēdat seruitio, vel insuper habet cōditio quòd vestis quanto puchrior, tanto diligentius ab omni custoditur fœditate. Cum ergo pulchritudo quoddam Dei sit donum, & vestimentum decoris, de quo in Psal. 103. Confessionem, & decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento. Sequitur quod quanto plus accipit, quam alius, qui minorem habet pulchritudinem, tanto diligentius deberet se ob omni cordis & corporis inquinamento præseruare, & totum in Dei seruitio expendere in ieiuniis videlicet, orationibus, in mundacia & fidelitate, & aliis sanctis operibus. Exēplo hominū, qui à dominis robas accipiunt, quas coram eis ministrando, & in eorum expendunt seruitio, quas si contra dominum suū & ī aduersarii sui seruitio portāt merito amittūt. Sic in ꝓposito si pulchritudinē suā in vanitatibus, spectaculis, & carnalibus cōcupiscentiis: vt appetant, vel appetātur, & aliis diaboli expendāt ministeriis, roboris Dei priuabūtur. Et sicut dicitur in Psal. 108. Induantur sicut diploid e cōfusione sua: Diplois est vestis duplicata: qualis est vestis deliberata diaboli ex culpa & pœna duplicata. Qui posuerunt sicut dicitur in Psal. 77. pulchritudinem eorum in manus inimicorum.

¶ Si ergo finem talis abusus essent experti, plus desiderarent esse leprosi, quam pulchri. Exemplo cuiusdam mulieris bonæ, de qua fertur in libro de apibus quòd cum esset pulcherrima, & multi confluerent ad eam videndam, orauit & obtinuit vt fieret leprosa sciens, quoniam melius est ad vitam ingredi turpem, & leprosum quàm cum Absalonis pulchritudine mitti in gehennā. Et quoniā melius est thesaurū animæ in turpi seu deformi corpore seruare, quàm in pulchro amittere. Exēplo cuiusdā, de quo fertur, ꝙ cum videret latronis irruere: vt monasteriū spoliarēt, thesaurū in antiquā cistam, & sine coopertura derelictam, & plenam paleis proiecit, & in vili theca seruauit, quod in pulchris non seruasset. Et exemplo inferiorum angelorum, qui steterunt, & statum suum tenuerunt: ipso lucifero pulcherrimo, cuius omnis lapis preciosus erat ornamentum, cadente. Quorum exemplo patet, quòd melius est eum illis in suis naturalibus minus decoratis saluari, & cum Lazaro vlceroso, & cum multis alijs cæcis & claudis, & debilibus ad cœnam intrare æternā, quam cum Absalone pulcherrimo & multis suis sequacibus in inferni suspendi patibulo, in quo inueniet, qui sicut dicitur. Iob 18. deuorat pulchritudinem cutis eius.

7 ¶ O admiranda, & plangenda multorū stulticia, qui tantū pulchritudinem appetunt corporis, tantumque circa illam habendam sollicitantur se totiens lauando, balneando, ornando, speculando, & pingendo quod semper interius est fœtidum, & putridū, & fędū: sicut paries de luto exteriorem habens albedinē: & animam, quæ naturæ est mundissimæ in se & pulchritudinem, quā in æternum retineret si vellent, raro lauant, sermonem audiendo, & rarissime confitendo. Vtinam ad animarum in illis pulchritudinē augumentādā, quo ad pulchritudinē corporis esset ministratū. Sicut fertur cuidam factum fuisse mulieri, quæ de proprio non contentata colore, quā ei Deus dederat cuidā loquebatur, quòd colorē eius mutaret, q̄ precio accepto ꝓmisit; & quoddā apponens

Exēplū (right margin, beside "in pulchro amittere. Exēplo cuiusdā")

Exēplū (right margin, beside "do. Vtinam ad animarum")

Exēplū (left margin, beside "prosi, quam pulchri. Exemplo cuius-")

ponens sabracium pellem abstulit, dimittens faciẽ quasi leprosam: quod factũ iudex approbauit, eo quod pactum tenuisset. Cui dicere potuit illud Hieremiæ. 31. Benedicat tibi dominus pulchritudo iusticiæ. Hoc non ideo dicitur, ꝙ corporis pulchritudo sit mala: nam ipsa donũ Dei & naturę est. Sed abusus & nimis eius appetitus malus est: quia secundum Augustinum de ciuitate Dei. li. 15. c. 22. Sic peccat homo inordinate pulchritudinem corporis amans: sicut auarus amans aurum deserta iusticia. Simus ergo sicut dicitur Ecclesiasti. 44. in virtute pulchritudinis, id est in pulchritudine animæ: in qua cõsistit virtus studium habentes.

Artic. 4. 8 ¶ In quo quartus ostenditur articulus, quod uidelicet spiritualis pulchritudo est appetenda, & studiose requirenda, ut habeatur. Primo in conscientia & in corde. Secundo in verbis. Tertio in signis. Quarto in factis. Ad primam habenda pulchritudinem debemus niti propter duo. primo, quia pluribus ostendetur, & a pluribus appreciatur.

¶ Pro quo est aduertendum, quod communiter homines plus appetunt apparere pulchri de die quam de nocte, quia pluribus apparent: & in die solenni plusquam alijs: quia a pluribus videbuntur ergo per istam rationem plus pulchritudinem animæ appetere deberent, quę in die solenni ostendetur mortis coram amicis: & inimicis: id est corã tota cęlesti curia, & etiã coram multis dęmonibus. Qui ergo audiunt non habentem uestem nuptialem: id est pulchritudinem spiritualem, & ornatum animę de nuptiis Dei eiectum, & fatuis virginibus quę lampades habuerunt sine oleo: id est corpora clara exterius ad modum lampadarum vacuarum, quæ clariores sunt plenis ianuam clausam: quia non habent oleum misericordię, & aliorum bonorum operum, timeant & nitantur uestimentum habere salutis, & oleum interioris letitię in conscientia: & qui se tam pulchre in corpore in die solenni, quando comparere deberet coram quinque, uel sex millibus hominum ornaret: ornet, & in confessione pulchram faciat animam, quę in die mortis apparebit coram illo, cui millia millium ministrant angelorum, de quo in Psal. 95. Confessio, & pulchritudo in conspectu eius. Secundo: quia Deus cum tota sua societate sicut illã intuetur, ita illã plus amat: quia sicut honestus homo, & diues amat pulchritudinem in camera sua: & sponsus in sponsa sua. Sic Deus dicens illud Psal. 44. sponsæ suæ, id est animæ fideli. Specie tua exteriori scilicet: & pulchritudine interiori scilicet: intende, prospere, procede, & regna. Hanc pulchritudinem duo causant. Amotio culpæ tanquam maculæ deformantis: qua amota dicet Deus illud Canticorum 4. Tota pulchra es amica mea & maculam non est in te. Secundo infusio gratiæ sicut pulchritudo lunæ causatur ex infusione luminis solaris, de qua Canticorum 6. Pulchra ut luna. 9

¶ Ad secundam habendam, id est in verbis debemus niti: quia etiam illa multum placet Deo, quia sicut multi libenter audiunt, & appreciantur pulchritudine in voce cantãcium: Ita Deus cum societate sua sanctitatem in voce loquentium dicens illud Danielis 4. Folia eius pulcherrima: id est verba, & fructus eius nimius, quia ex talibus verbis magna sequitur bonorum operũ augumẽtatio: sicut patet de Christo, & eius discipulis & prædicatoribus, ex quorum verbis magnus sequitur fructus scilicet in illis: de quibus ucrificatur dictum Christi: quo dicit. Iam uos mundi estis propter sermonem, quẽ locutus sum vobis. Hanc pulchritudinem causant duo Primo nanque sicut pulchritudo domus cõsurgit ex

bonitate

bonitate & pulchritudine meremij de qua est. Sic p̄dicta pulchritudo in ædificatione dom⁹ ecclesiæ: ex bonitate & efficacia sermonis loquētis. Prouerbiorū 15. Sermo purus pulcherrimus firmabitur. Secūdo sicut pulchritudo domus causatur ex debita dispositione & partiū ordinatione, & debita proportione: vtpote, ꝙ nō sic nimis longa vel breuis. Sic in proposito, &
10 patet. Vnde de omni tali posset ueraciter dici, q̄d dicitur Iudith. 11. de ipsa Iudith. Non est talis mulier super terram in aspectu, & pulchritudine & sensu verborum.

¶ Ad tertiā pulchritudinem: id est signis & exteriori gestu habendam niti deberemus: sicut homines nituntur pulchritudinem habere in uestibus corporalem & uanā. Ita vos spiritualem, & ædificatoriam: vt de tali persona verificetur illud Canticorum. 7. O quàm pulchra es; & decora.

¶ Hanc spiritualem & ædificatoriā pulchritudinem causant duo. Primo humilis & pudicus aspectus: Nā oculus simplex: id est intentio bona opus sequens reddit bonum. Iuxta illud. Si oculus tuus fuerit simplex &c. ita talis oculus causat & ostendit opus castitatis bonū & animā mūdam. Et sicut macula in oculo magis hominem deturpat, & turpiorē esse ostenditur, quam in alia parte, vel membro corporis. Et econuerso decor magis decorat, & decorum esse ostendit: Ita talis aspectus, si sit inordinatus nimis, totū hominē tam corpus, quàm animam deturpat causando spiritualem turpitudinē & ostendendo: sicut patet de Dauid: q quia inordinate vidit Bersabee, post modū intantū turpis effectus & ostēsus est ꝙ adulteriū commisit, & homicidiū. Et ecōuerso: si sit pudicus totum hominem decorat spiritualiter. Vnde tali personæ loquitur sacra scriptura. Canticorum 1. dicens. Ecce tu pulchra es. Et quasi causam pulchritudinis, assignans adiungit dicens. Oculi tui columbarum. Secundo maturus incessus, & rectus. Sicut nanque incessus claudi nō est corporaliter, ita pulcher: sicut recte ambulantis. Ita nec dissolute superbe ambulantis est spiritualiter, ita 11
pulcher sicut illius qui mature incedit: de quo dici potest illud Canticorum 7. Quam pulcher gressus tuus.

¶ Quartam spiritualem pulchritudinem in factis videlicet deberemus affectare sicut coniuges affectant pulchritudinem in liberis suis. Liberi nanque nostri sunt actus nostri meritorij ex spiritu tanquam ex viro, & corpore tanquam ex mulier charitate coniunctis producit. De illis qui multa talia habēt opera potest dici illud. Eccl. 44. Homines in virtute diuites pulchritudinis studium habentes.

¶ Hanc autem pulchritudinem causant & ostendunt duo. Primo diligens, occupatio circa utilia: quia sicut diligentia agricolæ in arando & seminando: & hortolani circa arborem facit pulchritudinem agri & arboris: ita diligentia in spiritualibus operibus magnam causat & ostendit fructuū vbertatem & pulchritudinem. Vnde de omni tali dicitur Hiere. 11. Oliuam vberam, pulchram fructiferam sponsam uocauit dominus nomen tuum.

¶ Secundo seminatorum, & multiplicatorū cauta cōseruatio: quia sicut cauta conseruatio lilii, ponēdo uidelicet stipitē eius in terra, vel luto, diu eius conseruat pulchritudinem. Ita humilitas bona opera & uirtutes cętera: sicut ostensum est, in cap. de humilitate. Propter quod scriptura quēlibet hortatur dicens. Prouerb. 22. Appone cor tuū ad doctrinā meam, quę pulchra erit cum seruaueris eam: scilicet in humilitate.

¶ Talis dicere potest illud Psal. 49. Pulchritudo agri mecum est.

¶ Vnde & quilibet talis qui prædictas quattuor habet pulchritudines 12
pro præmio summam habebit pulchritudinem: sicut agricola pro labore

bore pulchram habebit mensam in loco cęlesti in tabernaculis Dei. De quibus. Num. 24. Quam pulchra tabernacula tua Iacob.

¶ Quę pulchritudo ex duobus causatur & ostenditur. Primo ex Dei visione. Sicut sol nanque causat pulchritudinem mundi: Ita sol iusticiæ pulchritudinem cęli, & illorum qui videbunt regem in decore suo. Esa. 33. de quo. Cantico. 1. Ecce tu pulcher es, dilecte mi.

¶ Secũdo ex pacifica & ęterna possessione. Sicut nanque pulchritudinẽ cantus, & societatis facit concordia, & cuiuscunque lætitiæ diuturnitas. ita ibi pulchritudinem causant hæc duo illius populi & loci: de quo Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta &c.

Quærere. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Quid in speciali pro nostra salute quærendum nobis sit. num. 2. 3.*
4 *Quo loco,*
5 *Quo tempore,*
6 *Quo modo,*
7 *Et per quæ media quæsitum inuenire poterimus.*
8 *Quæ non quærenda sed tria fugienda. num. 9. 10.*

Quærentes dominum Deum duo attendere debent. Primo, quę sunt diligenter quærenda. Secundo quæ sunt non quærenda: sed fortitur fugienda. Et vtrumque docet Apostolus ad Col. 3. dicens. Quæ sursum sunt quærite: non quæ supra terram.

¶ Ad cuius doctrinę declarationem tria sunt ostendenda. Primo namque ostendetur in speciali quid quærere debent, & propter quam causam. Secundo quo loco, tempore, & modo, & per quæ media quæsitum inuenire poterunt. Tertio ostendetur quæ non sunt quærenda, ita sollicite, sicut à multis quæruntur.

¶ Quantum ad primum quid in speciali pro nostra salute quęrendum sit docet nos exemplum sanctarum mulierum, quibus dixit Angelus. Matth. 28. Iesum, qui crucifixus est, q̃ritis. Causã uero quare ille q̃rendus est: docet nos. Primo exẽplũ infirmi, qui diligenter quærit medicum. Sic nos infirmi: quia Luc. 6. Omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat & sanabat omnes. Art. 1. 1

¶ Secundo exemplum obsessi, qui sollicite quærit auxilium fortis amici. Vnde Psalm. 9. Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum: quoniam non derelinquis quærentes te domine.

¶ Tertio exemplum pauperum, qui quærunt seruire alicui domino, à quo certam sperant promotionem: tali enim diligenter seruire quærunt, vt promoueantur. Ita nos quærere deberemus: quomodo Christo digne seruire possimus: vt nos semper in cęlo promoueret, scientes q̃m inuenitur ab his, qui quærunt. Sapien. 6.

¶ Qui enim quærunt: quomodo hic seruiendo, vel mercando, vel laborando sic viuere possint: quòd promotionem & sustentationem habeant temporalem, & non quærunt quomodo promotionem habeant æternam, stultiores sunt, & ab omnibus stultiores reputari deberent, quàm illi qui plus sollicitantur ad ędificandum, & ditandum locum eis ad breue tempus concessum: quàm locum hæreditatis.

¶ Quorum stultitiam, Primo quotidiana repręhẽdit cõsuetudo, in qua videmus: ꝙ qui cogitat in aliquo loco, vel citra, vel vltra mare post breue tẽpus pro suo perpetuo morari, quærit quo-

quomodo possit ad locum illum bona sua transmittere,& quomodo possit ibi bene viuere, prouidet, nec dimitteret pro amore vel clamore vxoris, vel filiorum, vel amicorum: quin bona sua pro propria sustentatione, vel præmitteret, vel secum portaret: si talia quęreret,& faceret transiturus ad locum vbi paruo respectiuè manebit tempore, quanto magis hoc facere, & quęrere debet, qui cito transiturus est ad locum, vbi sine fine manebit, & morabitur. Nō ergo dimittat propter quoscunque iuuandos, vel promouendos, vel ditandos: quia promotionem quęrat propriam: nec de remanentibus confidat: quia aut falsi sunt & tunc decipietur, aut fideles,& adhuc melius esset inuenire domum vel cameram paratam, quando sedere in pœnis dum paratur: sicut patet. E 3.44.

¶ Nec de Dei, vel cuiuscunque cōfidat prouidētia: nisi ad quā ipsemet iuuit. Inaniter enim dicūt quidā: quod Deus fecit cęlū pro animabus, & prouidit nobis de loco pro animabus in æternū suscipiēdis. Ad quid ergo debemus illud quęrere vel laborare: ut illud inueniamus quod certitudinaliter pro nobis factum est: quia sicut fecit cęlū pro animabus: ita fecit mūdum pro corporibus, & animalibus simul: nō tñ vt inde viuant sine proprio adiutorio vel labore, vel expensis. Quare ergo nō iacent omnes ociosi dicētes. Deus fecit mundū pro nobis: quare ergo debemus victū nrm quærere? nunquid sic dicētes, non morerētur fame & mundū pro eis creatum amitterent? Sic in proposito: Ideo signāter dicitur in Psal. 69. Exultent, & lętētur in te, omnes, qui quærūt te, & nō ociosi, qui noūt quærere nec cooperari ad propriā in cęlo promotionē.

3 ¶ Quorum stulticiam secundo repræhendit Chrysostomus super Ioannem. Homil. 56. Si, inquit, tantum expenditis in ædificādo domos præclaras in hac luce, vbi bella, & rixe, & multæ expensę fiunt: quātō magis vbi perpetua est pax: & ubi duobus ędificatur minutis: sicut patet de uidua. Vbi libentius haberes domum vel locum quæreres ad manendum in deserto: an in regalibus locis: Si aliquis te illuc duceret: & ostēderet tibi locum nonne libenter ibi ædificares: Istam enim aliquando dimittes, illic autem tibi immobilis est possessio. Illic Deus est procurator tuus qui melius scit eam facere tibi, quam tu noueris. Optimus est.n. artifex: sicut patet ex gestis sancti Thomæ Apostoli,& de rege qui domum habere voluit: sequitur: & si volueris eam habere pulchram, nullus inuidebit. Ergo primum quærite regnum Dei. Lucæ 12. Et Matth. 6.

¶ Hoc enim sanissimum est consilium: vt regnum illud, locumque ad manendum in regno illo quæras, ibique thesaurum suum quilibet præmittat & prouidentiā faciat, vbi nihil amittere potest, & vbi fures nō effodiunt neq; furātur,& non vbi omnes antecessores sui thesauros suos,& omnia, quæ habuerunt vel dimiserunt, vel amiserūt. Et quod amiserūt,& qui illic nullā prouidentiā prius fecerūt, nihil ibi inuenerūt, nisi sempiternā miseriā,& paupertatē. Sicut ostēditur & significatur per Ægyptios Gen. 41. c. qui post septē annos fertilitatis, in quibus nullā fecerunt prouidentiā, pro sterilitate sequēti subleuāda, maximam inuenerit paupertatē. Et per illos reges in Barlaan, qui omni anno eligi debuerunt,& per vnum annum dominari, & postea omnibus spoliari, & in exilium mitti. Sic in proposito omnia ista mala inuenerunt qui nō quæsierūt me. Esa. 65. Nota. M. 11. 59. Nec mirum: quia hic aliquando domini satis exiliter essent hospitati, nisi summarios suos præmitterent, qui vero præmittunt, & ibi viuere quęrunt illic satis inuenient: sicut Ioseph. Gen. 41. Et sicut quidā rex sapiens, qui in prædicta historia Exēplū.

storia de Barlaam continetur. Ibi nāque quælibet talis accipiet benedictionem, & misericordiam a Deo salutari suo: quia hæc est generatio quærentium dominum: in Psal. 23.

Ar. 2. ¶Primo in loco congruo: id est in
4 corde mūdo, in ecclesia sancta. Nō in corde sordido, nec in lecto lasciuię & carnalis cōcupiscentiæ: quia ibi nō est speculū sine macula. Canti. 3. In lectulo meo quæsiui, quem diligit anima mea: quæsiui, & non inueni.

¶Non in foro in quo fuerit deceptio, & concupiscentia oculorum, & vbi quilibet nititur alium decipere. Oseæ. 5. In gregibus suis ibunt ad quærendum Dominum & non inuenient. Sed in omni loco, tam in foro, quam in curia, in quā viget iustitia iustus iudex inuenit. Esa. 51. Audite me, qui sequimini, quod iustum est: & quæritis dominum. Non in ostensione nouitatis, & vanitatis, in qua omnis quæritur superbia, & vana reputatio, inuenitur is, qui est humilis & mitis. Sed in societate humilitatis, & veritatis inuenitur is, qui est veritas & vita. Luc. 2. Inuenerunt eum in medio doctorum.

5 ¶Secundo in tempore apto. Inuenitur nanque primo ab his qui quærunt illum in die claro gratiæ & bonæ vitæ: & non ab his qui quærunt illum in nocte, & tenebris culpæ. Canticorum, 3. Per noctes: id est existens in tenebris culpæ actu & volūtate quęsiui, quem diligit anima mea: quæsiui, & non inueni. Esa. 21. Si quęritis: id est quærere, vultis, quærite: scilicet in die gratiæ: & bonæ vitæ.

¶Secūdo inuenitur ab his, q quærunt illum, dum prope est. Sic nanq; ipsum quęrunt, qui dum sani, & fortes, & iuuenes sunt, cōfitentur & peccata sua dimittunt: & ideo ab illis faciliter inuenitur: quia tunc omnis q quærit inuenit. Matth. 7. & Lu. 11. Et non faciliter inuenitur ab his, qui quærunt illum, dum mori debēt: qa difficile est, ꝓ cum tunc quærant sicut quærere deberent, sicut ostensum est. C. 5. 14. cum concordantijs & remissionibus suis. Nec est rationabile, quòd tunc faciliter inueniatur: quia illud est tempus iudicandi: nūc vero est tempus miserendi. ergo quęrite dominum Deum dum inueniri potest. Esa. 60.

¶Tertio per modos rationabiles. 6
Requiritur nanq; ad hoc ꝓ Christus hic inueniatur per grām & in futurū per gloriā: ꝓ quęrens primo modū habeat rectæ intentionis. Ille nanq; qui simplex rectus est, non inuenitur ab illo, qui duplici vel falsa intentione vel falso corde quęrit illum. Ergo in simplicitate cordis quęrite illum. Sapien. Quoniā inuenitur ab his &c.

¶Secūdo ꝓ modū habeat deuotæ orationis, quē modum discere possumus ab illis, qui quærunt quod diligunt. Ipsi nāq; libenter de tali re loquūtur, & linguā multū mouēt ad q̄rendū, vbi & quomodo inueniri possit. Sic nos orando. Eccl. vltimo. Quæsiui palam sapientiam in oratione.

¶Tertio ꝓ modū seu pedes ad ambulandū habeat per feruētē affectionem, quem discere potest a quolibet multū diligente, & specialiter a Magdalena: cui dicitur Ioan. 20. Mulier quid ploras, quem quæris.

¶Quarto ꝓ virtutē & modū habeat perseuerātiæ: ꝓ videlicet a quærendo vsq; ad mortē nō desistat. Exēplo Christi & omnium sanctorum. Psal. 104. Quærite dnm, & confirmamini: quærite faciem eius semper.
Quarto per media conuenientia quæ 7
sunt tria. Primo cordis meditatio, seu aperitio. Sicut nanque quęrens videre creatum lumen oculos aperit tanquam medium per quod oportet: ꝓ lumen recipiat. Sic volens videre lumen increatum hic in gratia, & in futuro in gloria, oportet quòd cordis oculos a culpa mundatos ei aperiat, & doctrinam suā cordis amore quęrat. Exemplo sapientis. Prouerb. 15. Cor sapientis quęrit doctrinam.

¶Secun-

¶ Secundo oris mendicatio. Exemplo pauperum, in quibus mendicatio est medium, per quod obtinent quod quærunt. Sic spiritualiter pauperes: de quibus Esa. 41. Egeni & pauperes quęrunt aquas, id est gratiam mundantē: & gloriam fęcundantem.

¶ Tertio operis perseuerans continuatio, Exemplo pugilis vel militis, qui mediante perseuerantia in bellicis operibus obtinet victoriam, quam quærit. Sic ergo quærite bonum, & non malum. Amos. 5. id est contra tētationes pugnando, & in bonis operibus perseuerando quod notatur in hoc ꝙ dicit: quærite bonum.

Ar. 3. ¶ In hoc vero quod addit, & non
8 malum: tertius notatur articulus, quæ videlicet non sunt quærenda, sed fugienda: & hæc sunt tria.

¶ Primo mundi gloria, honor, altitudo, seu potestas: quia hæc vel sunt quasi vmbra fugitiua, quæ quærētem fugit: vel sunt ita alta ꝙ nullus quærens ea ad libitum inuenire, vel attingere potest. Ergo altiora te ne quęsieris. Ecclesiastici. 3. Ioan. 5. Quomodo potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est non quæritis: id est gloriam, quæ est de profectū virtutum, & de testimonio bonæ conscientiæ. 2. Cor 1. Gloria enim hæc est testimonium cōscientiæ nostrę. Qui vero talia quęrūt, & quilibet qui in talibus proficit, exēplo Samuelis. 1. Reg. 2. Puer autem Samuel proficiebat, & placebat tā Deo, quam hominibus, Et exemplo Christi. Luc 2. qui proficiebat sapientia sua experimētali, secundum sanctū Thomam tertia parte De Christo: quasi in nocte mortis gloriari possunt: sicut operarij vel mercatoris, qui de die multa lucrati sunt. Tunc enim exultent, & lętentur in te: omnes qui quærunt te: in Psal. 69.

9 ¶ Secundo abundantia temporaliū, quæ per nimiā sollicitudinem: vel diuersas vias quæritur cupiditatis: quia talibus modis illam quærere contra Dei voluntatem, & ordinationem. Deus nanque voluit & ordinauit: ꝙ homo viueret laborando in sudore vultus sui. Gene. 3. Hi autem, qui in labore hominum non sunt, sicut vsurarij, latrones, raptores, & qui viuunt, de turpi lucro, & huiusmodi, & per aliū modum viuere quęrunt: nam vsurarij non sudore, sed vsura, & sic de alijs, & mentiuntur talia licita esse, & à Deo concessa. Quos omnes Psal. 4. reprehendit dicens. Filij hominū vsquequo graui corde, vt quid diligitis uanitatem, & quæritis mendacium.

¶ Tertio carnalis uoluptas in gula, & luxuria, & huiusmodi: quia qui talem quærit umbram, lumen gratiæ impedit, & decrescere in eo facit: quia sicut uidemus, ꝙ decresçentibus nubibus, & umbris, calor crescit solis, & claritas augmentatur: Et ecōuerso, ipsis crescentibus, & inter nos & solem se interponentibus, decrescit, & minuitur: ita decrescentibus nubibus carnalitatis, & cupiditatis, crescit & augmētatur calor charitatis, & claritas gratiæ, & ipsis crescentibus minuitur, & obumbratur Hieremiæ. 6. Væ uobis: quia declinauit dies, & prolixiores factæ sunt umbræ uesperi: quia propter hæc abundauit iniquitas, & refrigiuit charitas. Matt. 24. quia omnes quę sua sunt: id est eis secundum carnem delectabilia, quęrunt. Ad Phil. 2. 10

¶ Rapina. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Modi quibus raptore rapiunt non sua sunt plurimi. num. 2. 3 4. 5.*

6 *Rapientium assimilatio & comparatio, & excessus prauitatis. num. 7. 8. 9. 10. 11.*

12 *Rapientium ingratitudo, rusticitas, & proditio. num. 13.*

14 *Rapientium aggrauatio culpæ ostenditur. num. 15. 16. 17. 18.*

19 *Rapientium falsa excusatio. num. 20. 21. 22. 23.*

24 *Rapientium pœna notatur, eiusdemque ratio.*
25 *Certitudo.num.26.*
27 *Latitudo.num.28.29.30.*
31 *Congruitas.*
32 *Et celeritas.num.33.*
34 *Ministeriorum, per quas domini moueatur ad prædam ad vindictam et in omnibus prædictis culpis, & pœnis inuolutio.num.35.*
36 *De morte repentina tyrannorum inanis populi ostenditur exultatio.*

Apinę Primo ali qui ostēdentur modi, & modorum diuersitas. Secundo raptorum assimilatio ostenditur atque comparatio & excessus prauitatis. Tertio ingratitudo, rusticitas & proditio. Quarto culpæ aggrauatio. Quinto falsa excusatio. Sexto pęnę inflictio. Septimo familiæ inuolutio. Octauo de morte raptorum, & tyrannorum inanis populi ostenditur exultatio.

Artic.1. ¶ Quantum ad primum: modi, quibus raptores & tyranni rapiunt non sua, sunt plurimi, quorum tres ostenduntur per illam raptorum fuscinulam tridentem, de qua habetur. 1. Regum.2. Habebat, inquit, fuscinulam tridentem in manu sua, & ponebat eā in caldario, vel in cacabo, & omne qđ leuabat fuscinula &c.

1 ¶ Nonnulli namq; raptorum ideo fuscinulam dicuntur in manu habere tridentem, quia tribus modis quasi tribus dentibus aliena iniuste occupant, & detinent occupata, graue dominium habendo quantum ad subditos, mutuum non reddendo, quantum ad vicinos, munera cupide desiderando, quantum ad vtrosque. Graue vero illorum dominium ostenditur tam in factis proprijs quam in factis ministrorum suorum. In factis proprijs exercetur & ostenditur in extorsione, quam faciunt collectas, seu talliationes vel taxationes à subditis directe vel indirecte petendo. Directe quando vocatis maioribus de patria exponunt eis magnas, quas fecerunt expensas prætendentes causam, vel quæ non est causa videlicet defensionem reipublicæ, uel iustum bellum in quo fuerunt, vel iniustam vexationem eis illatam: vel si est causa frequenter concausa est inter duas vel tres alias forte minor: quare multa expenderunt vel magnam sustinent pecuniæ inopiam: quia si bene computarent quantum, & quotiens expenderunt in superfluo magnorum equorum, & robarum apparatu in torneamentis, & hastiludijs, in excessiuis festis, in nouitatibus, in magna retinentia, habenda pro tempore pacis & belli de illis, qui nunquam eos in bello iuuabunt, etiam si necessitas illorum auxilium requireret, in donis magnis dandis his, qui circa eos sunt, inuenirent forsitan, quòd aliæ sunt paupertatis, & rapacitatis illorum maiores causæ, quam illa, quam ostendunt, uel saltem illa quam prætendit, nulla foret si aliæ non essent: quia pro iustis expensis non egerent, si nullas iniustas facerent.

¶ Tali ergo vel talibus causis ostensis adiutorium petunt, immo potius extorquent, vel rapiunt: quia non ad voluntatem dantium mediocrem: sed ad uoluntatem propriam magnam pecuniæ summam habere volunt, paruam ab vna villa vel vico eis oblatam refutantes.

¶ In factis verò ministrorum suorū idem ostenditur in hoc, quòd nimis graues emendas, & amerciamenta irrationabilia imponunt delinquentibus, quorum quilibet insidiatur, vt rapiat pauperem In Psal.9. Secundo dēte multa capiunt, & mutuantur pro quibus quandoque tallias: sicut patet. B.2.24. quandoque fidem: quandoque falsum impignorant promissum, quæ omnia æqualiter deobligant, & acquietant: quando videlicet quilibet 2

alteri debita soluit Psal. 36. Mutuabitur peccator, & non soluet Micheę 7. Princeps postulat & iudex in reddendo est dicens, quòd non tenetur secundum interliniarem. Et tam torno vultu debita petentes respiciunt, & tam duris verbis inuadunt, quod vix audent debita petere, quæ si petierint, irascuntur, & ad inimicitias conuertuntur, malum pro bono, & odium pro dilectione reddentes, quod videntes creditores finaliter post multa tædia, & labores, petierunt medietatem remittere, vel dare, vt aliā habeāt medietatem, siue de hoc ꝙ eis vendiderunt, vel mutuauerunt, siue de quocunque contractu debitores sint. Si emant animalia, vel alia victualia: item ea ad regias præsas habere volunt, ꝙ pro animali quod valet decem vix dabunt quinque. Quod insuper eis mutuatur videtur eis, quod sit datum vel totum, uel medietas: & si aliter uiderint rem se habere, ad inimicitias cōuertuntur, quod pulchrę ostensum est, quo ad omnes istius processus partes. Eccl. 29. Solidi, inquit, uix reddet dimidium, & computabit illud, quasi inuentionem, sinautem fraudabit illum pecunia sua, & possidebit illum inimicum gratis, & conuicia & maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam: ergo ne commisceamini fornicarijs, aut auaris, aut rapacibus. 1. Cor. 5.

Sed heu aliqui cum eis in prædictis commiscent societatem inuiti: quia ipsis inuitis & nolentibus bona illorum emunt sicut placet eis.

¶ Aliqui uero nolentes: sicut illi mercatores, & huiusmodi, qui eis multa vendunt carius ratione ditationis, qua cupiditate ducti frequenter totum amittunt, nam violenti rapiūt illud Matth. 11. Et istis non est multum compatiendum: quia usuræ cupiditas illorum causat miseriam.

¶ Alij ex euentu contingenti, seu fortuna cum eis societatem habent, & uicinitatem, & per participationem: Sicut contingit quandoque in diuisione alicuius hæreditatis, uillæ, dominij, uel manerij, quod diuiditur inter filias, & alia occasione quacunque, ex qua diuisione postea contingit tyrannum unam habere portionem, & fidelem aliam. Vel sicut quandoque contingit in emptione, & uenditione, uel alia quacunque perquisitione, qua tyrannus iuxta terram uel dominium acquirit. Ex tali enim fortuna frequenter fideli & simplici contingit infortunum: quia ex quo tyrannus tantum cum eo habet uicinitatem, & participationem uoluntas, uisus, & posse nunquam cessabunt illum de parte sua excludere, & ad hoc diuersas & maliciosas excogitant uias: quandoque namque uicinum tantum uexant faciendo ipsum indictari uel accusari, & per uilas dominis & iudicibus deferri, & atachiari, & incarcerari, quòd oportebit illum eis hæreditatem uēdere: quasi pro nihilo uel obligare, qua obligata sic malicia fortificabunt partem suam quòd nunquam illam recuperabunt. Tali non dabitur Deus partem in cęlo cum sanctis simplicibus, & fidelibus, ne forte omnes participes suos de cęlo cuperet excludere, sed in inferno cum raptoribus, & dæmonibus dicens illud Abachuc. 2. Suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis. Tertio dente munera, pēsiones encenia, dona, & curialitates ab omnibus cupide expectāt, præstolātur, & recipiūt, atq; per nuncios mutos: id est tędia, & uexationes: uel quādoque per mediatores loquentes, & dicētes oportet, ꝙ aliquid detis annuā uidelicet pēsionē tot solidorū uel aliquid huiusmodi extorquēt, quod si facere noluerint cogitāt eos tangere, qñ tēpus uiderint & locū, & hoc qñq; aperte suis balliuis dicit, atque ministris, ut uidelicet oculum ad talem habeant in malū, & nō in bonū occasionē quærētes qūo ei nocere potuerint. Et sic teste Deo Mich. 3. Si quis nō dederit in ore eorum quippiā, sanctificat 3

erat super eum prelium. Tales elegātur significantur, & ostenduntur per Nabuchodonosor Iudith.1.& 2.quia sicut ipse contra multas gentes bellum leuauit: quia ad eius requisitionem ei seruire uel tributam munera dare noluerūt, sicut nec tenebant. Ita unus tyrannus uel talis patrię ductor mittet ad aliquem fidelem uel aliū, quòd sibi seruiat: id est ꝙ sit secū tali die in comitatu vel curia ad iuuandum partem suam in negocio, vel duodena vel assisa, vel in parte, quā contra aliquem forte vi, & armis & multitudine faciet, vel prædicta munera & huiusmodi a uicinis suis desiderabit, ad quę ipsi non tenentur. Si primi conscientiam de falsa parte habentes uel per aliquē alium timorem se excusauerunt & ei seruire noluerint & secundi ei tributa dare refutauerint ad modum dicit tyranni Nabucodonosor saraceni contra omnes aperte vel occulte tanquam contra hostes bella leuabunt modis, quibus poterunt eis tædia inferendo, thesaurizantes iniquitatem, & rapinas in ædibus suis. Amos 3.

4 ¶ Ex qua cupida thesaurizatione, & congregatione unum notabile, & damnosum sequitur malum illius uidelicet prophetiæ impletio qua dicitur Esaiæ 1. Principes tui infideles, socij furū, omnes diligūt munera, ꝓpter quę triplicem uel unā de tribus, ut cōmmuniter eis exhibent societatē, uel eos de roboris retinentia, & familia retinenda uel eos supportando & iuuando, ne puniantur uel suspendantur, quis est tam fortis latro, vel vbi inuenitur, quæ propter munera a potentibus, & falsis nunc iuuari nō poterit, uel punitionem negligendo. In quibus casibus de uniuerso dāno ꝑ malos illos facto, corā Deo respōdebunt. Et tūc sicut socij fuerūt in culpa sic erūt in pęna: quæ sicut dicit Apostolus. 1. Cor. 6 Neq; auari, quātū ad principes infideles, uel alios falsos munera a malis recipiētes, neq, fures quantū ad munera talia dātes de furto & de malo ꝑquisito, neq; maledici. i. talium falsitatū & factorū & donorū ꝓlocutores & mediatores, neq; rapaces regnū Dei possidebūt. Et tūc sicut dicitur Zach. 5. Oīs fur sicut scriptum est: iudicabitur. Glo. i. dānabitur, & veniet ad domū furātis mēdaciter: id est ad domū iurātis, vel iuramētū falsum procurātis pro furis liberatione, vel furem supportantis. Et ad domum furis. Glo. vindicta. Quomodo eñ tunc. i. in morte vindictam ęternā euadere possent, q oīa ablata ꝑ illos, quos retinuerūt vel iuuerūt vel nō puniuerūt restituere, & de oībus dānis illatis satisfacere tenētur, & nō faciūt: Quod eñ adhuc oīa, tenētur patet, quia si nō resistētes latronibus, & aliis malefactoribus ad restitutionē tenētur: sicut patet ꝑ rationabiles cōsuetudines & leges. P 113. 50. Et ꝑ illos versus in qbus cōtinentur: qui restituere tenētur Iussio, cōsiliū, cōsensus, palpo recursus, Participās, mutus, nō obstās, nō manifestās, a multo fortiori rōne supportātes vel iuuātes, vel nō puniētes cū punire possent: Quod aūt nō sic restituūt, nec satisfaciūt notissimū est: ergo illorū dānatio iusta est, qui nō dimittitur peccatū, nisi restituatur ablatū: ꝙ quia nō faciūt, dñs cōteret dētes eorū in ore ipsorum: in Psal. 7. Patet ergo quomodo raptores sūt fuscinula diaboli tridētata signati ꝑ vrsum qui tres ordines dētiū hēt in ore suo Dan. 7. Et ostēsi cū factis suis & rapine suę modis ꝑ ꝑdictos ophni & phinees: qa sicut de illis seu de ministro illorū dicitur. 1 Regū 2. Omne ꝙ leuabat fuscinula tollebat: supplē quasi suū: Ita de istis & reputatione illorum dici potest illud. Numeri 31. Vnusquisq; eñ, quod in prędą rapuerat, suū erat. Quia quātum prædictis 5 modis, vel quibuscūq; alijs modis: sicut rerū inuētarū detētione, quarū tamē detentor dicitur raptor. 14. q. 5. si quid vel rerum naufragantium occupatione, de qua C. 8. ar. 5. & 6. vel vsurarum

sarum feneratione; nam vsurarum fenerator dicitur raptor. 14. q. 4. si quis vsuram, vel inferiorum contentiones de qua dictũ est. I. 6. 29. Iudex nanque qui alienum iurgium reputat prędam suam, prædo dicitur. C. ad leg. Iuli. repetũ. li. 2 l. omnes: vel quibuscunque alijs vijs, vel maleficiis occupare poterunt, totum suũ reputant sine culpa & periculo, dicentes & allegantes, si domini sint, & per ministros suos vel patriam aliqua occupant, de quibus cõmemorantur, ꝙ male illa acquisierũt, bene conueniat eis qui me hoc habere fecerunt, ego habeo legem pro me, si aliquod sit periculũ ipsorũ sit, quid ad me? Sic respondit quidã dominus satis trade, quem quidam diues fecit heredẽ suũ: quia aliter eum suspendisset propter porcum furtiuum, quem quidẽ latro ad domũ illius diuitis de nocte adduxit ad procurationẽ vnius baliui prędicti domini, qui sciuit ꝙ dominus illius diuitis hereditatẽ desiderauit, quã maliciã idẽ latro ꝑ alio furto postea suspẽdẽdus fatebatur. Nec tamẽ tyrannus, quòd sic acquisiuit restituit, sed modo prædicto respondit. Ministri vero, & alii rapinarum & falsitatũ mediatores econuerso dicunt allegantes, ꝑ eius ꝙ ipsi sine periculo sunt: quia si habent auantagiũ scilicet domini, quibus talia acquiruntur, habebunt & periculum: quia qui habet honorẽ, habebit & onus. Sed in curia Dei in vltima ratione reddenda periculum & pęnã inter se diuident. Domini rapaces partem suam habebunt: quia tales ministros falsos dilexerunt, per quos talia acquirere cupierunt, qui licet legem terrę pro se habeant, & iuditiũ seu sententiã: quia tñ legẽ superioris curię Dei pro se nõ habent, sententia data inferiori curia in superiori reuocabit. Ministri vero partẽ pęnarũ portabũt: quia talib⁹ medijs & falsitatibus, & magnis, & malis ꝑquisitis cupidis dñis placere nituntur. Sciũt nãque ꝙ dñi tales amant ministros, q plus reportare sciunt. Et ideo intantum quotidie in falsitatibus, & cautelis, & bonis consuetudinibus deprimendis, & malis inueniendis suptiliãtur, vt plura reportare, & dominos suos plura lucrari faciant, quam alij, qui fuerunt ante eos, ꝙ vix potest simplex vel fidelis terram habere iuxta illos: quin cautelas inueniant, & dominum informent, quomodo ipsum acquirere possit: iterum vix potest quia delinquere: quin vltra iusticiã puniatur non considerantes: quòd ad restitutionem tenentur omnium, quæ dominus, vel domina per eos male acquirit, quamuis de hoc nullum habeant emolimentum, sicut per prædictos patet versus supra. e. c. 4. Iussio &c Quãdo, ergo eis in foro pęnitentiæ restitutio iniuncta fuerit, sicut deberet si veraciter & discrete confiterẽtur, vadãt ad dominos illos & videant quã breue ab eis habebũt responsum, & finaliter inueniẽt: ꝙ alia responsio, vel restitutio non erit nisi ꝙ domini capaces cum talibus ministris suis ęternaliter damnabuntur semper sibi mutuo maledicentes. Sicut patet A. 27. 42. quia rapinas meditatur mẽs eorũ. Prouer. 24.

¶ In quibus non tantum assimilatio, vel comparatio, sedem prior cõditio, quã in multis aliis rebus habentibus conditiones malas inuenitur. Artic. 2.

¶ Primo nanque inter feras, & aues prędales leoni in aliquo assimilantur & aquile, & in aliqua conditione illorũ excedunt rapacitatem: Assimilantur enim eis in hoc sicut dicitur isti prædam rapiunt; & saciati alijs animalibus, & auibus rapacibus partem diuidunt, residuum, seu derelinquunt; nullam verò prædam appræhendentes de animalibus & auibus sequentibus prædam suã faciunt: Sic isti multis modis prædam rapiunt a pauperibus, & ab alijs quibuscunque, nihil dimittentes de contingentibus, quod per fas vel nefas per infamiam, vel bonam famam habere possunt, de qua præda cubile suũ reṗlẽt ad modũ leonis, Aquila

nis, de quo Naū.2. Leo cepit, & impleuit cubile suum rapina. Quia sicut
Leo. leo cubile suū replet rapina pro se, & leęna, & leunculis: ita isti instaurāt maneria auro, & argēto, equis & robis, & valorū varietate, ędificia alta eleuant, possessiones multas acquirunt ꝓ se & vxoribus & filijs, & nepotibus, quibus cum hæc omnia ostēdunt, & ostentant gloriantes de hoc, ꝙ sunt de numero illorū, de quibus in Psal.72. Peccatores, & abundantes in sęculo obtinuerunt diuitias, veraciter respōderi posset dicendo illud Esa.3. Rapina pauperis in domo vestra.

¶ Istam vero prędam inter feras & aues prædales sequentes participant, quando diuitibus malis & ministris, & aliis rapacibus festa faciunt, & munera atque mercedes dant de talibus perquisitis: Super ista verò animalia, & aues sequentes tunc redeunt, & de eis prædā faciūt, & cochlear panis seu paneum, per quod prius alia deuorauerunt, deuorant quando contra balliuos & alios ministros, bilas accipiūt, & eos incarcerant, vel durissime mulctāt, de qua mulcta nūquā spoliatis, & bilā dātibus obolū restituēt. Vel quādo ꝑsenectutę vel morte, vel alio impedimento amplius villicare nō poterunt, tunc propter cōpotum non datum, vel cū multis arreragijs male datum, uel propter aliam occasionē excogitatam omnia capiuntur in manu domini. Vide. M.8.38. de quibus verificatur illud Esa. 33. Vę qui prędaris, nonne & ipse prędaberis.

¶ Viso in quibus cōditionibus sunt
7 leoni & aquilę similes, videre restat in quibus ferocitatem & rapacitatem illorū excedunt. Pro quo est aduertendum. Quod primo pro tāto crudeliores sunt ꝙ leo dicitur parcere prostratis sicut ostensum est. C.16 18. Et sanctis viris sicut patet de Daniele, & in miraculis sanctorum, quod isti non faciunt. Ideo ad designandum maiorem in leone gentium crudelitatē & maliciā, quā in leone bestiarū, signāter propheta quālibet raptorē assimilat dicens. Ezec.32. Leoni gentiū assimilatus es. secundo: quia leo de magnis animalibus & rapacibus prædā suā facit, sicut de vrso & huiusmodi. Isti vero econuerso libentius simplices inuadunt, & de eis prædā cōmunius faciunt, de potētibus, & rapacibus, qui resistere sciūt, & possunt nihil faciunt: quòd tamē crudelius, & grauius est peccatum. Propter quod de eis verificantur: & potest dici illud 2.Reg. 1. Leonibus fortiores non in vera sed in crudeli fortitudine.

¶ Tertio: quia leo & aquila & huiusmodi animalia rapacia aliquando præda satiantur, & pro tunc quiescūt, & prædā nō capiūt nec venantur. isti Aquila.
vero diuitijs, & rapinis nunquā satiātur, quin semper corda cupidorū plura cupiant, & quærāt, Et quāto plura capiunt, & rapiunt tantò plura concupiscunt, & in maiori vel sunt, vel se esse opinantur egestate, de quibus Prouer.11. Alij rapiunt nō sua, & semper in egestate sunt. Cuius rei rationem vide. A. 27.4.

¶ Secūdo lupis in aliquibus assimilantur conditionibus, & in aliquibus 8
eorū excedunt feritatem

¶ Primo in hoc eis assimilantur: Lupus.
quia sicut lupi modo & natura sua quandā contra canes, & oues faciunt confederationem, & conspirationem, dum sero vlulāt in aliquo certo loco ad conuocandum plures ut multitudine & fortitudine fortius canibus resistant pastorum, & crudelius, & audacius oues inuadant, & destruant. ita raptores iniusti, adulteri. Lucæ. 18 inter se cōfederationes & cōspirationes faciunt, quomodo nō tantū canibus .i. ecclesiæ prædicatoribus, sed etiā quomodo ipsis pastoribus in omnibus resistant, & quomodo oues ad modum spinarū lana spoliāt sicut ostēsum est. F.1.9. Sic ergo ululant, ut resistant, 1 & occidant, uel spolient: quando enim unus patriæ, ductor, uel quiscunque falsus duodenarius, uel alius quiscunque

cunque loquitur cum alio vt innocentes opprimat, vel aliquibus damnum inferat, vel vt nocentes liberet, & supportet. Nonne lupus lupo vlulat, vt simul ouem occidant, vel spolient, & alium lupum audaciorem faciant ad amplius nocendum. Sic de illo qui de quacunque causa alium informat de falsitate, vel rogat, vel mercedem ei promittit. Talis enim vlulat ut summo resistat pastori, qui dicit se viam & veritatem. Sic de mercatoribus, qui conueniunt de vno precio vendendo: Sic de ductoribus patriæ, qui conueniunt inter se de lucri participatione. Omnes isti & his similes. Soph. 3. vocantur lupi vespere, qui nō relinquebant in mane. Lupi inquit uespere quia sicut lupi, qui de die latitabant in absconditis, in uespere famescunt, & ad prædam ululant: ita isti semper famescunt, & non relinquunt in mane. Ad cuius verbi dederationem est notanda fabula, quæ continet, q lupi de sero in unum locum conuenientes, & ad quoddam ouile properantes ordinauerunt inter se in eundo quomodo oues omnes deuorarent, ita quòd nullum residuum carnis uel pellis, vel lane relinquerent, quorum vnus dixit: quod ipse uoluit lanam, alius quòd ipse uoluit pellem alius quod ipse uoluit carnem, quibus dictis, & factis de quanto rapere & spoliare potuerunt nullum residuum dimiserunt usque mane. Sic magnis raptoribus per patriam transeuntibus, uel in aliquo loco cum familia sua rapaci morantibus, dum quilibet illorum, qui uult, & potest ab omnibus capit, inter quos dum aliqui multa capiunt, nihil soluunt, nisi tallias dum alij sicut hauenarij, & alij prouisores bona capiunt ab uno duos solidos, ab alio duodecim denarios, & sic à cęteris, quantum à singulis capere possunt, ut de rebus in domibus dantium iuuentis nullā prouisionē faciāt: sed ad uicinos transeant dum ribaldi, & alij malendrini in domibus in quibus, uel iuxta quas hospitātur uel transeunt, gallinas, & quicquid vastare possunt uastant, dum iterū magni baliui, & eorū vxores, & filij, & familia quilibet vice sua, & non suo colligit, & capit quicquid capere potest, quid potest ouibus remanere, nisi miseria & paupertas? Et sic sunt lupi vespere famescentes, nihil quod capere possunt derelinquentes, dum maior maiora, & minor minora, & quilibet quantum malicia sua inuoluere potest capit. Quorum tam factū nepharium quam iudicium iustum recitatur. Mich. 4. Audite, inquit, principes Iacob, & duces domus israel, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, carnem eorū desuper eorū tunc clamabunt ad dominum, & non exaudiet eos, & abscondet faciem suā ab eis in tempore illo sicut nequiter egerunt in adinuentionibus suis: quia sicut dicitur Ezech. 22. Rapiebant violenter egenum, & pauperem ad modum, vt prædictum est, luporum de quibus prædictum est. Actuum 20. Intrabunt in vos lupi rapaces, qui nō tantum vt prædictum est, sed quod peius est, luporum excedunt in damno faciendo potestatem, & damni illati magnitudinem, quia lupus vorax ad ouile veniēs vnā ouē, vel magnā partem vnius ouis comedit, Alias licet plures strangulauerit, ibi tamen corpora earū domino dimittit: isti vero non tantū vnā, sed forte decē vel viginti rapiūt, vel saltē valorē nullā dn̄o dimittentes: sicut patet in regia Prisa, quando victualia capiunt pro domo principis: & non tantum oues, vel alia animalia minora, quæ lupi capere solebent rapiunt: sed etiam maiora, sicut equos, & boues vniuersas insuper, & pecora cāpi. Præterea lupi hominibus nocēt, si pecora illorū negligēter custodiātur: isti vero illis nocēt, q huiusmodi habēt animalia quātūcūq; diligēter custodiātur, & ēt illis, q huiusmodi non habent animalia, dūmodo aliquas habeāt possessiones, vel alia

Exēplū. Fabu.

alia bona, quę amittere possunt. Quorum raptorum iusta damnatio ostenditur. 2. Regum. 12. per iudiciū quod Dauid rex dedit de vno sceleroso, cuius culpam ostendit Nathan Propheta in hoc: quod cum boues, & oues haberet plurimas, vnam solam quam vicinus suus habuit abstulit, propter quod rex ad Prophetam dixit eum esse virum mortis. Qui ergo hoc dixit diuina illuminatus intelligentia de illo, qui vnam abstulit ouem, cum multas haberet, quale putatis iudicium Deus dabit, qui tale tunc dedit iudicium per Prophetam suum, de his qui multas habent terras, & redditus, & multa castra, & maneria, & qui deberent multas habere diuitias, & thezauros nisi illorum stulticia, & superfluæ obsisterent expensæ, & a pauperibus oues, vel boues, uel quæcunque alia auferunt uel capiunt & non soluunt. Nonne tales dicet, & iudicabit esse dignos morte, quia sicut dicitur Prouerb. 1. Animas possidētiū rapiunt. De prędictis leonib⁹, & lupis simul dicitur Soph. 3. Principes in medio eius, quasi leones rugientes: quia rugiunt super magistros, qui magnā non reportant prædam, & super alios, qui larga eis non dant munera, vel encenia rugiunt vel saltem multum ostendunt rugitum. Sequitur Iudices lupi vespere non relinquebant in ma-
10 ne. Tertio licet in conditionibus pluribus assimilantur piscibus, & illos excedunt in voracitate: sicut potest ostendi per dicta. A. 12. 5. tamen inter illos specialiter Lucio assimilantur, qui lupus vocatur aquarum, & ipso minus habent, vel ostendunt in factis scilicet rationis: sicut eleganter ostenditur per quosdam versus factos de quodam raptore: qui Lucius uocabatur. Lucius est piscis rex, & tyrannus aquarum, A quo discorda Lucius iste parum. Hic homines deuorat: hic piscibus insidiatur. Esurit hic semper, hic aliquādo satiat. Amborū meritas, si lanx equata libraret, Plus rationis habet, qui ratione caret.

¶ Quarto assimilantur & excedunt conditionē spongie: quia sicut spongia ex omni parte aquas trahit & recipit; quas compressa emittit: ita isti ex omni parte, quæ possunt rapiunt, & recipiunt, sed nec infirmitate compressi illa restituūt: ergo quæ in morte scilicet est spes hypocritæ: si auare rapiat. Iob. 27. Quinto illi stulto assimilantur, & in fatuitate excedunt, de quo dictum est. P. 7. 21. qui semper accipere uoluit de panello; ita isti pro omni negocio, siue pro proprijs & superfluis expensis, siue ꝓ filij militia, siue pro filię matrimonio, siue pro qubuscunque alij expensis faciendis, semper accipiunt de panello pauperum subditorum, ipsosque cum omnibus alijs agendis, sicut cum alijs cibarijs panem consumunt. Vnde Psal. 11
14. Deuorant plebem meam sicut escam panis Sexto assimilātur belligerantibus: sicut patet. M. 8. 18. ipsorumque excedunt prauitatem: quia sicut dicitur Iudic. 21. Non rapiunt eas iure bellantium, propter quod in morte de quolibet illorum uerificatur illud Iob. 5. Ipsum rapiet armatus, idest, diabolus, qui est armatus malicia seu armis maliciæ sub quo militāt. Septimo ipsis assimilātur demonibus, ipsorumque superant maliciam. Primum patet: quia sicut ipse primis demon deitatis raptor, atque ordinis raptorū fundator, & institutor cū complicibus suis rapere uoluit ī cęlo diuinitatem seu deitatē: ut esset similis altissimo: sicut patet Esa. 14. ut uidelicet maioris quā Deus ordinauerat esse potentiæ que haberet honorem, & gloriā. Sic isti, qui de ordine regula, & fundatione suas sūt, atque professione multa rapiunt, congregant, atque uarijs ac scrupulosis modis acquirunt: ut maiorem habeant in hoc mundo potentiam, gloriam, & honorem, quàm Deus ordinauit, quorū regula ad quam profitentur scribitur. A. 12. 4. Et incipit. Bona gente &c.

Ad quam plures recipiuntur, puresque profitentur, & quandiu possunt vsque ad mortem tenent, quam regulam quantumcunque ab ecclesia approbatam. Nec mirum, quia ista regula sine raptorum ordo fuit primo inuentus in cęlo scilicet in nobilissimo loco, & a nobilissima creatura scilicet à lucifero summo Angelorum ac supremo. Sed heu propter finem mirũ est, ꝙ tot habet sequaces. nam finis totum confundet, quando quilibet raptor ab ipso rapietur, vt semper cum ipso sit in domo sua inferni, de cuius ordine hic semper fuit dum vixit Iob. 27. Tollet eum uentus vrens. i. infirmitas & mors & velut turbo rapiat eum de loco suo scilicet diabolus. Secundum quòd videlicet dęmonum credunt prauitatem, ostẽditur. Primo: ꝙ ipsi quos affligunt in loco tormentorum affligunt. i. in inferno, qui vocatur locus tormentorum Lucæ. 16. Secundo quia ipsi non torquent nisi malos: ipsi vero hic homines torquẽt, vbi nõ est ita congruus locus pro tormentis sicut infernus, & plus frequenter bonos, quam malos. Tertio quia ipsorum punitio demerita non excedit punitorum: quia in inferno nulla est iniusticia: nullus enim ibi iniuste, punitur: isti vero frequenter, plus respiciunt ad pecunias colligendas, quã ad culpas corrigendas. Dæmones puniunt culpas: isti ex culpis colligũt pecunias, propter quas datas eos frequenter punire dissimulant, vel propter quas non datas frequenter vltra rationem puniunt, & vltra demerita delinquentium, & pro tanto illorum curia peior est inferno. Nota. D. 12. 26. Sed omnia ista redimere inaniter credunt oblationibus, & eleemosynis, quas repræhendit Deus Malach. 1. Intulistis, inquit, de rapinis claudum & languidum. Nota plures assimilationes illorum. A. 14. 17.

Art. 3. ¶ Qui primo rusticitatem committunt, quantum ad Deum, quem quantum in eis est, furti vel rapinæ faciunt receptatorem, dum ei talia dant vel offerunt, quæ restituere deberent spoliatis.

¶ Secũdo inciuilitatem cõmittunt apud mũdũ, & apud omniũ venatorũ, & apud illorum qui in auibus cęli ludunt educationem. Nam sicut contra omnium istorum artem & educationem esset assuefacere nobiles canes vel falcones scilicet ad *capiendum* animalia domestica: sicut oues & *bo*nes, vel gallinas, vel capones: quia ars illorum, & educatio vult ꝙ indomita capiant atq; siluestria: ita contra nobilium statum & contra omnem bonũ statum, & omnem bonã educationem est, quod nobiles, & potentes, qui gladium potestatem, atque terras, & redditus quasi stipendia accipiunt ad vindictam malorum: id est ad venandum malefactores & capiendum, & puniẽdum reos, quasi animalia siluestria intendant captioni, venationi domesticorum, & afflictioni, & rapinæ simplicium. Tales non tantum contra educationem sed etiam contra Ioannis Baptistæ prædicationem multum cõmittunt Lucæ. 3. Neminem, inquit, concutiatis, neque calumniam faciatis, sed contenti estote stipendijs uestris. De quibus si non sint contenti, sed aliena per rapinam vsuram uel deceptionem, vel quamcunque falsitatem acquisierint, quisquis illos à proditionis periculo poterit excusare. Si enim rex alicui filiorum suorum cõmisisset custodiam stipendia dans ei congrua, pro tali custodia & filijs etiã aliqua pro sustentatione illorum, minus tamen quam custodi, si ille custos suis stultis expensis, stipendijs filios regis de sustentatione sua spoliaret, quis à proditionis, & magnitudinis vicio illum poterit excusare, & quãto plura recepisset stipendia tanto maiorem hoc faciendo committeret ingratitudinem, falsitatem, rusticitatem atque proditionem. Sic in proposito filij, regis cęli sunt populares, & alij simplices potestatibus sublimioribus subiecti,

biecit, de quibus in Psal. 81. Filii excelsi omnes. Maiores vero domini sunt eis ad custodiam deputati, ecclesiastici ad animarum, & seculares ad custodiam corporum. Filiis vero simplicem sustentationem: Istis vero maiorem terrarum & reddituum dedit promotionem, & potestatem pro stipendio custodiæ & laboris. Si ergo isti stipendia sua superflue expendant, vel auare detineant, & subditorum filiorum sustentationem per quantũcunque viam malam acquirant, nõne ingrati sunt proditores, & quanto plura quasi stipendium a Deo receperũt tanto maiorem committunt ingratitudinem, atque proditionem: Caueant ergo & diligenter excogitent, quid Deo responsuri sint, qui plura a Deo acceperunt & largiora dominia, atque terras & redditus, & plus viuunt de bonis alienis, plusquam populum Dei, immo Deũ in populo suo, a quo omnia, quę habent receperunt rapinis & duro dominio atq; grauissimo iugo & ægyptiaca affligunt seruitute ad modum Iudæorum, & Pilati, qui fortitudine & potestate a Deo acceptis, Deum crucifixerũt. In quo facto satis plane ostenditur quod illi, qui plus a Deo acceperunt quique plus habent de terra plus Deum contemnunt & minus de cœlo curant: immo non videntur credere quod sint Deo subiecti vel ad cęlum ordinati, vel ꝙ subditorum data sit eis potestas non ad gubernationem, sed ad spoliationem: qua quidem abutuntur contra Deum & subditos illa priuabuntur. Et erunt sine omni potestate debiles in morte, & vsq; in ęternum & vltra. In morte nanque erunt sicut dicitur Oseæ 13. quasi nubes matutina: quia sicut nubes matutina solis ardore adueniente dissoluitur: ita isti superueniente ardore mortalis infirmitatis. Sequitur & quasi puluis turbine raptus ex area. Ecce illorũ tunc debilitas, & non resistendi impotentia: quia sicut puluis de area rapitur & in lacum proiicitur. Ita illi qui alia rapuerunt de lecto mortis rapientur & profundum laci.

¶ Et iuste quidem, quia multa sunt, quæ in nonnullis illorum peccatum rapinæ aggrauant, & illud graue esse ostendunt, & quæ in omnibus raptoribus statum illorum multis aliis malefactoribus monstrant esse periculosiorem. Circa quem articulum. Primo ostẽditur quid in magnis regibus vel principibus. Secundo quid in omnibus raptoribus culpam aggrauat atq; aliis peccatis grauiorem esse ostendit. Tertio quare peccati sui periculũ non sentiunt, neque vident. Primum patet ex periurio, quod rapiendo incurrunt. Rex namque rapinas cohibere tenetur, & ad hoc in coronatione iurat, ut custodiat pacem & concordiam in populo, & leges, & consuetudines bonas conseruet, & ut misericordiam & iusticiã, quantũ potest faciat, quod iuramentum non tenet nisi rapinas cohibeat & raptores puniat: quia aliter iusticiam non exercet, nec ad illius pertinet societatem, de quo Hieremiæ 23. Regnabit rex & sapiẽs erit & faciet iudiciũ & iusticiã in terra, si ipse, vel sua familia, sua negligẽtia vel voluntate subditorũ bona tollat. Sicut dicitur Eccl. 41. Auferẽdo partẽ & nõ restituendo. Cui non solũ improperari potest illud ad Rom. 2. Qui prædicas. i. qui cohibere debes nõ furari, furaris: immo quod peius est: q iuratus es nõ furari, furaris: quia dicit lex, qđ nullus improbior fur, quã qui rapit. Instit. tit. 3. de vi bo. rap. §. quæres. libr. 4. Patet ergo quod periurium illorum aggrauat delictum. Secundo istius culpæ grauitas in omnibus raptoribus non tantum ex prędictæ legis ostenditur verbis: verum etiam ex raptorum factis in quibus grauius peccare monstrantur quam fures: quia illi mobilia, isti uero per falsitates & potestates & vsuras immobilia auferunt: illi pro indigentia, isti pro superfluitate rapiunt, propter quod dicitur vel dici potest, illud Hiere. 49.

Artic. 4. 14 15

Si fures de nocte rapuissent sufficeret sibi, &c.

¶ Grauius etiam quam homicidæ: quia licet vterque tam raptor, quàm gladiator occidant: diuersimode tamen & cum maiori pœna raptor, quam gladiator. Quod enim raptor occidat patet. Eccles. 34. Panis, inquit egentium vita ipsorum, qui defraudat illum uir sanguinis est. Et Eccles. 34. Qui aufert in sudore panem quasi qui occidit proximum suum. Quod etiam gladiator occidat, quotidianum docet experimentum. Quod uero diuersimode occidant patet: quia vnus fame, alius gladio. Quod insuper raptorum occisio granior sit ostenditur. Threñ. 4. vbi dicitur. Quod melius fuit occisis gladio, quàm mortuis fame: quoniam illi statim mortui, sunt isti extabuerunt consumpti a sterilitate terrę.

¶ Secundum quod peccatum rapinæ in omnibus tam in principibus, quàm etiam in alijs aggrauat est diuinum præceptum, contra quod faciunt, sicut patet per decretum, in quo continetur, quod rapina prohibetur in præcepto de furto non faciendo: quia rapinam non permisit, qui furtum prohibuit. 24. q. 5. pœnale.

¶ Tertium quod peccatum illorum aggrauat est culpæ raptorum indebilitas. Raro enim vel nunquam uisum est, quod ablata restituerent ergo, raro vel nunquam visum est, quod culpa illorum esset dimissa: quia non dimittitur peccatum, &c. De illis vero qui forte raro restituunt dici potest illud. Amos 4. Facti estis quasi torris de incendio raptus.

16 ¶ Quantum uero ad tertiam partem istius articuli tria ostendere restat. Primo quod cupiditas plura habendi vel retinendi, vel habere, vel retinere vera quàm deberent est caussa quare raptores, & auari periculum suum non vident. Secundo quod cæcitatem suam ore negant, sed illam opere ostendunt. Tertio quo duce tales cæci ducuntur. Primum patet: quia sicut cęcus periculum ante pedes latens non uidet: ita igne cupiditatis excęcati; de quibus in Psal. 57. super cecidit ignis, & non viderunt, periculum suum non vident. Ex qua cęcitate vnum magnum sequitur malum, quod videlicet ad modum cæci omnia vendicant. Sane sicut cæcus a se ipso vel alio cæco duct⁹ omnem viæ vendicat partem, & nunc ad vnam, nunc ad aliam partem indirecte, & nunquam uel raro directe pedes vertit, pluraque pedibus quam videns inuenit: ita isti cupiditate excæcati, nunc ad vnam, nunc ad aliam partem terrarum, & rerum proximorum suorum concupiscenda se diuertunt, & quot pedibus affectionum se objiciunt, vel occurrunt, vel ostendunt quasi sua inueniunt vel inuenire concupiscunt. Vnde si statum suum bene considerarent opponenti de eorum rapacitate respondere possent. Sicut respondisse fertur quidam mimus, quæ optimus fuisse fertur dictorum elegantium & rithmorum pulcherrimorũ inuentor, a quo cum postmodum cæcus & antiquus effectus esset, quidam nobilis ad cuius curiam more minorum ducatu declinauit quæsiuit si esset ita bonus inuentor sicut esse solebat: intelligens quærere de inuentione dictorum rithmorum & talium, quæ ad mimorum pertinent leuitatem. Qui statim respondit, quod multo melior inuentor fuit cęcus, quam uidens: quia nunc, inquit, cęcus ollas pelium: & quęcunque sunt ante pedes meos inuenio: ita isti cupiditate & rapina excæcati multo plura inueniunt, quã inuenirent, si essent spiritualiter uidentes, quam etiam alij mente videntes inueniant: quia quicquid ante pedes affectionis, vel desiderij occurrit, vel cupiditati illorum se ostendit, vel tanquam suũ inueniũt Exẽplũ.

uel inuenire concupiscunt. Et sic sicut cæcus corpore nunc ad vnam partem, nunc ad aliam se mouendo omnem partem vendicat, & multa inuenit pedibus: Sic cæcus mente dicens illud Iob 20. Mens mea in diuersa ra-
17 pitur. Sed hanc cæcitatem ore negant
Exem. ad modum cuiusdam mulieris cæcæ, quæ Apexes vocabatur, de qua scribit Seneca ad Lucilium, quod semper negauit se esse cæcam asserens alios, qui ipsam dixerunt cęcam esse, errare & obijcientibus quod nesciuit recte ambulare, & per hoc se cæcam esse ostendit. Respondit causam esse: quia domus siue tempus obscurum erat: ita isti tot modis cæcitatem suam negant, & alios, qui illorum repræhendunt facta errare iudicant, quot modis rapinam & cupiditatem suam excusant, de qua excusatione habetur. j. articulo proximo. Et pro tanto dicit Seneca ibidem, quod, inquit, in ipsa deridemus, in nobis quotidie deprehendimus: quia ipse se excusabat, & cæcam se esse negauit: Ita isti spiritualiter cæcos se esse negant asserentes se iustos, & omnia quæ agunt iuste facere: Sed intrinsecus sunt lupi rapaces. Matth. 7. Ergo licet ore negent tamen opere se cęcos esse ostendunt.

Exēplū. ¶ Sic vero excæcati ductore ducuntur aureo, vel argenteo: Sicut ostenditur per exemplo de quodam potente, ad quem mulier quædam venisse fertur ostendens ei ius suum in vnaze: de qua iniuste vexabatur, petens quod ipsi iustitiam faceret, qui respōdisse fertur se fuisse surdum. Cui illa: videas ergo chartam meam. Cui ille: sum cæcus. Cui illa obtulit florenos: quibus acceptis ipsis quasi ductore ad faciendum quod mulier rogauit, ducebatur. Sic in proposito illi quibus saluator loquitur Matth. 23. Intus pleni estis rapina. Qđ enim tali ducunt & reguntur rectore, & quod nunquā sunt surdi uel cæci in audiendo de lucro suo, uel ubi dona eis offeruntur.

patet. C. 17. 36. cum sequen. De tali cæcitate uide P. 5. 9. Sed unum in eis uidetur esse mirabile, & multum esse contra naturam: quod uidelicet excæcati fiunt crudeliores: pro tanto nanque hoc contra naturam esse uidetur, quod hoc in natura inuenitur animalium, quod excæcati uel prædam non capiunt: sicut patet de auibus rapacibus uel minus sunt crudeles, & nociui: sicut patet de ursis, qui ideo excæcantur ut illorum minuatur ferocitas. Leones uero & ursi in effigie humana & in uestimētis Christianorum. de quibus Prouerbio. 28. Leo rugiens, & ursus esuriens, princeps impius super populum pauperē fiunt crudeliores, & rapaciores spiritualiter excæcati: de quibus Amos 6. Væ uobis qui opulenti estis: qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis uestris bibentes in phialis uinum & nihil compatiebantur super contritione Ioseph. Ecce quomodo cordium præcedit cęcitas per diuitiarum opulentiam, & deliciarum copiā introducta. Et quam magna sequitur crudelitas: quia non compatiebantur pauperibus. Si enim quando in lectis suis lasciuiunt corda sua cęca aperirent, & miserias inopum, & gemitū pauperum pensare uellent, qui miseram in uictu & uestitu die nocti; quę laborādo uitam ducunt, & quam dissimilem in omnibus ipsi habent fortunam, maiorem inuenirent materiam Deum laudandi, eique regratiandi, quam miserorum bona rapiendi, uel tam auare colligendi. Sed heu rapinis diuitijs delicijs cordibus excęcati ista non uident. Vos ergo qui adhuc excæcati non estis, rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant nolite cor apponere. in Psal. 61.

¶ Sed in illis uox quidem Iacob: Arti. 5.
quia pulchra uerba habēt ad excusan 19
das excusationes in peccatis, quorum quidam dicunt omnia bona rusticorum esse dominorū ad uolūtatē: sed hoc nō est credibile: quia ille Deus qui posuit

fuit omnia in pondere, numero, & mensura, qui disposuit omnia etiam ipsa irrationabilia, & creaturas sensu & ratione carentes suauiter, nobilissimam creaturam rationalem licet rusticalem eius creatione, redẽptione, adoptione, filios ordinaret sub falsissima & incertissima regula
b esse regendam, sub volũtate videlicet peccatoris, quæ infernum replet in qua nullus est ordo, sed horror, quis vnquam sapiens ordinaret, quòd illud quod infernum replet mundum regeret? Qui ergo sic dicunt sunt de lege & regula illorũ dicẽtiũ. Sap. 2. Sit fortitudo nostra lex iniustitię. Et de parte illius. A. 15. 3. Alij se excusãt paupertate, & debitis. asserẽtes ꝙ intantũ sunt obligati, ꝙ oportet eos multa de hominibus suis leuare: sed hoc non valet: quia ad talem necessitatem propria sunt ducti voluptate. Vide contra tales. A. 12. 37.

20 ¶ Alij malam allegant consuetudinem dicentes, quòd modus est collectam de hominibus suis facere, quando filias suas maritãt, & in huiusmodi negocijs vrgentibus. Sed parum vidẽtur filias diligere, qui cum tot maledictionibus, & pauperum lachrymis eas maritis tradunt. Quãtumcunque enim consuetudinem, vel legem regni vel colorem in acquirendo, vel retinendo habeant nõ valebit eis vbi est contra legem Dei: quia sicut factũ erroneum, vel iudicium datum, vel aliquod factum, vel regulatum falsa lege in curia inferiori, in superiori & fideliori reuocatur & reprobatur ita in proposito. Alij dicunt quòd de hominibus proprijs non est peccatum accipere quod habent quia illa sunt dominorum: sed de hominibus alienis esset peccatũ. Quod dictum multipliciter deficit. Primo quia quęro vtrum istud dictũ fundetur super voluntatem, vel rationem: Si primum detur illud est reprobatum in principio istius articuli: Super rationẽ vero difficile, vel potius impossibile est illud fundare: quia quomodo cum ratione stare vel cõcordare posset, quòd vnus ĩ labore & sudore in agno die & noctę per eum aquirat victũ, & alius qui ociosam, & lasciuam, & delicatam vitam ducit, vsque ad tertiam in lecto lasciuiendo pro libito suo illum victũ auferat: quod vnus voluptuose viuat, & alius qui est ad imaginem Dei & seruit Deo vix miserabiliter viuat: quod pro voluptuoso conuiuio filiorum diaboli gallinæ auferantur de domibus filiorum Dei, quòd illi, qui quasi tota vita vel pro maiori parte vitę suæ in luxurijs & cupiditatibus & gulis diabolo seruiunt de bonis illorum, qui fideliter deo seruiunt pro posse suo comedant, & ipsi vix panem habeant artum, & aquam breuem ad sufficientiam?

¶ Vel quo modo cum ratione concordaret in proprios in amicos fideliter seruientes crudeliter deseuire: eo quod proprij & subditi sunt, & fideliter obedientes: immo hoc videtur crudelitatem augmentare pro eo & ex eo, quod faciunt contra naturale exemplum, & etiã cõtra leges ciuiles.

¶ Primum patet in natura accipitris seu nisi, de quo dicitur, ꝙ auem quam de nocte in vngulis tenet: vt a frigore pedes custodiat de mane auolare permittit. Ecce qui alias aues in mane capit & male tractat, illam domesticam, quæ ei pro vnius noctis tempore seruierat, illęsam abire permitti isti vero econtrario dominationem habentes similem damnationẽ habent dęmonis: quia sicut ipse peius torquet in fine illos domesticos suos, & qui ei diligentius & diutius seruierant, quia loco retributionis infert, & soluit supplicia: Ita isti, qui contra prædictum exemplũ non extraneos, sed quę ei non vnius noctis tempore, sed qui ei tota vita sua seruierunt dure tractare volunt exemplo dęmonis. Ideo tyranni ridiculũ eius erũt Abachuc 1. Ad literã dicit de raptoribus. Sicut patet per hoc quod parum ante

præcedit. oẽs ad prædam venient &c.

¶ Secundum etiam quod dictum est factum illorum est contra leges ciuiles, & sic contra iustitiam patet: quia per illas qui habet alios regere tyrannidem exercent in eos, quos regere debet, grauius peccat, & durius punietur, quam extraneus: quia dicit lex, quod tutor res pupillares consumens, dissipans, & male contractans grauius peccat, grauiusque punietur, quàm extraneus hoc faciens. ff. de admi. tuto. l. tres tutores. §. si tutor. & l. non existimo. i. In infortiato. l. 3. titul. 6. Vide aliam legem his cõcordantẽ. P. 12. 19.

¶ Iterum dictum & factum illorum pro tanto deficiunt: quia non sunt sic subditi illorum, quin etiam sint subditi Dei, & plus Dei. Si ergo non timent eos spoliare, quia subditi sunt illorum, saltem timeant Dei subditos: immo ipsum Deum in subditis suis spoliare: ne videantur contra ipsum proditorie bellare dicentem: quod vni ex minimis meis fecistis &c.

¶ Iterum deficiunt: quia dictum illorum opere implent, dominatio illorũ similis est dominationi canis super ossa: qa sicut canis custoditos ab alijs: vt ipse solus illud deuoret. Ita isti: de quo Luc. 11. Quod autẽ intus est uestrũ plenum est rapina & iniquitate.

21 ¶ Alij dicunt non rapio, sed gratis mihi dant, quibus respondetur: quòd aliquando talia dant potestatem habentibus, vel propter importunam petitionem, vel quia timent ne soluere uelint. Sicut accidit nuper de emptore cuiusdam mali domini, qui cum venditore cuiusdam piscis conuenit pro quatuor solidis, pro quibus cum nihil aliud, quàm talliam habere posset dixit: præsente eum domino meo ex parte mea. Libenter enim solutionem habuisset, & allegauit causas quas sciuit: quia diu piscem non cepit: & quia cum vxore & filijs nihil plus haberet, sed quod habere non potuit malo tribuit peccatori, vel propter timorem, vt maiora damna

Exẽplũ.

uitent: malunt enim dare gallinam, quam amittere equum, uel bouẽ. Dãt ergo sicut ille, de quo habetur. O. 1. 12. Exẽplũ. Et sicut pauper mendicus dat partem panis sui cani malicioso: tali nanque plus dat quam alteri, ne ipsum mordeat, vel super ipsum latret: sed permittat ipsum in pace: eleemosynam petere, ita partem eleemosynæ dat cani, vt aliam partẽ in pace habere possit. Sic quando pauper, vel popularis homo venit cum tallijs suis ad curiam magni principis petens solutionẽ rerum ab eo emptarum, vel debitorum, vel pro iustitia obtinenda, occurrit eis canis impudicus quærens quid, & quantum petat, quo audito adiunget directe vel indirecte per se, vel per mediatorem quantum ei dabit, & ipse curabit solutionẽ, qui ab ipso mercede accepta, & à domino plenam accipiens solutionem, vix dabit creditori medietatem mentiens quod plus habere non potest. Ecce quomodo canis iste vnam partem de dono, & aliam de furto accipit. vt qui totum habere deberet habeat dotem.

¶ Quod. n. oẽs, qui pp tales vel consimiles causas munera accipiũt etiam oblata male accipiant, ostenditur per leges ciuiles. i. Codic. li. 12. ti. & theme ricis. l. deuotum in fine, in quo continetur quòd quisquis militans, vel iter agens vllo in loco aliquid ab hospite postulauerit intantum eum inhiberi scelarium morem iubemus: vt ipsis quoque præbentibus impunitum esse non patiamur. Et in eodem libr. 12. titul. de salgamo hospitibus non præbendo. l. vnica scribitur sic. Ne quis comitum, vel tribunorum aut præpositorum, aut militum nomine salgami gratia, idest culcitras, lignum, oleum à suis extorqueant, hospitibus, sed nec à volentibus hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferant. Glos. quia semper præsumitur cõcussio. Si ergo isti male recipiũt à volẽtibus, multo peius recipiũt, qui recipiũt à nolẽtibus, quorũ cõsensus de hoc q

dabunt

dabunt nunquã requiritur ab his, qui recipiunt. Sicut contingit quando dñs aliquis vult habere collectam in dominio suo, & vocat duos vel tres maiores de vna quaque patria & ipsi promittunt magnã pro tota patria, in qua sunt, ita liberi homines sicut & ipsi, quã tamẽ non soluũt pro tota patria, sed potius tota patria soluit pro eis: quia ipsi collectores sibijpsis parcunt
Exẽplũ. propter quod aliqñ ipsi erunt in vasti-
22 tatẽ & rapinã. 4. Reg. 21. Ex pdictis patet ꝙ multi dant sicut ille dedit diabolo candelam. A. 20. 9. Alij dicunt bene conueniat senescallo vel baliuo meo, eatis ad eũ. Sed si per vilas, vel alias delationes accusetur: ꝙ recipit munera, & dimittit quæ dño debentur, dñs bene intromittit se & inquirit de veritate. Scilicet vbi accusatur qđ alteri iniuriã facit, vt dñs lucret', dominus qui plus diligit lucrosum ministrũ, & fatuũ vicinum, quam fidelem ministrũ, & sapientem vicinum non vult se intromittere, quia est beniamin lupus rapax. Gen. 49. Nota. A. 12. 43.

Exẽplũ. ¶ Ex prædictis patet ꝙ in omnibus talibus excusationibus assimilantur cuidam latroni, qui sicut in antiquis continetur gestis, quandam spoliauit imaginem, de quo cum ad rationem poneretur respõdit se excusando, anulum accepi de digito, quia manum mihi porrexit, & anulũ obtulit. Sic enim erat imago facta cum manu extẽsa: qđ oportuit ꝙ ei anulũ porrigeret: quia aliter non potuit facere: barbam abstuli aureã, quia nullus de parentela sua tali vsus est barba. Chlamidem etiã auream asportaui: quia nimis erat frigida pro hyeme & nimis ponderosa ꝓ ęstate. Sic prędicti recipientes munera, & vsurã ab his, quæ licet manũ porrigant: nõ tamẽ habẽt dandi volũtatem se excusant dicentes, dedit mihi, verũ est. Sicut ille dedit candelam diabolo. A. 20. 9. ne ei noceret damnum inferendo, vel negociorum impeditionem faciendo, & eorundem expeditionem nimis differendo: sicut faciunt in curijs, vnde non possunt bene aliter facere: ideo oportet ꝙ sic faciant. Alij vero auferentes bona hominis diuitis de paupere facto dicunt nõ esse peccatum: quia nullus de parentela sua habuit talia: & ideo talia non decent statũ suũ: hoc etiã dicũt quãdo vident monachũ uel aliũ potentẽ, cuius patrẽ pauperẽ fuisse sciũt, uel opinantur bonũ equũ equitare: pater suus nunquã talẽ equũ equitauit, utinam illũ, ubi uellemus haberemus. Alij ad modum prædicti quasi clamidẽ auferũt imagini, quasi inutilẽ dũ diuitum pecunias, & thesauros auferunt uel auferre cupiunt dicentes, ipse nunquam commodum de bonis illis reportabit, uel chlamidem auferunt detractores dicentes, ꝙ nec bonus est in hyeme, nec in æstate.

¶ Ad literã sicut iste fuit latro ima- 23
ginis mortuæ, ita sunt isti latrones imaginis uiuę: excepto ꝙ isti peiores & fortiores sunt latrones, ꝙ̃ ille, uel etiã, ꝙ̃ alij, qui in nemore homines spoliãt: quia illi clã, & cũ timore: isti aperte & contẽptibiliter auferũt. Vnde & doctores tenẽt rapinã grauius esse peccatũ, quam furtum. Sicut patet sanctum Tho. in summa q. 66. arti. 9. quia uiolentia, quæ fit in rapina magis est contra uoluntatem, quam ignorantia, quæ est in furto. Et quia per rapinam non solum infertur alicui damnum in rebus, sed etiã uergit in quãdã personę iniuriam. Ex quibus apparet ꝙ Dionides pyrata congrue respondit Alexan-
dro magno, de quo scribit Aug. de Exẽplũ.
ciui. Dei. libr. 4. cap. 2. Vbi etiam probat quod malus rex est latro: quia placiti lege præda diuiditur. Remota, inquit, iustitia, quid sunt magna regna, nisi magna latrocinia. Hoc ostendit per exemplum de Alexandro imperatore, & pyrata, quorum historia & disputatio planius continetur in libro de nugis philosophorum: Ibi nanque cõtinetur quasi sic: qđ Alexãder quæsiuit a pyrata capto in mari, & ad illũ adducto, quare fuit infestus, mari.

Cui ipse, quare es tu infestus terræ: ego prædam meam capio super mare, & tu tuam super terram. Scilicet quia ego paruo nauigio capio prædã meã, & tantum mobilia latro uocor: quia vero tu hoc facis cum magno exercitu rapiendo mobilia, & immobilia, vocaris imperator: si solus raperet Alexãder, & captus esset latro vocaretur, si ad nutum Dionidis populi famularentur, esset Dionides imperator: nã quantum ad causam nihil deest: nisi q deterior, qui rapit, improbius qui manifestius impugnat. Sicut patet de furioso, qui quanto fortior, tanto plura mala committit cum gladio, quem manu tenet, Sequitur in historia. Leges, inquit, pyrata quas ego fugio, tu persequeris: me fortuna & rerum angustia iniquum, te fastus intolerabilis & auaritia inexplebilis furem facit: Ita adhuc, nam superfluæ expensæ faciũt potentes tyrannos. sequitur. Si fortuna mansuesceret, melior fierem: sed tu fortunatior, nequior fieres. Miratus Alexander eius constantiam ipsum militiæ ascripsit, vt experiretur si cum fortuna vitam mutaret in melius. Ex prædictis euidenter ostenditur: q sicut pauper est latro nocturnus; ita malus imperator est latro diurnus, quorum tamen quilibet: quia de latrocinio suo hic minus erubescit factum suũ prædictis modis excusando: q non rapinam arbitratus est Ad Phil. 2. De quibus conqueritur Iob. 19. Non erubescetis opprimentes me: ideo alibi plus erubescent, plusque punientur in morte: videlicet quando dęmones sicut dicitur 2. Mach. 3. Multa caligine circunfusum rapiunt.

Art. 6. ¶ In quo pęna notatur. Cuius pœnæ primo ostenditur ratio. Secundo

24 certitudo. Tertio latitudo. Quarto congruitas. Quinto velocitas seu celeritas.

¶ Quantum ad primum ratio ostẽditur ex sententia veritatis. Matth. 25. Esuriui &c. quia si maleerit in iudicio non dantibus suis, rationabiliter sequitur q peius erit rapientibus aliena. Vnde Aug. de verb. domini. c. 20. Si in ignem mittitur, qui non dedit rem propriam, vbi putas mittendus est qui rapit aliena? Si cum diabolo ardere habet qui nudum non vestiuit, vbi putas arsurus est: qui expoliauit? Ad idem Fulgentius tractans illud uerbũ Matth. 7. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignẽ mittetur: si iudicium sine misericordia illi erit, qui non fecit misericordiã quale iudicium erit illi, qui fecit rapinam. Si sterilitas in ignem mittitur rapacitas vbi mittetur vel quid meretur. Quid ergo tunc erit de illis, de quibus dictum est E. 3. 22. Et si illi tũc de cœlo expellentur, de quibus dictum est. D. 9. 6. Vbi tunc erunt illi, de quibus dictum est. F. 8. 11. &. M. 9. 22.

¶ Secundo eiusdem pęnę certitudo 25 ex multis ostenditur euidentijs. Primo ex hoc: q hic pęnitentiam dignã non faciunt: quare? quia non restituunt Secundo ex hoc, q Deum cum corpore & membris suis deuorant.

Sicut patet per exemplum cuiusdam Exẽplũ. magni principis & tyrãni, q tali somnion admonitus fuisse legitur à tyrannide cessare. Siquidem ei videbatur, q stetit coram imagine beatæ virginis Mariæ valde famelicus: quia fame concitatus, ad filium, quem virgo manu tenebat accedens primo caput pueri, deinde scapulas, & brachia, post latera, deinde tibias, & pedes, vt sibi videbatur comedit, qui euigilans tristis, & territus confessori suo somnium ostendit, qui ei interpretabatur: quod puer ille fuit Christus cum corpore scilicet ecclesia. i. congregatione fidelium, quę dominio suo subiecto erat, quam tyrannidem exercens vexauit, & deuorauit Christum in suis membris, & cum suis membris idest cum brachijs, & lateribus idest cum maioribus & cum tibijs, & pedibus. i. cum inferioribus: Tales enim Christum cum membris suis lacerãdo: & si ad paruum tempus preualeant:

Exẽplũ. leant, certitudinaliter tamen ab eo percutientur. Sicut patet per exemplũ de quodam tyranno magno qui somniasse fertur, ꝙ vnam Dei manum deuorauit, & cum aliam deuorare vellet, ab ea percussus interijt & in foueã
5 cecidit. Quod quidam sapiens ei exposuit dicens: spoliasti ecclesiam, & nunc vis taxare populum, caueas ne percutiat te Deus, antequam inceptũ perficias. Et cum nec sic admonitus cessare vellet, antequam inceptum perficeret obijt. Sic Achab tyrãnidem exercendo. 3. Regum. 20. Et sic Antiochus tyrannidem excogitando. 2. Machab. 5. interierunt ab eo percussi, de quo dicitur Iob. 34. Nõ accipit personam principis, nec cognouit tyrannũ. Ex istis enim, & ex illis. G. 2. 41. qui tales fuerunt tyranni, & raptores, quales moderni sunt, & ad pęnas illas modernos præcesserunt, quatenus modernis de illuc eundo detur certitudo: quia secundum beatum Grego. in quadam homel. Præteritorum exhibitio est futurorum certitudo.

¶ Tertia certitudinis euidentia habetur ex hoc, quod multos in curia illa habebunt aduersarios: quia illos, quos hic affligunt, illic iudices habebunt Iob. 36. Iudicium pauperibus tribuit.

26 ¶ Quarta certitudinis euidentia. s. pœnę raptorum ex hoc consurgit, quod magnum in morte onus portabunt arctam & lubricam habebunt viam, ex quibus sequi necesse est, ꝙ certitudinaliter cadant inferius ad pœnas. Quod enim magnum onus, & verecundum portabunt, patet: quia sicut latro cum latrocinio suo manuali captus, cum eodem latrocinio ad tribunal ducitur iudicis. ita isti cum omnibus rapinis, vsuris, furtis, & quibuscunque male acquisitis in collo positis ad tribunal ducentur Dei gemẽtes & dicentes: onus graue grauatum est super me, quod tamen quantũcunque sit graue & cõfusibile, oportet qđ quilibet suum portet: In bona enim villa homo inueniret portitorẽ, qui pro denario onus suum portaret: scilicet ibi si dare vellet totum aurum & argẽtũ mundi, nullus onus suũ portabit, nisi ipse qui illud fecit. Quia ibi vnusquisque onus suũ portabit. Ad Gal. 6. Quod congrue ostenditur per exemplum scriptum in libro de apibus de quodam milite, qui post plures annos mortis suæ apparuit vxori suæ pro ipso oranti indutus vestimentis confectis de ferramentis equorum ignitis. Exẽplũ. Et vxori quærenti causam, cum nunquam fuisset marescallus equorum, respondit: quia non solui tali fabro ꝓ equorum meorum ferramentis: ideo nunc hoc onus porto, & statim disparuit, vxor vero fabro vocato quæsiuit in quanto maritus suus defunctus ei tenebatur, qui dixit, ꝙ in marca anglicana, quam, vt maritum à pęnis liberaret, soluit eidem indilate. Nec fabulosa reputari debet historia, quæ in omnibus sententiæ concordat veritatis, qua dicitur Matth. 18. Mittite eũ in carcerem, donec reddat vniuersum debitum. Est enim historia satis ad propositum ostendendum quod videlicet vnusquisque, ꝙ de alieno habet, tanquam onus in collo portabit. Ex quo satis clare intelligere possumus quanta erit tunc quorundam non tantum latronum, sed etiam aliorum cõfusio, & pressura: quia si ipse tantam habuit confusibilẽ pęnam pro vna, in qua tenebatur marcha, & si tale de ferramentis portauit pondus, quia pro illis non soluit, qualem sustinebunt pęnã, qui valorem multarũ marcharũ per durum dominium vel falsitatem acquirunt, uel mutuant, & nunquam soluunt. Et quale portabit pondus de alijs rebus: sicut de bobus, equis, ouibus, gallinis, pane, vino, vel ceruisia, & etiam terris, & domibus, quę huiusmodi acquirunt per rapinas, vel vsuras, vel malis vijs, vel qui huiusmodi accipiunt, & non soluunt? O Deus quando nobiles nostri omnia talia onera habebũt in collo liga-

ta quales, & quam viles erunt tunc poletarij, & portitores, q nũc equos habent, & currus in quibus onera sua portantur, & diuites & nobiles reputantur diuitiis & honoribus & uestibus, quibus nunc ornantur spoliati & denodati, quando iterũ animalia ab eis nunc capta, & non soluta in uẽtribus eorũ simul clamauerint: sicut patet per exemplũ de oue patricij. F. 8. 1. quam mirabiles erunt clamores: quia aliqui eorum plura habebũt infra eos animalia forte clamantia, quã clamauerint in arca Noe. Quantum erunt insuper tunc onusti usurarij, fures, & alii, qui domos, terras, & animalia hic per usuras furtum & falsitates acquirunt, nec onus tunc deponere poterunt, qui erit de eis, sicut de simia, quæ fetum in collo portans uenatoribus appropinquantibus deponere uellet, sed ita firmiter ei adhæretur, quòd non potest: Ita nec iste in proposito, sed gemens dicet, væ mihi inquitates meæ supergressæ sunt caput meũ; & sicut onus graue &c. in Psal. 37. Et Threñ. primo. Iniquitates meæ circumuolutæ sunt, & impositę collo meo. Quod etiã cum isto onere graui per viam arctã & lubricã, vbi & multi erunt impedientes, & deorsum trahentes, transibunt ostenditur per hoc quòd scribit beatus Grego. 4. Dial. c. 37. de quodam ad mortem trahente, cui alterius sæculi pœnæ ostendebantur, qui postea loquelam recuperans aiebat quia põserat, sub quo niger, atque caliginosus fętoris intolerabilis fluuius decurrebat: Hæc vero erat in pontæ probatio vt quisquis per eum iniustorum vellet transire in tenebroso fætentique fluuio laberetur. Iusti vero quibus culpa non subsisteret securo per eum gressu ac libero ad loca amæna peruenirent. Habenti ergo tam magnum onus peccatorum vel bonorum ablatorum in collo, & per tam periculosum pontẽ transeunti: quid verius dici potest quam illud Esa. 14. Ad infernum detraheris. Cuius causa redditur Amos 8. Videte, inquit, insanias multas, & calumniam patientes, & nescierunt facere rectũ dicit dominus. Thesaurizantes iniquitatem, & rapinam in ædibus suis: propterea hæc dicit dominus: tribulabitur, & detrahetur ex te fortitudo tua.

Exẽplũ.

¶ Si quæris quis te detrahet: sicut quærit ille de quo Abdiæ. c. vnico. superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris petrarum. Interlinearis: quasi in alpibus exaltantem solium tuum. s. qui dicit in corde suo quis detrahet me? Respondetur Prouer. 21. Rapinæ impiorum detrahent eos: quia noluerunt facere iudicium. Tertio eiusdem pœnæ latitudo ad multa se extendit. Primo ad raptorũ seu tyrannorum, & aliorum iniustorum personas, quando videlicet propter iiusticias suas a subditis, vel alijs temporaliter occiduntur. Sicut eglon ab aiot. Iudicum 3. Et completur in eis illud Psal. 54. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Et illud Hiere. 22. Væ qui ędificat domum suam iniusticia. Et sequitur post Sepultura asini sepelietur putrefactus, & proiectus extra portas Hierusalem. In quo facto Deus misericorditer agit cum subditis: qui tunc virgam subtrahit, quãdo filium vltra modũ verberat & æternaliter a Deo damnantur, qui sicut scribitur Dañ. 11. Rapinas, & prædã & diuitias eorũ dissipabit. Et erunt pręda demonis & hoc iuste, ut qui alios prædabant ipsi prædentur: & impleatur in eis illud Esa. 33. Væ qui prædaris: nõne & ipse prædaberis. Secundo se extendit ad personas iniustas quantum ad hoc, quòd hæredes, ut frequenter non habent de corporibus suis, vel si habent iuuenes moriuntur, & partibus non succedunt. In quo facto Deus misericorditer agit cum illis ne viuendo, & mala patrum perquisita tenendo damnarentur: sicut

27

suis

fuit ille, qui patri maledicebat. A. 12. 54. Vel si diu viuāt hęredes illorū, siue sint filij, siue nepotes, vt frequenter fatui sunt, & decale perquisito patris bonum forum faciunt, & mendici moriuntur. Sicut patet de illo qui dixit patrem fatuum, licet a multis viuens sapiens reputaretur: quia non dabantur ei, nisi viginti solidi pro terra, pro qua pater dederat triginta. Et misere viuentes, & omnia amittentes patris manifestant, & loquelæ omnium exponūt falsitatē in quibus cōpletur illud Iob. 27. Nepotes eius nō saturabuntur pane. Et illud Eccle. 40. Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos. Et illud Sap. 4. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas; nec stabile fundamentum collocabunt. Et illud Hieremiæ. 30. Cunctos prædatores tuos. i. participes prędæ dabo in prædam. Tertio se exten-
28 dit ad possessiones iniustorum: quia aliquotiēs visum est, ꝙ tales qui multa iniuste acquirunt in senectute, qñ plura acquirere non possunt, vel etiā ante per alia infortunia, vtpote: quia ab alijs spoliantur, vel mercando in terra vel mari omnia amittunt: in paupertatem cadunt. Nec mirū quia naturaliter omnia tendunt ad locum suum, quando sunt extra. Sicut patet de lapide sursum, semper enim nititur naturaliter à loco illo recedere: & ad alium tendere. Cum ergo diuitiæ male possessæ sint extra locum suum, quod mirabile est, si semper a possessore illo defluant recedentes? quia nō habet euentus sordida præda bonos: quia sepe contingit verificari de eis illud Zach. 2. Erunt prædę his qui seruierunt eis. Et licet aliquotiens visum sit: ꝙ in hoc sæculo huiusmodi euadāt pęnas, nullus propter hoc audacior sit iniustitiam facere & male acquirere, nec præsumat, quòd quicumque talis, vel ipse, qui talis sit, qui hoc cogitat Dei euadat vindictas, qui eis pœnas sub iuramento certissime promittit, dicens Amos 8. Audite, inquit, qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos. Et cito post Iurauit dominus in superbia Iacob si oblitus fuero vsque in finem omnia peccata eorum.

¶ Quarto se extendit ad subditum, 29
& vicinum, qui per eos affliguntur: quia si habet tyrannum dominum palam patitur, si vicinum, insidiose. Quinto pœna seu damnum rapinæ, se extendit ad viros ecclesiasticos, & religiosos: tam possessores, quam etiam pauperes mendicantes. Ad possessores, quando inter illos hospitati eos sumptibus grauant, vel quia sumptus in eis ponere nolunt, vexant. Sicut accidit quando præmittunt ad aliquam domum nuncios, quasi in proprijs vellent esse expensis, quibus tamen si domus non procurauerit, vel in equorum auenis, & fęno, & huiusmodi, multa non expenderit, cogitant, & aliquando dicunt ꝙ duplum expendent, & si ipsi hoc non dicant, maleuoli & maliloqui ministri eis assistentes dicunt, & ad hoc faciendum dominos prouocant.

¶ Ex talibus ergo sumptibus, uel grauaminibus, uel quia non expendunt contingit, quod pauperibus eleemosynas, & hospitalitatem, ut dicunt, facere non possunt: quia si ipsis ibi existentibus hospitalitas petatur, Respondetur, ꝙ domus illorum sunt occupatæ. Ipsis uero absentibus respōdetur, ꝙ domus illorū est depauperata per magnos. Sed excusant se prædicti Dñi, & ministri: ꝙ alibi hospitium inuenire non possent: sed si domus illa ibi nō esset, alibi hospitium inuenirent. Iterū dicūt tales ministri dñs meus potest eis nocere, & pro eis facere: uerū est primū cū peccato: & secundum cū merito: qñ uero eis bene receptis larga dātur munera: quia festum celebrauerunt pro cuncta præda. 1. Regum. 30. Et ad literam sicut Dauid superueniens illos occidit: ita Dauid noster Christus istos agētes prædas Iudicum. 9.

¶ Sexto

30 ¶Sexto pœna & damnum tyrannorum & ministrorum quandoque ad totũ regnũ se extẽdit: quia in terris taliũ vix vnquã erit pax longæua nec in domibus abũdãtia, vel res bene ordinatę: quia frequenter fatuis ducuntur, qui dissipant quicquid à sapientibus in consiliis, vel parlamentis ordinatur. Domini etiam cum quibus tales stant frequẽter sunt fatui, & talibus ductoribus suis, tot dant tam mobilia, quam immobilia. Ex quibus habitis ipsi sufficienter viuere possent, & quibus datis tyrannidem, & durum dominium exercent indigentes, & in domibus suis de proprio non abundant: licet quandoque abundent de alieno. Iuxta illud Iob. 12. Abundant tabernacula prędonũ. Quando vero domini fideliter, & rationabiliter vixerunt, abundabant, tam ipsi quam subditi: nunc vero ambo in egestate sunt. Propter hæc duo alij magni de terra illis inuident ductoribus, eosque destruere nituntur: & sic bella inter illos surgunt, & pax destruitur. Et de quo dolendum est iste error pro tanto est quasi incorrigibilis: quia consilio vel parlamento alicuius principis vel alterius magni congregato, nullus audet veraciter de vtilitate principis vel terræ suæ tractare: quia vtiliter tractare nõ possent, nisi consiliarentur, quomodo tales ductores a curia amoueri possent & domini per alios sapientes regi, & duci possent, & quomodo domini etiam ordinatius, & cũ expensis, & cũ minori familia inutili, & cum minori magnorũ donorũ prodigalitate viuere debeant. Hoc autem ideo nullus aperte proponere audet in consilio, qui suspicatur vel verisimiliter timet, quod princeps uel ductor suus aliquem inter illos habeat fautorem, qui ei omnia reuelabit: & inimicitias eius contra veracem concitabit. Sicut aliquando auditum est accidisse per illos, qui susceperunt me veritatem scilicet dicentem. sicut Leo paratus ad prædam. in Psal. 106. qui sicut dicitur. 3. Reg. 20. festinãtes rapuere verbum ea ore eius. i. veritatem dicentis vt ipsum accusarent & de bono opere lapidarent.

¶ Quarto pęnę raptorum seu tyrãnorum congruitas. Primo historia ostenditur. qua fertur quendam magnum principem contra triplicem tyrannidem tripliciter fuisse punitũ. 31 Exẽplũ

Primo nãq; multos pauperes de domibus & terris suis expulit & habitacula eorum destruxit, & terras illorũ occupauit: ut parcum vel forestam suam ampliaret. Secundo interdictũ papę in terra sua contempsit, ceruum coronando, & eum papam vocando uenabatur. Tertio nepotem suũ nobilem, & heredem magnũ occidit, vt terram suam liberius occuparet. Illa ergo nocte qua moriebatur. cuidam sancto uiro uisum fuit. quod regem prædictum uidit sedere in cathedra coronatum, quem primo inuaserunt canes eum male lacerantes. Secundo ceruus cũ cornubus ipsum horribiliter vulnerauit. Tertio iuuenis cũ lançea ipsum perforauit, & prostrauit, qui postmodum audiens ipsum illa nocte mortuũ fuisse, qua Deus illam ostendit uisionem intellexit, ꝙ ideo a canibus la cerari uisus est. quia de loco hominũ locũ fecit pro ludo canum, & sic de aliis. & patet. Secundo hæc pęnæ congruitas: eleganter ostenditur Dañ. 5. In ostensione facta Balthasar regi per manum scribentis in pariete, mane, tethel, phares. i. numeratio, appensio, diuisio.

¶ Primo enim in mortis com poto tales taliũque acquisita atque possessa congrue numerantur, vt sicut ipsi aliorum bona inter sua, & quasi sua numerauerunt, ita bona abe is acquisita, atque cum eis inuenta numerentur: ut sciatur quot terras, quot loca, quot denarios habeant suos, & quot alienos, & pro alienis sicut latro pro furtis, iuste damnentur. Secundo tales, taliũque acquisita opera, atque Mane. Bethel Phares.

possessa congrue ponderantur, seu in statera appenduntur: vt sicut ipsi male alijs ponderauerunt, quando in statera illorum plus ponderauit aurum, & argentum, quam iustitia, fauor, amor, timor, vel carnalitas plus, quam charitas: terra morientium, & locus amissibilis male acquisitus, quam terra viuentium, vel locus in ęternum duraturus in cęlo: ita ipsi iuste ponderantur, cum omnibus factis acquisitis atque possessionibus: vt sciatur vtrum plus ponderent bona opera, atque bene acquisita, vel male, & sciatur quæ pars statere sit ponderosior. Vtinam hoc attenderent falsi acquisitores, mercatores, iudices & huiusmodi: de quibus Oseę. 12. Chanā in manu eius statera dolosa. Ideo dolosa: quia iusticiam atque veritatem, & cæteras virtutes cum bona vita minus ponderāt: quam pecuniam, & ęterna minus, quam temporalia.

¶ Tertio sequitur phares. i. diuisio. Et hoc cōgrue: quia istis duobus peccatis tanquam duabus pręmissis præcedentibus congrue in mortis iudicio sequitur diuisio animæ à corpore, & omnium diuitiarum, delitiarum, & honorum tam ab anima quam a corpore, & dabitur Medis, & Persis. i. anima dęmonibus, & corpus vermibus, possessiones amicis carnalibus ingratis. Vtinam hoc attenderent omnes secundum quod in versibus notatur sequentibus. Mane techel, phares vigili si mente notares, Rapta restaurares & meliora dares Hoc si non attendant, congrue rebus spoliabuntur: sicut coruus. A. 12. 36. Et de rob. E. 3. 22. Et hoc congrue: ut sicut ipsi rapuerunt, ita rapiantur. Psal. 49. Rapiat & non sit, qui eripiat.

32 ¶ Quinto pęnę raptorum, tyrannorum, & aliorum iniustorum velocitas per exemplum ostenditur de auibus persequentibus, venantibus, atque deplumare minantibus bubonem: quia (Bubo.) sicut ab aucupe insperate capiuntur: dum clamoribus, & minis tędia, quæ possunt ei inferunt, & mortem & pęnam, quam ei intulisse voluerunt, ipsæ patiuntur mortem, videlicet & deplumationē. Sic in ꝓposito; sicut patet de Pharaone, qui dum equis, & armis populum Dei persequebatur sine aliqua infirmitate præcedente subito rapiebatur. Et de comite quodam Matistonensi, de quo ab incolis fertur, ꝙ (Exēplū.) de prandio, & delitijs, quibus in mensa splendida vtebatur, à diabolo, quasi cum equo magno, & nigro aulam intrante omnibus uidentibus subito rapiebatur, & nunquam comparuit. Sic de quocumque qui sicut dicitur in Psal. 9. Insidiatur, vt rapiat pauperē, rapere pauperem, dum attrahit eum: dum attrahit. i. nititur rapere pauperē in laqueo suo cadet subito & inopinate. Et hoc est quod dicitur Luc. 17. Sicut inquit saluator fulgur coruscās de sub cęlo: ita erit filius hominis in die suo. Et sicut factum est in diebus Noe: ita erit in diebus filij hominis. Edebant, & bibebant, & vxores ducebant vsque in diem qua Noe ingressus est in arcam, & venit diluuium & perdidit omnes. Sic factum est in diebus Loth &c.

¶ Istorum uero pęnæ quam in alio sęculo patientur congruitas satis ostēditur Iob. 24. ubi dicitur: ꝙ ad nimiū calorem transibunt ab aquis, nimiū, & hoc propter conditionem & similitudinem quam habent cum leone, qui dicitur quasi continue esse febricitans, in quibus sicut transita à frigore ad calores, sic illi in inferno, de quo in Psal. Sicut leo rapiens & rugiens &c. Ideo in iudicio mortis Deo, & sanctis suis ordinantibus hoc, de quibus ad Heb. 11. Obturauerunt ora leonum, ordinabitur de illis: sicut natura ordinat de uulturibus. Vultures (Exēplū.) enim sunt aues, quæ bella de longe sequi & cadauera ad magnam distantiam olfacere dicuntur, quas natura sic punire dicitur: quòd in fine rostrum superius intantum excrescere facit: ꝙ comedere non possunt, & sic

usque 33

vsque ad mortem fame affliguntur. Sic stipendiarij, & baretarij, & latrones bella amant, & sequuntur corporalia. Aduocati vero, & falsi homines brigas placita, & bella amant spiritualia: Vsurarij vero raptores ac diuites auari bella amant Dei. i. famem, caristiam, & huiusmodi, vt vsuris, & charis venditionibus plus lucrentur: ita quod omnes isti bella amant, & sequuntur, & prędam a longe olfaciunt: quia ad magnam distantiam equitant stipendiarij, vbi bellorum sunt pręludia. Alij vero ad comitatus, & capitula, & curias, vbi iudices sedent. Alij ad nundinas, & mercatus currunt, quorum cuilibet veraciter dici potest illud Gen. 49. Ad prædam fili mi ascẽdisti. Sicut ergo natura naturata prędictis vulturibus superducit rostrum superius: vt amplius non comedant: ita natura naturante, Deo videlicet congrue ordinante, talibus auibus rapacibus, & de præda viuentibus velociter superducitur rostrum lapidis tumuli superpositio super cadauer defunctorum, quo superducto amplius prædam capere non possunt, sed famem vt canes in ęternum patientur. Verificatur quoque de eis tunc illud Iob. 4. Periit tigris, eo quod non haberet prędam. Et sicut dicitur Eccl. 16. secundum opera sua iudicatur, non effugiet in rapina peccator, & non retardabit. Ecce pœnæ velocitas, quia non tardabit.

Artic. 7. 34 ¶ Isti omnibus prædictis culpis, & pœnis sunt & erunt inuoluti, illi iniustorum ministri, per quo sicut Leo per caudam suam ad prædam, & vindictam, & crudelitatem excitantur domini, & per quos multa mala faciunt. Sicut diabolus super terram per caudam suam submersit nauem in mari, per quos tanquam per dentes molares illi masticantur, quos domini deuorant, de quibus in Psal. 57. Molas leonum confringet dominus. Nanque hi primo, vt dictum est auaros dominos, quibus seruiunt informant, vbi, & quomodo prędam capere possunt, non attendentes iustitiam, sed vindictam: quia forte eos aliquis offendit: quia suum eis non dedit, vel aliquid huiusmodi, vel vt placeant dominis suis. Secundo informant aliam partem, vt dominis suis aliqua dent, vt suam bonam habeant voluntatem consulentes eis: quasi essent pro bono illorum in quo facto modum tenent cuiusdam latronis, qui vt dicitur ad vicinos solet dicere: mittite filio meo hoc, vel illud vel vna nocte veniet, & rapiet omnia. Exẽplū.
Sicut ille 1. Reg. 2. Da mihi alioquin, tollam vi. Causa vero tantę ministrorum auaritię, & nequitiæ vt frequenter est vna de duabus: inordinatus videlicet amor, uel timor. Amor proprii lucri, dicunt enim dominis: quod multa possunt facere, quæ non possunt, vt dominis contra aliquos prouocatis, uel ad placitandum, uel ad taxandum, uel ad pecuniam leuandam, uel corrigendum, ut ipsi ex utraque parte lucrentur. Ex parte dominorum, qui uidentes se propter brigas multum indigere, plura eis dabunt, & quandiu talia luctari possunt eos sequuntur, eisque adulantur. Vnde talibus seruiunt dominis, sicut munera, seu lampreda dicitur seruire salmoni. Dicitur enim quod umbilico eius in aqua firmiter adhærens totam eius sugit pinguedinem, de qua cum nihil amplius inuenit recedit. Sic isti de quibus Seneca. Mel muscę sequuntur, cadauera lupi. Ex parte uero alia munera lucrantur occulta, de quibus in Psal. 25. In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Secundo timor, quia sicut Pilatus Christum torsit, & crucifixit, ne a iudæis accusaretur tanquam inimic⁹ Cęsaris: Sic isti iniusticiis suis Christi torquent membra, ne a dominis suis, uel eius ministris maioribus, & ab auditoribus compoti falsi reputentur, & inimici Cęsaris, qui semper

(margin: Exẽplū. — beside "adulantur. Vnde talibus seruiunt do-"; 35 — beside "tes sunt, dextera eorum repleta est")

semper dicunt affer, affer. Prouerb. 30. eo quod non tantum reportant, quantum alij reputauerunt. Prædicti vero ministri, qui prædictis gaudent brigis, vt lucreantur, & crudelibus dominis, ut plus timeātur, Primo catulis

Catuli Leonis

assimilantur Leonis, qui vt dicitur leone rugiente, & alijs animalibus timentibus ipsi consolantur partem prædæ, ad quam rugit sperantes. Sic isti in proposito exulant sicut victores capta prȩda. Esa. 8. quia dedit prædam domesticis suis. Prouerb. 31. Secundo ministri, & subditi falsi de dominio, & familiaritate, & aduentu gaudent dominorum falsorum, sub quibus iniuste agere, & recipere possunt inpune alijs fideliter viuentibus, hoc timentibus, sicut exultasse & timuisse dicuntur accipiter, & capo, seu gallina. Secundum nanque fabulas

Exẽplũ fabulæ.

dũ rumor esset in vno manerio de aduentu domini accipiter, qui in illo custodiebatur exultabat, capo verò dolebat. Cum ergo quidam a capone quæreret: quare non gauderet sicut Accipiter, respõdit: magna subest

Accipiter.

causa, & illius lætitię & meę tristitię. Ille, inquit, gaudet, quia dominus tales raptores, quales ipse est, diligit, & bene cum venerit pascet, & diligenter nutriet. Ego vero, & mei similes bene dolere possumus: quia cũ venerit nos deuorabit. Versusque adiecit capo sequentes. Nil magis horrẽdum quàm flebilis aula tyranni. Qua pietas omnis cum ratione perit. Raptores famulique truces, scelerumque ministri, Iniustis dominis impietate placent. Qui sine vi, qui sine fraude manent, hi fraude necantur: sed te reddet amicum impietas domino: non amat insontes; sed sontes aula tyranni. In qua sicut dicitur. Esaiæ 59. qui recessit a malo prędę patuit. Et in qua tam dominus, quàm famuli recipiunt. Sicut dicitur. Heb. 1. Rapinam bonorum nostrorum cum gaudio.

Artic. 8.

¶ Subditi vero & alij per raptores, & tyrannos afflicti de morte illorum 36 quandoque inaniter, quandoque non salubriter exultant dicentes auctoritatem Esaiæ, quæ habetur. D. 12. 10. Quãdoque inaniter ideo dicitur: quia credunt quòd tota cupiditas, & afflictio cum ipso mortua sit. Sed cum vno malo mortuo qui solus dum vixit rapiebat, ipso mortuo plures surgunt hæredes raptores, vel alij, qui ipso viuente rapere non audebant, sed ipso mortuo iniustitias aperte agunt. Et potest dici ad hoc exemplum, quod habetur. C. 11. 48. Et exemplum

Exẽplũ fabulæ. Hidra

in fabulis contentum de serpente in quadam insula inuenta, quam Hidram vocabant. Cui cum vnum amputarent caput, infra breue tempus tria creuerũt pro vno. Sic Dañ. 2. post vnum caput aureum creuerunt bra-

Exẽplũ.

chia argentea, tibię fereæ, de quibus dictum est. D. 12. articu. 8. quandoque unus surgit suo crudelior prędecessore, propter quod mulier quędam sapienter orasse fertur pro uita cuiusdam tyranni, cęteris mortem eius desiderantibus, a qua cum tyrannus causam quæreret respondit uidi populum optare de duobus, vel tribus prædecessoribus tuis: de quibus tamen pro vno semper mortuo peior ei successit: quia hoc etiam de successore tuo timeo ideo pro vita tua oro. Quandoque vero non salubriter mortem illorum optant. Primo quia nulli maledicere, nec aliquem odio habere debent. Secundo, quia ipsi tales merentur habere dominos ipsos affligentes, sicut ostensum est. D. 12. 32. Et P. 13. articu. 18. Quandoque nanque Deus tyrannos diutius viuere finit ad malorum castigationem, & superborum humilitationem: sicut virga diligenter custoditur, vt puniantur filij delinquentes. Ergo tales sunt patienter

Exẽplũ.

tolerandi: exemplo sancti Lupi Cretensis. De quo fertur: quod cum Attila Rex, & tyrannus Gallias deuastaret, & ad ciuitatem veniret Cretensem

ſem occurrit ei in porta quærens quis eſſet? Cui ille ego ſum Attila rex flagellum Dei. Cui ſanctus: & ego ſum malus ſeruus Dei: ergo bene venerit flagellum ad malum ſeruum: tunc aperuit ei portas, qui cum omnibus ſuis mirabili cæcitate percuſſus per mediam ciuitatem tranſiens nihil de ciuitate percepit propter ſanctum, qui fuit odio habens rapinam Eſaiæ 61.

❡Recidiuum. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Recidiui occaſiones quæ n u.2.3.*
4 *Recidiuantium plures aſſimilationes, & conditiones.num. 5.6.*
7 *Recidiuantium ſtultitia.num. 8.*
9 *Recidiuantium ingratitudo, pœna, & periculum.num. 10.11.*
12 *Remedia ei omnia prædicta pericula, pœnas, & pœnarum cauſas, euitandas.num. 13.14.*

Ecidiui primo oſtenduntur occaſiones. Secundo recidiuantium aſſimilationes & conditiones. Tertio ſtultitia. Quarto ingratitudo, pœna & periculum. Quinto remedia.

Artic.1. 1 ❡Ratione primi ſciendum: quòd multi creduntur recidiuare qui non recidiuant. Et ſecundum hoc eſt aduertendum: quòd aliud eſt peccatum corde continuare: licet opere parum diſcontinuetur, atque aliud recidiuare, & in peccatum iterum cadere. Quia illi qui in quadrageſima, vel circa paſcha, vel in infirmitate peccata ſua confitentur, & ab operibus turpibus ad tempus ceſſant: ſicut lupus cum ægrotatur, cum intentione alia vel conſimilia redeundi, vel non cum firmo propoſito, ſemper a mortalibus abſtinendi vel nolunt reſtituere aliena, vel ſocietates malas vitare, vel mulieres, quas prius tenebant ab eis abigere, & de domibus ſuis eijcere, vel malas menſuras frangere, & comburere, vel iram de corde remittere. g Tales & his ſimiles quando iterum ad eadem, vel ſimilia redeunt opera turpia qualia prius operabantur, non proprie dicuntur recidiuare, nec in peccata ſua iterum cadere, quia continuo in illa cordis affectione vel negligentia iacuerunt. Et in ipſis communicantur ad animarum ſuarum damnationem? quomodo enim poſſet iterum, cadere, qui nunquam ſurrexit; ſed continue iacuit, vel quomodo poſſet in carcerem iterum redire, qui continue in carcere fuit vno pede vinculatus? nullus enim de prædictis totaliter vincula ſoluebat ſpiritualia, ſed aliquo modo in carcere remanſit vinculatus: nec hoſtium perfecte fugit limites: ſicut eleganter oſtenditur & probatur per legem ciuilem.in ff.nouo. li. 11. titul.de captiuis & poſtliminio reuerſis, & redemptis ab hoſtibus. l. nihil intereſt: vbi vult lex quòd ille hoſtium non fugit limites, qui eis intēdebat redire. Dicit enim ſic: nec enim ſatis eſt corpore domum rediſſe, ſi mente alienus eſt. Nota ibi poſtliminium vna dictio ponitur pro quacunque hoſtium euadit limites. Si ergo iuſtitia legis ciuilis iudicat talem de hoſtibus, & carcere non fugiſſe, qui corde non fugit, multomagis hoc iudicabit iuſticia legis illius Dei, qui corda intuetur. De quo. 3. Reg.8. & etiam 7. & 1. Paral.28. Deus autē intuetur cor. Et ſi gratis, qui ab hoſtibus captus fuiſſet, vel corpore fugiens, corde illuc redire intenderet, & hoc regentibus ciuilem conſtaret communitatem: nec pro tempore captiuitatis ei darent commoda, ac ſi præſens fuiſſet: per leges nanque infra titulum prædictum contentas captus ab hoſtibus, quo ad omnia commoda ſemper præ-

pręſens in domo vel ciuitate reputať: quia ei cum redierit allocabuntur: nō tamen voluntarie captiuo: nec pro tempore regreſſionis, vel moræ in ciuitate ipſum, quo ad ciuium commoda, qui mente alienus eſſet dignum iudicarent: nec ſicut ciuem ipſum haberent ſocium & participem, qui corde cum hoſtibus remanſiſſet.

A fortiori ratione, & iuſtiori iuſtitia ille iudex iuſtus Deus illos indignos iudicabit pro commodis ęternis ciuibus eccleſiæ ordinatis, & illa ciuium ciuitatis glorioſæ participatione. Quorum participem ſe petit fieri, qui corde ab hoſtibus receſſit dicens. Participem me fac Deus omnium timentium te. In Pſalm. 108. Qui voluntarie ab hoſtibus animæ capiuntur, vel corpore & pedibus ad eccleſiam, & ore ad confeſſionem ab eis fugiunt: falſa pacta cum veraci Deo componentes, corde uel in canta occaſione cum hoſtibus remanentes: quia nihil horum poteſt rectorem latere communitatis Chriſtianæ, cui nullum latet ſecretum. De quo in Pſalm. 63. Dominus nouit abſcondita cordium.

Et reuera, ſi quis facta hominum conſideret, penſare poteſt, & veriſimiliter præſumere, quòd maior hominum multitudo inter illos, qui Chriſtiani nuncupantur prædicto modo cum hoſtibus remanet. Nam poſt confeſſionem, quæ fit cauſa communionis, vel infirmitatis tot vitam, quam antea ducere ſolebant, ducunt, quod inter decem vix inuenitur vnus, qui vitam mundam continuando perſeueret ad brauium, ſed ad gulas, luxurias, falſitates non dico redeunt, ſed continuant: quia nunquam illa corde dimiſiſſent tam cito ab illo propoſito, quod ſtabiliret firmo corde conceperunt recedentes: oſtendunt ſe nimis eſſe inconſtantes & inſtabiles. Si vero ſtabili & firmo corde ab illlis non receſſerunt, in confeſſione mentiebantur, in qua firmum propoſitum habere & hoc ore dixerunt, vel dicere debuerunt quod peccata nūquam facerent mortalia: ſicut oſtenſum eſt. C. 5. 12. & ad communionem male acceſſerunt: ita quod de neceſſitate eos concedere oportet: quod ſint inſtabiles, vel quod confeſſionem falſam dixerunt, vel in illa falſum quid dixerunt, & falſam abſolutionem aſportauerunt, & ad communionem male acceſſerunt. Primum concedere eſt verecundum. Secundum eſt periculoſum. Quod enim ſecundum ſit periculoſum oſtendunt tam ipſa facta in ſe: qd enim periculoſius quàm de peccatis abſolutionem nullam vel remiſſionem habere, maxime: quia de peccatis illis nunquam iterū forte confitebitur, de quibus male credidit ſe ſemel abſolutum? Quid iterum periculoſius, quàm ad communionem male accedere, de quo acceſſu nunquā confitebitur: quia ignorantia, quæ ipſum non excuſat ad illā male accedens, bene accedere opinatur, quàm etiam ſequentia: quia talem habens intentionem cito ad eadem opera, quæ ad modicum prætermiſit: immo ad peiora redibit? quod enim mirabile eſt: ſi ille cito poſt Paſcha mala oſtendat gulæ, luxuriæ, & cupiditatis opera, qui malorum operum ſemper in corde habuit radicem? Nonne vrtica amara cito oſtendetur, ubi eius radix in terra dimittitur? Nunquid non plaga male ſanata, cito oſtendit malum ſuum, vbi ferrum in profundo eius dimittitur, & periculoſius ſe oſtendit, quàm prius? Nunquid non ignis in ſtuppa vel in ſinu cito oſtendetur? Iuxta illud Prouerb. 6. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt non ardeat? Nunquid latro incipiens carcerem frangere manibus, & vno pede fugere habens ſuper alium pedem vincula: licet hoc non intendat corde, nunquid non cito capitur, & fortius legatur? Sic in propoſito dum pedibus

ad

ad ecclesiam currunt, & manus in confessione & contritione, vt videtur eleuant, videntur quasi vellent carcerem diaboli frangere, & fugere: & si hoc corde non intendant. Sed dum vsuræ & malæ acquisita in domo vel peccata in proposito iacent vincula super vnum pedem pendent. Quod mirabile ergo est: si talis cito à diabolo per alia opera etiam peiora capiatur, & fortius ligetur. Quapropter si bene, & stabiliter vis euadere necesse est quod facias quod præcipitur Esaiæ 58. Omne onus dirumpe. Et illud Ecclesiastici 21. quasi à facie co-
3 lubri fuge peccatum. Quantum vero ad secundam partem istius articuli. Illi, qui cum stabili confitentur proposito, quandoque ad iterum peccandum pluribus attrahantur motiuis: quidam nanque illorum à diabolo attrahuntur, & audaciores fiunt spe longioris vitæ, quæ est magna dæmonis deceptio: sicut patet. M. 9. 48. per quam multa decepit, & ad infernum deduxit hominum millia. Ecclesiastici. 29. Repromissio nequissima plurimos perdidit. Alij alijs motiuis, quæ ibidem, i. M. 9. 48. cum sequentibus tanguntur. Quidam verò præteritarum delectationum recordatione: sicut patet de Ægyptijs. E. 3 31. Quod quidam motiuum extirpatur. C. 6. 62. cum sequentibus. Quidam vero ad hoc attrahuntur propria incõstantia: sicut patet. A. 16. 8. Quidam vero cauta dęmonis malicia: sicut ostensum est. P. 7. 46. qui cum tota potentia & cautela nititur fugientem ad carcerem reducere: sicut carcerarius fugitiuum suum. Cui resistite fortes in fide. 1. Petri 5. Et reuera illi fortius resistunt, qui cum firmo confitebantur proposito: quia illi de quibus dictum est in principio istius articuli, qui ad modum auis, de qua tactum est. E. 7. 3. sola lingua vel ore ligno adhærent crucis pœnitentiæ, cum plumas. i. vestes curiosas & carnes in paschate ad saturitatem acceperint, lignum pœnitentiæ derelinquunt, & aquis se immergunt voluptatis. Sicut canis reuertitur ad vomitum. Prouerbio. 26. Sic imprudens, qui iterat stultitiam suam. Quorum plures assimilationes & conditiones.

¶ Primo in rebus inueniuntur miserabilibus & insensibilibus, inter quas primo sunt sicut antiquum vestimentum, & putridum pelliceum, quod futuram non tenet, nec correctionem. ita necisti inueterati dierum malorum. Dan. 13. antiquum diaboli colloquium, quibus frequenter, vt vestimento vsus est, ad aliorum loquens deceptionem, sub istis vestimẽtis suam abscõdens turpitudinem, quos cito ad voluntatem, ad quæ voluerit peccata mittat. Psal. 101. Vt vestimentum mutabis eos, & mutabuntur. Secũdo sunt sicut domus de paleis operta, quæ cito ignem iniectũ recipit, & inflammat: non sic domus lapidea. Vnde vniuscuiusque opus quale fuerit ignis probabit. 1. Cor. 3. A creatura vero insensibili, laudabili, & forti multum discrepant: sicut patet per exemplum sol. A. 19. 6. Inter creaturas irrationales primo miluo assimilantur de quo. A. 25. 25. Secundo testudini. A. 25. 26. Tertio ceruo. C. 14. 26. Quarto canibus minorum. C. 5. 27. Quinto ouibus, de quibus dicit philosophus. libr. 2. de animabus. c. 2. quod plus alijs quadrupedibus intellectu carent. Cum ius dicit veritas pro tanto in effectu ostenditur: quia sicut dicitur in libro de naturis rerum: ouis de domo quæ ardet vix eijci potest: & si eiecta fuerit, nisi vi teneatur in ignem recurrit. Consimilis priuatio intellectus in multis apparet: nam à mala consuetudine, vel concupiscẽtia, vel quacunque culpa, quæ animã igne ardet peccati in præsenti: & in futuro igne ardebit ęterno, vix eijci possunt, & si eiecti fuerint, nisi maiori metu deprimãtur, & quasi quadã violẽtia teneantur, corpore redeũt, qui quãtũcũq; teneãtur, corde redeũt, & reuertũtur dicẽtes

Artic. 2. 4

cum

cum magistro suo spiritu maligno illud Matth.12. Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et illud Numeri 10. Non uadam, sed reuertar ad terram, de qua natus sum.

¶Cum enim caro de terra nata ita fuit facta: vt quod natum est ex carne caro sit, cum ad terrena & carnalia animo uel corpore, uel utroq; redimus desideria: quid aliud dicit quisque nostrum quam sicut prædictam est: reuertar ad terram, &c. Ad quem reditum frequenter nos mouet paruum tædium, uel paruus pœnitētiæ uel peccatis, & tentationibus resistendi labor, quem in itinere superesse videmus.
5 In quo facto suo cuidam assimilantur, qui huiusmodi sunt mōstro quod lulligo vocatur: quod quādoque dicitur societatem habere cū
Exēplū. auibus, quandoque cum piscibus. De quo dicit Vincentius in speculo naturali: quod in eo natura lusisse videtur: nam quandoque cum piscibus maris profunda scrutatur, cum vero aquas fastidierit eleuat se alijs pennigeris, & cum auibus ęthera scādit. Sed quia flatus non potest sustinere ventorum cum ventis concutitur, ad aquas reuertitur: & in profundum relabitur aquarum. Sic in proposito: nam nonnulli in imis & carnalibus desiderijs gulæ, & luxuriæ, & terrenis cupiditatibus se immergunt: sed cum in eis tędia inuenerint & aduersitates, & pęnalitates senserint, vel timuerint in altum per confessionem, & orationem, & ieiunium, & cętera deuotionis opera ad breue tempus se erigunt: sed cum in illis senserint modicam difficultatem, & paruum tentationis impulsum in pristinam miseriam reuertuntur. Psalm. 106. Ascendunt ad cœlos, descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat. Ita non sunt animalia cœlestia, sed potius monstruosa. Nam de animalibus cœlestibus scriptum est Ezechiel. primo. Pennas per quatuor partes habebant, iunctæque erant pennę alterius ad alterum, non reuertebantur, cum incederent, sed vnū quodque ante faciē suā gradiebatur.
Inter vero creaturas naturaliter rationales, sed actualiter secundū rationē non viuentes, Primo illis assimilātur falsis hominibus, de quibus notatum est. T.5.17 & 30. Secundo illis assimilantur, qui pacem simpliciter, & perpetuam nolūt, sed treugam. Sed decipiunt seipsos, & nō Deum: quia Deus nō est factor treugę, sed pacis, qui dicit. Ego cogito cogitationes pacis: Deus enim non vult nec gratū habet ab eis conduci: sicut conducuntur ab amicis peregrini, quos per vnam vel duas conducāt lucras, & redeūt. Non sic placet Deo conduci ab his, qui per vnum, vel duos dies post confessionem, vel communionem, ipsum conducere & custodire vellent, & postea ipsum de eorum eijcere societate, & ad solita reuerti: de quibus Ezech. 16. Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam. Tertio Absaloni assimilantur: quia sicut ipse patri reconciliatus, & postquam in domo sua & de mensa, & cibis patris comederat, ipsi patri inimicitias & ingratitudines ostendit, ipsum persequendo, & pacem frangendo, quam multum habere, cum pater ipsum persequeretur, & capere niteretur, cupiebat: & tamen plus sibijpsi, quam patri nocuit: quia ipse turpiter occisus fuit. 2. Reg. 18. Sic isti patri Deo, de quo Deut. 32. Nonne ipse est pater tuus: in infirmitate, vel quadragesima per pęnitentiam reconciliati, & in domo ecclesię, & de mensa altaris Dei, non cum ipso Deo: sed potius ipsum Deum patrē comedentes cito ingratitudinē ostendunt: eius mandata frangendo, ipsum abijciendo, & pacem, quam cum ipsos infirmitate, vel alia necessitate capere vellet, & occidere, multum optabant: de quibus in Psalm. Cum occideret eos, quærebāt eum, & reuertebatur, & diluculo veniebant ad eum, cito frangunt, & cōtra eum, spiritualiter

ter bellando, surgunt ad mortem propriam: de quibus Neemiæ. 9. Reuersi sunt, vt facerent malum, scilicet culpæ contra Deum, & pęnę contra seipsos.

Artic.3. ¶ Quorum stultitia, Primo ostendi-
7 tur per comparationem ad animalia irrationalia, atque ad eorum facta, quorum facta, si vtrobique pensentur, isti illis brutis inueniuntur stultiores. Primo quia sicut scribit Hieronymus in epistola ad Furiam Bruta animalia, & vagæ aues in easdem pedicas, retiaque non reincidunt, nec cogitant ita stulte ista animalia, nec ita periculose, sicut faciunt isti recidiuantes. Isti nanque cogitant semel, vel frequenter peccata mea cōfessus sum, & retia euasi diaboli, nec me protinus strangulauit uel occidit, sic faciam semper, & de tali cogitatione præsumentes redeunt, & frequenter capiuntur & finaliter damnantur. Ergo dum isti de tali confidētes cogitatione ad diabolum, cuius manus euaserant, redeunt: & animalia, vel aues quæcunque siluestres semel euadentes de tali confidētes ad capientis manus, quas euaserunt, redire nolunt: nonne maiorem sapientiam ostendunt in opere bruta, quam homines? Quis vnquam vidit auem siluestrem, cum qua capta capiēs lusit, vel murē à catto captum, cum quo lusit, quantumcunque ipsos non occiderint: sed cum ipsis luserint, ad ipsos redire postquam euaserint, ne forte non semper sic ludant? Vel quis vnquam vidit aliam auem, vel alium murem ad talem hominem, vel talem cattum venire: quia viderunt quod socios suos non statim occiderunt? Et tamen eandem occasionem haberent ad ipsos, quam habent recidiuantes, redeundi ad diabolum: quia sicut ipsi cogitant, quod cum ipsis, & multis alijs, quos multis annis peccatorum retibus à diabolo captos viderunt, quasi lusit, multa eis præstans delectabilia: nec ipsos, vel alios statim occidit: & ideo audacius ad sua redire volunt opera, & diaboli seruitia & captiuitatem. Ita possent prædictæ aues, vel mures cogitare nisi melius regerentur natura brutali, quam isti rationali. Interroga ergo iumenta, & docebunt te. Iob.12. Exemplo filiorum Israel, qui non redierunt in Ægyptum. Et exemplo Magorum, qui non sunt reuersi ad Herodem. Matth.2. Secundo horum stulti- 8
tia ostenditur per comparationem ad facta omnium hominum, in rebus ad corpus pertinentibus, siue ad lucrum, siue ad damnum: quis nanque est tam stultus in his, quæ ad corporis pertinent salutem, quod semel per regem, vel quemcunque amicum de hostibus liberatus mortalibus, qui ipsum spoliauerunt, vel incarcerauerūt, iterum ad eosdem redeat? Si enim iterum rediret voluntarie ad eundem carcerem, non tantum stultissimus reputaretur: sed etiam regem, vel amicum ipsum prius liberantem prouocaret, quod non esset ita voluntarius ad ipsum iterum liberandum: & maxime si in carcere multa faceret contra liberantem. Vel vbi est ita stultus in his, quæ ad mundum pertinent, quod prouidentiam pro corporis sustentatione in autumno, vel principio anni, pro toto anno factam voluntarie dissipat, vel amittit, vel illa se spoliari permittit? Vel qui quod ędificat pulcherrime vno die, alio destruit? Tales enim stulti reputarentur. Sed in his, quæ ad animæ pertinēt salutem, & prouidentiam & ad cęli habitationem multi prædictis sunt inuoluti stultitijs: quia ad ipsum, qui eos omnibus spoliauit virtutibus, & tam periculose incarcerauit: ꝙ nihil fuit inter carcerē, & mortis suspēdiū ęternū in inferno, nisi ostiū mortis. Postquā etiā per regē cęli liberati redeunt ad eundem carcerē, & etiā spoliatorē, & prouidētiam spiritualem factam in quadragesima, vel alio tempore, quando pure confitentur pro tota uita tam hic, quam in futuro idest vi-

ta æterna voluntarie peccando amittũt. Et ędificia, quę ęterna, & pulcherrima in cœlo illo die ędificauit, alio die destruxit cum omnibus illis. A.19.11. De quo Horatius li. epistolarum. Quod petijt, spreuit: repetit quod nuper omisit. æstuat, & vitę disconuenit ordine toto. Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis Si ergo prędicta facientes contra mundi sapientiam stulti sunt: Isti sunt stultissimi hæc facientes contra Dei sapientiam, & propriam salutem, primo ad Deum euntes, & cito redeuntes, quibus minatur Deus Ezech. 35. dicens. Auferam de eo euntem, & redeuntem.

Atic. 4. 9. ¶ In qua authoritate pęna notatur recidiuantium, & periculum, quorum tamen prius ostendetur ingratitudo: vt ex illa tanquam ex antecedenti, tanquam consequens pęna ostẽdatur earundem.

¶ Quãtum ad primum horum ingratitudinis magnitudo, primo per comparationem ostendetur brutorũ, de quibus in parte tactum est. G. 4. 2. vbi ostensum est, quod propter beneficia mansuescunt. Exẽplũ. De mustela etiam fertur, quod cum domesticandi causa fuerit in aqua, quasi ad mortem balneata, & refrigerata, & iterũ iuxta carnem domesticantis in sinu calefacta, nunquã carnem illam mordebit: sed potius mordebit, qui eum inde nititur abstrahere. Non sic impij, non sic, qui plurimis tentationibus, vel tempestatibus, vel infirmitatibus quasi ad mortem vexati, & a Deo vitę & sanitati restituti, atque eius carne, & alijs sacramentis spiritualiter calefacti, cõtra ipsum postmodum nequiter, mordaciter, atque ingrate agere inueniuntur. Secundo idem ostenditur per consuetudinem, quæ etiam ad latrones obseruantur: de qua habetur. E. 6. 33 Horum: vero pęna & periculum, Primo ostenduntur per exemplum in natura irrationali .i. serpentina: de qua habetur. G. 4. 21. a quo numero vsque ad finẽ illius capituli 10
de pęna agitur recidiuantium. Secundo eiusdem pęnæ aggrauatio, & magnitudo in his ostenditur, quæ violenter inferuntur: sicut in plagis, in quibus videmus qđ, qui post plagas sanatas, vel tibias, vel ossa fracta, & sanata: si iterum in eisdem locis plagatur, vel eadẽ ossa iterũ in eisdem locis frangantur, fractura secunda est periculosior, & cũ maiori difficultate sanãda, quàm prima. Sic in proposito ratione ingratitudinis. Tertio idẽ ostenditur in fortuna hæreticorum, qui a fide recedunt catholica in quibus lapsus secũdus periculosior est primo: quia in primo ad misericordiam recipiuntur, in secundo ad ignem traduntur: quod non fieret si recidiuum non aggrauaret peccatum. Quarto idem ostenditur in pęnis delinquentium in quibus videtur, quod aliquibus delictis primo vnam amittunt aurem, secundo alteram, tertio vitam.

¶ In eisdem etiam videtur, quòd delictum iteratum auditum obturat patris, vel iudicis: quia pater verberans frequenter delinquentem, & merci clamantem, & correctionem promittentem vix audit. Quinto idẽ ostenditur in his, qui infirmantur, vel incarcerantur, in quibus videtur: quòd qui de infirmitate incipit cõualescere, & iterum cadit, grauius infirmatur, & qui de carcere fugit, & iterum capitur fortius ligatur, & durius tractatur: Sic in proposito ratione ingratitudinis: & quia Deum plus offendit. Sic ergo per ingratitudinem & Dei nouam offensam quæ fit in culpa post reconciliationem iterata pluribus prioribus ligatur vinculis, & grauius infirmatur: propter quod Christus sanato præcipit dicens. Ioh. 5. Vade, & noli amplius peccare: ne aliquid deterius tibi contingat tam in viuendo: quia grauius infirmaberis contra me ingrate agens, qui semel tibi dimisi, quàm etiam in moriendo, in quo pas-

su frequens recidiuatio præcedēs spē impedit salutis. Nam sicut apud quēcumq; gratum dominum plus potest seruus cōfidere in necessitate sua, qui ei cōtinue à iuuentute sua seruit, quā ille, qui tarde venit, & cito ad omnē voluntatem suam sine licentia recedit, & ad inimicum suum contra ipsū vadit. ita in proposito. Et si prius cōtra præceptum domini aliquo infortunio delinquat, facilius & citius ei dimittitur: ita in proposito. Nec miretur quis de hoc, quod dictum est, quod vix erit in moriendo tantę spei: sicut qui continue bonus fuit: quia quomodo posset tunc esse magnæ spei regnum intrare cęlorum, versus quod nunquam fecit multas dietas: Tales nanque, qui frequenter recidiuant, plures dietas faciunt versus infernum, quam versus cęlum: quia si in quadragesima aliquas, & forte paucas versus cęlum faciant dietas, per totum annum sequētem multo plures faciunt versus infernum. Cum ergo quotidie videatur, quod, cęteris paribus, homo propinquior sit illi loco, versus quem plus iuit, videtur à simili, quod tales morti appropinquantes inferno sint propinquiores: & sic citius ad locum illum venire disponuntur. Sicut patet per rationem aliam notatam. A. 25. 18. Ergo si fecerit, ne iterum addat facere
11 Eccle. 19. Sexto idem ostenditur per
Exēplū. exemplum miraculi, in quo continetur, quod quidam maritatus vxorem suam de adulterio suspectam habens purgationem ei contra iura indixit ferri igniti. Ipsa vero interim confessa illęsa euasit, quæ post ad peccata rediens, cum vna die quidam dicerent, quod multi de peccato suo loquerentur. Respondit alias loquebantur, & ecce hic stat ferrum, quod portaui illæsa, & ferrum frigidum gratia exempli, & ostensionis in manu accipiens manum crudeliter combussit iusto Dei iudicio, qui eam semel lapsam, & mundatam à calido custodiuit ferro, iterum lapsam frigido combussit.

Cui dici potuit illud Hieremiæ. 2. Vilis facta eis iterans vias tuas. Septimo idem ostenditur per exemplum sacrę scripturę. O. 5. 22. & P. 3. 26. & P. 7. 26. & T. 5. 31.

¶ Ex omnibus nanque prędictis exemplis, & euidentijs patet, quod est de illo, qui de peccato suo fugit, & liberatur, & iterum propter aliquam delectationem, vel lucrum, quod in peccato suo se habuisse recordatur, ad peccata sua redit: sicut de illo qui fugit de domo accensa, de qua cum exiret propter aliquod iocale, vel propter aurum, vel argentum, quod recordatur se ibi dimisisse, periculo se exponens redit illud quęrendo comburitur. Sic vxor Loth respexit retro Gen. 19. Sic illi duo discipuli, de quibus legitur in vita sancti Ioannis Euangelistę, abierunt retrorsum. Sic multi alij: sicut dicitur in Psalm. Conuersi sunt retrorsum & conuersi sunt in die belli: de quorum quolibet dicit saluator Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retrò, aptus est regno Dei: quia sicut dicitur Eccl. 34. Qui baptizatur, idest mundatur à mortuo, idest à mortali peccato, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio illius?

¶ Ad omnia verò prędicta pericula, & pęnas, & pœnarum causas vitandas vnum est summum, atque remedium singulare: alia vero sunt plura secundaria, & accessoria, per quę principale manu tenetur, & fortificatur. Artic. 5.

¶ Principale verò consilium & remedium est: quod viam rectam & ad cœlum directam, quam in confessione aggressus est, non deserat, & vitam, quam tunc mūdicauit, iterum non maculet.

¶ Exemplum ad hoc accipiens, & 12
quantum ad hoc, quod viam teneat: & quantum ad periculum, quod continget nisi teneat: & quantum ad deceptores, qui eum de via educere, nituntur quod tactum est. P. 2. 44. de illo qui iurat quod altam tenebit viam vs-

que

que extra terram, vel dominium, in quo deliquit fuerit. Sicut nanque ille iurauit altam se velle tenere viam: ita vos promisistis vel promittere debuistis ante absolutionis beneficium: Sicut insuper ille diligenter altam tenet viam quamdiu insidiatores prope esse suspicatur. Et si per totam viam vsque extra dominium illud veniat, insidias timeat illorum, qui semper ipsum ex omni parte vallauerunt: vt, si forte ipsum extra viam inuenerint, caput illius amputent, semper, dum in regno illo est, rectam tenet viam: ne caput cum vita, qua diligit amittã: ne aliquo modo voluntarie ad carnem, de quo ad ecclesiam fugit redit. Sicut iterum inimici illius qui viam altam tenere incipit ipsum vbi vi non audent: ipsum cautelis & blandicijs aliquibus forte sub specie amicitiæ ad eũ missis: vt cum eis comedat, uel bibat, uel ad aliquem locum ueniat: ipsum de uia educere nitũtur, a quo extra uiam inuento caput auferunt, quos ipse si sapiens sit, & propter periurij, & propter capitis periculum: ut hostes uitare, & omnes tales, siue sint amici, siue inimici, suspectos habere debet: Sic omnino est in proposito de nobis, quo ad aliqua, & esse deberet quo ad omnia alia. Nam in hoc est simile: ꝙ sicut ille propter furtum, uel homicidium, uel aliquod maleficium ad ecclesiam fugit, in qua crucem accipit, & terram abiurauit cum iuramento: ꝙ nec a dextris nec a sinistris de alta declinaret via, vsque aliud contingeret dominium: Sic nos qui de carcere diaboli, & peccati ad ecclesiam fugimus, & confessionem, & crucem, penitentię accipientes promisimus: quòd nunquam a via recta mortaliter peccando declinaremus: dum in dominio huius mundi viuimus. Iterum in hoc est simile quia illi multi forte insidiantur: nobis vero certitudinaliter multi insidiantur: ille videlicet cũ societate sua, qui circuit quęrens quẽ deuoret. 1. Petri. 5. ex omni nos parte vallauit: quia in circuitu impij ambulant. Et inimici mei animam circundederunt: non ut caput, sed ut illud, quod peius esset amittere, animã auferant.

¶ Iterum in hoc est simile: quia sicut ad illũ forte aliqui mittũtur, ut ipsum, ut dictum est, decipientes de uia educant: ita certum est, quòd multi ad illos, & illas qui uiam aggressi sunt salutis, mittuntur: ut ipsum, ut dictum est, de uia deducant, ut extra inuenti animam amittant: Quando enim quiscunque aliquam personam uerbis, signis, uel factis, donis uel promissis, esculentis, uel poculentis ad peccatum quodcunque, siue falsitatis, siue luxurie, siue furti, uel quodcũque aliud ducere nititur, ipse est sub specie amicitiæ a diabolo missus: ut personam illam de uia educat, ut animã perdat, & tv fugiẽtes nullo modo euadant. Post illos cum tota potentia sequitur, ut custos carceris post fugitiuum suum, & cum toto exercitu armato: sicut ostensum est. C. 15. 5. Et E. 6. 33. ad modũ Pharaonis, qui filios Israel de Aegipto fugientes cũ toto sequebatur exercitu. Sicut ergo in cõditionibus, istis est simile de nobis, & de illo, qui terram abiurauit: ita & in alijs simile esse deberet: quia sicut ipse intelligens insidias prope esse hominum, ut caput auferant, uiam tenet usq; extra dominium fiat: ita nos intelligentes prope esse insidias dęmonum, ut animam capiant, uiam tęneamus usque anima extra corpus sit. Et sicut ille ultro ad carcerem non redit, nec moratur infra terminos illius dominij, uel in aliquibus locis, ubi faciliter capi posset, ne forte iterũ captus euadere non possit, sed necesse sit eum suspendi: ita nec nos ad carcerem redeamus peccati: sed fugiamus omnia loca, in quibus & societates, cũ quibus prius peccauimus: quia dicit decretũ, ꝙ expedit nõ visitare locũ in quo qs peccauit, ne memoria facti reficietur.

ficetur. dist. 81. valet. Et. 15. q. 1. mulier. quia, si malum non cogitat, quando intrat, faciliter contingere potest quod cogitabit antequam exibit. Sunt ergo fugienda omnia loca illa, & occasiones, & opportunitates, in quibus per actum alicuius sensus quis capi possit, & sensus diligenter sunt claudendi: sicut circa infirmos, & conualescentes fenestræ claudi solent: quia si ad aliquem talem locum vadat, vel in illo moretur, vel cum aliqua persona, & specialiter cum qua prius peccauit, libenter loquatur, vel ei lætanter occurrat, vel respiciat, vel nuncios eius audiat, perfecte de dominio non fugit diaboli: sed adhuc aliquo modo infra illius moratur limites, & periculo se exponit captionis, qui talibus faciliter capi potest retibus. Nam visus, auditus, locus, loquela, & corporalis approximatio rei illius prius illicite dilecte, faciliter causant recidiuū. Cuius causa patet per exemplum de titionibus prius accensis. L 7.42.

¶ Sicut insuper ille omnes suspectos habet, & fugit illorum societatē, qui ipsum quibuscunque modis de via educere nituntur: ita nos, ne animam amittamus, & caput, & corpus, & totum residuum. Tene ergo præceptum factum ipsi Loth, & societati suę, quod habetur. P. 2. 44. Et illud Baruc. 4. Ambula per viam ad splendorē: id est vsque venias ad splendorum: & alibi. Hæc uia: ambulate in ea.

13 ¶ Quantum ad secundam partem istius articuli. Auxilia pœnitentem in via Dei tenentia, præter illa, quæ tacta sunt. P. 7. Artic. 9. & Artic. 11. sunt multa satis necessaria ad hoc, quod sanctitatem teneat absque recidiuatione. Quorum aliqua pertinent & expleri debent per actum, sed operationem cordis. Aliqua per operationem exteriorum sensuum, & membrorum: Aliqua per occupationem totius coniuncti.

¶ Primò maximum remedium, & auxilium necessarium pertinens ad actum cordis est cogitare, quo periculo, in qua verecundia fuisti, & in qua miseria nunc es pro peccatis prioribus. Primo dico cogitare in quo periculo fuisti: in tali videlicet, quod si mortuus fuisses, anima tua ad infernum descendisset, antequam sanguis tuus frigidus fuisset. Secundo in qua verecundia, quando ad confessionem accedens peccata tua ostendisti, & si forte ostendisses: sicut ostendere debueras, maiorem habuisses verecundiam. Tertio in qua miseria es, & afflictione pro dura pœnitentia tibi iniuncta facienda, & in quo periculo, nisi illam perfeceris? Hæc cogitando de quocumque nostrum sic esse deberet, sicut de illo, qui passum transiuit periculosum, vbi propter latrones, uel alia pericula vix cum vita euasit: quia sicut talis non libenter, ad locum illum redit, si eadem scit ibi infallibiliter sibi imminere. ita nec nos ad peccata redeamus nec ad statum, in quo prius fuimus propter pericula prædicta, propter quę fere mortem incurrimus ęternam, scientes, quod eadem pericula semper sunt peccatoribus parata. Nec cogitemus quod sicut anno isto confitebamur, & euasimus: ita faciemus anno futuro: quia multos, quos diabolus anno isto euadere permisit: vt forte illos, & alios audaciores faceret ad peccandum: sicut auceps, qui auem illaqueatam non statim occidit, anno futuro euadere non permittit: quia millia hominum, qui anno isto peccantes, anno futuro morientes damnabuntur: quia non est dubium, quin omni anno multi ad infernum vadant. Si cogitaueris, quod viam mundiciæ semper tenere magnus esset labor: cogita, quod perseueranti in illo labore magna debetur merces, & magna restat pœna deficienti. Cogita insuper illas cogitationes. P. 7. 36. & erit hora breuis, & labor ipse leuis, vt sic cogitando tam

vias

vias præteritas, quam futuras veraciter dicere possis: cum Psal.118. Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua.

14 ¶Secundo magnum remedium, & auxilium pertinens ad actus sensuum seu membrorum exteriorum corporis. Et primo frequens oris confessio, & deuota oratio, frequens, dico, confessio: quia vix est ita instabilis qui cito post confessionem ad peccatum redeat: quia propter gratiam infusam, & propter sibi dicta de periculis suis in confessione, cor per aliquod spacium post peccatum abhorret: humilis, seu deuota oratio ideo dicit: ut sicut uasallus ab inimicis obsessus, a domino suo auxilium petit: ita nos dicentes illud Psal.78. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos.

¶Secundo quantum ad aures frequens auditus uerbi Dei: quia sicut conualescentes de infirmitate indigēt frequenti cibatione corporali. ita cōualescentes de infirmitate illa cibatione, de qua Matth.4. Non in solo pane viuit homo, &c. quia sicut dicitur ad Hebræ.11. Conualuerunt de infirmitate, sed forte non sunt adhuc fortes facti in bello: ideo oportet, qđ per uerbum Dei recreantur & fortificentur.

¶Tertio quantum ad oculos fuga visus spectaculorum: & visus librorū & utilium laborum.

¶Quarto quantum ad manus largitio eleemosynarum: sicut quando bellum instat periculosius, magis necessarij sunt stipendiarij pro conseruatione corporis: ita nunc pro conseruatione animæ. Eccl.29. Eleemosyna gratiam hominis, quasi pupillam cōseruabit.

¶Auxilium uero, quod ad totum pertinet cōiunctum est. Primo leprosæ societatis uitatio: Sicut enim leprosorum fugeres societatem, ne corpus inficerent: ita necesse est, quod malorum fugias societatem, ne animā inficiant. Secūdo totius corporis afflictio per ieiunium. Sicut nanque in æstate oportet carnes, quæ seruari debent, maxime sale condiri: quia tempus est magis ad corporalem dispositū corruptionem: ita nunc caro, seu corpus humanum maxime condiri necesse est sale ieiunij, & pœnitentiæ: quia qđ propter diaboli insidias, quid propter temporis amœnitatem tempus paschale est multum dispositum ad spiritualem corruptionem. Cōtinemus ergo illud sicut dicitur. 2. Cor 6. In multa patientia, in ieiunijs multis per arma iustitiæ: ne peiores fiamus sancto tempore, corpore Christi accepto, quam prius fuimus, &c.

¶Redditio. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Quæ, & quot sint ea, ad quæ reddenda obligamur in generali. numero 2. 3. 4. 5.*

6 *Reddendum omnibus omnia magna erit remuneratio. num.7.*

Redditionis. Primo ostendetur obligatio. Secundo remuneratio.

¶Ratione primi est aduertendum, quod in generali obligamur ad tria debita reddēda tribus, Deo uidelicet nobisipsis, & proximis. Artic.1.

¶Si uero scire vis quid, & quantum pro reddere debes. Vide primo quantum debes domino meo, Lucæ 16. Et inuenies in speciali, quod primo teneris ei reddere tria de tribus bonis naturæ, quæ ab eo accepimus. 2

¶Primo actum cordis ipsum amādo, & ipsum credendo. Eccles.35 Bono animo gloriam Deo redde.

¶Secundo actum oris ipsum confitendo, utilia loquendo, laudes ei scilicet creatori, redemptori, & gu-

bernatori, & gratiarum actiones reddendo dicentes illud Oseę. 14. Reddemus vitulos labiorum nostrorum.

¶ Tertio actum corporis ei seruiēdo, & præceptis eius obediendo: sicut seruus domino suo. Prouerb. vltimo Redde ei, id est Deo bonum triplex: vt prædictum est, & non malū culpæ.

¶ Secundo inuenies, quòd de bonis fortunæ, & gratiæ, quæ ab eo accepisti, teneris ei in alijs tribus. Primo, vt omnia recepta in eius honorem, & reuerentiam expendantur: sicut fidelis dispensator omnia expendit secūdum voluntatem domini sui: sic sicut dicitur ad Roman. 14. Vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.

¶ Secundo, vt omnia promissa ei reddantur, siue promissa sint de bonis fortunæ: sicut oblationes, donationes, & huiusmodi, siue de alijs: sicut ieiunia, abstinentia, peregrinationes, & huiusmodi: Psalm. 65. Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.

¶ Tertio si in aliquo de istis deficis, teneris ei: sicut quiscunque dispensator de receptis compotum reddere, quando dicet illud Lu. 16. Redde rationem villicationis tuæ idest compotum de bonis naturæ, fortunæ, & gratiæ, non quodcunque compotum, sed districtissimum: quia sicut dicitur Matth. 12. De omni uerbo ocioso reddes rationem. Et hæc omnia prædicta reddi debent tripliciter.

¶ Primo festinanter: quia si tenetur homini statim debitum reddere, quādo potest: quia aliter non est fidelis, nec dimittitur peccatum, antequam restituatur debitum. Ergo hoc quantum ad Deum necesse est obseruare. Ideo dicitur Ecclesiastes. 5. Quicquid vouisti Deo ne moreris reddere.

¶ Secundo integraliter: quia sicut apud homines non reputatur fidelis, qui totum, in quo tenetur, non reddit: igitur nec apud Deum. Ideo dicitur, Ecclesiastes. 5. Quodcunque voueris redde.

¶ Tertio apparenter & lætanter, ꝙ non erubescamus, nec tristemur de his, quæ Deo reddimus: quia si miles non erubescit seruitium probi regis, nec præceptorum eius obedientiam: ergo nec nos Dei. Exemplo: psal. 115. qui ait. Vota mea reddam coram omni populo eius. Ratio vero: ꝙ omnia prædicta & modis prædictis Deo reddere tenemur, est: quia omnia à Deo sub lege depositi, seu mutui accepimus: iuxta illud. 1. Cor. 4. Quid habes. quod non accepisti? 2

¶ Sed hęu nonnulli omnia reddunt contraria, & vbi reddere deberent bona, reddunt mala. Sicut patet de his, qui de corde reddunt incredulitatem, sicut sortilegi cum eis credentibus, de ore iurationis, & fidei fractiones, de corpore seruitiorum Dei retractiones, & festorum fractiones. Contra reuerentiam vero, in qua ei tenemur, reddunt ei irreuerentiam, in ecclesijs garrulando, & irreuerenter se habendo, qui pro tanto peiores sunt dęmonibus, quibus metuendus, ꝙ terribilis est locus ille.

¶ Promissa verò, & vota tarde, vel nunquā ei reddunt, immo ꝙ vno die vouent, alio die ueniēt ad Episcopū, vel eius vicarium in spiritualibus pro dispensatione habenda: & sic pro omnibus, quæ à Deo accipiunt mala reddunt. Sicut etiam pro pulchritudine, fortitudine, scientia, diuitijs, & huiusmodi superbiā lasciuiā, & huiusmodi: de quibus conqueritur in Psal. 34. dicens. Retribuebant mihi mala pro bonis: contra illud Apostoli. 1. Thessal. 6. Videte nequis malum pro malo reddat, Si enim prohibuit reddere malum pro malo: ergo à fortiori noluit quod redderent malum pro bono.

¶ Secundo nobisipsis tenemur reddere tria.

¶ Primo munditiam cordis propter Deum, quem tantum in mundo corde recipimus. Secundo honestatem locutionis propter Deum, coram, quo loquimur. Tertio sobrietatem, 3

tatem, & rationabilitatem in operibus: quia ad imaginem Dei, & rationalis in natura factus est: ergo congrue requiritur, ꝙ secundum rationē viuat, & non secundum carnem: quia ad Roma. 8. Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Sed heu nonnulli reddunt contraria sibijpsis ad damnum proprium.

¶ Primo turpes habentes cogitationes, quibus minatur dominus. Oseę. 4. Cogitationes eius reddam ei. Secundo narrantes, & loquentes illicita: sicut dicitur. 1. Petri. 4. Blasphemantes, qui reddent rationem ei, qui paratus, est iudicare &c. Tertiò gulose, & luxuriose viuendo, quibus tunc, idest in die mortis reddet vnicuique iuxta opera sua. Matth. 16.

4 ¶ Tertio proximo debemus reddere tria secūdum triplicem actum cordis, oris, & operis. Primo ergo debet ei cordis dilectionem, sicut membrū diligit membrum. ad Roma. 13. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Secundo oris instructionem, tanquam eius dux & doctor: sicut sol reddit aeri illuminationem, sic nos exemplo Pauli, qui ait ad Roma. Græcis, & Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum. Huius ergo exemplo sicut dicitur. 1. Petri. 3. Simus parati rationem reddere de ea, quæ in nobis est fide, & spe. Non dicit de relationibus, vel attributis, vel formalitatibus, vel motu siderum &c. Tertio operis exhibitionem, & hoc tripliciter: quia primo potens tenetur indigenti ad sustentationem: sicut os membris in cibo, & potu. Eccle. 4. Inclina pauperi aurem tuam, & redde debitum tuum &c. Secundo debitor tenetur ad rei acceptæ redditionem, Sicut terra colono de semine. 4. Regum. 4. Redde creditori tuo non inuite, & quasi compulsus: sicut nonnulli, cum quibus oportet placitare, antequam debita soluant: sed gratāter, & libēter etiā si nullus illud exigat. Exemplo cuiusdā, de quo scri- Exēplū.

bit Seneca li. 7. de beneficijs: ꝙ cum rē grandem à sutore emerat, non pręsentibus nummis post aliquos dies rediēs cū pecunia ipsum mortuum inuenit, quo audito denarios reportauit, post spatium temporis, cum repræhendisset hanc suam non reddendi tacitam voluntatē, redijt, & denarios reportauit, pœnam exigens suæ improbæ cupiditatis. Vnde Seneca dicit: ꝙ debes quærere, cui reddatur, & si nemo poscit bonus, aut malus, ad te non pertinet: sed qualiscunque sit, redde quod debes Matth. 18. Sed heu. R. 1. 2.

¶ Tertio quilibet tenetur omnibus ad honoris, & reuerentię ostensionē, non tātū in signis & verbis, sed etiam in operibus, & pręcipue melioribus, & propinquioribus: sicut parentibus: quia omnes ad Dei sunt imaginem. Si ergo imaginē alicuius sancti ueneramur in ligno, uel lapide, vel pariete: ergo imaginē perfectionē ipsius Dei in homine: honore ergo inuicem præuenientes. Quia sicut dicitur ad Roman. 13. Reddite omnibus debita, cui honorem, honorem. Sic ergo reddite, quæ sunt Cæsaris Cęsari, & quæ sunt Dei, Deo. Matth. 22. Sed heu 5 sicut Deo, & sibijpsis, ita proximis aliquando reddunt: quia cordis odium, oris obloquiū, & detractionem, operis iniustitiam, sua multis modis auferendo, nec indigenti tribuunt, nec creditoribus libenter reddunt: quia viuis cum difficultate, mortuis raro, vel nūquā restituūt. Paucis verbis vel signis reuerentiā, vel honorē exhibēt, in opere vero paucissimis: quia in hoc vix filius honorat patrem, nisi dando minus quod potest. Sicut patet de patre, de quo fertur quòd cum omnia filio, dimisisset, & postea algeret, Exēplū. filius per filium suum, per quem missum pater vestem petiuit, misit duas vlnas exiles, quarum baiulus vnam petiuit a patre: vt, inquit, illam reseruem pro te sene: vt tibi seruiam: sicut tu seruis patri tuo. In quo facto multum videtur facere ingratus filius

contra

cōtra illud. 1. Thimoth. 5. Discat primo domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus.

Artic. 2. ¶ Quantum vero ad secundum articulum: sicut reddentium omnibus omnia modo prędicto magna erit remuneratio: ita non reddentium grauis erit punitio.

6 ¶ Primo ergo ostendetur pro quib⁹ redditionibus reddet Deus gloriā, & secundo pro quibus pœnam.

¶ Quantum ad primū: Primo reddentibus Deo, sibijpsis, & proximis actum cordis, id est fidem, munditiam, & dilectionē, reddet Deus gloriam: quia sicut paterfamilias fidelis, qui ꝓspicit operarios fideliter agere, paratior est ad reddendum mercedē: ita dñs prospector, qui reddit, Eccl. 3.

¶ Secundo reddendo actū oris deprecando &c. reddet gloriam: nā hoc promittit dicens. Petite, & accipietis, Luc. 11. Iob 33. Deprecabitur dominum, & placabilis erit ei, & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini secundum iustitiā suam. Matth. 6. Cū autem oraueris claude ostium tuum, & ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.

¶ Tertio idem reddet redenti manuum actum, id est opera charitatis, & eleemosynarum: sicut gratus dominus dat danti sibi. Eccl. 35. Da altissimo secundum datum eius: quoniā retribuens est dominus, & septies tātū reddet tibi, Matth. 6. Te autē faciente eleemosynā nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.

¶ Quarto idē reddet reddenti actū totus coniuncti, siue operando, siue patiendo: nam reddenti opera bona erga deum, se ipsum, & proximū reddet gloriā, in qua opus est laus quando dicet. Voca operarios, & redde illis mercedem, Matth. 20. Nam dignus est operarius mercede sua ꝓpter ꝙ dicit. 2. Timoth. 4. Bonum certamē certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ quā reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Item patiēti sicut bono militi, qui multa pro dño suo sustinuit patienter. Eccl. 1. vsque ad tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucūditatis. Sap. 10. Reddet Deus mercedem laborū sanctorum suorū. 7

Non reddentibus vero prædicta, sed potius mala pro bonis, & etiam non reddentibus debita sua reddet Deus pęnas.

¶ Primum patet tam per argumentum sumptum à cōtrario sensu, quàm etiam per auctoritatem sacrę scripturæ Eccl. 12. Impijs, & peccatoribus reddet vindictam: impij, inquit contra Deū seipsos, vel proximum: quia tales sunt superbi pro quibus tota ecclesia orat, dicens: in Psal. 93. Exaltare, qui iudicas terram redde retributionem superbis.

¶ Secūdum patet primo per historiam quæ legitur in libro de dono timoris de filio cuiusdam ducisse nouem annorum mortuo, qui post mortem matri apparens dixit se esse in magna pęna propter debita cōtracta a familia ad ludendum, & non soluta, quibus solutis apparuit matri in gloria. Exēplū. Secundo idem patet per historiā. R. 1. 26. nec mirum: quia tales reddūt malū pro bono. Et Prouer. 17. scribitur. Qui reddit malū pro bono, nō recedet malum de domo eius &c. Exēplū.

¶ Regimen Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Regula, per quam Reges, & alij Principes seipsos, & alios debent regere & regulare, num. 2.*

3 *Quæ in Regibus, & Principibus necessario requiruntur.*

4 *Iidem habere debent triplicem rectitudinem, atque perfectionē. nu. 5.*

6 *Studium sacrarum litterarum in Regibus, & Principibus congruum, & vtile. num. 7.*

8 *Quam*

8 *Quam dementiam erga subditos habere debent.*
9 *Meritum bene regentium.*
10 *Aliquorum regentium defectus, & periculum. num. 11.*
12 *Pœna male regentium, seu regnantium. num. 13. 14.*

REgũ, siue quorumcunque magnorum habentium regimen. Primo ostendetur regula, p quã seipsos & alios regere deberẽt atque regulare. Secũdo, q in eis necessario requiruntur. Tertio quòd triplicẽ habere deberent rectitudinem atque perfectionem. Quartò q studium sanctarũ litterarũ, seu scripturarũ est in eis congruũ, & utile. Quinto quã habere debent clementiam quantũ ad subditos. Sexto meritũ benè regentiũ. Septimo aliquorũ regẽtiũ ostendetur defectus, & periculum, quod ex illis contingit. Octauo pæna ostendetur male regentium, seu regnantium.

Artic. 1. ¶ Quantum ad primum illorum
1 regula est duplex: Vna, quæ a Deo datur: alia, quæ à Cypriano, quæ a priori nõ discordat, sed magis illam explanat: A Deo nanque regula illorũ datur Deuter. 17. cum explanatione & ostẽsione magistri in historia scholastica, sex habens puncta per hũc modum. Primo, q nullus crearetur rex gentis alienæ. Secundo quòd creatus sine consilio pontificis, & seniorum nihil ordinaret, quod est multum cõtra illos, qui sapientium nõ requirunt consilium, vel si fecerint, postmodum illud derelinquũt, & fautorum sequũtur consilia, sicut tactum est. C. 11. 27. & R. 1. 30. Et 3. Regum 12. Exemplum ad hoc de Roboam.

¶ Tertio quod quãdo vacaret semper Deuteronomiũ legeret. Textus est iste: postquàm sederit rex in solio regni sui: describit sibi Deutronomium legis, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suę: vt discat timere Deum suum, & custodiat verba atque cerimonias, quæ in lege eis scripta sunt, hoc quod dicit: legetque in eo est multum contra illos principes, qui nihil nec sacras literas scire volunt, vel scientes illa legere nolunt, contra quos exempla patebunt infra articu. 4.

¶ Quarto quod vxores non multiplicaret, vbi illorum prohibetur luxuria, quæ eos molles, & effęminatos, & delicatos facit, & hoc est quod sequitur: ne illiceant animam eius.

¶ Quintò quod non multiplicarẽt argenti, vel auri pondera in mensa, nec equos, ne auaritia, & equorum multitudine subditos nimis grauaret, contra quem punctum multũ faciunt illi, qui subditos grauant non thesaurum congregando, quod ibi prohibetur, quantum ad excessum, sed quod peius est nimis prodigaliter expendẽdo, & tot equos, & equites ducendo, quod patriam, per quam transeunt, depauperant. Vtilius enim videretur p regni negocijs, quod principes magnum colligeret thesaurũ etiam cum aliquali subditorum grauamine, quã quòd inutiliter omnia expenderet, cũ illorum grauamine, & depauperatione, quia cum thesauro posse, se contra inimicos insurgentes defendere sine noua populi taxatione: quando vero nihil habet facere potest sine illorum taxatione: qui ergo primũ quod minus malum est, prohibuit, secundum, quod maius malum est, non concessit. Argumentũ ad hoc decreti. R. 1. 15.

¶ Sexto quod terminos terræ propriæ vel alienę non mutaret. Istam regulam tenendo rex iustus eriget terram. Prouerb. 29. 2

¶ Regulam vero sancti Cypriani martyris, lib. de duadecim abusionibus sæculi est hæc. Regis est neminem iniuste per potentiam opprimere: sine acceptione personarum iudicare: aduenis, pupillis, & viduis defensor esse: iniquos non exaltare: impudicos, & histriones non nutrire: impios

impios de terra perdere: ecclesias defendere: pauperes eleemosynis alere: iustos super regni negocia constituere: senes ac sapientes, & sobrios consiliarios habere: iracundiam differre: patriam fortiter, ac iuste contra aduersarios defendere: prosperitatibus animum non eleuare: aduersa patienter ferre: filios suos impie agere non sinere: certis horis orationibus insidere. Hæc sunt, quæ regni prosperitatem in præsenti faciunt, & regem ad cælestia regna meliora perducunt: ergo secundum has regulas regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra. Hiere. 23.

¶ Sequitur ĩ auctoritate Cypriani, qui vero contraria faciunt, multas sustinent aduersitates: pax populorum rumpitur: bella suscitantur: sicut patet. R. 1. 30. Sequitur. Sciat itaque rex quod sicut in trono primus inter homines constitutus est; sic & in pœnis si iustitiam non fecerit, primatum habiturus est: omnes quoscũque peccatores in præsenti sub se habent, supra se plagari modo in illa futura pęna habebunt, illo hoc indicante, qui repulit in indignatione furori sui regem, & sacerdotem. Threñ. 2.

Artic. 2. ¶ Ad hoc vero, quòd secundum regulas regantur, & regant prædictas, & pœnas euadant prætactas, multa sunt eis necessaria in generali.

3 ¶ Primo humilitas, quantum ad seipsum. Ecclesi. 32. Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis, non supra illos per oppressionem, non sub illis per vilificationem, non ante illos per elationem, non post illos per remissionem, non extra illos per singularitatem: sed in illis per vnitatem, & communitatem: vt de illo verificetur illud. Apocal. 7. Agnus, qui in medio throni est reget eos.

¶ Secũdo requiritur, quod sicut caput omnem in corpus, quam potest, influit utilitatem: ita ipse: quia caput est; ut de illo verificetur illud. Eccl. 10. Vtilem rectorem in tempore suscitabit super illam, & populus subiectus veraciter dicere possit illud: Psal. 22. Dñs regit me, & nihil mihi deerit.

¶ Tertio requiritur diligentia, & virilitas in custodiendo quia custos & pastor est. Exemplum ad hoc de Hester de qua dicitur Hester 15. Cumque regio fulgeret habitu, & inuocasset rectorem omnium Deum, supple viriliter ingressa est ad regem pro populi sui salute.

¶ Quarto requiritur inflexibilitas in iudicijs, quod non sit sicut arundo: quia iudex est Eccles. 33. Audite me magnati, & omnes populi & rectores ecclesiæ, auribus percipite, filio, & matri, fratri ac amico non des potestatem super te.

¶ De tali rege & rectore dicet populus: ipse reget nos in sæcula: in Psal. Et talis merito ab omnibus honorabitur Eccles. 10. In medio fratrum rector illorum in honore.

¶ In speciali vero triplicem habere debent rectitudinem, & perfectionẽ scilicet cordis, oris, & operis, vbi per hæc tria implere possit tria præcepta, seu documenta, quæ in Ethica continentur, monasticum, œconomicum, & polliticum. Debẽt ergo rectitudinẽ habere cordis: hanc autem habẽt, qui hæc tria seruant veritatem, in cognitione, quẽ præcipitur habere: vt sciat discernere inter verũ & falsum: sicut per lumen discernitur album, & nigrum. Prouerb. 4. Oculi tui recta videant: qa Abachuc. 2. qui incredulus est, non est anima eius recta in semetipso. Artic. 3. 4

¶ Secundo charitatem in affectione. Cant. 1. Recti diligunt te. Sed heu in Psal. 77. Dilexerunt eum in ore suo: cor autem ipsorum non erat rectum cum eo.

¶ Tertio simplicitatem, & fidelitatem, & utilitatem in intentione: vt in omnibus intendat Dei voluntatem, & populi vtilitatem: vt de quolibet illorum verificetur illud Iob. 1. Erat vir ille simplex & rectus.

¶ Rectitu-

¶ Rectitudine etiam habere debent loquelę, quã tria causant, & ostendũt. Primo laus Dei: Psal. 32. Rectos decet collaudatio. Secũdo doctrina sana: vt ei dici possent illud Matth. 22. Scimus quia recte dicis, & doces. Tertio iustitia in iudicando: vt de eo verificetur illud Psal. 118. Rectũ iudiciũ tuũ: Et quantũ ad tria simul verificatur de eo illud Mar. 7. Loquebantur recte.

¶ Tertio debet habere rectitudinẽ, & sanctitatẽ operis, nõ tantũ propter suam salutem, sed etiam propter aliorum exemplum, quia speculũ est, Eccles. 10. qualis rector ciuitatis, tales habitantes in ea: Hanc autem rectitudinem tria causant, & ostendunt. Primo nanque ad hoc ꝙ illam habeat, oportet, quòd recte reddat Deo seruitium, & debitam reuerentiam, quia iustitiæ domini rectæ, in Psal. 18. Secundo sibijpsi munditiam, & castitatem, carnem suam uincendo: quia parum est, quòd alijs dominatur, nisi sibi ratione dominetur, quia istud dominium melius est, quia sicut dicitur Prouerb. 16. melior est, qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Sed hæc sicut talis est melior: ita rarior. Vnde Seneca. lib. 3. de naturalibus quęstionibus. c. 1. Pręcipuum in rebus humanis est non classibus maria complesse: non terras, uel ignota quærere, sed animo vidisse, quòd nulla maior uictoria quã vicia domasse. Innumerabiles sunt, qui urbes, qui populos habuerunt in potestate, paucissimi, qui se: de quibus paucissimis tantum verificatur illud Prouerb. 21. qui mundus est rectum, est opus eius. Tertio proximo iustitiam. Sic ergo, qui regis Israel intende, vt per istas tres perfectiones tres partes cõpleas, & perficias, quę in ethica continẽtur: videlicet monasticam, quę docet de regimine suijpsius. Oeconomicam, quæ docet de regimine domus, & familię: & polliticam, quæ docet de regimine ciuitatis, seu cõmunitatis. In quibus partibus gradatim ascendendũ est, & aliter regimẽ sibi vsurpat, & periculose assumit: quia absurdũ est, quòd qui seipsum regere nescit, regat vel regere pręsumat familiam: & qui familiam regere nescit, accipere præsumat regimẽ animarũ, vel cuiuscũque cõitatis: contra illud Heb. 5. Nemo sibi sumit honorẽ. i. sumere debet, nisi qui vocatur a Deo tanquam Aaron.

5

¶ Debet ergo primo regere seipsũ. Iuxta illud O rex, si regis, rege te, vel eris sine re rex. Deinde ꝓpriam familiã: sicut notatũ est. C. 16 23. cũ sequẽtib⁹. Quia sicut patet ꝑ Decretũ dis. 42. c. sicut hi. §. necesse est: non habet frõtẽ repręhẽdẽdi alios, q suos corrigere neglexerit. Cõtra talẽ etiã vehemẽter ꝑsumitur de crimine negligẽtię: ꝙ ita magnũ est, vt etiã dispositionẽ induat: dis. 81. dictũ deinde cõmunitatẽ. Quas tres ethicæ partes, qui recte obseruauerit, rècte rex dicitur: aliter nõ: quia ſm Isidorũ Ethimol. li. 9 c. 3. rex dicitur a regẽdo, & recte faciẽdo: hoc ergo faciẽdo nomẽ regis tenet: scilicet seipsũ, & alios quãtũ potest a peccatis custodiendo: & hoc nõ faciẽdo nomẽ regis amittit, & veraciter seruus est. Sicut patet per autoritatẽ Augu. N. 3. 1. vel tyrannus: sicut patet per historiã de Alexandro, & Pirata. R. 1. 23. Et patebit infra arti. 8. per exẽplũ de Salomone: ergo dominus virtutum ipse est rex in Psal. 23.

¶ Verũ quia virtutes humanæ nõ sunt tãtũ morales, quę sunt in voluntate ratione regulata: sed etiam intellectuales, quæ sunt in intellectu secundum rationem debitã. Sicut patet per sanctum Thomam primę, secundæ q. 58. arti. 2. & 3. Ad hoc ꝙ sit dñs virtutum oportet, quod virtutes habeat intellectuales, quę per studium sanctarũ acquiruntur scripturarum. Artic. 4. 6

¶ Ad quod quidem studiũ reges, & principes, & quicũq; nobiles, uel aliorũ rectores ꝓuocari debent. Primo uirorũ illustriũ exemplis. Secũdo scientiæ utilitate Tertio ignorantiæ uilitate. Quarto præcepto diuino.

¶ Primo

¶ Primo enim exemplis ad hoc prouocari deberent regum illustrium qui eos præcesserũt, & de studio multũ cõmendãtur sanctarũ scripturarũ.

Exẽplũ. ¶ Sicut patet primo de Theodosio Imperatore, de quo scribitur in Historia tripertita.li.1.ꝙ per diem armis, & per noctem libris incumbebat.

¶ Secundo idẽ patet per exemplum Philadelphi Regis Ægypti, de quo recitat magister in Historia scholastica:ꝙ licet haberet viginti millia librorum: de consilio tamen Demetri, præfecti bibliothecę suę misit ad iudæos ad habendum legem Dei, & translatores, qui eam trãsferrent, quos nos vocamus septuaginta interpretes.

Exẽplũ. ¶ Tertio idem patet exemplo Iustiniani Imperatoris, de quo dicit Chronica Romanorum Imp͞atorum: ꝙ leges condidit, & consummauit Codicem: videlicet & Digestũ, & leges Romanorũ abbreuiauit, & ꝙ tẽporibus suis respublica multum est prosperata, tã in oriẽte, quã in occidẽte. Quarto idẽ patet exẽplo Salomonis 3. Regum 3. qui multum cõmendatur: quia non petiuit a Deo diuitias, vel longã vitam, vel vindictã, & victoriã de inimicis suis, sed cor docile, vt possit recte iudicare populum Dei, & discernere inter bonũ & malum. Horum ergo exẽplo, & nũc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram: in Psal.2. Vide.S.4.12.

2 ¶ Secũdo ad idẽ eos monere deberet scientię vtilitas: Sciẽtia nãque sanctarum scripturarũ magnã causat vtilitatẽ, & quantũ ad regimẽ proprium quia facit facilitatẽ, & inclinationẽ bene operandi. Sicut patet per sanctum Thomã prima.2.q.li.7.art.1. Et p̄ exẽplũ de peregrino, seu viatore, in quo scientia viæ eũ proniorẽ reddit ad ambulãdũ. Quãtũ etiã ad regimẽ aliorũ. F. nanque.3.28. ostẽsum est: ꝙ diligenter curare debet, ꝙ lex Dei custodiatur. Hoc autem melius facere poterũt, si euãgelia, & alias Dei leges audiẽtes intelligant, quæ audiunt. De tali nanque qui habet potestatem cum uolũtate bona, & scientiam potestatem regulantem, & nõ de alijs uerificatur illud. Prouer.20. Rex qui sedet in solio suo dissipat omne malum: nam si potestatem habeat, vt de illo verificetur illud Esa.19. Rex fortis dominabitur eorum: & nõ scientiam, potentia in eo est, sicut gladius ĩ manu furiosi, & crudelis tyrãni, in quo impletur quod promittitur. Oseæ.13. Dabo uobis regem in furore meo.

¶ Tertio ad hoc eos hortari, & inducere deberet ignorantię utilitas, & periculum. Vilitas ostenditur per hoc quod recitat Vincentius in tractatu suo, ꝙ uidelicet in literis hortatorijs regis Romanorum ad regem Francorum ipsum hortabatur: ut filios suos instrui faceret in liberalibus disciplinis dicẽs: quod rex illiteratus est, quasi asinus coronatus.. Periculũ vero ostẽditur per hoc ꝙ scribit Petrus Rauennas in quadam epistola dicens. Princeps sine literis est nauis sine remige, & auis sine pennis. Quarto ad hoc eos diuinum arctat præceptũ. Deuter.17. quod habetur sup.eo.c.§.3. ubi continetur: ꝙ studere, uel audire deberet legem diuinam, & non romantias, nec fabulas & mendacia: quę tamen nonnulli eorũ libentius legũt, & audiunt, de quo dolendum est: quia si ita libẽter alia audirent, & legerent utilia, essent sapientiores in conueniendo populos in unum, & reges ut seruiant domino: in Psal.101. Exẽplũ.

¶ His ergo quatuor modis informati, o reges populi, diligite sapientiam. Sapien 6 quia intelligens gubernacula possidebit Prouerb.1.

Art.5. 8 Apes. ¶ Nec tantũ sapientia, uerum etiã clementiã eos necesse est habere. Hoc enim primo docet natura apũ, de qua tactum est. N.3.11. Licet nanque apes iracundissimæ intantum sint, quod ad se uindicandum seipsas destruant, & mortis periculo se exponant: tamen rex illarum sine aculeo est; ut liber continet naturarum.

¶ Secun-

¶ Secundo idem docet ratio. Rationabile nanque videtur, ꝙ sicut stella, quę immediatius appropinquat ad Solis ortum: maiorem ostendit claritatem: ita illi qui in magna potestate, & nobilitate plus illi appropinquant, & assimilantur, de quo cantat ecclesia. Ortus est Sol iustitiæ. Maiorem etiam ostendant miam in opere, vt sicut in potentia ita etiam in miã plus ei assimilentur: de quo in Psal.144. Misericordia eius super omnia opera eius.

¶ Tertio idem docet vtilitas: de qua tactũ est. P.10 4. Et de qua scriptũ est. Prouerb. 20. Misericordia & veritas custodiunt regem, & non roborabitur
Artic. 6. clementia thronus eius. Quãtum vero sit sapienter, & iuste, & clementer
9 regentium & regnantium meritũ, & præmium patet primo ex auctoritate Eccl.37. Sapiens inquit in populo hereditabit honorem, & nomẽ eius erit viuens in æternũ. De cuius regno dicitur. Dañ. 4. regnũ eius sempiternũ. Pro quo est aduertendum, quod duo sunt regna bonorũ: vnũ Ecclesię militantis, de quo Lu.17 Regnum Dei intra vos est: Aliud Ecclesiæ triumphantis, de quo Lu.21. Ego dispono vobis regnũ &c. Et in vtroque sunt tres status quasi tres prouinciæ. Nam in primo sunt status tres; scilicet cõiugatorum, continentium, & virginũ, quorũ primus est inferior, secundus melior, tertius optimus: ita in secundo regno sunt tres hierarchiæ: sicut ostẽsum est in capitulo de Angelis, infima media, & suprema. Et est talis inter ista regna, & prouincias, & illos, qui bene se regunt. in primo regno proportio: ꝙ illi, qui bene se regunt in primo, & inferiori statu coniugatorum, transibunt ad primã hierarchiam, idest inferiorem: quæ est prima ascẽdẽtibus, & sic de alijs; Vt de quolibet istorum impleatur illud Sap.10. Iustũ deduxit dñs p vias rectas, & ostendit illi regnũ Dei: vt viæ accipiantur hic illi status prædicti, per quos tanquàm per vias rectas: de quibus Oseę vlti. Rectæ viæ domini: iusti ambulabũt in eis. Ille eos deducit ad regnum suum, qui super illos regnat rex regum. Apocal.19.

¶ A quo regno deficiũt caro, & san- Artic.7
guis. 1. Corinth.15. Caro & sanguis regnum Dei possidere nõ possunt, i. illi q secundũ carnẽ, & sanguinẽ seipsos regunt, vel secũdum sanguinis nobilitatem, & potentiam ad culmen eleuantur, vel eligãtur religionis, quibus caro & sanguis reuelauit. Pro quo est 10
aduertendum, ꝙ antiquitus respublicæ, bene regebantur: quia nõ sanguine nec genere nobiliori: sed & sensu, & digniore regebantur, quando ad regimẽ aptiores eligebantur, & nõ nobiliores. Sicut patet per hoc quod refert Valerius, li 3.c.4. de Tullio hosti- Exẽplũ.
lio, quem in cunabulis accepit aggreste tugurium, eiusdem adolescẽtia in pecore pascendo fuit occupata, validior ætas Imperium Romanum rexit, & duplicauit, senectus in altissimo maiestatis fastigio fulsit: hunc non generis nobilitas, vel sanguinis propinquitas, sed animi probitas erexit: & ideo bene rexit.

¶ Sic quando rectores Ecclesiarum eligebantur: qñ insup ipse Spiritussanctus veraciter dicere potuit illud. Prouer.8 Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Quando etiã rectores reipublicæ fuerũt viri discreti, potius habẽtes respectũ ad vtilitatẽ publicã, quã priuatam, cõitates omnibus bonis abũdabant dicẽtes illud Psal.22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Vnde Rabanus sup illud Prouer.20. Exultatio iuuenũ fortitudo eorũ, & dignitas senũ canicies. Tũc ciuitates sunt bene ordinatæ, tũc Ecclesię res recte agũtur. cum fortiores viribus operibus insistũt necessarijs, & seniores maiori prudẽtia præditi de his, quę agenda sunt, salubriter consulũt. Sed nũc ad regimen reipublicę tã in Ecclesia in regimine animarũ, quàm in regimine corporũ iuuenes ignorãtes causa sanguinis, vel propinquitatis vel nobilitatis præponuntur:

nuntur: ita ꝙ nunc non potest dicere Spiritussanctus: ꝑ me reges regnāt, sed potius illud Oseæ. 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me: & ideo non regnant, sed errant.

11 ¶ Quorum error licet in propriū periculum redundet ęternum: tamen interim in damnum redundat subditorum, & illorum, cum quibus cōtrahunt, sicut in parte tactum est. D. 12. arti. 13. Et R. 1. 1.

¶ Est. n. de talibus respectu ad subditos. Primo sicut de stomacho in respectu ad membra. Et sicut de Sole in medio planetarum: quia si stomachus & cor bene disponantur, mēbra sunt sana: Sed ubi hæc male disponuntur, & ubi Sol eclipsatur necesse est alia membra esse indisposita, & alias stellas eclipsari: ita quando ille, de quo Eccles. 10. In medio fratrum rector. Ecce cor & Sol in medio. Eccles. 10. Qualis rector ciuitatis &c.

¶ Secundo est de talibus, sicut de radicibus arborum: quia si radices mortuæ sunt, inde egreditur mors ad ramos. Sic a malis rectoribus, de quibus, Dan. 13. Egressa est iniquitas a senioribus, qui uidebantur regere populum: Si bonæ & sanę inde ingreditur uita ad ramos. Sic in proposito de radice illa, & sequacibus suis. de qua ad Roma. 15. Et erit radix iesse & qui exurget regere gentes: in ipsum gentes sperabunt. Tertio Ptholomeus Philosophus malos rectores, & principes tyrannos comparat picturis: quia sicut cū homines a longe uiderint picturas placent, prope uero nō dulcescunt: Imagines enim uisæ in debita ꝓportione, & distātia pulchriores apparent, quàm quādo uidēti nimis appropinquant: ita nomen regū, & tyrānorum placet his, qui multū distant, & nihil cū eis habēt facere, ꝓpe uero nō placēt: quia patriā spoliāt propinquā. Vnde & nūc quādo de aliqua patria fit mētio, ꝙ est diues: quandoque rīdetur ꝙ mirū est, rex nūquàm moratur in partibus illis. Et quando de alia dicitur ꝙ est apportata & magnā habet charistiam. Respondetur ꝙ mirum: rex iacuit ibi tanto tempore.

¶ Ita ꝙ in omnibus istis negocijs ueritas ostēditur sacrę scripturæ, quæ dicit Eccl. 10. Vę tibi terra cuius rex puer est, idest pueriliter uiuēs, & cuius principes mane comedūt, & inebriātur, antequàm ueniāt ad parlamētū, uel consiliū. Sed beata terra cuius rex nobilis est, & cuius principes uescuntur tēpore suo ad refrigerandū, & non ad luxuriam. Quarto est de illis sicut de igne in hyeme, a quo, qui nimis est remotus frigescit, qui vero nimis appropinquat comburitur: ita illi, a quibus reges nimis distant: quia regē natiuū nō habēt sicut multi italici de qb⁹ impletur illud Oseę. 3. Sedebūt sine rege: multa mala, bella, & danna tam corporū, quā animarū frequenter experiuntur. Illi vero, quibus nimis appropinquant, spoliātur, cōburūtur, de quibus verificatur illud Esa. 1. Terra vestra deserta, ciuitates vestrę, succensæ igni, regionē vestrā corā vobis alieni deuorāt. Ille videlicet cū familia sua terram vestram deuorat, de quo scribitur Eccles. 10. Rex insipiens perdet populum suum.

¶ Nec tantum populū suum perdit ipse: sed, ēt ille q tyrānice viuit ꝓprias quærens delitias & cōmodum, & non populi, cū respublica, quā regere deberet, sit res populi secundū Augu. de ciui. Dei. li. 5. c. 18. seipsum æternaliter ꝑdit. Et sicut ipsos lugere facit temporaliter: ita ipse lugebit ęternaliter: quā do verificatur de eo illud Ezech. 7. Rex lugebit & principes. Artic. 8. 12

¶ Circa cuius pęnæ ostensionē. Primo ostenditur quomodo propter peccatū suū tā ipse, quàm etiam populus simul quādoque puniūtur tēporaliter in terris, & dn̄io. Secūdo quomodo ipse solus tēporaliter punitur in fama, in hoc ꝙ nomē famāq; amittit regiā. Tertio quomodo ipse tā hic, quā alibi iuste regnū cū omni amittet dn̄io.

¶ Primū patet, Hiere. 22. vbi Deus

per

per prophetam regẽ alloquit dicens. Audi uerbum dñi rex Iuda, qui sedes super solium Dauid, tu, & serui tui, & populus tuus. Vbi nota totum capitulum, quomodo præcipit regi & ministris suis dicens. Facite iudicium, & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris, & aduenã, & viduã, & pupillũ nolite contristare, neque opprimatis inique, & sanguinem innocentẽ ne effundetis. Ista uero seruantibus ꝓmittit prosperitatem & regni stabilitatem. Cui cõcordat qđ dicitur Sap. 6. Rex sapiens stabilimentũ populi sui est. Istam uero regulam cũ illis etiã supra e.c.art.1. nõ seruantibus promittit ibidem ciuitates inhabitabiles, & interfectores, & inimicos sup eos uẽturos. Et dicet, inquit, vnusquisque proximo suo: quare fecit sic dñs ciuitati huic grandi? Et respõdebit: eo ꝙ dereliquerunt pactũ dñi. Cuius derelictionis: quia ex parte magna radix fuerit peccatũ regis Ioachim: patet ꝑ hoc ꝙ statim cõtra illũ ꝓphetat. Primo in eius improperium recitans patris sui Iosue regis bonitatem, & iustitiam, & propriã iniquitatẽ, & iniustitias. Concludens: ꝙ sepultura asini esset sepeliendus. Sic ergo oculi dñi super regnũ peccans, & cõteram illud. Amos ulti. quia sicut dr̃ Ecclesia. 11.
13 Multi tyrãni sedent in throno. In quo patet secunda pars istius articuli: ꝙ videlicet tales, noĩe amisso regio, tyrãni nuncupatur, qđ satis ostenditur ex historia scholastica tertij regũ de morte Salomonis. Vbi quæritur quare dr̃ Salomon senex fuisse. Sic.n. legitur. 3. Regum. 11. ꝙ mulieres auerterunt cor suum, cum iam senex esset, cum parũ vltra quinquaginta annos uixisse legitur. Cui quæstioni rñdet per Iosephũ dicẽs. Mortuus est Salomon valde lõgæuus, qui regnauit annis octoginta. Vixit autẽ nonagintaquatuor: sed in biblia nõ inuenitur, ꝙ regnauit nisi quadraginta annis. Sicut patet. 3. Regum 11. Sed diuina scriptura tantum annos exprimit, quibus regnauit antequàm præuaricaretur: in signum ꝙ post ꝑuaricationẽ nõ regnauit: sed errauit. Et ideo nomẽ amisit regiũ, q. vitã duxit seruilẽ. Cui cõcordat Isidorus de summo bono li. 3. dicẽs: ꝙ reges a regendo uocati sunt. Ideo recte faciẽdo nomẽ tenetur, peccãdo amittit. Recte ergo illi tñ reges uocantur, qui tã semetipsos, quã subditos bene regẽdo modificare nouerunt. Et nõ tantũ nomẽ, sed etiã dominiũ amittere: tam 14
hic, q̃ alibi merent. Quod eñ hic illud merent amittere ostẽdit ꝑ iustitiã legis ciuilis, in qua recitat in qbus vasallus iuratus teneatur dño suo. Sicut patet in autẽtica ti. de noua fidelitatis forma. Col. 10. Et inter cętera dicit: ꝙ tenet ei ad hoc: ꝙ dãnum ei nõ faciat in rebus, in possessionibus, & cõcludit dicẽs: quoque in his oĩbus dñs uicem fideli suo reddere debet. Gl. qđ si non fecerit, merito censebitur malę fidei. Sed nunquid aliã pœnam patit? vtique talem qualem uasallus: quia sicut uasallus in rebus, uel alijs infideliter agens cõtra dominum suum, priuatur feudo: ita dominus in his infideliter agens contra uasallũ de iure priuatur proprietate, & dominio, quod uasallus ille tenet. Et hoc ꝓbat gl. ꝑ legẽ: infra eadẽ coll. tit qualiter dñs ꝓprietate priuet. Vbi q̃rit lex si dñs apertã felloniã fecerit: an sicut uasallus bñficium amitteret: ita dñs de ꝓprietate priuaretur. Et rñdit ꝙ sic. Glo. nec mirũ cũ ipse dñs teneat vicẽ reddere vasallo. Quibus lex concordat Dei. Eph. 6. Vbi primo dicit seruis: obedite dñis ĩ oĩbus cũ timore, & tremore, in simplicitate cordis. Et cito post adiungit dicens. Et uos domini eadem facit remittentes minas scientes, quòd & ipsorum, & uester dominus est in cœlis, & personarum acceptio non est apud Deum. Gl uero ꝑcedentis exemplum ponit legis de liberto & patrono, quæ habetur. P. 3. 41. Ex qua arguit quòd sicut in alimentis præstandis ad paria iudicant: ita in ꝓposito in fidelitate præstãda, & taliter sunt

ſunt puniendi, & priuandi, ſicut uaſalli, quam priuationem licet hic euadant, ꝙ ex hoc contingit, quòd vaſalli non poſſunt punire dominos contra eos delinquentes: ſicut ipſi faciunt vaſallos & ſubditos ei inobedientes. Ex qua impotentia accidit: ꝙ vbi ſubditorum inopia frequenter ſuperiorum infidelitas raro vel nunquàm in hoc ſęculo punitur. Tamen Deus in hoc non parcet: quin ſicut hic ipſi puniũt eis inobedientes: ita Deus cum acceperit iudicium puniet, & priuabit ſubditis ſuis iniuſtitiam facientes. Ad vos ò reges ſunt ſermones mei: vt diſcatis ſapientiam, & ne excedatis: qui enim non cuſtodierint iuſtitiam iuſte iudicabuntur. Sap. 6. Nec valet, quòd dicũt ſe ius habere in hoc, ꝙ bona ſubditorum capiunt ad libitum allegantes pro eis illud 1. Reg 8. Prędi ius regis, &c. quia ibi ius accipitur ęquiuoce. ſicut lex Sapi. 2. vbi ſic dicitur. Sit fortitudo noſtra lex iniuſtitiæ: qñ ergo qui male regunt, & alios priuãt, & puniunt, a Deo punientur & priuabuntur tam dominio terreno, quod hic inuiti derelinquunt, quàm etiam dominio cœleſti, quod alibi non inuenient: tunc ueritas ſcripturę apparebit, quæ dicit Eccleſi. 4 Melior eſt pauper, & ſapiens rege ſene, & ſtulto. Nota leges quòd reges debent viuere ſecundùm leges. X. 1. 9.

¶Religio. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Religionis deſcriptio, & explanatio. numero 2. 3. 4.*

5 *Religionum ingredienti intentio qualis eſſe debet.*

6 *Rationes mouentes ad ingreſſum religionis multæ.*

7 *Periculum retrahentium à Religione, qui aſſimilantur Aegyptijs volentibus retrahere filios Iſrael Aegyptũ fugientes.*

8 *Retrahentibus fortiter reſiſtendum.*

9 *Magna eſſe debet promptitudo eorum, qui religionem ingrediuntur. numero 10.*

11 *Religioſorum informatio triplicem habere debet partem recedendi à malo, progrediendi in bono, & perſeuerandi in vtroque. numero 12. 13. 14.*

15 *Religioſorum paupertas, & caſtitas perpetua eſſe debet num. 16.*

17 *Religioſorum obedientia coniuncta eſſe debet cum patientia. nume. 18. 19.*

20 *Religioſorum deuotio qualis eſſe debet.*

Ad deuotionem acquirendam requiruntur duo paſſionum interiorum ſedatio, & totius hominis quietatio, & pacificatio ibid.

21 *Religioſorum contemplatio debet eſſe omnino remota à mundi conuerſatione, & ſolicitudine.*

22 *Religio horto comparatur propter tres rationes: propter ſimilitudinem amotionis. num. 23.*

24 *Propter ſimilitudinem conſeruationis.*

25 *Quod Religioſi non faciant fructũ bonum, ſed committant ſcelere multa ex duabus vel tribus cauſis accidere poteſt. num 26.*

27 *Religio inſuper aſſimilatur horto propter duo: propter ſimilitudinem ſignificationis: & propter ſimilitudinem perfectionis.*

28 *Cauſa cur religioſi tenentur ad laudãdum Deum.*

29 *Diuerſi ſunt modi laudandi Deum.*

Deus laudandus ex toto corde, ore, & corpore ibid.

Quæ vtilitas ſequatur ex laudando Deum. ibid.

30 *Eorum laus & benedictio Deo nõ placet, qui mutuam pacem & concordiam non habent, cuius primum fundamentum eſt vitæ munditia.*

Quid pacem inter religioſos turbet, cũ motiuis contrarijs. ibid.

31 *Clauſtrales, & officiales in monaſterio concorditer viuere debent.*

32 Reli-

52 *Religiosi non viuentes concorditer assimilantur pueris in vtero matris Rebeccæ collidentibus.*

53 *Religiosis perseuerantia necessaria est ex quibus qui non perseuerant multis vilibus rebus assimilantur.*

54 *Occasiones quæ possent amouere aliquẽ à perseuerantia religiones, & responsiones, & refutationes earum. numero 35.*

36 *Retrahentes aliquem à religione diabolo assimilantur.*

37 *Fortitudo requiritur ad perseuerandum in religione, quæ ex multis efficitur, perficitur, & conseruatur.*

Religiosorum vita communis melior & securior, quàm vita solitaria. ibidem.

38 *Religiosorum bonorum magna est vtilitas, & dignitas.*

Religiosorum triplex vtilitas: temporalis sustentio: multorum periculorum euasio, & in cœlo maior remuneratio. ibidem.

39 *Religiosi non seruantes paupertatem secularibus se conformant in tribus.*

40 *Deus verò pauperibus, & in eo spem suam ponentibus prouidet. numero 41. 42.*

43 *Confidentes in prouidentia propria sæpius, etiam quoad mundum decipiuntur.*

44 *Religiosi in prouidentia propria confidentes periculose exponunt, & quoad Deum, & quoad mundum.*

Ratio cur religiosi multa pericula euadant. ibidem.

Religiosos maiorem habere remunerationem in cœlo ostenditur. ibidem.

Religiosorum vita non tantum sibi, sed etiam alijs vtilis. ibidem.

45 *Religiosorum bonorum magnum est in terra meritum, & in cœlo præmium. numero 46.*

47 *Diuersæ religiones in veteri, & nouo testamento præmonstratæ fuerunt. numero 48.*

49 *Religiosorum conditio, qui officia, & dignitates quærunt.*

50 *Actus eorum, qui officia, & dignitates male quærunt, quales.*

51 *Victus, & vestitus eorundem qualis sit. num. 52.*

53 *Factus notatur eorundem, & magnũ scandalum: quod inde oritur apud seculares. num. 54. 55*

56 *Finis eorundem est hominum derisio, & Dei abiectio: num. 57.*

58 *Responsio ad obiectionem, quam facere possent ijdem.*

59 *Iidem, qui multa expendunt in via, deberent expendere de suis personalibus, non de bonis confratrum suorum.*

60 *Responsio ad eosdem circa obiectionem, quam facere possent.*

61 *Planctus, & lamentatio eorum, qui talia damna passi sunt à supradictis. numero 62.*

63 *Pœna, & periculum eorundem in præsenti sæculo.*

64 *Vitæ irreligiosæ pœna in alio sæculo notatur.*

65 *Religiosorum damnatur excusatio, qui non seruant paupertatem, obedientiam &c. num 66.*

67 *Boni religiosi comparantur soli per tres similitudines, siue conditiones, quas sol hẽt: mali vero lunæ per tres alias. num 68.*

Religionis. Primo ostenditur descriptio cũ sua explanatione. Secũdo religionẽ ingredientis intẽtio. Tertio ingrediendi ratio. Quarto promptitudo. Quinto ingressorum informatio. Sexto paupertas, & castitas. Septimo obedientia, & patientia. Octauo solicitudo, & contemplatio, & deuotio. Nono diuinæ laudis exhibitio. Decimo vniformitatis, & pacis dilectio. Vndecimo perseuerantia. Duodecimo spiritualis fortitudo. Tertiodecimo talium religiosorum vtilitas, & dignitas. Quartodecimo me-

situm & præmium. Quintodecimo quomodo diuersæ religiones in scriptura prophetica videntur præmonstratæ. Sextodecimo deficientium in religione ostenditur conditio, quantum ad affectum. Decimoseptimo quantum ad actum. Decimooctauo quantum ad uictum, & uestitum. Nonodecimo quantum ad fastum. Vigesimo illorum ostenditur miseria quātum ad finem. Vigesimoprimo quantum ad aliorum planctum. Vigesimosecundo illorum pœna ostenditur, & periculum. Vigesimotertio excusatio cum reprobatione. Vigesimoquarto experimentum.

¶Quantum ad primum religionis descriptio exprimitur Iacobi primo: vbi dicitur: ꝙ religio munda, & immaculata apud Deum, & patrem hæc est uisitare pupillos, & uiduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sęculo.

Artic. 1. ¶Ad cuius autoritatis intellectum est aduertendum quòd fuerunt aliqui, qui uitam religiosam, & sanctā ostenderunt exterius, sed nullam habuerūt interius: sicut pharisęi hypocritæ, de quibus dicit Saluator. Matt. 23. væ uobis pharisęi hypocritę: qui mundatis, quod exterius est.

¶Alij uero quandoque vitam bonam, & religiosam interius se habere opinantur, sed minus curant de fama exterius, de quorū responsione, & cōfidentia & conscientia tactū est. F. 2. 3. Sed quia nec primo nec secundo religio sua sufficit ad salutem, congrue de quolibet illorum dicitur Iaco. 1. huius uana est religio: quia prima deficit quantum ad Deum, secunda quātum ad hominem: vterque nanque se tenet in extremis, & neuter in medio. Propter qđ beatus Iacobus uolens vtriusque declinare errorem, & utranq; religionis perfectionem in vno medio, in quo consistit uirtus, comprehendere: dicit Religio munda, id est, religiosi mundi interius in corde quantum ad Deum, de quibus Matth. 5. Beati mundo corde: Et immaculati exterius quantum ad hominum salubre exemplum: vt de illis uerificetur illud Sap. 7. speculum sine macula.

¶Alij uero se quasi religiosos ab alijs in uestibus segregabāt, sed qa nō habuerunt firmū fundamentum nec certā regulā, nec statū a curia approbatū, destruebantur. Sicut patet de Begardis, & beginis, & constitutionibus clementinarum de reli. domi. de quibusdā. Hęc uero oīa hæc hēt tāquàm firmissimū fundamentū, & certissima ligamenta. Nec mirū: quia Deus fundauit eā in Psal. 86. ꝑpter quod de illa specialiter dici potest illud. 1. Petri 2. Hæc est Dei gratia. Hęc est ergo religio, q̄ habet primo internā puritatem in affectione: quia mūda, q̄ hēt secundo externā honestatē in conuersatione, quia immaculata, quæ habet tertio firmā soliditatē in professione: qa hęc est religio ī gratia fundata, & certa regula, & certis legibus gubernata.

¶Ratione primi est aduertendum, ꝙ huiusmodi religionis professores ad triplicem obligantur munditiam cordis, oris, & operis. De qua notandum est. M. 12. arti. 3. Primo cordis diligenter a Deo petere debent mundiciam dicentes cum Psal. 50. Cor mūdum crea in me Deus. Circa quod nō tantum mūdiciam: sed etiam erectionem attendere debent, & formam: Primo tamen omnium maximè attēdere debent, quod sit mundum: quia est uas Deo specialiter sanctificatum: ergo eos arctare debet ad illius mundiciam periculum, quod eis ex illius imminet immundicia. Sicut patet per exemplum de Balthasar. O. 6. 77. Mundamini ergo qui fertis vasa domini. Esa. 52. 2

¶Secundo attendere debent, quod sit Deo erectum: ut sit aptum ad receptionem gratiæ Dei, & omne datum optimum, quod desursum descendit a patre luminum. Iac. 1. Et non ad terrena inclinatum: quia tale cor amittitur: sicut patet. C. 14. 18.

¶Tertio

¶Tertio attendere debent formam scilicet superiorem rotunditatem, vt sicut corpus rotundum faciliter ad omnia superioris pręcepta moueatur, sicut ostensum est.C.14.11.non tantum ubi prospera pręcipiuntur: sed etiam aduersa: Illi enim qui tantum obedire uolunt ubi prospera impo nuntur, uel iniunguntur, sunt de ordine ꝓfessione Guidonis, de quo fertur ꝙ de magno statu in sęculo ad religionem ueniens si sibi aliquid iniũgeretur, quod erat oneris: sicut quod seruiret fratribus suis infirmis, uel aliquod simile se excusare solebat, dicẽdo pro Deo cogitetis, ꝙ in omnibus talibus officijs, & laboribus olebam sub me habere, q mihi in talibus ministraret: nõ ponatis me nunc ita basse, ꝙ cogat ministrare, cui solebat ministrari: quando uero superior ei aliqd imposuit, quod erat solacij, vbi bona sperabat festa, uel uina, & huiusmodi delectabilia, capite inclinato respondere solebat libenter pater: nam propter hoc rasi caput, vt essem obediens. Vide contra tales.O.1.9. Nõ sic propheta, qui ait.Psal.56. Paratũ cor meum Deus: scilicet ad prospera, & iterum: paratum cor meũ ad obediendum in aduersis, & tale est cor mundum coram Deo, & hominibus.

3 ¶Quantum ad secundum triplici ratione debent esse sine macula. Primo, quia sunt quasi onium speculum pro tanto: quia si speculũ in se sit clarum, bene & congrue ostẽdere potest aliorum defectus, nõ sic maculosum: Sic religiosi, qui in uictu, vestitu, loquela opere, & oĩbus motib⁹ suis sunt quasi speculũ sine macula. Sap.7. Audacter possunt ꝑdicando, loquẽdo aliorum reprehendere defectus. Et exẽplo clare ostendere, & verbo quales alij esse deberent per bonam suã cõuersationem, quasi per regulam rectã omnium aliorum ostendentes curuitatẽ: non autem sic si sint maculosi, & curui: beati ergo immaculati: Psal.118.

¶Secũdo quia sunt sicut oculus, in quo macula turpior, & periculosior est, quàm in alia corporis parte: ergo satagite immaculati inueniri.2.Pe.3.

¶Tertio quia sunt sicut vestis alba: quia sicut macula in ueste alba ad maiorem ostenditur, & uidetur distantiã: ita culpa religiosorum ad maiorem portatur, & narratur distantiam, & in male operando plus ad illã, quasi ad exemplar omnes respiciunt. Videntes ergo maculæ in nobis periculũ quilibet nostrum dicat illud: Psal.17. Ero immaculatus cum eo. Et iterum. Fiat cor meum immaculatum. Psal.118.

¶Sed heu est de multorum statu quãtũ ad obseruãtiã: sicut de illa imagine.O.6.20. Et de illa ciuita.C.4.22.

¶Quantum ad tertium est notandũ: quod huiusmodi status perfectio continet primo austeritatem pœnitẽtiæ quę notatur in hoc quod dicit: religio. Secundo specialitatem excellentiæ notatam in hoc ꝙ dicit: hæc. Tertio stabilitatem existẽtiæ: in hoc, quòd dicit: est. 4

¶Primum patet: eo ꝙ religio eo appellata sit, ꝙ ea religemus vni Deo animas nostras ad cultũ diuinũ uinculo seruiendi: ut dicit Aug.li.de quãtitate animæ. Ad cuius intelligentiã est aduertendum: quòd in baptismo omnes Deo obligamur, meliores iterum Deo obligantur: non tantum baptismo, & generalibus pręceptis, sicut alij Christiani: sed tribus alijs circulis scilicet obedientia, continentia, paupertate, & alijs paruis ligaturis constitutionum, & institutionum, & actorum, quibus laxatis laxantur maiores circuli.

¶Exemplum ad hoc de liquoribus in dolio missis, in quib⁹ uidemus: ꝙ vinum fortius ligatur, quàm aqua, & vinum quanto fortius & preciosius: sicut est illud, quod vocãt uinum ferratum, tanto fortius ligatur: Sic religio, quæ vino comparatur, & assimilatur: quia sicut, in dolio vini sunt: feces inferius, & spuma superius parui valoris: inter quæ bonum vinũ me-

medium tenet:ita in religione,qui nihil uolūt addiscere,vel scire, uel agere feces sunt: qui uero uolunt inaniter sup alios exaltari, & superbe gloriari,spuma sunt parui ualoris.de qua Oseæ.10. Transire fecit Samaria regem suum, quasi spumam super faciem aquæ Inter hos uero sunt medij, quasi bonum vinum ad multorū spiritualem iucunditatem de quo Ecclesiast. 31. Vinum in iucunditate creatum est. Sed heu aliqui dabant ei vinum cum felle mixtum Matth.27. Et dabant ei bibere vinum myrrhatū. Marci.15.Secundum, id est,spiritualis excellentia ex hoc patet, quòd sicut prædictum est de uino, quòd aliqua alijs fortius ligantur: ita hæc arctiori paupertate,& strictioribus ligatur constitutionibus, & ordinationibus. In quo eius super alias religiones intantum notatur excellētia specialis, & animæ contemplatiuæ requies singularis, quòd ipsam professus de ipso gaudendo specialiter dicere potest illud: Psal.131. Hæc requies mea. Et iterum. Hæc mutatio dextere excelsi: Psal 76.Et illud Ioan.17.Hęc est vita æterna: supple causaliter. Et illud. 1. Thessal.4. Hæc est uoluntas Dei.

¶Tertium,id est, stabilitas existentiæ in hoc ostenditur: quòd sicut nauis chordis suis in mari ligatur contra omnes tempestates:ita hæc in mari huius mundi contra omnes tentationes per prædicta ligamenta. Et sicut nauis contra omnes tempestates bene gubernata ad portū ducit optatum:ita hæc religio, de qua Exod.12. Hæc est religio Phase.1.transitus ad vitam æternam tanquàm ad portum optatum æternæ quietis.

Artic.2. ¶Ad hoc uero quòd religio sic de

5 Ægypto ad terram sanctam suum ducat cultorem, necessarium est, quòd ipsam ingrediens, & assumens intentionem habeat rectam, mundam, & bene ordinatam:quia si oculus ingredientis fuerit nequam, ut illa de causa ingrediatur, de qua tactū est.O.6. 10.& 36.& 50. Aliter totū corpus tenebrosum erit: quia tales tā ex parte ponentium, q̄ ex parte ingredientiū ponuntur in religione, sicut porci in nemore ad glandes colligendas, & ut de fructibus abundanter uiuāt,de q. bus tactū est F.5.4.& O.6.48. Quod enim talium opus sit tenebrosum.i. turpe,& inutile, & abominabile, & sine merito corā Deo, qui uidet & intuetur cor.1. Regū 16.patet: qa ante oculos eius sunt, sicut spica sine grano,& sicut lāpas sine oleo, & sicut asinus ille in pelle leonis, de quo fabulæ ratione exempli fingunt, ꝙ uidens Leonē tā magnū inter animalia obtinere dominiū, & honorē cogitauit qđ fœlix esset,si leo fieri posset,ꝙ posset sic honorari, & labores solitos fugere:breuiter tantum laborauit, & ad hoc egit, ꝙ pellem obtinuit leonis, qua induta montem a cēdit,quē aliæ bestiæ uidentes,& leonem ęstimantes, ipsi honorem leoni debitum fecerūt, & exhibuerunt: dominus uero asini ipsum amittere nolens, cū diligenter ipsum quæreret, & p aliqua signa asineitatis:uidelicet per aures,& tales extremitates:scilicet oris,& pedū,ipsum asinū suum esse depręhēderet, ipsum pcussit, qui statim relicta pelle ad solita remeauit: ita multi uidentes religiosos, & uiros ecclesiasticos opulentos,& honoratos cogitant se forte fœlices,si tales esse possent:ita diuites,ita honorati & sęculi fugere labores, & tali intētione pellem induunt leonis: id est habitum religiosorum, uel clericorum. Dñs uero illorum diabolus, qui diuersorum prius peccatorum, & in ingressu male intentionis iure obtinuit illorum dominium, qui asinos suos non libenter amitteret. Videns in oris illorum loquela,& in auditu aurium,& aspectu oculorū, & in incessu pedum signa asineitatis, & leuitatis, & irreligiositatis, intelligensque per hæc,quod faciliter ad solita,& ad maiora duci possunt eos magna percutit

Asinus. Exemplum. Fabulæ. Leo.

tenta-

tentatione, quam sentientes clerici ad grauiora relabuntur: habitum tamen, sub quo quasi licéter peccare possunt, non abijciunt, nec etiam lucra cum hoc amittant terrena, religiosi uero, qui licenter cum habitu peccare non possunt, nec impune diu grauia committere, pellem abijciunt, & Deum, in quo immobiliter intentionem fixam non habuerunt, sed in commodo tẽporali, derelinquunt, cum domino ad solita reuertentes. De consimili asino: vide. O. 6. 50. Et de consimili lupo, qui sic si posset indueret vestem pastoris. P. 13. 31. De quorum quolibet dicitur ad Philip. 2. habitu: supple tantum, inuentus ut homo. Et bernard. in meditationibus. Sub ouina pelle conscientiam vulpinam abscondebant. Et Prosper de uita contemplatiua. Sunt quidam, qui uelut conuersi ex pristinis moribus, non mentem, non actũ, sed uestem, & habitũ solum abijciũt. Hi sunt, qui sermone tantum, non opere sęculo renunciauerunt: sęculariter viuunt, & uicia sua sub inani ꝓfessione melioris vitæ abscondunt, ac religionis imagine, & nomine palliati opinionem virtutum suscipiunt: ꝓdicant magna, nec faciunt: accusant vitia nec deponunt: publice despicere simulant, quod occulte committunt: magni student uideri, nec tamen fieri tales: bene uolũt colligere fragmẽta, & reliquias sanctorũ eis dimissas, sed non mores: Sicut illi, qui uadunt cum indulgentijs, qui omnia prædicãt, & sustinent propter lucrum temporale. Omnes isti ad statum ecclesiæ & religionis male accedunt, & de fructibus ecclesiæ, & religionis contra Dei legem comedunt, in qua præcipitur. Exod. 12. Hæc est religio phase: omnis alienigena, id est, qui intentionem habet a Deo alienatam, non comedat ex eo.

Fabulæ. O. Fabu. P.

Artic. 3. ¶Sed qui sine periculo ecclesiam, vel religionem intrat & fructus eius sine periculo comedunt, reuera illi sunt, qui bona intentione intrant, & in ea bene viuũt. Ad cuius ingressum & progressum bonum multæ rationes mouere deberent seculares.

¶Ad ampliorem ergo circa hoc ꝓpositum doctrinam habendam. Primo ostendendæ sunt per exempla rationes mouentes, & ad religionis ingressum quoscunque hortantes. Secundo ostendendum est periculũ retrahentium. Tertio ꝙ talibus est fortiter resistendum retrahentibus.

¶Prima ratio pro prima parte tacta est per exemplum illorũ, qui inimicis uallati sunt. B. 2. 21. qui libenter ad castrum vel munitam fugiunt ciuitatem. Sed religio ciuitas est: sicut ostensum est. C. 4. 21. 6

¶Secunda ratio timoris cum prædicta cõcordans est de naufragio, vel de illo qui naufragium timet. Talis enim nititur aliquod solidum in manibus capere, sicut tabulam, rupem, vel arborẽ ne demergatur in profundum: Sic ille, qui frequenter peccando in hoc mari frequenter naufragium passus est, vel qui adhuc iuuenis est, & naufragium timet spirituale, sapiẽter facit tabulam pœnitentiæ, & religionis in manu accipiens ne naufragio periclitetur. Qui ad hoc faciendum hortatur. A. 3 per totum.

¶Tertia ratio ad hoc captos necessitas deberet esse timor, ne spiritũ sanctum ab eis fugarent, quod ex hoc arguitur, ꝙ ueritas ait Ioan. 16. Si autem non abiero: paraclitus non ueniet ad uos. Affectio corporalis ꝓsentię Christi in aliquo aduentum spiritussancti in corda discipulorum impedire potuit: sicut ex uerbo prædicto innuere, videtur. Et ex uerbo, quod ibidem dicit. Expedit vobis, ut ego uadam. Sup quo dicit Beda in gl. Expedit, ut forma serui subtrahatur uestris aspectibꝰ: quatenus amor diuinitatis arctius, uestris infigatur mentibus. Quanto magis carnalis amicorum affectio, & præsentia spiritum sanctum & amorem diuinitatis a cordibus excludit minorum? Et sicut spiritum sanctum

ibi amittunt, ita etiam ibi Christū minime, uel cum difficultate inuenient. In signum cuius illi, qui ipsum requirebant inter cognatos, & amicos, minime inuenerūt. Lu.2 Si ergo ipsi inter amicos, & consanguineos iustos Christum non inuenerunt, quomodo nos ipsum inter amicos inuenire poterimus iniustos, usurarios, leccatores, & huiusmodi? Propter hoc dicit Matth.10. ꝙ uenit separare filiū aduersus patrem, & filiam aduersus matrem suam: ut ab eis separati in uinea religionis diuini amoris maiorē inueniant dulcedinem in præsenti. Ad modū Sansonis, qui parētibus in uia relictis, & uineam intrans fauum inuenit mellis, quo tam seipsum, quàm ēt postmodū refecit parētes. Iudic.14. Et in futuro terrā inueniāt ꝓmissionis ad modum Abrahæ. Gen.14. Qui egressus de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui uenit ad terrā ꝓmissionis: Sic nobis oīa relinquēda sunt, exēplo Apostolorum, q dixerunt: ecce nos reliquimus omnia. Matth.19. ut cum Abraham ad terrā veniamus uiuentium, & cum discipulis cētuplum accipiamus, & uitā ęternam possideamus. Si enim mercator ad tēpus patriam reliquit, & parētes propter magna lucra in alia terra sperata: Ergo & nos propter lucra ęterna facere deberemus illud, qđ dr̄ Hieremiæ 12. Reliqui domū meam, dimisi hæreditatē meā. Sicut auis dimittit nidū suū propter glutinū & laqueū. Exemplo illorū de quibus. 4. Regū 7. Reliquerunt tentoria sua, & equos & asinos in castris, fugeruntq; tm̄ animas suas saluare cupientes. Et exemplo Ioseph, qui relicto palio in manu mulieris, egressus est foras Gen.39. Et exemplo magorum Matth.2. qui uenerunt ab oriente quærentes Christū. Per orientē parentes intelliguntur, a q̄bus ortū habemus. Et exēplo Christi dicētes Io 16. Relinquo mundum, & uado ad patrē. His ergo rōnibus & exēplis informati relinquite ciuitates: habitate in petra. Hiere.48. Quartam rationem uide V.7.15.

¶Quantū ad secūdam partē huius articuli illi q uolentes Ægyptū mundi deserere, & religionē intrare, retrahere nituntur Ægyptijs assimilantur persequentibus, & retrahere nitentibus filios Israel Ægyptū fugientes & ad terrā promissionis properantes. Et ſm Ber. sunt similes Herodi persequenti Christum nasciturū, quia pueros in nouam uitam nascituros impedire & spiritualiter occidere nitūtur: de quo conqueritur Esa.37. dicēs. Venerunt filij usque ad partum, & uirtus non erat pariendi. 7

¶Qualis uero fuerit talium culpa, & periculum, exemplum ostendit de illo, qui impedit alium a consecutione cuiuscunque beneficij. Si enim ille qui impedit alium a beneficio, quod dator firmauit, & certitudinaliter in corde suo ordinauit se illi esse daturū, teneatur ad interesse. i. ad restitutionem equiualentis: sicut patet p legem ciuilem. ff. de dolo malo l. si quis affirmauerit. i. in ff. veteri. li.4. tit.3. & l. prædictis per quam ille tenetur ad restitutionē, qui aliquem impediuit, ne hęreditatē consequeretur, quā ab alio cōsecutus fuisset, q ipsum hr̄dem īstituisset, nisi ille dolo suo hoc impediuisset. Cui cōcordat S. Tho. in summa. q.62. arg.2. ar.4. Ergo a multo fortiori ille, q impedit ne Deus seruum habeat sibi spāliter deputatū: Sed postquā in corde suo statuit, ꝙ ī religione Deo sēper uiueret, & seruiret, q ipsum ne īgrediat impedit, vel qđ peius est, postq̄ ingressus fuerit, extraxit, uel ꝙ exiret ꝓcurauit, tenet̄ Deo ad restōnē ęquiualētis, quē restōnē faciliter non faciet, nisi ipsum, quē retraxit, ad religionē reducat, uel ipsemet ęqualiter valēs religionē illā ingrediat̄. Et hac iusta de cā motus fert̄: ꝙ magister Iordanus, magister in theologia ante ingressū suū, & postmodū magister ordinis p̄dicatorū ordini se reddidit: q a prius vnū ab illo ꝓposito retraxerat.

¶Hæc

¶ Hæc si bene considerarent nõ essent retrahentes, nec dissuadentes & dicentes: quòd ita bonus fuit mundus, vel Christianitas, & ecclesia ante religiones istas, sicut post & forte melior, nesciẽtes ꝙ domus, cui appodiamenta, & columnas apponunt, timentes ne totaliter cadat, quãdo ruinam imminet, melior & pulchrior fuit ante, & tamen postea peius valeret, vel totaliter caderet si tales postea ei nõ supposuissent. Sed ꝙ parentes carnales murmurent, & dissuadeant, naturale est secundum naturam sensitiuã: ꝙ vero viri ecclesiastici hoc faciunt malitiosum videtur: ꝙ illi deberent procurare, ꝙ numerus illorũ augmẽtaretur, propter quos Christus specialiter honoratũ, & oues eius custodiuntur, retrahant, volentes hoc facere, cũ ipsi stipendia magna, vt hoc faciant recipiãt: nec tamẽ hoc faciant; nec alios facere permittant: quis eos a malitia excusaret? propter quod Christus omnes hos, & omnes his similes, qui impediunt ad ipsum venire volentes. Marci. 10. increpat: dicens. Sinite paruulos venire ad me.

8 ¶ Quãtũ vero ad tertiã partẽ huius articuli. Si inimici crucis Christi nõ obstantibus ꝓdictis periculis aliquos a bono proposito retrahere nitantur, illi debẽt in ꝓposito suo bono contra diaboli fortiter resistere venatores.

Exẽplũ. ¶ Primo exemplo sanctorum martyrum Marci, & Marcelliani fratrũ, de quibus in vita legitur sancti Sebastiani, ꝙ dati sunt eis triginta dies expectationis: vt in his ab amicis carnalibus emolirentur, & a martyrio retraherentur: quos tamen omnes forti perseuerantia vicerunt: cum tamẽ ad eos reuocandum fletibus, & præcibus multum instarent.

Exẽplũ. ¶ Secũdũ exẽplũ ad hoc est de illo, q cõgrue respõdit matri suę. P. 7. 25.

¶ Tertium exemplum est ad idem de sancto Paulo Act. 21. quem cũ amici flentes vellent retrahere, ne ascenderet in Hierusalem: quia Agabus propheta prædixerat: ꝙ si illuc iret oporteret eum ibi alligari & multa pati, quibus respondit: quid facitis flẽtes & affligentes cor meum? Ego non solũ alligari, sed etiam mori in Hierusalem paratus sum, propter nomen domini Iesu. Nec in his oportet offensam vel maledictionẽ patris timere, vel matris: quia non est timẽda hominis maledictio, vbi Deus benedicit: & maledictionem illorum infirmat & euacuat, qui hoc facere docet Luce. 14. Si quis, inquit, venit ad me, & nõ odit patrẽ suũ, & matrẽ, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores: adhuc autẽ & animã: id est vitã carnalẽ: non põt meus esse discipulus. Ex quo patet ꝙ in his quę ad Deũ, & animę suæ pertinent salutem, filius se debet habere ad amicos carnales, qui prædictis cõtrariãtur, sicut ad inimicos: quia tenetur plus Deum, & salutem propriam diligere, quàm illos: Christo dicente. Matth. 10. Qui amat patrẽ, & matrẽ plus q̃ me, non est me dignus. Super quo dicit Hieronymus. Si necessitas venerit, vt amor parentũ siue filiorum amori Dei cõparetur, & non possit vtrũq; seruari, odium in suos pietas est. Propterea, inquit, ibidẽ Hieronymus in quadam epistola. Si in collo tuo paruulus dependeat nepos: licet sparso crine, & scissis vestibus vbera, quibus te nutrierat mater ostendat licet in limine pater iaceat, percalcatum perge patrem, & percalcatum perge matrem, & siccis oculis ad vexillum crucis euola, solum pietatis genus est in hac re te esse crudelem.

¶ Item in epistola ad Heliodorũ. Gladium tenet hostis, vt me perimat, & ego de matris oculis cogitabo: hoc enim fatuum reputat, & ratio est: quia tales amici sunt, sicut baculus arundineus Aegypti, exterius viridis & bene coloratus, & interius vacuus, & impotens intantum: ꝙ in eo in necessitate cõfidentẽ, & ei innitẽtẽ decipit, & lędit potius, q̃ supportat:

Sic erit de amicis carnalibus in necessitate mortis, & aliquando ante quantum ad eum, qui in eis sperat. Cui improperando dicitur. 4. Regum. 18. An speras in baculo arundineo, atq; cōfracto Ægypto, super quem si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum eius & perforabit eam?

¶Ex quo patet ꝙ ipsi amici mundiales sunt, sicut arbor fragilis, quæ elephantem, & innitentem cadere facit, & occidit. Vnde Hieronymus in epistola quadam. Quanti monachi, dum patri matriq; miserentur, animas suas perdiderūt. Cuius causa est: quia ipsi filijs cōmuniter plus prosperitatem optant temporalem: Sicut patet per auctoritatem Chrysosto. F. 5. 9. Propter quod dicit Seneca epistola. 32. Contemptum tibi omnium opto, quorum tibi copiam parentes optauerūt. Idem epistola. 21. Surdum te tuis parentibus præsta, & si vis esse fęlix ora deos, ne quid tibi ex his, quæ optātur, veniant: non sunt bona quæ in te volunt congeri.

¶Quartum exemplum ad hoc est de Christo, qui propter dicentes: ecce mater tua, & fratres tui foris stant, q̄rentes loqui tibi. Matthęi. 12. officiū non prætermisit prædicationis: licet Hieronymus videatur velle, ꝙ non fuerunt ibi: sed, ꝙ quidam ei insidiās ei suggesserit: vt ipsum ab opere prædicationis, quasi per carnalē affectionem retraheret.

¶Omnium verò prędictorum amicorum vna data est a Deo generalis sententia. Deuteronomij. 27. Maledictus, inquit, qui errare facit secum in itinere. Et merito: quia si iuste suspenditur, qui bouem furatur ab homine mortali, habens maledictionē, de qua Deuteronomij. 21. Maledictus, qui pendet in ligno: ergo a fortiori ratione illā meretur ęternaliter, qui a Deo æterno hominem aufert, & a religione angelorum, quam non vidit ambulans frustra, & inflatus sensu carnis suæ: ad Col. 2. Nota infra. eod. c. 36.

¶Ex dictis ergo in isto articulo patet, quod iuuenes nō possunt amicorum consilium semper expectare, an ad religionē fugere debeant: sed oportet, quod statim dū iuuenes sunt, antequàm sint sensu carnis inflati, prōpto animo de mundo ad religionem, euadant cum festinatione. Sicut nanque in igne existentes, vel ignem eis multum appropinquare videntes, vel inimicos, qui illos ad carcerem capere vellent, post eos currere percipientes: vel etiā homicidas & latrones super eos appropinquare timentes, nō expectarēt amicorum consilium, an fugere deberēt, nec negotium differrent vsq; seniores essent: sed statim velociter ad aliquod refugium festinarēt, antequàm capti essent: quia interim dum amicorum consilium, vel maiorem expectarent ætatem, in prædictis periculis positis multa occurrerent impedimenta: & ipsimet amici postmodum damna videntes, quæ ex tali mora incurrissent ipsos stultos reputarent: Sic tu adolescens nōdum ab hostibus captus animæ: sed vndecunq; igne peccati, igne infernali, & hostibus, & homicidis animæ vallatus nō expectes amicorum consiliū, nec grandęuam ætatem, ne interim capiaris: sed statim in iuuentute antequàm capiaris, & spolieris, surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere Actuum. 9. Ciuitatem videlicet refugij. de qua. C. 4. 21.

¶Surge, inquit & ingredere &c. supple mane in iuuentute: iuxta illud Cāticorū. 7. Mane surgamus ad vineas: id est ad animas putandas per paupertatem, & pęnitentiam: ligandas per castitatem, & obedientiam: claudendas per perseuerantiam. Ad quod faciendū multis hortamur, & informamur exēplis, & rationibus. Primo solis, q mane surgit ad calefaciendū, & illuminandum: Secūdo viatoris, qui mane surgit ad ambulandū. Tertio operariorum, qui mane in vinea ponebantur

bantur ad operandũ Matth 22. Quarto exemplo omnium artificium, qui in iuuentute, vt communiter artem addiscunt: quia tunc melius illam addiscunt. Sic iuuenilis ætas est aptior ad addiscendum artem animæ, & seruiendum Deo: sic patet. A.3. per totũ. Dicat ergo cum Psal. Mane astabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Quinto exemplo auium, quæ cantare deberent & domesticari, de nido accipiuntur dũ iuuenes sunt: quia aliter auolarẽt: ita pueri, vt impleãt illud Psal. 112. Laudate pueri dominum, laudate nomen domini. Et iterum. Et ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem. Psal. 8.

¶Quærẽti ergo, quare religiosi ita libenter iuuenes ad ordinem trahũt, potest responderi, quærẽdo quare ipsi auem iuuenem libentius, quàm senẽ ponit in cauea. Vel dicẽdo sicut dixit Christus. Nemo ponit vinum nouum in vtres veteres. Matth. 9. id est calorẽ religionis, & nouæ deuotionis vix cũ difficultate & raro ponit quis in illis: de quibus Danielis. 13. Inueterate dierum malorum: ergo sicut dicitur in Psal. mane floreat, & transeat ad religionem, quia aliter vespere decidat, induret, & arescat. Psal. 89.

¶Sexto exemplo Loth, qui mane exiuit de Sodomis & de societate peccatorum Gen. 19. Cumq; esset mane cogebant angeli Loth exire &c.

10 ¶Septimo exemplo plantarũ, quæ in teneritudine ad libitum ducuntur, & inclinantur, & quanto magis est plicabilis, & ductibilis, tanto pulchrior arbor inde fieri potest, plusque potest ad totius areæ decorem dilatari, quæ si senectutem expectarent frangerentur. Si ergo plantula sensum haberet, & rationem, & cuperet sui, & totius areæ decorem non expectaret vetustatis tempus, vt hortulanus inclinaret illam, ramosq; eius ad libitũ duceret, sed statim permitteret hoc fieri: ita in proposito nõ expectent senectutem, qui seipsos, & ecclesiam decorare volũt, ut per obedientiam ducantur, & ordinentur, & ad locũ in quo melius fructificare poterũt mittantur. Ad locum in quo melius fructificare poterunt pro tanto dicitur, quia multi dicunt in sęculo saluare possunt animas suas, quibus respondetur: ꝙ licet plantula in uno loco crescat, & fructificet: tamẽ quandoq; remouetur, & in alio loco plantatur, ut melius crescat, & fructificet. Et licet quis saluare possit uitam suam modis multis aquã transeundo per pontem, nauem, uel natãdo, ubi tamẽ potest eligere securiorẽ, faciliorem eligit modũ, & uiator breuiorẽ & securiorẽ uiã. Sic in proposito, & nõ tantũ modum uel uiã eligit securiorẽ, sed etiã tẽpus. Ita tu ad modum seminãtis, sicut dicitur Ecclesiastes. 11. Mane semina semen tuũ, dando tua pauperibus, & teipsum Deo.

¶Exẽplũ ad hoc accipiens octauũ, omnium scilicet sapientum, qui dare dona uolunt, qui tunc dant, qñ maiores sperant grates reportare, uel remunerationes; sed qui cito dant sunt huiusmodi, qa, qui cito dat, bis dat, qui enim expectant se, uel sua dare, usq; nõ poterunt ultra se, uel sua retinere, sed inuiti omnia relinquẽt sicut dicitur in Psal. 48. Relinquẽt alienis diuitias suas &c. Sane sicut signũ maturi, & boni fructus est, qñ in se sanus sine uiolẽta cadit, & si cito hoc faciat plus appreciatur: quando uero diu pẽdet, & adhuc uerberatur anteq̃ cadat, non habet signum maturitatis: Sic in proposito ipsi tantum signũ habent preciositatis, & maturitatis de quibus Micheę. 2. In luce matutina faciũt illud, quod uidelicet faciebant filij israel, qui mane colligebant manna. Exodi. 16. Et quòd faciebat Moyses, cui dictum est: mane egredere in occursum Pharaonis Exodi. 7.

¶His omnibus concordat Hieronymus in quadam epistola dicens. Festina, quæso te, & habenti in sęculo pedem,

pedē, funem magis præscinde immo potius omnia dimitte: quia secūdum Greg. Nudi cum nudo luctari debemus. Nam si vestitus cum nudo luctatur, citius deijcitur. Spiritus vero malus nihil possidet, & nihil habens in mundo nisi victum, & vestitum cum minori distrahēte sollicitudine Deū laudat. Sicut patet de auibus, quæ in mane dulcius cantant: Sic illi, quæ in mane iuuētutis festinabant, vt bonorum uirorum religioni, & cerimonijs iungerentur. Hester. 8.

Artic. 5.

11 ¶ Quorum informatio triplicē habebit partem: vnam quantum ad recessum a malo: secūdam quantum ad progressum in bono: tertiā quantū ad perseuerantiam in vtroq; ad brauiū, seu terminum optatum: vt motus rationis in hoc casu motui assimiletur naturæ, in quo prius attenditur recessus a termino a quo, deinde progressio, postremo termini ad quē adeptio: Sic necesse est, q religiosi primò mente, sicut corpore, & habitu totaliter a mundo recedant: hoc enim Barlaam discipulum suum Iosaphat multis docuit exemplis: sicut in libro eiusdem planius apparet. Et hoc rationabiliter: quia q quilibet rationabiliter mēte a mundo recedere deberet, docet

Exēplū. exemplum, quod Seneca in suis tangit declarationibus: de quodā q tres filios, quos habuit a se nudos, & miseros fugauit, quo facto filium cuiusdā pauperis vicini rapere, & in filium voluit adoptare, qui ipsum cum domo sua, & cum omnibus contempsit promissis dicens, si iniuste tot fugasti filios, maledictus talis pater: Si iuste maledictus talis gubernator, qui tot malos nutriuit: eadem causa, immo melior est in omnibus, & specialiter in religiosis mundum contemnendi: Quia sicut ille filios, quos fouit, qui in eo tanquam in patre cōfidebant, spreuit: ita mundus omnes in eo confidentes a principio mundi nudos, & miseros spreuit, & deiecit. Sicut patet Baruch. 3. Vbi sunt principes. Et parum infra. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Et sicut omnibus illis fugatis, ille filiū pauperis sibi voluit habere attendentem: ita mundus multis promissis, & tentationibus filium Christi pauperis a domo Christi extrahere: id est de religione, & bono statu nitetur, quem quilibet ab eo fortiter fugiendo spernere deberet, dicendo nolo tibi tanquàm patri attendere, qui omnes a principio mundi sibi tanquàm patri attendentes, in fine tam turpiter fugauit omnibus spoliatis. Hoc ergo exemplo informati nolite diligere mundum, neque ea, quę in mundo sunt. 1. Ioan. 2. Secundo necesse est, quòd ardua & grauia in bello spirituali fortiter aggrediātur: attendentes quod de quolibet illorum verificatur illud 3. Regum. 22. Mutauit habitum suum, & ingressus est bellum. Circa quorum bellum sunt duo pensanda: inimicorum inuasio, & nouitiorum defensio: Quantum ad pri- 12
mum patet, quod inimici magnum faciunt eis insultum: Sicut latrones, qui plus insidiantur illis, quos minus vident in domibus firmatos, vel armis roboratos: Ita isti plus insidiantur illis, quos vident non esse professione firmatos: quia plus sperat in illis præualere, quos minus videt stabilitos, & ideo audacius illos aggreditur tentando: sicut audacius aggressus est Euā: postquam minus certam & stabilem in bono illam quasi hęsitantem inuenit dicentem ne forte moriamur. Nouitij verò adhuc quasi nouellæ plantationes in horto dominico tot ventorum seu tentationum impulsus sustinentes: quia quasi in medio inter Deum trahentem sursum, & diabolum trahentem deorsum positi, multis tędijs & varijs cogitationibus affecti, ad eorum defensionem debent se fortiter amore, deuotione, & affectione ligare palo crucis ad modum, quo noua, & tenera plantula, contra ventorum impulsus, ligatur palo Eccl. 27. Figitur palus scilicet crux

ad

ad illos appodiandum. Et Esa. 22. Figam illum paxillum in loco fideli, & erit in solium gloriæ, domui patris eius. Et quòd hoc intelligi debeat de paxillo crucis videtur per hoc, quod sequitur. Suspendam super eum omnem gloriam domus patris eius. Oportet insuper, quòd arborem crucis contemplatiue ascendant, Ad modum illius. C. 17. 25. Et quòd perpetuam virginem Mariam frequenter salutando inuocent adiutricem: quia ipsa suos deuotos specialiter defendit, & consolatur, & dęmones specialiter expugnat: sicut ostensum est. M. 3. 21. cum sequenti: & nouitius inter virgam Iesse, & baculum crucis, quasi lapis preciosus in auro positus, vera-
13 citer dicere poterit illud Psalm. 24. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Nota infra eod. c. Art. 12. Quasi, inquit, lapis preciosus. Ad religionem nanque recipiendus debet esse quasi lapis preciosus in auro ponendus in religione vero receptus, & indutus debet esse quasi lapis preciosus in auro positus: quia sicut ille est politus in forma, & virtuosus in opere. ita ad ordinem recipiendus debet esse politus in forma, quòd scilicet non sit vxoratus, alterius religionis professus, seruus, vel ratiocinijs obligatus, quòd sit munde confessus in religione vero tanquam in auro positus inter duas gemmas preciosissimas: id est, inter virgam Iesse & baculum crucis munda, & pura & frequēti confessione debet suam politam conseruare claritate, ne peccatorum rubigine maculetur. Si enim vinea, quæ semel in anno fructificat, semel in anno putatur, & purgatur, congruum est, quòd qui omni die spiritualiter fructificare debet, de quo in Psal. 51. Ego quasi oliua fructifera in domo domini: omni die purgetur. Quia sicut Saphyrus, vel consimilis lapis preciosus non cōpatitur secū immunditas. Ita nec religiosus bonus, cuius forma spiritualis erit clara, sicut aspectus lapidis Chrystalli. Ezech. 1. Erit etiā in opere virtuosus, in se defendendo contra tentationes, deuotionibus, & orationibus, & inimicos animæ aggrediendo prædicationibus, & exhortationibus: Sicut lapis preciosus destruit corporales infirmitates: ita debet ipse spirituales: quia propter hoc, vt prædictum est, mutauit habitum suum, & ingressus est bellū, & propter hoc dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. Threñ. 4.

¶ Tertius necesse est quantum ad tertiam partem huius articuli, quòd 14 in prædictis perseuerantiam habeat vsque ad brauium: quia oportet quòd illi qui sequaces debent esse Pauli, qui ait. 1. Cor. 4. tāquam paruulis in Christo lac vobis dedi, qui videlicet debēt populum lacte pascere doctrinæ, conditionem sequantur animalium, quæ lacte corpora nutriunt populorum, & iugū portant onerū corporaliū. de quibus scribitur. 1. Reg. 6. Ibant autē indirectum vaccę per viam, quę ducit bethsames: & in itinere vno gradiebātur pergentes, & mugientes, & non declinabant, neq; ad sinistram neque ad dexteram: Sic oportet, ꝙ illi, qui debent portare arcam testamenti: id est, sua doctrina, & prædicatione supportare ecclesiam, & portare iugum domini ab adolescentia sua, & lacte eruditionis animas nutrire populorum, vadant directe vsque bethsames, quæ fuit ciuitas filiorū Israel, & fortis Dei, per quam significatur ciuitas illa. in Psal. 86. Gloriosa dicta sūt de te ciuitas Dei, & in itinere vno id est, vnanimes quia habitare facit vnanimes in domo. in Psal. 52. vt dicere possint in domo dñi ambulauimus cū cōsensu. in Psal. 54. mugiētes in oratione, in hymnis, & canticis spiritualibus, & nulla parētū cōpassione, vel quorūcunque aliorū, vel tētatione ad dexterā declinēt, vel sinistrā: sed fortiter in via Dei perseuerent scientes, ꝙ sicut iugum animalibus grauius videtur in principio,

pio,& postea leuius:ita erit de iugo illo : de quo Saluator : Iugum em̄ meū suaue est Matt.11. Vnde Hieronymus. Via religionis ingressu dura, in progressu secura.

¶Illi uero qui trepidauerunt timore,ubi non erat timor, qui timent religionem suscipere,uel in suscepta ꝓfiteri,ne illam tenere nō possent,sunt mirabiles lusores,qui potius obulum amittunt,quàm illum habeant: confidere enim deberēt in illo ,& sperare, qui dicit Esaiæ 40. Qui sperāt in domino, mutabunt fortitudinem : quia maiorem habebunt spiritualem fortitudinem quàm prius habuerunt. Sicut patet per exemplū naturale.O.6.§1. Cōfidere ergo & sperare deberēt, quòd,qui dat uitam,dabit,& gratiam, sine qua bene uiuere nō potest, & qui dat gratiam standi, & sustinendi, per vnum diem, libentius dabit pro omnibus diebus uitæ illorum: quia ita largus dator est,ꝙ libentius dat denarium,quàm obolum:multum, quàm parū:dispositio ad hoc : quia dat omnibus abundanter Iac.1. In illo ergo confisus fili accedens ad seruitutem Dei sta scilicet perseueranter. Eccle.2. Sta inquit immobiliter, & perseuerāter:sicut mons sion : quia qui confidunt in dn̄o sicut mons sion nō cōmouebitur in ęternum. in Psal.124. Quia Deus in medio eius non commouebitur : in Psal.45. vt cum Deo semper regnes, cui seruire regnare est,& cum Aaron & filijs eius religione perpetua.Leuitici 7.

Artic.6. ¶Sed ad hoc,quòd illuc perueniāt, oportet quòd uoluntariam habeant paupertatem, & perfectam continentiam,seu castitatem.Circa quorū paupertatem tria sunt ostendenda.Primo
15 nanque exemplum ostendetur paupertatis persuasiuum, de quodam heremita in uitaspatrum, de quo fertur, ꝙ cum quidam senator ei magnā legasset hæreditatem, quam ei executores obtulerunt respondit dicens:prius ego mortuus fui, quàm ipse:ipse mo-

Exēplū.

do:ego diu multis iam annis elapsis:& quomodo potest mortuus habere hæreditatem , vel hæres esse mortui ? & sic totum refutans nos hortari potest dicens illud Thren.3 Recordare paupertatis meæ. Vide plura exempla ad hoc.P.3.arti.2.Secundo per rationem legum ostenditur,quæ uolunt, quòd ibi scrupulosum est, ubi aliqua religioso oblata sunt quæ cum paupertate habere non possit : utrum sibi, vel cōmutati data sint, dicit ꝙ potius sint communitatis. Dicit enim lex vna.ff. de rebus dubijs.l.ciuibus: id est in inforciato lib.11.ꝙ si legatum fuerit relictum ciuibus ciuitatis,ciuitati uidetur esse relictum.

¶Item dicit alia lex: ꝙ si filio familias legatum est relictū, si in potestate patris permansit, patri potius uidetur relictum,quàm filio : immo patri acquiritur,ut ff.de condi.& demon.l.filiofamilias,id est,in inforciato.lib.12. Hæc uidentur esse contra illos , qui quæcunque possunt cum quocunque colore eis approprient, & communitatem defraudant, cum quadam dubietate annexa. Tales videntur omnia reliquisse pro amore Dei, & religionis : sicut aliqui derelinquunt patriam,& parentes ꝓ amore fatuæ mulieris, quibus dum bona mulieris deficiunt, & cum de ipsa satiati fuerint, ipsam uel occidunt,uel dimittūt spoliatam, de quibus Hiere.5. Forsitam pauperes sunt & stulti : & contra charitatem faciētes: quia charitas de qua scriptum est,quòd non quærat, q̄ sua sunt,sic intelligitur:quia non propria cōibus,sed cōia proprijs anteponit secundùm Aug.in speculo clericorum. Exēplū.

Tertio pœna ostendetur ꝓprietariorū,tam per historiā B. Greg.E.6.16 & etiā p decretalē, q̄ habetur li.3 ti.35. de statu mona.c.super quodā. Vbi requisitus de quodā religioso sepulto in terra benedicta,qui ante mortem illa, q̄ habuit, priori suo reuelare noluit. Rn̄dit ꝙ nō solū in terra benedicta sepeliri nō debuisset : sed etiam ex post

facto

facto extumulandus esset, si propter scandalum fieri potuisset. Glo. propter mortale peccatū, ĩ quo mortuus fuit.

¶Quibus concordat historia sacræ scripturæ Iosue. 7. de Achan lapidato. Ex quibus patet quale malis iudiciū pauperibus tribuit. Iob 36.

16 ¶Quantum ad secundam partem huius articuli cū prædicta bonorū religiosorum uolūtaria paupertate cōgrue pro tanto continētia copulatur: quia sicut incōtinentia maximè pauperes deturpat, & deformat: quia rõne diuinarū, & delitiarum a quibus subtrahuntur: & rõne religionis, cui religantur minorem habent lasciuiendi opportunitatem: ita a contrario sensu continentia eos maximè decet, eisq; specialiter congruit, nō tantū a mortalibus sed etiam, ꝙ a uenialibus necesse est eos abstinere: sic ostēsum est. P. 5. 30. Nec tantum a factis, sed etiam a signis incontinentiæ: sicut ab ornatu curioso: sicut ostensum est. O. 7. ar. 9. & a faciei coloratione, & vana speculatione: quia illa persona religiosa uel anima non est sponsa Christi sed meretrix diaboli, quę spreto speculo crucifixi, ad speculum se ornat materiale: ut vane videatur, & concupiscatur, vel concupiscat. Quia teste Hieronymo: dum ad speculum pingitur, in cōtumeliam artificis pulchrior esse, q̃ nata sit conatur. Et teste Aug. in speculo clericorum. Appetere, uel ab ipsis appeti uelle criminosum est. Et quare ita curiose se ornarent, & polirēt: nisi gloriarentur de aspectibus, de appetitionibus, de solicitudinibus, quantūcunque ore dicant contrarium. Nota contra tales exempla. C. 3. 5. Et infra e. c. 66. Nec tantum a factis, uel signis abstinendum est lasciuiæ: sed etiā homines religiosi a colloquijs mulierū, & mulieres religiosæ a frequentibus colloquijs virorum se debent continere: quia licet colloquia illa in principio sint honesta: ex diaboli tamen tentatione, & propria fragilitate, & alterius partis quandoque prauitate ad grauiora elabūtur: Sanson enim non vno, sed frequenti cū muliere deceptus fuit colloquio: sicut patet Iud. 6. Nec nos sumus illo fortiores, vel Salomone sapientiores, nec Dauid sanctiores. Nec tm̄ a prædictis, sed etiam a cogitationibus illicitis omnes, & maxime religiosi abstinere debent ꝓpter pericula, quæ ex talibus contingunt cogitationibus: sicut patet. C. 10. art. 6. a quibus religiositas custodiet, & iustificabit cor. Eccl. 1.

¶Nec sufficit paupertas cum continentia, quæ religiosam personam iustificat quantum ad Deum, nisi etiam obedientiam exhibeat, & patientiam ostendat quantum ad prælatum, vel eius locum tenentem: Sed prędictę duæ virtutes cum obedientia habente salæ patiētiæ: sunt omnibus religiosis necessariæ: quia in his tribus omnis religio substantialiter cōsistit, & fundatur. Et iste est triplex funiculus, qui a bono religioso de difficili rūpitur. Ecclesia. 4. immo a perfecto nūquàm rumpetur. Cui dicitur. Esa. 33. Nō rūpentur funiculi tui, vsque per illos ad cœlū trahātur, ab ipso q̃ ait. Oseæ. 11. In funiculis Adam traham eos, postquàm per illos illorūq; professores multos eiecero de templo vendentes & ementes. Io. 2. Fecit quasi flagellum de funiculis, &c. Artic. 7. 17 Funiculus.

¶Mali vero religiosi quotidie illos rūpunt: de quo conqueritur Hiere. 10. dicens. Funiculi mei dirupti sunt per inobedientiam videlicet, & defectum patientię, quia non omnimodam in obediendo ostendant patientiam quę iō cū obedientia cōgrue copulat̃: quia sine ipsa obedientia virtus non est. Sicut patet per autoritatē Bern. in quodā sermone. Si inquit iā tibi in ipsa obedientiæ via aliqua fortassis dura, & aspera occurrant: vt accipias p̃cepta nouella quę licet salubria sunt: minus tñ suauia videant̃: hæc si moleste cęperis sustinere: si dijudicare pręlatū, si murmurare in corde, etiā si exterius impleas, q̃d dr̃, vel iubetur nō hæc est

virtus

virtus patiẽtiæ sed velamen malitiæ.

Exẽplũ. ¶Huius uero tam necessariæ patiẽtiæ habemus primo exemplum: secũdo causam tertio inexcusabilitatem. Primum patet in vitaspat. in quibus continetur de quodam patre, seu abbate, qui habitum religionis suscipere uolentes duxit ad cimiterium, præcipiens primo die, quòd ossibus maledicerent mortuorum secundo uero die, quòd benedicerent: quod cum fecissent, quæsiuit quid respondissent: qui dixerunt quod nihil, quibus abbas: si vultis esse in collegio nostro, oportet uos similiter patienter silere, ꝙ non respondeatis maledicentibus, nec benedicentibus: quia sicut dicitur Esaiæ 30. In silentio suo sine responsione & murmuratione, & spe erit fortitudo uestra id est in spe perficiendi: quod uobis imponitur. Nota plura exempla de ista materia. P.1. per totũ.

18 ¶Causam uero patientiæ habemus triplicem. Quarum vna est: quia impatientia nocet, & nihil prodest. Vnde Augu. in quodam sermone ad religiosos. Si, inquit, ea quæ tibi præcipiuntur dura sint, nunquid murmurando poteris ea facere molliora, uel leuiora? si præuales implere quod præceptũ est, præbe obedientiam cum humilitate: si uero non præuales, impossibilitati tuæ cum humilitate postula veniam: dura tibi uidentur præcepta senioris, quanto tibi duriora erũt cõsilia diaboli deceptoris? nonne legis: meliora sunt vulnera diligentis, quã fraudulenta oscula odientis? nescis quia inflatus per uiam arctam incedere non potest. Secundo, quia impatientia turpem, & uilem interiorem partem hominis esse ostendit: quod duplici ostenditur exemplo. Quorum vnum est Augu. in prędicto sermone: qui vult ꝙ de corde nostro fit sicut de vase pleno: quod tactum ostẽdit qualis liquor sit interius: ita cor nostrum quod uacuum esse non potest agitatũ aliqua occasione impatientiæ nõ nouam superbiã, uel humilitatem gñat, sed qualem prius habuit ostendit: quia teste beato Greg. li. Dial. qualis quisq; apud se lateat, illata contumelia probat. Quia ostendit per historiam, de quodã uiro sancto, qui uituperia audiens, qui patienter respondit. Secundo idẽ ostẽdit per exẽplũ de canibus, 19
in quibus uidet quod nobilis in lossa possiti, uel copula ducti non cachinnãt: nec se retrahere, uel caput extrahere nituntur, quæ omnia faciunt canes rustici ad prędam nõ assueti: quia tales nec ad uenationẽ cum alijs, nec libenter duci uolunt, nec ire, sed venatore pulsante, quando nobiles prõpte & festinantes ad prædam se præparant: illi uix caput eleuant parum latrando. Alijs uero lassis de uenatione redeuntibus, ipsi nituntur cum illis uel ante illos esse primi ad cibũ canibus præparatum, quos diligens uenator cum uirga percutiendo abigit: Sic de illis, q copulari deberẽt in domo ad officia diurna, & nocturna, & exẽpla ad prędã aĩarum per officium prædicationis capiendũ, si nobiles sint & sancti, statim se pręparãt. Alij uero quasi rudi latratu se excusant: sed tñ alijs cũ pręda redeuntibus, ipsi ad prędã participãdã libenter erũt primi, quibus superior ita ministrare deberet cũ uirga disciplinæ: sicut talibus canibus ministrat uenator dicendo illud Apoc. 22. foras canes. Vide istud plenius. B. 2. 33. Tertio qa inobedientiũ murmuratio ꝑlato ad magnã uertitur mestitiam: quia talis est sicut homo impotens mẽbra habens debilia, nõ propter defectũ viriũ, sed propter defectum cordium. Quia quantũ ad tertiam partem huius articuli de huiusmodi obedientiæ resistentia, & de impatientia nullam habent excusationem: quia faciendo quod præcipiť si sperarent in dño, quantũcunq; essent debiles, Deus iuuaret, qui dicit: qui sperant in dño mutabũt fortitudinẽ. Esa 40. Et merces attraheret, quã ꝓmittiť in Psal. 9. Patientia pauperũ non peribit in finẽ, &c. Ex quibus cõside-

Alteratis: sicut scribitur. Leui. 16. Affligetis animas vestras sub obedientia, & patientia, religione perpetua. Et in his non deficietis: exemplo Pauli, qui ait. Omnia possum in eo, qui me cõfortat. Phil. 4. 5.

Artic. 8. ¶In qua religione, & mediãte qua conformatione: sicut cõcupiscibilis, &
20 irascibilis per paupertatẽ, & patientiã, & uoluntas cũ carne, & omnibus mẽbris exterioribus per continentiã deprimuntur: ita necesse est: ꝙ rõnalis per contẽplationem, & deuotionem eleuetur: ita ꝙ contrario modo se habebunt oculi corporis cum omnibus sensibus exterioribus, & oculi hominis interioris: Quia sicut oculi corporis debent deprimi, ne uideant vanitatem, & pedes arctari contra vagationẽ: ita oculi mentis debent specialiter in religiosis erigi ad cõtẽplatiõnẽ, quæ quidem diuersitas a quodam describitur dicente. Sit mens sublimis, pes stans, visusq; in imis. De oculis ergo mentis intelligitur propheta dixisse, Psal. 120. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliũ mihi. Cuius exemplo omnes inuitamur ad montem domini ascendere, & ꝓpheta dicente. Esa. 2. Venite ascendamus ad montem dñi, & ad domum Dei Iac. In qua domo, in quo mõte debetur religiosus per mentis eleuationẽ sibi claustrum facere quatuor partiũ, ad modum claustri materialis: quia debet ibi habere oratorium, & studiũ in rationali per deuotionem, & contemplationem ex vna parte. Refectorium per verbi Dei susceptionem, & cibationem in concupiscibili. Capitulum & infirmatorium per sui correptionem, & aliorũ cõpassionẽ: sicut ait apostolus. Quis infirmat, & ego non infirmor? Dormitoriũ in uolitiua per desiderij quietationẽ: Sic eñ in domo patris mei mãsiones multę sunt. Io. 14. Et beati, q sic habitant, in domo dñi ĩ sęcula seculorũ laudabũt eũ. Psal. 83. Sed ad hoc, ꝙ domus spũalis, habitaculũ, uidelicet ipsius aĩæ isto mõ ędificetur, duo requiruntur. Primo passionum interiorum sedatio, & totius hominis quietatio, & pacificatio: quod pulchre significari potest per illud, ꝙ Deus noluit quòd Dauid, qui erat uir bellorum, sed Salomon pacificus ędificaret sibi domum. Sicut patet. 1. Paral. 17. Et ꝓpter hoc congruè ponit sedationẽ passionum, quæ facta est in priori articulo per patientiã, & propter rõnem tactam. C. 14. 18. Et P. 1. 9. Congrue in hoc articulo immediate sequenti addit religiosorum, q̃ fit per mentis quietationem, contẽ- 21
platio. Secundo requirit ad prędictã contemplationis domũ ędificandã, ꝙ religiosus totaliter a mundiali cõuersatione, & quantũ põt a mundialiter viuentibus se elonget, & solitudinem quęrat, Exemplo auis q̃ uolens pullos suos saluare, a uia, & a cõi hominum transitu se elongat: quia aliter de filijs suis non gauderet, Et exemplo sancti Eadmundi Cãtuariensis, in cuius gestis legitur, ꝙ in scholis iuuenis existens se a puerorum ludẽtium societate elõgare, & solitarius orationibus, & studijs vacare cõsueuerat, ex quo sibi semel accidit Christum in forma pueri obuium habere, in cuius frõnte scriptum legit Iesus Nazarenus rex Iudęorum, a quo & informabatur, ꝙ contra omnes tentationes, & tędia illud signum sibi in facie semper imprimeret, &c. Tertio exemplo prophetæ, qui ait. Elongaui fugiens, & mansi in solitudine, in Psalm. 54. Cuius autoritatis declarationẽ vide. P. 7. arti. 9. uersus finem, Quarto exemplo Hieronymi q ait ĩ epistola 72. Quid, inquit, desideramus vrbium frequentiam, qui de singularitate censemur: mihi opidum carcer est, solitudo paradisus. Idem epistola. 33. Quid agis frater in sęculo, qui maior es mundo? Quinto & ultimo exemplo ipsius Christi cuius omnis actio nostra est instructio, qui contemplationi, & orationi prolixius vacaturus: sicut scribitur, Io. 18. Egressus est trans

Exẽplũ.

tinuis torrentem cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit populi frequẽtiam derelinquens, exemplum præbens sequentibus, quòd qui uolunt orationi, & contemplationi prolixius vacare, mundum fugiant, & hortum intrent religionis, ad quem suos inuitat amicos, dicens. Veniat dilectus meus in hortum. Canticorum 5. id est in religionem approbatam. Quæ ꝓpter tres rationes horto comparatur
22 & assimilatur. Primo propter similitudinem amotionis: quia sicut plantula agrestis, & portans fructum amarum, & insipidum, amouetur de nemore uel cãpo, in quo crescit, ad hor-
Hort⁹. tum, ut per industriam boni hortulani conditionem suam mutet, & fructus bonos faciat per uirgulam bonæ naturæ ei insertã. Sic hortulanus noster Christus, de quo Magdalena ueraciter ęstimabat: quia hortulanus esset, Ioan. 20. qui dicit Ecclesi. 24. Rigabo hortum meum plantationibus: sciens quòd sicut in horto flores minus cõculcantur, & quòd arbores fructus suos ad maiorem nutriunt maturitatẽ, multos, qui vel in mundo opera fecerunt agrestiã. i. mala, & Deo insipida: vel facerent si ibi remanerent de mundo, quasi de campo, ad hortũ transfert religionis, quæ est fons hortorum, puteus aquarum. Cãt. 4. ut fructum plus afferant per insitum uerbũ, quod potest saluare animas uestras, Iaco. 1. quia tales sunt inserti in Deo: & Deus in eis. Et si quis manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multũ. Io. 15. Et, vt quilibet illorum sit tanquàm lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo: & ut de illis verificetur illud Hiere. 31. Erit anima illorum, quasi hortus irriguus aqua deuotionis, & religionis irrigatus, quorum animæ si sint deuotę, religio per illas transiens augmentatur: sicut riuulus transiens per terram humidam, & aquosam, si sint aridę diminuitur: sicut aqua transiens per terrã aridam, quorum quilibet dicitur hortus sine aqua. Esaiæ 1. Nota de hac materia. C. 36. 5. bene.

¶Nec tñ ex tali ariditate decrescũt spiritualia, q̃ sunt quasi causæ, & radices tẽporalium: sed etiã ipsa decrescũt ex consequenti tẽporalia: sicut patet ꝑ historiã de date, & dabitur, q̃ habetur. E. 3. 41. Sicut ex sensibili patet experientia, quæ ostendit, quod eo tempore, quo inter aliquos religiosos tanta fuit deuotionis abundãtia, ꝙ post cõpletoriũ, uel matutinas uix euelli poterant de choro, sed inter eos ibi remanentes tam pro peccatis ꝓprijs, q̃ alienis innumerabiles fletus audiri potuerant, & gemitus fuit cõiter in principio cuiuscunq; ordinis tunc riuulus deuotionis, & religionis ꝑ terrã humidam, & lutosam currebat, & abũ dabat deuotio, & religio interior, tanq̃ causa, & radix, & bona temporãlia exterius, tanq̃ effectus, intantum abundabant, ꝙ tunc maxima monasteria & ędificia funditus ędificabant, & de terra eleuabant nunc uerò riuulo illo deuotionis, & religionis decrescente, & radice exiccata, & cã cessante interiori, intantũ cessant, & decrescunt bona exteriora, ꝙ illa ędificia, q̃ tunc leuabant, nunc cooperire, & integra nõ poterunt conseruare, & ꝙ terras, & libros, quos tunc emebant, nunc uendere cogũtur, vel obligare.

¶Nec mirũ. Primo quia sicut siccitas, & defectus aquarum in nubibus 23
causat siccitatẽ, & defectum aquarum inferius in terris, & in fontibus, riuulis, & fluuijs, & etiam fructuum defectum: ita defectus deuotionis, & ariditas in his, quæ superius ad Deum pertinẽt, causat defectum inferius in his, quæ ad hominem pertinent. Et hoc iustum uidetur, ut homine retrahente ea, quæ Deo debentur, Deus retrahat ea, quæ homini debentur. Iuxta illud Psal. 106. Posuit, scilicet homo, terram, scilicet religionis, sine aqua, & exitus aquarũ in sitim: quia vbi solebat esse exterius exitus aquarum lacrima-

trimarũ & deuotionis, nunc est ariditas, & leuitas. Ideo iuxta illud, qđ sequitur. Deus posuit terram fructiferã in salsuginem, id est, in sterilitatem a malitia inhabitantium in ea.

¶Secundo nõ est mirum: quia sicut Iac. duæ dabantur sorores: nã cum Rachele Lyã possidebat. Et sicut Caleph Axæ filiæ suæ duplex dedit irriguum superius, & inferius, & nõ inferius sine superiore: ita Deus cum uita contemplatiua, & deuota dat Lyã abundãtiã .s. tẽporaliũ, Gen. 29. Et duplex dat irriguum, Iosue 15. quia recipienti de dono suo irriguum superius: id est, deuotionis ad spiritualia, dat irriguũ inferius, id est abundãtiam temporalium: non tamen dat inferius sine superiore. Religioso ergo dissoluto penuriã patienti sacra scriptura respondet causam assignans. 2. Paral. 32. dicens. Ipse est, qui obturauit superiorẽ fontem aquarũ, & auertit eos subter ad occidentẽ. Et Psal. 73. ipsum alloquitur, dicens. Tu dirupisti fontes & torrentes. s. superiores. Et ex consequenti tu siccasti fluuios. s. inferiores. Sed illi in quibus religio cum deuotione perseuerat: sicut dicitur Numeri 24. sunt sicut horti iuxta fluuiũ irrigui interius in spiritualibus, & exterius in temporalibus. Sed ad hoc, ꝙ hortus animæ interius totaliter irrigetur deuotionis, & religionis riuulo, oportet, ꝙ faciat sicut facit qui riuulo per hortum, uel per campũ suum currente totum vult hortum irrigare: Ipse nanq; meatus, per quos aqua transit obturat, quib9 obturatis ipsa altius ascendẽs totum in circuitu irrigat. Sic in proposito obtura omnis sensus exteriores, ne audiant, ne loquantur, ne uideant vanitatem, & meatus uoluntatis, ne aqua, & riuulus amoris, & affectionis ad in ordinata dilabatur, & perdatur: sicut ostensum est. A. 20. 11. Et religio, & deuotio, & amor ad Deũ erit in te: sicut dicitur Esa. 58. quasi fons cuius nõ deficient aquæ: & tu seu aĩa tua: sicut dr̃ Esa. 51. eris quasi hortus irriguus, in quo sicut homo in loco, seu horto florido, fructifero, & ameno Christus quiescit, & delectatur: quia & ad hoc descẽdit in hortũ suũ, Cant. 6. Secundo religio horto assimilatur ratione conseruationis: quia sicut arbores plãtę, & herbę, & fructus, & omnia melius conseruãtur in horto, q̃ cãpo, & ad maiorem crescũt maturitatem: quia per sepem, uel murũ includuntur: ita in religione: quia ibi custodiuntur per murum certę regulæ, & per sepem .i. uirgam disciplinæ in tñ, ꝙ sicut arbor non faciens fructum in horto per terrę fossionem, & ramorum inutilium precisionem ab hortulano ad bonũ fructum portandum disponitur, quem si nullo modo facere uoluerit, a sapiente hortulano scinditur, & in ignẽ mittiť, & alia loco eius plantať: Sic delinquens, uel nõ faciens fructũ bonũ in religione multis modis ad bonũ fructum faciendũ trahitur, & arctatur multo pluribus, quàm homines in sęculo: quia sicut minor est diligẽtia circa arborum in nemore conseruationem, uel fructificationẽ, in quo sunt quasi omnes infructuosæ, & semper tales ibi permittuntur: ita circa homines in sęculo, in quo fere omnes declinauerunt, inutiles facti sunt, quem fructum si sic apparati, & dispositi facere noluerint, a sapiente hortulano Christo scindendi sunt, & in ignem mittendi, ipso hoc eis promittente, qui ait. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Matth 3.

¶In quo profundiores erũt, & plus ardebunt, qui altiorem, & securiorem locum habuerunt. Nec mirum: quia plus Deum offendunt: Sicut enim homo plus grauatur contra ingratum, & proditorem illum, pro quo plus fecit, vel cui maiorẽ ostendit amicitiam: ita in proposito. Nonne religiosis maiorem ostendit amicitiam in hoc, ꝙ eos de mundo eductos, de loco tentationũ, & periculorum, eos quasi thesaurum preciosissimum in loco posuit

securitatis. Si enim thesaurum, quem plus diligit in securiori loco ponit q̃s, & arborem quam plus diligit de nemore ponit in horto, & hoc faciendo signum est, ꝙ ea plus alijs diligit: Sic in proposito contra quæ omnia opera, & dilectionis signa, si sic positi, & translati ad thesaurum, & hortum domini ingrati existant, plus de eis grauatur, dicens illud Psal. 54. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem utiq; etenim homo pacis meæ, in quo speraui, magnificauit super me supplantationem. Psal. 40. quod grauius porto admirans quomodo est, uel quid est, quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa, Hiere. 11. de quo facto quasi admirans dicit Hiere. 2. Ego te plantaui vineam electam, omne semen verum quomodo conuersa es mihi in prauũ vinea aliena.

25 ¶Sed ꝙ plantati in domo domini non faciant fructum bonum, sed cõmittant scelera multa, ex duabus causis, vel tribus contingere potest: vel ex defectu capitis negligenter conseruantis: vel ex defectu propriæ malitiæ inclinantis: uel istis duobus simul cõcurrentibus. Ex defectu uero remissi custodis possunt prædicta damna dupliciter contingere: uel quia suos subditos nimis finit euagari, & maxima in iuuentute, Ex qua euagatione, & discursu contingit eis. Primo ꝙ accidit aui, quæ nimis curiose caput ponit extra caueam, vel quæ nimis frequenter exit: talis uel a catto, uel ab aui capitur rapaci. Figura 3. Reg. 2. de semei. Ergo in quancunque domum intraueritis, illic manete. Mar. 6. Secundo euenit eis, quod & plantæ, quæ frequenter translata, vel multum agitata non bene fructificat. Vnde Seneca epistola 2. Non conualescit plãta, quæ sæpe transfertur: vel quia eos in domo remanentes mutuo religionis, & disciplinæ non diligenter circuncingit, nec munit, ex quo defectu, q̃ inimicorum spiritualium sentit inuasionem pôtest dicere illud Iob 30. quasi rupto muro, & aperta ianua irruerũt in me: q̃a sicut dr̃ Ezechię 13. Nõ op- 26 posuistis murũ ꝓ domo dñi. Sed ubi hortulanus spiritualis habet subditos malitiosos, & ad malũ inclinatos omni tẽpore, quãtũcunque eos nec euagari permittat: licet insuper eos muro religionis muniat diligẽter, eos ab animarum periculis minime poterit custodire: quia licet hortulanus poterit ita bene hortũ suũ firmare, ne magna animalia per sepẽ intrẽt, uel murum: non tñ poterit eum sic custodire, q̃n subtiliora, & magis venenosa intrent animalia, sicut serpẽtes, & coluber, & huiusmodi: ita quantũcunque prælatus circa sui gregis inuigilet custodiã, licetq; illos bene ab apertis, & grossis custodiat peccatis, sicut a culpis carnalibus, & huiusmodi: tñ eos a subtilioribus, & periculosioribus peccatis: cuiusmodi sunt superbia, ira, inuidia, & mala cordis delectatio, & huiusmodi non potest custodire: Ista nãque aĩalia venenosa aliquotiens per murũ transeunt sine licentia hortulani inficientes: sicut dr̃ Amos 4. In uẽtõ vrente & aurugine multitudinem hortorum vestrorum. Iterum sicut quandoque contingit, quòd arbor extra uiã, & cãpos in horto posita bene murato & custodito ramos suos vltra murũ ad uiã inclinat, & extẽdit, & talis fruct⁹ nõ nutrit ad maturitatẽ, sed a transeũtibus, prius ꝓsternit̃, & conculcat: ita aliqui sunt in religione positi bona, & bene custodita: tñ quia ramos affectionis inordinatę ad parẽtes, vel alias personas forte malas, uel de q̃bus malũ oriri uel suspicari põt, vel ad aliqua extra religionẽ extendũt, a fructibus spũalibus perficiẽdis multipliciter impediuntur, quia transeuntes cædebant frondes de arboribus, Mar. 11. Propterea tertia pars arborũ combusta est. Apocali. 8. Propter defectum illorum, qui de uinea religionis nolunt facere hortum olerum: id est, qui de vita religiosa qui lætificat

ficat Deum, & homines cupiunt ad familiares transire voluptates. Sicut Achab, qui dixit. 3. Reg. 21. Da mihi vineam tuam, ut faciam hortum olerum. Ioel. 2. quasi hortus uoluptatis tota terra coram eo. Tertio religio
27 horto comparatur, & assimilatur propter duo. Primo propter similitudinē significationis: quia est sicut signum fructuum in horto bene custodito. Si quis enim videt hortū ex omni parte apertum, & quòd quilibet intrare poterit ad libitum: non habet bonā opinionem, quòd fructus ibi crescent ad maturitatem: Sed si uidet bene clausum, & custoditum contrariam habet opinionem: Sic ubi quis videt religionem ex omni parte dissolutam, & domos dirutas, & dissipatas, & religiosos habentes sensus, & corporis mēbra ad dissolutiones & omnes uanitates apertos, & præparatos, non opinatur fructus ibi maturescere bonorum operum, nec fructum illum ibi quiescere, de quo dicitur ad uirginē gloriosam: benedictus fructus uentris tui. Contrarium vero opinatur, ubi uidet illum hortum, de quo Canti. 4. Hortus conclusus, &c. Secundo propter similitudinem, & conditionem perfectionis: quia sicut in hortis cominus solebant herbæ plātari, & crescere virtuosæ, contra morbos medicinales, quàm in uia publica: Sic in bona religione crescunt virtutes contra omnes morbos spirituales, Ibi nanque est lignum uitæ & scientiæ: ibi rosa patientiæ inter spinas pœnitentiæ suum tenet decorem: ibi crescit uiola humilitatis, obsequium honestæ societatis, myrrha charitatis ad condiendum mortuus, linum ad operiendum spiritualiter nudos, bladum contra spiritualem famem, ibi flores bonæ famæ, quies infirmorum, solatium miserorum, ibi satiatio auarorū paupertas, ibi humiliatio superborum obediētia, & sic de alijs: ibi bissus virginum, hyacynthus confessorū, purpura martyrum; ibi omnis armatura fortium, ibi volucres cœli cantant: ibi neque diebus, neque noctibus laus cessat angelica. de qua Esaiæ 51. Ponam desertum eius quasi delitias, & solitudinem eius quasi hortum domini inuenietur in ea gratiarū actio, & vox laudis.

¶In quo nonus notatur articulus scilicet diuinæ laudis exhibitio. Cuius laudis, & laudantium. Primo ostendetur causalitas. Secundo diuersitas. Tertio integritas. Quarto vtilitas. Artic. 9.

¶Primum patet: quia si Abraam, & antiqui patriarchæ magnam causam habuerunt altaria & lapides erigendi, & multis modis Deum, & sacrificijs, & libaminibus, & oblationibus laudandi: quia eos eduxit de terra Chaldeorum, uel quia eis promisit terram Chananeorum: multo maiorem causam habent Deum in canticis & sacrificijs, & modis, quibus possunt Deum laudandi illi, quos eduxit de terra peccatorum, de terra mortuorum, & posuit eos in terra religiosorum, vt ei seruirent, & promisit eis terram sanctorum, tot nationibus tā infidelium, quàm etiam Christianorum dimissis. 28

¶Et si Moyses cū populo suo causam habuit in Dei laudem canticum facere specialē dicendo. Cātemus domino Exo. 15. quia eos saluos de mari rubro eduxerat, quanto maiorem causam habent Deum laudandi, quos eduxit de hoc mari magno, ubi periclitantur tot animæ. Cantemus.

¶Et si Anna causam habuit Deum laudādi, & dicendi Exultauit cor meū in dño. 1. Reg. 2. qa ei vnicū dederat filiū carnalē, quātomagis hoc facere deberent, qbus multos dedit spūales? Exultauit.

¶Si etiā Ezechias rex cām habuit laudē specialem faciendi ad Dei honorē: sicut patet Esa. 38. qa ipsum de corporali sanauit infirmitate, quātomagis hi hoc facere deberent, quos a multis infirmitatibus sanauit, & præseruauit spiritualibus, dicentes cum Dauid: semper laus eius in ore meo. Ego dixi.

29 ¶Secundum ostenditur per exemplum de auibus, in quibus uidemus, quod non omnes easdem habent notas, nec cantandi modum, uel locum: omnes tamen suo modo Deum laudant, aliquæ super terram, uel arbores, uel aliud firmum, & solidum fundamentum sedendo, aliæ, altę in aere uolando sicut a laude: ita non omnes religiosi easdem habēt notas, uel officia, uel modum Deum laudandi: Cuncti tamen boni Deum laudant: Aliqui super terram possessionum, & diuitiarū fundati sicut possessionati: Alij quasi in altum a terra per paupertatem voluntariam, & diuitijs derelictis eleuati, qui eo plus diuinis laudibus intendere possunt, quo minus circa terrena occupantur: Vinum enim in altis locis, & aridis rupibus pciosius esse solet: Sic diuina laus, quæ est uinum, qđ lętificat Deum, & homines. Iudic. 9. in locis pauperum: quia ipsi Deum laudant, & cantando: quia pauperes homines in sancto Israel exultabunt. Esa. 29. Et euangelizando: quia pauperes euangelizantur. Lucæ 7. Tertium patet. L. 2. 1. Vbi ostensum est: quod debent laudare Deum ex toto corde, & ore, & corpore integraliter, non ore tantum, uel labijs, cor habentes a Deo auersum, expectantes tempus, quo delinquere poterunt, de quibus Matt. 15. & Esaiæ 29. Populus hic labijs me honorat, cor autē eorum longe est a me. De quorum numero fuisse uidetur quidam Richbaldus nomine, qui filiam cuiusdam, per quā ei frequenter eleemosynā est missa, fertur finaliter corrupisse, Cuius conditionem quidā descripsit breui, & congruo stilo dicens. O latro Christi Richbalde diu latuisti: nunc ostendisti, qualis sub pelle fuisti. Tales hypocritæ nō bene Deum laudant: quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Quartum patet per exēplum de nouitijs, in quibus videmus, quod si tempore nouiciatus infra claustrū Deum, ut debent, laudent religionis ad ipsum post annum semper laudādum recipiuntur: Sic hic Deum, vt debent, laudantes infra claustrum quatuor uirtutum cardinalium prudentiam, temperantiam, iustitiam, & fortitudinem per annum id est, tempus vitæ suæ: post tempus illud ad perpetuum recipientur laudationis locum. Omnes ergo illi quibus Deus totam contulit misericordiam: sicut patet in prima parte huius articuli, debēt modis possibilibus Deū integraliter laudare, & dicere illud. 2. Thessal. 2. Nos autem debemus gratias Deo agere, quod elegit nos primitias in salutem inter quos tamen hæc laus, & benedictio specialiter religiosis competit, ergo benedicite omnes religiosi domino. Dan. 3.

Exēplū

¶Quia uero ista laus, siue benedictio Deo non placet, sine mutua pace & concordia. Sicut nec hominibus placet cantus discordantium: ideo ad hoc, quòd laus Deo placeat, necesse est, quòd religiosi maximè inter se pacem habeant, & mutuam concordiam. Arti. 10.

¶Circa quorum pacem primo ostēdetur, quid ad hoc, quòd pacem habeant, requiritur tanquàm fundamētum. Secundo quid pacem inter eos turbat cum motiuis contrarijs. Tertio discordantium assimilatio, & periculum. Quantum ad primum fundamentum pacis est vitæ munditia. Sicut elementa in mixto: id est in homine concordantia nunquàm uitam conturbant: ita habentes pacem interius nunquàm pacem conturbant exteriorem: si uero peccatum interius non destruatur: pacem exterius non habebunt. Quod pulchre significatum est. Numeri 33. Si autem nolueritis, inquit, interficere habitatores terræ, qui remanserunt, erunt uobis quasi claui in oculis: quantum ad remorsum conscientiæ, & obscuritatem intellectus: ex quibus sequitur turbatio pacis, & quietis exterioris: quia Esaiæ 57. dicitur. Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. 30

Quan-

Quarum ad secundum quædam animositas inter illos quandoque ex hoc orit, quòd officiales vtiliores, & maioris laboris se reputãt claustralibus: claustrales vero facta deprauant officialium, & videtur eis, quòd melius facerent, quàm ipsi faciunt.

Apes. ¶Cuius contrarium persuadẽt natura, ars, ratio figura, & autoritas. Primo natura apum, quarum quædam materiam administrant ab extrinseco quasi officiales, quędã uero interius, pacifice & sine murmure dicuntur seruire fratribus suis, eandem materiam disponendo & operando. Idem apparet in arte, in qua alij lapides, & cementum ad ędificium portant: Alij vero materiam illam pacifice administrant. Idem dictat ratio, quòd videlicet sicut in membris corporis naturalis quolibet membrum ab alio iuuatur. Et quòd sicut vnum membrum sanum, & sine defectu aliud defectuosum, & insufficiens iuuat, quãtum potest, & supportat & supplet insufficientiam, nec ei propter insufficiẽtiam detrahit, nec obloquitur: sed quantum potest illum nititur abscondere defectum, & membrũ illud pulchrum esse, & vtile ostentare: ita ratio dictat, quòd fiat in corpore Christi mystico, in vna religione, in vna domo, quòd si fiat vterque prosperatur. Sicut patet per figurã Exodi 17. vbi legitur, quòd Iosue, & alijs militibus pugnantibus contra inimicos Dei, & suos, id est, contra Amalech quasi officialibus extra ad prædicandum, & pugnandum cõtra inimicos Dei Moyses & Aaron, & Maria quasi claustrales pro ipsis manus eleuabant orantes: quod dum ab vtraque parte cõcorditer fieret belli negotium bene agebatur: sed parte vna deficiente nihil ualuit altera. Nonne ergo fuisset vna pars insana se ab actu suo retrahendo cum commune negotium, & cõmunis vtilitas ex vtriusque partis actu dependeret? quia nec solis orantibus, nec solis pugnantibus: sed vtrisque simul operantibus, quòd eis incumbebat, victoria dabatur, immo vna pars in hoc casu alteri detrahens freneticis assimilatur, qui dentibus mordent suos adiutores. Hoc ergo exemplo sacræ scripturæ informati non dicant officiales, & extra laborãtes, quid faciunt claustrales: sed cogitent, quòd in monte contemplationis pro eis manus eleuant die noctuque orantes, sine quibus in pugna prędicationis contra diabolũ, & in pugna, & labore solicitudinis contra mundi defectum, & fallaciam nequirent psperari. Nec murmurent claustrales contra exterius laborantes: quia frequenter lutosas, sæpe etiam duras pter eorum victum, & uestitum custodiunt & ambulant vias: sed cogitent, quòd sine talibus sagis ciliciis tabernaculi illorum pulchritudo minime possit perdurare. Vnde beatus Grego. 25. moral. exponens illud uerbum Exod. 26. Tabernaculum ita fiet dicit sic. Vt enim in interioribus tabernaculi byssus fulgeat, desuper pelles, & cilicia, imbres, puluerem, & uentos portant: qui ergo in ecclesiæ sinu magnis virtutibus proficiunt, præpositos suos despicere non debent, cum eos vacare rebus exterioribus uidẽt, quã enim sui candoris gratiam retineret tabernaculum, si byssum pluuia tangeret, si hoc susceptus puluis fœdaret? Si enim securus, vt coccus, rutilas, cilicium, quo protegeris, cur accusas? hæc ille.

¶Concorditer ergo agant claustrales intra regis palatium cum Hester, & officiales extra portam cum Mardochęo ad suorum, & totius populi salutem obtinendam. Expugnent exteriores arcem diaboli, & peccati cum militibus Iudę Machabęi. 1. Macha. 4. dum interiores conuentuales sacerdotes sine macula sancta mundant, & templum Dei dedicant, & dum Maria ĩ domo ad pedes sedet Iesu, ipsius verba audiens, Martha exterius vtiliter occupetur: Quod enim hæc duo 31

opera istis duabus incũbant partibus, pulchræ ostensum est. .Mach.3. Congregatus est, inquit, conuentus, vt essent parati in prælium, & vt orarent, & peterent misericordiam, & miserationes. Ex qua patet autoritate, ꝙ conuẽtus ex duobus, scilicet ex oratoribus, & præliatorib⁹ perficitur: Sed exteriorum prælium, quod fit in prædicando, & exhortãdo interiorum ieiunio, & oratione perficitur: Sed exteriores ad modum sagorum sunt in temporalibus vtiliores, & ad modum Lyæ, & Fenennæ fœcundiores, licet apud aliquos sint contemptibiliores: iuxta illud. 1. Cor. 6. Secularia iuditia si habetis, contemptibiles in ecclesia constituite. Dum ergo vtrobique mutuo vicissitudinis obtentu sibi mutuo vtiles sunt, & neutra pars sine alia viuere possit, pacifice uiuant.

¶Autoritas est ad hoc Eusebij Homel. 40. ad monachos. Non, inquit, in hoc loco vixisse, sed in hoc loco bene egisse laudandum est: quid uobis habitationis huius secretũ prodest, quando tyrannico dominatu malitia in vobis regnat? quando ira superequitat? quando maiorem metũ in vobis humanus oculus, quàm diuinus videt? quando nos, qui extra mũdum credimus esse, per diuersarum passionum vitia mundum intra nos inclusum tenemus: ita vt, qui putabamur precib⁹ nostris sęculo posse succurrere, penè fit, vt uideamur sęculi intercessionibus indigere? Ideo fratres videte vocationẽ uestram: venire enĩ ad claustrum summa perfectio est, sed non in claustro perfecte viuere summa damnatio est. Item quod vnus cõtra alium non murmuret. Bernardus in sermone de labore messis: quid, inquit, si laborare, aut ieiunare plus alio potes, & ille te patientia superat, humilitate præcedit, charitate supereminet, quid tota die in his, quæ uideris habere, versaris insipiente cogitatione
32 esto magis solicitus, vt scias magis qd desit tibi. Quantum ad tertiam partem huius articuli, illi, qui in religione proprias habere volunt volũtates, inter quos vnus alteri inuidet, alteriq; contrariatur, alterumq; nititur supplantare, assimilantur paruulis, qui in vtero matris Rebeccę collidebantur, Genesis. 25. de quibus Oseæ. 12. In vtero supplantauit fratrem suum, de quorum collisione domus illa, seu ecclesia, in qua colliduntur, conqueri potest ad modum Rebeccæ dicendo: si sic mihi futurũ erat, quid necesse fuit concipere? Quorum periculum seu pœna est dolor interior: sicut ostẽsum est. P.4.3. Et depauperatio exterior: quia ex huiusmodi vnus alium non diligit, uel ex hoc, quod officiales, & illi, qui extra laborant minus afficiũtur ad claustrales, & minus curant negotia vtiliter per agere communitatis, cogitãdo cogitationes afflictionis concipiunt, ꝙ illi omnia, quæ ipsi poterunt elaborare consumunt, statuũt in cordibus suis malignis, & ordinãt quod minus, vel non ita ex corde laborabunt: ut de eis famem patientibus uindicentur, vel saltem prædam cum eis diuidere nolunt: sicut ille vir pessimus. 1. Regum 30. qui diuidere prædam noluit cum remanentibus ad sarcinas, quẽ Dauid corripuit, & contrarium ordinauit: Sed ex consequenti cõtinget, quod ipsi eadem vindicta ferientur: quia erit de eis, sicut fingitur fuisse de manibus, & pedibus conspirationem inter se facientibus, quod non plus laborarent: quia os, & stomachus omnes illorum labores deuorabant. Ex qua conspiratione accidit, quod ore nihil comedente, & stomacho debilitato, & deficiente: quia nihil recepit, ipsa quoque membra ex consequenti deficiebant, quod vidẽtes saniori habito consilio, more solito cęperũt laborare, & pro stomacho, & pro eis: Sic de illo, qui prædicto modo cogitat: nisi more solito solita negotia diligenter exequatur cõmunitatis: conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas Exẽplũ. Fabulæ.

tas in caput eius descendet: in Psal. 7. ergo huius vana est religio. Iacob. 1.

Arti. 12. ¶ Quia vero nonnulli in principio suæ conuersionis, & in primis suæ religionis annis magnam ostendũt pacis, & concordiæ vnitatem, & religionis, & deuotionis sinceritatem: sed postmodum propter defectum perseuerantiæ, & religionis obseruantiam, vitam simul, & habitum derelinquũt, necesse uidetur motiua ostendere quę religiosus ad perseuerantiã aĩabunt.

¶ Circa quorum perseuerantiã tria sunt aduertenda, & consideranda. Primo non perseuerantium vilitas, & assimilatio, ut illa considerata ad perseuerantiam hortentur. Secundo periculum, & comparatio a perseuerantia retrahentium. Tertio perseuerantiũ vtilitas.

33 ¶ Quantum ad primum non perseuerantes multis rebus vilibus assimilantur. Primo. P. 9. articu. 2. Secundo assimilantur illi monstruosæ statuæ Nabuchodonosor. Dan. 2. quæ habuit caput aureum: quia primo mẽse sunt angeli, pectus argenteum, uẽtrem æreum, quorum sicut quodlibet successiue post aliud, minoris est valoris de tribus prædictis metallis: ita ipsi a primo feruore cõtinue sunt minoris ualoris, & religionis. Et congruè monstruosæ assimilantur statuæ: quia sicut monstruosum esset oui cõcipere agnum, & parere lupum: ita monstruosum est vitam concipere religiosam, quam concipit quando intendit esse, & incipit religiose viuere, & parere: id est opere ostendere vitam potius lupinam, vel sęcularem in vestitu, in gestu, & in omnibus quantum potest, quàm religiosam.

¶ Tales sunt de ordine & regula Baldubini, de quo fertur, quòd semper quanto diutius vixit, & maiorem ætatis, & dignitatis ascendit gradum: quia de monacho fuit factus Abbas, deinde episcopus, ac postremo archiepiscopus, tanto minoris fuit feruoris, vel charitatis, vel boniatis, quod, cum Papa audiret, fertur ei scripsisse in hunc modum. Monacho feruenti, Abbati calido, Episcopo negligenti, archiepiscopo remisso salutem. Omnes tales repræhendit Apostolus Gall. 3. dicens. Sic stulti estis, vt cum spiritu ceperitis, carne consummamini? Tertio vilibus comparatur animalibus, seu bestijs: quia sicut asina spretis rosis, & violis uadit ad cardinem. Et rana de pulcherrimo uiridario, uel de ecclesia in lutum, uel gallus de margaritis inuentis: Sic illi de religione ad sęculũ, vel ad mores sęculares, de quibus Gall. 1. Miror, quòd sic tam cito transferimini ab eo, qui uos vocauit in gratiam Christi. Quarto infantibus comparantur ratione nondum vtentibus: quia sicut ipsi dant pomum, uel denarium, & cito post datum repetunt: & nisi redonetur offenduntur, & lacrymantur: Sic isti suam dant Deo, & prælato voluntatem, & multa prius sub Deo, & superioribus patiuntur, quos alloquitur Apostolus, Gall 3. Tanta, inquit, passi estis sine causa: quia non perseuerastis ad mercedem. Quinto nonnulli illorum malis assimilantur operarijs: qa sicut falsus operarius bene operatur conductore præsente, quo recedente cessat: ita illi prelato, uel illo, quem timent, præsente. Sed defectus perseuerantiæ ostendit quales sunt falsi: quia conditio rei, & natura cognoscitur per suum opus: quãdo sibijpsi dimittitur: sicut patet de graui, quod sibi dimissũ per motum suum deorsum, ostenditur esse graue: ita tales, qui ad oculum tantum bene operantur, quos repræhendit apostolus ad Eph. 6. dicẽs. Obedite. Et infra. Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes: sed vt serui Christi facientes uoluntatẽ Dei ex animo, cum bona uoluntate. Et causam assignat adiungens: scientes, quòd vnusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet a domino.

¶ Quan-

34 ¶ Quantum ad secundam partem huius articuli duo sunt facienda per ordinem. Primo ostendentur occasiones, quæ possent aliquem mouere ad non intrandum, vel non profitendum, & in religione perseuerandum cũ responsionibus, & euacuationibus. Secundo principale intentum. Quantum ad primum aliqui forte ingressum, vel perseuerantiam in suscepta fugiunt religione: quia audierunt, vel viderunt aliquos se ibi male habere, & spiritualiter perditos, & forte corporaliter: & sic socij socios, & parẽtes filios ante ingressum, ne ingrediãtur, vel post ingressum, ne in religione ꝓfiteantur uerbis vel literis, & nuntijs nituntur informare, & modo prædicto religionibus, & religiosis detrahere cum augumento.

¶ Quibus multipliciter respondetur. Primo, si prædicta de causa nõ debent desiderare religionem intrare, ergo eadem de causa non debent desiderare religionem intrare, vel in religione profiteri angelorum: quia ibi audierunt aliquos se male habuisse, & demones factos fuisse, nec debent in flumine piscari, vel mare nauigare: q̃a multi ibi perierũt, nec lectos itrare: q̃a multi ibi mortui sunt, nec vxores ducere, vel ecclesias recipere: q̃a ĩ talibus multi defecerunt, nec aliquam artem addiscere, vel exercere: quia in omni arte siue speculatiua, siue mechanica viderunt aliquos deficere? Si vero nullam artem propter hoc dimittunt homines, qui illam addiscere volunt: quia in illa viderunt aliquos se male habere, quare artem dimittunt animæ, & religionis: qui in illa viderunt aliquos deficere: vel quare statum contemnunt religionis, vel religiosis detrahunt: quia inter illos aliqui auditi fuerunt mali? cum in omni statu a principio mundi aliqui fuerũt minus habentes: sicut ostensum est. I. 10. ar. 3. & specialiter. 15. & 22. Ex quibus omnibus ostẽditur, quod omnes, qui tali consideratione ab ingressu, vel perseuerantia religionis retrahuntur, trepidauerunt timore, vbi nõ erat timor: in Psal. 13.

¶ Secundo ad formam illorum respondetur arguendi, ostendendo, q̃d peccant in forma: in priori nanque responsione ostensum est, quod peccant in materia. Quod etiam peccant in forma patet: quia ex vno vel duobus singularibus cõcludunt vnam vniuersalem dicentes, vel cogitantes, quod vnus fuit talis: ergo omnes sunt mali, vel religio est mala: quia vnus malus visus est in religione illa. Quæ quidem arguendi forma nõ tantum peccat in materia, & forma: sed etiã contra omnem naturalem sensum, & intellectum. Naturali nanque sensu videtur quod aliquando riuulus est turbidus, insipidus, & non sanus ad potãdum, vbi fons omnes conditiones habet contrarias. Nec in hoc proposito valet instantia dicendo, quod ex grano in foro, vel vino in Scypho cognoscitur quale sit residuum in granario, vel dolio: quia ille modus cognoscendi deficit in his, qui voluntariæ sunt boni, vel mali: quia frequenter in foro, vel extra ordinẽ videtur, & cognoscitur vnus malus, ubi residui in claustro sunt boni. Nec mirum: quia illi, qui extra sunt habitu, vel vita derelicta religiosa, sunt quasi palea: Sicut ergo non est mirum videre paleã parui valoris extra ventilabrum, vbi granum purum remanet in vẽtilabro: ita in proposito. Et sicut est stultum arguere totam paleã, quod est in ventilabro quia palea videtur extra: ita in proposito: habet nanque prælatus bonus, siue religio ventilabrũ in manu sua. Matth. 3. Proijciens paleas ad ignem inferni, & retinens grana ꝑ granario cœli. Quam quidam religionem, de qua erat, derelinquẽs breui stilo descripsit: dicens Tu scala Iacob, thronusque tu Salomonis, Das vento paleas, in cœlo grana reponis. In quo facto cum Deo concordat, qui sedebit conflans & emundans argen-

tum,

tu,& purgabit filios leui. Malach. 3 Et omnē palmitem nō ferentem fructū, purgabit eum. Ioan. 15. Et omnem arborem, quæ non facit fructum bonum, excidet illam, & in ignem mittet. Matth. 3. Quibus autem tales religiosorum detractores assimilentur, & quale sit illorum periculum patet. D.6.31. cum sequenti.

¶Retractores vero diabolo assimilantur, qui semper nititur homines a perseuerantia, & ab omni bono retrahere, q raro de filijs, vel amicis, quos de religione tempore nouiciatus extrahunt, gaudere videntur. Assimilantur etiam multis alijs supra eodem cap. 7. qui multum discrepant ab exēplo Abrahæ, qui in Dei seruitio vnigenitum ex libera matre, & magis dilectum, & hæredem immolare voluit filium. Et contra exemplum Iob. F. 5.8. Isti autem filios volētes Deo seruire perditos reputant: vnde & deformiores non vt Deo seruiāt, sed vt corpore viuant, quandoque in religione ponūt sicut patet. E.3.26. cū sequētib⁹.

¶Si vero aliqui contra voluntatem illorū religionem intrare voluerint: vt Deo seruiant, ipsos retrahere, vel extrahere nituntur, quibus fortiter est resistendum: sicut patet supra eodem cap. 8. Ad quam resistentiam, & perseuerātiam omnes hortatur apostolus dicens. Galath. quinto. State, inquit, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Et infra. Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire? nemini consenseritis: persuasio enim hæc non est ex eo, qui vocat vos: qui autem conturbat vos iudicium portabit, quicunque est ille. Quantum ad tertiam partem huius articuli. Vide materiam. P.9. articu. 1. Semper ergo perseuerantes viuite secundum certissimam sectam religionis. Actuum 26.

¶Ad quam quidem perseuerantiā habendam magna spiritualis requiritur fortitudo, quæ ex multis efficitur, perficitur, & conseruatur.

¶Primo ex intentione contra tentationes, & aduersitates pugnantis: sicut ostensum est. B.2.4.

¶Secundo ex repletione spiritussancti adiuuantis. Sicut nanque lignum solidum fortius ventorum resistit in cursibus, quàm arundo vacua, quæ cum vento circūfertur, & mouetur, & vas plenum fortius suam tenet erectionem, quam vacuum: Sic illi, qui sunt pleni spiritusancto, & duccedine diuini amoris, fortiores contra tētationes perseuerant, quàm illi, qui sunt vacui: quia illi omni tentationis vento mouentur ad quærendum delectationes in alijs, vt alibi quærant, quòd infra se non inueniunt, in quacunque aduersitate cito impelluntur, sicut vas vacuum, vbi plenū a sua non mouētur restitudine Exemplū Actuū 6. Cum esset Stephanus plenus spiritus sācto, &c. Et de Apostolis Actuū 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto. Et de Ioanne Baptista. Lucæ primo. Spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: Ideo omnes prædictos nullus a charitate Christi mouere potuit, de quorum singulis in Psal. 45. Deus in medio eius non commouebitur.

¶Tertio ex perfectione societatis simul habitantis. Nam bona, & sancta societas iuuat tam ad resistēdum, quàm etiam ad inimicos animæ persequēdum, & si cadat, ad citius resurgendum.

¶Primum patet: quia sicut plures simul latronibus resistunt, ne spolientur, vel occidantur, vbi solus vinceretur. Et plures virgæ simul ligatæ non franguntur, vbi sola frangaretur Et multi carbones accensi, vel multæ candelæ simul ligatæ non extinguūtur, vbi sola extingueretur: ita religiosi, quibus dicitur Esaiæ 30. In silētio, & spe erit fortitudo vestra. Qui sicut vna habitatione, & vna professione, & religione: ita vna charitate, & affectione, & mutua, supportatione sunt simul ligati, & confœderati, non

spoliandi

ſpoliantur, nec ſpiritualiter franguntur, uel occiduntur, uel extinguuntur, vbi ſolitarius vincitur, & extinguitur. Vnde, & ſicut de illis dicitur Eccleſiaſtes 4. Melius eſt duos ſimul eſſe, quam vnum: habent enim emolumentum ſocietatis mutuæ: ita & de ſolo dicitur ibidem. Væ ſoli: quia cum ceciderit non habet ſubleuantem ſe.

¶Ex quibus patet: quod pater reuerendus in vitaſpatrum bene reſpondit cuidam, quærenti, quæ eſſet melior, & ſecurior vita: ſolitaria uidelicet, uel viuentium in communi: pater vero ille allata olla plena carbonibus, carbonem magis ignitum ab alijs ſeparauit, qui cito extinctus fuit, alijs viuis remanentibus: Sic, inquit, eſt de ſolitario, & uiuentibus in communi: quia frater, qui iuuatur a fratre, quaſi ciuitas firma. Prouerbiorum 18. Et ſicut dicitur Eccleſiaſtes 4. Quiſpiam præualuerit cõtra vnum, duo reſiſtũt ei: vnus vero quomodo caleſiet? quaſi diceret, immo non caleſiet, ſed extinguetur: ſicut carbo ſolus, ubi alij non extinguuntur nec rumpuntur: quia ſicut Eccleſiaſtes 4. triplex funiculus: id eſt, illi, qui infra funiculum triplicẽ: videlicet obedientiæ, continentiæ, & voluntariç paupertatis charitatiue viuunt, difficile rumpuntur.

Exẽplũ.

¶Secundum patet: quia ſicut plures canes lupum perſequuntur, & in ſequela vſq; ad lupi perſeuerãt captionem. Et plures fideles latrones ſequũtur, & capiunt, ubi ſolus non auderet: ita plures mutuis conſilijs, inſtructionibus, & exhortationibus, & adiutorijs melius, & fortius inimicos perſequuntur crucis Chriſti dicentes illud. Hebræorum 6. Domini fortiſſimum habemus ſolatium.

¶Tertium etiam patet: quia ſicut candela fumigans iuxta accenſam ꝓpe poſita reaccenditur: Et ſicut carbo frigidus inter ignitos iacẽs reignitur: Sic cũ ſancto ſanctus erit: in Pſal. 17. Nota de hac materia, videlicet quomodo fortitudinẽ talem ſeruauit ſupra e.c. 12. Per dicta nanq; hęc, & ibi ſcire poteris, quõ ſemp eris fortis uir religioſus, actimens Deũ. Actuũ 10.

¶Talium uero religioſorũ magna eſt vtilitas, & dignitas. Ex bona nanq; religione magna ſequitur utilitas, tã ipſis religioſis, q̃ etiã alijs. Primo nãque ipſimet triplicem conſequuntur vtilitatẽ: temporalem ſuſtentationem, multorum periculorum euaſionem, & in cœlo maiorem remunerationẽ. Art. 15. 38

¶Primũ patet primo ex bonorum temporalium, quibus ſuſtentamur, natura, & conditione. Secundo ex Dei prouidentia.

¶Ex bonorum temporalium ideo propoſitũ oſtenditur, cõditione, quia conditionem habent vmbræ: quia ſicut ipſa ſequitur fugientem, & fugit ſequentem: ita dum religioſi erãt ueraciter pauperes, & mundi diuitias, & honores, ex corde fugiebãt, bona eoꝝ temporalia intantũ ſequebantur, ꝙ omnibus bonis abundabant: nam tũc poſſeſſiones eis dabãtur ab illis, quorum hæredes nunc illas libenter auferrẽt, ſi poſſent, & iuxta veritatis vocem: dum quæſierunt regnum Dei, & iuſtitiam eius, omnia hęc tã religioſis poſſeſſionatis, q̃ mendicantibus adijciebantur: quærite, inquit, regnũ Dei, & iuſtitiam eius, & omnia hæc adijcientur uobis, Matt. 6. & Lucę 12. Sed ex quo inceperunt iſta ex corde ſequi, & ſe huic ſęculo nequã conformari, mundus ab eis fugit uelut vmbra. Iob 14. Illi nanq;, qui uere pauperibus dabãt per legem illam. P. 3. 4. quando uident eos in habitu nitido, & alijs curioſitatibus ſe mundialiter viuentibus conformare, dona ſua ab eis retrahunt. Ecce quomodo bona tẽporalia ſequũtur fugientẽ, & fugiunt ſe ſequentẽ, & conformantẽ, propter quã conditionẽ bene dixit ille, q hæc & alia cõſiderauit. M. 13. 6. Nolite ergo conformari huic ſęculo nequam. Romanorum 12. Sed ſitis fugientes eius, quæ in mundo eſt concupiſcẽtiæ corruptionem. 2. Petri 1. Tanquàm

mor-

mortalitatis inductiuam: sicut patet B.2.21. Et C.13.3. Exemplo habentis thesaurum preciosum, cum quo de loco latronum fugit ad loca secura: mundus est locus latronum, qui animam spoliat, propter quod Bernardus legitur clamasse: latrones, latrones super mulierem, quę eius insidiabatur castitati.

¶Et exemplo animalium, & ferarum siluestrium, quæ venatorum, & canum depræhendentes insidias, ad loca fugiunt deserta, & montana: sicut iuuenes, qui quantum ad animam de canibus inferni veraciter dicere possunt, illud Psal. 21. Circundederunt me canes multi, fugiant ad religionē, & montem, qui Christus est, cum illis. Esaiæ 2. Ascendamus ad montem domini, dicens illud Psal. 142. Ad te confugi, doce me facere uoluntatem tuam: quia non ueni facere voluntatem meam, sed tuam: quod si fecerit, in fine ei gratias agendo cantabit illud, Psal. 90. dicens. Ipse liberauit me de laqueo uenantium, & a verbo aspero.

39 ¶Sed heu istis non obstantibus persuasionibus, & exemplis, quidam veram exterius non ostendunt paupertatem, nec quantum deberent videntur mundum fugere: sed quantum possunt uidentur se sęculo conformare in tribus.

¶Primo in appatatus uanitate: quia licet cappam de uiridi, & rubeo non habeant, uel scarlato, uel alias vestes cum tot scissuris, & coloribus diuersis, uel alia omnino non tam curiosa habeant ornamenta, quantum homines sęculi: ut in hoc omnino sint sicut illi, qui in hoc esse omnino non permittuntur, quod cum libenter essent, si possent: in uestium tamen nitore, & rugis, & alijs cinguli appendicijs tantum se sęculo conformant aliqui vani, quantum possunt, & permittuntur, de quibus dicitur in tractatu de duodecim abusionibus, q inquit veteres, aut uiles pannos habere consueuerant: iam in religione nouos, aut pciosos habere cōtendūt. Not. P.3.25.

¶Secundo in periculosa specialitate: nam quia vxores habere non possunt, sicut homines sęculi, quas nonnulli illorum libenter haberent, si licite habere possent, in vanis, & quandoque in periculosis delectantur specialitatibus: quia papilio frequenter circa lampadem, vel candelam volās tactu flammæ, vel occiditur, vel aliqualiter adustione denigrat, vel alijs decurtatis restringitur, quòd ita libere uolare non potest, sicut antea uolauit: ita illis frequenter circa tales euntibus amicitias quandoq; omnia hæc contingunt: quia spiritualiter occiduntur: sicut Sanson Iudic. 16. & fama denigrantur. Exemplo Ioseph, qui palium amisit. Gen. 39. Et F.2.3. Et incarcerantur, & arctantur ne libere, sicut prius ad tales ambulent vanitates: sicut Sanson, quem captum ligauerunt. Iudic. 16.

¶Tertio in deliciarum appetibilitate, de qbus Hieronymus epistola. 34. Natus in paupere domo, & tugurio rusticano, qui uix milio rugiētem saturare uentrem poteram, nunc similā, & mella, & fastidio noua genera, & nomina piscium quæro. De quibus Bernard. Si monachus plus olet piscem assum, quàm Christum passum, plus oculos dirigit ad agnum elixum, quàm ad Christum crucifixum, constat ꝙ lupus est maledicti, nō ouis benedicti: si plus de marcha, q̄ de marco loquitur: potius mercator, quàm monachus nuncupatur. Propter hæc, & his similia non est mirabile si religiosi aliqui, & etiam alij diuitias uel delicias, vel honores, quos capere nituntur, non appræhendant: sed ab eis velut vmbra fugiant: qa non q̄rūt veras diuitias in Deo: de quo in Psal. 111. Gloria & diuitiæ in domo eius. Sed fonte derelicto cū illis de qbus Hieremiæ 2. Me dereliquerūt fontē aquę viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas non ualentes continere aquas: ꝙ

mirum

mirum est, si appetitis non satientur: sed famem, & omnem miseriam patiantur cum filio prodigo? Lucę 15. qui patre derelicto abijt in regionem longinquam.

40 ¶Circa secundum subdiuisionis: id est circa utilitatem quam uiri religiosi ex Dei cōsequuntur ꝓuidentia: tria sunt dicenda. Primo nanque exēplis, & autoritatibus, & rationibus ostendetur ꝙ Deus uere pauperibus, & in eo spem suam ponentibus prouidet. Secundo ꝙ confidentes in prouidentia propria sępius etiam, quo ad mundum decipiuntur. Tertio, quòd religiosi in prouidentia propria confidētes, periculosæ exponunt, & quo ad Deum, & quo ad mundum.

Exēplū. ¶Primum primo ostenditur exemplo quod scribitur in uitaspatrum de quibusdam fratribus in deserto morantibus, quibus uictualibus deficiētibus uox ad quendam diuitem tribus noctibus continue facta est, ꝙ Dei seruos in deserto iuuaret, & ꝙ eos fame perire non permitteret: ille uero non audens instantiæ tam ualidæ non parere, cum nesciret ad quem mitteret locū, camelos diuersos oneratos bonis uersus desertum sine ductore direxit confidens in Deo, qui ipsum admonuit, quod eos dirigeret. Cuius ducatu ad fratres, & deinde ad domū suā sani redierunt. Quo exēplo clare ostēditur verum esse, ꝙ Cassiodorus ait super Psal. 61. nihil, inquit, potest esse securius, quàm illi omnia committere, qui nouit suis cultoribus congrue profutura præstare.

Exēplū. ¶Secundo idem patet exēplo beati Gregorij in 1. dial. de monacho quodā, qui cum esset in quodam monte, in quadam societate, & tantū pisces comederet, deridebant eum alij dicētes: nunquid in monte isto pisces inuenies? quidam uero exiens ad aquā de puteo hauriendam bonum piscem extraxit: vbi nunquàm prius piscis visus fuerat. Fac ergo, quod hortatur, Psal. 54. Iacta, inquit, cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. Et Petrus 1. Petri 5. Omnem solicitudinem in eum proijcientes: quia ipsi curæ est de vobis. Et Augu. Proijce te in Deū: non enim ita crudelis est, ut se retrahat, & te cadere permittat: Sicut nec bona mater, vel nutrix sibi totaliter adhęrentem deserit filium: nec bonus dominus seruum sibi obedientem: ita nec Deus, qui dicit Oseæ 11. Ego nutricius ephraim portabam eos in Brachijs meis: nos deserit, uel aliqd cōtra salutem nostram nobis contingere permittit, si fuerimus quasi modo geniti infantes rationabiles, sine dolo. Vnde Augu. li. 1. soliloquiorum in fine. Cōstanter Deo crede, eiq; te totū cōmitte quantum potes, noli velle esse quasi ꝓprius in tua potestate: sed eius clementissimi, atque utilissimi dñi te seruū profitere: ita enim te ad se subleuare non desinet, nihilq; tibi euenire permittet, nisi quod tibi prosit, & si iā nescias: Nesciunt enim modo de quibus Osee 11. Ego portabam eos in brachijs meis, & nescierunt: sciēt autē postea. Ad hoc idē B. Grego. 31. moralium. Quisquis, inquit, aduersitate, & tribulatione frangitur a quo factus est minime contēplatur: nam, qui, qđ nō erat, fecit, factum sine gubernatione nō deserit, & qui benigne hoīem condidit, nequaquàm in iuste cruciari permittit, nec sinit neglecte perire, quod est, qui hoc etiam, qđ non fuit, creauit vt esset.

¶Et si de omnibus prouidentiam habeat: etiā brutis animalibus & auibus cœli, de quo dicit Psal. 144. Oculi omnium in te sperant dñe, &c. Et qui dat iumentis escā ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eū, qui māna Iudęos in deserto annis pauit quadraginta, qui Heliam in torrente carith ministerio pauit coruorum 3. Regum 17. Et ministerio angelorum 3. Regum 19. Et Danielem in lacu leonum ministerio Abachuc, Dan. ulti. Nunquid suos derelinquet filios spirituales, cum etiam leones, & lupi, & 41

crude-

crudelissimę bestię specialiter suis ꝑuideant filijs? Nunquid suos speciales deserit prædicatores, & ministros, & pauperes, qui pro ipso pauperes facti sunt: vt ipsi melius familiarius, mundius, & plus ad suum seruirent bñplacitum, nullo modo credēdum est: nec timendum, vt Psalmus mētiatur, qui dicit quod escam dedit timētibus eū. Mentiuntur ergo, qui dicunt, ꝙ nisi furarentur, & falsitates cōmitterent, ꝙ viuere non possent: qa si fideliter agerent, viuere nō possent. Si ergo viuere non possunt, hoc est: quia male viuunt, & Deum, vt deberent, nō timēt qui dat escam timentibus se.

Exēplū. ¶Ex qua patet autoritate, ꝙ quidā de ordine mendicantium bene respōdit cuidam dicenti, quod ordo illorū stare nō posset: quia fundatus erat super nihil. Cui ille: vidisti vnquam cornicem dicere missam: nō inquit alius. Cui ille. Et cū de illa aui, & alijs scriptum est: & pater vester cęlestis pascit eas. Considerate, inquit, Christus. Volucres cœli non seminant, neque cōgregant in horrea: & tamen pater vester cœlestis pascit eas. Ergo a multo fortiori pascet illos, qui missis, & prædicationibus, & alijs modis die noctuq; ei seruiunt. Et pulchre significatū est. Gen. 22. Ecce inquit Isaac, ignis & gladius: ubi est victima pater mi? Cui Abraam: Deus prouidebit sibi de victima, fili mi. In signū, quod vbi est ignis deuotionis, & gladius prædicationis, quæ significantur per hoc, qđ portabat in manibus ignē, & gladiū: licet ille ordo sit super nihil fundatus: qui tamen super nihil non potest dici fundatus, qui super Dei fundatur ꝓuidentia: Deus tamen prouidebit de victima, id est de necessarijs. Vnde beatus Gregorius. Prædicatori verbi Dei tanta debet esse fiducia: vt si sumptus ei non prouideat, hos tamen ei non deesse certissime credat.

42 ¶Et si deesset autoritas, omni habenti rationem concedere necesse esset, quod Deus suis prouideret: & seruientibus sibi. Primo quia si eis nōn prouideret, aut hoc esset: quia eos non cognosceret, aut nōn posset, aut quia nollet eis prouidere. Primum dici non potest: quia in Psal. 32. scribitur, quod intelligit omnia opera eorum. Et ad Heb. 4. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Nec secundum concedi pōt, cū eius potentia, potestas, seu magnitudo sit infinita: iuxta illud. Psal. 144. Magnitudinis eius non est finis. Nec fas est tertium excogitare, cū voluntas Dei sit vniuersaliter oīs boni. Non igitur potest dici, ꝙ Deus suorum seruientium curā non habeat.

¶Si qs vero dicere velit quod suorum curam habeat seruorum, quantum ad hoc, quod sint, & viuant, & quantum ad hoc, quod spiritualiter bene regantur, sed non quantum ad terrenam illorum exhibitionem, in qua eos proprio dereliquit arbitrio. Hoc stare non potest: quia stulta esset prouidentia alicuius, qui non curaret ea, sine quibus ea, quæ curat, esse non possent. Sed serui Dei esse non possunt, nec viuere, nec ei seruire sine terrena, & corporali sustentatione, sicut inanis esset Dei prouidentia de eorum spirituali vita, vel seruitute, nisi etiā de eorum curam haberet corporali sustentatione, sine qua ei seruire non possunt. His concordat illud Matth. 10. Duo passeres asse veneūt, & vnus eorum non cadit super terrā sine patre meo: Vult enim tantum ostendere, quòd si de passeribus curā habet, ergo a multo fortiori de suis curam habet seruis. Et hoc est, quod dicitur Matth. 6. Nolite soliciti esse, dicentes. Quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur? scit enim pater vester: quia his omnibus indigetis: quærite ergo primū regnum Dei, & iustitiam eius, & omnia hæc adijcientur vobis Nolite ergo soliciti esse in crastinum: hæc ibi. Secundum istius subdiuisionis similiter ostenditur. Primo per exemplum 43 de hortulano: quod habetur. E. 3. 45. Nec

Nec mirum: quia deserit eos Deus, & propriæ prouidentiæ derelinquit: Sicut patet per dictum cuiusdam sapientis in vitaspatrum, quasi per istū modum. Quidam dixit seni, se custodire duos solidos pro suis necessitatibus: cui senex, si eos custodieris, spem in eis pones, & Deus te derelinquet. Et hoc videtur rationi consonum: quia sicut Deus suis dixit, Lu. 21. quando ducerentur ante reges, & præsides, quòd non præmeditarentur, quid responderent: quia ipse eis daret os, & sermonem: Etiam dixit. Nolite soliciti esse, &c. Sicut ergo eos derelinquit, qui plus in sua, quàm in Dei confidunt Sapiētia: ita etiam illos, qui plus in Dei, quam in propria confidunt prouidentia, sustentat: ita quòd tales minus habebunt, qui anxie cogitant, quomodo multa habebunt: Sicut illis frequenter minus datur, qui nimis anxie petunt, & si multa habeant ante finem, in fine nihil habebunt. Et sic finis ostendet: vtrum illa, quæ habent ex Dei, vel alia sint prouidentia. Ideo dicit Seneca in quadam epistola. Hoc vnum discas vitam contemnere: nemo illam bene rexit, nisi qui contempsit: nulli potest secura vita contingere, qui de prouidentia nimis cogitat. Et beatus Gregorius in morali. Mira securitas cordis est vniuscuiusque diei sufficientia contentum manere. Ex qua uidelicet trāquillitate, & requies ęterna nascitur: quia a requie tali ad ęternam transitur, & erit sabbatum ex sabbato, quo contra reprobi, & hic fatigantur in desiderijs, & illic in tormentis, eisque de labore cogitationis labor nascitur doloris: vnde ab æstu auaritię ad ignem trahuntur gehennæ, hoc in parte dicit super illo Iob 20. Arctabitur, & æstuabit, & omnis dolor irruet super eum. Vide de prædicta materia, quod videlicet ideo penuriam patiuntur: quia in Deo, vt deberent, non confidunt. P. 3. 9. cum sequentibus.

Exēplū.

¶ Tertium insuper istius subdiuisionis ostenditur per hoc quod scribit Hieronymus epistola 84. Quidam, inquit, de fratribus parcior magis, quam auarior centum solidos, quos linum texendo acquisierat, moriendo dereliquit: interest inter monachos consilium (habitabant enim ibi circiter quinque milia diuisis cellulis) quid facto opus esset. Alij pauperibus distribuendos esse dicebant. Alij dando, ecclesiæ. Nonnulli remittendos parentibus. Macharius vero, & Pachomius, & Isidorus, quos patres vocant, sancto in eis loquente spiritu, infodiendos decreuerunt cum eodem dicendo. Pecunia tua tecum sic in perditionem: sicut dictum fuit Simoni mago. Actuum 8. Propter hæc, & his similia pericula vitanda. Paulus hortatur: dicens 1. Timotheæ 6. Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, & neque sperare in incerto diuitiarum. Si hoc facere non debent diuites, id est non confidere in diuitijs, quas de iure habere possunt, multo fortius hoc præceptum pauperes ligat, qui de iure esse non possunt: vtpote qui professi sunt paupertatem. Et si hoc facere debent diuites, quod in autoritate sequitur, multomagis ad hoc necessitantur pauperes religiosi. Sequitur autem: Sed in Deo uiuo, qui præstat nobis omnia abunde.

 Exēplū.

¶ Quantum ad secundam partem principalem huius articuli, qđ religiosi multa euadant pericula tam corporalia, quàm spiritualia patet: quia uadunt viam breuiorem, & securiorem: sicut ostensum est. A. 9. 1. Et si velint dicere, quod in omni statu uia est ad cœlum. Respondet beatus Gregorius 26. moralium. Sæpe, inquit, rectum, mundumque iter pergimus: & tamen vepribus iuxta uiā per vestimenta retinemur, in via quidem

dem munda non offendimus, sed a latere nascitur, quo pungimur: illud ergo iter quærendum est, in quo minora, & pauciora sũt a latere pũgẽtia.

¶ Tertia vero pars huius articuli, quod videlicet in cęlo plus remunerabuntur, patet per promissum veritatis. Matth. 19. Omnis, inquit, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, vel filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

Thema pro religiosis.

¶ Nec est religiosorum vita tantum eis; sed etiam alijs vt prętactum est in principio istius articuli vtilis. Ipsi nãque sunt currus Israel, & auriga, cuius charitate, & doctrina, & exemplis Heliam, idest populum credentem ad cœlum trahentes: Sicut nãque in Philosophia tota virtus minoris propositionis, & etiam conclusionis ex maiori dependet propositione: ita tota, vel magna pars virtutis sęculariũ, & etiã conclusionis, quæ fit per mortẽ, quãdo dicetur illud Ezech. 7. Fac conclusione dependet ex viris Ecclesiasticis, & religiosis: Sicut tota vita membrorũ ex vita cordis. Et tota lux mundi ex luce solis: Ita lux spiritualis, ex luce illorum, quibus dicit. Vos estis lux mũdi. Matth. 5. Si ergo quidã peccato exęcati istorũ luminariũ deprehenderent vtilitatem, non ita religiosos vilipenderent, nec de eorũ eijcerent societate: sicut faciunt. In quo facto quãtum ad vnũ quibusdam assimilantur ciuibus quondam expellẽtibus, vt fertur, de eorum societate, & ciuitate omnes sexagenarios, qui bellare non poterant, inter quos quidam patrem suum senem contra edictum abscondit, quo facto contigit quendam illius ciuitatis apud aliam ciuitatem captiuum detineri, qui audiens proditionem, quam contra ciuitatem suam excogitauerunt, totum scripsit in tabulis albis ponens ceram desuper rogauit, quod illas tabulas ad ciuitatem suam cuidam amico mittere posset, qui nihil uidentes in eis scriptum concesserunt: Ille vero, qui tabulas recepit intelligens, quod tam sapiens homo sine magna causa illas minime misisset tabulas ad consilium ciuium detulit, in quo nihil vel minimum quid inuenire sciuerunt. Iuuenis verò ille, qui patrem suum abscõderat, de consilio rediens, & patri omnia narrans didicit a patre, quod ceram auferrent, & viderent, si aliquid de subtus scriptum inuenirent, quod & fecerunt, & contra aliorum proditionem se munierunt iuuenis admirantes sapientiam. Item ciues illi tractauerunt quòd nobilem inter eos distinctum ab alijs portarent habitum, quod cum iuuenis patri abscondito narraret, ait ergo estis omnes mortui: quia pauci estis nobiles respectu popularium, & in briga, vel pugna, quæ quandoque inter vos, & illos, & contentione verborum cito vos occident per habitum distinctum statim cognoscentes, quos occidere debent. Cuius consilium cum filius nobilibus narrasset, omnes in magna posuit admiratione: quo modo talia didicisset consilia: Ipsis vero omnino scire volentibus, quomodo, vel a quo talia didicisset sub certa illorum promissione rei veritatem aperuit. Qui videntes tam sanum seniorum esse consilium, ordinationem de eorum expulsione reuocauerunt. Ciues obsessi sunt Christiani obsessi ab illo cum exercitu suo, qui circuit quærẽs, quem deuoret. 1. P. 5. Illi q senes inter istos bona dant consilia, sunt illi, qui prædicationibus, & confessionibus ciues informant ecclesiæ, quomodo se à diabolo custodire debent, quos nõnulli de ciuitatibus suis eiecerunt, nec inter illos habitare permiserunt, nec adhuc permittunt. Alij vero illos libenter eijcerent, si possent. In hoc ergo facto prædictis assimilantur ciuibus. Et vtinam etiam in alio eis assimilari vellent: ut sicut ipsi in

Exẽplũ. Exẽplũ. Exẽplũ.

sine illo videntes sapientiam, per quã eos prudenter docuit, quomodo se a periculis custodire deberent corporum: ita isti aduerterent quomodo religiosi de ordine mendicantum multos docuerunt, quomodo se a periculis custodire deberent animarum, & hac moti consideratione, nec ingressos de ciuitatibus expellere, vel grauare niterentur, nec intrare, & cum eis habitare volentes prohiberent iuste & religiose de resurrectione cogitantes 2. Mach. 12.

Art. 14. ¶ Sed illorũ religiosorum: qui nec propter voluntates malas, & risus obsistentium, nec propter linguas detrahentiũ cessant illos informare qui ipsos persequũtur, nec ipsos fugiunt, sed quãto plus eos persequũtur, & de societate eorũ illos expellere nitũtur, tãto fortius eis dare sana consilia satagũt, magnũ est in terra meritum, & in cęlo pręmiũ. Primo nãque hic ĩ terra merẽtur ꝙ religiosi, & specialiter, qui inter eos sunt senes inquietari nõ deberent per legẽ. P. 3. 15. & hoc quantum ad corpus.

45 ¶ Secundo meritum illorum continue crescit interius in anima: sicut patet per exemplum ignis cui comparantur, primo propter sui dispositionem, & secundo propter sui feruorẽ, & decorem.

¶ Primo propter sui dispositionẽ pro tanto quia sicut ignis in sua propriam sphera circulariter fertur, & mouetur, sed in materia aliena semper ascendit: Sic religiosus secundum propriam viuens voluntatem, & volens in propria esse voluntate circulariter mouetur eum illis, de quibus in Psal. 11. In circuitu impij ambulant: sicut vrsus circa stipitem, qui ibi est in sero vbi fuit mane. Figura de iudęis qui dicũt Deuter. 2. Circuiuimus mõtem Seir multo tempore: quia non Dei, nec Moysi, sed propriam sequebantur voluntatem. Sed religiosus in voluntate Dei, & prælati suam habens voluntatem, quasi in materia aliena semper ascendit, meritum merito abcumulando, de virtute in virtutem vsque videat Deum deorum in syon: & sicut ignis effulgens, & thus ardens in igne eccl. 50. Ad modũ Helię, qui surrexit quasi ignis, verbum eius vt facula ardebat. Eccl. 48.

¶ Et quia magno merito magnum debetur in cęlo pręmium, non est dubium, quin religiosis, qui à iuuentute Deo fideliter seruiunt, magna in cęlo debeatur merces, seu præmium. 46
Ipsi nanque non seruiunt Deo, sicut serui conductitij. i. mali christani, quibus certum redditur stipẽdium in terra: sed sicut filij, quibus debetur hereditas, & merces sine ęstimatione. Figura ad hoc Gen. 15. de Abraham, qui propter Deum patriam dereliquit cũ parentibus, propter quod Deus ei dixit. Ego protector tuum sum, & merces tua magna nimis. Et 1. Mach. 1. vbi dicit, qđ vocauit pueros suos nobiles qui secum erant nutriti a iuuẽtute sua, & diuisit illis regnum suum. Nec mirũ, quia plura propter Deũ dimittunt quam omnia regna mundi: sicut patet per rationem ostensam. P. 3. 33.

¶ Nec tãtum, dimittunt sed & multa genera martyrij sustinent. Vnum in lingua, in afflictione, & tormento, quod habent in hoc, quod liberè loqui non audent. Aliud in oculis in hoc, quòd ad libitum vagari non permittuntur ad videndum mundi vanitates, & spectacula. Tertium, & magnum in hoc, quòd propria priuantur uolũtate. Quartum in carnis maceratione in hoc, quòd carnis resistũt tentationibus, quod durius multis uidetur, quam una hora pro Christo caput amittere. Quintum in paupertate, & labore, & huiusmodi tedijs, quæ pauperes freqũẽter experiuntur mendicãtes. Quod enim talia propter Deum sustinere durior pœna sit ipsa morte, patet etiam per legem ciuilem. Codice li. 9. titu. ad legem iul. maie. l. quisquis. In qua habetur, ꝙ etiã filij intãtũ pro crimine lęsę puniunť maiestatis.

lestatis, quod eis viuere tędiū est, & mori solatium: quia exheredantur, & depauperantur, & melius est mori, quam semper in paupertate viuere. Cui legi concordat illud Threnorū 4. Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame: quoniam illi statim mortui sunt isti extabuerunt consumpti ex sterilitate. Ex quo tantum est meritum, & pręmium omnia propter Deum derelinquentium, & sustinentium: beatus qui moriens Deo dicere potest tu pro me fuisti mendicus, & pauper & multa sustinuisti triginta tribus annis. Et ego pro te multa dereliqui, & pauper fui, & multa aduersa sustinui à iuuentute mea: quia tales cum Deo, sicut dicitur Exo. 29 Erunt sacerdotes religione perpetua.

Art. 15. Qui quidem religiosi sacerdotes quo ad actum & habitum in veteri testamento, quo ad vocationem, & operationem, in nouo testamento videntur fuisse pręmonstrati. Vt autem melius videatur, quomodo ĩ veteri testamento, quo ad prędicta figurantur, oportet considerare, quod omnes religiones, & ordines incipiēdo ab ordine Apostolorū vsq; ad diē istū in generali, in vno cōcordabant actu. Et in speciali aliqui ab alijs in actibus aliquam habuerunt diuersitatem: In habitu vero in generali, & speciali oēs aliquam habuerunt differentiam.

47

¶ In generali vero actu in hoc omnes conueniebant, quòd quadrigam ecclesiæ, i. populum christianum, imo generaliter humanum genus ad cęlum, & salutem trahere, & portare exemplis, documentis, & orationibus dirigere, & ducere omnes qui boni inter illos fuerūt nitebantur & nituntur ad modū quodāmodo equorū vel aliorū animalium, quæ quadrigā portāt, & ducūt: quia sicut ipsam quadrigā pręcedūt cōbinati, & ipsam post seducere nituntur: ita isti vitę præeminentia alios præcedebant, ipsos quasi quadrigam, uel currum Israel post se ducere nitebantur timentes, ne currum dimittētes, in illam inciderent sententiam, qua ad Deum, quæ habetur, Gene. 43 Non videbitis faciem meam, nisi adduxeritis fratrem vestrū minimum vobiscum. Sunt ergo equi omnes boni religiosi, qui a principio christianitatis orationibus, ieiunijs, vel quibuscunque suffragijs currum Israel ad cœlum ducere conabantur, equi dicti propter actus & combinationis similitudinem, De quibus Isidorus li. Etymol. Equi ab æqualitate dicti sunt: qui solebant olim duo equi equalis formę ad trahendū currum iungi. Sic ad trahendum homines ad cœlū misit illos binos. Lu. 10. Currus vero, vel quadriga est populus, quem quilibet ordo post se trahit ad salutem: in hoc ergo generaliter omnes conueniunt.

¶ In speciali vero aliquam habent differentiā: quia aliqui currum Israel trahere ordinantur, & conantur orationibus horarum, & missarum quotidie in locis suis, decantationibus, & sanctis meditationibus, & cōtemplationibus, & spiritualibus infra domū laboribus: Alij vero his actū superaddunt laboris corporalis per mundum ambulantes ad prædicandum: Sicut illi de ordine Apostolorum, & de ordinibus mendicantium.

¶ Habitu vero omnes aliquam generaliter, vt pędictum est, habent diuersitatem.

¶ Cōsiderando ergo primam conditionē generalem, in qua omnes cōueniunt, elegāter videntur omnes ordines cum populo, quē ducunt fuisse præmonstrati per illas quatuor quadrigas, de quibus prædixit Propheta. dicens. Zach. 6. Leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor quadrigę egredientes de medio duorum montium: quia medij sunt inter vetus, & nouū testamētū participātes naturā extremorum, dum secundum vtrunque vt debuerunt, vixerunt.

¶ Considerando vero secundā conditionem, in qua aliqui ab alijs differunt,

tunt, Apostoli, & sequaces illorũ per mundũ discurrentes significari vidẽtur in hoc, ꝙ cito post dicit, qui erant robustissimi exierũt, & quærebãt ire, & discurrere per omnem terrã, quorũ cõmissio, & auctoritas per hoc patet, quod sequitur. Et dixit, supple Deus, ite, perambulate terrã, quorũ obediẽtia, & actus specialis, & laboriosus, & vtilis valde, in quo ab alijs distinguũtur, ostenduntur per hoc, quod statim sequitur. Et perambulauerunt eã. Et vocauit me, & locutus est ad me dicẽs. Ecce qui egrediũtur in terrã aquilonis requiescere fecerunt spiritũ meũ in terra aquilonis. Ecce magna ambulationis illorum vtilitas: quia requiescere fecerunt spiritũ suũ, & spũm sanctũ Dei in terra aquilonis. Ad literã dñiũ tartarorũ, & regnum Persidis, & imperium trepasundanum super mare magnũ ad partem mundi sunt aquilonarẽ, in qua parte fratres peregrinãtes ꝓ Christo, in multis animabus spiritum sanctum fecerunt suo quiescere ministerio: quia sua prædicatione innumeram multitudinem ad fidem Christi in illis partibus conuerterunt, a qua peregrinatione ire volentes aliqualiter impedire nituntur præpositũ Pharaonis, de quibus prætactũ est. I. 2. 15.

48 Considerãdo in super tertiã illorum conditionem, in quã habitum oẽs habent diuersum, vidẽtur ostẽsi fuisse in hoc, ꝙ in eodẽ capitulo continetur, in quo sic dicitur: in quadriga prima eq ruffi. Primi nãq; ordinis equi. j. apostoli: ruffi erãt sanguine martyrij: propter sanguinis nanq; effusionẽ rubrũ est indumẽtum tuũ o patre: cũ maiori parte de collegio tuo. Sequaces vero illorũ rubicũdi sunt igne charitatis, q̃ eos p mundũ discurrere facit ꝓ salute proximorũ. Isti magnã post eos duxerũt, & ducũt quadrigã saluandorũ idest multitudinẽ Christianorũ, qui: sicut dicitur ad Eph. 2. Superædificati super fundamẽtũ apostolorũ, & prophetarũ &c. Sequitur in quadriga secunda eq nigri idest beatus Bñdictus, & beatus Gregorius, & alij de ordine illo, qui proximus fuisse creditur, & immediatior ordini apostolorũ de ordinibus approbatis, in quo adorãt regem regũ cũ equis & curribus. Ezech. 26. Sequitur. In quadriga tertia equi albi. i. Cistercienses & præmonstratẽses. Apoc. 6. Ecce equus, & albus, & qui sedebat super eũ exiuit vincens, vt vinceret. Sequitur: in quarta equi varij, & fortes. i. pauperes mendicãtes, varij habitu fortes, & veloces spiritu, & feruore, & labore in ambulando, & prædicando, de quibus Hiere. 4. Velociores aquilis equi illius. Et Abachuc 1. Velociores pardis equi eius: quia sũt quasi per aera eqtes discurrẽtes. 2. Machab. 5. Duri & rigidi in peccatorum expugnatione. Iuxta illud. Esa. 5. Vngulæ equorũ vt silex: si tamen nõ claudicauerint vno pede terrã fortiẽ præmẽdo. i. veritatẽ intellectu sane intelligẽdo. Et alio pede terrã nõ tãgendo: hoc est veritatẽ, quam intelligunt, nõ operando, nec alijs efficaciter ostẽdendo: de quorũ quolibet Zach. 9. Dispergam quadrigã de Effraim, & equũ de Hierusalem. Quod autẽ prędicti equi hoĩes in ordinibus Deo deseruientes significẽt, patet per hoc, quod ibidem Zach. 6. statim subdit de propheta, qui quæsiuit de prædictis, qui essent, & de rñsionẽ sibi facta. Et rñdi, inquit, propheta, & dixi ad angelũ, qui loquebaẽ in me, qui sunt hi dñe mi. Et respõdit angelus, & ait ad me. Isti quatuor sũt venti cœli, qui egrediũtur, vt stent coram dominatore omnis terrę, de quibus Zach. 10. Posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello, & ad hoc armantur: videant tñ ꝙ arma illa non male portent. Sicut illi. I. 7. 6. cum seq.

¶Quantũ ad secũdã partẽ huius articuli, ꝙ eædem religiones sint in nouo testamento ostensi, & expræssi, quantũ ad temporis vocationem, & operationẽ: videtur Matt. 20. vbi primo mane misit in vineam suam apostolos: hora tertia benedictum cũ regula & ordine suo: & beatum Augusti. cum regula

&

& ordine suo. In hac hora Spiritus san ctus abundanter datus est: quia in diebus suis emanauerunt putei aquarũ, & quasi mare adimpleti sunt. Eccles. 50. Hora sexta Premonstratenses & Cirstercienses. Hora nona ordines misit pauperum, qui bene significatur per Petrum & Ioannem, qui ascenderunt ad horã orationis nonam. Act. 3. Non habentes aurum, neque argentum: sed uirtutem curandi, & saluandi spiritualiter infirmos. Hora vndecima introducet quos ipse nouit. Ecce ordinum vocatio, quorum actum voluit Christ' esse vineę spiritualis, idest ecclesiæ culturam: ad omnes illorum, & singulos dicens: ite & vos in vineã meam. Matth. 20. quia religio munda, & immaculata hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum. Iacobi primo.

Art. 16. ¶ Quam quidem religionem in omni ordine maculant, & inordinata affectione, & eius sequela qui multum anhelant ad officia & dignitates, quales in statu vel ordine suo vident,
49 possibiles; Talium nanque intentio, seu affectio est obedientiæ exemptio, cathedræ pestilentiæ sessio, vocari ab hominibus rabbi, habere primos recubitus in cęnis, & salutationes in foro, & thronũ iudicũ possidere, gaudere cũ gaudentibus; sed non flere cum flentibus. Hi ideo nidum suum maculant, quia subesse non sustinent, præesse non norunt, superioribus inobedientes, inferioribus importabiles: quia sunt importunt, vt accipiant, inquieti donec accipiant: quia auertente te faciem, & nihil eis dante turbabuntur, ingrati cum acceperint: & tamen ablata colligunt: nihil interrogantes propter conscientias, gens intractabilis, subijci nescia, nisi cum nõ valet resistere, docueret linguas suas loqui grãdia, cũ operentur exigua. Sicut reges gẽtiũ gñantur pauperũ subditorũ. Illos, cõtra quos suspicationibus mordẽtur: in omnẽ ventũ dispergunt: fitq; falcultas agẽdi pro libitu, & nemo dicit: cur hoc fecisti? pręsunt omnibus, prosunt paucis. Capite eis inclinatur: dicendo. Aue rabbi. Corde simul cogitatur, vah qui destruis templum Dei, susurratas delationes recipiunt ab his, qui verẽtur palam dicere, ꝙ in aure susurrant, subditis onera grauia imponunt, & importabilia, nec minimo digito ea supportant: huius vana est religio. Iacobi primo.

¶ Horum vero actus est indiuidua colligere diligenter, & custodire, de vniuersalibus parum curaret, esse in appropriatis parci, in communibus prodigi, in causa rei cõis anxij, in cura rei familiaris hilares, ĩ prima se improbe excusant, in secũda licentiã importune extorquent, in studijs vani, opiniones non mores, sed nouiores, & vaniores sectantes, cisternas vacuas fodiẽtes, telas aranearum texentes, de quibus nihil superest, nisi afflictio spiritus, euisceratio mentis, euacuatio gratię. Hi iugiter inter se cõtẽdũt, nõ quis dignior: sed qs annosior, & prior ad magisteriũ habeatur, dumq́ue plus oculus ad patriam habetur, & annos, quã ad sciẽtiã, & mores, surgũt annosi indocti, quorũ anni multi, & act' stulti, & cathedrã rapiũt magistralẽ, in & digni turpiter postponũtur. Quod enĩ patria, vel ętas, vel tẽpus longum studẽdi clericum faciat strenuum, nullius cõsulta sinderesis, vel cuiusquàm ratio admittit ordinata. Art. 17. 50

¶ Hoc ergo incõueniẽti vsitato ad talẽ deuenit quorũdã status famosorũ clericorũ inopiã: vt qui dum secundũ valorẽ exponebãtur, esse solebãt uniuersitatum, & regnorũ fama, flores, & gloria, Heu secũdũ patriã uel tẽpus, seu fauorẽ expositi fiunt alijs inferiores, in scientia pariter, & opinione, & ut expressius exeat, quòd totum ulterius non finit angustia retineri propter ambulantes in circuitu, qui ibi uidelicet desinunt, ubi incipiunt, pro principio, medio, & fine ignorãtiam, sufficientem illiteraturam habentes, qui defecerunt scrutantes scru-

tinio, & abominabiles facti sunt in studijs suis, perdidit Babylon scientiæ nomen, & famam, fitque vt, dum vmbram vanitatis non tam vanius, quàm insanius persequuntur, longius fugiat ab eisdem, & ipsi vani sicut ea, quę dilexerunt, sine oleo gratię & scientiæ lumine cũ lampadibus vacuis vacui relinquentur. Nec mirum, si his exiliter contingat, qui spiritualem hiericho, quam semel in eis destruxerunt contra Dei defensionem, & maledictionem, iterum rędificant, vitã circa inania consumendo qui Senecę cõuincuntur testimonio epistola 49. ad Lucilium. Pudet, inquit me, vt in re tam seria senes ludimus, mus est syllaba, mus autẽ caseum rodit: syllaba ergo caseum rodit, puta me nunc istud soluere nõ posse ꝙ mihi ex ista ignorantia periculum imminet, quod incommodum est: o pueriles ineptias, quid mihi lusoria ista componis non est iocandi locus, aperta decẽt, & simplicia bonitatem. Etiam si multum superesset ætatis parce dispensandum erat, vt sufficeret necessarijs: nunc vero quæ dementia est superuacua dicere in tanta temporis egestate? Idẽ in epistola 49. Quod inquit, nõ perdidisti habes, cornua non perdidisti, ergo cornua habes. Non vaco ad istas ineptias, ingens in manibus negociũ est, qd agã? mors me sequitur vita fugit, aduersus hæc me doce, effice vt ego mortem non timeam, & uita mea nõ effugiat. Idẽ in epistola 16. dicit tales esse quales amentes, qui ciuitate obsessa, & senibus, atque mulieribus cũ cæteris sollicitis circa suã salutẽ, ipsi circa vanas vacant quęstiũculas. Idem epist. 87. Scis quę recta sit linea: qd tibi prodest? si quod in vita rectum sit, ignoras. Sic ĩ musica, quæ docet vocis modificationẽ. Sic in geometria, quæ de mensura ratione est &c. Ista nanq; liberalium artium consectatio molestos, intempestuosos, verbosos sibi placentes facit, quare ergo liberalibus studijs filios erudimus? non, qa virtutẽ dare possunt: sed quia animum ad accipiendam virtutem præparant.

¶ Quod minus in opere ostendunt illi, de quibus in Psal. 77. Defecerunt in vanitate dies eorum, qui videlicet totam, vel magnam vitæ suæ partem in talibus consumunt, quorum tamen victus est delicatior & vestis vt frequenter preciosior. Ipsi nanque qui patres esse deberent pauperum, & duces cælestis militiæ, & forma gregis in bonis exemplis, & operibus pœnitentiæ sociis in sanguine, & cęde versantium, cibos cupiunt delicatos, & somnos capiunt matutinos. Alijs, inquam, nocte, dieque cura peruigili festinantibus redimere tẽpus quoniam dies mali sunt non tam multipliciter, quàm etiam salubriter operando, & vsque ad vitæ vesperã operationem cõtinuando, illi econtrario & lõgas noctes dormitando cõsumunt, & dies fabulando peragunt ociosos in cęnis angularibꝰ fercula ferculis apponũtur, & illi, qui portant pondus diei, & ęstus penuriam patiuntur. Sicque inter illos ludus diuiditur: vt dum Iudas cum loculis iuuenis, & fortis, bel qui omnia deuorat, qui famelicus cibum satiatus famem famescit, semper dolens de defectu cibi, vel sacculi. sicut patet G 5. arti. 9. Ebrius est, & potens crapulatus: Petrus autem, & Ioannes, idest debilis, & pauper, quibus nõ est aurũ, vel argentum famem vt canes patiuntur. Sicque agitur, vt conuenientibus vobis in vnum, non est cęna infirmantis corporis ruinas reficere pro commodo, sed carnis luxuriantis curam perficere in desiderio, delicata nimis medicina prius alligari, quàm vulnerari, membrum non percussum plangere, fouere vnguento, vbi non dolet, emplastrum apponere, vbi scissura non pręcedit, sed post sequitur: quia propter crapulam multi perierunt, & in multis escis erit infirmitas: quod minus aduertunt suę carni tam improuide prouidentes, & indiscrete, non ad

Art. 18. 51

necessita-

necessitatem, sed ad superfluitatem, circa quàm explendam dum prandijs incumbunt longioribus, ne quod absit, festina comestione iudaizare videantur, non solum fauces cibos, sed & aures, & rumores sitiunt, non minus altos, & confusos, quam vanos & fabulosos, & quantum ora dapibus, tantum linguę detractionibus occupantur: postquàm sessum est comedere, vel bibere per uillam, vel hortum festinant discurrere. Sedit, inquit, populus mãducare, & bibere, & surrexerunt ludere: vt sacco arctius depresso, & compræsso, locus fiat cęnæ. Quos repræhendit *Bern.* in epistola ad dominum abbatem dicens. Quæ est hæc securitas, fratres, inter frẽdentiũ vndique hostium hastas: & circũuolantia spicula proijcere arma: & prandijs incubare latioribus: aut molli volutari lecto: qualis est hæc ignauia, o milites, & quale periculum: sicut patet. A. 8. 14. Talibus improperatur. Numeri. 32. Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis. Quibus salubrius esset respondere, sicut ipsi responderunt. Nos ipsi armati, & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel, donec ĩtroducamus ipsos ad loca sua. Ne eis contingat, quod contingit lucifero, qui solus sedere voluit: sicut dixit Esaiæ. 14. Sedebo in monte testamenti. Et quid ex hoc sequebatur, patet per hoc quod subiũ-
52 gitur. In infernum detraheris. Aaron enim tempore vindictæ non sedit, nec dormitabat sed stetit inter mortuos, & viuentes thuribulo in manu accepto. Numeri. 16. Sic religiosi inter peccatores, & Deum in thuribulo orationis, & prędicationis, ne speculator dormiens præcipitetur. Quantum ad secundam partem huius articuli vanis non tegumentum nuditatis: sed ornamentum appetitur vanitatis, quæritur ad induendum: non quod vtilius, sed quod subtilius, & nitidius, inuenitur, non quòd frigus repellat, sed quod superbire compellat, quod per mollem tactum mulceat, & per colores oculos attrahat intuentium, non quod vtilius potest obseruari, sed quod venustius & vanius ostentari. Non enim ille, quem ore, & uita ostendere deberent, idest Christus summus pastor, cuius gregis custodes esse deberent: talibus legitur fuisse indutus ornamentis, nec vectus equo, vel stipatus baiulo manticam portante. Petrus etiam, & omnes ordinum fundatores sine talibus satis crediderunt posse implere salutare mandatum, quo dicitur. Si amas me, pasce oues meas. Ioan. 21. Si ergo vos cõtrarium in omnibus committitis, restat quòd iam sit seruus maior domino suo, & discipulus supra magistrum. Et quod in his hi, qui huiusmodi sunt, potius fiat improperatores, & destructores, quam religionis ostensores: quia illum habitum, qui religionis signum quondam fuit speciale, nunc in signum gestant superbię: miles, & monachus ex eodem sibi partiuntur cappam, & caligam cum talibus insignijs Christi: humilitatem prædicant, Dei iustitias enarrant, ecclesiæ testamentum assumunt, dilatãt capucia, & philacteria, magnificant fimbrias, stringunt manicas, trahunt tunicas, rugant cappas, ornãt latera, produnt laqueata iocalia, ostẽtant sudariola, & munuscula, & dum sic currunt ad capitula, plus loci illius ambitio, quam deuotio terit limina: Sed, inquiunt, nunquid de vestibus cura est Deo: & non magis de moribus, nec in habitu est religio, sed in corde, ac forma hæc vestium deformitatis mẽtium, & morum est indicium. Ex cordis sine dubio thesauro procedit quicquid, foris apparet vitiorum. Vanum cor uanitatis notam ingerit corpori, & exterior superfluitas, & curiositas interioris certissimum est signum uanitatis, mollia indumenta mollitiem indicant animi, & non tantum curaretur corporis cultus, nisi prius neglecta fuis-

set mens inculta uirtutibus ab illis, q se huic nequã conformant sçculo, & cõmixti sunt inter gẽtes, & didicerũt opera eorũ. Cõtra quos uide. P.3.23. Et O.7.art.ult. ergo horũ uana est religio. ¶ Quis uanũ non diceret pau-
Art.19. pertatis nomen: ubi ex tanto fastu & expensis proclamantur inceptiones: scribuntur literæ: multi ad cęnam uo-
53 cantur inceptoris, & si quidem talis sit, de quo æstimatur, quòd in posterum ambitiosis patrocinium non poterit præstare, occasiones quæruntur non comparendi, nec per se, nec per procuratorem sufficienter instructũ: Ei uero cuius fama, licet uana, tamen celebris habetur, de tota curritur prouincia: terra operitur quasi locustis, replentur hospitia, narrantur rumores, disputatur de partibus, honorantur amici, scandalizantur inimici, mirantur omnes, obloquuntur nobiles, tale a pauperibꝰ fieri phase, qđ ipsi sine magno dispẽdio se facere posse diffiderẽt asserẽtes illos abuti noĩe paupertatis in superbiam, & quòd minorem
Exẽplũ. cõtinet ueritatem dictum, quo se pauperes asserũt. Quidam nanque nobilis obijcere solebat, uel ꝙ mẽdaces erãt se pauperes asserẽtes, uel latrones: ut tot expensas per latrocinium acquirerent. Ipsis uero congregatis in diuinis officijs, quanta sit negligentia patet, cum sacris uigilijs paucissimi uix interesse dignentur, & ad sacra missarum solennia ad ludendum, ad ridendum, & ad cachinnãdũ magis, quàm ad psallendum congregari uideantur, dicam de quo mali, seu dissoluti rident, deuoti lugent, dicã, inquã plane ut dolens, sed amans amens tamen magis uidear, sed ei qui non amat, & qui uim non sentit amoris: si tamen dici libeat, quo defluunt in comessationibus, & ebrietatibus, in cubilibus, non dicam in impudicitijs: ut iam cetus clericorum putentur prostibula lasciuorum, & conciliabulum histrionum: quia ibi remissio, societas, effusio, liberalitas, loquacitas, affabilitas, cachinnatio, & derisio, iocunditas, mollicies, & nitor uestimentorum, honestas uocatur, seu nuncupatur. Si ad hoc amicorum marsupia exhauriuntur, si sic beneficia principum, eleemosynæ pauperum, imò sanguinis immaculati agni precium dissipatur, nonne iniqui sunt cetus uestri? Esa.1.

¶ Mundiales uero, qui multum 54
mirantur, & sciscitantur, quomodo talis fastus inter prophetas, ignorant plane, quomodo de sumptibus egenorum sic uentribus seruiunt gulosorum, quomodo liber, & tunica obligantur, uel uenduntur euntis, & dantis, & quomodo pecunia mutuantur, ne nihil dando inimicus Cęsaris uideatur: & ut ab illo, qui dati præteriti immemor esse non posset, qui & futurum sperat dissolutus supportetur, uel indignus promoueatur, sicque dum superbit impius, incenditur pauper, fitque librorum, quos antiqui sancti patres, & prædecessores congregauerunt, alienatio. Nam si in libraria libri inuenti fuerint duplicati, unum necesse est in obsequiũ inceptoris, qui ad conuentum illum pertinere dignoscitur, pro pecunia alienare, qui dum temporibus suis iterum non duplicantur, suis obsequuntur successoribus, quos a tali uenditionis solicitudine præseruant in çuum. Pro Deo si non pudet ineptiarũ, cur nõ piget expensarum, & laborum, & futurarum pęnarum? quid proderit in sæculo eis uanitates reliquisse hominum, si adhuc in monasterio uanitates sustinent dæmonum. Non satis enim interest utrũ portionẽ suam recipient cum peruersis hominibus, an cum dęmonibus, quorum indifferens erit damnatio ignis æternus, & si mentio fiat de errore prædi- 55
cto extirpando, absit, inquiunt, non decet tempori, non cõgruit ordini nostro, non conuenit, qua in scholis geramus famam attendito, & de placito, seu honore Dei ultima fit mẽtio, pro

iactura

iactura animarum, pro ruina domorum, & penuria fratrum leuis sit cunctatio: nisi quod sublime est, hoc salutare dicamus, & quod gloriam redolet, hoc iustũ teneatur. Sane inter hæc mirari poterunt, qui causas ignorant erroris, cum regularis autoritas fratribus indulta sit vicia corrigendi qua fronte? quo spiritu? quove instinctu tã enormia tanque notoria dissimulant incorrecta? nisi forte, si dicere fas esset, nemo fidenter reprædit, in quo se esse irreprænsibile non confidit: siquidẽ humanitatis est, in quo quis sibi ĩdulget, alijs nõ vehemẽter irasci.

¶ Quorum ergo via debuit esse vitæ, dum exemplum in suis actibus ostendunt errorum, cæci facti sunt duces cęcorum. Et vbi omnes sordent, vnius fętor minime sentitur. O insensati prełati, quis vos infascinauit non obedire veritati. Vbi nunc gladius leui? zelus Symeonis? ubi feruor Moysi? qui domesticis suis nõ pepercit peccantibus? vbi pugio phinees? qui sancta ęmulatione Deum placauit iratũ. Æmulamini ergo, o patres, ęmulamini vias domini, & iustitias Dei nostri, dum tempus est faciẽdi, ut eis resistatur, quorum fastus statum vestrum dissipat, & decolorat. Sic utique & uestræ famæ, & ordinis non modicæ ꝓficietis utilitati, & obmutescere facietis ora hominum malignorum.

Art. 20. 56 ¶ A quibus morũ erroribus si cessare noluerint, finis erit hominũ derisio, Dei abiectio, & induratis æterna timenda est dãnatio. Quod enim hominũ sequitur derisio, patet: quia de latebris paupertatis faleratũ, & nitidũ prosilientem in publicũ omnes notãt, & cachinnãte labio deridẽt, & obliquo sidere intuẽtes, ostendũt digito cunctis notabilẽ. Si vero status sui immemores in apparatus lasciuia, in gestus insolentia, in fastus iactantia, in prædicta narratione, & disputatione impertinente interioris hominis ostẽdant insaniam, quis eos tanquàm stultos non irridebit: qui dimisso pomo, id est mundo, eius retineant uermẽ, id est superbiam. In omnibus prædictis omnia quippe bona corruptibilia habent uermem, & mundi uermis est superbia, quam prædicti retinent mundum derelinquentes.

¶ Sequitur secunda pars huius articuli Dei uidelicet deiectio; qm̃, ut ait poeta. Frangit Deus omnem superbũ, alta cadunt, inflata crepant, tumefacta præmuntur, descendent Acherontis ad undas a turre Babel ad ima: Quia plerique ad honores anxie ascendere nitũtur, conantur incassum: quia dum ordiuntur, succidũtur, moriuntur, uel impediũtur, qui inania meditãtur, & stulto labore cõsumuntur: quia dicit Psal. 72. Deiecisti eos, dũ alleuarẽtur. Et hæc quidẽ iusta uidetur deiectio, & omni ratione cõsona dexteræ excelsi mutatio: ut dũ ordo humilis in oculis suis caput constitueretur in tribubus Israel. Sicut Saul super gentes, & regna, ut euelleret ædificaret, & plãtaret: dũ uidelicet posuit in Deo spẽ suã, & nõ in fortitudine, qui uolũtatẽ habebat, tẽporalibus abũdabat auxilijs, & spũalibus auctus fuit incrementis. At ubi dicere inceperunt cum perfidis iudęis: ad equos fugiemus, & super ueloces ascendemus. Esa. 30. Et ad capitula, & alia loca ꝑ mũdũ equitabimꝰ. Ipsi obligati sunt, & ceciderũt. Ps. 19. sicut ostẽsum est supra. P. 3. 26. 57

¶ Sed dicent, ꝙ tempora mutãtur, & hoĩes deteriorãtur, & ꝙ charitas ĩ cordibꝰ refriguit multorũ, & ideo tam ꝓ certis locis, quã etiã ꝓ ꝑsonis ad loca distantia eũtibus oportet istis temporibus cõtributionẽ facere. Quibus respondetur, quòd sicut tẽpora deteriorãtur illis, qui cõtributionẽ petũt ita etiã illis, a quibus petũtur: tẽporũ ergo penuriam, sicut & priorẽ copiã loco inter se diuidãt, & æquanimiter portent proprio regimini derelicta. Personæ vero ad loca distantia missæ contributione non indigerent, si antiquorũ patrũ, qui primitus non tantũ ordines, sed totã Ecclesiã decorauerũt 58

in

in peditando, & mendicando semitas sequerentur: Quod enim nō recipiūtur pro amore Dei, sed multa expēdant, experto crede magistro, sciēs pro certo, ꝙ hoc defectū nō arguit in illis, per quos transeunt; sed defectū humilitatis in his, qui non petunt. Omnis nanque, qui petit, accipit, & qui quęrit inuenit, & pulsanti aperietur. Matth. 7. & Luce. 11.

¶ Quod ergo mirum, si nihil gratis accipiūt, qui nihil pro amore Dei, sed pulchrius hospitiū, & fortius vinū pro amore nummi quærunt: qui & hospitalitatem eis gratis oblatam, sicut aliquando visum est, noluerunt, propter equos, & famulos, cum quibus in villa voluerunt morari: de quibus Ecclesiastes. 10. Est malum, quod vidi. Et infra Seruos, & equites, & principes. i. patres primitiui ordinis ambulantes quasi seruos super terram.
59 In quibus si de bonis expenderēt parentalibus, vel personalibus esset tolerabile malum, sed de bonis confratrū suorum. Non enim multum videtur interesse inter illos, qui ambulant viā latā, & inter illos, qui dicunt per aliā se ambulare, dum veniunt ad eundē terminum, qui sumunt panem filiorū, & dant equis. Qui ergo primis dicit illud Esa. 33. Væ qui prædaris: quid putas dicturus erit secundis: nisi illud Matth. 23. Vę vobis scribę, & pharisęi, prætermitto hypocritę: quia hypocrisis non equitat, qui decimatis mentā, & anetum, & ciminum stricta statua, & onera grauia in laboribus, in contribulationibus, & alijs expensis subditis imponendo, duces cęci excolantes culicem, camelum autem glutiētes, qui deuoratis domos pauperū sub obtentu vanitatis. Nota legē contra tales. V. 3. 11. Sed quia prætactum est, ꝙ
60 si omnino multa expendere velint, de personalibus, & eis datis expendāt, forsitan respondebunt, quòd minister communitatis de fisco viuere debet. Quibus respondetur, quòd de his, quæ eis dantur à diuersis causa officij, quod habent, vel itineris, quod facient: viuere in via deberent: quia illa, quæ recipiunt causa officij, vel administrationis, etiam secundum iustitiā iuris ciuilis tenentur in officio. vel circa administrationē illa expendere, & non in commodo proprio: sicut primo patet tam in textu, quam in glo. ff. de procurato. le. qui proprio nomine. i. in digesto veteri. li. 3. Idem patet secundo. ff. de administra. tuto i. in inforciato. li. 3. vbi habetur, quod quicquid tutor recipit ratione tutelę, tenetur circa tutelam expendere, vel pupillo restituere. Vide plures leges his concordantes. O. 4. 15. cum sequenti. Et. M. 9. 15. Et. P. 13. 43. qui concordant auctoritates leges diuinę. O. 8. 4.

¶ Sequitur ex præcedentibus planctus seu lamentatio, sed non illorum freneticorum, qui dissipati sunt, nec compuncti, qui plangendi sunt: quia non planguntur, sed illorum, qui ruinam Hierusalem cum Christo lamētantur. Quis non plangeret ad prædicta mala deuenisse ordinem tam sanctū tamq; præcipuū ordinē, videlicet quo null⁹ ī terra ob, castitatis decorē, & charitatis ardorem similior ordinibus Angelorū. Hi carnem quondam suā crucifixerūt cum vitijs, & cōcupiscentijs, prædicabant cum Paulo, laborabant cum Martha, Dei faciem Maria, & Angelis contemplabantur: Sed heu quomodo obscuratum est aurum? mutatus est color optimus ab illo pristino fulgore? quia viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius: quia datus est ei pro suaui odore virtutum fętor vitiorum, & pro crispanti crine cœlestis decoris caluitium turpissimæ denudationis. Omnes qui glorificabant eam spreuerunt eam: quia viderunt ignominiam eius: quoniam singularis ferus depastus est eam. Hæc autem scribens contra nullum loquor ordinem: quia sicut dicit Bernard. in apologia. Hæc & si videntur fieri in ordine, nullus quippe ordo quippiam inordinatum recipit: quod

Art. 21.
61
62

quod vero inordinatum est, ordo non est: vnde non aduersus ordinem, sed pro ordine disputare putandus ero: si non ordinem in hominibus, sed hominum vitia reprehendo. O quantum distamus ab his, qui in diebus Antonij extiterunt monachi: Siquidem illi tanta auiditate inuicem panem animarum participant, vt corporis cibum obliti diem plerunque ieiunis ventribus, sed non ieiunis mentibus transirent: & hic erat rectus ordo, quando digniori parte prius seruiebatur.

¶ Vobis vero conuenientibus in vnum: vt verbis Apostoli vtar: iam non est dominicam cęnam manducare. Panem quippe cœlestem nemo est, qui requirit, nemo est, qui tribuat, nihil de scripturis, nihil de salute agitur animarum. Sed nugę, & risus, & verba proferuntur in vanum, & inter prandendum quantum fauces dapibus, tantum aures pascuntur rumoribus. Nota. P. 3. 2.

Art. 22. ¶ His in præsenti, & socijs illorum ratione societatis pęna, & periculum imminet inuoluntariæ paupertatis, & in futuro ipsis solis durior restat af-
63 flictio pęnalitatis. Primum patet: quia sicut destructis fundamentis operis, necesse est opus cadere: ita destructa sanctitate, quæ est fundamentum, & mater abundantiæ religionis: sicut patet supra e. c. 21. necesse est abundantiam deficere, & sicut humilitate ascēditur: ita & superbia descenditur. Sed hęu quid dicam? incrassati, impinguati, dilatati dereliquerunt. Deum
64 Deut. 32. Nota. A. 8 15. Secundum insuper quod videlicet vita irreligiosa in alio seculo pœnam causat patet: quia hic minime illorum puniuntur leuitates: sicut ostensum est. M. 11. 137. Et O. 6. 15. de moriente sine cuculla. Si ergo iste puniebatur, vel si habitum dimittens quo ad mundum apostata reputetur, & tanquam apostata puniatur, cum continentia, paupertas voluntaria, & obedientia sint ita de substantia religionis, etiam plus, quam habitus, sequi videtur, quod prædicta, vel aliquod trium deserens prædictorum apud Deum apostata reputetur, & tanquam apostata sit puniendus, & grauiter affligendus: sicut patet per exemplum primorum apostatarum: id est Angelorum, qui de statu obedientiæ in cęlo, & primorum parentum in paradiso recesserunt. Et per exemplum de Balthasar: de quo habetur. O 6. 77. Ex quibus ostenditur veritas illius visionis, de qua in vitaspatrum habetur, vbi continetur, quod abbas Siluanus raptus vidit multos de habitu suo duci ad tormenta. Ex quibus omnibus patet, quòd irreligiosi si fuerunt, iudicium præ omnibus gentibus portabunt. 2. Esdræ primo. Exēplū.

¶ Sed nonnulli illorum ideò minus pœnas timent prædictas: quia quot habent uitia, tot habent uitiorum operimenta, ad modum diaboli, de quo dictum est. F. 1. 30. Illi nanque, qui inter religiosos vitio laborant proprietatis, se excusant, & male coopeᵉriunt prouidentia contra futuros defectus: sicut hortulanus. E. 3. 45. Illi vero, qui propriæ voluntatis sequuntur desideria, se excusatos à vitio æstimāt inobedientiæ; quando superior gladium non eximit in virtute sanctę obedientiæ ei præcipiendo: Sed aduertant tales, quòd Deus non legitur tali præcepto primos alligasse parentes, ne de ligno comederent vetito. Vide de hac materia. I. 4. 7. Illi vero, qui carnis sequuntur pigritiam, se excusant corporis affectata sanitate dicentes: quia nemo vnquam carnem suam odio habuit ad modum illius, qui sudare consueuit. A. 8. 14. Illi vero, qui primatum inter alios gerere videntur, qui ambulant in magnis, & in mirabilibus, qui ęquitatem expellunt de locis, in quibus honores, & delitiæ diuiduntur, se excusant dicentes: non ęqualiter valetis omnes, de valore ęquiuocantes, & ęqualitatem expellentes: sicut patet. E. 4. 4. Arti. 23. 65

¶ Incon-

¶ Inconstantes vero, de quibus dictum est. I. 2. 5. se excusant grauaminis, vel tędij illatione, propter quod noua quærunt loca ad modum ciconiæ, de qua. P. 13. 38. Illi vero, qui parua negligunt, vel contemnunt, se excusant, quod magna tenent, nec pessima committunt: quia non sunt adulteri, raptores, homicidæ, & huiusmodi. Contra quos vide. P. 5. Artic. 7. quid enim valet, quòd nauis à magnis custodiatur vndis, si guttis paulatim intrantibus submergatur. Vel quid valet, quod à Leone magno ex vna parte se custodiat, & à serpente ex alia parte occidatur? ita quid valet ꝙ à luxuria, & homicidio se custodiant, si superbia, vel inuidia, quæ subtiliter intram, pereant: Curiosi vero, & vani in habitu: & ornatu se excusant honestate mentientes, propter quod destruentur, Exemplo cuiusdam monasterij, de quo refert Beda de gestis, Anglorum de quodam, qui ante combustionem cuiusdam monasterij illud comburendum esse prædixit: quia vacabant texendis subtilibus indumentis, quibus seipsas adinuicem ornarēt more sponsarum, vt exteriorum virorum sibi amicitiam compararent. Tales Deo non placent, nec in cęlo ei sociabuntur, sicut illi soli, qui ei moribus placere conantur, sicut patet in libro Hester. 2. in quo continetur, quòd multę erant simul in quadam custodia congregatæ: vt quæ in custodia illa regi placeret ei ad conregnandum associaretur, inter quas sola Hester, quæ se exterius ornare noluit, regi placuit, & cū ipso regnauit omnibus alijs, quæ munditiam solam quærebant, exterius tanquàm immundis abdicatis. Nec mirum: quia Deute. 14. habetur. Quod omne, quod reptat, & pennulas habet, immundum est: ita illi, qui in religione, vel ecclesia ratione ordinis, uel status videntur volucres cœli pennas habentes, quibus seipsos, & alios in altum uolando ad cœlos portare deberent, Vel qui in sęculo, uel religione curiosa habitu, quasi pennati, multis appendicijs, & diuersis uidentur coloribus, & circa terrenas reptant concupiscentias, & vanorum hominum quærunt gloriam: illam gloriam, qua filia regis ei placere nititur: de qua in Psal. 44. Omnis gloria filiæ regis ab intus, derelinquentes: hnius uana est religio. Iacobi 1. Tales Deus, & angeli destruent, & repudiabunt: sicut prędictus rex Assuerus repudiauit, quod exterius placere conabatur. Et sicut consimiles a mundi principio derelinquebant, & destruxerunt, & non verebātur propter religionem. 2. Machab. 6. Vide de hac materia supra e. c. 16.

Exēplū.

¶ Experimentum bonorum religiosorum, & malorum capere possent, qui uoluerint per similitudinē, & differentiam Solis, & Lunæ: Sol nāque tres habet similitudines, seu conditiones, quæ quidem in religioso inuentæ certo experimento verū ostendunt religiosum. Et luna tres habet contrarias, quæ peruersum monstrant religionis destructorem. Sol nanque primo est in se rotundus: Sic bonus religiosus debet esse quasi rotundus, propter promptitudinem, quam habere debet ad obedientiam. Corpus nanque rotundum facilius mouetur: sicut ostensum est. I. 4. 10. Sic perfectus obediens nescit moram, mandatum non procrastinat: Malus uero, solo nomine est religiosus, ad modū lunæ est cornutus, nec ad mouēdum contra uoluntatem suam est facilis: sicut nec corpus cornutum. Secundo sol habet in se munditiam, & claritatem per naturalem eius cōditionem: Sic bonus religiosus habet in se vitæ munditiam, per carnis continentiam, & macerationem, cum his, qui carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs ad Gal 5. Luna vero in se est maculosa, & quanto plus Soli appropinquat, quantum ad aspectum nostrum, tanto plus decrescit, & minus habet de lumine: Sic

Art. 24, 67

Solis tres cōditiones.

Lunę tres.

mali

mali in religione, vel quocunque statu sunt in se maculosi, & quanto plus cum mali sint in statu religionis, vel prælationis Deo per gradus altitudinem appropinquant, tanto plus spiritualiter decrescunt, & minus de lumine habent gratiæ, & plus de peccato: quia quanto gradus altior, tanto peccatum grauius. Talibus ergo in mortis hora cõtinget, quod conuenit præpositioni in grãmatica: qa sicut præpositioni duo casus accidunt in donato: actiuus videlicet & ablatiuus: ita eis continget, qui in religione, vel statu, vel dominio præponuntur in iudicio mortis. Casus accusatiuus, quando à dæmonibus accusabuntur. Sicut patet. D. 2. 7. Et ablatiuus, quando omnia, quæ dilexerunt, & etiam regnum Dei ab eis auferetur. Tertio sol in situ magnam habet altitudinem. Sic vere religiosi per voluntariam paupertatem, de quibus dicitur. 2. Cor. 8. Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis. Mali ad modum lunæ inferiorem tenent locum: quia circa terrena lucra plus occupantur, plusquam terrenis onusti deprimuntur.
68 Sic ergo sicut dicitur Eccl. 27. Homo sensatus sicut sol permanet: stultus vt luna mutatur. Sic ergo tu, qui es vir religiosus, ac timens Deum Act. 10. tracta, & loquere: vt per totum capitulum præcedens ostensum est, cum viro religioso de sanctitate Eccl. 37. Iuste, & religiose de resurrectione cogitans. 2. Machab. 12. Iterum sicut luna eclipsat solem: ita ipse, & specialiter de religione existentes nituntur mendacijs suis obscurare bonos. Quod vero pacem habent, non est nouum: nã sicut habuit lucifer, & barrabas latro: quòd vero multi eis credunt: videtur mirum: quia nec boni sunt, nec fideles. Probatio quia si essent etiam inter malos boni esse possent, sicut lilium inter spinas, & sicut Loth in sodomis, & Noe in mundo, & Iob in terra hus, & Thobias inter Assyrios. Et ita econuerso inter bonos possunt esse mali: sicut Iudas in societate Christi, & Apostolorum. Siue ergo illi, de quibus recedunt, sint boni, siue mali, oportet eos fateri seipsos esse malos, qui malum suum alijs imponunt. Nec mirum: quia sicut latro fortiter mentiretur: vt per hoc talis non reputaretur, ista isti. Et sicut latroni non est credendum, antequam ducatur ad furcas: ita nec istis nec eorum fautoribus &c.

¶Restitutio. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Habentem bona aliena tria cogere deberent ad restituendum: amor, timor, & ratio. num. 2.*
3 *Restitutio à quibus facienda est.*
4 *Restitutio facienda statim.*
5 *Discrete,*
6 *Integraliter.*
7 *Restitutionis difficultas quanta. nu. 8.*
9 *Causæ, cur magna sit difficultas restituendi, multæ, inter quas superbia est potentissima.*
10 *Timor etiam ne filij, vel filiæ non habeant sufficienter, vnde viuant, sæpissime impedit restitutionem.*
11 *Filij, vel hæredes non soluentes, vel restituentes debita parentum ingrati, & in quibus casibus restituere tenentur.*
12 *Alia causa difficultatis ad restituendũ est rei possessæ inordinatus amor & delectatio.*
13 *Eandem difficultatem causatur peruersa conditio deditoris, & falsi acquisitoris.*
14 *Non restituentes sunt omnibus furibus stultiores.*
15 *Iidem sunt aliquibus brutis similes, aliquibus verò stultiores.*
16 *Non restituentes in magno sunt periculo ante mortem, in maiori in morte, & in maximo post mortem. numero 17. 18.*

Estitutionis rei, vel famæ alienæ. Primo ostendetur necessitas. Secundò à quibus fieri debet. Tertio qualiter fieri debet. Quarto restitutionis ostenditur difficultas. Quinto difficultatis causa. Sexto non restituentiũ fatuitas, & cõparatio. Septimo pęna illorũ ostenditur, atque periculũ.

Artic. 1. ¶ Quantum ad primum habentem
1 aliena tria necessitare deberent ad restituendum, timor, amor, & ratio. Primum patet: quia sicut timor captionis, & suspendij facit latronem proijcere furtum in via, per quem dominus rei ipsum sequitur ad capiendum, malés ꝙ dominus illud habeat, quam quòd ipse cũ illo capiatur. Sic, qui alienam rem, vel famam abstulit, si vult euadere furcas inferni, & ipsos, qui ipsum ad capiendum persequuntur, sic illam proijciat, quòd ei restituatur, à qui fuerat ablata: quia dicit regula iuris. li. 6. c. peccatum, quòd non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum: sicut patet. P. 7. 5. Ibi habentur ad hoc leges ecclesiasticę, quibus sacra concordat, scriptura, Leuit. 5 Ipsumq; inquit, quod intulit damni restituet. Sed quia timor pęnę, vel ne plura amitteret nõ est causa restitutionis sufficiens ad salutem: quia timor non est in charitate. 1. Ioan. 4. Necessariũ est, ꝙ prædictus timor in amore finiatur: quia aliter vtrunq; amittitur, & quod restituit, & vitam, seu cęlũ, quod timet amittere, nisi restituat. Exemplum ad hoc de-

Exẽplũ. neganti alteri magnum depositum, de quibus fertur, quòd cum quidam apud alium magnum thesaurum deposuisset ad custodiendum: quia guerras in via, per quam iturus erat timuit: cum vero negotio, pro quo iuerat, peracto, rediret, alius depositum negauit. Alius vero ad patriam dolens rediens, de consilio cuiusdam sapientis, iterum ad prædictum redijt depositi custodem, cõuentione facta, ꝙ dum simul in domo loquerentur, ille consiliarius superueniret, quasi vtrique ignotus cum pluribus animalibus onustis, fingens se, quòd totum, quod habuit apud ipsum, tanquam illius ciuitatis fideliorē deponeret, vsque ad reditum suum, quo viso ille depositarius timens, ne prior ipsum de depositi detentione diffamaret, spe habendi plus à secundo, totum priori restituit, & sic vtroque tam habito, quam desiderato caruit: quia timida, & inordinata voluntate restituit. Sic illi, qui tantum timore mortis, vel ne vitam amittant æternam, & in inferno suspendãtur, restituunt, propter quod sicut dicitur Oseę. 12. Opprobrium 2
suum restituet ei dominus: Sed amore Dei restituenti restituet dominus multo meliora: hic videlicet gratiam, & societatem angelorum, & participationem ecclesiæ, & seipsum sibijpsi de carcere diaboli liberando, & gremio ecclesiæ restituendo. Iuxta illud Gen. 40. Restituet te in locum pristinum, & in futuram gloriam, & hæreditatem ęternam. Iuxta illud Psalm. 15. Tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi. Sed hęu multi hac vna de causa, nec alia restituunt, de quibus tactum est. A. 12. 47. Quos ratio necessitate deberet ad restituendum: quia si infirmitate ad mortem detentus posset pro bonis suis à morte liberari, vel carcerari durissimo in perpetuũ adiudicatus posset aliquo, quod haberet, de carcere euadere, & scirent, quòd nullo modo euaderent mortem, vel carcerem, nisi darent: credo quòd multi potius omnia darent, quæ possent vt mortem, & carcerem euaderent corporis, vt a squalore, & fame, & miseria liberarentur corporis, quæ cito finem haberent etiam, si illa ad finem non sustinerent. Ergo ampliori ratione omnia, quæ male habet, & sua nõ sunt, dare deberet dominis suis: vt mortem, & carcerem, & famem, & miseriam euaderet inferni, quæ nunquã finem habebunt: Si enim quæ sua sunt

sunt daret: vt pœnam euaderet corporis breuem, ergo rationabiliter non deberet grauari dare aliena, quæ sua non sunt: vt tam corporis quam animæ mortem euaderet ęternam. Hoc firmiter aduertentes, quod non est alius euadendi modus, vbi facultas adest restituendi: quia quandiu aliena pecunia, vel bona sunt in tua domo, vel cista, & aliena fama est lęsa, tandiu erit peccatum in anima, hic, & alibi pœna, vsque restituantur. Restitue ergo: quia melius est ire cum modico, & cum paupere vlceroso ad cœlum, quam cum omnibus diuitijs huius mundi, & cum omnibus delitijs cum diuite epulone, Luc. 16. ad infernum. Si habes multa restituere, & non poteris omnia simul reddere, fac pro teipso liberando, & in vita æterna exhibendo, & pro magna hæreditate cœli emenda, quod faceres pro filio tuo in scholis exhibendo, vel pro hęreditate, vel mercatione terrena maxime lucri emenda. Si enim ad exhibendum filium suum quis in scholis omni septimana tres vel quatuor denarios expenderet, vel pro maxima terra emenda, si ita esset, quod quasi pro nihilo illam habere posset, si aliquam paruam haberet pecuniam pauci sunt, qui vel non alia, quæ vendere possent venderent, vel aliunde parcerent: vt omni septimana vnum, vel duos denarios reponerent, vt hęreditatem illam emerent. Ergo à fortiori ratione omni septimana aliquid colligere deberet pro seipso exhibendo in vita ęterna, & pro illa hęreditate seu regno emendo: vt in die mortis veraciter, & confidêter dicere possit illud. 2. Regum. 16. Hodie restituet mihi dominus regnum patris mei.

Artic. 2. ¶ Ista vero restitutio, Primo fieri
3 debet à male dantibus, & recipientibus. M. 14. Articu. 5 Secundo à prælatis & viris ecclesiasticis bona ecclesiæ male expendentibus. P. 13. Artic. 12. Tertio à dantibus, & non habentibus potestatem dandi: sicut sunt ministri dominorum, & collectores gerbarum, vel decimarum, & à recipientibus ab eisdem. P. 14. Arti. 12. Quarto à fisco in casibus, vbi ille, cuius bona domino confiscantur, est debitis obligatus, uel tenetur alijs restituere, ipse dominus, quem iura fiscum vocant tenetur reddere etiam per iustitiam legis ciuilis, qui minus rigida est, quam iustitia Dei: sicut patet. ff. de iure fisci. l. non possunt. 1. in ff. nouo. li. 11. vbi habetur quod sequitur. Non possunt, inquit, illa bona ad fiscũ pertinere, nisi quæ creditoribus superfutura sunt: illud enim bonorũ cuiuscunq; esse intelligitur, quo ęri alieno superest, & illud tantum fisco competere potest, & non illud, in quo obligatus: quia illud suũ nõ est. Quomodo tamen contra legẽ istã faciũt in parte tactũ est. M. 8. 38. Quinto generaliter ab illis, ad quorum manus bona ablata deuenerunt. P. 7. 5. Sexto vniuersaliter omnes illi, qui in sequentibus versibus compręhenduntur. Iussio, consiliũ, consensus, palpo, recursus. Participãs, mutus, nõ obstans, non manifestans. Quorum declarationem vide in summma confess. li. 2. ti. 5 de raptoribus. q 65. quæ incipit: quæro ergo. Ibi nota, q̃d quando vnus vadit cum alijs ad malefaciẽdum, qui sine eo totum malum fecisset, ipse non tenetur, nisi de parte ei aduenienti, si ab alijs distinguatur: Si vero damnum, quod ipse intulit, ab alijs distingui non potest, fiat ęstimatio de vniuerso damno, & ipse pro rata sua restituat. Et hoc est, quod pręcipitur Exo. 22. Si lęserit, inquit, quispiã agrũ, vel vineã pro dãni ęstimatione restituet. Qualiter autem restitutio sit facienda, quantum ad famam ostensum est D. 6. 37.

¶ Quantũ vero ad alias res: primo Arti. 3. necesse est, ꝙ fiat statim: sicut patet ꝑ sanctũ Tho in summa. q. 62. art. 7. qui dicit, ꝙ ille, qui tenetur ad restitutionem, seu tenetur aliquid restituere, il- 4 lud statim facere debet. Cuius ratio

est:

est: quia sicut accipere rem alienam est peccatum, & contra iustitiã, ita detinere eã: quia per hoc, ꝙ aliquis detinet rẽ alienã inuito domino, impedit eũ ab vsu rei sui: & sic facit ei iniuriã: manifestum est autẽ, ꝙ non licet per modicum tempus in peccato morari; sed quilibet tenetur statim peccatũ deserere: secundum illud Eccles. 21. quasi a facie colubri fuge peccatũ: & ideo quilibet tenetur statim restituere, vel petere dilationem ab eo, qui potest vsum rei concedere. Cui concordat decretum factũ in Aurelianensi cõcilio. 36. q. j. c. vlti. §. ex hac. dicẽs: ꝙ rapina dupliciter potest fieri, vel qñ res rapitur, vel quando vsus rei violẽter eripitur. Ergo sicut dicitur Thobiæ. 4. Statim ei mercedem restitue.
5 Secundo, ꝙ fiat discrete: sic videlicet quòd semper absolutionẽ præcedat, nisi spoliatus dilationem dederit.

¶ Pro quo est aduertendum, quòd Hosti. vult secundũ ꝙ dicit, ꝙ discretus sacerdos potest suã conscientiam informare ex eo, ꝙ intendit vtiliter gerere negotium creditoris: nam si videt, ꝙ aliter nõ potest in perpetuũ recuperare, vel non ita cito, vel ita commode, potest recepto iuramento, vel alia sufficienti cautione, si haberi potest, dilationem concedere, & sub hac conditione, si hoc compleuerit infra diem talem peccatorẽ absoluere: vt sic creditor, quod ei debetur recuperet, & peccator non recedat a presbytero desperatus. Hoc probat per leges. ff. de nego. gest. idest in ff. veteri. li. 3 l. soluendo. ff. de mino. idest in digesto veteri. li. 4. l. ait prætor. ff. de solutionibus. l. soluere, idest in ff. no. 8. li. Alij dicunt vbi sciri possunt personæ spoliatorum, non potest sacerdos dare dilationem, vel quietare sine cõsensu spoliatorum, vel creditorum. Et ista est securior via: quia quãdo habent a cõfessore dilationem, & absolutionẽ, vix vnquàm restituũt: sed omni anno nouam petunt dilationem, impotentiam restitutionis allegantes. Nec mirum: quia quantò diutius expectauerint, & in peccato iniuste detentionis moram traxerint, tanto erunt impotentiores: ergo statim ante absolutionẽ restituere ei omnia, quæ sua sunt. 4. Reg. 8.

¶ Sed heu multi in hac re cuidam assimilantur trufatori, cui cum in cõfessione diceretur, quòd oportuit hic restituere, vel in die iudicij durũ Deo compotũ reddere, isto, inquit, ad terminum longiorem: ita illi qui nõ curant quanta habeant de alieno, nisi ꝙ hic non, restituant, qui malunt Deo, quàm homini respondere, & potius æternã oĩum rerũ, q̃ temporalẽ vnius rei volunt defectum, & paupertatem. Quorum quãta sit stultitia patebit in fine, sicut ostẽdit autoritas beati Gregorij. D. 11. 14. Tertio ꝙ fiat integraliter secundum rei ablatę, seu damni ęqualitatem, & proportionem. Iuxta illud Leuit. 24. Dentem pro dente restituet: quod est contra multos, qui totum, quod iniuste detinent, non libẽter dimittunt, nec restituunt: sed forte partem, & de alia parte remissionem petunt, quã spoliatus, qui libentius totum haberet, si posset, concedit, vt aliquid habeat a malo debitore. Et hoc non sufficit: sicut patet per decretalẽ. li. 6. ti. de vsuris. c. quanquàm vsurarij. super qua dicit glo. Archidiaconi: ꝙ sufficit, ꝙ remissionem obtineat, bona voluntate creditoris: non autem mala voluntate per argumentum a contrario sensu. Tales enim, qui aliqua, quę iniuste detinent, dimittere volunt, & aliqua non, Pharaoni assimilantur, & Ægyptijs: quia Pharao populũ dimittere voluit; sed non oues & armenta, Exodi. 10. Nõ sic Christianus, sed sicut dicitur Iob 12. integrum restituet. 6

¶ Hoc itẽ inter omnia, quæ in foro pœnitentiæ pęnitenti imponuntur, est difficillimum: quia omnes alias pęnitentias libentius recipit, quàm illã, & quod peius est, illam si recipiat, vix vnquàm perficit: quia cum murmure, & magna disceptatione, & contradictione, & dilationis petitione illam Art. 4. 7

lam recipit,qua recepta, & promissa, illam prolongabit de anno,in annum semper dicendo, volo vsque ad mortem,& tunc dicēt filijs, vel executoribus,quòd ipsi restituant & post mortē faciant eis candelā,& parent medicinam,& post suspendium furtum reddant,falso & quotidiano errore decepti,ęstimantes,quod alij plus diligent animas suas,quam ipsi dilexerant:& ꝙ plus pro illorum facient liberatione, vel quòd forte ipsi ita cupidi nō erūt in bonorum detentione, cum ad manus illorum peruenerint, sicut ipsi fuerunt:Cuius tamen contrarium sępius visum est: quia sicut ipsi debita sua reddere noluerunt,dum vixerunt: sed vsque ad mortem voluerunt esse alijs obligati, tam viuis quam defunctis.ita illi, ad quorum manus bona illorum deueniunt, quæ quandoque in testamento ad debitorum solutionem ordinantur,volunt esse eis obligati,dum viuunt, & etiam alijs viuis, & defunctis, quibus ipsi, dum vixerunt tenebantur:eadem quippe mensura,qua alijs mensi fuerunt remetietur eis. Matth. 7. quod defunctus sentiens: dicit illud Iudicum 1. sicut feci: ita reddidit mihi illo hoc iuste permittente, qui sicut dicitur Iob 24. Iuxta vias singulorum restituet eis.Vi-
8 de de hac materia. E.8.per totū. Patet ergo quod tales, qui de peccatis suis dolent,& cōfitentur,sed restituere nolunt, cuidam speciei auri facti per artem alchimiæ assimilantur, quod in tertia deficit probatione. Sic vsurarij, Symoniaci, raptores, & omnes mali cōquisitores,qui dolent,& cōfitentur, sed in restitutione deficiūt.Ibi eñ obscuratum est aurum optimū Threñ.4.

¶Ex quo tam difficilis est alienæ rei,vel famæ restitutio patet, quòd sanius consilium esset, quòd famam dimitterent illibatam,& rem non auferrent alienam.Illi enim, qui ex postfacto allegant, ꝙ prę verecundia dictū non possunt reuocare diffamationis, nec aliena restituere pre paupertate. Primū facere possēt,si vellent, qui secundum facere nolūt falsas impotētię causas confingentes.

¶Qñ ergo de famę, vel alterius rei tētantur ablatione, cogitare deberēt: sicut ferē quidā cogitasse,qui cuidā diuiti diu seruiēs,cū frequēter opportunitatē haberet aurū, & argentū suum asportandi absque cuiuscunq; deprænhensione,& de hoc aliquotiēs esset tētatus,semper talibus resistit tētationibus cogitādo.si illud auferā,oportet ꝙ tātū iterū restituā,& forte nō habebo volūtatē,& sic ero perditus,vel nō habebo facultatē, & sic semp ero in corde,& cōsciētia anxius: ergo non possum melius reddere,quā dimittere:qa primū possū:secundum nescio, si potero:Si iste tali cogitatione, & timore vno omnibus talibus restitit tentationibus,multomagis omnes à diffamatione, & alienę rei oblatione, & iniusta acquisitione, & ab omni deceptione, & munerū mala receptione omnes in quocunque fuerint officio, duo timores,& duorum finium cogitationes retrahere deberent, quorum primum est cogitare,& timere, ꝙ prædictus timuit.Secundum est cogitare, ꝙ simul cum hoc, quòd oportet, quod ęquiualens restituat, & de dāno satisfaciat. Oportebit insuper quòd durā, & longam pro diffamationis, & oblationis delicto pęnitentiam sustineat in præsenti, vel pœnam ęternam in futuro.Ex quo finaliter oportebit ablatū restituere,& simul cū hoc pęnā pati efficacē,cū vtrunq; fecerit, facile lucrū cōputabit: ergo meli⁹ esset ī prīcipio vnū malū dimitte r̄.& vtroq; sēper malo carere. Sic memorare nouissima tua,& in ęternū non peccabis. Eccl 7. Exēplū.

¶Causę vero ꝑdictæ, q̄ fiūt in restitutione difficultatis sunt plures, quæ simul in aliquibus,& coniunctim, in aliqbus vero diuisim inueniuntur. In aliquibus nanq; vel omnino impedit, vel difficultatem facit superbia,ne restituatur, & inordinatus timor paupertatis:timent enim ne si ab vsuris,& Artic.5. 9

lucratiuis officijs quantum ad minimum, sed periculosius quantum ad Deum, & animam cessarent, uel aliena restituerent, in verecundiam apud mundum, & in paupertatem caderēt, & ꝙ non possent inter vicinos honorifice, sicut solebant viuere, nec in solitis esse honoribus: sed quasi stulti ab omnibus reputari, & isto superbiæ uinculo, & inordinati timoris illi, qui trepidauerunt timore, vbi non erat timor, ita fortiter fardellum bonorum male acquisitorum ad collum suum ligant, ꝙ nunquā illud deponēt: sed quandiu Deus fuerit in cęlo cum sanctis suis, vnusquisque illorū onus suū in inferno portabit. ad Gal. 6. Et 1. ad Cor. 3. Sed istud vinculum nunc scindere, & soluere deberet cogitatio verecundiæ, & paupertatis ęternarū: Cogitare enim deberent quod melius esset hic ad tempus verecundari in diffamationis reuocatione, & paupertatem hic ad breue tempus sustinere, & corā paucis, & à paucis, & mundalibus, & forte fatuis: immo siue forte fatuus reputari, quā à Deo, & à sapientibus de tota curia cęlesti, & etiam ab illis, qui nunc stultos reputant, qui prædicta faciunt: Illi nanque finaliter stultos reputabūt, qui prædicta nunc non faciunt. Cogitare insuper deberent, ꝙ 10 Deus est ita potens ad ditandum seruū suū, sicut diabolus, & ita bonus, & pronus sit ad illud faciendum, ex quibus potentia uidelicet, & bonitate sequi debet firma fides, ꝙ ita faciet quātum nobis expedit ad salutem: Iacta enim cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet.

¶Postremo cogitandum esset quā turpe sit cum tali fardello in collo coram mundo uniuerso comparere, de qua apparitione, & fardelli portatione notatum est. R. 1. 26. In alijs idem impedit, vel eandem facit difficultatem timor, ne filij, vel filiæ, non habeant sufficienter, vnde uiuant, quo vinculo onus perditionis tam ad colla propria, quam etiam ad colla ligant filiorum: sicut patet. A. 12. 8. & 54. Contra quos nota distinctionem filiorum. A. 27. 51. Quia supposita primo addendum est in generali, & in omnem euentum siue grati sint futuri, siue non, quod magna stultitia est plus alios, quam seipsum diligere, & contra omnem charitatis ordinem est seipsum perdere, & occidere: vt alij laute viuant, vel ditentur. Et contra regulam grāmaticalem, qua dicitur. Cum fueris fęlix semper tibi proximus esto. Secūdo eadem patet amentia, & crudelitas: quia furtum, seu fardellum de male perquisitis in collo ponunt innocētium puerorum, quod diu portando iam non innocentes, sed nocentes suspenduntur. Quod enim pro tali onere, quod quandoque eis in innocentia imponitur, damnabuntur, patet: quia raro visum est, vel nunquam, quòd filius male acquisitū à parentibus, & ei datum restitueret: Quod enim eis datum filij restituere noluerint, magna ostenditur præsumptione. A. 12. 53. Ex qua præsumptione, immo quotidiana operis ostensione magna filiorum ostenditur ingratitudo: quis enim filium non nimis diceret ingratum, immo crudelissimū qui potius vult videre patrem suum nobilē forte, vel ignobilē in die iudicij cum turpi, & importabili onere corā toto mundo venire, & ad suspendium duci furcarum infernaliū, quā debita sua, vel male acquisita soluere, vel restituere parentum, seu propinquorum? & tamen sic est fere de omnibus: ergo maior pars est ingrata, & 11 infidelis, & crudelis: quia sicut dicitur Prouerb. 11. Qui autem crudelis est, etiam propinquos abijcit. Et ponatur quòd periculum eos ad restitutionem non moueat parentum, vel proximorum, saltem eos ad hoc mouere deberet periculum proprium: quia nisi restituant illa, quæ patres male acquisierunt, uel debita, quæ ipsi contraxerunt, sicut parentes in die iudicij cum turpi venient onere: sicut patet.

R.1.26. quia illa male acquisierunt, vel quia debita non reddiderunt, quæ contraxerunt. ita ipsi cum simili venient onere, & similem sustinebunt pęnam: quia eadem acquisita non restituerunt, vel quia debita parentum non reddiderunt, ad quæ de iure tenētur. Hęredes nanq; de iure canonico tenentur ad omnia debita patris soluenda, si executores illa non potuerint, vel noluerint soluere: quia hęreditas transit cum onere suo: sicut ostēsum est per leges tam canonicas, quā ciuiles. P. 5.1. siue fuerit debitum ex contractu, cuiusmodi est emptio, & venditio, siue ex quasi contracta, sicut est tutela, & aliorum negotiorum cura, siue ex maleficio: sicut est furtum, siue ex quasi maleficio: sicut quòd iudex per incuriam male iudicet, & si aliquid amittatur. Ad omnia nanque hæc secundum Hostiensem, Raymūdum, Tancredum, Vlricum tenentur, siue ad eos uenerint, siue non, & siue lis fuerit contestata viuente patre, siue non. In quibus omnibus punctis sunt pro maiori parte culpabiles filij nobilium, & raptorum, vsurariorum, iudicum, aduocatorum, & quorumcunque falsorum. Qui omnes quibusdam filijs cuiusdam vsurarij magni, qui nō longe ante hæc tempora in ciuitate obijt. Metensi assimilantur. Illo nanq; vsurario mortuo, qui omnia bona sua moriēs in manus cuiusdā fidelis viri ecclesiastici tradidit spoliatis restituēda, venerūt filij ad dictum virum magnam summam pecuniæ ei offerentes: ita ꝙ à restitutione, quam facere inceperat cessaret, & omnia eis dimitteret, quibus cum ipse responderet, ꝙ hoc facere non posset, tam propter patris illorum periculum, qui damnaretur, nisi restitutio fieret, quam etiā propter periculum ipsorum. Responderunt totum periculum sit super nos, more iudęorum dicentium: sit sanguis eius super nos & super filios nostros. Illum vero valentem virum, & fidelem eis condescendere nolentem, sed animam patris illorum pro posse liberare volentem vnus occidit filiorum. Ecce qualiter illi filij patrem amabant, bene potuit esse lætus pater, qui pro illis ditandis dum vixerat laborabat, quid putatis fecissent pro patris liberatione ipsimet filij, si executores in dicta restitutione faciēda fuissent deputati? acta probant quid fecissent. Et idem, quod ipsi fecissent: vt frequenter faciunt nunc vxores, & filij, & amici, q executores deputantur defunctorum, ergo istud vinculum soluere deberent omnia, quæ ad prioris vinculi solutionem ordinantur, cum additamento periculi, & ingratitudinis filiorum. Sic ergo solue vincula colligationis tuæ, Esa 52. & 58. Nota. V.12.25. In alijs idem impedit, 12 & eandem restitutionis facit difficultatem rei possessæ amor inordinatus, & nimia delectatio, quæ est in corde talium, sicut hamus in gutture piscis: quia sicut piscis cupiditate cibi deglutit hamum; periculum tamen ignorans. ita auarus cupiditate deceptus male acquirit, & iniuste detinet periculum suum scire nolens, qui noluit intelligere, vt bene ageret. Abachuc primo. Facies hominis, sicut piscis maris, inter quos quando hamum, quem vnus fugit, & dimittit, seu deserit, alius accipit, & capitur, & decipitur: Ita bona, quæ moriens quandoque inuitus fugit, & deserit: quandoque vero voluntarie, quæ male possedit hęredibus, & executoribus restituenda spoliatis derelinquit, quæ dum ipsi auide colligunt, & pro usibus proprijs detinent, hamo capiuntur, & decipiuntur, de quo tamen deceptionis periculo executores se excusant, dicētes, quòd facere non possunt pro defuncto, sicut deberent: quia uxor, & filij, & alij amici bona eius abstraxerunt, & iniuste detinent, addentes facient illi, qui bona eius habent. Vxor uero, & filij & alij amici dicunt, restituant & reddant executores: quia ipsi bona eius habent, & debita de-

Exēplū

Piscis

functi reddere tenentur, & hoc ipsos facturos fideliter intelligimus. Dum vero ipsi singuli, quæ possunt colligunt, & quod pro defuncto fieri, vel reddi deberet alijs imponunt, supponuntq;, quod alij faciant, uel moriens inter illos. Primo decipitur, ad mo-
Exēplū. dum filij cuiusdam nobilis ī religione paupertatis, de quo cū amici carnales crederent, quòd pater ipsum sufficienter iuuaret, & pater supponeret, quòd ab alijs amicis satis haberet, ipse inter illos semper male erat indutus, & multum indigens: quia dum vtraque pars supponeret, quòd alia ipsum iuuaret, sicut ipsimet dixerunt, quando sua fuit eis ostensa indigentia, & neutra ei aliquid daret, ipsum inter illos oportuit indigere. Sic in proposito de istis, de quibus dicitur Hieremię 11. Non saluabunt eos, idest mortuos in tempore afflictionis. Secundo decipitur ad modum asini cōmunis trium fratrum, qui successiue per dies singulos eis seruiens fame perisse fingitur: quia quilibet supposuit, quòd alius eum sufficienter pauisset die præcedente, & pasceret die sequēti: Sic mortuus deceptus inter prædictos, de quibus confidebat, dicere potest illud Hiere. 17. Maledictus vir, qui confidit in homine: Attamen ipsimet, qui hæc detinent multo turpius decipiūtur, & periculosius: quia ipse moriens, si cum sufficienti contritione, & voluntate firma, quòd ipsemet restituisset, si tempus, & facultates habuisset, eis restitutionem facere præcepit pro ipso, ipse hamum euasit a quo ipsi forte nunquàm liberabuntur: sed cum ipso
Exēplū. damnabuntur. De quo fertur, quod, cum quidam in mortis articulo admoneretur, quòd iniusta acquisita, & detenta restitueret, & semper dissimularet se non audire, nec responderet, finaliter suadenti stomachando respondit dicens. Da mihi cor aliud, & restituam: quia cum corde, quod nunc habeo, nunquàm restituam. Ecce quomodo hamo auaritiæ cor suum ita fortiter captum fuerat, quòd nullo modo voluit se liberare. Et hoc est, quod dicitur Ecclesiastes 9. Sicut pisces capiuntur hamo. Glo. interlinearis, i. auaritia: ita homines &c. Immo multo stultius, & periculosius capiuntur homines. Quod stultius patet, Primo quia si pisces periculum suum scirent, fugerent antequàm caperentur. Secundo quia postquam capti sunt per hamum in guttere, uel per rete, libenter se liberarent, & hamum extraherent, si possent: Auari piscibus stultiores neutrum faciunt: quia Christiani cum sciunt periculum suum, vel sciunt, vel scire possent, si vellent, nec tamen iniuste acquirere cessant. Iterum postquam per hamum, idest pecuniam in cista, vel bursa, & diuitias in diuersis locis, & terras, & possessiones, & munera male acquisita, & peccatum in anima, seu corde capti sunt, se liberare possent, si vellent mala ablata restituendo, & peccatum per confessionem eijciendo, & cor sanando. Multo periculosius quia isti ad mortem, & pœnam capiantur ęternam. Sed heu vt frequēter de corde taliū dicit pōt illud Ezech. 30. Ecce nō est obuolutū, vt restitueretur ei sanitas. In aliquibus vero idē impedit, & eādē restitutionis difficultatem facit peruersa conditio debi- 13
toris, & falsi acquisitoris: quia aut ꝓdigus, seu largus est, & tunc tot expēdit, ꝙ reddit impotēs ad reddēdū: Talis nanque etiā si potens esset, multo libentius multa expenderet in alijs delectationibus, & uanitatibus, uel etiam libentius multas daret eleemosynas, quā aliena restitueret: qa de redditione, seu restitutione cogitare non possūt sine cordis tristitia, quā ipsi nō diligūt: Aut auarus est, & tunc cor suū sic fortiter superius clauditur, quòd nihil, quod semel intrat, libenter exire permittitur. In qua conditione inferno assimilatur. Vnde, & tales dicere

re

re possunt illud. Prouerb. 1. Deglutiamus eum, sicut infernus. In omnibus vero non restituẽtibus generaliter restitutionem impedit, seu difficultatẽ facit defectus fidei: quia quis latro nõ restitueret videns patibulũ sibi nisi restitueret, paratum? Ita, si illi, qui Christiani vocantur, viderent oculo fidei, quomodo furcæ, inferni pro eis parãtur, ad modũ illorũ A. 12. 8. libẽter

Exemp. restituerent, tam famã, quã res, & omnia redderẽt: qa mane techel, phares, sedula si mẽte cogitares, & rapta restaurares, & meliora dares. Ergo qui in his cæci sunt, in tãtũ animarũ periculum à Deo petere deberẽt visum, & recipere: sicut cęcus ille Marci. 8. q restitutus est, vt clare videret omnia. Nota optime autoritatem Augu. A. 12. 47.

Artic. 6. ¶ Nisi vero hoc petãt, & efficaciter restituant sunt primo, vt prætactũ est, omnibus furibus stultiores: qa illi timẽtes omnia proijciũt ad ecclesiã fu-

14 giẽtes, dicũt insuper grates, his qui eis viã ad ecclesiã ostendunt, vel ostiũ eis aperiũt, vel aliquo modo ipsos, vt euadere possint iuuant, quorũ cõtrariũ in omnibus istis inuenitur: qa nec onus proijciunt, timentes, ne subito præoccupati mortis die, quærãt spatiũ pęnitentiæ, & nõ inueniẽt, cũ insuper sint homines de mũdo, qui plus doctrina indigent salutis: vtpote, qui periculosius errãt. & infirmãtur, q aliena iniuste detinent: Sicut patet per historiã se-

Exemp. cundã. A. 12. 33. Qui etiã libentius ad ecclesiã, & ad animarum confugeret deberent medicos, plus illos fugiunt sicut infirmi in vita sancti Martini, & sicut alij de qbus. A. 26. 20. cũ sequentibus. Et plus offendũtur contra illos, qui eis in prædicatione, vel alia collatione ostiũ cœli ostendere, vel aperire nitũtur, vel quocũque modo eos spiritualiter iuuare volentes. De quibus. Amos. 5. Odio habuerũt corripientem & pfecte loquentem abominati sunt:

15 quia diripiebant pauperem &c. Sũt secũdo aliquibus brutis similes, aliquibus vero stultiores. Similes vero sunt brutis vilibus, sicut canibus: quia sicut canis ad vomitum reuertitur. Prouerb. 26. Ita ipsi ad illa, quæ metu mortis euomunt, dum restitutionem præcipiunt & ordinant, postquam conualuerint, reuertuntur. Sicut iterum quæ moriens euomit canis comedit: ita pręfdicti, quæ morientes derelinquũt pro se reddenda. In quo maxima illorum ostenditur sitis auaritię: quia quis non diceret illũ maxime sitire corporaliter, qui aquam biberet, quæ de illo, qui fere, vel totaliter submersus fuit eijcitur? Sic quis nõ diceret illũ maximam in corde sitim habere cupiditatis qui diuitias illas deuorat, quibus moriens fere, vel totaliter submersus fuit: quis tñ dum moritur, euomit. Iuxta illud Iob. 20. Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre eius extrahet eas. Extrahet, inquit, eas maritus diuitias vxoris, vel econuerso, vel filius, vel executor, vel qui fuerit morienti propinquior, extrahet eas de cista, de bursa, de pariete, vel terra, uel ubicũque fuerint abscondite, easque ad propriam, & non ad defuncti conuertent vtilitatem, & spinam, quam de pede morientis extrahunt, in pede proprio ponũt. Nec mirum: quia ex quo ipsi, dum vixerunt, plus diuitias, quam animas proprias dilexerunt: sicut effectus ostendit, quo uidetur. quòd restituere nolunt, vt animas proprias saluent: quod mirum est, si illi, ad quos bona illorum ueniunt, plus diligunt diuitias, quam animas alienas, idest defunctorum? Immo maxime mirandum, & maxime fatuitatis indicium est, ꝙ aliquis de hoc confidere uelit, ꝙ alius uelit animam suam plus quam ipse diligere, uel ipsam liberare, ubi ipse non uult, uel maiorem circa ipsius liberationem adhibere diligentiam. Ideo signanter dicitur Prouerbio. 6. Teipsum libera. Quod uero quibusdam irrationalibus animalibus sint stultiores. Primo ostẽsum est B. 4. 9 Secundo idẽ in natura ostenditur oĩum animaliũ de præda viuentiũ, quę totã

dimittunt prædam, cum qua sine vitæ amissione euadere non possunt. Aues etiam prædales, præda capta, insidias timentes tentant, si cum illa in altum volare possint: alioquin totũ, vel partem, quam ferre nõ possunt, dimittũt? Sic habens diuitias cogitet, si cum bona conscientia illas retinere, & ad cœlum volare possit, aliter, nisi totum dimittat, stultior est cunctis animantibus vniuersæ carnis Gen. 6. Sed quia hoc est difficile, dicitur à veritate Matth. 19. Quam difficile diues intrabit in regnum cœlorum.

Art. 7. 16 A. ¶ In quo magnum ostenditur malorum diuitum, qui de alieno ditãtur, nec illud restituunt, periculum. Pro quo est considerandum, quòd tales sunt in periculo magno ante, mortẽ, in maiori in morte, in maximo post mortem. Primum patet de periculo tã corporali, quam spirituali. Tales namque aliquotiens ante mortem incidũt in paupertatem: sicut ostensum est M. 9. 24. Et in diuersa cadunt infortunia: sicut patet I. 13. 37. Et M. 6. 18. cum sequentibus Multum etiam sunt in brigis, & placitis, & in verberantium, & occidentium timoribus. Quod etiam

Exẽplũ. spiritualia ante mortem incurrunt pericula, certum est: quia semper in culpam, & frequenter in desperationem cadunt ante mortem. Sicut patet primo de Iuda proditore. Et secundo de quodam vsurario moriente in ciuitate Trezensi, qui hortanti eum ad pœnitentiam respondit, nimis tarde est, & faciens portare florenos suos coram eo ait: heu cum quanta solicitudine vos acquisiui, & nunc propter vos animam, & corpus perdam, heu quod vnquam vos vidi; nec tamen restituit. Et sic eius conditio peior fuit, quam Iudę proditoris: quia ipse pecuniam male acceptam restituit, & qui prius restituere noluit, sicut nec ei similes adhuc faciunt, tunc restituit, quando nihil ei valuit, corpus terræ, bona mundo, animam dęmonibus: In morte etiam sunt in periculo magno: quia tunc ab illis, qui eos in tergo semper sequebantur, capiuntur, & spoliantur ab amicis nomine, & inimicis re de exterioribus, & à dęmonibus de interioribus: tunc inueniunt morientes, quòd est de eis in hoc casu, sicut de latronibus, qui semper dum furantur euadere sperant, sed multi illorum vna die vel nocte spe frustrati capiuntur: Illi vero, qui bona illorum accipiunt administranda, & non administrant, vel ad quorum manus quocunq; modo peruenerint, & de eis, quod debuerunt, nõ fecerũt, inueniẽt in morte illorum, ꝙ sunt sicut furti, vel rapinæ receptatores: q̃a sicut fures quandoque amicitia illorum, ad quos reputant se obligatos, quandoque timore ducti furtum suũ apud illos deponunt: & tamen apud iustum iudicem culpabiles sunt. ita in proposito morientes aliqua bona male acquisita ratione amicitiæ illis dãt, & apud illos dimittunt, quos carnaliter diligunt: Aliqua vero timore executoribus distribuenda derelinquũt, qui omnes, dum bona illa tanquam sua tractant, apud districtum iudicẽ, tanquam furti receptatores, condemnabuntur. Post mortem vel in maximo sunt periculo: quia sicut latroni 17
ligantur manus, vt sic ligatis manibus ad suspendiũ ducatur corporale, & temporale: ita talibus morientibus manus ad literam realiter ligantur, ex qua ligatione, nisi prius fecerit, quòd spiritus non ligetur, sicut corpus, ita spiritus ligatus ad suspendium ducitur ęternum. Ideò congrue orabat Hieroboam. 3. Reg. 13. dicens. Deprecare pro me, vt restituatur manus mea mihi. Cuius exemplo omnes ad hoc conari deberent; vt de cuiuslibet liberatione tam ligationis, quæ fit per culpam ante mortem in anima, quam etiam ligationis corporis, quæ fit in morte, & de restitutione potestatis vtriusque quantum ad Deum, veraciter dici possit illud Marci. 3. Restituta est manus eius. Sed dicent primo, ꝙ

moriens ordinauit omnium restitutionem in testamento, ergo non damnabitur. A quibus quærendum est, quare ipsemet non restituit, quando restitutionem fieri præcepit, vel ordinauit: quia aut bona habet sufficientia terris, & omnibus, quæ habet, venditis, & tunc statim restituere potest, si vult: si autem non vult, non videtur esse completa restitutionis voluntas, & sic non saluabitur: quia pro restitutione facienda tenetur omnia vendere vsque ad mendicitatem. Cuius ratio est: quia mendicare potest sine peccato, non autem aliena detinere, ergo tenetur primum facere, vt euitet secũdum. Aut bona sufficientia non sunt, & tunc videtur inanis ordinatio, quãtum ad restitutionis effectum in spoliatis. Sed dicent, non potest statim restituere ad commodum suũ, quia habet animalia, vel balda, & huiusmodi, quæ statim vtiliter vendi non possunt ipso viuente: vocetur ergo creditor, vel spoliatus, & ponatur in illorũ bonorum possessione, aliter postmodũ non restituetur ad commodum creditoris: quia post mortem debitoris pro illis bonis placitabit, & vix finaliter medietatem obtinebit.

18 ¶ Et ponatur, ꝙ post mortem debitoris integraliter debitum restituatur creditori, adhuc non videtur hoc satis pro debitore esse securum: quia sicut latro in latrocinio captus, latrociniũque, quando ad iudicem ducitur, in domo sua dimittens, & præcipiens illis, qui in domo sunt, quod totum restituant, non secure ad iudicem vadit, vosipsi in cordibus vestris iudicate, si tali coram iudice ducto, & ab aduersarijs de furto accusato sufficiat dicere, furtum in domo mea dimisi meis præcipiens, quòd totum restituant. Si vobis videatur, quòd hoc coram iudice non sufficeret terreno. idẽ iudicate, ꝙ nõ sufficeret corã iustissimo iudice Deo, quod coram eo ductus, & à dęmonibus accusatus, quòd aliena iniuste abstulit, vel retinuit, vel vtrũq;, & quòd totum cũ corpore suo in domo inuenerit, dicat quod restitutionẽ fieri præcepit, quãdo inuitus recessit, & illa, de quibus accusatur, vlterius retinere nõ potuit, videtur quòd nullus sentiat, quin talis statim ex propria iudicabitur fassione.

¶ Sed dicent apud Deũ est misericordia, & copiosa apud eum redẽptio, sed illis, qui misericordia se dignos faciunt dum tẽpus est miserendi: non enim est apud Deum, sicut apud illos, qui dñium in vallia obtinent regale: vt post iudicium mortis datum morti vendat iudicatum. Immo si in proposito totum remitteret, Deus minorem facere videretur fidelitatem, vel maiorem in iustitiam: quia ipsi nec vendunt, nec remittunt, vbi sequela est partis, ne iniuriã faciant parti lęsę, vt illud remittant, quod alteri debetur. quomodo ergo remitteret, & Deus, qđ alteri debetur ante mortem: ergo restitue omnia quæ sua sunt. 4. Reg. 8.

¶ Resurrectio. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Resurrectionis possibilitas ostenditur authoritatibus, & exemplis. nu. 2. 3.*

4 *Resurrectionis necessitas ostenditur, quam qui negant, diuinam sapientiã negant.*

5 *Iidem diuinam negant iustitiam.*

6 *Tales insuper omnem inter homines destruunt bonitatem, & pietatem.*

7 *Resurrectionis nostræ certitudo probatur ex certitudine resurrectionis Christi, quæ multis testibus, & testimonijs probatur.*

8 *Resurrectio Christi est causa naturæ resurrectionis. num. 9.*

10 *Resurrectio Christi quomodo fuerit exemplar nostræ resurrectionis. numero 11.*

Causa cur Christus surrexit tertia die, & non quecunque die, sed dominica ibidem.

Dotes bonæ resurrectorum corporum gloriosorum quatuor:

12 *Claritas, at agilitas.*

13 *Impossibilitas, & subtilitas.*

14 *Damnatorum corporum qualitates: quatuor aduersantes superioribus, opacitas, grauitas, passibilitas, & crassitas.*

15 *Animæ nõ expectant vsque ad diem iudicij gaudia, & pœnas.*

Esurrectionis, primo ostendetur possibilitas. Secundo necessitas. Tertio certitudo. Quarto quomodo resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis. Quinto quomodo resurrectio Christi fuit exẽplar nostræ resurrectionis. Sexto de dotibus ostendetur corporum resurgentium ad gloriam, & de qualitate corporum resurgentium ad pęnam.

Art. 1. ¶ Primum exemplis ostenditur,
1 & authoritatibus. Exempla enim ad hoc habentur tam in natura, quam etiam in arte, & in miraculis diuinis. Si enim natura hoc ab auctore habeat naturæ, quòd ferrum, lapidem adamãtinum, seu magnetem ad se trahere possit in altum, multo magis hanc potentiam natura sibi retinuit diuinitatis: ut naturam corporalem bonorum hominum ad se in altum trahere possit, & ut ferrum naturæ ponderosæ manubrio copulet animæ, de qua copulatione uide c. 4 Reg. 6. Et M. 3. 20. Ex quibus patet: quòd sicut dedit naturæ, quòd ferrum lapides sursum sublenaret, & ferrum sursum ascenderet: ita potens est de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ Matth. 3.

¶ Secundo idem exemplo ostenditur in natura. Si enim natura potens sit de terra aurum, & alia metalla cum artis supplemento gignere, quis hanc potentiam ab illo auferet. dicendo, quod corpora sicut aurum clara non posset de terra suscitare? de quo dicitur Ioan. 5. Sicut pater suscitat mortuos, & uiuificat, sic & filius, quos uult uiuificat, qui dicit Iohan. 11. Ego sum resurrectio, & uita. Et qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet: quia omnipotens nomen eius Exodi. 15.

¶ Tertio exemplo in natura idem persuadetur florum, arborum, & omnium granorum, quæ in terra seminantur, & de terra crescunt. Sicut nanque flores pulcherrimi de terra surgunt lutosa, & uili per potentiam naturę, & eadem potentia arbor, quę in hyeme apparet quasi mortua eadem numero in ęstate reuiuiscit, & uiridescit, & de paruo pampino fit arbor. Et de parua nuce fit corylus, Iuxta illud. De nuce fit corylus, de glãde fit ardua quercus. Et de grano sicco siue palea, uel uirore seminato, & in terra mortificato consurgit herba uiridis, & spica cum palearum uestimento, & totum per potentiam, quam Deus naturę tribuit creatę: hęc forsitan si quis omnia non uidisset, uix ista crederet. Vt, uerbi gratia, Si aliquo sub terra nato, & nutrito, qui nunquam flores, arbores, uel crescentia uidisset frumenta, in manu sua lutum, pampinum, uel grana tenenti diceretur: tu tenes in manu tua materiam florum pulcherrimorum, uel arborum maximarum, & fructuũ optimorum: quia natura elementorum hęc de his, quę in manu tenes, potest producere, uix crederet, quod non uidisset. Sicut nec ille nutritus in carcere, de quo ponit exemplum beatus Gregorius in principio quarti Dialog. ita infideles, qui resurrectionem corporum non credunt: quia illam oculo fidei non uiderunt, Si pulueres, in quos conuersa, uel reuersa sunt corpora sanctorum, in manibus tenerent, seu ossa arida, & diceretur eis: uos tenetis materiam pulcherrimorum corporum, quę in ęternum durabunt, in manibus: quia Deus de pulueribus istis, seu ossibus talia corpora reformabit: Iuxta illud

Apostoli

Apostoli ad Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ &c. Et iuxta testimonium Esaiæ. 66. Ossa, inquit, nostra quasi herba germinabunt. Glo. interliniaris idest reuiuiscent, vix crederēt, immo multi illorū nunquam hoc credere voluerunt. Quos conuincit beatus Gregorius. 13. moralium dicens. Sunt nonnulli considerantes, quod spiritus à carne soluitur, quod caro in putredinem vertitur, quod putredo in puluerem redigitur, quod puluis in elementis soluitur: vt nequaquam ab humanis oculis videatur, qua propter resurrectionem fieri posse desperant, & dum arida ossa despiciunt, hæc vestiri carnibus, & rursum ad vitam viridescere posse diffidunt, qui si vim resurrectionis ex obedientia non tenēt, certe hanc tenere ex ratione debuerāt: quid enim quotidie, nisi resurrectionem nostrā in elementis mundus imitatur? Nam per momenta temporum cernimus arbusta viriditatem foliorum amittere, à fructuum prolatione post largitionem cessare, & ecce subito quasi ex arescenti ligno, velut quadam resurrectione veniente, videmus folia erūpere fructus grandescere, & totam arborem redimiui decoris vestiri. Consideremus etiam paruum cuiuscunque arboris semen, quod in terra iacitur: vt arbor ex illo producatur, & compræhendamus, si possumus, vbi in illa tanta paruitate seminis tanta arbor latuit, quæ ex illo processit, vbi lignum, vel cortex, vbi viriditas foliorum, vbi vbertas fructuum: nunquid nam in semine aliquid tale videbatur, cum in terram iaceretur? quid ergo mirum, si tenuissimum puluerem à nostris oculis in elementis redactū, cum vult Deus, in hominem reformat, qui ex tenuissimis seminibus immensa arbusta reformat, & reintegrat. Sic ergo ad Roma. 1. Inuisibilia ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: ita, vt sint in excusabiles, infideles videlicet, qui resurrectionem non credunt: quos ad considerationem aliarum creaturarum inuitat saluator Luc. 12. & Matth. 6. dicens. Considerate lilia agri, quomodo crescunt. Et infra. Si autem fenum, quod hodie in agro est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos, pusillæ fidei: supple surgere faciet, & vestiet gloria, & honore in resurrectione, in qua non nubent neque nubentur: sed erunt sicut Angeli? Matth. 22. Quibus omnibus concordat. 1. Cor. 15. Quomodo, inquit, resurgunt mortui, quali autem corpore venient. Insipiens tu, quod seminatur non viuificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas non corpus quod futurum est, seminas, sed nudum granum vtpote tritici, vel alicuius cæterorum: Deus autem dat eis corpus sicut vult. &c.

¶ Secundo idem exemplo ostenditur in arte humana, in qua cum videamus de pulueribus, & cineribus cuiusdam herbæ, quæ filix vocatur, clarissima vtpote uitrea fieri corpora, cur hanc artem subtrahit ille, qui dicit: homo cum dormierit non resurget? Iob 14. ab illo, qui est omnium artifex Sapient. 7. Suscitans de puluere egenum primo Reg. 2. Tertio idem exemplo ostenditur aliorum miraculorum. Sic nanque arguit August. contra incredulos de resurrectione Christi, de ciuitate Dei libro 22. capitulo 5. dicens. Vnum mundo incredibile uidemus: uidelicet quòd per paucos illiteratos fidei subiecit mundum: cur ergo illud non credunt: uidelicet resurrectionem Christi in cœlum in carne? Sicut ergo ipse ex uno miraculo Christi, alterius arguit possibilitatem, & rationabilitatem. Ita ex alijs miraculis tam Christi, quam aliorum sanctorum ostenditur possibilitas, & rationabilitas resurrectionis. Non enim uidetur rationabile, negare, quin ipse possit mortuos resuscitare

suscitare, qui Lazarum resuscitauit cũ alijs, de quibus dictum est. P.11.8. in fine, & debeat: quia maior ratio videtur, quòd debeat resuscitare corpora nunquàm moritura; sed semper Deũ laudantia, quàm corpora iterũ moritura. Nec iterum videtur rationabile, quin ille hoc possit, & debeat facere, cuius virtute sancti sui suscitauerunt mortuos tam in vita ipsorum, quàm etiam in morte: sicut in pluribus legitur gestis sanctorum: Illi vero, qui fidẽ non recipiunt Christi, nec miracula credunt sanctorum: antiquum tamen recipiunt testamentum: sicut iudæi antiquas scrutentur scripturas, in quibus plures per Heliam & Heliseum inueniẽt suscitatos. Qui ergo ad tactum ossium Helisei defuncti concedunt hominem mortuum suscitatũ: sicut patet. 4. reg. 13. vbi scribitur, quod cum tetigisset ossa Helisei, reuixit homo, cur hoc negant per potentiam Dei posse fieri de Christo, vel generaliter de omnibus quidem Saduceorũ, qui dicunt non esse resurrectionem mortuorum. Lu. 20.

Artic. 2. ¶ Cõtra quos resurrectionis necessitas pluribus ostẽdetur rationibus, &
4 auctoritatibus: Rationibus, seu argumentis hæc ostẽditur ad magna deducentibus inconuenientia: nisi resurrectio concedatur mortuorum, quarum aliquæ tactæ sunt. F.4.ar. 4. quæ licet ibi ad aliud, hic tamen ad illud deduci possunt propositum.

¶ Primo nanque negantes resurrectionem negare habent diuinam sapientiam, seu bonitatem, quæ cum disponere dicatur omnia sapienter, ad maiorem, si verum sit, ordinasse fęlicitatẽ homines debuit, quam iumẽta: quod tamẽ nõ fecit, si vnus sit interitus hominũ, & iumẽtorũ Ecclesiastes 3. quia multa iumẽta, & irrationalia quietius, & lautius, & magis secũdũ ꝓpria desideria, & delectationes, & cum minore solicitudine labore, & pęna, timore & grauamine hic viuũt, quã multi optimi, & sãctissimi homines. Si ergo istis sanctis viris nihil alibi restaret in resurrectione mortuorum, necessarium esset concedere, quod Deus creaturam ad imaginem, & similitudinem suam factam infęliciorem, & miserabiliorem fecisset multis irrationalibus creaturis, & etiam peiorem, quam irrationalem creaturam: quia multis pessimis hominibus, qui peccatores, & abundãtes in sæculo obtinent diuitias, & ducunt in bonis dies, vbi illi, qui piæ viuere volunt cum Christo, persecutionem patiuntur. Hoc nanque generale est apud omnes malos homines, de quacunque sint fide, vel secta, quod ubi mali sunt, & resurrectionem minus sperant, hic delectabiliter viuere conantur secũdum carnis delectationes, quas dum propter amorem Christi, & spem resurrectionis, si spe illa frustrentur, & nec hic, nec alibi caro, quod est organum Spiritussancti, delectationes habeat, tales ministri Christi sunt infęliciores non tantum iumentis, sed etiam omnibus diaboli ministris: quia diaboli ministri hic: Christi uero ministri nec hic, nec alibi delitias haberent. Et quod ista deductio sit bona ad probandam resurrectionẽ, patet per Apostolũ. 1. Cor. 15. vbi ex intẽtione Christi, & mẽbrorũ eius probãs resurrectionem talem facit deductionem dicens. Si autem Christus prędicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quod resurrectio mortuorũ non est, neque Christus surrexit. Si autẽ Christus non surrexit a mortuis, ergo inanis est fides nostra, & prædicatio nostra. Et infra parum. Ergo qui dormierunt in Christo, perierunt, si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, supple sine omni spe, resurrectionis, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Secundo tales diuinam negant iustitiã, qua mali hic, vel 5
alibi puniri deberent. Secundũ hanc vero opinionem alibi nõ puniuntur; quia non resurgunt, nec hic: quia sicut dicitur Iob 21. Hic impij viuunt

uunt, & confortati sunt sublimati-que diuitijs. Nec potest dici, ꝙ prædicta Dei bonitas seu prouidentia, & sapientia, quo ad bonos, & iustitia quò ad malos ad animas tantum extendatur bonorum, & malorum, quia post corpora mortua in gaudijs, vel pęnis viuunt, & non ad corpora mortua, quæ nunquàm resurgunt: quia ex Dei prouidentia, & iustitia debetur bene agentibus præmium, & peccantibus supplicium. Bene autem agentes, vel peccantes non sunt animæ tantum; sed homines ex anima & corpore cōpositi: ergo hominibus ex anima, & corpore compsitis præmium debetur, vel supplicium, vt sicut simul laborāt in bonis operibus, simul remunerentur, & sicut simul peccant, simul puniantur per illū, qui de spem, & resurrectione mortuorum est iudicato Act. 23. Nota ad hoc Damascenū. F.4.21.

¶ Iterum dicere prædicto modo, quòd corpora non resurgent, nec remunerabuntur, vel punientur, sed tātum animæ, est contra sacram scripturam tam veteris, quàm nō noui testamenti. Nam in veteri testamento corporum resurrectio aperte prænunciatur Iob. 19. Scio, inquit, quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circūdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. In nouo etiam testamento Christus vtrāque promittit resurrectionem. Ioā. 5. dicens. Amen amē dico vobis: quia venit hora, & nūc est, qn̄ mortui audiēt, vocē filij Dei, & qui audierint, viuent, quā quidē promissionem, ꝙ oporteat etiā de corporum intelligere resurrectione, patet p hoc, qđ sequitur. Venit, inquit, hora, ī qua omnes, qui ī monumētis sunt audient vocē eius. Manifestū est autē, ꝙ animę in monumentis nō sunt, sed corpora. Et Apostolus corporū resurrectionē pręostēdit dicēs. 1. Corinth. 15. Seminatur corpus animale surget corpus spirituale: oportet corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalitatem. Tertio tales, quantum in eis est, 6
omnem inter homines destruunt bonitatem, & pietatē tam exteriorē, quā etiā interiorē. Vnde Chrysosto. super illud Matth. 22. qui dicūt resurrectionem non esse. In omni, inquit, re, vel actu virtus agendi spes est futuri: Qui enim arat, arat, vt metat, qui pugnat, pugnat, vt vincat & sic de alijs. Tolle ergo spem resurrectionis, & soluta est obseruantia omnis pietatis. Quarto negantes resurrectionem nostrā negare habent Christi resurrectionem integralem: quia cum Christus sit caput Christianorū, oportet ꝙ Christiani sibi charitate copulati tanquam mēbra cum corpore coniuncta cum ipso resurgant: alioquin diuisus est Christus, & quasi monstrum sine membris resurrexit: qui omnia quia incōueniētia sunt, oportet cum Apostolo concedere & dicere illud. 1. Corinth. 15. Omnes quidem resurgemus, eo modo, quo determinat Cassi. super illud Psal. 1. Non resurgēt impij in iudicio. Resurget, inquit, iustus, vt iudicet, peccator, vt iudicetur, impius, vt sine iudicio puniatur. Sicut patet per beatū Greg. l. 11. 5. Nota plura argumenta q̄ ad ꝓpositū adduci possunt. A. 23. 3.

¶ Nostræ autē resurrectionis certitudo non tantum ex dictis euidentijs; verum etiam ex Christi accipitur resurrectione: Quia sicut prędictum est, si Christus caput Christianorum surrexit, & Christiani boni tanquàm mēbra resurgent ad gloriam. Sed ꝙ Christus resurrexit multis, & veracibus ꝓbatur testibus, & testimonijs, quę quidem testimonia sufficientia sunt tam in lege diuina, quàm humana: quia in vtraque admittitur testimonium duorum, vel trium. Sed resurrectionis Christi fuerūt multi testes. Primo Apostoli, qui dixerunt Act. 10. Manducauimus, & bibimus cum eo, postquàm resurrexit a mortuis. Sed forte dicent aliqui: ita probabunt iudęi contrariū per milites custodientes sepulchrum: Artic. 3 7

quia

quia & secundū iura ciuilia negatiua potest probari in actu personali, qui non potest fieri per procuratorē. Sicut patet in ff.nouo.li.5.ti.de itinere actuque priuato.l.2.in fine. Vbi habetur, quod potest probare, quod aliquis non fecit seruitutē, probādo quod fuit ibi tota die, & nō vidit eū ibi: Sicut ēt, quod homo probet, quod aliquis non dixerit missam tali die: quia continue fuit cū eo, vel continue fuit in tali loco, vtputa in mari, vbi missam dicere nō potuit: hoc nanque per testes probare potest. Sed de facto, quod per procuratorē habēs sufficiēs mādatū fieri potest, probare nō potest negatiuā: quia si probet me alicui debitū tali die nō soluisse, per hoc, quod continue fuit mecū, vel per hoc, quod in tali loco fuit, quod personaliter ei soluere nō potui, nō probat: quia per procuratorē hoc facere potui. Cum ergo actus resurrectionis Christi sit actus personalis: quia per aliū resurgere nō potuit, si ipsi milites probent, quod cōtinue fuerint cum eo, & per consequens, quòd nō surrexit sufficiēs videtur probatio.

¶ Sed si tā isti, quàm illi testes bene examinētur, sicut, & secundū iura teste examinari debent, patebit, qui sunt testes veritatis, & qui falsitatis. Discipuli nanque testificabātur de persona, loco, & tempore, & suę testificationis certissimum allegauerunt indiciū dicentes, quod manducauerunt, & biberūt cum illo. Milites vero incertissimam, & falsissimam sui testimonij allegauerunt euidentiam dicentes. Nobis dormientibus venerunt discipuli, & furati sunt eum: sicut patet Matth. vlt. Quam falsissimū sit istud testimoniū videte, & considerate: quia aut fuerunt veraces, & tunc verum est, quod dixerunt: quòd videlicet dormierunt, & tunc nesciuerunt, quid circa illos agebatur: vtrum videlicet surrexit, vel furatus fuerit, vel non: quia de hoc, quod ipsis dormiētibus agebatur, testificari non potuerunt. Si ergo fuerunt veraces ī vna parte: videlicet dormitionis oportuit eos esse falsos testes in secunda parte dicentes: quoniam discipuli sui eum furabantur: Si vero fuerūt in vtraque parte falsi, ergo in neutra parte est eis credendum: sed testimonium illorum tanquam falsorum, & corruptorum testium est ab omnibus abijciendum. Falsorum propter rationem prædictam corruptorum: quia sicut dicitur Matth. 28. Quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt Principibus sacerdotum omnia, quæ facta fuerant, & illi pro tunc veri fuerūt testes. Sed sequitur illorum corruptio. Congregati, inquit, cum senioribus consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes, dicite: quia discipuli eius nocte venerunt, & nobis dormientibus furati sunt eum. Secūdo ipsemet Christus resurrectionis suæ testis extitit dicens. Et tertia die resurget Matth. 20. Et Lucæ 18. & Marci. 10. Si ergo testimonium regis terreni tantam facit certitudinem, tantumque eius creditur testimonio, quod in charta, quam facit, sufficit quod dicat, teste meipso, quanto magis illius regis æterni credendum est testimonio, qui dicit Matth. 26. Postquā resurrexero præcedā vos in Galilæā?

¶ Cuius resurrectio cōgrue est causa nostræ resurrectionis. Sicut secundū Philosophum in 9. Metaphysicæ: primum in omnium aliorum genere est causa alijs. Sed Christus est primogenitus mortuorū Apoc. 1. Et Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium. 1. Corinth. 15. ergo ipse est causa resurrectionis aliorum, quibus primo terram, & monumentum, & infernum liberum aperuit, ne ab his in die iudicij detineri possent, & hoc in die Paschæ diluculo: sicut ipse prædixit per Psal. 56. dicens. Exurgam diluculo. In qua duo tangit, euidentiam, & horam. De primo Luc. vlti. Surrexit dominus &c. De secundo Mar. vlti. Surgens mane prima sabbati. Artic. 4. 8

¶ Quibus secundo cœlū aperuit in die

die ascensionis: vt ipsum resurgentes intrare possent. Quæ omnia opera pulchre primo præostensa, & significata videntur in factis illius, de quo scribitur Iudic. 19. Mane facto surrexit homo, & aperuit ostium. Aperuit nanque ostium inferni, ut bonos liberaret. Ostium monumenti non in resurrectione, sed post per ministerium Angelorum: sicut dicitur Matth. 28. Angelus, inquit, domini descendit, & accedens reuoluit lapidem: vt uenientes de sua resurrectione certificaret, de quibus scribitur Mar. 16. Et aspicientes viderunt reuolutum lapidem. Ostium cęli, vt admodũ ferri lapides adamantinos: id e viros solidos in fide, & bonorum operum perseuerãtia, de quorum quolibet Ezech. 3. Vt adamantẽ, & vt silicem dedi te, & ad modum solis, qui de mari aquam puram sursum trahit, falsam, ponderosam, & terrestrem derelinquens, bonos, & electos suos spirituales, & spiritualiter leues sursum post se ascendere, & cęlum intrare faceret. De quibus scribitur, & quibus promittitur. Iohan. 12. Si exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum: id est omnia tractu digna, & ad tractum talem disposita. Quod pulchre significatũ videtur in facto Iosue. Iosue. 8. Surgens, inquit, diluculo recensuit socios, & ascendit cum senioribus id est cum viris iustis, & cum participibus suæ passionis. De quibus ad Roma. 6. Si couplantati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Et infra. Si mortui sumus cum Christo, simul & viuemus

9 cum ipso &c. Vult enim tantum dicere, quòd mors, & resurrectio Christi sunt causa resurrectionis illorum ad vitam, qui cum Christo: sicut dicitur ad Gal. 6. carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Licet nanque pro omnibus mortuus sit, & resuscitatus: vt sua morte, & resurrectione omnes, quantum in eo fuit, non solum à culpa, sed etiam à morte liberaret ęterna, qui defectus reparare venit, quos primo incurrimus parentę peccante, ex cuius peccato non tantum culpam, sed etiam mortem in nobis causaret corporum. Rationabile ergo fuit, vt ille, qui venit defectibus illis succurrere, sicut sua morte mortem illam destruxit: sicut promisit Oseę. 13. Ero mors tua, o mors. Et sicut dicitur ad Roma. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors: sicut in vnius delicto mors regnauit per vnum, multomagis accipientes abundantiam donationis, & iustitiæ in vitam regnabunt per vnũ Iesum Christum: ita & resurrectione sua omnium, quantum in eo fuit, resurrectionem causaret, vt sicut dicitur ad Roma. 5. Sicut delictum, ita & donum. Cum ergo delictum immortalitatem, quam in statu innocentię habuimus, & semper habuissemus, si voluissemus, destruxerit, iustum fuit, ut donum illud restituere. Et hoc est qđ sequitur. Si enim vnius delicto multi mortui sũt, multomagis gratia Dei in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Ex quo habetur, quòd efficacius est meritum passionis, & resurrectionis Christi ad restituendum nos ad immortalitatẽ, quam fuit delictum ad tollendam immortalitatẽ: quia nec tam grandem abstulit delictum immortalitatem: quia illi in statu innocẽtię habuerunt posse nõ mori: Christus vero sua passione, & resurrectione meliorem illis, qui cum eo resurgent ad gloriam causauit immortalitatẽ: videlicet non posse mori: vt meliorem inuenirent resurrectionem Heb. 11. Illi videlicet tantum, de quibus ibi pręmittitur. Vicerũt regna, operati sunt iustitiam &c. & non alij. Et hoc est quod dicitur 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes im mutabimur. Sed illi tantũ immutabuntur ad gloriam, qui accipiũt exemplum resurrectonis Christi, qui ita resurgunt à morte culpæ: sicut ipse surrexit a morte corporis.

¶ Pro

Artic. 5. ¶ Pro quo considerandum, quod Christus primo resurrexit tertia die. In signum primo, quòd de triplici morte suos liberaret: primam scilicet culpæ destruendo, secundam, idest naturę: ut suos faceret illam non timere:
10 tertiã scilicet pœnę ęternæ, vt suos faceret illã euadere. In signum secundo, q̃ statum, seu tempus ante legem, & tempus sub lege finiret, & tertium inchoaret: scilicet sub gratia. In cuius signum surrexit circa finem noctis, & principium diei: quia noctem figurarum, & culparum, & vmbræ finiuit, & diẽ gratiæ, & gloriæ seu diem inchoauit ęternitatis, & quietis ęternæ. In cuius signum non quemcunque diem sua inchoauit, & illustrauit resurrectione: sed diem dominicum, qui est dies quietis, significans, quod sua resurrectione suos ad diem ducit quietis ęternæ, de quo in Psal. 83. Melior est dies vna in atrijs tuis super millia, & de quo quotidie in illa cãtatur hebdomada. Hæc dies, quam fecit dominus. Qui ergo istius resurrectionis Christi, quę tertia die ad destructionẽ triplicis mortis, & finitionis noctis facta fuit, capit exẽplũ, a morte culpę triplici actu: id est contritionis, cõfessionis, & satisfactionis surgendo: vt Apoca. 20. Hæc est resurrectio prima: statũ gratiæ cum ipso incipiendo, & continuando, habebit diem gloriæ cum ipso in resurrectione secunda, quę erit in gloria: beatus ergo, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima.
11 Apoca. 20. Secundo Christus surrexit veraciter: non sicut Samuel. 1. Regum. 28. Et sicut illi, qui ficte veniunt ad cõfessionem cum proposito recidiuãdi, vel peccatum suum non dimittendi. Sed sicut Christus de quo Lucæ vlti. Surrexit dominus vere.

¶ Tertio Christus surrexit velociter, & cito: quia in mane. ita a culpa ꝑpetrata a nocte, & mane esset cõfessione surgẽdũ: Ps. 56. Exurgã diluculo.

¶ Quarto ipse surrexit integraliter in corpore, & anima: ita integraliter surgere debemus cogitationes, locutiones, operationes, occasiones peccati deserendo, & pœnitentiam integrã peragendo extra culpã: aliter perfecte nõ surgimus, nec totalem accipimus sanitatẽ, quæ est conscientiæ bonæ interrogatio in Deum. 1. Petri. 3.

¶ Quinto Christus surrexit perseuerãter, nõ sicut illi, qui cito post Pascha redeunt ad peccatorũ sepulchra, quæ dimiserunt a peccatis suis surgendo. Nec sic nos, sed sicut Christus, qui a sepulchro suo semel resurgens ad illũ iterum, sicut nec ad mortẽ redijt: quia Christus resurgens a mortuis iam nõ moritur: mors illi vltra nõ dominabitur: ad Roma. 6. Si ergo partẽ cũ Christo volumus in secũda vẽdicare resurrectione, quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris: ita nos: ad Roma. 6. vt in die resurrectionis cũ dño gloriemur, non tantũ in anima, sed etiam in corpore glorioso.

¶ Pro quo est aduertẽdũ, q̃ quatuor erũt dotes bonæ corporũ gloriosorũ, & quatuor qualitates cõtrarię corporũ dãnatorum. De primo primo, & secũdo secundo, & tertio ostẽdetur, quòd gaudia, & pœnas animæ non expectãt usque ad diem iudicij. Artic. 6.

¶ Quãtũ ad primũ corporis prima dos erit claritas. Nã ex claritate, & virtute animæ ad diuinã uisionẽ eleuatæ corpus sibi vnitũ claritatẽ accipiet secũdũ cõdescẽtiam animę. Sicut ergo aĩa diuina diuisione fruẽs, quadã spũali claritate replebitur, per quãdã redũdãtiam ex aĩa ĩ corpus, ipsum corpus suo modo claritatis gloria induet, & hoc est, qđ dicit Apo. 1. ad Cor. 15. Seminat corp⁹ in ignobilitate, resurget ĩ gloria: q̃a corpus nostrũ, qđ nũc est opacũ, tũc erit clarũ: secundum promissionem veritatis Matth. 13. Fulgebũt, inquit, iusti sicut Sol in regno patris eorũ. Nec tamẽ omnes iusti ęqualẽ habebunt claritatẽ: sed erit in claritate illorũ differẽtia: sicut est in corporib⁹ cęlestibus, per quorũ similitudinem Apost. 1. Corinth. 15. differentiã clari- 12

tatis

tatis illorum ostendit dicens. Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, alia claritas stellarũ: stella autẽ differt a stella in claritate: ita & resurrectio mortuorũ.

¶ Secunda dos erit agilitas. Anima nanq;, quæ diuina visione fruitur, vltimo fini cõiuncta in omnibus experietur suum desiderium adimpletum: & quia desiderio animæ mouetur corpus, consequens erit, ut corpus animæ ad motum obediat, & sit ubi anima uoluerit. Et hoc est quod Apostolus ait. 1. Corinth. 15. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute.

¶ Infirmitatem enim experimur in corpore: quia inualidũ ĩuenitur ad satisfaciendũ desiderio aĩæ in motibus, & actionib⁹, quas aĩa imperat, quæ infirmitas tunc totaliter toletur uirtute redũdantiæ in corpus, ex anima Deo cõiuncta, propter qđ Sap. 3. dicitur de iustis, ꝙ tanquàm scintillę in arundineto discurrent nõ, ꝙ motus sit in eis propter necessitates, cum nullo indigeant, qui Deum habent, sed ad uirtutis demonstrationem.

13 ¶ Tertia dos erit impassibilitas: q̃a sicut aĩa diuina uisione fruens habebit desideriũ suũ impletũ, quantũ ad oĩs boni adeptionẽ: ita ẽt ei⁹ desideriũ impletũ erit quãtũ ad omnis mali remotionẽ: quia cũ summo bono non habet locũ aliquod malũ: erit igitur corp⁹ immune ab omni malo, & quãtũ ad actũ, & quãtũ ad potẽtiã. Quãtũ ad actũ quidẽ: quia nulla erit in eis corruptio, nulla deformitas, nullus defectus: quãtũ ad potentiam vero: quia nõ poterũt pati aliquid, ꝙ eis molestũ sit. Et hoc est, quod dicit Apostolus. 1. Corinth 15. Seminatur in corruptione, surget ĩ incorruptione. Quarta dos erit subtilitas Sicut anima nãque Deo perfectissime adhęrens eius bonitatẽ participabit in summo secũdũ modũ suum: Sic corpus perfecte subdetur animæ, & eius proprietates quantum possibile est participabit in perspicacitate sensuum, in ordinatione corporei apparatus, & in omnimoda subtilitate, & perfectione naturæ: vt quęcũque anima penetrare voluerit, illa corpori resistere nõ possint: quia tanto est aliq̃d perfectius in natura, quãto eiu natura pfectius subdit̃ formę pfectę s eiq; quantũ possibile est, assimilatur, & proportionatur. Cũ ergo forma ibi sit spiritus subtilis, quanto corpus fuerit spiritualius, & subtilius, tanto perfectius, & quanto perfectius, tãto spiritualius: propter qđ Apostolus. 1. Corinth. 15. dicit. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale, non ꝙ sit spiritus: ut quidã male dixerũt; sed quia erit omnino subiectum spiritui sicut & nunc dicitur corpus animale, non quia anima, sed quia animalibus passionibus subiacet: uel quia animæ gubernationi subdi deberet.

¶ Patet igitur ex prædictis ꝙ sicut spũs hoĩs eleuabitur ad gloriam spiritũ ut Deum per essentiam videat: ita eius corpus sublimabit̃ ad ꝓprietates cęlestiũ corporum, inquantum erit clarum, impassibile absq; difficultate, & labore mobile, & subtile. In quo patet dotiũ corporũ cõgruitas: ut sint cęlestia sicut & spiritus est cęlestis. Et sicut gloria, in quã humana aĩa subleuat̃, excedit naturalẽ virtutẽ cęlestiũ uirtutũ: ita gloria corporũ resurgẽtiũ excedit naturalẽ pfectionẽ cęlestiũ corporũ, vt sit maior claritas impassibilitas firmior, agilitas facilior, & subtilitas pspicatior. Et sic potest intelligi illud. 1. Cor. 15. Alia q̃dã cęlestiũ gloria: alia terrestriũ. Sic ergo ꝓcedent, qui bona fecerunt in resurrectionẽ vitæ. Ioã. 5.

¶ Quantũ ad secũdã partẽ huius articuli cõsonũ uidet̃, ꝙ corpora dãnatorũ cõditiones habeant cõtrarias corporibus sanctorum: ut sicut est proportio inter animas, & corpora saluatorum: ita sit inter damnatorum. 14

¶ Illa eñ corpora erũt opaca, & tenebrosa: sicut & eorũ animæ erant. Et erũt a lumine diuinæ uisionis, & cognitionis alienæ, ex quo facti sũt abominabiles, sicut ea, q̃ dilexerũt quantum ad animas interius, consequẽs videtur,

dctur,

deſ,& bñ ꝓportionabile, ꝙ denigreſ facies illorũ ſuper carbones exterius.

¶Nec eorũ erũt corpora agilia,quaſi ſine difficultate animę obedientia:ſed magis erũt pōderoſa,& grauia,& quodãmodo animę importabilia, & inobedientia,ſicut & ipſe animę fuerũt p inobedientiam à Deo auerſæ.

¶Nec erunt ſubtilia, & ſpiritualia quaſi ſpiritui oĩno ſubiecta:ſed magis erũt obtuſi,& carnalia ſicut eorũ anima per affectum fuerat,& erit, carnalia remanebunt, & paſſibilia, ſicut & nunc, vel magis: ita ꝙ ſicut in bonis glorificatis erit omnis mali carentia: ita in iſtis erit omnis mali experiẽtia, experientur nanq;,& patientur à reb⁹ ſenſibilibus afflictionẽ, ſed non corruptionẽ,vt laborẽt in ęternũ, & viuẽt adhuc in finẽ. Adhuc nanque mortui reſurgẽt incorrupti 1.Cor.15. Et ſicut corpora beatorum ſupremum, & luminoſum: ita hęc infimum, & tenebroſum locum obtinebunt.Et hoc eſt quod dicitur Apocal.20.Diabolus,qui ſeducebat eos,populum ſcilicet miſſus eſt in ſtagnum ignis, & ſulphuris,vbi beſtię & pſeudo prophetę cruciabunſ die,ac nocte in ſęcula ſęculorum: qui vero bona egerunt in reſurrectionem iudicij.Iohan.5.

15 ¶Tertia pars huius articuli primo patet per dicta.P.8.10 Secundo idem oſtenditur ratione. Secundũ ordinem nanque culpę, & meriti conſequenter eſt ordo in pęna,& p̄mio:culpa autem & meritũ nõ cõpetũt corpori, niſi per animam:Nihil enim habet rationem meriti, & demeriti, niſi in quantum eſt volũtariũ.Igitur tã pręmiũ, quam pęna conuenienter deriuãtur ab anima ad corpus. Nulla igitur ratio eſt, quare in pręmiatione, vel punitione animarum reſurrectio expecteſ corporum,quin magis cõueniẽs videſ, vt animæ,in quibus per prius fuit meritum,& culpa,per prius, præmientur, & puniantur, & hoc ſtatim, qñ à corpore ſeparanſ:qa ſtatim ſunt p̄miorũ, vel pęnarũ ſuſceptibiles,qđ eſt contra græcos,qui dicunt,ꝙ nec aĩæ bonorũ, vel malorũ gloriã,vel pęnã habebunt ante diẽ iudicij:vt tũc ſimul pręmienſ vel puniãtur cum corporibus. Ex qua ſequi videſ pone, ꝙ aĩæ interim oẽm amittant memoriã & rationis iudiciũ, vel ꝙ interim moriãtur,vel ſopite dormiant,ſicut hirundines in hyeme: qa ſi memoriam habeant boni de operibus bonis,& de martyrio, quod ꝓpter Deum ſuſtinuerunt, erunt ſpe gaudẽtes,& mali econuerſo timore maximo timẽtes. Hæc etiam poſitio cõtra apoſtolum videtur eſſe, qui ait. 2. Cor.5. Scimus, inquit quoniam ſi terreſtris domus natura diſſoluatur, habemus domum nõ manufactam æternam in cælis,non tantum in ſpe ſicut nũc:ſed etiam in re, ad quam nos perducat qui eſt reſurrectio,& vita. Ioan. 11.

¶ Sacerdotium. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes aſſimilantur Angelos, & regibus.num.2.*

3 *Sacerdos dicitur quaſi ſacra dans. Præsbyter dicitur quaſi præbens iter. ibidem.*

4 *Præsbyteri non ſolum aliorum vitia iudicando,ſed vitam propriam emendando præire debent.*

5 *ſacerdotum dignitas notatur ex veſtiũ ſacerdotaliũ ſignificatione, & capitis tonſura.*

6 *Sacerdotibus qualis, & quanta debeatur reuerentia.*

7 *Sacerdotum venditiones, & qualitates & quoad mores, & quoad ſcientiam qualis eſſe debent.num.8.*

9 *Sacerdotum rudium, ignorarum, & malorum peruerſitas oſtenditur, & quid ad ea proueniat. num. 10.*

11 *Sacerdotum malorum pœna, pœnæ ratio, & periculum, quod alijs imminet ex ſacerdotum delictis. numero 12.13.*

Sacerdotalis

Acerdotalis primo ostenditur ordinis dignitatis. Secũdo ministerij qualitas. Tertio operis peruersitas. Quarto finis pęnalitas.

¶ Circa primum duo sunt consideranda. Primo in quibus dignitas consistit sacerdotalis. Secundo in quali reuerentia tales habẽdi sunt sacerdotes.

Artic. 1. ¶ Quantum ad primum dignitas ordinis sacerdotalis. Primo consistit in Angelorum assimilatione.

1 ¶ Secundo in regum comparatione. Tertio in nominis interpretatione. Quarto in indumẽtorũ significatione. Primũ patet Malach. 2. vbi de quolibet dicitur sacerdotale. Angelus dñi exercituum: est quia sicut angeli in cęlo immediatius circa Dei ministeria occcupantur: ita sacerdotes in terra. Immo isti plus in terra diuino appropinquant obsequio, quam Angeli in cęlo: qa isti in terra Deũ ex pane conficiunt, qđ Angeli nec in cęlo, nec in terra facere possunt, ꝓpter quã maximã approximationẽ, & deificationis participationẽ non tantũ Angeli: sed etiã dij in sacra scriptura nuncupãtur: sicut patet primo. Exodi 22. vbi ad Moysen de illo, qui ad iuramentum ducẽdus erat, dicitur Exo. 22. Applica illũ ad Deos: videlicet sacerdotes. Et rursus scriptũ est, Dijs non detrahes. i. sacerdotibus. Probãtur hæc omnia in Decreto sumpto ex verbis beati Greg. scribentis ad Mauritiũ Imperatorem. 11. q. 1. sacerdotibus. vbi ex prædictis auctoritatibus imperatorem ad reuerẽtiã inuitat ordinis sacerdotalis. ¶ Secundũ etiã patet ex tribus, ex inun-

2 ctione, ex officio, ex corona. Ex qbus trib⁹ ostẽditur, ꝙ nõ tãtum Angeli in cęlo, vel dij, vt ꝓdictũ est: verũ ẽt reges in terra nũcupantur. ¶ Primo nanq; in inunctione regibus comparantur: qa sicut reges inũguntur in signũ, ꝙ erũt in regimine corporũ misericordes: ꝓ oleũ naq, vnctionis in sacra scriptura misericordia ĩtelligit. ita illi vt sint sib, & alij misericordes in regimine animarum. Secundo in officio ordo sacerdotalis regali pręeminet dignitati: sicut patet per decretũ. dis. 96. duo. Vbi Gelasius Papa Anastasio scribẽs ostendit, qđ tanto maius est officium sacerdotũ, quanto etiam pro ipsis regibus, vel legibus hominũ in diuino reddituri sunt examine rationẽ. Et parũ infra sequitur. Si regum fulgori cõpares, & principũ diademati, longe inferius erit, quasi si plũbũ ad auri fulgorẽ cõparares. Ex cuius Decreti principio patet veritas auctoritatis. Iudith 8. Vos, inquit qui estis presbyteri in populo, Dei, ex vobis pẽdet anima illorũ. i. illorum facta tam regũ, quorũcunque subditorũ: quia si mala sunt illorũ facta, vobis imputantur. Si negligentes fueritis, ipsis prædicando, & eos corrigendo, vel alijs prędicãtibus, & corrigentibus eorum defectus ostendẽdo: quia vos illorũ, vitia non potestis diu ignorare: immo multo melius potestis omnes illos cognoscere, quam episcopus, vel quicunque alius, qui cum eis non residet. Si ergo cum vitia eorum non ignoret, si negligens fuerint in corrigendo, vel qui corrigere non potest alijs indicando, de ordine suo iudicium acquirit. Sicut patet per decretum Chrisost. di 40. multi: vbi sic dicit. In iudicio enim sedes, siquidem bene vixeris, & bene docueris, populum instruis: si bene docueris, & male vixeris, tui solius condemnator es: nam bene viuendo, & bene docendo populum instruis, quõ viuere debeat: bene autẽ docẽdo, & male viuẽdo Deũ instruis, quomodo te debeat condemnare. Ex eiusdem etiamdecreti fine patet, quòd sunt lumen populi & splẽdor: vt patet dist. 54. sacerdotes.

¶ Tertio quõ ex corona illorũ ad reges oñditur cõparatio? qa sicut reges coronã deferũt imperialẽ. Et qualis illa corona esse debeat, ostẽsũ est. O. 6. 8. Propter hęc ergo tria Petr⁹ illorum scribẽs regalitatẽ dicit j. Pet. 2 Regalę sacerdo-

sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Et Exo. 19. Deus eis loquens dicit. Eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta: quia sicut dicitur. Neemię 9. Dedisti eis regna, & populos. Tertio illorum dignitas ex nominis patet interpretatione, siue sacerdotes, siue presbyteri nuncupentur. Nam sacerdos dicitur quasi sacra
3 dans: Sed hęu in prædicto decreto Chrysosto. dist. 60. multi dicitur: quod multi sunt sacerdotes nomine, & pauci opere: quia nō oīs sacerdos sanctus.

¶ Presbyter etiā dicitur, quasi præbens iter, Ex qua re datur intelligi, ꝙ presbyterorum actus iter populo pręberet tam exemplis, quam documentis, ipsumque per huius uiæ discrimina ad cęlum ducere pręcedēdo. Sed hęu multi dicuntur presbyteri, qui nec iter prębent præcedendo, nec ad cęlum uadunt concomitando, sed male uiuēdo retrocedūt. De quibus dicit Decretum sumptū ex uerbis beati Greg. in moral. 3. q. 7. qui sine peccato. Qui, inquit, sine peccato est uestrum, primū, in illā lapidē mittat: ad aliena quippe peccata punienda ibant, & sua relinquebant: reuocentur itaque intus ad conscientiam: ut prius propria corrigant, & tunc aliena repræhendant. Hinc est, cum tribus Beniamin. Iudicum 19 in carnis scelera fuisset obruta, collectus omnis Israel ulcisci iniquitatem uoluit. Iudic. 20. Sed tamen semel, & iterum in belli certamine ipse prostratus est: quid hoc est? ꝙ in vltione sceleris inflammatur: & tamen ipse prius prosternitur: nisi ꝙ prius ipsi purgādi sunt, per quos aliorum culpę feriuntur. Aliter nec recte ducunt, nec docēt, nec aliorū uitia recte corrigūt. Idē beatus Grego. & habetur ibidē decreto. 4. sequēti postulatus. Postulatus, inquit, dn̄s iudicare de peccatrice nō statim dat iudiciū: sed prius se inclinās deorsum digito scribebat in terra, ac demū qđ obnixe rogatur, iudicat: videlicet nos typice instruēs: vt cū proximorū errata conspicimus, non hęc antea repręhēdendo iudicemus, & ad cōsciētiā humiliter reuersi digito discretionis solerter exculpemus. Iuxta illud Apostoli ad Gal. 6. Fratres, & si pręoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite hmōi. Et hoc est, qđ saluator ait: qui sine peccato est vestrū, i. prius vosipsi legis iustitiā implete, & sic innocentes manibus ad lapidandā reū concurrite. Gloss. dicit: quòd scribebat: terra terrā accusat: vel si quis sine peccato est &c. Argumētū, qđ sufficit, si sentētia scribatur in pariete: nam & edicta ꝓtorū scribebātur in albo: hæc ibi. In qua glo. videt inuenire, ꝙ ideo scribebat, vt daret exemplum sententiam scribendi.

¶ Ex ꝓdictis patet, qualiter presbyteri nō tm̄ aliorū vitia iudicando, sed vitā ꝓpriā emēdādo pręire deberent: Sed cū multi nec sic pręcedāt, nec pręcedere velint, erroneū videt, ꝙ ducatū accipere volūt: potiꝰ enim deberent se ab hoc onere excusare: sicut impotens corpore ducatū recusat peregrinorū. Si enim ducatū petat quis ab infirmo, vel claudo, vel ignorāti, ꝓtinus se excusabit impotētiā, vel ignorātiā allegādo. Sed inter sacerdotes, vel clericos nō est ita infirmus in aīa, nec cęcꝰ, nec ignorās, vel stultus, q ducatū recuset cęcorū oblatū: immo nō oblatū instāter petūt, & qn̄q; qđ petus est, emunt, qlibet in gradu, q̄ reputat sibi possibilē, aliqui in magnis prębēdis, & ecclesijs curatis, aliq in parochijs deseruiēdo, alij ꝓ defunctis celebrādo, vt animarū de purgatorio ductores, fiat ducatū capiūt, & obtinēt: tn̄ tanq̄ cęci, & impotētes seipsos ad cęlū ducere nesciūt. De aliorū ducatu, & peccatorū se intromittūt emulatione, cum ipsi in peccatis sordescāt. Qđ quātū sit cōtra rationem, ex verbis ostenditur beati Gre. 3. q. 7. in grauioribus: sub eo, q sequit, tenore. In grauioribꝰ peccatis qs positus, dū suis pręmit, aliena non diluit: cūctis. n. liquet: qa cū is, q displicet ad intercedēdū mittitur, irati animus
4

mus procul dubio ad deteriora prouocatur. Scriptũ quippe est, Prouerb. 15. Victimę impiorũ abominabiles sunt dño, vota iustorũ placabilia: neque. n. in oĩpotentis Dei iudicio quid: sed à quo daŧ inspicitur. Hinc est enim qđ scriptũ est Gen. 4. Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cayn vero, & ad munera eius non respexit. Dicturus quippe: quia Dominus respexit ad munera solicite præmisit quia respexit ad Abel. Ex qua re patẽter ostẽditur: quia nõ offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerũt dona quippe iniquorũ nõ ꝓbat altissimus, nec respicit in oblationibus eorũ, nec in multitudine sacrificiorũ eorum propiciabitur peccatis. Eccle. 34. In consciẽtijs ergo suis sentientes se amicitiã cũ Deo non habere ad ipsum tãquã amici pro inimicis deprecaturi nequaquam accedere deberẽt: sed potius se retrahere, & excusare vsq; amicitiam cũ Deo reuocassent. Sicut se quispiam retraheret, & excusaret, ne ad regẽ deprecaturus accederet, cũ regẽ sibi beneuolũ non esse minime dubitaret. Sed qđ ꝯtrarium faciũt nõ est tantũ defectus cęcorũ ducũ, sed ẽt cęcorũ doctorũ: sicut ostẽsũ est. C. 5. 19. Et. M. 10. 4. Tales assimilantur mittẽtibus redditũ suũ per leporẽ: quia talẽ nũciũ meliori foro habere poterũt. Stulti sunt: quia exẽplũ nõ sequũtur Machabęi, qui elegit sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege Dei, & mundauerunt sancta primo. Machab. 4.

5 ¶ Quarto status illorũ, dignitas in vestium sacerdotalium ostenditur signatione, & capitis tonsuratione. Vestes nanque in multis conditionibus ostendunt ipsos milites, Christi armatos: quia loco galeæ in capite habent amitum qui in capite discretionem signat: loco Bumbacij albi militum mũdi habent camisiam, vel superpelliceum, quod munditiã repręsentat, loco loricæ habent albam, quæ ad pedes, & ad omnia membra se extendit, quæ significat charitatem, quæ se ad omnes extendere debet: habet & cingulum, quòd continentiam significat, per quam ligari debent motus sensualitatis: habet & manipulum, quasi anulum desponsationis inter Deum, & ipsum, quando in receptione sacri ordinis voto obligatur castitatis: habet & stolam in collo, & ante ad modum crucis cancellatam in signum, quod iugum illius, qui in cruce pependit, semper portabit, Deoque vsq; ad mortem obediet, & illis, qui locum Dei tenent: habet & casulam, quę operit partem posteriorem, & anteriorem, per quam oratio intelligitur, qua oratur pro delictis præteritis, vt remittantur, & pro futuris, ne committantur debet etiam habere gladium verbi Dei, de quo ad Eph. 6. Scutum fidei sumentes. Et infra. Et gladium spiritus, quod est verbum Dei: habet & caput rasum superius in signum, quod mens erit nuda, & aperta sine peccati nubilo, quantum ad Deum: habet & pilos tonsos inferius in signum, quod non minus adhęrebit istis inferioribus, quod cupiditatem, uel inordinatam delectationem: Sed absit quod in eis sit signum absque signato, ne diabolus in uita, uel in morte eis improperet: quod fecit iudęo, de quo habetur. O. 6. 77. Si enim non sit in eis signatum, conuenientius induerentur in morte: sicut ibidem describitur: de quibus Thren. 1. Sacerdotes eius gementes. Si uero sit in eis signum, & signatum, quanta eis debeatur reuerẽntia, quantum ad secundam partẽ huius articuli: patet primo exemplo asini Christum portantes. Ex quo nanque populus tantam exhibuit reuerẽtiã asino Christũ portãti semel, ꝙ vestes suas sub eius strauit pedibus, & hoc Christo placuit: patet quantum ei placet, quòd sacerdotes boni, qui semper ipsum, uel spiritualiter, uel sacramentaliter, uel utroque modo portanti in maxima habeantur reuerentia. 6

¶ Secundo idem ostenditur ex verbis beati Grego. scribentis ad Mauritium imperatorem. 11. q. 1. sacerdotibus. Ad cuius intellectum est aduertẽdum, ꝙ Mauritius Imperator compellebat clericos respondere sub suo examine, & eis debitam reuerentiam minime impendebat: quare beatus Gregorius Papa ipsi scribit dicens, quod omnes sacerdotes debet generaliter honorare: quia adhuc nescimus qualis quisque futuris sit in terribili Dei iudicio. Et quod ipsos debeat honorare probat exemplis Constantini Imperatoris, & etiam paganorum imperatorum, qui sacerdotibus sui temporis, qui dijs lapideis seruierũt honorẽ maximũ tribuebãt; Et ratione: quia in diuinis eloquijs aliquando dij, aliquãdo Angeli nuncupãtur. Propter hoc ergo qui bene pręsunt presbyteri duplici honore: id est temporali, & spirituali digni habeantur. 1. Timoth. quinto.

Artic. 2. 7 ¶ Notare verba. Qui, inquit, bene p̃sunt, ad q̃d multæ in eis requiruntur condõnes & qualitates bonæ. Aliquæ respiciunt mores: aliquæ scientiam.

¶ Quantum vero ad conditiones, quæ mores respiciunt. Primo in his, qui diuino sunt deputati seruitio, maxima requiritur mentis, & corporis munditia: sicut ex verbis ostenditur beati Gregorij in registro, & habẽtur. 1. q. 1. necesse sub hoc tenore. Necesse est, vt munda sit manus, quæ diluere sordes curat, ne tacta quæque deterius inquinet, si sordida sequens lutum tenet. Scriptum namque est Esa. 52. Mũdamini, qui fertis vasa domini: quia magnum inconueniens est sacerdotem corpus Christi conficientem immundum esse.

¶ Sicut patet primo per Decretum 1. q. 1. sacrosancta cum sequentibus.

¶ Secundo idem patet ex verbis Bernar. Epi. 2. Quid inquit. cũ fęminis tractas, qui ad altare cum domino fabularis? qualiter eisdem labijs oscularis in altari filium virginis, quibus oscularis in lupanari filiam meretricis. Tales sacerdos multo peior est populo: quia vix est ita malus de populo, quin de immunditia sua, & alijs peccatis confiteatur, antequam ad corpus Christi accedat sumendum quod ipsi nõ faciunt, vel si faciũt, illis vt frequẽter confitentur, qui non habent potestatem ipsum absoluendi: quia par in parem non habet potestatem.

¶ Sũt etiam peiores sacerdotibus iudęorum: quia ipsi antequam se sacris induerent vestibus, debuerunt lauare pedes, & manus. Exod. 40. in signũ cõfessionis sacerdotũ Christianorum. Vt ergo prædicta caueãt immunditię inconuenientia, & omnia sinistra, fugiãt suspitionem, & castitatem secure custodiant, omnem a se expellant mali occasionẽ, & mulierum cohabitationem. Iuxta doctrinã Aug. li. de singularitate clericorũ. Nõ, inquit, despecta, non vetula suscipienda est ad domesticum obsequiũ: quia magis cito delinquit, vbi sine suspitione secure potest delictũ cõmitti, maxime: qa libidinoso nulla despectio, nulla deformitas obsistit, cui diabolus pingẽs speciosum efficit, quicquid fętidũ vel horridum fuerit: Quia vero sine sobrietate prędictã bene habere nõ possunt mundiciam, quia sicut in capitulo de gula, & ebrietate ostensum est, quòd de huiusmodi excessu faciliter transitur in libidinem. Secundo requiritur in eis sobrietas, sicut patet distin. 35. vinolentum. Tertio quia huiusmodi sanctitatem, & mũditiam non tantũ opere, sed signis ostendere debent, requiritur ꝙ habeãt in gestu maturitatem, & in vestitu simplicitatem. di. 41. clericus extra. li. 3. tit. j. de vita, & honestate clericorũ: clerici officia. ¶ Quãtũ vero 8
ad secũdã partẽ huius articuli, ꝙ videlicet sacerdotes debeãt esse docti, discreti, & ẽt sciẽtię diuinę intẽdẽtes, patet di. 37. p totũ. Et di. 38. in c. pluribus: qa labia sacerdotis debẽt sciẽtiam custodire. 11. q. 1. sacerdotibus. Et di. 43. sit rector. Debẽt ergo lectioni ĩsistere. di. 38. c. ignorãtia. & 36. c. qui. § ecce. propter

pter multa. Primo quia talis occupatio à multis preseruat peccatis:quia sicut stellas non nox:sic inherentes firmamento sacræ scripturę non obscurat mundana iniquitas. Itē qui amat scientiam scripturarū, carnis vitia nō amabit. de conse. dist. vlti. nunquam.

¶ Secundo quia confessor debet habere sciētiā discernendi inter leprā, & leprā. dist. 20. §. 1. Et Leui. 14. vbi dicitur: adducetur leprosus ad sacerdotē.

¶ Tertio rationabile, & congruum est vt sciat, & intelligat, quæ legit, & quæ ad ordinem, & officium suum pertinent. Nullus enim congrue accederet ad ministrandum in mensa cuiuscunque regis terreni, nisi prius diligenter didicisset, quomodo ei ad placitum seruire posset. Et si aliter accedere præsumeret tanquam indignus repelleretur. Sic neque aliquis accedere deberet ad ministrandum Deo in mensa altaris, nisi prius sciret, & intelligeret verba canonis, & vim verborum sacramentaliū, & qūo in consecratione plurimarum hostiarū intentionem suam referre debet non tantum ad illam, quam in manu tenet: sed etiam ad omnes consecrandas: quomodo etiā populum Dei informare debeat: quia sicut dicit Isidorus de summo bono. li. 3. Sacerdotes pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantes non erudiunt, aut peccantes non arguunt. Debent ergo scire, quomodo docebūt parrochianos suos symbolū fidei, & orationem dominicā. extra. li. 3. ti. 1. de vi. & honesta. cle. vt quisquis. Si vero aliter ignorantes ad Dei seruitium accesserint: ignorabitur. 1. Cor. 14. Et tanquam indignus seruus à Dei domo, quę est in cęlis expelletur: quando ei dicetur illud Oseę 4. Quia tu scientiam repulisti, ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi, in ęternum. Propter qua pericula vitāda præcipit Deus per vicarium suum in terris. extra. li. 1. de ęta. & qualita. ordinan. Cum sit ars: dicens cū sit ars artiū regimen animarum districte pręcipimus: vt episcopi promouendos in sacerdotes diligenter instruāt, & informēt, vel per seipsos, vel per alios viros idoneos super diuinis officijs, & ecclesiasticis sacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare: quoniam si de cętero rudes, & ignaros ordinare pręsumpserint, & ordinatores, & ordinatos vltioni graui decernimus subiacere. Satius est enim maxime in ordinatione sacerdotum paucos bonos, quàm multos malos habere ministros: q̄a si cęcus cęcū duxerit, ambo pariter in foueam dilabūtur: hęc ibi: quia sacerdotes contempserunt legem meam. Ezech. 22.

¶ Quorū peruersitas in hoc primo perpenditur, q̄ Deū more sacerdotum Christū crucifigentium contemnunt, & persequūtur: quia sicut ex omnibus patet euangelijs, pōtifices, & sacerdotes primi fuerunt, & principaliores Christū persequentes, ipsum in cruce ad eius cōtumeliā, & suā ꝓpriā damnationē offerētes: ita isti nūc ipsum in mēbris suis persequūtur, & in altari ad suā contumeliā, & ꝓpriā offerunt dānationē. Vnde Bern. Epistola. 2. Hæu hęu domine Deus: quia ipsi sunt in persecutione tua primi, qui videtur in ecclesia gerere principatūt arcē syon occupauerūt, apprehenderunt munitiones, & vniuersam deinceps libere tradunt incēdio ciuitatē, nō est iā dicere, vt populus, sic sacerdos: quia nec sic popul⁹, vt sacerdos, & hi oēs sacrificiū ad eorū offerūt dānationē: vtpote cōtra legē Dei. Quia dicit beat⁹ Greg. super Ezech. Homel. 12 Nō quilibet sacerdos in lege sacrificiū offerre debuit, sed signanter dicit lex, quod sacerdos, qui patri iure succedit, sacerdos loco patris esse debuit. Sic in ecclesia ille tātū rite sacrificiū offert ꝓ sua, & aliorū salute, q̄ patri suo Christo sūmo Pōtifici: de quo Psal. 109. Tu es sacerdos in ęternū: iure tāquā filius ꝑ morū imitationē succedit: siquidē, filius dr̄ per carnis propagationem, & morū imitationem. 22 q. 2. quæritur.

Artic. 3.

9

¶ Secundo in hoc qđ ꝓpter eos etiā alij sacramenta ecclesiæ contemnunt: Vnde Ambrosius in quodam sermone. Ex inordinata, inquit, & indisciplinata multitudine sacerdotum nostræ religionis venerabile sacramentū hodie datur contemptui. Nam qui debuerant esse vicarij Apostolorum, & filij Petri, facti sunt socij Iudæ & præambuli Antichristi.

¶ Tertio in hoc: quod contra Deū manifestam committunt ingratitudinē in hoc, quòd ipsi, qui inter eos sunt ditiores, & superbiores, missas dicunt pauciores. Nota. H. 8. 8. bene: & sic quanto Deus est eis curialior, ipsi peius ei seruiūt: quia dum pauperes fuerunt, maiorem deuotionem ostenderunt.
10 Similes cuidam magno prelato, de quo fertur, quod, cum ab eo quidā qreret: quare magnus effectus solita dimisit ieiunia, & deuotionis obseqa, respondit: tunc feci vigiliam: nunc est tempus faciendi festum. Sed tales qui hic faciunt festum, alibi facient vigiliam cum sacerdotibus Belis, qui intrabant vt comederent. Dañ. 14. Hæc autem quotidie crescens in sacerdotibus peruersitas, & obscuritas signum est propinqui finis mundi: secundum Chrysost. super illud Matth. 20. Circa vndecimam horam &c. Primo inquit in cōuallibus fit obscuritas die declinante, sic prius in laicis, & secularibus incępit obscuritas: nunc autem quando vides quod sacerdotes positos in summo vertice dignitatum, qui montes dicuntur, appræhendit iniquitas tenebrosa: quomodo dubitatur quin iam finis sit mundi: quia sacerdotes eius polluerunt sanctum. Soph. 3.

Artic. 4. ¶ Quorū primo ostenditur pœna. Secundo pęnæ ratio. Tertio periculū, quod alijs imminet ex sacerdotū, de-
11 lictis Ratione primi est sciendum, ꝙ sicut inuncta vehementius ardent in igne, quàm alia: quia unctio & pinguedo, & huiusmodi flammam nutrit, & calorem auget: ita sacerdotes mali inuncti in igne infernali quando percutientur ad mortem ęternam illo calore, sicut filius sunamitis percussus fuit calore ad mortem temporalem. 4. Regum. 8. Et sicut Nadab, & Abiu mali sacerdotes combusti fuerunt. Leuitic. 10. Isti nanque congrue per puerum illum tam in facto, quàm in pœna significantur. Nam tunc puer ad messores vadit cum impotentes, & ignari, vel volentes opus vltra vires, idest ordinem vel Ecclesiasticum beneficium, vel curam assumunt, & acceptant. Tunc vero puer, i. pueriliter viuēs in capite ad mortem percutitur, quādo à Christo ad mortē deputatur ęternam cum illis, quos ꝑcutiet virga oris sui: dicēdo. Ite maledicti in ignem ęternum. Matth. 25. quia sicut Menelaus in semetipsum retorsit summum sacerdotium. 2. Mach. 4.

¶ In quo notatur secunda pars hu- 12
ius articuli: quia ipse malum habuit finem: quia sacerdotiū male vindicauit: ita isti, qui illud indigne uēdicāt, & male in illo viuunt, de quibus dici potest illud, quòd scribit beatus Cyprianus martyr in epistola contra hæreticos. More, inquit, simiarū quæ cū homines non sint, forma humanam imitantur, uultum Ecclesiæ catholicę & autoritatem sibi, & ueritatem uendicant cum ipse in ecclesia non sit, benedixit, cum a Deo sit maledictus, uitam pollicetur, cū sit mortuus, Deū inuocat blasphemus, sacerdotium administrat prophanus, componit altare sacrilegus. ad hæc omnia accedit & illud malum, ut antistes diaboli audeat eucharistiam facere, cum nec sacrificari oblatio illic possit, vbi Spiritussanctus nō sit, nec cuiquam Deus per eius preces, & orationes prosit, q Deū uiolat. Si em̄, qui Ecclesiam uiolāt ethnici, & publicani habentur, multomagis falso altaria, & illicita sacerdotia, & sacrificia sacrilegia fingētes inter ethnicos & publicanos necesse est, ut computentur. Hæc omnia habētur. 1. q. 1. si quis inquit de ecclesia.

Si

Si autem ſacramenta aliquibus tales adminiſtrent, ſacramenta per tales, velut per lapideos canales, vbi nihil generatur, tranſeunt ad locum fertilem. .i.ad aliorum ſalutem. 1. q. 1. ſi iuſtus fuerit. Et ſecundum beatum Gregor. in Homel. ſunt ſicut aqua baptiſmi, quæ puerum ad cœlum mittit, & ipſa in cloacam deſcendit. Si ergo Nadab. & Abiu Leuit. 10. leguntur à Deo igne percuſſi, qui indigne, & male in ſacerdotio ſuo ſe habuerunt, ignem alienũ in altari ponẽtes: ita ꝑdicti, qui in cordis altari ignem imponunt diaboli: i. diuerſorum peccatorũ, nec per prædictos præmuniuntur, cum & Moyſes per illos omnes alios præmuniant, vindictã oſtẽdẽs & dicẽs: hoc eſt, quòd locutus eſt dominus: ſanctificabor in his, qui appropinquãt mihi. Et Leuit. 21. ſacerdos non contaminetur. Si vero ipſi ſint cõtaminati ruina non tantum ſubditis, ſed etiam toti imminet eccleſiæ. Sicut nanq; tempeſtas, & nigredo, & obſcuritas ĩ nubibus eſt cauſa tempeſtatis in terra, & mari, & obnubilationis, & obſcuritatis in omnibus partibus inferioribus: ita in propoſito. Quod pulchre oſtenſum eſt in omnibus euangelijs, in quibus patet, quod obſcuritas perſecutionis Chriſti in ſacerdotibus conuenerunt, inquit principes ſacerdotum. Lu. 20. fuit cauſa obſcuritatis eiuſdem perſecutionis in laicis, & ſubditis dicentibus: crucifige: qđ apertius patet. Marci. 15 vbi dicitur, ꝙ Põtifices cõcitauerunt turbas: vt magis Barrabam dimitteret eis. Quòd inſuper ruina imminet eccleſiæ: patet. O. 6. 21.

¶ Sanctitas. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Ad ſanctitatem mouere nos deberent præmij magnitudo, diuturnitas, & iucunditas,*
2 *Exempla ſanctorum.*
3 *Facilitas perueniendo ad cœlum.*
4 *Voluntas Dei, & vtilitas propria.*
Dei vocatio, ſimilitudo, & receptio. ibidem.
5 *Sanctitatis effectiua, & conſeruatiua cauſa eſt Deus, qui eam in nobis efficit, & conſeruat, per ſeptem media. num 6. 7.*
8 *Sanctitatis deſtructiua ſunt ſeptem, & totidem eiuſdem ſignificatiua, & oſtenſiua. num. 9.*

Anctitatis, ſeu ſpiritualis ſanitatis. Primo quędam ſunt motiua. Secundo quędã ſunt effectiua, & cõſeruatiua.

¶ Tertiò quędam deſtructiua, & quędam ſunt ſignificatiua, & oſtenſiua Circa primũ ſeptem ſunt oſtendenda, quę nos ad magnam ſanctitatem habendam mouere, & hortari deberent.

¶ Primo nanque nos mouere debet pręmij magnitudo, & diuturnitas, & iucunditas: Si enim pro mercede homines maximos, & viliſſimos ſuſtinent labores: ſicut patet de cloacarijs, ergo & nos labores proprię ſanctificationis, vt computari poſſimus inter illos. Sapien. 5. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt, de quorum quolibet in Pſal. 20 Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo. Et iterum ibidem. Poſuiſti in capite eius coronam; ſcilicet in capite martyrum, de lapide pręcioſo propter mortis duritiam: virginum de auro propter earum munditiam Eccle. 65. Corona aurea ſuper caput eius: doctorum de ſtellis propter claram doctriuam. Apoca. 12. In capite eius corona ſtellarum Sicut ergo ſancti ſequentes, & alijs poſteriores ſemper laborioſe nitebantur inter illos computari, & ſortem inter illos accipere, qui pręceſſerunt, vt virgines cum uirginibus per magnam tentationum reſiſtentiam: ita oportet nos. Videatis ergo ſi inter aliquos de prędictis computari, et coronari meruiſtis,

Artic. 1. 1

13

tis, diligenter conscientias & opera vestra examinate, quibus illorum sortẽ traxistis. Et si cum aliquibus in gradu aliquo vos inueneritis, pmanete gratias agentes, & qui sanctus est sanctificetur adhuc Apoc. 22. Si vero vos eis dissimiles inueneritis, sanctificamini: cras enim idest post mortem vestram faciet dominus inter vos mirabilia Iosue 3. secundo ad hoc nos mouere deberent sanctorum exempla: sicut ostẽsum est E.7.7. Et F.3.2. cum sequenti. In hoc ergo casu debet esse de nobis seruiẽtibus in ecclesia, idest in Dei curia, sicut est de seruiẽtibus in curijs magnorum. Ipsi nanque multum conantur de minori, & inferiori officio, & statu ascendere ad maius officium, & maiorem honorem, & quid considerant, vel cogitant, vel operantur vt habeant, quod optant? Certe respiciũt, & cogitant, quòd dominus honestus, & sapiens illos, qui bene, & fideliter se habuerũt in minori officio, vel statu, ponit in maiori, & ad maiora promouet, cũ tẽps occurrerit, & quod illos, q infideliter, & male se habuerũt in paruo officio, de tota curia eijcit, vel forte incarcerat, & suspẽdit, nec in minimo officio esse permittit. Ex qua visione, vel cogitatione moti nituntur, si sapiẽtes sint, primorum sequi cõditionem. Sic nos &c. Quomodo bonos Deus exaltauit, malos vero in puteum deiecit inferni, quorum quilibet in terra sanctorum iniqua gessit, non videbit gloriam Dei. Esa. 26. Seruiamus ergo illi in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Lu. j. Qui elegit nos, vt essemus sancti, & immaculati. Eph. j. vt possitis comprehendere cũ omnibus sanctis.

3 ¶ Tertium motiuum est facilitas illuc veniendi. Olim enim via ad cœlũ nõ erat trita nec à multis scita. Trita nõ fuit: quia nulli in veteri testamẽto per illã ambulant, ppquod apostolus Heb. 9. de illo testamento loquens dicit. Nondum propalatam esse sanctorum viam. Sed tunc illam tritam fecerunt, & facilem ostenderunt populi de omni statu & omni ætate. Vnde August. de doctrina Christiana. Considera quot millia martyrum certam tibi fecerunt viam, transierunt virgines, transierunt martyres, transierunt pueri, & puellæ, & adhuc tu times, vbi timendum non est? Quia sicut pastor aliquas oues vltra aquam trahit: vt aliæ sine timore sequantur: ita Deus omnes sanctos ultra mare huius mundi attraxit, & ductores misit. V.3.7. ad confirmanda corda nostra sine querela in sanctitate. 1. Thessal. 3.

¶ Sed heu quia multi non sperauerunt mercedem iustitiæ, nec iudicauerũt honorem animarum sanctarum. Sap. 2.

¶ Quartũ motiuum est uolũtas Dei, & vtilitas propria: Si enim irrationalia obediũt volũtati diuinæ, quãto magis rationalia. Et si infirmus obedit voluntati medici, quantomagis spiritualiter infirmus. De qua volũtate. j. Thessalo. 4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. 4

¶ Quintũ est Dei vocatio. Si canes, & aues obediũt uoci domini sui, & dęmon imperio Christi, peiorem se esse dæmone ostendit, qui peccatum suum immunditiæ locum deserere non vult propter eum, de quo. j. Thessal. 4. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Sed heu si ribaldus clamaret bannũ regis nullum auderet contradicere, & nũc multi clamat bannũ regis æterni. i. animarum sanctificationem, & multi opere contradicunt.

¶ Sextum est Dei similitudo? Filius enim bonus gaudet assimilari patri &c. sic nos conari oportet, vt simus similes illi, qui ait Leuit. 20. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum dominus Deus uester.

¶ Septimum est digna Dei receptio. Sicut nanque subditi, qui timent uel amant dominum suum domum suam mundant, ut dño intrante honeste recipiat. Sic Eccl. 2. Qui timẽt

domi-

dominum sanctificabũt animas suas, &c quia domũ tuã dñe decet sanctitudo: Psal.92. Multum ergo errant, qui de templo Dei, de quo.1.Corinth.3. Templum Dei sanctum est, quod estis vos, faciunt peccatorum sterquilinium, quibus præcipitur.2.Paral.29. Sanctificate, & mundate domum domini.

Artic.2. ¶ Huius autem sanctitatis effectiua, & cõseruatiua causa est ipse Deus.
5 Leuit. 20. Ego dñs, q sanctifico vos: Sicut medicus seu medicina efficit sanitatẽ in infirmo: sic Deus pacis sanctificet vos p omnia. 1.Thess.5. Hãc autẽ sanctitatem seu sanitatẽ efficit in nobis, & conseruat Deus per septem media.

¶ Primo per cordis contritionẽ, & oris confessionem. Sicut sanat medicus patientẽ per sudorẽ, & minutionẽ, sic sanat Deus cõtritos corde: Psal. 147. Secundo per fidẽ. Sicut per lucẽ redit quis ad viam quam amisit, & in ipsa se tenet, sic fides tua te saluũ fecit. Lucę 7. Tertio per spẽ. Sicut laborans p mercedis, & infirmus spe sanitatis multa sustinẽt sic spe salui facti estis ad Roma.8. Quarto per charitatem. Sicut nanque infirmo dicitur sis cordis boni, & hilaris: quia hæc iuuant ad sanitatem: ita spiritualiter sic facite, & salui sitis. Ecclesiast. 3. Quinto per iustitiam reddendo cuilibet, quod suum est: quia sicut in curia iusta iustus liberatur & saluatur: ita salus iustorũ a domino: in Psal. 36. Sexto per abiectionẽ malæ societatis, & bonę societatis dilectionẽ. Sicut p mẽbri putridi abscisionẽ, & bonorũ mẽbrorũ cõseruationẽ: sic cũ sancto sanctus eris: in Psal. Septimo per perseuerãtiam in omnibus prædictis. Sicut nanque laborans multa perseueranter sustinendo sustentationẽ acquirit: sic qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Matth.24.

6 ¶ In hac autem perseuerantia multas patietur tribulationes, per quarum sufferentiam salus sua augmentabitur, & preciosior erit, & pulchrior. Sicut os in albũ igne fit albius: sic ossa Ecclesię, de qbus Threñ.1. De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me, idest ad sanctos viros. Qui dicuntur ossa Ecclesiæ propter tria.

¶ Prima sicut ossa totũ corpus sustẽtant: ita &c. Sicut patet de Loth: qui sustentauit Sodomam: quandiu in illa mãsit, & etiã Segor. Gen.19. Secundo quia sicut fortitudo corporis iudicatur ex grossitudine ossium, & non carnis: ita fortitudo, & bonitas ecclesiæ, & cuiuscunque status ex bonis, & sanctis viris iudicatur, & ostenditur, & nõ ex carnalibus. Tertio: qa sicut caro faciliter cedit, sed os fortiter resistit impellenti: ita spiritus quidẽ promptus est caro autem infirma. Matth.26.

¶ In aliquibus vero de istis ossibus misit ignẽ tribulationis, & martyrij, vt albiores fierent: sicut ossa in igne: quia sicut ignis desiccat medullas, & humores interius in ossibus latẽtes, & ea sic facit albiora: ita tribulatio desiccat omnẽ carnalẽ delectationẽ, quæ per medullam signatur pro tãto: quia sicut medulla crescit Luna crescente, & econuerso: ita delectatio carnis, crescente carne delicate nutrita, crescit: ipsa vero per tribulationem decrescente, decrescit, & spiritus fortificatur, & fit interius albior per munditiam: sicut decet sanctos Dei. Eph. 5. Et sic uerificatur illud Hie.30. Tempus tribulationis Iacob, & ex ipso saluabitur. In aliquibus 7
vero de istis ossibus misit ignem diuinæ, & supernæ charitatis, quæ pro tanto ignis de excelso dici potest: quia ignis de excelso fulgur videlicet, seu corruscatio quandoque aurum, & argentum in bursa consumit: sicut ostendit Albertus super librum Metheororũ, & bursam illęsam derelinquit: ita ignis prædictus, & argentum in pauperum consumit necessitatibus, & auaritiam in corde consumit, & non tantum cor illęsum dimittit: sed q plus est aliquid

purgat,

purgat, & perficit, & sanctificat illius videlicet de quo verificatur illud Eccle. 51. In medio ignis nō sum æstuatus, in quo fuit sicut dicitur. Eccle. 30. Thesaurus sine defectione sanitatis.

¶ Sed hæu Micheæ. 7. Perijt sanctus de terra, & iustus in hominibus non est: omnes in sanguine insidiantur, & vir fratrem suum venatur ad mortem:

¶ Notate verba: perijt sanctus de terra: quia illi, qui nunc locum tenent in ecclesia sanctorum, vt in pluribus, nō sunt interius sancti: sed tantum exterius: sicut imagines sanctorum superædificati super fundamentum apostolorum, & prophetarū: quia sicut imagines sanctorum apparatum habent deauratum in barba, & vestimentis, & curiose factum, & interius vt frequenter sunt putridæ, & à vermibus comestæ: Sancti vero in se dum vixerunt cō trarias habuerunt virtutes, qui fuerūt pulcherrime ornati interius in anima & exiliter in corpore. Sicut patet de Ioanne Baptista, qui erat vestitus de pilis camelorum ita qui nunc loca sanctorum, & antiquorū bonorum Christianorum in omni statu ecclesiastico-ligioso, & seculari, vt in pluribus de ornatu pulchro, & curioso multum curant exterius, & interius sunt gratia vacui & peccatis putridi, & à dæmonibus corrosi, & sic in imagine pertransit homo: in Psal 38. Pater sanctificat eos in veritate. Ioan 17. In quo facto vosipsi iuuate, & dominum Iesum Christum sanctificate in cordibus vestris. 1. Petr. 3.

Art. 3. ¶ Cuius quidem sanctitatis seu spiritualis sanitatis septē sunt destructiua, & septem sanitatis recuperate seu
8 adeptæ ostensiua. Primum vero destructiuum est superbia, per quam infirmabatur filius reguli. Ioan. 4. Secundum est inuidia: quæ illos excæcauit in templo. Ioan. 12. Tertium est ira, per quam demoniacus vexabatur Mar. 5. Lucæ. 8. Quartum est accidia, quæ languere facit seruum centurionis. Lucę. 7. Quintum est auaritia, quæ aridā fecit manum Matth. 12. Sextum ex gula, quæ fecit hydropicum per ebrietatem Lu. 14. Septimum est luxuria, quę signatur per mulierem habentem fluxum sanguinis Luc. 8. Sed quia ille, de 9
quo dicitur in Psalm. quod sanat omnes infirmitates eorum: omnes istas tunc sanauit infirmitates, sicut in locis patet præallegatis. Si vultis scire, si etiā omnes tales in vobis sanauit infirmitates, videte, & cognoscite per septem signa, quę omnia accipiuntur per similitudinem signorum in illis, qui sanantur corporaliter. Quorum primum est cessatio doloris interioris, id est pax conscientiæ. Prouerbiorum. 16. Dulcedo est animæ sanitas cordis. Secundum est in febricitantibus cessatio motus, sic à peccando. Leuit. 13. Si quidem lepra non creuerit, sanus est. Tertium est appetitus ciborum spiritualium. Quartum est contemptus illorum, quæ inordinatus appetitus in infirmitate desiderauit: sicut potum & huiusmodi. Quintum est restitutio coloris, idest honestæ conuersationis. Sextum est uirtus bene ambulādi. Septimum est fortitudo bene operandi, & grauia sustinendi. Sic enim facta est iudæa, id est confessio, sanctificatio eius: in Psal. 113. Et Sic florebit idest ostenditur sanctificatio mea. Vide ad propositum. F. 4. 37. cum sequenti.

¶ Sapientia. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Sapiētia duplex aliæ specialis, alia generalis: specialis in quatuor membra diuiditur: generalis in duo, quæ illa quatuor complectitur. num. 2.*

3 *Differentiam inter veram, & falsam sapientiam.*

4 *Sapientiæ differentia in multis sapientibus diuersis modis ostenditur.*

5 *Sapientia vera consistit in cognitione, &*

& in discreta suiipsius gubernatione, non autem in magnitudine scientiæ literarum.num.6.7.8.

9 *Vera sapientia est bene uiuere in vocatione qua quisque vocatus est.*

10 *Vera sapientia sicut humilitate acquiritur, ita augmẽtatur, & cõseruatur.*

11 *Omnes debent conari talem acquirere scientiam propter eius excellentem nobilitatem; tum maxime omnes Christiani.num.12.*

13 *Falsorum sapientum peruersitas, & periculum ostenditur.*

14 *Quomodo iuniores falsi sapientes decipiuntur præcedentium sapientum verbis, & exemplis, necnon proprijs præsumptionibus, & cogitationibus num.15. 16.*

17 *Alius est finis sapientiæ veræ, alius falsæ veræ namque est ducere ad Deum, falsæ uero ad diabolum. numero 18.*

Apientiæ, primo ostenditur diuersitas, seu distinctio. Secundo quomodo hæc sapientiæ differentia in diuersis sapientibus diuersis modis ostenditur. Tertio in quibus rebus, seu virtutibus, vel operibus vera consistit sapientia. Quarto quomodo acquiritur. Quinto falsorum sapientium ostenditur periculum. Sexto quomodo sequentes falsi sapiẽtes præcedentium decipiuntur verbis, & exemplis, & proprijs præsumptionibus, & cogitationibus. Septimo tam viri sapienis, quam etiam apparentis ostẽdentur fines, & finium diuersitas.

¶ Quantum ad primum sapientiæ datur distinctio: vna spiritualis, quæ in quatuor membra diuiditur: & alia generalis, quæ illas quatuor partes sub duobus brachijs cõplectitur.

Artic.1. ¶ In speciali nanque quędam in est
1 sapientia, quæ videtur, & non est, sicut auricalchum, seu cuprum videtur aurum: & cuculus videtur auis nobilis, & noctilucę, & squamępisciũ, & partes cuiusdam ligni putridi videntur res aureę, & pulcherrimæ de nocte ignorantibus. Istam vero sapientiam habentes sunt prouidi in terrenis. Nam filij huius sæculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua Luc. 16. Ecce quam signanter veritas notat noctiluculam dicens in generatione sua, id est, in nocte huius sęculi non in die alterius sæculi, quando in hoc casu vnum exprimens aliud excludit, vel in generatione sua.i. in his terrenis delectationibus, diuitijs, & honoribus: quia in alijs.i. diuinis imprudẽtes, & negligentes sunt. Hieremiæ 3. Filij insipientes sunt Roma. 1. dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.

¶ Stulti nanque omnes tales prius proprijs fiunt voluntatibus, & operibus: sed in morte tales esse ostenduntur ab illo, qui dicit: perdam sapientiam sapientium.1.Cor.1. & prudentiã prudentium reprobabo.

¶ Alia sapientia nõ videtur esse, & est, qualis est sapientia sub humilitate, & abiectione abscondita, & quòd homo sit prouidus in diuinis, & in operibus spiritualibus, omnia sua propter Deum dimittendo, abiectam, & pauperem, vitam ducendo, iniurias remittendo, erga se inimicos se beneuolum ostendendo. Quod nanque hæc vera sit sapientia apud Deum, quæ hoc abscondit à sapientibus, & mundi prudentibus, & reuelauit ea paruulis idest humilibus Lu.10.Matt. 11. sapientiam præstans paruulis in Psalm. suo patet tã opere, in quo hæc omnia ostendit, quam doctrina, qua docuit.Lucæ.12.dicens. Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam: facite vobis saceulos, qui non veterascunt, thesaurum in cęlo indeficientem quo fur non appropiat. Hęc enim Christus operando, & docendo sicut dicit Apostolus.1.Cor.1. Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. Quæ namque 2

apud

apud mundum maior stultitia, quàm facere, quæ prædicta sunt. Nam verã sapientiam, quæ in prædictis consistit virtutibus, & operibus, mundus, & mundialiter viuentes, apud quos sapiens reputatur, qui scit ditari, honorari, facere partem suam bonam per fas & nefas, de inimicis se fortiter uindicare stultitiam reputant: quia nõ habent in videndo medium, vel lumen debitum, idest gratiam. Ideo sicut videns baculum rectum dimidium in aqua, ipsum curuum reputat: quia uidet ipsum per medium non proportionatum, idest aquam: ita prædicti hac de causa sapientiam rectam curuam reputãt, & stultitiam, ipsamque paruipendunt, sicut pueri & porci lapidem preciosum: quia in Dei sapientia non cognouit mundus. 1. Corinth. 1. Ergo si quis inter vos videtur sapiens in hoc mundo, stultus fiat prædicta stultitia apud mundum: vt sit sapiens vera sapientia apud Deum. 1. Corinth. 3. Nã sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. 1. Corinth. 3.

¶ Tertia sapientia nec videt̃ nec est, qua utuntur homicidæ: & latrones, & alij notorij peccatores, qui sapientes sunt, ut faciant mala. Hiere. 4.

¶ Quarta uidet̃, & est, quã habet ille, qui bene agit, & bene docet, qui est dilectus Deo, & hominibus. Eccles. 45. Quia vero pauci tales: de tali dicitur singulariter. Prouer. 3. Beatus homo, qui inuenit sapientiam.

¶ Secunda vero pars huius articuli, dũ secũdã, & quartã verã, & primã, & tertiã falsam vocat sapientiam, quatuor prædicta mẽbra sub duobus cõplectitur brachijs, inter quas, idest inter veram, & falsam sapiẽtiã primo talis est in generali differentia, quãtũ ad vsum, qualis inter spõsam, & adulterã: q̃a sicut spõsa habetur vel haberi deberet ad vtilitatẽ, i. ad ꝓlis ꝓcreationẽ, ad Dei honorẽ, & ad finẽ salutis ęternæ. Adultera vero habetur ad voluptatẽ, & ad finẽ dãnationis æternę: ita vera sapiẽtia, quæ spõsæ ad literã cõparatur: Sap. 8. Quæsiui, inquit mihi sponsam, idest sapiẽtiã assumere: est ad vtilitatẽ, & suũ possessorẽ ad vitã ducit æternã dicentem: venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.

¶ Secũda vero, id est falsa est ad voluptatem, & ad damnationem, & mortem æternam: nam sapientia carnis mors est: ad Rom. 8.

¶ Secũdo talis est inter illas differẽtia, qualis est inter aquam, quę currit per venas salsas, & sulphureas, quæ est salsa, & amara, & aquã, quæ descẽdit de nubibus, quæ est dulcis: quia sicut aqua illa terrestris est amara: ita sapiẽtia illa terrestris: de qua Iac. 3. Nõ est hæc sapiẽtia de sursum descendẽs, sed terrena, animalis, diabolica. Terrena, inquit, quia cupiditatẽ & lucra terrena. Animalis quæ potius versatur, quo modo omnis homo est animal, quàm quomodo omnes homines salui fiãt. Diabolica, quæ circa malitiosas versatur falsitates; licet sit dulcis dum est in vsu, dũ videlicet quis per illã lucratur diuitias, delitias, vel honores: tamen finaliter erit amara, qñ dabit cõpotũ de minimo, quod per illã lucratus est. Vnde patet, ꝙ qui ista vtitur, vel viuit sapiẽtia finaliter, cũ finẽ principio cõparauerit, dicere ueraciter poterit illud Apoc. 10. Deuoraui eũ, & erat in ore meo tãquã mel dulce, & cũ deuorassem eũ amaricatus est vẽter meus: 8
q̃a finaliter talis sentiet vẽtrẽ, idest cõscientiã, & omnia interiora amaricata. Alia uero est descendens a patre luminũ, de qua Eccl. 1. Fons sapiẽtiæ verbũ Dei in excelsis est dulcis in principio, sicut mel, sed in fine est melle dulcior: iuxta illud Ecclesia. 24. Spiritus meus super mel dulcis.

¶ Hęc autẽ differẽtia in diuersis ex operibus ostẽditur diuersis: sicut natura arborũ diuersarũ ex diuersitate, & cõditione ostẽditur fructuũ. Sicut ergo arbor bona bonos fructus facit, & ex pluribus, quas habet, radicibus illos fructus producit: ita homo sapiẽs. Primo ex radice fidei fructũ ꝓducit fide-

Artic. 1.
4 Fructus

fidelem, & abijcit alienos: quia homo sensatus credit legi. Dei Ecclesiast. 33. Secũdo ex radice spei in bonis operibus, tãquã operarius propter spẽ mercedis perseuerãter opera producit virtuosa, ex quibus in fine vitæ firmam spẽ habebit in fideli domino mercedis. Prouer. 24. Sapientiã cum inueneris habebis ĩ nouissimo spẽ. Tertio ex radice charitatis opa ostẽdit dilectionis Dei, & pximi. Ex quibus patet ꝙ dilectio Dei honorabilis sapiẽtia est. Eccl. 1. Quarto ex radice timoris pęnę vitat peccata: sicut tẽtat⁹ de latrocinio resistit timore suspẽdij. Prouer. 3. 14. Sapiẽs timet, & recedit a malo. Quinto ex radice iustitiæ reddit vnicuique debita. Prouer. 20. dissipat impios rex sapiens.

¶ Sic ex fructib⁹ istius arboris ostẽditur, ꝙ de illa veraciter dicit. Prou. 3. ꝙ est lignũ vitæ: quia hæc dat, & pducit vitã gratiæ, & in futuro vitã glorię, & sic primi, & purissimi fructus eius. Prouer. 3. Hũc ergo fructũ mundi sapiẽtes nõ producũt, nec eis sapit: quia dicitur. Eccl. 6. Aspera est nimis sapiẽtia ĩndoctis. Vnde Chryso. super Matt. Homi. 54. Peccatoribus si volueris loqui de spiritualibus rebus, non intelligũt verbũ, nec sentiẽt ibi dulcedinẽ, nec est possibile, vt inter amaritudines peccatorũ sentiatur dulcedo semonũ: Sicut si in magno vase aceti modicã guttã mellis immisceat, & mel perdit, & acerbitas aceti non mutatur. Sicut etiã si ostẽdis herbã viridem leoni, vel cãpũ plenũ floribus, nõ excitat eũ ad cõcupiscẽtiã: qa nõ hẽt hoc in natura, vt herbas mãducet. Et ecõuerso: si ostẽderis boui, carnes, nõ eas cognoscit: qa nõ est bobus, vt carnes mãducẽt. Sic si homini mũdiali cœlestia loquaris, nõ videt, nec cõcupiscit. Quod si habentem oculos ęgros ponas in aliquo loco obscuro, uidet melius: si autem ponatur in sole vix, & cum pœna videt: quia oculus æger solis candorem non suffert: Sic & homo mundialis, q oculum, idest mentem habet sordidã, & turbulentem & in rebus mundialibus sapit, & astutus est: si autem trahis eum ad res spirituales, nihil sapit. Et quẽadmodum pluuia super lapidem cadat exterius madescit: sed ĩtus siccus pmanet: Sic taliũ hominũ aures verbum percutit, sed in cor nihil descendit. Et sicut sapientia foris prædicat. Prouer. 1. quo contra dicitur. Prouerb. 14. ꝙ in corde prudẽtis requiescit sapientia, & sic ex diuersis operibus, & receptionibus ostendunt, qui sunt veri, & qui falsi sapientes.

¶ Ad hoc vero, quod veram habeas sapientiam tam ex operibus, & receptionibus illorum, quàm etiã ex alijs euidẽtijs disce vbi sit sapientia. Baruch 3. 1. in quibus virtutibus, uel rebus, & operibus. Artic. 3.

¶ Pro quo est considerandum, quòd maxima sapientia consistit in cognitione, & discreta suijpsius gubernatione, & non in magnitudine scientiæ literarum. 5

¶ Primo ergo ostendetur affirmatiua, & secundo negatiua, & tertio inferetur conclusio. Affirmatiua primo ostenditur ex verbis August. 4. de ciuitate. Scientiam, inquit, cęlestium terrestriumque rerum magnam æstimare genus humanũ solet, in quo pfecto meliores sunt, qui huc scientiæ præponunt nosse seipsos, laudabilior est animus, cui nota est sua infirmitas, quàm qui ea non respecta vias syderum scrutatur. Summa ergo Philosophia est seipsum cognoscere: qa vt ait Isaac de definitionibus. Philosophia est cognitio suijpsius. Vnde & apud gẽtiles in frõte tẽpli fuit scriptũ ex sententia Delphici oraculi, idest Apollinis. Ad beatitudinẽ perueniens, si te agnoueris, vnde & hoc oraculum Apollinis de cœlo descendisse credit, nochis elycon, idest scitote ipsum: put dicitur Policratico. l. 3. c. 2. Secundo idẽ pbatur ex sententia Platonis, sm quẽ, vt ait Alphorabius li. de diffinitione Philosophię. Philosophia est tædiũ, & cura, & studium, & sollicitudo mor-

tis: per solicitudinem mortis volens intelligere motificationem vitiorum, & prauorum desideriorũ, & carnaliũ voluptatum. Cui concordat Tul. li. 1. Tusculanarum quæstionũ, vbi loquẽs de Socrate ait. Tota vita Philosophorũ est cõmendatio mortis: vt ait Socrates. Tertio idem ostenditur ex auctoritate Hieronymi super illud Esaię 3. Consiliarius nõ est tibi. Et Micheę 4. Gręci, ĩquit, poetę laudabilis est sentẽtia: primũ esse beatũ, q per se sapiat. Secũdo qui sapientem audiat: qui vero vtroq; careat hũc inutilem esse tã sibi, quàm alijs. Et de tali dicitur Sap. 9. Si quis erit consummatus inter filios hominum, si abfuerit ab illo sapientia tua, in nihil computabitur.

6 ¶ Negatiua vero videlicet ꝙ sapiẽtia vera nõ cõsistit in scientia literarũ: quia, & ꝙ vera sine illa haberi potest. Exẽplũ. Primo ostẽditur p exẽplũ cõtẽtũ in vi. pa de Antonio heremita, qui quibusdã Philosophis ad se venientibus, & eius sapientiã in responsis, & doctrinis admirãtibus, cũ literas nesciret, respondisse fertur, quęrẽdo ab eis: quod horum esset prius literę videlicet vel scientia, seu sapiẽtia, qui responderunt ꝙ sapiẽtia, seu scientia: quia sine illa nullus literas inuenire, vel ordinare potuit. Quibus ille: quę ergo mihi necessitas literas discere, vel scire cui melius est orare: & dicere cũ Dauid. Bonitatem, & disciplinã, & sciẽtiã doce me: quoniam sicut dicitur Dañ. 2. Deus dat sapientiam sapientibus: nam & ipse Dauid sapiẽtiam de dono Dei, plus quàm studio habuisse ostendit p hoc, ꝙ dicit: quoniam nõ cognoui literaturã introibo in potẽtias domini, Deus docuisti me a iuuentute mea: Psal. 70. Ecce ostẽdit, quòd rex ille Dauid, de quo dicitur 2. Reg. 24. ꝙ sedit Dauid rex in cathedra sapientissimus tantã habuit sapiẽtiã dicens. Deus docuisti me a iuuentute, & non in libris Aristotelis, vel Sophismatũ. De quib⁹ dicit Seneca Episto. 45. Illa discere Sophismata, nec ignorãti nocet, nec sciẽtem iuuat. Et lib. 2. de beneficijs. Istę ineptiæ poetarum relinquãtur, quib⁹ aures oblectare propositũ est, & dulcẽ fabulã inuenire. Sed qui ingenia sanare, & fidẽ rebus humanis retinere ac memoriã officiorum animas ingerere noluerunt, serio loquantur, & magnis viribus agãt: sicut patet per hoc quòd ait: non cognoui literaturam.

¶ Quid ergo docuit eum a iuuẽtute? vel in quibus rebus, vel quæ facere, per quem tantam habuit sapiẽtiã, ex diuersis sacræ scripturæ ostenditur historijs, in quibus inuenitur quomodo didicit a iuuẽtute prius vrsum, & leonem occidere, quàm contra Goliam pugnare, & vincere. In quibus ostenditur, ꝙ sapientia nostra debet esse in vitiorum expugnatione, & pugna, & victoria cõtra inimicos animę, & in defensione animæ, & non alias nouas vanitates inuenire: Quia dicit Seneca li. 1. de beneficijs. Non refert quàm pauca sciat luctator, si sciat quãtum victoriæ satis est. Si in studio multa delectant, pauca vincunt, licet nescias, quæ ratio oceanum effundat, & reuocet: cur pariter natis fata diuersa sunt, non multum tibi nocebit transisse, quæ nec licet scire: nec prodest. Quicquid enim nos meliores, bonosque facit aut in ipso, aut in proximo posuit. Cui concordat Chrysostomus: super illud Matth. 11. Nemo nouit patrem, nisi filius: dicens, quòd sapientia nõ est eloquia Dei scire, sed secũdum eloquia Dei viuere: qui, ĩquit, sunt veri sapientes, isti Philosophi, & oratores in naturali scientia, & literarũ examinatione execcati sunt, de Dei natura cõtendebant, nõ Deũ inuenire cupientes, sed altissima dicere desiderãtes, victi sunt ingenio, defecerunt sermone, in vltimo nihil amplius se inuenire potuisse confessi sunt: nisi quia deus incognoscibilis est, & sic qui nescit vltra transire, necesse est ꝙ per eãdem viam reuertatur. De tali nanque sapiẽtia dicitur Ecclesiastes 1. In multa sapientia multa indignatio.

¶ Ad

7 ¶ Ad cuius cõtrarium omnes hortatur Apostolus. 1.ad Corinth.4. A vobis, inquit, discatis ne unus aduersus alium infletur. Secundo didicit Dauid a iuuentute sua gregem patris sibi cõmissũ custodire, & docere filios Israel, quod haberent artem sagittandi: sicut patet. 1. Regum 17. Ad quod etiã omnes hortatur. Iudic. 3. Discant, inquit, filij Israel certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliãdi. In quo datur intelligi, ꝙ sapiẽtia Christianorum maxime officio, vel statu præpositorum non debet esse tantum in defensione, & spirituali custodia ꝓpria, sed etiam in doctrina, & prædicatione, quomodo alij se defendere debeãt prædicãdo, & dicere illud Esaię 1. Discite benefacere. Exẽplũ ad hoc. P. 3. 13. 56. &c. Ad istam sapiẽtiam discendam hortatur Hieronymus in Epistola quadã ad Augustin. Discamus inquit, in terris, quorum scientia maneat nobis in cęlis. Exemplum ad hoc in natura irrationali. Nã si formicę discunt laborare in ęstate, de quo viuunt in hyeme: ergo multomagis rationalis creatura circa hoc hic laborare deberet, de quibus alibi viuere possit. Ergo vade ad formicam, o piger, & considera vias eius, & disce sapiẽtiã. Prouer. 6. Sed heu nonnulli modernorum studẽtium potius à cicada discere videntur, cum vocũ confusione alte clamare: ideo mẽdicabunt in hyeme, & non dabitur eis: quoniam cum vacuis lãpadibus clamabũt cũ fatuis virginibꝰ, de quibus verificatur illud Baruch. 3. quoniam non habuerunt sapiẽtiã, perierunt propter suã insipientiam: quia secundum Richardum. Scientia foris stat, vbi amor intrat.

8 ¶ Conclusio est: quòd volentes cum Dauid discere sapientiam tam circa gubernationem propriã, quàm alienam, plus bonitati studeant, quàm scientiæ. Et in gubernatione propria faciant tria, quæ docentur in Apocriphis Esdræ.

¶ Reuoces diem præteritum, idest reducas ad memoriam dies præteritos, & tempora, in quibus peccasti, & festina agere pœnitentiam. Secundo numera, vel mensura ventum, idest diligenter cõsidera in præsenti vitam tuam, quæ est quasi ventus. Iob 7. Vẽtus est uita mea qualis sit, & ad quẽ finem tẽdat. Tertio pondera ignẽ, idest prouide tibi contra ignem æternũ; ut illũ euadas. In his nanq; tribus tres consistunt partes prudentiæ, & sapiẽtię, de quibus Seneca li. de quatuor virtutibus. Si prudẽs est animus tuus tribus temporibus dispensetur. Præsentia ordina, futura prouide, præterita recordare. Nam qui nihil de præterito cogitat, uitam perdidit: qui nihil de futuro præmeditatur, in omnibus incautus iucedit. Pręd ictis ergo tribus modis callidi est intelligere uiã suam, & in corde prudentis requiescit sapientia. Prouerb. 14. Quantum etiam regi debet, qui alios regere debet, quãtũ ad gubernationem aliorum: vt ad modum sapientis hortulani sciat, quæ amputanda, & quæ irriganda, & fouẽda. Et sicut dr̃ 2. Paral. 2. vt sciat celare, & inuenire prudẽter de omnibus, ne circa amputanda, & corrigẽda superflua, & vitiosa incaute persequens occidatur in anima per odium personæ, vel appetitum vindictæ: sicut Asahel persequẽdo Abner. 2. Reg. 2. Propter cuius contrarium informandũ Spiritussanctus dabatᷣ in specie ignis, & colũbæ, vt denotaret illos, qui Spiritumsanctum acceperunt in vitiorũ expugnatione esse feruentes, sicut ignis, & sine malitia, sicut columba. Et Christus docuit discipulos suos. Matth. 10. esse prudentes, sicut serpentes, & simplices, sicut columbæ. Quod exponens Bern. li. de præcepto, & dispositione dicit. Volens, inquit, ad verum instruere discipulos magister veritatis. Estote, inquit, prudentes, &c. Præmisit ergo prudentiam, sine qua neminem satis esse simplicem sciret: quomodo denique simplex erit oculus cum

ignoran-

ignorãtia veritatis, vnde ad simplicem oculũ requirit, vt ibi sit beneuolentia, qua fallere nollit: & prudẽtia, qua falli nõ possit. Et sic sicut dicitur Prouer. 10. Sapientia est uiro prudentia. Finaliter vnum diligenter considerandum est, ꝙ quantuncunque deductum, & conclusum sit, ꝙ sapientia magis consistat in bonis moribus, quàm scientia: tamẽ vtraque simul meliora, & pulchriora sunt: quia secundum Victorinũ: sicut recitat Tullius primo rethoricæ suæ. Dulce est matrimonium inter sciẽtiã, & virtutem: quia sapientia sine uirtute facit propria peccata defendere, redarguentesque contẽnere, & sic est sapientia in eis, sicut aliquid coquendum in olla sine sale, qđ totũ exit, & sine sale perit. Ioã. 9. quia dicitis uidemus peccatũ in vobis manet: i. in doctis humanę sapientiæ. 1 Corinth. 2. In talibus nanque, uel qui doctores sunt, & peiores amplius manet peccatum: quia seruus sciens uoluntatem domini sui &c. Ex quo patet, ꝙ filij prophetarum, id est filij Christianorum herbas nociuas, & mortiferas colligũt, ex quibus mors in illa causatur cordis, quando secundum humanam scientiam multa sciunt, & seipsos nesciunt: farinam uero saluationis animæ imponẽtes omnia saluare possunt: sicut filij prophetarum, qui per sapientiam tuam saluati sunt. Sapien. 9. Nam sicut ibi dicitur sapientia hominem obseruat, & a doloribus liberat.

Artic. 4. ¶ Ergo necessarium uidetur scire, quomodo uirtus tantę utilitatis acqri
9 possit Circa cuius inquisitionem primo ostendetur intentum uidelicet, quomodo acquiratur. Secundo quomodo habito custodiatur. Tertio, quòd propter excellentem nobilitatem multum deberent omnes conari ipsam acquirere, & custodire. Quãtum ad primum cum uera sapientia sit in uocatione, qua uocatus quis est bene uiuere: ut in præcedenti ostensum est articulo: tot modis, & uirtutibus, & operibus acquiritur, & augmẽtatur, & conseruatur sapientia, quot bona uita: Specialius tamen per humilitatis acquiritur uirtutem: sicut patet in exemplo naturali, & historiali. Naturali primo: quia aquam nullus locus tantum ad se attrahit: sicut locus imus. Nam ubi loca alta aquã, & pluuiam a se abijciunt, imus illam ad se trahit. Sic humilitas, quę de conditione sua cęteris uirtutibus est bassior, flumina illa ad se trahit quę omnes superbia a se abijciunt, de quibus Eccles. 24 Ego sapientia effudi flumina. Iuxta illud Prouer. 11. Vbi humilitas, ibi & sapientiam. Exemplum vero ad hoc historiale vnum notatum est. H. 6 18. Aliud vero fertur ad idem de duobus socijs, quorum unus licet minus ingeniosus: semper tamen in actu scholastico alium præcessit: quia humiliter ab omnibus doceri petijt. Alijs uero de hoc, quòd aliũ in scientia præcessit admirantibus respondit quidem, quòd fuit de illis duobus sicut fuit quondam de duobus mendicantibus, quorum unus habuit paruũ saccum, & iuit ad omnes, & quilibet dedit sibi aliquid: licet parum, sicut pugilum, & huiusmodi: tamen quia a multis parum accipere non erubuit, de sero saccũ plenũ reportauit. Alius uero, qui saccum magnũ portauit, & nõ iuit nisi ad magnos magna petens, nec ad pauperes, nec parua accipere voluit, sed talia erubuit, in sero saccũ uacuum reportauit: Sic in proposito superbius, de quo Prouerb. 14 quærit derisor sapientiam, & non inuenit: & ideo saccum uacuum reportat: quia in maleuolam animam non introibit sapientia. Sap. 1. ubi ille, qui a Deo sapientiam quærit & humiliter petit: quia omnis sapientia a domino Deo est. Eccles. 1. Qui etiam humiliter ab omnibus: sicut dicitur Eccles. 39. sapientiam antiquorum exquirit, reportat saccum plenum, intantum, quòd de illo dici potuit illud Eccles. 47. Impletus est quasi flumen sapientia. Propter quod multi collaudabunt

Exẽplũ.

sapien-

sapientia eius. Ecclesiast. 39.

10 ¶Quātum uero ad secundam partem huius articuli cum eisdem secūdùm philosophum, & nutrimur, seu conseruamur, patet, ꝙ sicut sapientia humilitate acquirit: ita augumētatur & conseruatur, & ostenditur: Ille nāque, qui uere sapiens est, rubo in hoc comparatur Moysi, qui ignem habebat clarum, illumq́; alijs ostendebat: nec tamen in se consumebat: ita hi sapientes ignem habent sapientiæ, & illum alijs ostendunt: quia sicut dicitur. Prouerb. 17. In facie prudentis relucet sapientia, ipse cum humilitate a superbiæ combustione se præseruat.
11 Patet ergo, ꝙ qualis est differentia, inter lumen firmamenti, & candelæ, talis est differentia inter ueram sapientiam, & falsam. Esaię 29. Peribit sapiētia a sapiente.

¶Ex quibus sequitur tertia pars huius articuli, quòd uidelicet multum conari deberent omnis ueram habere, & humiliter ostendere sapientia. Primum quòd uidelicet multum conari deberent tam ex præcedentibus patet sapientię vtilitatibus, quàm etiā ex eius excellenti bonitate, quæ multum, & excellenter commendatur. Primo in libris philosophorum sicut patet primo 6. Ethicorum, cap. 6. ubi philosophus dicit sapiētiam inter uirtutes intellectuales præcipuam simpliciter. Vnde dicit, quòd est scientia rerum honorabilium. Et ideo dicit: quòd ipsa est sicut caput in corpore, per quam omnes aliæ scientiæ diriguntur. Libro etiam 10. Ethicorum, cap. 12. dicit: quòd omnes uirtutes siue speculatiuę, siue actiuæ ad sapientiam reducuntur. Secundo in ritum saracenorum de quo sicut recitatur Policraticon libro 4. cap. 6. vnum tantum quasi Deum deorum, & omnium principem colunt sapientiam: quia omnibus præest. Vnde & philosophi veteres imaginem sapientiæ præ foribus omnium templorum pingi fecerunt hæc uerba scribi debere sanxerunt. Vsus me genuit: peperit memoria. Odi homines stultos, & ignaua opera, & philosophicas sententias, in quibus nulla est utilitas. Tertio in libris legum ciuilium: sicut patet primo. C. libro 2. titu. de aduocatis diuersorum iudicum. l. restituendæ: ubi lex quærit. Si aduocatus, qui in certa curia multa lucratur, possit illa, quæ ibi lucratur hæredibus derelinquere, uel teneatur omnia curiæ relinquere, & tenet, quòd potest illa hæredibus relinquere, quæ licite, & iuste ibi lucratur: quia si illa, quæ ex nobilitate generis possidet, possit hæredibus relinquere, multo fortius quæ sua acquirit sapientia. Quarto istis legibus leges concordant Dei. Prouerb. 8. Melior est sapientia cunctis opibus preciosissimis. Et Prouerb. 16. Posside sapientiam: quia melior est auro. Et Ecclesiastes 9. Melior est sapientia, quàm arma bellica. Et ibidem. Meliorem dixi sapientiam fortitudine. Ad quod ostendendum ponit exemplum Hugo didascalicon. lib. 5. dicens, quòd pondera, quæ aliquando uiribus leuare non possumus, arte leuamus. Ideo dicitur Sapien. 6. Melior est sapientia, quàm uires, & uir prudens magis, ꝗ fortis. Ideo dicit Socrates in sententijs suis. Fortis nemo potest iudicari, nisi & prudens fuerit. Virtus enim sine sapiētia temeritas periculosa est. Ad idē Hieronymus super Oseę. Prudentia absque simplicitate malitia est, & simplicitas absque ratione stultitia nominatur. Quascunque tamen uirtutes, siue alia bona, & potentiam, uel huiusmodi sacra scriptura omnibus sapientiam pręfert dicens. Sapien. 10. Omniū potentior est sapientia: propter, quod dicit Sapien. 7. Inuocauit, & uenit in me spiritus sapientię: & proposui illā gentibus, & regnis, & diuitias nihil esse dixi in comparatione illius.

¶Secūdū mēbrū, ꝙ uidelicet Chri- 12
stiani sapientiā suā ostendere, & in sa-
piētia sua humiliter se hr̄e debēt ostē- Exēplū.
dit primo exēplo antiquorū sapiētū.

De quibus refert Valerius scribens de quibusdã piscãtibus, & tabulã aureã trahẽtibus, de qua cũ Apollinis requireret cõsiliũ, cui deberet dari, respondit, ꝙ sapientiori de septem, quam cũ eum cuilibet illorũ singillatim offerrent, nullus illam accipere uoluit, humiliter asserens alios esse sapiẽtiores, & quodlibet illã sub humilitatis obtentu refutante tandem illam Apollini consecrarunt. Si illi sapientes infideles cum tanta humilitate sua vsi sunt sapientia, multum erubescere deberent Christiani, qui sapientia sua abutuntur in superbia, & malitia. De quibus beatus Greg. 10. moral. exponẽs illud Iob 12. Deridetur iusti simplicitas. Huius mundi, inquit, sapiẽtia est cor machinationibus tegere, sensum uerbis uelare, quæ falsa sunt uera ostendere. Et econuerso honorum culmina quærere, tẽporalis gloriæ uanitate gaudere, erogata ab alijs mala multiplicius reddere, quicquid per malitiam explere non ualet, hoc in pacifica bonitate simulare. Hanc qui sciunt, cęteros superbiendo despiciunt: Iustorum uero sapientia ibi recitatur quasi per conditiones, cõtrarias, & additur pati pro ueritate contumeliam lucrum reputare. Hæc iustorum simplicitas deridetur, & a mũdi sapientibus fatuitas reputatur. Sed finaliter erit econuerso. De hac sapientia scribitur Eccle. 20. Est sapientia, quæ abundat in malo. Talium vero primo patet peruersitas, & secundo periculum. Artic. 5.

13 ¶Peruersitas uero, & vulitas illorum in hoc ostenditur, quòd sunt fimario & rebus fœtidis similes. Quia sicut sol super flores odoriferos lucẽs, maiorem causat odorem: ita sapientia increata radium sapientiæ creatæ ad bonos, & humiles mittens, ipsos facit meliores, & humiliores. Sol uero super fœtida lucens, quanto plus eius participant calorem tanto plus fœtent: Sic isti falsi, & fœtentes coram Deo, quanto plus sapientiam participant, tanto mordaciores sicut canes, & malitiosi fiunt, sicut vulpes: propter quod dicitur Ecclesiastes 10. Preciosior est sapientia parua, quàm gloria. Periculum uero illorum, in hoc timetur, quòd sicut non est proditor peior, quàm ille, qui plus scit de secretis illius, quem prodere vult: ita non sunt Christi nec ecclesiæ, nec ueritatis peiores proditores, nec maiores persecutores, & subuersores, quàm illi, qui per scripturas doctrinam, uel usum, vel per ingenium naturale plura sciũt de secretis Dei, uel ecclesiæ, uel ueritatis, quando ad malũ illa, quæ sciunt, conuertunt: quia ipsi habent scientiã malefaciendi, & uoluntatem: ideo tales sunt, & periculosiores, & magis timendi. Figura 2. Regum 15. David plus timuit consilium Achitophel, quàm omnium surgentium cõtra eũ. Sic de illo, qui sapientia sua abutitur. De quo Esaiæ 42. Sapiẽtia tua, & sciẽtia tua ipsa decepit te. Nec ipsi tantũ, qui quasi senes falsa sapientia ditati alios præcedunt, spiritualiter decipiũtur: Sed etiam alijs sequẽtibus, & quasi iunioribus periculosi fiunt, qui ipsorum uerbis, & exemplis decipiuntur.

¶Circa quam deceptionẽ duo ostẽdentur. Primo quomodo præcedentium decipiũtur uerbis, uel exemplis. Artic. 6. 14
Secundo quomodo propria decipiuntur præsumptione. Tertio uero, & ꝓcisa deceptionis causa: quorumcunque uidelicet: quia Deum præ oculis non habent ostensa est. M. 13. 20. Et F. 4. 28.

¶Primũ uero uideri potest, & ostẽdi per exemplum, quod in fabulis cõtinetur de quodam in lecto iacente, & latronem circa domum audiente, quẽ decepit alte narrando uxori suæ, quomodo omnia bona sua acquisierat latrone audiente. Solebam, inquit, ascendere tectum, & quoddam tale dicere carmen, quo dicto omnes dormierunt, & radium Lunæ amplexando, qui uirtute carminis me sustentabat descendi, & spoliaui omnes: Alius Exẽplũ

vero

vero hoc audiens cacumen ascendit, & carmen illud dixit sicut ab illo didicerat, quo dicto illi de domo finxerũt se alte dormire, & stertere, ex quo ipse dereliquo audatiam sumens radium amplectens fractis cruribus cecidit, & captus, sicut meruerat, & trastabatur: ita nonnullis per mundi fortunam, & sapientiam quasi per radiũ lunæ, qui adueniente in iudicio mortis sole iustitiæ obscurabitur, ditatis, & postea de seipsis, uel alijs pro ipsis narrãtibus, quomodo ditati sunt, vel alijs cogitantibus, quomodo exaltati sunt, vel per principum amicitiam, uel officia, uel legum uel sapientiæ nomen, & honorem. uel quascunque uias, uel falsitates audientes insuper, uel cogitantes ipsos in talibus factis fuisse prosperatos, eundem radium, id est, eundem ditationis modum amplecti nituntur, & finaliter cadunt, & decipiũtur, & capiũtur. Quia sicut ille de domo cecidit, per quam intrare nitebatur, ut ditaretur: ita isti de sapientia mundana, cui innituntur decipiũtur, quæ est quasi domus ruinosa, iuxta illud Ecclesi. 21. Tanquàm domus exterminata: Sic fatuo sapiẽtia, & sciẽtia.

25 ¶Secundum uero, quomodo etiam propria decipiuntur præsumptione, ostenditur per exemplum Primo de aquila. Secundo de vulpe. Ratione primi exempli de aquila est considerandum, quòd sicut ex præcedenti auctoritate beati Grego. supra eod. cap. 12. patet quòd mundi sapientes de sua sapientia præsumentes alios ueros sapientes despiciunt, & seipsos in omnibus alijs præferunt de sapientia sua se iactando. Vnde est de illis, & alijs simplicibus, sicut fabulæ continent fuisse de aquila, & alia de aui minima. Illa nanque de uisu acutissimo, & longa prouidentia, de præda se iactabat, & ut minima auis prudentiam suam in omnibus plus timeret, & uenetaretur, dixit ei, ut dorsum suum ascendens in altum secum ueniret, & potentiam suam experiretur, quam cũ

Et fabulis Aqui la.

ad altissimum locum deduxisset: quæsiuit quid in terris uideret, respondit se nihil uidere determinatum. Non ne, inquit, aquila, uides in aliquo loco vbi, cibum tuum colligere, uel prædã capere posses? quæ respondit, quòd non. Cui aquila: misera modo apparet sapientia, & scientia tua, & potentia, & claritas mea: quia ego uideo prædam meam pinguem: nam cadauer sub nobis ita clare uideo, quod intueor omnes neruos, & quicquid in eo latet, & illud statim erit prẹda mea, & tu misserrima famesces. Aquila uero descendẽte ad cadauer, auicula sepem intrauit proximam, ut uideret finem. Et ecce auceps, qui pro auibus rapacibus capiendis rete suum iuxta cadauer occultauerat, illud extendens aquilam inuoluit. Cui auicula improperãs aiebat. Mõ plus ualet mihi uisus meus, & paupertas mea, quæ nullam uidit, nec accepit prædam, quam uisus, & potentia tua tibi miserrime. Tu iactasti te uidere neruos, & quicquid in cadauere erat: quare ergo stultissima, & aucupem non uidebas, nec rete caue bas? melius fuisset tibi, quod nihil de præda uidisses. Sic erit de mundi sapientibus, qui credunt se omnia uidere, & scire quicquid in negocijs latet, & omnem uiam, per quam prædam capere possunt, & lucrari diligenter intuentur, sed miseri diabolum non uident, qui eis, insidiatur, nec peccati rete, quo inuoluuntur, & ad pœnas inferni ducuntur, quibus melius esset, quòd cẹci essent, & nihil circa huiusmodi uiderent. Quibus dicit saluator. Io. 9. Si cẹci essetis, peccatũ non haberetis: nunc autem, quia uidetis, peccatũ uestrũ manet. Ecce sapiẽtia, qua male utunt, facit quod in rete capiũtur peccati, qbus captis, quia ipsi prius simplices deceperunt, & derisserũt, tũc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, q se angustiauerũt. Sap. 5. improperãtes, & ostendẽtes eis, quõ sapientia huiusmodi mundi stultitia est apud Deũ. 1. Cor. 3. Et quomodo

dicentes se esse sapientes, stultum facti sunt, ad Ro.1. Not.P 5.9. Et V.4.13.

Ex fabulis de vulpe & Catto. Secundum exemplum ad hoc continent fabulæ de vulpæ, qui se iactauit, ꝙ saccũ plenum haberet cautelis cattum despiciens, qui nihil sciuit nisi

16 arborẽ ascendere, canibus eis appropinquantibus, qui cito post arborem ascendente: vulpi a canibus captæ improperando quæsiuit, ubi essent omnes illæ cautelæ. Sic erit de simplicibus, qui contra omnes inferni uenatores, & canes refugium suum habent in arborem crucis: Sicut ille. C.17.25. Et de alijs sapientibus mundi. Nota F.

Exẽplũ: 1.30. Sic de mundi sapientibus quærit apostolus. 1. Cor. 1. Vbi sapiens? ubi scriba? ubi legis doctor? Et posset responderi, quod ibi sunt, ubi nulla est sapientia: quia neque scientia, neque sapientia apud inferos. Ecclesi. 9.

Artic. 7.

17 ¶In quo notatur finis sapiẽtiæ ueræ, mundanæ, seu carnalis, & falsæ. Finis uero sapientiæ ueræ ostenditur. Sap. 6. ubi dicitur, ꝙ concupiscentia sapientiæ ducit ad regnum æternum. Ad quorum intellectum est aduertendum, ꝙ præter differentiam finium vnius, & alterius sapientiæ quæ ostẽsa est primo. A.14.57. ubi per sensibile patet exemplum, ꝙ sapientia huius mundi stultum habet finem. Et iterũ. M.11.146. ubi ostẽsum est, ꝙ uani sunt omnes fines falsæ sapientiæ, & quod multi videntes hoc credere nolunt. Duplex adhuc inuenitur illarum finium diuersitas. Prima ꝙ vna ducit ad Deum: alia ad diabolum. Secunda ꝙ uera in cœlo augmentabitur: falsa in inferno infatuabit. Ex quibus duabus diuersitatibus tanquàm ex duabus præmissis vna infertur conclusio, quod uidelicet tales etiam apud mũdum dici non deberent sapientes.

¶Primum patet per exemplum de aqua funtali in conducta: talis nanq; a loco alto habens originem ad locũ altum ascendit: sic sapientia. Ecclesi. 1. Fons sapientię i. uerbi Dei in excelsis. Et Iac. 3. Quæ sursum est sapiẽtia, primum quidem pudica est: Illa uero, ꝙ bassum habet originem, nunquàm in altum ducitur, nec aliquid secum in altum ducit: sed ad locum illum, ubi traxit originem bene ducitur: Sic illa sapientia. Iaco. 3. non est sapientia desursum descẽdẽs, sed terrena, & falsa, & iõ appetitũ non satiat. Not. A 27.5.

¶In cœlo uero ista augmentabitur. 18
Ibi nanque recipietur ad magisteriũ, qu hic fuerit veræ illius sapientiæ discipulus: Alia uero in inferno auferetur immo potius nulla esse ostendetur: Sicut nanque contingit, ꝙ sophista uerbosus, qui nullam, uel paruam habet scientiam, inter illiteratos sapientem se esse ostendit. Sapiẽtiæ uero superueniente ui argumẽtationis, & rationis ipsum stultum esse ostendit, sic Deus stultam faciet huius mũdi sapientiam. 1. Cor. 1. Hoc nanque Exẽplũ.
ostenditur exemplo de quodam magno clerico, de quo ferẽ, ꝙ post mortem cuidam apparens, & se damnatũ asserens quæsiuit, si mundi finis prope adesset. Cui ille. Tu es magnus clericus, & ĩ alio sęculo ubi deberes ista melius me scire, respondit, non est sciẽtia, neque sapientia apud inferos. Ecclesia. 9. quoniam omnis sapientia eorum deuorata est. Psal. 106.

¶Conclusio ex his manifesta uidetur: quia si apud mundum ille diceretur stultus, qui se totaliter dat vni negotio, & in fine proprio defectu deficit: Sic sapientes huius mundi se, dantur cupiditatibus, & in fine turpissime quo ad mũdum, & quo ad Deum deficiunt: ergo non glorietur sapiens in sapientia sua. Hiere. 9. Quia væ vobis, qui sapientes estis in oculis vestris. Esaiæ 5. Vide. F.4.27.

¶Scientia. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Generalis differentia eorũ, qui student, demõstratur ex D. Bern. & alijs. n. 2.*

3 *Studiũ sacræ scripturæ maximã cõfert vtilitatem suo studioso, & amatori.*

Omnis scientia licita, & honesta est vtilis, quia studentem à tentationibus præseruat. ibid.

4 *Studium seu scientia sacræ scripturæ vtilior est studio alioquin scientiarum propter tria ob quæ plures deberent ei incumbere.*

5 *Scientia Dei consistit in tribus: in bonitate scientis, in disciplina delinquentis, & in medulla virtutis latentis. num. 6. 7.*

8 *Vera sciẽtia acquiritur tribus modis. numero 9.*

10 *Eadem augmentatur & conseruatur tribus alijs modis.*

11 *Exempla, quæ nos mouere debent ad veram scientiam studiosè acquirendam, habemus ex antiquis philosophis, Imperatoribus, & Regibus. numero 12.*

13 *Philosophiæ, & alijs scientijs incumbere debemus, vt meliorem, & clariorem intelligentiam in Theologia habeamus.*

14 *Sacra scriptura, vbi obscure loquitur, quomodo sit intelligenda.*

15 *Contra illos, qui philosophiam leges, & huiusmodi scientias addiscunt nõ dirigendo illas ad sacræ scripturæ notitiam inuectiones faciendæ sunt. numero 16. 17.*

18 *Periculum, & causa periculi, quod incurrunt addiscentes philosophiam, aut alias scientias propter lucrum, vel laudem humanam. nume. 19. 20. 21.*

SCientium, seu studentium. Primo generalis ostenditur differentia. Secundo quantam utilitatem studium conferat scripturarum. Tertio in quibus vera consistit scientia. Quarto quomodo acquiritur augumẽtatur, & conseruatur. Quinto exempla ostendentur ad hanc acquirendam nos mouentia. Sexto qualiter quis in philosophia, & alijs mundi scientijs studere, & sacram scripturam debeat intelligere. Septimo contra aliter in illis studentes faciendę sunt inuectiones. Octauo ostẽdere restat qualia talibus pericula imminent animarum.

¶Ad primum articulum declarandum sic procedit Bernar. super Cant. Sunt qui scire uolunt eo fine tãtum, vt sciant, turpis curiositas est. Et sunt, qui scire uolunt: vt sciantur, & turpis vanitas est. Et sunt, qui scire uolunt: vt scientiam suam uendant, & turpis questus est. Et sunt, qui scire uolunt: vt ardentius ædificent, & charitas est. Tres primo repræhendit primo sacræ scripturæ, secundo Hieronymi, auctoritas. Primũ patet Hieremię 2. vbi de illis conqueritur dominus dicens. Me dereliquerunt fontem aquæ viuę, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non ualent continere aquas. Dicit foderunt: quia cũ labore magno scientias addiscunt curiosas, uanas, atque bursales. Sane sicut maior labor est cisternas fodere: ut de illis aquam habeat, quàm de fonte paratã aquam haurire gratis: & tamen illa de cisterna non est ita clara nec sana, sicut fontalis. Sic cum maiori labore, & expensis prædictæ acquiruntur scientiæ, quàm scientia salutis animę, ad quam gratis accipiendam omnes inuitantur. Esaiæ 55. Omnes, inquit, scientes uenite ad aquas, & qui non habetis argentum: properate, &c. Et simul cum hoc illæ tres sunt turbulentiores, & infirmiores. De quo etiam repræhenduntur in hoc, quod sequitur. Hiere. 2. Quid tibi uis in via Ægypti: ut bibas aquam turbidã, quod quasi exponens Baruch 3. dicit. Filij Agar exquisierunt prudentiam, quæ de terra est: uiam autem sapientiæ nescierunt. Secundo hos autoritas repræhendit Hierony. distinct. 37. nonne, dicens. Nonne uobis uidetur in uanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, q diebus, ac noctibus in dialectica arte torquet, qui physicus,

Artic. 1.

pus, id est, naturalis perscrutator oculos trans cœlum eleuat, & ultra profundum terrarum, & abyssi in quoddam inane demergitur? & ut ad alterã partem transeam, qui diuitias per fas, & nefas quærunt? qui adulantur regibus, hæreditates captant alienas, & opes congregant, quas in momento, cui sint relicturi ignorant? Illi vero, q de tertio modo sciendi: id est qui memoriæ & executioni commendant leges, & decretales bursales: sed euacuãtes nequaquàm. Primo reprehenduntur L.3.10. Secundo a Guilhelmo de Mõte Lauduno in glo. sua super cõstitutiones clementinas. titu. de magistris, cap. 1. in fine. In illo nanque capitulo ordinatur: quòd in vniuersitatibus deberent esse viri catholici sufficientẽ habentes hebraicę, grecę, arabicæ, chaldeæ linguarum peritiam: ut studiosos doceant, quomodo in prædictis linguis contra infideles prædicẽt, quibus vult in stipendijs sufficiẽtibus per ecclesiarum prælatos tã exẽptos, quàm non exemptos sufficienter prouideri. Super quo uerbo dicit glo. dicti Guilhelmi. Hæc uoluntas male producta est ad effectum pro eo, quòd bursæ prælatorum euacuarentur per ipsam: sicut male obseruata fuit illa, & propter eandem causam, quæ est supra de statu monachorum canonicorum regularium; periculoso. lib. 6. In qua dominus Papa præcipit archiepiscopis, & episcopis, q omnes moniales infra perpetuam includant clausuram. Sed illa quæ est lib. 6. de censibus Felicis. In qua ordinatur quales episcopi in suis uisitationib⁹ recipere debent procuratores, & aliæ similes, quæ bursales sunt, optime memoriæ commendantur, sequentes affectionem illius capituli distin. 47. omnes. In quo introducitur beatus Grego. loquens in 19. moral. & dicens. Omnes huius sęculi dilectores ĩ terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus debiles. Nam pro temporali gloria desudare usque ad mortem appetunt, & pro spe perpetua nec parum quidem in labore subsistunt: In terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cœlesti mercede, uel tenuissimi uerbi ferre contumelias recusant; terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt. In oratione uero coram domino, vel vnius horæ momento lassantur. Quos ad fortitudinem in spiritualibus studijs reuocat apostolus, dicens. *Sicut exhibuistis membra uestra, &c. sic, &c. seruire iustitiæ in sanctificationẽ.* Quã autoritatem in prædicto capitulo exponens beatus Gregorius dicit. Eorũ proculdubio infirmitati condescenditur, ac si eis aperte diceretur, si nequaquàm amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operũ, quales fuistis dudum in actione vitiorum, nec debiliores uos habeat sancta libertas aeris, id est, cœli, quos in carne ualidos habuit usus terrenæ voluptatis.

¶Glo. uero Ioannis Andreæ super capitulo præcedenti, de magistris exponens illud. Voluimus prouideri: dicit. Hæc uoluntas in terminis suis manet; quia non fuit de executore puisum, in quo uidetur defectum executionis in Papam retorquere, & cõsilium, qui debuissent de executore prouido prouidisse. In tribus prædictis scientijs non est bonum: iuxta illud Prouerb. 19. Vbi non est scientia animæ, non est bonum, in quibus vero non est scientia animæ, sicut scribitur Prouerb. 22. Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus, & scientia: ut ostenderem firmitatem, & eloquia ueritatis. In quibus correctum exquirit scientiam, Prouerb. 27. id est ueram scientiam de eo, & salutę animę, quam apostolus reputat sibi sufficere. 1. Cor. 2. Non iudicaui, inquit, me aliquid scire inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.

¶Et huius scientiæ occupatio, & dilectio maximam confert utilitatẽ: suo amatori studioso. Circa cuius di- Artic. 2.

ctu

Ad declarationem duo sunt dicenda tanquam præmissę, & tertij est concludendum.

¶Primum dicendum est, quod omnis scientia licita, & honesta est utilis, pro eo quòd studentem a tentationibus præseruat specialiter. Sicut nanque nauis anchoræ ligata ab vndarũ periculis præseruatur: ita cor forti occupatione studij certi ligatum pręseruatur a periculis peccatorum. Vnde Hieronymus super epistolã ad Ephe.1. Si, inquit, quicquàm est in hac uita, quod uirum sapientem teneat inter pręssuras, & turbines mundi, & ęquo animo permanere persuadet, illud esse primum reor meditationẽ, & sciẽtiam scripturarum.

¶Secundum dicendum est, quòd studium seu scientia sacræ scripturæ utilior est propter tria. Primo propter vtilitatum multitudinem. Aliæ nanque, vt dictum est ualent ad vnũ, hæc vero ualet ad multa: sicut patet per illud apostoli 2. Timoth. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata est utilis ad arguendum, ad docendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad opus bonũ instructus. Secundo propter vtilitatũ maioritatem: quia aliæ faciũt cognoscere, uel discernere inter congruum, & incongruum, sicut grammatica, vel inter uerum, & falsum, sicut logica, & sic de alijs: hæc uero clarior est, & ampliorem habet manifestationem: quia manifestat, & cognoscere facit ipsum Deum, in cuius visione uita consistit ęterna. Iuxta illud Ioan. 17. Hæc est vita ęterna, ut cognoscant te solũ uerum Deum, quem inter omnes scientias, uel inter omnia scientium lumina, hæc tantum cognoscere facit, & nulla alia. Quia sicut nullum luminare diuisim, nec oĩa luminaria mundi cõiunctim possunt solem, uel corpus solare ostendere, nisi solus radius ꝓprius: ita nullum aliud scientiæ lumẽ Deum ostendit, nisi tantum lumen scientiæ sacrę, quod est spirituale lumen, & quasi radius ipsius Dei. De quo in Psal. 35. In lumine tuo videbimus lumen. In lumine, inquit, tuo, id est, scientiæ tuæ, quod est clarius, & omnia alio lumine limpidius. Non tantum: quia Deum hic per gratiam, & alibi per gloriam ostendit: sed etiã: quia clarius ad correctionem tam ꝓprios, quàm alienos ostẽdit defectus: quia sicut lumen solare clarius, & uerius, & ad distantius ostendit quid pulchrum, & quid fœdum sit in facie, uel ueste propria, uel aliena, ut tergatur, & corrigatur: ita lux huius scientiæ, de qua Sap. 6. Ponam in lucem sciẽtiam illius, propter cuius lucis claritatem, in qua incomparabiliter omnes alias excedit scientias. August. confes. lib. 4. cap penulti. loquens de alijs sciẽtijs, quarum notitiam ante conuersionem suam plenissime habuit, dicit: quòd habuit faciem ad illuminata, & dorsum ad lumen, id est, ad scientiam de Deo: de qua Sapien. 2. Promittit se scientiam Dei habere, ad illuminationẽ scientiæ claritatis Dei 2. Cor. 4. Tertio propter utilitatum ꝑciositatem, & finalem bonitatem. Pro quo est aduertendum, quòd licet semper bonũ sit scire: sicut patet per hoc: quòd de hoc Deus cõmẽdatur. Sap. 9. Scit, inquit, omnia, & intelligit: tamẽ hæc omnibus alijs est intantum charior, & omnes alias intantum excellit, quòd qui habent omnes alias sine ista, finaliter uani sunt. Iuxta illud Sapien. 13. Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. Qui uero habet istam sine omnibus alijs, hic a morte liberabitur culpæ, & alibi pœnæ. Quod pulchre ostenditur in quadam historia de quodam cuiusdã collegij studioso in epistolis Pauli, de quo fertur, quòd Deo per uindictã collegium cum collegiatis destruente propter eorum demerita, audita fuit vox cuiusdam angeli apparentis, & dicentis. Custodi filium Pauli, & sic patet finaliter: quòd iusti liberabuntur scientia Prouerb. 11. Exẽplũ.

¶Concludendum uero sequitur ex his tribus utilitatibus. Ex illis nanque rationabiliter sequi deberet, quòd hęc scientia plures, & diligentiores habere deberet auditores: quia communiter omnes artifices, & operarij ibi operantur, ubi plures consequuntur vtilitates, & illis operibus cum maiori intendunt diligentia: Sed in ista, ut ex prædictis patet, plures consequuntur utilitates ergo &c. Cuius tamen conclusionis contrarium accidit: quia ubi alij magistri habent centum auditores, magistri in theologia non habebit uiginti: Est enim in schola sua quasi, qui colligit racemos post uindemiatores: quia omnes quæ sua quęrunt: & non quæ Iesu Christi semper discentes, & nunquàm ad scientiam veritatis peruenientes. 2. Timoth. 3. Ideo non est ueritas, non est scientia Dei in terra. Oseæ 4. Quia de ista sciẽtia specialiter uerificatur illud Prouerb. 1. Imprudentes odibunt scientiam. Quibus improperari potest, sicut improperauit ille, qui cecidit in puteum alteri quærenti, quomodo illuc cecidit. De quibus scribit Augu. in quadam epistola ad Hieronymum. Exẽplũ. Quod cum quidam in quendam cecidisset puteum, de quo sine auxilio surgere non potuit, ad quendam prętereuntem clamauit: auxilium petẽs. Cui ille. Infœlix, quomodo illuc cecidisti, & quid illi facis? Cui alius. Insipiens noli quærere quomodo huc cecidi: quia illa disputatio ad meam liberationem nullam confert utilitatem, sed quæras, & dispures, ut sciam quomodo liberari potero: quia illa disputatio erit mihi utilis. Sic dici poterit illis, qui quotidie disputant, quomodo anima corpori infunditur, uel quomodo ibi sit tanquàm forma sola, uel cum alijs sit corporis forma, & his similes quærunt quæstiones, multo utilius esset discere, & disputare, quomodo de corporis carcere poterit ad salutem liberari. Quia sicut dicit August. lib. confess. libro 5. cap. 4. loquens specialiter contra geometras, & astrologos. Sicut, inquit, plus ualet habere arborẽ, & usumfructum eius, & gratias agere, & nescire altitudinẽ, & proportionem eius, quàm omnia hæc scire, & nõ habere fructum eius: ita plus est, & ualet habere finalem vtilitatem de Deo, quæ in ultima dabitur beatitudine, & salutem animæ æternam, quàm scire, & conferre de omnibus Deo attributis, & relationibus, & animæ conditionibus, & prędicto fructu carere ęternæ fœlicitatis. Discamus ergo in terris secundùm Hieronymum, & Augustinum, quorum scientia maneat nobis in cęlis, id est, scientiam de Deo, & salute animæ: quia sicut dicitur Ecclesia. 33. Quare dies diem superat. Et iterum Lux lucem, & animus animum, Sol solem a domini scientia superati sunt.

¶Quæ Dei scientia consistit in tribus: in bonitate scientis, in disciplina delinquentis, in medulla uirtutis latentis. Primum respicit ipsum scientem. Secundum respicit proximum ignorantem. Et tertium respicit ipsam scientiam spiritualiter intellectam. Quę tria simul cõpræhendit. Psal. 118. dicens. Bonitatem, quantum ad primum, & disciplinam, quantum ad secundum, & scientiam quantum ad tertium doce me. De primo dictum est. S. 3. articu. 3. per totum. Quem quidem articulum confirmat Seneca epistola 72. dicens. Relinque istum ludum literarum philosophorum. Socrates, qui totam philosophiam reuocauit ad mores, hanc summam dixit esse sapientiam, bona, malaque distinguere: ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. Esaiæ 7. quia scientia sanctorum prudentia. Prouerb. 9. Prudentia uidelicet, quæ habet tres partes, de quibus dictum est. S. 3. 8. quarum scientia nisi utatur ad bonum est sicut Bernach. E. 7. 3. Et sicut paraliticus habens vnam partem perditam, & quasi mortuam, id est, Artic. 3. 5 6

volun-

voluntatem, & manum. Ideo hortatur Petrus docens, quòd habeatis in virtute scientiam. 2. Petri 1. quia secundùm philosophum 10. Ethicorum, cap. 1. non sufficit scire de ueritate, sed tentandum est eam habere, eaque uti: quia secundùm Bernardum super Cant. sicut scire multas diuitias non facit diuitem, sed possessio, & usus: ita nec scire uirtutes facit uirtuosum, sed possessio, & usus. Non tantum ad propriam bonitatem, sed etiam ad aliorum disciplinam: ut sciatis sustentare eum, qui lapsus est uerbo. Esaiæ 50. Ad dandam scientiam plebi eius. Luc. 1. Non dicit scientiam uanitatis, & obscuritatis ad modum sophistæ, qui ut dicitur Iob 35. Frustra aperit os suum, & absque sciẽtia uerba multiplicat, sed scientiam salutis, & claritatis ad modum solis, de quo habetis exemplum. P. 13. 56.

7 Et de tali uerificatur illud Esaiæ 53. In scientia sua iustificabit multos. In scientia, inquit, sua non Iudæorum, qui scientiæ tantum uolunt corticẽ, & paleam, id est, intellectum historialem, & non medullam, id est, intellectum spiritualem. Sed in scientia sua, id est, Dei habent proprietatem, vt sit spiritualis, & spiritualiter intellecta: sicut ipse spiritus est. Nam Deus spiritus est, & eos, q adorant oportet ĩ spiritu, & ueritate adorare. Ioã. 4. Pro quo est aduertẽdum, quòd sacra scriptura primo silici, seu lapidi comparatur durissimo. Vnde beatus Gregorius super Ezechielis. Omel. 21. secunda parte. Cui, inquit, verbum sacri eloquij simile dixerim, nisi lapidi, in quo ignis latet, dum manu quidem frigidus tenetur: sed percussus ferro per scintillas emicat: atque per hoc emittit ignem, quo post ardeat, quod prius manu frigida tenebatur. Sic verba sacri eloquij, quæ per narrationem literæ tenentur frigida: sed si quis hoc aspirante domino, intento intellectu pulsauerit, de mysticis censibus ignem producit, vt in eius uerbis post animus spiritualiter ardeat, qui prius per literam frigidus permanebat. Comparatur ergo primo lapidi: quia de illa ignis egreditur spiritualis. Secundo comparatur lapidi, quem Moyses percussit. Exodi 12. quia sicut petra illa percussa bis dedit aquam: ita sacra scriptura bis percussa, id est, intellecta in sensu literali, & spirituali, vel bis percussa, id est, manibus bene operando, & lingua bene docendo, dabit aquas abundantissime: ita ut populus bibat, & iumenta, id est, maiores, & minores: quia sicut dicitur Ecclesia. 21. Scientia sapiẽtis tanquàm inundatio abundabit.

¶ Prædicta uero scientiæ duplicatio duæ sunt tabulæ testamenti, in quibus omnia legis mandata continentur, quas duas Moyses de monte, & bonus Christianus ad montem portat cœlorum. Nullus nanque ad montem illum redire potest, nisi ambas tabulas, quas Moyses inde portauit reportet. Et est de Deo in hoc casu, sicut de episcopis, qui decanis, & alijs ministris aliqua in scriptis mandantes addunt, certificetis nos per literas uestras patentes harum seriem continentes. Ita Deus vult certificari per literas, id est, conscientias nostras patentes harum tabularum, & mandatorum seriem continentes. Timeant ergo Iudæi, & mali Christiani, qui aliter ipsum certificant: quia Iudæi historialem: mali uero Christiani tantum tabulam portant uerbalem, dicendo se esse Christianos, & mandata Dei obseruasse. Ideo Deus certificationem, & certificãtes reprobabit, scientiam illorum stultitiam faciens. Esaiæ 44. Patet ergo, si habuero omnem scientiam, &c. 1. Cor. 13.

¶ Ergo necesse est ueram scientiam aliter acquirere, augmentare, & conseruare, quàm ipsi faciunt. Pro quo est aduertendum, quòd uera sciẽtia, quæ non inflat, acquiritur. Primo tãquàm a dispo- Artic. 4.

8

a disponente, & remouente paupertate. Paupéres nanque secundùm philosophum .10. ethicorum cap. 13 sunt aptiores ad fœlicitatem: quia minoribus solicitudinibus impediuntur, & hoc uidetur dicere Esaiæ 28. Quem docebo scientiam nisi ablactatos a lacte, id est, ab huiusmodi delitijs, diuitijs, & honoribus? Secundo a doctoribus præcedentibus: ut ab exultante ad distantius uidendum. Pro quo est aduertendum, quòd moderni clerici non habent de scientia sua magnam superbiendi occasionem: quia non sunt in his, quæ de scripturis uident, nisi sicut gnauus exaltatus super scapulas gigantis: quia sicut ille ad distātius tanquàm gigas in aliquo uidendo, quasi totam quantitatem, & uirtutem illius distantioris uisionis habet a gigante, super quē stat, & quasi minimam partem a seipso, qui, si iuxta illum, & non ab illo supportatus staret, impossibile haberet in corpore rotundo ad tantam distantiam uisum suum dirigere: ita isti supra philosophorum, & aliorum doctorū doctrinis fundati, & aliquam nouam, & uanam subtilitatem super eos inueniūt,
9 sed totam uirtutem scientiæ ab alijs habent, &c. Tertio proprio labore: ut ab apprehendentis. Pro quo est aduertendum, quòd illi, qui nos studendo, & scribendo laboriose præcesserunt, quasi ut prædam sacræ scripturæ apprehendentes, uel attingentes, nos pro illa capienda paratos facerēt, fuerunt sicut leporarij præcurrentes, in quorum uirtute prædam capiunt sequentes: ambo tamen tam pręcedentes, quàm sequentes: licet non ęqualiter laborare oportet. Nam, & ideo secundùm Aug. lib. de doctrina Christiana. Deus uoluit sacram scientiam esse obscuram: ut superbia dometur, & ingenium excitetur, & charius custodiatur, quod cum difficultate acquiritur, & sic patet propter quā causam Deus, qui addit scientiam, addit & laborem. Ecclesi. 1.

¶Quantum uero ad secundam partem huius articuli est aduertendum, ꝙ uera scientia prædictis tribus modis acquisita tribus modis augmentatur, & cōseruatur: Primo modo humilitate: sicut ostensum est. H. 6. 18. 10
Secūdo cordis receptibilitate. Pro quo est aduertendum, quòd scientia in libris recepta uel custodita, uel faciliter amittitur, uel suo non prodest possessori: in corde uero recepta, & custodita prodest, quando possessor illa indiget: quia ubi alius, qui illam in libris possidet, est tantum possessor: Ille uero, qui illā in corde possidet, possessor est, & artifex ad operandum per illam dispositus. Ex quo patet, quòd congrue respondit quidam de ordine mendicantium cuidā de ordine possessionatorum admiranti: quomodo illi possent esse meliores pdicatores: quàm ipsi, cum plures haberēt libros. Cui ille rex Henricus est ditior homo totius regni Angliæ in lignis, & meremio: & tamen vnus pauper operarius melius sciuit facere domū, quam ipse: Sic in proposito. Ideo signanter dicitur Prouerb. 2. Si intrauerit sapiētia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit, consilium custodiet te. Ecce signanter dicit scientia animæ tuę, & non cellę uel librorum custodia. Tertio cordis tranquillitate. Pro quo est aduertendum, ꝙ licet sciētia in corde recipiatur, si cor illud turbationibus, & solicitudinibus multis moueatur, tota sciētia effunditur, & superius erit, sicut ꝙ est in olla ebulēti: In corde vero tranquillo augetur: quia secūdùm philosophum. In sedendo & quiescendo fit anima sciens, & prudens: Et conseruaē sicut literæ in mōte olympo. Fertur nanque, quòd philosophi probauerunt, quòd montis illius altitudo vltra uentos, & tempestates ascendit per hoc quòd literę scriptę in cineribus in montis illius summitate multis temporibus postea integræ inueniebantur, quę in loco terrestri, & turbulento cito fuissent deletę: Sic scien-

Exēplū. Exēplū.

scientia, sic deuotio, sic queque uirtu-
tes in corde scriptę tranquillo: quia
sunt sicut literę scriptę in excelso, cu-
ius altitudinem admirans apostolus
ait. O altitudo diuitiarum sapientię,
& scientię Dei ad Roma. 11.

Artic. 5. ¶Ad istam scientiam studiose ac-
11 quirendam. Primo habemus exem-
plū in philosophis antiquis. Secun-
do in antiquis Imperatoribus, & regi-
bus. Ex quibus tanquam ex duabus
pręmissis tertio sequetur conclusio:
21 quòd uidelicet nos deberemus in fa-
ctis utilibus esse diligentes, & labo-
riosi. Exemplum in antiquis philo-
sophis. Primo patet per hoc, qđ scri-
bit Valerius lib. 8. Salomonem phi-
losophum senem quotidie ita ferven-
ter addiscentem, quòd in supremo
die quibusdam amicis assistentibus de
re quadam conferentibus caput de-
pressum satis erexit. Interrogatus cur
hoc faceret, vt cum istud quicquid sit
de quo disputant, percepero moriar.
August. etiam de ciui. Dei, libro 1. cap.
22. recitat de discipulo Platonis, quòd
cum audiret animam esse immorta-
Exēplū. lem, seipsum præcipitauit desiderio
consequendi illam immortalitatem.

De istis ergo duobus verificatur il-
lud Valerij: idem illis uiuendi, & phi-
losophandi finis fuit. Secundo idem
patet per hoc, quòd scribit Isidorus. 2.
sthimolo. cap 24. Antiqui, inquit, ꝓ-
pter amorē scientiæ, & sapientiæ alij
calcabant honores, alij proijciebant
diuitias, alij acceptis iniurijs gaude-
bant, alij deserta petebant, vt contem-
plationi liberius uacarent. Parmeni-
des nanque philosophus quindecim
annis in rupe ęgyptiaca consedisse le-
gitur. Et Prometheus ob modicam
medicandi curam in monte Caucaso
vulturi expositus memoratur. Ergo
hortor uos, o Christiani, vt charitas
vestra magis, ac magis abūdet in sciē-
tia: ad Phil. 1. Secundum exēplum in re-
gibus patet in parte prædicta. R. 4. 6.
22 Secundo idem patet in his, qui penè
totius mundi habuerunt monarchiā
tam in gentilibus, quàm in Christia-
nis. In gentilibus patet per hoc, qđ
dicit Claudianus de his, qui Dei co-
gnitionem non habuerunt: & tamen
in liberalibus studijs diligentes fue-
runt: propter quæ Nero Senecam, &
Traianus Plutarchum habuit magi-
strum. In Christianis patet in Caro-
lo magno, qui in theologia doctorem
habuit Albinum cognomento Alqui-
num, in grammatica, dialectica, &
astrologia Petrum Hispanum. Vnde
tunc respublicæ bene gubernabatur:
quando doctos habuerunt rectores:
ita & nunc si tales haberent rectores,
& gubernatores: quia Plato, ut testifi-
catur Boetius, resp. fore beatas dixit,
si eas aut sapientes regerent, vt earum
rectores sapientiæ studerent: ergo di-
ligite sapiētiam: qui iudicatis terram,
Sapien. 1. Et qui præestis populis, Sap 6.
vt in uobis impleatur illud Hiere-
miæ 3. Dabo uobis pastores iuxta cor
meum, & pascent uos scientia, &
doctrina.

¶Conclusio rationabiliter sequitur
ex his: quia si isti prædicti, & alij eis si-
miles, quorum conuersatio, & maxi-
ma solicitudo circa regimen eis com-
missum erat in mundo, & circa mun-
di curas tantum habebant studendi
desiderium, circa utilia, & regimen eis
commissum, quantomagis illi, qui de
mundo ad hoc specialiter segregātur:
vt circa salutem proficiant animarū
in studio, sicut uiri ecclesiastici, & re-
ligiosi, quibus specialiter præcepit
Deus, dicens Leui. 10. Vinum, & om-
ne, quod inebriare potest non bibetis:
vt habeatis scientiam discernēdi, &c.
circa studium scientiarum: per quas
tam proprias quàm animas eis tradi-
tas gubernant diligentes esse debe-
rent, ne de quolibet illorum uerifice-
tur, & impleatur illud Oseæ 4. Quia
tu scientiam repulisti, ego repellam
te, ne sacerdotio fungaris mihi in
ęternum.

¶Sed quia prædictum est, quòd cir- Artic. 6.
ca scientiam de salute est principali-
ter

ter insistendum, & studendum. Videndum est primo quomodo alias scientias licite respicere licet, quæ de se nõ ordinantur ad salutem animæ directe: vt philosophiam, leges, & huiusmodi. Secundo quomodo in generali ipsam sacram scripturam, ubi obscure loquitur intelligere debeamus.

13 Quãtum ad primum, quomodo mũdi scientias respicere debemus. Primo nos docet exemplum illorum, qui desiderant appetitum comedendi cibaria eis apponenda: aliquando nanq; tales acetosa, & prouocatiua appetitus prægustant, vt appetitum prouocent, vel ut meliorem habeant saporem ad comedendum consequenter apponẽda: sic prælibare deberemus philosophiam. Et quemadmodum etiam potatores prægustant salsa: ut saporẽ habeant in potu: Sic nos philosophiam, & alias scientias: ut meliorem saporẽ, & clariorem intellectum habeamus in theologia: Sic nanque necesse est, vt detur adolescenti scientia, & intellectus. Prouerb. 1. Secundo idem ostenditur per exemplũ hebræorum: quia sicut ipsi de præcepto Dei spoliauerũt Ægyptios, ut ditarentur hebręos, & cum illis spolijs statim Ægyptũ exierunt: ita nos secundùm doctrinã August. de doctrina Christiana debemus spoliare libros philosophorum: id est vtilia illic quærere, & cum illis statim recedere, & non totam uitam in illis ducere ad ditandum theologiam. Sic nanque istud exponit decretum, qđ sumptum uidetur ex verbis Rabani de præssuris ecclesiasticis. 37. distin. legimus. §. sed econtra legitur dicens. Legitur, quòd præcepit dominus filijs Israel, vt expoliarent Ægyptios auro, & argento, moraliter instruens, vt siue aurum sapientiæ, siue argentum eloquentiæ apud poetas inueniremus, in vsus salutiferæ eruditionis uertamus.

¶ Ad idem allegant decretum uerba Bedæ, distin. 37. turbat. §. cur ergo: dicentes. Sęculares inquid, literas quidam legunt ad uoluptatem poetarum figmento, & ornatu verborum delectari: quidam uero ad eruditionẽ addiscunt, vt errores gentilium legẽdo detestentur, & utilia, quæ in eis inuenerint, ad usum sacræ scripturæ cõuertant: tales laudabiliter sęculares literas addiscunt. Sic nox, id est, scientia sęcularis nocti, id est, adhuc sacrã scripturam ignoranti indicant scientiam. Nox, inquit, nocti indicat scientiam: in Psal. 18.

¶ Quantum ad secundam partem huius articuli, sensus literalis in sacra scriptura frequenter accipiendus est, sicut uerba sonant. Verbi gratia. Regnauit Dauid in Iudęa. Aliquando sensus literalis est parabolicus, & tunc uerificatur pro illo intellectu, qui sic parabola compręhenditur: sicut illud Iudic. 9. Ierunt ligna ad siluam, ut iniungerent eis regem. Sensus literalis uerus est pro his, qui male eis regem fecerunt. Sensus moralis, siue tropologicus est, quando litera exponitur ad instruendum nos in moribus. Sicut si exponimus per Dauid animam, per Iudęam ecclesiam. Sensus allegoricus est, quando aliquid veteris testamenti exponitur de his, quę accidunt in nouo testamento, siue de Christo, siue de membris suis. Sensus anagogicus est, quando aliquid veteris, uel noui testamenti exponitur de vita ęterna, & illa cœlesti patria seu ciuitate Hierusalem, quæ sursum est. Vnde Bernard. Litera gesta docet, qđ credas allegoria. Moralis quid agas, quo tendas anagogia. Sic multiplex erit scientia. Dan. 12. 14

¶ Contra illos vero, qui aliter philosophorum uel literarum sęculariũ respiciunt libros, quàm in prima huius articuli parte ostensum est, multæ in diuersis scripturarum locis fiunt inuectiones. Primo nanque tales repræhenduntur per illud Esaiæ 1. Argentum tuum uersum est in scoriam: vinum tuum mixtum est aqua. Et est sensus secundùm Hierony. Lex Artic. 7.

Dei,

Dei, vel eloquia Dei sincera, & pura sunt argentum. Iuxta illud Psal. 11. Eloquia domini argentum igne examinatum: Violata uero, & mixta, & ad malum intellectum applicata uertuntur in scoriam, quæ Hebraice secundùm Hieronimum dicitur sysim, quod est rubigo; quæ optime significat philosophicam uanitatem: quia sicut rubigo metallum consumit: ita iam philosophia quasi totam theologiam consumpsit: quia, quæ sunt quęstiones, vel disputationes, uel determinationes theologorum, nisi vanæ opiniones, & inutiles philosophorum, & commentatorum subtilitates? ita quòd non iam spoliantur Ægyptij, ut ditentur Hebræi: qa non philosophia ad theologiam trahitur: sed potius econuerso theologia ad philosophiam trahitur. Et sic in rei ueritate theologia, quæ mandata Dei ad mores declarare, & trahere deberet euacuatur: uos autem irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones uestras. Matth. 15. Sequitur Vinum tuum mixtum est aqua. Intantum nanque in nonnullis scholis theologiæ uinum sacræ scripturę mixtum est aqua uanitatis, & leuitatis, quòd uix retinet saporem, uel colorem: sed mutatus est color optimus. Thren. 4.

¶ Hos secundo repręhendit Petrus Rauennas in quodam sermone dicēs. Odibilius nihil est subtilitate, vbi est sola subtilitas. Quid enim prodest in illis expendere dies suos, qui nec domi, nec militiæ, nec in foro, nec in claustro, nec in curia, nec in ecclesia, nec alicubi prosunt, nisi dumtaxat in scholis? Ad idem Seneca ad Lucilium. Quid est, inquit, acutius aristat: in quo est utilis. Tale est, inquit, ingenium sola subtilitate lasciuiens, quòd nulla in se resident grauitate ad modum fumi in altum erigitur. Iuxta illud. Iob 11. Vir uanus erigitur in superbiam.

26 ¶ Tertio hos docet, & contrarium facientes reprehendit Deus Ecclesiasti. 3. dicens. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ tibi præcepit Deus cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus: Non enim est tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt uidere oculis tuis. In superuacuis rebus noli scrutari. Et quasi causam reddens: dicit infra cap. 18. Non est inuenire magnalia Dei, cum consummauerit homo, tunc incipiet, & cum quieuerit, operabitur. Et sic postquàm creatus est a Deo iustus, & rectus. Et sicut dicitur Ecclesia. 17. Creauit in illis scientiam spiritus. Ipse infinitis se miscuit quæstionibus. Ecclesiast. 7. Tales primo assimilantur dęmonibus in duobus. Primo qa sicut dęmones in cœlo uoluerunt, & conabantur opinionem suam pręponere opinioni Dei, & sanctorum angelorum: Sic isti, de quibus singulis. Iob 42. Insipienter locuti sunt, &c. Contra quos Augustinus de doctrina Christiana libro 4. Laus ingenij boni non est uerba, sed ueritatem quærere, non ut dictum suum dicto alterius præponatur, sed ut error vincatur. Secundo quia dęmones idē sonant, quod scientes. Vnde sicut aliqui conueniunt cum eis in nomine: ita & in proprietate, & conditione. Dęmonum nanque conditio est homines uexare, & uincula uexatorum frangere, & non obedientes eis persequi. Sic collegati, quę scientiæ non intendunt propter finem debitum, cum in superficiæ scientiæ nomē habuerint, uexant tā domū, q̄ socios suos in oībus nō obtemperātes, & uincula dissipāt regularium obseruationum. Hi cum Vria literas portāt 17
mortis propriæ. Secundo assimilātur ranis. Vnde Origenes distin. 37. legimus. § hinc etiam. Cinifes, inquit, & ranas quibus Ægyptij sunt percussi, vanam dialecticorum garrulitatem, & sophistica argumenta intelligit. Item Hieronymus super Esaiam.

Et ha-

Et habetur dist. 37. vino, dicit: quod tales vanitates tendicula quædam sunt, & fantasmata, & vmbræ, quæ cito resoluuntur, propter quę episcopi specialiter, & alij clerici gentilium libros, & maxime, quæ ad luxuriam prouocant legere prohibentur, distin. 27 per totum. Et dist. 86. cum multa. Vide plures inuectiones contra tales. P 11. 31. & A. 24. 12. Et N. 5. 50. Quemlibet autem vestrum hortatur apostolus nomine discipuli sui, dicēs 1. Thimo. 6. O Thimotheę depositum custodi, deuitans prophanas uocum nouitates, & opiniones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Tertio assimilantur pueris. Vnde Chrysost. in prologo super Matt Adolescenti in ludo literarum posito non tam placent solida, quàm picta: potius pulchra quàm utilia sectatur. &c. Vnde Bernard. Multi student plus alta, quàm apta proferre erubescunt plana, & humilia, ne hoc solum scire uideantur. De quibus dicitur Oseæ 6. Ipsi sicut Adā transgressi sunt pactum. Quos repræhendit Seneca: dicens. Magnæ dementiæ est superuacua quærere in tanta, temporis egestate: quid inquit, te torques? quid te maceras in illa quæstione. quā utilius est contemnere, quàm soluere?

Artic. 2. 18 ¶Quorum primo ostenditur periculum. Secundo causa periculi. Tertio falsa excusatio Primum patet primo ex uerbis Hugonis de uanitate mundi. Illi, inquit, qui circa rerū cursus student, & creatoris sui obliuiscūtur, sunt similes auibus de nocte, quæ dum in noctis tenebris ignem intuētur, ab insidiantibus capiūtur, ad modum Papillionis, quæ tantum uolat circa lumen de nocte, quòd comburitur. Et ad modum viatorum, qui tantum intendunt his, quæ circa uiam sunt, quòd a termino excluduntur Prouerb. 25. Sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur gloria: quia sicut scribitur Iob 36. Ipse est Deus magnus uincens scientiam nostram.

Secundo ostenditur idem per exemplum de tribus uallensibus, de quibus fertur, quod cum per Angliam eos transire oporteret: nec bene possent. nisi Anglicum scirent, conuenerūt, quòd quilibet vnum uerbum de anglico addisceret? ut saltem de communibus, & necessarijs loq possent. quorū vnus debuit respondere ad interrogantem qui essent, dicendo tres uallēses. Alius signo facto ad cibum, & potum insinuando, quòd illa emere uellet, uenditoribus debuit dicere propter denarium in bursa. Tertius emptori associatus uenditori dicenti: quòd tantum habere uellet ut cito, & sine uerborum altercatione se expedirent, ne verborū copia eis deficeret, dicere debuit iustū est: Illis ergo iter p Angliā facientibus contingit eos per locum transire ubi quidam ab aliis latronibus occisus fuerat quibus propter suspitionem capitis, & coram iudice adductis, iudici quærenti quis illum occidit de communi trium assensu primus quicquid sciuit de anglico expēdit dicens: nos tres uallēses Iudici uero quærenti quare secundus anglicū suum expendit, dicens propter denarium in bursa. Iudici uero dicenti, ergo eritis suspensi, tertius quod didicerat expendit dicens: iustum: est: quo facto patuit, quoniā stultus factus est omnis homo a scientia sua, Hiere. 51. Sic de illis, qui discunt sciētias uanas, uel propter lucrum. uel laudem humanam, uel scientias prohibitas: sicut alchemiam, uel sortilegium cum speciebus suis, uel aliquod tale, quo scito non tantum mortem propriam, quàm etiam mortem spiritualem procurent alienam in discipulis, & sequacibus suis, de quibus Luc. 11 Væ nobis legisperitis: quia tulistis clauem scientiæ. ipsi non introistis, & eos qui introibāt prohibuistis. 19 Tulistis, inquit, clauem: de qua Augu. de doctrina Christiana. libro 4 Quid prodest clauem habere auream, id est, intellectum bonum, uel scientiam 21 magnam:

Explū

magnã: si ianuam non aperiat, aut qd obest habere ligneam, q̃ aperit? Quia secundùm eundem confessionũ lib. 7. Aliud est de siluestri cacumine patriã pacis videre: sed iter ad eã non inuenire, frustraq; conari per in via intrare, aut viam illuc ducentẽ tenere: Sic qui alta contemplantur, sed non operantur, & qui operantur sine alta sciẽtia. De quibus dicit. Surgunt indocti, & cœlum rapiunt, & nos cum sciẽtijs nostris in infernum demergimur. Si-

Exẽplũ. cut patet de illo de quo fertur, ꝙ Parisius post mortem suam apparuit socio suo asserens se esse damnatum ꝓpter vanam gloriam de uestibus, & scientia, quo timore socius percussus religionem intrans, ait. Ad logicam pergo, quæ non timet mortis ergo.

¶Prædicti uero periculi certissimũ exemplũ habetur de S. Hieronymo, de quo dicit decretum. distin. 37. legimus: sumptum ex verbis Rabani de ecclesiasticis præssuris. Legimus, inquit, de beato Hieronymo, qui, qui cũ libro, legeret Ciceronis ab angelo correctus est, eo ꝙ uix Christianus paganorum figmentis intenderet. Stultas ergo, & sine disciplina quęstiones deuita sciens, quod generãt lites 2. ad Timoth. 2. Vnde Isidorus li. 3. de summo bono. Sicut instruere solet collatio, ita destruit contentio, &c. quia cõtentiosorum studium non pro veritate, sed pro appetitu laudis certatur. In

20 quibus patet secunda pars huius articuli, id est, periculi, & pœnæ causa: quia non tantum ipsi peccant, sed etiã alios scandalizant peccare facientes non solum partem contrariam, sed etiam alios, qui uiros ecclesiasticos sic in disputationibus contendentes inuidos, & superbos iudicant. Quale ergo sit illorum periculum, & qualis pœnarum causa perpendere possunt ex lege Dei Exodi 21. Si, inquit, inter duos rixantes mulier percussa, & mortua fuerit, erit anima ꝓ anima. Quod exponens. Origenes ait. Mulier inter rixantes moritur, quando infirmior in fide scandalizatur ex quæstionibus legis. Propter quod Apostolus quasi de homicidio spirituali tales repræhendit dicens: peribit infirmus in tua scientia frater. 1. Cor 8. Propter quæ mala, & pericula vitanda beatus Gregorius in quadam Homel. tales uitat, & suo exemplo alios tales disputationes uitare docet dicens. Salua fide malo alieno intellectui cedere, quàm contentionibus deseruire. Quia sicut dicitur 1. Timoth. primo. quæstiones magis pręstant quàm ędificant. Et cito post. Conuersi sunt in uaniloquium uolentes esse leges doctores non intelligentes quæ loquuntur, neque de quibus affirmant: quia subtilia, & inaudita loqui nituntur, quorum damnatio certa patet. Esaiæ 19. Confundentur inquit plectentes, & texentes subtilia. Et Zach. 10. Confundantur omnia profunda fluminis. Et Zach. 13. Confundentur prophetæ vnusquisq; ex uisione sua. Exemplum contra eos. A. 25. 20.

¶Ex quibus omnibus patet, quòd gloria talium est sicut portantium literas Vriæ. G. 2. 12. propter quæ mala vitanda Augu. contra Manichæos. li. 5. oẽs hortatur dicens. Compescant quemlibet humana temeritas, & id quod non est, non quærat, ne id, quod est, non inueniat a quo quęrit. Iob 37. Nunquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias? Sed di- 21
cũt quantum ad tertiam partem huius articuli, quòd totum faciunt, ut ueritate doceant, & fidem defendant: Sed ita defendunt ipsi fidem, sicut cattus caseum, vnde zelum Dei habent, sed non secundùm sciẽtiam: ad Roma. 10. Tu scis domine, qui habes sanctam scientiam. 2. Machab. 6.

¶Senectus. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Senectus magnam vtilitatem animæ affert, quia multos promittit nuncios mortis, vt mors animam præparatam inueniat.*

2 *Quæ sit proprietas, & conditio bonorum senum, quæq; reuerentia iisdem debeatur. num 3.*

4 *Peruersitas malorum senum, & conditio quanta sit ex innocentio.*

5 *Periculum senum tam eorum, qui fuerunt boni in iuuentute, & mali in senectute quàm eorũ, qui & in iuuentute, & in senectute fuerunt mali. numero 6.*

Enectutis. Primo ostendetur vtilitas quantum ad animam, & miseria quantum ad corpus. Secundo bonorũ senum ostenditur proprietas, & conditio, atque reuerentia. Tertio malorum senum ostenditur peruersitas.

Artic. 1. ¶Quãtum ad primum vtilitas ani-
1 mæ ex senectute proueniẽs est, quòd multos mortis præmittit nuncios: ut mors animam inueniat præparatam: sicut ostensum est M. 11. 4. Illa ergo signa sentientes se præparent scientes, quod omne quod antiquatur, & senescit prope interitum est. Hebræ. 8. Corporis uero miseria, & infœlicitas ex senectute proueniens. Primo patet ex uerbis Senecæ epistola. 31. dicentis: quòd est de seruili corpore, sicut de putrido ædificio: quia sicut in ędificio lapis a lapide, & lignum a ligno dilabitur. & dum vna pars reparatur, alia desperatur: ita in senibus omnis iunctura dilabitur, & dum vna pars excipitur, alia discinditur Circũspiciendum ergo est quomodo exeas: quia nihil habet, quod speret, quem senectus ducit ad mortem: huic enim intercedi non potest: alia enim genera mortis spe mixta sunt, non sic de senectute. Et ponit exemplum quomodo in senibus meliora prætereuolant, & deteriora succedunt idem Seneca dicẽs. Quemadmodum, inquit, de amphora quod effluit sincerissimũ est, & grauissimũ, & turbidum remanet: Sic in ætate nostra quod optimũ est in primo est, idq; exhaurire patimur in alijs, ut nobis fecem reseruemus. Sicut patet de quolibet. De quo uerificatur illud 3. Regum 14. Caligauerunt oculi eius præ senectute. Et illud 3. Regum 15. Tempore senectutis doluit pedes.

¶Qualis uero talium bonorum se- Artic. 2.
num propria sit conditio, Primo pa- 2
tet per exemplum animalium prædalium: sicut canum, & falconum, in quibus uidemus, ꝙ quanto plus ad prædam appropinquant, tanto plus prædam capere nituntur, & suo modo ad hoc feruentius aguntur: ita senes, & infirmi, & debiles plus per conditionẽ corporalis debilitatis ad prædã optimã vitæ ęternæ appropinquantes feruentius illam diligunt, & intentius illam desiderijs, & bonis operibus appræhendere nituntur: quia in bonis senibus corporibus deorsum vrgentibus uigor deuotionis in sublimiora ascendit, de quibus in Psal. 91. Adhuc multiplicabũtur in senecta. Sicut patet in decretali Papæ Alexandri tertij. lib. 1. tit. 9. de renuncia. cap. primo. Casus est de quodam episcopo sene petente cessionem, & episcopatus renũtiationem: Papa uero ei licentia non dedit cedendi dicens: quia in te vigor deuotionis, & fidei etiam corpore senescente nõ deficit, sed uergẽte deorsũ cõditione corporea, feruor spiritus in sublimiora cõscẽdit, monemus te, ut sup hoc dieb⁹ istis nulla te facias importunitate molestũ: qa indecẽs oĩno ꝓbatur prius soluere militię cingulũ, ꝗ̃ cedat uictori aduersitas ꝑliorum. Et ratio-

Et rationabiliter uidetur, quòd in senectute deuotius agat, ut quantum senectus a iuuenili vigore distrahit, hoc maior mentis deuotio suppleat, & quòd ille, qui in vno grauatur, in alio subleuetur, & qui per debilitatem maceratur in corpore, per fructum boni operis reficiatur in mente: Aliter enim non tantum contra prędictorum, & aliorum animalium, sed etiam contra omniũ rerum naturalem faciũt conditionem, quarum motus secundũ
3 Philosophum in fine intenditur. Tales repræhendit beatus Gregorius cuidã seni remissius agenti. dist. 86. tãta scribens. Hortamur aliquando resipiscere miser senex atque a tanta leuitate morum, & operum peruersitate compesce te, & quanto morti vicinior efficeris, tãto solicitior atque timidior esse deberes: quia secundum Cyprianũ de 12. abusiuis. Quid stolidius fieri potest, si mens ad perfectionem festinare non contendat, quando totius corporis habitu, senectute confectus homo ad interitũ properat, dum oculi caligant, aures grauiter audiunt, capilli fluunt, facies in pallorẽ mutatur, dentes lapsi numero minuũtur, flatus non suauiter olet, cutis arescit pectus suffocator, tussis cachinnat, genua tremũt, pedes tumor inflat hęc oĩa ruituram domũ corporis citò prænũciant. Quæ ergo maior insania, quàm ꝙ mens in tanta corporis miseria non subleuetur ad meliora quærenda, ut moriatur in senectute bona. Thob. 14. Tales uero senes, vel qui ab initio bene vixerunt, & laborauerunt utiliter, etiam si in senectute laborare in exterioribus nõ possint, supportãdi & honorãdi sunt: qa sicut dr̃ in coll. pa. in coll. 3. abbatis Moysi diuitiæ senis non sunt canicies capitis; sed industria iuuẽtutis, ac labo-
Fabula. ris præteritorũ stipendijs metiẽdæ. Cõtrarium vero facientes primo assimilantur verberantibus canem senẽ: quia prædã capere nõ potuit: quia ſm fabulas fertur respõdisse ꝓ sene, q cecidit, facta priora vigent. Et leo antiquatus, & ab omnibus animalibus conculcatus respondisse fertur ingemiscẽdo: cũ esset mihi uirtus, fuit & honor. Secundo contra præceptum faciunt diuinũ: quo dicitur Leui. 19. Honora personã senis. Et Ecclesi. 8. Ne spernas hominẽ in senectute sua.

¶ Peruersitatem vero malorũ senũ atque conditionẽ scribit Innoc. lib. 1. de uilitate conditionis humanę dicẽs: Senex facile ꝓuocat, & difficile reuocat, cito credit, & tarde discredit, tenax, & cupid⁹, tristis, & querulus, velox ad loquendũ, & tardus ad audiendũ, laudat antiquos, & spernit modernos, vituperat præsentia: & cõmendat præterita, suspirat, & anxiatur, torpet, & infirmatur. Audi poetam: multa senem circũueniunt incommoda. Tales primo sunt ingrati filij, vel incuriales: Ingrati vel quia nec Deo dederunt florem iuuentutis, nec etiam feces dare volũt senectutis, de quibus Threñ. 5. Senes defecerunt de portis: quia ad literam, quando amplius leuitatibus se dare non possunt in opere, sedẽt in portis, & ostijs spectacula aspiciẽtes, & mala, quæ facere solebant, narrãtes libentius, quàm sermones audientes, & sic deficiũt in portis. Vel sunt incuriales, vitam, quam Deo in iuuentute dederunt in senectute auferendo, de quibus Threñ. 1. Sacerdotes mei, & senes mei in urbe consumpti sunt, de quibus in Psal. 34. Dissipati sunt, nec compuncti. Dissipati sunt intantum, quòd tota vita in eis quasi consumpta est: nec tamen compuncti sunt, ut ad Deum conuertantur: Sed ad modum candelæ extinctæ turpibus fumigant cogitationibus, & verborum leuitatibus, propter quod dicit Cyprianus, ꝙ in senibus duæ particulę cauendæ sunt, quæ in illorum carne non veterascunt ad peccandum: Cor videlicet, & lingua, in quibus duobus, si postquã Deus carnes debilitate, vel senectute cõsũpsit, & calorẽ extinxit in corpore, fumum malarum cogitationum, & locutionum extinguere nolue-

Artic. 3.
4

noluerunt, & ossa arida Deo dare senectutis, peius ministrant Deo, quam cōmuniter ministratur canibus: quibus carnibus consumpus saltem ossa proijciuntur. Et vtinā saltem sic Deo ministrarent: nam & hoc melius esset: sicut melius esset fatuo, qui totā substantiam suam dissipasset in regione longinqua, vno excepto denario, saltem illum custodire, & in vtilitatem suam conuertere, quam illum etiam amittere. Audite hæc senes Iohelis.1. & saltem bona opera, & virtutes, & deuotionis feruorem. In senectute congregate senes. Iohelis.1. Aliter impenitentes estis, & in malo obstinati sicut patet per auctoritatē Hugonis. M.11. 7. Sicut illi, de quibus. Dan.13. Constituti sunt duo senes iudices &c.

Artic.4. ¶ Quorum quantum sit periculum siue bona fuerint in iuuentute, & mali in senectute, siue mali fuerint, tam in iuuentute, quam in senectute, siue quouis modo: ita tamen quòd senectus
5 fuerit mala patet Primo in his, qui boni fuerūt in iuuentute, & mali in senectute per exemplum de Asa rege iuda. 3. Regum.15. de quo dicit Albertus super Lucam, & apparet ex textu Bibliç, quòd multa bona fecerit in iuuentute sua: nam & idola destruxit, & lucos succēdit, & bellum vicit. Postmodum vero sicut habetur 2. Paral.16. Prophetam ad eum missum ad ipsum reprehendendum de hoc, quòd in necessitate sua cōtra regem Israel Baasa plus in rege Syrię, quam Deo confidebat, posuit in neruum, & de populo plurimos interfecit propter quia in senectute doluit pedes. 3. Regum.15. Nec tamen in infirmitate sua quæsiuit dominum, sed magis medicorum arte confisus est. 2. Paral.16. Ita multi secundum Albertum, vbi prius in iuuentute destruunt idola auaritiæ, & pomparum sçculi, & lucos luxuriæ, & delitiarum, & bella vincunt tentationum, sed in extremo vitæ dolent pedes: quia tunc affectiones habent molles, & ad carnalitates inclinantur: quasi effeminati. Et tunc dominum non requirunt: quia tunc deuotiones & laudes Dei consuetas, de quibus in Psalm.148. Senes cum iunioribus laudent nomen domini: abijciunt, & fomenta otiorum, atque blandimenta quærunt medicorum, de quibus ad Gala.3. Sic stulti estis, vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consumamini. Talium maximum in hoc ostenditur periculum, quòd stipendio carebunt æterno: sicut patet tam ex lege, & iustitia mundi, in quibus continetur, q stipendium non debet solui militibus quod in fine promittitur nisi completa militia. C. lib.10. tit. de his, qui non expletis stipendijs. l.2. Quia sicut dicit lex alia nihil creditur fuisse actum dum aliquid super est ad agendū Codice. li.6. de his, quibus vt indignis. l. penul. Quibus concordat lex ecclesiastica dicens, q frustra currit, qui prius quam ad metas perueniat, deficit: de pęni. distin.3. §. in cassum: quia magis delinquit, qui interruptā causam derelinquit, vel dimittit, quam qui nunquam ad causam peruenit: in Auten. de litigantibus §. omnem coll.8. Quę omnia lex, & sententia confirmat Dei Iacobi.2. Si quis totam legem impleuerit, offendat autem in vno, idest in perseuerantia, factus est omnium reus. Qui ergo stat uideat, ne cadat, sed oret cum Psalm.70. & dicat. Ne proijcias me in tempore senectutis. Et iterum. Vsque in senectam, & seniū Deus ne derelinquas me. Quia sicut dicit Seneca epistola.95. In lignis reproba arbor apparet, quæ post flores fructus non exhibet: sic reprobus est, qui flores iuuentutis deserit, & tamē bonorum operum fructus maturos proferre paruipendit.

¶ Quantum ad secundam partē huius articuli illorum periculum, qui malam vitam, quam in iuuentute incęperunt, continuant in senectute, patet ex hoc, qd tales de difficili corriguntur: sicut ostensum est. A.3.14. P. 8.25. quia sicut dicitur Eccle.25. quæ 6

in iuuentute tua non congregasti; quomodo in senectute tua inuenies? Si ergo in iuuentute tua non congregasti virtutes: sed fecisti de iuuentute vnum male vitæ antecedens, difficile, & mirum erit, si male non sequatur consequens senectutis. Et sic verificetur de te illud Deut. 28. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua.

¶ Quantum vero ad tertiam partem huius articuli, id est siue iuuentus sit bona siue mala, si senectus concedatur mala, illorum periculum Primo patet: quia peius errant sicut patet per exemplum de peregrino in extranea patria, qui periculosius erat in sero, quam in mane: tum quia facilius tunc hospitio frustrabitur optato: tum quia in tenebris impotentior erit ad inueniendum viam rectam: tum quia tunc faciliter ab illis capitur, & spoliatur, quorum potestas est tenebrarum. Sic in proposito capietur senex Hiere. 6. Secundo quia habent maledictionem Dei. Esa. 65. Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Tertio quia habent maledictionem beati Bernardi. Maledictum, inquit, caput canum, & cor vanum, caput tremulum, & cor æmulum, & caluicium in fronte, & pernicies in mente, frons rugosa, & lingua nugosa, labium pendens, & dens detrahens, oculus caligans, & veritas claudicans, vita debilis, & virtus flebilis, dies vberes, actus steriles, anni multi, actus stulti, de quibus Sapiē. 3. Sine honore erit nouissima senectus illius, &c.

¶ Sensus. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Sensus humani diligenter sunt custodiendi multis de causis. num 2. 3.*

4 *Sensus semper sunt rationi subijciendi, atque arce seruandi tāquam proditores Dei, & animæ. nu. 5. 6.*

7 *Sensuum actus ostendunt signa certissima quis sit cordis habitator, vel Deus, vel diabolus, & omnem interioris hominis cōditionem, & qualitatē.*

8 *Ostenditur per exemplum non esse dolendum de amissione alicuius sensus, per quam peccare solemus.*

Ensuum, humanorū custodia diligens Primo multis de causis est necessaria. Secūdo ostēdetur, quasi de proditione Dei, & animæ suspecti semper deberent rationi subijci, & arce seruari. Tertio ostenditur quomodo in eis apparet signum interioris conditionis, & qualitatis. Quarto non est de amissione alicuius sensus dolendum, per quem quis solet peccare.

¶ Primum primo ostenditur per exemplum de castro, vel ciuitate obsessa, cuius portę diligenter custodiūtur, ne inimici intrent: sicut patet B. 2. 6. Si custodiantur portę spirituales castri animę obsessi. i. sensus, oculi videlicet exēplo Iob, qui ait. Pepigi fœdus cū oculis meis, ne cogitarem de virgine Iob. 31. Facere pactum oculis, ne cogitaret de muliere, est oculos custodire, ne per eorum illicitum aspectū cogitatio de muliere ad cor intret, & Deum expellat, & animam occidat. Et aures, & os: ne audiendo, vel loquēdo mors intret per fenestras suas. Sepi aures tuas, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia. Eccl. 28. Ad exemplum Dauid, qui dicit. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. i. diabolus: vt per viam illam intret. Et ad doctrinam sapientis, qui docet Prouerb. 4. Remoue à te os prauum, & detrahentia labia procul sint à te, oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Et tactus, & olfactus, & breuiter omnes sensus: quia diabolus ex omni parte circuit quærens quem deuoret.

Artic. 1.

deuoret. 1. Petri 5. Et per quemlibet sensum perditur homo, nisi custodiatur: sicut ostensum est. L. 7. 19. Ex quo sequitur, q̃ omnium sensuum custodia est necessaria: ergo omnibus sensibus perfecti estote. 1. Cor. 14. Claudite ergo sensus exemplo Neemię, de quo habetur. F. 3. 28.

2 ¶ Sed heu nonnulli possunt dicere illud Iob 30. quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, illi videlicet, qui quotidie ad spectacula, quotidie ad loca currunt, vbi videre affectant illud, in quo carnales habent delectationes, quas sine peccato habere non possunt, vel videre: quia vana, immo prohibita quotidie audiunt, & loquuntur, & ad inimicos exeunt, ipsos quærunt, non vt cum eis pugnent, sed vt ab ipsis capiantur, & occidantur cum illis, qui auerterunt sensum suum. Dan. 42.

3 ¶ Secundo principale propositum ostenditur per exemplum de passu, seu transitu, vel castro inter duas terras, inter quas est guerra: Sicut nanque necessarium est locum illum diligenter custodire: quia illo capto residuũ, facilius capitur, & illo secure custodito residuum est securum: ita necessarium est sensus custodire: quia sunt quasi locus, & passus medij inter animã ĩterius & dęmones, & alios exteriores inimicos, & cõcupiscẽtias, seu res concupiscibiles, ĩter quos est guerra. Illis ergo captis totũ residuũ faciliter capitur. Illis vero custoditis principatus sensati erit stabilis. Eccl. 10. Tertio idem ostẽsum est per exẽplũ nauis. L. 5. 28. Quarto idem ostenditur per exemplum librorum, in quibus videmus, quod si non claudantur, sed semper aperti dimittuntur, pulueribus, & alijs deturpantur, vel omnino destruuntur. Sic animæ, quæ sunt libri, sicut ostensum est. L. 4. 3. sicut patet in libris puerorum, & parochialium. Nolite ergo pueri effici sensibus. 1 Cor. 14.

¶ Sed sensus claudite, illosque rationis vigilantia custodite, tanquam de Dei animę proditione suspectos ad modum, quo dominus castri arce custodit illum, quem de proditione habet suspectum, nec ei aliquod committit dominium, vel officium, sed potius incarcerat: ita superbiam in tuo sensu, aut in tuo verbo nunquam dominari permittas. Thobię 4. Sciens pro certo, quod sensus, & cogitatio, humani cordis prona sunt ad malum &c. Gen. 8. Et vbi sensus dominantur pax animæ turbatur: sicut patet. P. 4. 10. Vnde Apostolus ad Philip. 4. Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra. Et signanter dicit: pax Dei, tanquam superioris principis &c. Illi ergo, qui bene viuendo Deum interius in secreto non habent cordis, quantũcunque sensus signant exteriores, sicut faciunt illi, qui Euangelium Ioannis audiendo tot crucibus ora, aures, & nares, & quasi omnes corporis partes tam diligenter signant non tamen diabolũ, ne intret, excludere possunt: quia & tunc temporis per peccatum mortale, in quo sunt, interius habitat, nec iustitia Dei scit per tales cruces patrocinium dare criminibus. Sed potius eis improperari posset, ne eis contingeret, quod legitur quondam sancto contigisse Golloto, de quo fertur quod ollam suam benedixit, & quod diabolus, qui erat in olla propter illam benedictionem exire non potuit. Sic &c. Si ergo illum talibus crucibus, & signis Dei auxilio vultis extra sensus vestros custodire, prius Deum introducite, & diabolum, bene viuendo expellite, & reformamini in nouitate sensus vestri: ad Roman. 12. Ad hoc vero, quòd Deus cor intret, & illud inhabitando in pace custodiat, oportet, quòd portę exteriores. idest sensus omnibus vanitatibus, & concupiscentijs claudantur, & portę interiores. idest intellectus, memoria, & voluntas Deo per fidem, spem, & charitatem aperiãtur.

(margin, right column: Antit. 4 — beside line 1–2; 5 — beside "custodiat corda vestra"; Exẽplũ — beside "patrocinium dare criminibus"; 6 — beside "stri: ad Roman. 12")

tur. Et sic potest intelligi illud Psal. 23. Attollite portas principes vestras: id est O principes Christiani attollite. i. coercete portas vestras exteriores idest sensus. Et eleuamini portę ęternales. i. aperite portas interiores Deo, & introibit rex glorię. Figura. 3. Regum 6. vbi de domo Dei, quam Salomon ædificauit dicitur, quod vtrumq; ostiũ duplex erat seinuicẽ tenens aperiebatur, tali videlicet modo erat factum, ꝙ vna parte se claudente alia aperiebatur, & econuerso: significans tam prædictas portas exteriores, & interiores, quam etiam, quod sicut Adam expulso, porta cęli laudebatur. Gen. 3. & inferni porta aperiebãt. Esaię. 5. Dilatauit infernus os suum: ita econuerso dum cęli porta aperiebatur, in apertitione lateris Christi, quod est ostiũ cœli, de quo Gen. 6. Ostium pones in latere arcę porta inferni claudebatur, nisi homo gratis eam sibi aperiat peccando. De istis ostijs dicitur simul Ezech. 41. Et vtraque parte bina erant ostiola: quia sicut duo sunt ostiola ad infernum: vnum in sensibus per culpam aliud in morte ad pœnam: ita duo sunt ostiola ad cœlum: vnum in potentijs animæ ad meritum, & aliud in morte ad pręmium, de quibus Ezech. 40. Ostium erat contra ostium, per secundum ostium non intrabit frustra inflatus sensu carnis: ad Col. 2. Nota. A. 23. 13.

Artic. 3. ¶ Signa autem certissima ostendunt in sensuum actibus quis sit cordis inhabitator, vel Deꝰ vel diabolus, & omnem interioris hominis conditionem, atque qualitatem, de quibus signis in parte dictum est. D. 9. 14. Nã
7 sicut igne, vel lumine in domo accenso, fenestræ clauduntur, ne per ventum intrantem lumen extinguatur. Sicut ergo aperitio fenestrarum est signum, & causa extinctionis luminis in domo, & clausio econuerso: ita clausio sensuum est signum, & causa, quod ille est in anima, qui dicit. Ego sum lux mundi. Ioan. 8. Et de talibus dicere possumus illud. 1. Ioan. 5. Scimus quia filius Dei venit, & dedit nobis sensuum &c. Iterum sicut leuitas familiæ est signum leuitatis domini: nam secundum iudicem populi, tales & ministri eius. Ecc. 10. Et iudex, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habebit impios. Prouer. 29. Sic dissolutio, & inordinatio actuum in sensibus exterioribus in illis, de quibus ad Roman. 1. Tradidit illos Deus in reprobum sensum, & signum &c. Et sic per signa exteriora quis cognouit sensum domini? ad Ro. 11.

¶ Articulus quartus patet primo per exemplum de eo, de quo fertur, quod cum vidisset amicos lacrymantes pro eo, quod vnum amisisset oculum, quęsiuit vtrum flerent oculum, quem amisit, vel pro eo, quem habuit, illis dicẽtibus, quod oculum flerent perditum, Respondit, hoc fatuum esse; quia potius flere deberent inimicum secum morantem, quam recedentem: quod verum est de quocunque sensu, per quem quis ad peccatum trahitur: quia melius esset ad vitam ingredi sine illo sensu, quam cum illo mitti in gehennam. Nota ad hoc exẽplũ de Agellio. O. 7. 17. De istis ergo, & his similibus potest dici illud. Eccle. 10. Ciuitates, idest ecclesia militans, & triomphans inhabitabuntur per sensum prudentium &c. Artic. 4. 8 Exẽplũ. Exẽplũ.

¶ Sequi. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Christum sequi debemus quia tripliciuia.*

Per viam misericordiæ, & charitatis.

2 *Per viam munditiæ, & castitatis.*

3 *Per viam reuerentiæ, & fidelitatis.*

4 *Tribus modis sequendus est Christus, obedienter.*

5 *Velociter,*

5 *Velociter, ad quod nos iuuãt tria: depositio oĩs peccati, & malæ affectionis: non immergere pedes affectionis aliquibus occupationibus terrenis cursũ nostrum impedientibus: & depositio terrenarum diuitiarum. 6.*

7 *Et perseueranter etiam Christus sequendus est.*

8 *Nemo sequi debet Diabolum seductorẽ dimisso Christo remuneratore, neque mundum, neque propriam, et carnalem voluptatem. 9. 10.*

Equi debemus Christum. Primo triplici via. Secũdo triplici modo. Tertio sequi non debemus diabolum, mundum, & carnis voluptatem.

Artic 1. ¶ Quantum ad primum debemus
1 sequi Christum per viã misericordiæ, & charitatis, per viam munditię, & castitatis, per viam reuerentiæ & fidelitatis.

¶ Primo ergo oportet quod sequamur per viam misericordiæ, omnibus iniurias remittẽdo, & charitatiue diligendo: ita quòd nullum odio habeamus, nec de aliquo vindictam capiamus cordis rãcore, nec oris detractione vel maledictione, nec operis, seu manuum vindicatione. Per hanc nanque viam Christus ad cœlũ iuit. D. 10. 2. Et hanc ore docuit tanquam viam cęli. D. 9. 8. & 10. & 21. Tu me sequere: scilicet per viam pacis, & dilectionis. Iuxta illud. Heb. 12. Pacem sequimini cum omnibus hominibus. Per viam illam bestiæ iracundæ, & crudeles, qui se vindicant, ore, opere, & modis, quibus possunt, qui etiam tempus expectant nocendi, odium in corde suo diu portantes, ipsum non sequuntur: sed diabolum, qui semper superbit, odit, & inuidet, de quo Apocal. 6. Nomen illi mors, & infernus sequebatur eũ. Sed tñ illi, qui in die iudicij erũt a dextris. i. oues illum sequũtur. Ioã 10.

2 ¶ Secundo necesse est quod ipsum sequamur per viam munditiæ, & castitatis: ita quòd nec cor cogitationibus, nec corpus turpibus inquinetur luxuriç operibus: sed fiat cor, & corpus immaculatum, vt non confondar. Confunditur nanque tam corpus, quam anima, si inquinetur: quia sicut illi sequũtur Christum ad vitam æternam, qui ambulant in via immaculata, de quibus Apocali. 14. Hi sunt, qui cum mulieribus nõ sunt coinquinati: ideo sequũtur agnũ quocũq; ierit: ita illi sequuntur diabolũ ad dãnationẽ æternam, qui ambulant per viam pollutã lasciuiæ, de quibus. 2. Petri 2. Multi sequantur eorum luxurias: ergo multi damnantur: quia multitudo in hoc peccato diabolum sequitur, quasi bos ductus ad victimam. Prouerbio. 7.

¶ Tertio necesse est, quòd Christũ sequamur per viam reuerentiæ quantum ad Deum: ita quòd reddamus Deo reuerentiam debitam, corde in ipsum credendo, & ore nomen eius in uanum non accipiendo, nec uota, uel iuramenta, uel fidem datam deserendo, uel desponsatam frangendo Iob. 36 Caue ne declines ad iniquitatem: hanc enim cæpisti sequi post miseriam. Sed hæc primam fidem multi iurantes frangunt: quia auaritia sequitur cor eorum. Ezech. 33. Secundam uero frangit, qui sequitur amatores suos adulterando. Osee. 2. Et opere, ut in diebus festiuis ipsum sequamur, nõ ad forum, uel spectacula, vel tabernas, uel opera mala, uel etiam manualia, sed ad ecclesiam exemplo illius, de quo dicitur Lucæ. 18. sequebatur illum magnificans Deum: ita nos laudantes Deum in domo ecclesiæ. Ergò sicut docetur Lucæ. 22. Sequimini eũ in domum, in quam intrat. Et per viã iustitiæ, & fidelitatis quantum ad proximũ, quòd ei non noceamus, in anima ad peccandum ipsum inducendo, nec famam auferendo, nec corpus lędendo, nec bona alienando: sed sequimini quod iustum est. Esa. 51. Per istas tres uias sicut præcipitur Deuter. 13. Dñm Deũ uestrũ seqmini: qa beatus qui

qui in morte dicere pôt illud. Iob 23. Vestigia eius secutus est pes meus. Et infęlix qui non sequitur: qa mẽbra ad locũ, vbi caput est, venire non possunt, nec peregrini ad locum attingere, quo ductor præcedit, nisi ipsum sequantur. ita nec nos. Dicat ergo quilibet, & opere impleat illud Gen. 33. Præcedat Dominus meus, ego paulatim sequar vestigia eius.

Artic. 2. ¶ Sequar inquit non tantũ per prædictam triplicem viam: sed etiam triplici modo, obedienter, velociter, & perseueranter. Primo obediẽter, exẽplo, seruorum, & puerorum, qui si tota
4 die obedienter sequuntur peditando magistrum suum equitantem pro paruo salario, à fortiori nos deberemus voluntarie sequi Christũ, quasi sociũ nobiscum peditantẽ pro gratia in pręsenti, & gloria in futuro, qui magnas nobis dedit vltimi salarij arras bona naturæ, fortunæ, & gratiæ, promittẽs. Prouer. 21. Quod q sequitur iustitiã, & misericordiam, inueniet vitam, & iustitiam, & gloriam solutionem vltimã. Sed heu multi ipsum sequuntur, sicut mali gartiones cum murmure, nec ei, vt deberent, obedire volunt, nisi prius verberentur infirmitatibus, & aduersitatibus.

Exẽplũ. Similes cuidam fatuo, qui cum in via ductorem suum sequi nollet, dixit, verbera stultum cum virga circa tibias, & tunc obediet tibi, quod & fecit, sic isti, quibus dicitur Iob 36. Cępisti sequi post miseriam. Secundo velociter, non tepide, nec negligenter obediendo, & agẽdo: sicut ille, de quo dicitur Luce. 22. q sequebatur a lõge, sed fortiter & feruenter exẽplo Pauli, qui dicit, persequar, si quo modo compræhendam ad Phil. 3. Compręhendã inquit. Ille quidente sequitur nunquã compręhendere potest illum, qui velociter præcedit, & fortiter. Sed Christus fortiter præcessit, qa sicut in Psal. 18. Exultauit vt gigas ad currendã viã. Ergo ad hoc, quod cum Apostolo ipsum comprænhendamus, oportet quòd velociter currendo ipsum sequamur.

Ad hoc autem tria nos iuuant, quorum primum est depositio omnis peccati, & malæ affectionis, ita uidelicet, quòd non sit in nobis pondus peccati deprimens, sed simus sicut dicitur Heb. 12. Deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum. Secundo multuum iuuat, quòd pedes affectionis aliquibus occupationibus terrenis cursum nostrum impedientibus non immergantur, nec lutosæ voluptati infigantur. Velocius nanque, & facilius currit ille, cuius planta pedum faciliter terram planam tangit, & corpus sphericum, quod tangit planum, in puncto facilius mouetur, & currit, quam corpus quadratum, quod terram tangit ex toto latere. Sic facilius Deum sequitur, qui nullis voluptatibus immergitur, nec terrena corde tangit, vel quærit, nisi in puncto necessitatis. Talis dicere potest illud Lucæ. 9. Magister sequar te quocunque ieris. Tertium iuuans ad hoc est depositio oneris terrenarum diuitiarum. Onustus nanque non potest bene sequi illum, qui sine onere vadit, propter quod Christus docuit illos, qui perfecte ipsum sequi uellent, deponere diuitias, dicens Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade; & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me. Notate ordinem verbo- 6
rum, quod est perfectissimum in operatione, & primum in intentione, ponit vltimum tanquam finem, & causam causarum in executione dicens. Sequere me. In quo nostra maxima in uia consistit perfectio. Secundo nos ad illam excitat perfectionem, dicens. Si vis perfectus esse, vade &c. Tertio subiungens perfectionis modum dicens, vende, & da, &c. Quarto subiungit eiusdem perfectionis finem, & effectum, dicens. Habebis thesaurum &c. Sed quantum tria prima sint diuitibus difficilia, patet per exemplũ illius, cui hæc dixit. Nam de eo ibi sequitur. Cum autem audisset adolescens

lescens verba hæc, abijt tristis, erat enim habens multas possessiones. Et quia tria illa præambula sunt eis difficillima ex propria voluntate, quartum erit eis impossibile ex diuina sententia: sicut patet per hoc quod sequitur. Iesus autem dixit discipulis suis. Amen dico vobis: quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico vobis. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare regnum &c. Quod aduertentes Apostoli, qui Christum perfecte sequi cupiebant, omnia hæc salutis, & sequelæ impedimenta proijciebant dicentes. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Matth. 19. Etiam minima, quæ sine peccato habere poterant, reliquerunt vt facilius sine impedimento sequerentur: quia relictis retibus, & naui secuti sunt eũ. Matth. 4. Ita quod ipsi sic reliquerunt omnia, quòd nec iuste, nec iniuste bona terrena habere voluerũt. Non est necesse quod omnes sequamur Christum, vel Apostolos in vtraque via, vel modo, sed in vna: quia sicut dicitur Ecclesi. 2. Quis est, inquam, homo, vt sequi posset regem factorem suum?

7 ¶ Tertio perseueranter Christum sequi debemus, non sicut canes primisantes, qui cito deficiunt. Sed sicut dicit Apostolus ad Gal. 6. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ad hoc autem multum iuuat visus fidei: quia sicut canis perseuerantius, & velocius sequitur prædam, qui illam videt ita in proposito: sicut dicitur. Vidit, & sequebatur eum. Lucæ 18.

Arti. 3. ¶ Quod vero nulli sequi deberent diabolum seductorem, dimisso Christo remuneratore, patet primo per
8 exemplum in natura, in qua videmus, quòd nullum animal suum naturalem sequitur inimicum: Quis enim nunquam sequitur, sed fugit lupum. Et breuiter omne naturale, etiam insensibile suum fugit contrarium. Ioan. 10. Alienum autem non sequuntur. Secundo idem ostenditur per exemplũ in arte, in qua videmus, quòd qui habet voluntatem aliquam arte sciendi, non sequitur doctrinam eius, quem scit nihil de arte illa scire: ita qui habet voluntatem addiscendi quomodo animam suam saluare possit, non deberet sequi doctrinam demonis, in superbia, ira, inuidia, & alijs peccatis, cum illis stultis Iudæis qui dixerunt. Deut. 13. Sequamur Deos alienos, quos si sequi volueritis ministrabunt vobis. Sicut ministrasse legitur quidam dæmon seruo, & sequestri suo, qui ad amasiam suam de nocte pergens, cum ad fluuium veniret, & pontem fractum inueniret, statim demon in forma equitis affuit. Cui cum diceret, q; vltra aquam duceret super equum à tergo, in medio fluminis illum submersit. Ita in morte in medio inferni demerget eos qui ipsum sequuntur: sicut lucifer submersit Angelos sequaces suos: hoc vobis eueniet: quia secuti estis. Baal 3. Regũ 18. Væ vobis prophetis, qui sequũtur spiritũ suum &c. Ezech. 13. Nec sequi deberẽt mundum: id est multitudinẽ errantẽ, vt eis loquentibus, & dicentibus cõtra doctrinam ecclesiæ, sicut q; fornicatio non est peccatum mortale, vel Deus non vult perdere, quos condidit, crederẽt, vel iuxta opera eorum facerẽt. Ipsi nanque, qui multitudini sic loquẽti credũt assimilantur cuidã simplici, cuius simplicitas nõ multũ distabat à stultitia, quẽ cũ quidam, vt fertur, viderent, quòd agnum ad forum portaret, cõfederatione inter se facta, vnus post aliũ ei obuiantes quæsierunt quare carnem portaret. Ipso vero hoc negante, firmiter sic esse asseruerunt, Fatuus vero ille licet primis duobus aut tribus hoc asserentibus non crederet, videns tantam multitudinem in hoc cõcordare, ita esse credidit, & agnum tanquã carnẽ à se proiecit, hic, iaceat, quid ego credidi, quod fuisset agnus. Tales sunt, quos multitudo verbo, vel exẽplo decipit cõtra exẽplũ Loth, q nõ seque-

Exẽplũ.

9

Exẽplũ.

sequebatur, sed fugiebat consortium sodomitarum. Et contra exemplum Thobiæ, qui fugiebat consortia omnium. Thobiæ 1. Et contra exempla ostensa. E. 7. 12. Nam si videret totam multitudinem suam comburere domum dicentem: quòd hoc malum non esset, nullus sensatus in hoc multitudini crederet, vel exemplum sequeretur: ergo in spiritualibus non sequaris turbam ad faciendum ma-
10 lum. Exod. 23. Nec sequi deberet propriam, & carnalem voluptatem: quia quòd illam sequentes totum confundunt, patet primo per exemplum in natura. Terra enim, quæ ab alio culta, & regulata est fertilis, & fructifera, suæ naturæ propriæ derelicta efficitur sterilis, seu profert spinas, & herbas nocituas. Sic in arte puer ad artem positus, & propriæ voluntati, & regimini derelictus, raro bene proficit: immo nunquam perfecte artem illam addiscet. Sic nec artem salutis animarum. oportet ergo quòd illi, qui Christum perfecte sequi volunt: sicut dicitur ad Titum 2. Sint abnegantes impietatẽ, & secularia desideria. Quia sicut dicitur Lucæ 9. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Illi qui sic Christum sequi nolunt: sed potius diabolum, & multitudinem, & propriam voluntatem, quàm plures sequuntur, quam Christum, cuidam magno assimilantur, & stulto saracenorum duci. De quo fertur, quòd cum per Christianorum prædicationem ductus esset ad locum baptismi, & vnum pedem haberet in aqua, antequam aliũ intromitteret, quæsiuit à baptizante (Exẽplũ.) per ordinem vbi essent pater, & mater, & omnes progenitores sui, & vicini ante eum mortui, vel in posterum morituri? qui respondit, quòd in inferno: sicut & omnium infidelium & malorum Christianorum multitudo. Et ego, inquit, si baptizatus fuero, quo vadam? cui respondit ad cœlum, inquit, si post baptismum bene vixeris. Cui ille: absit, quòd ego ita fatuus essem, quòd locum, vbi parentelam meam, & tantam multitudinem inueniam, desererem, & irem ad locum, vbi pauci sunt respectu tantæ multitudinis, & vbi nullum inuenirem parentem vicinum, vel amicum, & pedem, quam in aqua posuit retraxit. (O stulte.) Eandem stultitiam multi in opere ostendunt indoctas fabulas secuti. 2. Petri 1.

¶ Seruire. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Fideliter Deo seruire debemus quadrupliciter: per cordis cogitationẽ, per oris locutionem: per manuum operationẽ: per totius corporis passionem.*

Per cordis cogitationem Deo seruiendum tripliciter.

In ipsum credendo, ipsum diligendo, in ipsum sperando.

Per oris locutionem Deo seruiendum tripliciter.

De ipso reuerenter loquendo; Ipsum laudando: ipsum deprecando.

2 *In opere manuum Deo seruiendum tripliciter: ei in omnibus obediendo: opera nostra quantum possumus eius operibus assimilando: Ipsum in omnibus sequendo.*

Per totius corporis passionem Deo seruire debemus, omnia incommoda perferendo.

3 *Propter multas causas Deo fideliter, & humiliter seruiendum est. numero 4.*

5 *Exempla, quæ nos excitare, & mouere debent ad seruiendum Deo, multa dantur, tum quæ ad amorem, tum etiam quæ ad timorem impellunt. numero 6. 7.*

8 *Quæ & quãta sit aliquorum hominum ingratitudo, qui Deo non seruiunt, postquam ab eo beneficium acceperunt. numero 9.*

10 Sex

10 *Sex conditiones quæ requiruntur, tam in seruo, quàm in domino terreno ad hoc vt Deo placeant.*

11 *Qui sint serui Diaboli, & quòd ipse plures habet seruos, quàm Deus ostenditur per omnes hominum status. numero 12. 13.*

14 *Qui sit modus, quo diaboli serui ei seruiunt, & quo alios ad seruiendum eidem inducunt demonstratur mulsis exemplis.*

Serui mundi specicles sunt superbi, & auari.

Serui Carnis sunt gulosi, otiosi, & luxuriosi:

15 *Serui Diaboli sunt inuidi, & iracundi, quorum omnium fines, & stipendium erit mors æterna nu. 16.17.18.*

19 *Plures habent seruos mundus, Caro, & Diabolus, & eos promptiores, magis obedientes, promptos, feruentes, largos, & hilares, quam ipse Deus habeat. num. 20. 21.*

SEruiant, quidam domino cęlesti, quidã dominus terrenis, quidam dominis, seu ductoribus, infernalibus, id est, dęmonum tentationibus mundialibus cupiditatibus, & carnalibus voluptatibus. Circa quas seruitutes nouem sunt dicenda. Primo nanque ostendetur qualiter debemus Deo seruire. Secundo causa ostendetur, quare est ei diligenter seruiendum. Tertio exempla ostendentur ad hoc mouentia. Quarto aliquorum ostenditur ingratitudo, qui ei non seruiunt postquam stipendium ab eo receperunt. Quinto qualiter dominis mundi seruiendum est. Sexto q sunt serui diaboli, & quòd in diuersis officijs diuersos habet, & plurimos seruos. Septimo modus, quo ei seruiunt, & alios decipiũt. Octauo qui sunt serui mundi, diaboli, carnalis, & finis, & stipendium istarum ostendetur seruitutũ. Nono pro admiratione ostendetur, quòd non obstante quòd domini mali tale seruis suis soluunt salarium: tamen maximam habent seruorum multitudinem, qui eis seruiunt obedienter, prompte, feruenter, largiter & hilariter.

¶ Quantum ad primum est fideliter Deo seruiendum quadrupliciter. Artic. 1. Primo per cordis cogitationem. Secũdo per oris locutionẽ. Tertio per manuum operationem. Quarto per totius cominnesti passionem. Primo per cordis meditationem est ei seruiendum tripliciter: in ipsum credendo, ipsum diligendo, in ipsum sperando. Primo in ipsum credendo: quia verax est: ad Roman. 3. Deus autem verax Deus. est: omnis homo mendax. Sed heu in arte animę nonnulli potius credũt sortilegis, mendacibus, & necromaticis de quibus Deut. 9. Contempsistis imperium domini, & non credidistis ei. Secundo ipsum diligendo: quia bonus est. Luc. 18. Nemo bonus, nisi solus Deus. Ideo Deut. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. &c. Et ei seruiatis in omni corde, & in omni anima vestra. Iosue. 22. Sed heu multi dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt: dicentes videlicet, q eum diligunt: Psal. 77. Tertio in ipsum sperando: quia potens, & beneficus est, propter quod dicitur in Psal. 51. Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est. Sic ergo timete dominum, & seruite ei corde per facto. Iosue. 24. Sed heu illi, qui tantum in istis terrenis delectantur, q celestia non multũ appetunt, qui semper hic viuere vellent, si possent, nõ crediderũt in Deo, nec sperauerunt in salutari eius: Psalmo 77.

¶ Secundo est ore ei seruiendum tripliciter de ipso reuerenter loquendo: quia potens, & præsens est, Eccl. 3. Magna est potentia Dei: in Psal. 138. Si ascendero in cœlum tu illic. &c. ergo semper præsens. Sed heu male locuti sunt de Deo: in Psal. 77. Secũdo ipsum

ipsum laudando: quia dignus est: ideo semper laus eius in ore meo: in Psal. 33. Sed heu non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo: sed iurando, & mentiendo os eorum locutum est superbiã: in Psal. 16. Tertio ipsum deprecando: quia largus est, qui dicit: petite, & accipietis Lu. 11. Dicat ergo quilibet illud. 1. Esdræ. 9. Deprecatio mea apud Deum: vt daret nobis vitã modicam in seruitute nostra. Sed heu non orauerunt, nec orantes honorauerunt: sed potius dixerunt: illud Malac. 3. Vanus est, qui seruit Deo.

2 ¶ Tertio in opere manuum est ei seruiendum tripliciter. Primo in ei omnibus obediendo: quia dominus noster est: in Psalm. Ipse est dominus Deus noster: nos autem populus eius: tanto potius est obediendum, quam cuicunque domino terreno, quãto est omnibus potentior. Ideo Actuum. 5. Oportet obedire Deo magis, quã hominibus. Sed heu nonnulli seruierũt potius creaturę, quam creatori: ad Ro. 1. De quibus dicetur infra Art. 5. Secũdo opera nostra quantum possumus eius operibus assimilãdo: quia ipse est pater noster. Ioãn. 8. Patrem habemus Deũ. Sicut ergo honor est filijs bonis ĩ operibus suis patris imitari bonum, similiaque, & non contraria opera facere, ita honor est bonis imitari Deũ. Ergo estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: ad Eph. 5. vt similes sitis illi de quo ad Phi. 2. Sicut patri filius, mecum seruiuit in Euangelio. Sed heu Deũ, qui te genuit, dereliquisti Deut. 32. de quo conqueritur Esaię 1. Filios enutriui &c. Tertio ipsum in omnibus sequendo: quia ductor bonus est lumen portans Io. 1. Deus lux est. Si ergo viatores in terra extranea, vel tenebrosa sequuntur bonum ducem, & luminis portitorem præcedentem, & nos sequi debemus Deum. 3. Regum. 18. Si dominus est Deus, sequimini eum. Et sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditię ad iniquitatẽ: ita nunc seruite iustitiæ in sanctificationẽ: ad Romã. 6. Sed heu multi sunt sicut illi, qui dixerunt Deo: recede à nobis: scientiam viarum tuarum nolumus, de quibus Hieremię. 2. dixisti non seruiam. Quarto est Deo seruiendum per totius corporis passionem: nam propter Deum pati debemus: quia fidelissimus, & sapientissimus saluator est Esa. 12. Ecce Deus saluator meus. Si ergo pro homine patitur homo, quantomagis pro Deo? Sed heu quia multi nolunt pati; nec modicum onus pœnitentiæ, vel laboris pro Deo, & salute animæ, & multa patiuntur pro mundo, similes meretrici, quæ ad verbera mariti clamat, & non adulteri. Nõ autem tu sic: sed prædictis quatuor modis illi soli seruies. Matth. 4.

¶ Quod propter multas causas fideliter, & humiliter seruiendum est. Artic. 2. 3
Primo quia sumus serui natiui, seu originarij in terra Dei nati, & nutriti, & ex Dei seruis originem nostram trahentes iuxta illud Psalm. 115. Ego seruus tuus, & filius ancillę tuę. Cum ergo seruus teneatur Domino suo seruire in operibus personalibus, & realibus: sicut patet in ff. veteri. li. 7. ti. de operibus seruorum per totum: sequitur quod nos teneamur Deo seruire: quia plus accipimus à Deo, quam seruus originarius: quia ille terram: nos autem tam terram, quam corpus, & animã, & oĩa corporis mẽbra. Si ergo vnũ mẽbrũ amisisses semper te reputares obligatũ ad seruiendũ ei, qui tibi illud membrũ restitueret. Ergo à fortiori ratione deberes te reputare obligatum ad seruiendum ei, qui omnia mẽbra tibi dedit, cum nullum haberes: ergo seruite domino in lętitia; in Psal. 99. Si vero seruire nõ vultis: quia estis serui empticij: quia empti estis pręctio magno. 1. Cor. 6. Et ad hoc empti estis, vt ei seruiatis: nã per preciũ pro vobis in cruce datum, sicut dicitur. 1. Thessa. 1. Cõuersi estis ad Deũ à simulacris vestris seruire Deo viuo, & vero. Si ergo redẽptus de durissimo carcere saracenorũ semp reputaret se obligatum

tum suo seruire redemptori, & liberatori. Et si leo, de quo legitur in uita sancti Hieronymi seruiuit ei: quia ipsum a spina, quā in pede habuit liberauit, a multo fortiori Christiani Christo seruire deberent redēptori, qui ipsos, quantum in eo fuit, de carcere liberauit diaboli, & spinam per pœnitētię sacramentum de anima extrahit peccatorum. Ergo sicut dicitur, & docetur in Psal. 2. Seruite domino in timore. Bernardus. Iuste vendicat vitam meam, qui pro mea suam dedit. Si verò ei seruire non vultis propter duas causas prædictas, saltem tertia, quę magnum stipendium futurum superaddit ad hoc vos astringat: quia videlicet estis serui conducti, quos conducit in re bonis præsentibus scilicet naturæ, fortunę, & gratię, & spe, atque promissis bonis glorię. Si ergo brutum seruit, & diligit ipsum, qui illud bonis præsentibus nutrit: quia & futura non sperat: Ergo a fortiori ratione omnes gentes seruient ei: in Psal. 71. Propter prius data, & propter mercedem expectatam, & speratam, quando dicturus est Deus illud Matth. 25. Serue bone, & fidelis super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra
4 in gaudiū, &c. Propter prædictas tres causas omnes uidentur multum obligati ad seruiendum Deo, & specialius, qui plura, & quietius, quæ habēt, ab eo receperūt, & de eo retinēt multa: sicut reges, & alij potentes, propter quod dicitur in Psal. 101. Et reges, ut seruiant domino. Quietius sicut clerici, qui sunt coloni, & serui ascriptitij, id est, specialiter ascripti ad glebam Dei colendam. Nec nomen seruitutis Dei timeant: quia licet prędictis comparetur seruitutibus: tamen multum ab illis differt: quia prædictæ seruitutes sunt laboris, & utilitatis: Dei autem seruitus est libertatis, cui scilicet seruire regnare est, & est nobilitatis. Cuius serui per seruos significantur Salomonis. 3. Regum 9. Porro de filijs Israel nullum fecit Salomon seruum; sed erant uiri bellatores, & ministri eius: ita serui Christi, id est boni Christiani sunt nobilissimi milites, ubi serui peccati, & etiam aliorū dominorum sunt violenter subiecti. Et hoc totum sicut scribitur. 2. Paralipo. 12. ut differentiam sciant seruitutis meæ, & seruitutis regum terrarum: quia iam nō dicā vos seruos, sed amicos. Io. 15.

¶ Nec iterum timeant ei seruire: sicut illi. R. 5. 40. quia sub largo domino nullum defectum timere deberent. Illi uero qui timent: quia aliquando uiderunt seruos Dei pati penuriam, & aliqua sustinere aduersa, & propter hoc a seruitio Dei se retrahunt, in hoc sunt similes cuidam stulto, de quo fertur, quòd infirmatus ad mortem, respondit ꝙ cōmunicari noluit: quia soror sua parum ante infirmata cōmunionem accipiens mortua fuit. Non sic nos, sed sicut dicitur Lucæ 1. Sine timore inimicorū nostrorū liberati seruiamus illi. In sanctitate & iustitia corā ipso oībus diebus nr̄is. Et sicut dr̄ ad Rom. 8. Nō accepistis spiritū seruitutis iterū in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. Exēplū.

¶ Cum prædictis vero causis, quæ deberent tanquā causę necessariæ, & præcisæ omnes ad Deum seruiendum arctare, alias habem⁹ causas motiuas, & quasi exemplares plurimas, quarū aliquæ excitant amorem, aliquæ incutiunt timorem. Inter excitantes amorem Primo exemplum motiuum habemus quasi in omni re naturali, in qua uidemus, quòd Sol, & Luna, & omnia corpora tā cęlestia, quā terrestria diligenter secundum suam conditionē, & naturā Deo seruiunt. Et sicut dicitur in Psal. 118. Omnia seruiunt tibi. Et non tantum sibi; sed plus nobis, sicut patet ex auctoritate Hugonis. A. 23. 10. In primo ergo, id est in hoc, quòd omnia Deo seruiunt, excitamur ad seruiendū, ne qui esse deberemus omnibus creaturis meliores, simus peiores. In secundo Artic. 5. 5

do, i. in hoc, quod nobis seruiũt, obligamur, & necessitamur ad seruiendũ ei, qui fecit hæc ad illũ finem, ut nobis seruirent, & nos ad illum finem,
Thema. vt illi seruirem⁹. Sicut patet Matth. 25. vbi tradidit seruis suis bona sua dicẽs: negociamini. Cum ergo tibi seruiat omnis creatura. Iudith 16. rationabiliter, & iuste scriptura præcipit dicens. Seruite illi soli. 1. Regum 7. Secundũ exemplum habetur in omni arte, in qua videmus cum quanto labore homines seruiunt quilibet in statu, & officio suo, multas duras dietas sustinẽt: ut uictum acquirant, & vestitum, & cũ expensis, & in iuuẽtute artem illã addiscunt, & ad seruiendum se offerunt, & non tantum in artibus, & officijs li-
Exẽplũ. citis, sed etiam illicitis: sicut in hastiludijs, torneamentis, luctando, chorizãdo, & huiusmodi. Quę vidẽdo sanctus homo ad feruentius seruiendum Deo excitabatur, & ad fletum quia ita diligenter Deo non seruierat. L. 1. 14. Et tamen domini, quibus tã diligenter in omni arte, & officio seruiunt, quandoque quia nõ pñt, quandoque quia nolũt, eis male soluunt: ergo ele-
Thema. gite hodie ꝙ placet, cui potissimũ seruire debeatis. Iosue 24. Tertiũ exẽplũ
6 ad hoc accipiat quilibet in factis vel desiderijs proprijs: Si enim seruientes habeat, melior regula ei dare non potest qualiter Deo seruire debeat, q̃ qualiter vult, ꝙ serui sui secundũ rationem ei seruiant. Si nullos habeat, melior regula ei dari nõ potest, q̃ ꝙ ita fideliter, & ita diligenter Deo seruiat, sicut vellet ꝙ serui sui ei seruirẽt, si aliquos haberet. Siue ergo habeatis, siue nõ, tã fideles serui & diligẽtes sitis vos Deo: sicut uultis, ꝙ ipsi sint vobis. Et ita veloces, & prompti & obedientes, & hilares in seruitio Dei: sicut vultis, ꝙ ipsi sint in seruitio vestro. Hoc nãq; ratio, dictat non solum ꝙ sitis tales serui Deo, sed meliores: ut in aliquo Deũ vobis præponatis & meliorem faciatis, cui omnes populi tribus, & linguæ seruient. Dañ. 7. Sed hęu facta ostẽdunt, quòd aliter est: quia nõ est aliquis vestrum, qui libẽter habere vellet seruũ, qui quotidie contra eius faceret mãdata, vel ebriosũ, uel latronẽ, vel luxuriosum, qui bona magistri expẽderet viuẽdo luxuriose, & hmõi uitiosum. Et cũ nolletis ꝙ aliqs sic seruiret vobis, nõ sic seruiẽtes Deo vosipsos Deo ꝑfertis. Et sic Deo faciẽtes, ꝙ nolletis, qđ fieret uobis, vos dños, & ipsum seruũ facitis. De qbus cõquęritur. Esa. 43. dicens. Seruire me fecisti in peccatis tuis.

¶ Quãtũ ad secũdã partẽ huius articuli, Primũ exẽplũ seu causã, quæ timorem incutit, accipere possumus de vindictis, quas Deus accepit in pñti de his, qui sibi nõ seruiunt conuertẽdo omnia, quæ creata sunt ad seruitiũ nostrum: sicut ostensum est in prima parte huius articuli ĩ principio, ad sterilitatem, & ad miseriam nostram in præsenti sicut ostẽsum est. T. 5. arti. 1. Et A. 10. 11.

¶ Quod nanque hoc a Deo fiat hac de causa, patet tã exemplo, quàm etiã ratione. Exẽplũ habetur ad hoc in Exẽplũ.
vitispatrũ, vbi inuenit, ꝙ quidã sctũs pater cuidã quęrẽti, quare tẽpora moderna sunt peiora tẽporibus antiquis ĩ hoc, qđ ĩ rebus creatis nõ tãta inuenitur fertilitas, respõdit: qa homo peius seruit Deo, & ꝓximo: nã nũc sicut minoratur, & refrigescit charitas, secũdũ quod veritas prænũciauit in euangelio: ita minuitur fertilitas. Et quando maior fuit ad Deum, & proximum dilectio, maior fuit rerum abundãtia. Et sicut loco dilectionis, quæ fuit tunc in cordib⁹ crescũt inuidia, & odiũ: ita iustũ videtur, ut loco bonorũ fructuũ, qui tunc crescebãt in terra, nunc crescunt herbæ nociuæ. Nam ratio hoc dictat: quia cũ terra inferior homine sit facta, ut homini seruiat, & homo inferior Deo, & medius inter Deũ, & terram sit factus, ut seruiat Deo, bona ratio, & debita uidetur proportio, ꝙ sicut homo seruit suo superiori Deo: ita terra, & omnis creatura corpora-

lis

lis suo superiori seruiat homini: si bene, bene: si male, male: hac ergo de causa ĩ fame, & frigore, & miseria eramus sub elemẽtis mũdi seruiẽtes ad Gal. 4. Secunda causa incutiens timorem pẽsanda est ex vindicta, quam Deus de seruis nequam accipiet in futuro, quãdo omnia, quæ ad nostrum seruitium sunt facta, conuertet ad nostrũ tormẽtũ, sicut ostensum est. A. 10. 13. tunc experimento sentient, quòd nunc credere nolunt: illud videlicet, quod dixit Christus Lu. 12. Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis.

Artic. 4. 8 ¶ Paueant, & caueant serui ingratissimi, quæ videlicet in facto. Primo similes sunt cuidam dæmoni, qui Gerardum se nominauit, qui postquã habuit caputium, & cappã, amplius molere noluit. Secundo assimilantur cuidam catto, de quo ꝓpter exemplũ fabulosæ fert, ꝙ quidã religiosi videntes eius utile seruitiũ: quia multos mures occidit, ipsum ad fraternitatẽ acceperũt, seu recipiebãt, qui indutus mures capere cessabat, de quo cũ alij mirarẽtur, dixit, ꝙ solita opera per alios faceret cattos: ipse vero quasi aliorum magister quiesceret, & alios qualiter facerent informaret. Istis nanque omnes illi assimilantur, qui antequàm promoti vel ditati sunt, deuote Deo, & alijs seruiunt, & humiliter loquuntur: sicut iuuenes seculares, & filij nobilium, & communiter pauperes in omni arte, vel mercatione, vel officio. Nam iuuenes seculares, & filij diuitum, dum iuuenes sunt, mane surgunt matutinas de beata Virgine diligenter dicunt, & magnam cõscientiã haberẽt illas dimittenti, de minimisque conscientiam faciunt, & confitentur, missas deuote cum letanijs in mane audiunt. Alij etiam in omni officio dum pauperes sunt multum sunt obsequiosi, & Deo in castitate seruiunt, ne de officijs suis expellantur, vel ne peiorem fortunam habeant in agendis: cum vero caputium habuerint, id est cum fortuna illorum fuerit meliorata, uidendum est quid faciant. Nobiles vero cum adepti fuerint dominium, & ab illorum exempti potestate, qui solebant mane astare domino, & dormiunt usque ad tertiam. Et qui solebant omnibus esse gratiosi, & ab omnibus benedici, propter durum dominium ab omnibus maledicũtur. Alij uero, qui in paupertate castitatem fingebãt, & omnibus erant obsequiosi incrassati, impinguati, dilatati fœdam vitã ducere non timẽt, & vxores, quas in paupertate acceperunt, ditati erubescunt & repudiant, & a diuitijs, & cupiditatibus in tantum suffocantur, qđ magis inuite nũc obolũ, quã quãdoque denarium expendunt. Scholares vero, quos aliqui in ecclesia ponunt, atque promouent propter bonitatem, quam in eis vident; sicut prædictus cattus ponebatur in religione, quando iam promoti sunt, vt mures animas destruentes in horreo dominico destruerẽt, per seipsos hoc facere nolunt; sed per alios sacerdotes omnia facere volunt: Ipsi verò in curijs, venationibus, & negocijs se implicant secularibus, in quibus tantum occupantur, quòd sæpius, & cum minori remorsu conscientiæ nunc matutinas de die, ad quas tenentur, dimittunt, quàm aliquando fecerunt matutinas de beata Virgine, ad quas non tenebantur, nisi voluntarie. Et quòd vix unam audiunt missam; nullam verò dicunt missam, etiam illi, qui non promoti dicere solebant, in qua cum audiunt, non circa letanias dicendas, sed circa literas legendas, vel conficiendas, vel sigillandas occupantur. Et qui non promoti solebant esse largi; ut p munera, & largitatis nomen citius promouerentur, postmodum fiunt tenaces per opus auaritiæ sequens ostendentes quod in largitate præcedenti, & etiam obsequio simoniam commiserunt mentalem. Nam quod per munus a manu, vel obsequio, quale est quòd quis

Fabula.

seruiat

seruiat episcopis, uel alijs patronis illa intentione, quòd promoueatur, vel per munus a lingua sine pactione coram Deo, qui intuetur cor. 1. Regum 16. committatur simonia: videant Decretalem. li. 5. ti. de simonia. c. tua nos: sub tenore sequenti. Si tamen is, qui talem donationem facit ea intentione ducatur vt per temporalia bona, quæ offert, spiritualia valeat adipisci: Et clerici, qui eum in fratrem amittunt, non essent eum, nisi commoda temporalia reciperent, admissuri, sine dubio tam ille, quàm isti apud districtum iudicem, qui scrutator est cordium, & cognitor secretorum, culpabiles iudicantur: hęc ibi. Quibus primo concordat Decretum sumptum ex verbis Bedę. 1. q. 3. non solum, dicens: ꝙ nō solum venditores sunt columbarum, & domū Dei faciūt domum negociationis, qui sacros ordines largiendo precium pecunię, vel laudis, vel etiā honoris inquirūt: verū hi quoque, qui gradū, vel grām in Ecclesia spūalē nō simplici intētione, sed cuiuslibet humanę causa retributionis exercēt &c. Secundo ad idē concordat Decretū sumptū ex verbis Greg. Nazianzeni. 1. q. 1. qui studet. In quo facit mētionē de Giezi symoniaco, qui pactum expressum nō legitur fecisse de vēditione gratia sanitatis. Et de Symone mago, qui non processit ad actū dationis: & tamē snīam accepit dānationis ꝓ volūtate symoniaca super primo etiā verbo Decreti, quo dicit, studet, recitat ꝓ vna parte opinionē illorū, qui dicunt, quòd sola uolūtas facit simoniacum: sicut sola spes facit vsurariū. 14. q. 3. c. 1. Et dictum aliorum, qui dixerūt, ꝙ huiusmodi peccatū, si nō processerit ad actum sola uoluntate deleatur, sicut sola uoluntate commissum est. Cui dicto aliqui innitentes dixerunt, quod beneficium sic acceptum non oportuit resignare; sed pœnitentiam agere. De qua opinione est Innocentius super capitulo prædicto: tua nos, quorum opinio uera est, quādo est intentio sola non deducta, nec ad actum pactionis, nec donationis: si autem deducta sit ad actū sine pactione: sicut de illis, qui large dant, vel seruiunt, ut promoueātur, oportet, quòd resignent: sicut aperte patet in gl. tam super dicto capitulo: tua nos. quæ dicit: quòd ad partem pęnam iudicantur, sicut simoniaci expressi: sed ipsi tenentur renunciare, ergo &c. quàm etiam per glosam super dicto Decreto, qui studet, quod concludens sic dicit: hodie sola pęnitentia cum resignatione acquisitorum sufficit, cum simonia in anima gerebatur. Hoc dicit ad differentiam aliorum simoniacorum, qui sunt excōmunicandi: sicut ibidem patet in textu. Si vero, qui prædicto modo sine pactione, & cum intentione munere a manu, vel obsequio, uel lingua sunt ꝓmoti, beneficia, sicut deberent, dimisissent, maior pars beneficiorum mundi vacaret. Nec Innocentius est contra iam dicta: quia ipse loquitur, ubi intentio nō procedit ad actū donationis, vel pactionis: sicut patet ex verbis suis, quæ sunt hęc: propter hanc tamē intētionē nō debet resignare, sed pęnitētiā agere: Isti ergo mali serui sunt pro tāto quia sicut apud mūdum malus seruus reputatur, qui stipendium accepit sine voluntate domini: ita prædicti simoniaci. Iterum cū omnibus alijs prædictis generaliter mali serui sunt: quia apud mundum boni seruiunt quādoque diu, antequā salariū accipiūt, quo accepto libētius seruiūt. Et stati si uictu, & vestitu, & salario accepto dicerēt magistro, qui eū pro semper cōduxit, expecta, nō seruiā tibi adhuc; sed in quadragesima, vel in senectute, malus seruus reputaretur: Sic de omnibus prædictis, qui vel accepto salario diuitiarum in mundo, vel Ecclesia tepidius seruiunt, uel Deo non seruiunt, sed suo ventri: ad Roma. 16. Sed interim diabolo seruiunt multa committentes, & ventri comedentes, & bibentes dicentes in corde suo: expectet adhuc in quadragesima, uel

senectute

senectute: seruiamus illi quãdo oportet nos mori. Quorum actum, & fidẽ recitat Christus. Matth. 24. dicens. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere conseruos suos, manducet autem, & bibat cum ebriosis, veniet dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, quàm ignorat, & diuidet eum, partẽque eius ponet cum hypocritis illic erit fletus & stridor dentium. Et est auctoritas hæc pro tanto ad propositum: quia auctoritas loquitur de seruo, quem constituit super omnia bona sua, postquã ad talem cõuertitur ingratitudinem, sicut pdicti quorũ nemo potest duob⁹ dominis seruire. Matth. 6. & Lucæ 16.

Artic. 5. 10 ¶ Vbi videlicet sũt cõtrarij. Sed ubi dñs terrenus est bonus: & non iubet Deo cõtraria, nec impossibilia, & seruus ẽt ĩ his tm̃ obedit, quę diuino nõ cõtrariãtur mãdato: ita q vterque cõditiones tenet sequẽtes, quis põt duobus, idest cęlesti, & terreno dño seruire, idest obedire. Cõditiones autẽ tã ĩ domino, quàm ĩ seruo resiqtę ad hoc sunt istę sex. Incolume, qđ neuter aliũ damnificat, nec in corpore, nec in anima. Tutũ, quod vterque alterius res tueatur eo modo, quo ad statum suum pertinet, ne ab ipsis, vel alijs rebus suis damnificẽtur. Honestum, ne unus illicitum pręcipiat, uel alius in illicitis obediat mãdatis. Vtile, quòd seru⁹ vtiliter seruiat, & dominus utiliter soluat. Facile sine violẽtia litigio, uel murmure. Possibile, q dominus nihil pręcipiat impossibile, nec alius tale aliqd attẽtet. Istis sex modis sicut dicitur ad Eph. 6. Serui obedite dominis vestris carnalib⁹, nõ ad oculũ seruiẽtes, idest dũ vobiscũ sunt tantũ, sed sicut serui Dei, qui uobiscum est semper. Ergo ita diligẽter, & fideliter sicut seruirẽt dominis, episcopis pręsentibus, vel saltẽ ppter timorẽ, vel amorẽ, vel cupiditate semper seruiãt tã dominis terrenis, quàm etiã Deo: q ipse semp pręsens est, & qa oculi domini cõtẽplantur bonos, & malos in omni loco, ppter eius timorẽ vel amorẽ dominis suis fideliter seruiãt, ne fidẽ frãgãt, & Dei mãdata semp teneãt, ne stipẽdio priuentur ęterno; sed potius sint illius stipẽdij spe gaudẽtes, dño tã terreno, q̃ cęlesti seruiẽtes: ad Roma. 12. Cõtra pdictas vero cõditiones multũ faciũt dñi vel magistri, qui docẽt, vel ducunt subditos suos ad verberãdũ, vel spoliãdũ, vel ad falsitates faciẽdũ, & illi, qui eis obediũt, ut eis potius, q̃ Deo placeant. Sed veniet tẽpus qñ neutra pars placebit alteri; sed maledicẽt sibi mutuo: sicut pater, & filius. A. 12. 54. qñ de eis verificetur illud. Sap. 16. Seruus cũ dño simili pęna. Iterũ cõtra prędictas, faciũt cõditiones dñi, quibus placet: q serui sui p eis mentiantur, vel falsum iurent & obtemperantes, de quibus dictum est. I. 12. 24. Et causa periurij quandoque ibidẽ. 19. Non sic vos: sed cum prædictis conditionibus serui obedite per omnia dominis carnalibus. ad Col. 3. Et simul cum hoc domino Christo seruite: ad Col. 3. Exẽplũ.

¶ Et non diabolo, circa cuius serNOS in hoc articulo duo sunt ostendenda. Primo qui sunt serui illius. Secundo quomodo in diuersis officijs diuersimode ei deseruiunt. Quantum ad primum: sicut serui mandata Dei custodiendo, seipsos, & proximum verbo, facto, & exemplo ad bonum conuertendo, diligenter saluare nitũtur: ita serui diaboli ecõuerso. Sicut iterũ Spiritussanctus ad hoc in cordibus habitat seruorum Dei, & per os illorum loquitur: iuxta illud. Non vos estis, qui loquimini, &c. Ita in proposito diabolus sciens se turpem, & odibilẽ in nomine & propria forma, seruos suos intrat, & in illorum forma, & per illorum loquitur os. Et quod alicui loqui desiderat, vt ipsum ad peccãdum inducat, in ore ponit seruorum suorum, & ipsi loco magistri sui alijs loquuntur: sicut patet. P. 7. 47. Et mediante doctrina, & auxilio magistri sui alios, quibus loquuntur Artic. 6. 11

ad

ad diuersa inducunt peccata. Quod enim sic loquatur expresse probatur. 3.Reg.22. vbi legitur quod spiritus malus, qui voluit decipere Achab, & populum eius dixit: quomodo hoc faceret. Ero, inquit, spiritus mendax in ore omnium prophetarū eius, quod dixit, fecit, & decipit ei credentes per ora prophetarum loquens. Ille ergo idem spiritus qui ibi loquebatur per ora falsorum ad deceptionem Achab loquebatur. Danielis 13. per ora falsorum iudicum, seu sacerdotum ad deceptionem Susannæ, & adhuc loquitur per os cuiuscunque, qui alium ad quodcunque peccatum trahere nititur. Per ora nanque seruorum suorum vult alios facere sibi seruos, & peccato.

¶Iuxta illud Ioan.8. Qui facit peccatum, seruus est peccati.

12 ¶Quantum ad secundam partem huius articuli: sicut Deus, qui misit seruum suum uocare omnes ad cęnā suam. i. totam ecclesiam suam congregationem fidelium, per diuersa distinguēs officia, in quibus seipsos, & alios saluare nituntur.

¶Sicut iterū magni domini in curijs suis plures habent ministeriales: ita diabolus mitti congregationē seruorum suorum, vt tam seipsos damnatos, quàm etiam alios ad suam ducant cęnam inferni, inter quos loco verorum prophetarum Dei sunt prophetę falsi diaboli.

Corpus diaboli. ¶Primo auari, qui prophetant carū tempus, quale optant, vt sua carius vēdant. Secūdo superbi, & vani, qui ante tēpus in diebus ferialibus ꝑdicunt, q̃ vani volūt esse in diebus festiuis in ecclesia, in spectaculis, i tabernis. Tertio iracūdi, & inuidi, q minādo ꝓloquunt, quō se in posterū vindicabūt. Quarto gulosi, q ante tēpus exultant de festo, vel ebrietate futura. Quinto accidiosi, q ꝓphetant se velle in crastinū facere longū matutinum. Sexto luxuriosi, qui multa bona mulieribus ꝓphetāt, & ꝓmittūt, vt eis assensum ꝓbeāt peccādi. Septimo oēs infideles, qui longam sibijpsis, & alijs ꝓmittūt vitā, & impunitatem dicētes, q Deus neminem vult perire Christianorum. De his omnibus. Thren.2. Prophetæ tui viderunt tibi falsa.

¶Sicut iterum Deus habuit Apostolos suos, & alios prædicatores, qui fidem rectā docuerunt: ita habet diabolus Apostolos, & prædicatores, qui docent credere in sortilegijs, & strenis, & huiusmodi. Habet etiā martyres suos, qui gula, luxuria, hastiludijs, pugnis, & homicidijs, & alijs factis crudelibus mortē eis naturaliter præfixam præueniunt, & seipsos ante tempus prosternunt, sicut potes fructū in horto prosternere ante maturitatem. Habet & confessores suos; auaros videlicet, qui vt plura accipiant, seu acquirant, vigilāt, & vt acquisitis parcāt, ieiunant, & vt diuitias acquirere possint, diuites fieri, orant, quæ non habent iniuste optantes. Habet & virgines; illas videlicet, quæ licet munditiam in effectu: non tamen in affectu custodiunt. Habet & prælatos negligentes, & principes tyrānos, qui comedunt de argento, & soluunt lingua, vbi principes Dei solebant, & adhuc etiam contrarium faciunt. Habet, & clerum pollutum, & mercatores falsos, & religiosos fictos. Et sit contra omnem statum, & officium inuentum in ecclesia Dei, alium inuenies in ecclesia malignantium. Et sicut ecclesia fideliū dicitur, & vocatur in sacra Scriptura corpus Christi. Iuxta illud Apostoli.1.Cor.12. Vnum autem corpus in Christo, cuius corporis quilibet fi-
delis est vnum membrum: ita hæc ec- 13
clesia malignātium, cuius supremum caput est ipse diabolus; locū vero capitis in terra tenet malus princeps, Cuius oculi prælati remissi, & clerus dissolutus. Cor consiliarij, quia ab eius sicut à corde opera ꝓcedunt exteriora. Os sunt iudices. Dicitur em̄ iudex, quasi ius dicēs. Illi ergo, q ius dicūt, & nō faciūt in isto corpore sunt os.

Lingua sunt aduocati, & alij legisperiti, q vt dicitur. Hier. 9. Docuerunt linguã suã loqui mendacium. Aures sunt baliui, & senescalli, & alij iniustã exequentes sententiã seu mandatum. Qui ideo dicuntur aures, quia audiunt iniusta præcipientẽ, & obsequútur: Deũ vero in pauperibus clamantẽ non audiunt. Sed quò ad Deũ sunt aures surdę: ideo qñ ipsi clamabũt in angustijs, respondebitur eis eatis ad dños, quos aliquando audistis. Latera sunt camerarij, & secretarij, q omnia cõsulta in publico destruunt in priuato: sicut secretarij Roboam. 3. Reg. 12. Manus sũt milites, & alij armati ad omne bonum paraliticæ, & ad omne malũ paratę. Pedes sunt inferiores ribaldi, custodes equorum, & alij latrunculi curias sequẽtes. Tybię sũt armigeri, Vẽter, vbi multæ sordes congregãtur, est aulicorum sordidorum adunatio. In quo ventre septẽ sunt nequitiæ. Prima auida officiorum ambitio. Secũda seductoria adulatio, qua quilibet alteri adulatur, vt honores, commendationes, & officia consequatur. Tertia improba munerum acceptio, & officiorum, & iustitiæ seu iustæ expeditionis vẽditio. Quarta inuidia, qua quilibet alteri inuidet, si melius sit cum dño, vel ei præponatur, vel plura lucratur. Quinta amicitiarũ falsa fictio in salutationibus honoribus, & fictis signis. Sexta est eorũ contra alios conglobatio: contra hominem nanque alterius dominij, in quem quã illorũ delinquẽtem statim ad vindictam, & prædam sicut spinæ confederantur, sicut Pilatus, Herodes, & Iudęi contra Christũ. Septima est in comessationibus, & voluptatibus, & vanis ludis, & in naturalibus vigilijs de nocte, & dormitationibus de die noxia, & infelix vacatio. Noctem, inquit, vertunt in diem, ideo vertitur eis nox huius mundi in diem, & dies alterius sęculi in noctẽ tenebrarũ, vbi nullus ordo. Omnes isti declinauerunt simul, inutiles facti sunt. De isto corpore verificat illud. Esa. 1. Omne caput languidum, &c.

¶ Istius vero corporis maledicti custodes gladios, & arma circa ipsũm portantes sunt pugnatores, & homicidæ. In curia vero eius coci sunt gulosi, Camerarij luxuriosi, Carnifices detractores, Heraldi, & mimi sua, vel aliena peccata iactantes nuncij sunt mendaces, Armigeri ejus superbi, Clauigeri ebriosi, Mercatores eius sunt fures, & latrones, & vsurarij, & simoniaci. Eius consiliarij sunt falsi cõspiratores, & duodenarij periuri Capelani in capella eius sunt cantores turpium, & ad lasciuiam prouocantiũ cantilenarum, & narratores turpium gestorum. Custodes pacis in dominio suo, & correctores malefactorum sunt isti in potestate, & officio constituti, qui pro muneribus puniunt bonos, & simplices, & vendunt latrones, & homicidas, & supportant malefactores. Omnes isti sunt serui diaboli in diuersis officijs: iuxta illud ad Rom. 6. Serui eius estis, cui obedistis. Et quod plures sint de istis, quam de seruis Dei patebit infra. e. c. art. vlt.

¶ Modus vero, quo ei seruiunt, & alios decipiunt, & ad seruiendum inducunt. Arti. 7. 14 Fabula.

¶ Primo patet. A. 15. 14. Et F. 2. 30. Et P. 7. 47. Secundo, idem decipiendi modus ostenditur, per similitudinem in natura irrationali, de qua fabulæ fingunt, q vulpes ceruum, qui ad leonis curiam inuitatus venire contempsit, adulationibus, & blanditijs, & lusibus fictis decepit, & eum venire fecit, & occidi. Ad literam dicitur, quod vulpes ludendo leporem ad se trahit, & decipit: Sic prædicti ministri ad illum, qui tanquam leo circuit quærẽs, quem deuoret. 1. Petri 5. & ad curiam suam multos verbis deceptorijs trahunt. Alij consulentes, quod pro re amissa, vel tædio, in quo est, vel pro amore inter ipsam, & maritum, vel amasium nutriendo, vel amissio recuperando, ad clericum necromanticum, vel sortilegam vadant, vel quod

quod pro lucro terreno fornicentur, totum periculum super se accipiētes, quod si verum est; tunc nec Pilatus periculum habuit de Christi crucifixione, quia Iudæi totum periculum super se acceperunt dicentes. Sit sanguis eius super nos, & super filios nostros.

¶ Alij per modum ioci trufantes, & deridentes: tu es ineptus inter mulieres, & his similia dicentes, per quæ verba licet forte quandoque præter intentum homines inclinant,
Exēplū. & emoliunt ad peccandum: Sicut patuit nuper de quodā domino, qui nouiter ad dominium suum veniens cū seruis suis ludendo dicere solebat; quod mulieres vocabant eos capones, quorum vnus postmodum propter huiusmodi peccatum de curia licentiatus dixit: in aula coram domino, & familia publice, quod nunquam illud fecisset, nisi talia verba fuissent. Ex quo patet ꝙ sic loquentes subintroierunt: vt nos in seruitutem redigerent ad Gal. 2. Hoc enim vel ipsi, vel ipse, qui in eis loquitur, intendit. Quantum ergo ad intentionem diaboli sic loquentes; vel alio signo facto; vel verbo ad peccata allicientes, sunt sicut cattus excoriatus, vel petia carnis mortuæ, qua quis miluos capit, & sufflatorium diaboli ad ignē luxuriæ, vel alterius peccati inter aliquos inflammandum. Et sicut stimulus, quo animalia punguntur, vt ad infernum celeriter vadant, & seruiant regi Babylonis. Hiere. 18. Tertio idē decipiendi modus in arte ostenditur venatorum, qui tria habent, per quę bestiam capiunt: laqueos, siue retia, canes, & clamantes, vt bestiam diuertere faciant à via tuta ad periculosam: Sic diabolus habet retia multorum peccatorū. De quibus in Psal. 140. Cadent in retiaculo eius peccatores. Habet & canes, id est, omnes prędictos, quorum quilibet in officio, & modo suo alios venatur ad peccatum. Habet & clamatores, qui vel per minas, vel derisiones clamant super nolentes eis in malo acquiescere. Alij à latere suadēt dicētes illud. Exod. 14. Melius est seruire eis, quam mori. Ex duobus ergo immediatis, & vltimis articulis tanquam ex duobus signis certissime cognoscere poteris, qui sunt serui diaboli: nam vidēdo in aliquo factum, de quo in priori, & modum, de quo in isto vltimo dictum est, scire poteris, cui ille seruit cum filijs suis, id est, cū suis similibus ad Gal. 3.

¶ Quantum vero ad seruos mundi, & carnis. Primo ostendetur, qui sunt serui mundi, carnis, & diaboli speciales. Secundo quis sit finis, & stipendium seruitutis mundi, & carnis, & diaboli. Tertio ex istis finibus tanquam ex antecedente infertur consequens, quod nullus deberet eis seruire. Quantum ad primum serui mundi speciales sunt superbi, & auari. Nam primi multa expēdunt in equis, & robis, & robarum varietate, & nouitate, & festis, & ludis, propter mundi vanitatem, & sic mundo seruiunt. De quibus Ecclesiast. 10. Vidi seruos in equis. Secundi multa colligunt, vt apud mundum sint magni diuites, & potētes, & inter primos honorati, idolis suis seruientes. 4. Regum. 17. id est auaritiæ, quæ est idolorum seruitus Serui vero carnis peculiares sunt gulosi, otiosi, luxuriosi, seruientes desiderijs, & voluptatibus. Titum 3. quorum quilibet seruiuit immunditijs, 4. Reg. 21. Serui vero diaboli speciales sunt inuidi, & iracūdi. Nam à quo quis superatus est, eius seruus est. 2. Petri 2. Arti. 4. 51

¶ Quantum ad secundā partē huius articuli, dicamus illud qđ dicit beatus Grego. in moralibus, super illud Iob 21. Ducunt in bonis dies suos. O, inquit, bene Iob enumerasti vitā, dic finem, quem concludit dicens. In puncto ad infernum descendunt non tantum illi, qui vitam ducunt prædictam, sed etiam illi prophetæ, & alij diaboli ministri, qui modis prædicti

ipsos ad peccandum induxerunt, vel mediatores ad hoc fuerunt. Iuxta illud Oseæ 4. Corrues hodie, id est cito,& inopinate, & corruet propheta tecum, qui te in malo souebat, vel ad bonum non reuocabat, secundum glo.

16 ¶Corruent,inquit,in morte,in qua experientur, quod nunc credere nolunt, qualiter dominis seruierunt, & ingratis,& quàm peruersis. Sane quod tales sint quilibet in corde suo, ex factis proprijs,& consuetudine bona inter homines fideles bona obseruata, ex qua diu obtentum est, quod seruo fideli de licentia domini in termino suo recedenti dominus stipẽdium soluat,& seruus hoc iuste petere potest, cui quanto fidelius seruiuit,& diligẽtius,& quanto plus indiget, tanto dominus ad soluendum ei maiori iustitia obligatur,& si fecerit dicetis,quòd bonus dñs est: Si autem non fecerit, sed potius sibi damnũ fecerit, dicetis ꝙ malus,& ingratissimus sit. Sic iudicetis de seruis prędictorum dñorum, quãdo recedunt à dominis,si bene eis fecerint,bonum est eis seruire,si autẽ male in necessitate mortis eis fecerit, malum est seruire eisdem. Talis dicere potest mundo, seruus tuus seruiuit domino neq;: quia male reddis ei,qui sicut dicitur. Hebr.2. per totam vitam suam obnoxij erant seruituti.

Cauete qui vidistis, quod sic reddidit

17 alijs. Sic etiam reddet vobis. Eadem cogitatio fiat de his qui seruiunt carni,quia semper habebunt cõtrarium, scilicet pro sanitate infirmitatem, &c. pro cibo bono erit cibus vermium &c. pro otio laborabit in æternum. Et ibi sicut dicitur. Hiere.16. seruietis dijs, qui non dabunt vobis requiem. Idem etiam cogitãdum est de seruis diaboli, quibus in fine nihil dabit nisi patibulum inferni. Nisi forte ꝙ illi miserabiliores sunt in duobus. Primo quia minorem habent delectationem in seruitio suo, & maiorem afflictionem, nã alij in seruitijs suis licet breuem inueniunt delectationẽ, isti vero tam hic,quàm alibi torquentur, nam hic magnam habẽt afflictionem,sicut patet in capitulis de ira, & inuidia. Vbi ergo alij de transitoria delectatione ad æternam pęnam: isti vadunt de transitoria pęna ad æternam. Secundo sunt infęliciores, quia mortuo seruo mundi,vel carnis, nec mundus, vel caro animam recedentem plus affligit, diabolus vero semper animam serui sui,& post diem iudicij, & corpus affliget, Et pro toto labore nihil aliud dabit seruo suo, nisi patibulum inferni sempiternum, a seruitute dura,qua ante seruisti. Esa.14.

¶Quantum ad tertiam partẽ huius 18
articuli, ex ista parte iam dicta infertur consequens, quod nullus deberet prædictis tribus seruire in malo propter afflictionem,& multitudinem seruitutis. Thren.1. Sed dominium illorum fugere,& Deo seruire. Exemplo Exẽplũ
cuiusdã,de quo fertur,quod diu cuidã domino seruiens infirmitate præuentus petiuit à domino liberationem. Cui respondenti, ꝙ ipsum sanare non posset. Ait, ego promitto Deo,ꝙ post istam infirmitatem, si Deus dederit mihi sanitatem, ego numquam seruiã, nisi illi,qui potest, & animam, & corpus sanare,& liberare, quod & tenuit religionem ingressus: Sic & nos illi soli seruiamus, per quem creatura liberabitur à seruitute. Et non illis,de quibus. Act.7. Seruituti eos subijciẽt, & male tractabunt. Exemplo ergo Iudæ, de quo dicitur. Thren.1. Migrauit Iudas propter afflictionem & multitudinem seruitutis. Migremus &, fugiamus seruitutem mundi qui dicit, Ego deficio. Et carnis, quæ dicit ego inficio. Et dæmonis, qui dicit ego decipio, & profiteamur nos esse seruos Christi, qui dicit, ego reficio, secundùm Bernar. Et vl- Thema.
tra non seruiamus peccato, ad Ro- 19
ma.6. Sed forte cogitabunt, quod nisi mundo seruiant, non reputabuntur, immo si simplices non sequantur alios ad tabernam, di-

cent,

cent, quòd reputabuntur parci, & miseri, & nō habebunt honorem ab alijs. Sed stulta est hæc cogitatio, consultius esset cogitandum quomodo ad tēpus eis carere possent, vt haberent æternas laudes.

Arti. 9. 20 ¶Sed heu non obstantibus prædictis seruitutum finibus plures habent seruos tres illi mali domini, & diligentiores, & magis obedientes, & promptos, & feruentes, & largos, & hilares. Quantum ad primum quòd maior sit malorum seruorum multitudo, pulchre figuratum est primo. 3. Reg. 18. Vbi Helias propheta dicit. Ecce remansi propheta domini solus, prophetæ autem Baal quadringenti, & quinquaginta, propheteq; lucorum quadrigenti viri sunt. Secundo idem patet. 3. Reg. 22. vbi falsi prophetæ erant multi Micheas autem solus propheta Dei. Idem tertio ostenditur in euangelio. Matth. 7. vbi Christus dicit viā latam esse, quæ ducit ad perditionem, & multos ambulare per eam. Et arctā esse, quæ ducit ad cęlum, & paucos ambulare per eam, de quibus. Esa. 65. Serui mei comedent, & vos esurietis, serui mei bibent, & vos sitietis: serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Secundum quod sunt diligentiores, quia serui Dei ita negligentes sunt, id est, multi, qui dicunt se esse seruos Dei, & quod non multum curant audire in sermonibus, vel alijs increpationibus, quomodo Deo seruire, & placere poterunt. Sed dicunt, qui bene facit, bene habebit. Et dicūt in hoc totum contineri, quod in prædicatione audient. Circa vero aliorum prędictorum dominorum seruitia maiorem adhibent diligentiam, siue seruiant in licitis, siue in illicitis. In licitis patet, nam si quis deberet alicui regi, vel domino seruire terreno, diligenter inquirit, & libenter audit ab illis, qui modum suum sciunt, quomodo ei ad placitum suum seruire possit, &c. contra dicta supra. In illicitis ętiam, quia seruientes mundo in superbia, & cupiditate, & diuitijs acquirendis non sunt ita negligentes dicentes, si bene fecimus, &c. sed diligenter inquirunt modum, in quo poterunt &c. Sic de seruis carnis, qui diligenter inquirunt, quomodo sanitatem habere possint, &c. Et sic de alijs vt supra. Ita quòd in omnibus apparet seruis, quòd sic solus Iudas circa Christi captionem non dormiebat; sed alijs dormientibus ipse diligenter agebat, & solicite quęrebat quomodo Christum traderet: Ita nunc bonis tepidius agentibus, mali cum maxima diligentia ad infernum currunt. Quod etiam largius mali seruiunt dominis suis patet; quia vbi beatus Martinus non dedit nisi dimidium palium pro Deo, ipsi dant integras robas pro diaboli seruitio concubinis suis, licet etiam pro simili vanitate, cum quibus melius esset debita sua soluere. Vbi etiā boni dant paruum panem pro amore Dei, ipsi dant larga conuiuia, & bona cibaria meretricibus, & histrionibus, & falsis hominibus pro malo seruitio. Vbi boni dant pro Deo quadrantem, ipsi in lusibus prohibitis, & malo opere expendunt marcham. Item hoc promptius, patientius, & hilarius faciunt: Quia vbi sunt religiosi, qui ita prompte, & obedienter, & hilariter vadunt ad matutinas, vel ad ecclesiā, sicut mali vadunt ad tabernas, & spectacula, & mala opera? Vel qui ita patienter vigilarent in dicendis orationibus, vel alijs Dei seruitijs, sicut mali vigilant in Diaboli seruitio, & operibus tenebrarum. Vel vbi est tantus feruor bonorum ad trahēdum alios ad bonum, & ad Deum, sicut est in malis ad trahendum alios ad opera diaboli? Aestimo quòd pauci sunt, qui cum tanto calore, vel effectu nitantur: quia licet in se aliqui odio habeant peccata, erubescunt tamen alijs veritates suas dicere, vel timent intantum, quòd si mala societas, quam socius videt alium socium diligere,

gere, ei displiceat, de animæ periculo nihil ei loquitur asserens q custodiam non habet animæ eius, sed ei dicet, nisi dimittas talem societatem, vel tale vitium, tu confundes teipsum, vel corpus tuum destruẽdo, vel honorem mundi amittendo, & huiusmodi. Mali vero non timent nec erubescunt alios apertis verbis à Deo retrahere, & ad diabolum conuertere intantum, quòd nisi in falsitatibus, & duodenis iniustijs, & in his, quę verberando, vel spoliando iniuste facere volunt, eis assentiant, vel eos tanquam non bonos socios contemnunt, vel eis minantur, & sic quid persuasionibus, quid derisionibus, quid minis falsis alium ad falsitatem. Et sicut ouis scabiosa alias similes facit: ita leccator, seu potator, vel in alijs vitiosus socium ad simile ducit peccatum, & sic cum peruerso peruerteris, quia peruersi sicut Sodoma peccatum suum prædicauerunt. Esa. 3. Et sic patet illud Eccl. 4. Qui seruiunt ei. i. diabolo obsequentes erunt: quia seruitus peccati est peior, & vilior omni alia seruitute &c.

¶Simonia. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Tres sunt modi, quibus potest quis simoniam committere, tam mentalem, quàm realem, num. 2.*

3 *Simoniaci Iudæ Christi vẽditori assimilantur in duobus, quorum culpa multò grauior est, culpa Iudæ propter multa.*

4 *Cupiditas, siue auaritia simoniacos peruertit, atque excæcat.*

5 *Qui nam sint repellẽdi ab ordinum & beneficiorum susceptione ex leuitico ostenditur. num. 6.*

7 *Quam male faciãt Episcopi, siue Prælati promouentes ad ordines, vel beneficia eos, qui indigni sunt propter lucrum.*

8 *Quæ & quanta sit simoniacorum pœna, & periculum, tam in corpore, quã in anima, num. 9.*

Simoniacorum. Primo ostendentur modi, quibus spiritualia emunt, & vendunt. Secundo assimilatio, & culpę aggrauatio. Tertio peruersitas. Quarto pęna, & periculum.

¶Quantum ad primũ, modi & mercationes simoniacorum in generali sunt tres, sicut ostensum est. O. 6. 9. de quibus, tanquam de venenosis radicibus, seu fontibus multi rami, & riuuli exeunt venenosi. Quorum vnus est quod episcopo, vel patrono, vel amicis eorum, vel ministris mittantur encęnia, vel dantur munera, vel mutuatur pecunia. Et iste est communis modus, & quia non audent offerre pecuniam sub titulo doni, offertur sub modo mutui, quæ tamen in rei veritate datur, quasi precium ab illis, qui promoueri cupiunt, antequam promoti sint, intentioue, vt promotionem habeant spiritualem. i. beneficium ecclesiasticum. Quod enim tales sint, simoniaci, & q resignare oportet, & quod quasi omnes sunt tales, quia pauci eis alia dant de causa, nisi ista precedẽte, vel sperata. S. 8. 9. Secũdus est in his, qui iustitiam, quam gratis facere tenentur, & deberent, vendunt. Sicut hi, qui antequam illis, qui cum indulgẽtia por diœcesim ire volunt, literas cõcedunt, magnam pecuniam, & partem de omnibus mendacijs, quæ facturi sunt, recipiunt. Si enim iustum sit, & licitum, q sic vadant, gratis vadant, si illicitum propter mendacia, & falsitates, & deceptiones, quas loquuntur, nullo modo ire permittantur. Nota plus de ista iustitię venditione, & quomodo est simonia. I. 9. 16. Tertius est in his, qui quãcunque emunt potestatẽ sicut ostẽsum est in iure canonico. 1. q. 1. si quis episcopus vult: cũ glo. sua. In quibus continetur, q qui dat munus, vt sit dispensator rerum ecclesiasticarũ, vel vt aduocatus, vel iudex, vel defensor, vel castellanus simoniã cõmittit. Cui

Arti. 1. 1

concor-

concordat Hosti.M.8.22. Quartus est in his,qui emunt, vel vendunt ius patronatus. Quod enim illud specialiter vendi non possit, patet expresse in iure canonico. extra. lib.3. tit. de iure patronatus.cap.de iure vero,vbi Papa informatus de quodam,qui ius patronatus vendiderat scribit episcopo, q̃ si ita sit, cuius patronatus sit spirituali annexum, q̃ cõtractum illum irritum decernat,transit tamen cum vniuersitate. Quibus concordat Sanctus Thomas de Aquino in scripto super quartum sententiarum.dist.25. Addens q̃ si gleba charius vendatur propter respectum iuris patronatus, simoniam committit, quandoque nanque gleba tantum in venditione nominatur, sed iuspatronatus in intẽtione sub precio cadit in mercatione,quæ est inter Iudam, id est cupidum patronum iterũ Christũ vẽdentem,& Caypham, id est simoniacum clericum Christum male ementem. Et est de illis in illo cõtractu sicut de muliere, quæ vendiderat bouem legatã ꝓ anima mariti ꝓ obolo,& gallum pro marcha, sub qua marcha intentio,sed non pactio, interuenit bouis. His etiam concordat idem in Summa.q.100.artic.4. Et Petrus,& Albertus in scriptis super quarto.dist.

2 25.Inter prædictas vero simoniæ radices,& ramos periculosiores sunt, q̃ occultiores,& magis vsitati sũt.Munus nanque à manu aliqui forte vitant, q̃a apertum est munus, vero ab obsequio, vel lingua simoniam, quæ committitur per preces armatas,vix aliquis vitare videtur,nonne propter hoc clerici patronis seruiunt,& amici pro indignis munus à lingua, id est, preces patronis, & episcopis porrigunt, vt ab eis promoueantur,& propter hoc etiã ipsi eos frequenter indignos promouent habendo plus ad hoc respectum, quàm ad eorum sufficientem bonitatem. Si vero dicere velint, q̃ ipsi pro alio pacto eis manibus, vel linguis seruiunt, concedendum est, quia alia sunt verba, tam illorum, quàm etiam conferentis, quando dicit, quod confert eis intuitu charitatis. Sed Deus nouit,& ipsi non ignorant,si conscientiæ suæ scrutarẽtur veritatem. Munus vero à manu,ut prædictum est, aliqui etiam vitant quãtum ad pactum apertum,sicut illi, qui pro operibus spiritualibus,sicut dedicationibus, & alijs, quæ habere volunt à prælatis expedit aliqua ante opus perfectum, vel inceptum gratis offerre videntur. Et secundùm Innocen. extra.lib.5.tit.de simo.cap.1. & c.ad apostolicam, sponte oblata recipere possunt. Sed videtur, q̃ illud sponte sequi deberet factum spirituale, quia si ꝑcedat præsumitur illa intẽtione datum. Talis etiam receptio, tanquam concussio prohiberi videtur in lege ciuili.R.1.21. De modo vero,qui per preces fit armatas,vix est,qui cõscientiã habeat, vel ex parte scribentis,seu præcipientis,& rogãtis, vel ex parte obediẽtis. Et tamen sicut grauius peccat raptor, quàm fur: ita videtur de illo,qui per talẽ intrat violentiã, quod ille est quasi raptor similis lucifero, qui rapere voluit deitatẽ, qui ita in ecclesiam sicut lucifer in cęlum ascendere vult contra Dei voluntatem,dicens illud Esa. 14. In cęlum conscendam. Et iterum ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo.

¶In quo primo simoniacorum inuenitur assimilatio. Secundo Iudæ assimilantur Christi venditori in duobus, primo in causa,secundo, in modo loquendi. In causa, quia sicut Iudas secundùm glo. vendidit Christum, vt aliquid daret precio illo his,quos carnaliter diligebat: ita patroni,& maiores prælati iterum Christum vẽdunt: nam gratiam vendentes Spiritussancti,qui est filio consubstantialis, ipsum filium vendunt. 1.quæst.1. eos, vt tam ipsi,quàm illi,quos carnaliter diligũt, habeant, vnde male viuant, quantum ad animam propter hoc nanque claudus, & languidus intulerunt munus. Malach. 1. Quantum etiam ad modũ Arti. 2. 3

loquendi, vel cogitandi eidem pro tãto assimilantur, quia sicut ipse dixit, quid vultis mihi dare, & eum vobis tradam? Sic isti loquuntur, vel cogitant, qui acceperunt munera, & peruerterunt iudicium. 1. Regum 8. Quorum culpam supra culpam Iudæ multa aggrauant. Primo quia multi istorũ melius forum faciunt de Christo vendentes eum pro denario, quem recipiunt pro missa celebranda, vbi ad celebrandum pro alijs de iure tenentur. Quod autem illud sit simoniacum, vide in Summa cõfess. lib. 1. tit. de simo. q. 39. Secundo quia ipse fecit pro vxore, & filijs legitimis. Isti vero pro illicitis personis, & illegitimis. Tertio quia Iudas semel, ipsi frequẽter quotiens beneficia permutant. Quarto quia ille, quod male recepit reiecit: ille etiam precium accepit, antequã Christus precium sui sanguinis pro ipso posuerat: isti autem ex postfacto precium cogitauerunt repellere, id est vendere &c.

Arti. 3. ¶Quorum peruersitatis, & excęcationis causa est cupiditas. Sicut patet
4 Exẽplũ. per exemplum de quodam præbendato, de quo fertur, quòd quotidie dicere solebat, ꝙ plura habere beneficia ecclesiastica peccatum fuit mortale, & ꝙ aliud videre nesciuit, cum vero ipse duo haberet, contrarium dicebat, ꝙ videlicet licitum fuit duas habere præbendas: sed nullus, inquit, potest hanc videre iustitiam; nisi qui duas habet, nulli autem hęc videre possunt, nisi spiritualiter excęcati. De quibus. Deut. 16. Munera excęcant oculos sapientium. Sic vero excęcatorum peruersitas multipliciter ostenditur. Primo in hoc ꝙ ex eorum auaritia, & negligentia contingit, ꝙ tot mali ordines, & beneficia intrant ecclesiastica. Patroni nanque & prælati sunt murus ecclesię, de quo quantum ad malos dicitur. Gen. 49. Vasa iniquitatis .i. indigni volentes ordinari, vel promoueri prædictis muneribus oblatis, tãquam ferreis instrumentis suffoderunt murum. Sicut ergo muro ecclesię destructo porci, & canes, & animalia immunda intrant, & ecclesiam maculant, ita prædictis de quibus Esa. 1. Omnes diligũt munera, spiritualiter per peccatum destructis tales ordines, & beneficia intrãt de quibus in Psal. 78. Deus venerunt gentes in hęreditatem tuã, polluerunt templum sanctum tuum. Et Soph. 3. Sacerdotes eius polluerũt sanctum, quia murus Hierusalem dissipatus est Neemiæ 1. Et pro tanto intrant omnes illi, qui templum Dei ad ministrandum Deo intrare prohibentur. Leuit. 21. Ibi præcipit Deus, ꝙ habens maculam non accedat ad ministrandum. Et specificantur maculæ impedientes, per quas spirituales maculæ nunc intelliguntur in his, qui accedere non deberent ad Dei ordines, vel beneficia. Dicitur enim sic. Homo, qui habuerit maculam nõ offeret panes Deo suo, nec accedat ad ministerium eius. Sic cęcus fuerit in spiritualibus non habens scientiã ad discernẽdum inter leprã & leprã: Talem Deus a sacerdotio suo repellet. Oseę. 4. Vel si claudus, qui scilicet vult Deo seruire, & mammonæ, vel qui ratione ordinis, vel beneficij Deo militare tenetur, & ex alia parte implicat se negotijs secularibus. Sicut illi, qui in curijs stant regum, & dominorum circa occupationes negotiorum secularirũ. Tales sunt sacerdotes lucorum, & prophetæ Baal, à quibus Helias quæsiuit: vsque quo claudicatis in duas partes. 3. Regum 18. Si paruo, vel grandi, vel torto naso, id est, minus discretus, vel nihil scit, vel minus discretus in opinione propria, & qui ab alijs, quod sibi deest, addiscere erubescit, & qui torto naso faciem ecclesiæ suis peruersis exemplis deturpat. Si fracto pede, vel manu, id est, cuius nec affectio bona est, nec operatio: si gibbus, id est, cupidus habens gibbum temporalium in dorso, si luppus. Lippus habet pupillam sanam, sed humores defluentes

fluentes oculorum visum impediunt, & aspectum deturpant, & significat habentes cognitionem veritatis, quàm fœditas carnalis obscurat voluptatis, quantum ad gulam, & ebrietatem. Si iugem scabiem in corpore, per quam significantur luxuriosi. Omnes isti & his similes talia quæ prędicta sunt cõmittentes raro vel nũquam de eis absoluuntur, quia suis vicinis confitentur sacerdotibus, qui nullam potestatem habent eos absoluendi, cum non sint eorum subditi. Cum ergo sint mali in peruerso opere, & filij perditionis in impotentia, maledictus qui accipit munera. Deute. 27. supple, & tales in ecclesiam introducat, vel in ali-
6 qua sic viuere permittit. Tales enim sicut similes sunt sarracenis in culpa, qui capta Roma ecclesiam sancti Petri stabulum quondam fecerunt equorum, & aliorum animalium, ita & similes illis erunt in pœna, qui redeuntes in mare submersi sunt, quia qui tẽplum Dei violauerit disperdet illum Deus. 1. Corinth. 3. Christo ergo quærẽti, vel cuilibet bono malum clerum admiranti, & causam tantæ leuitatis, & spiritualis fœditatis in ecclesia cogitanti responderi posset, sicut leguntur filij cuiusdam auiculæ respondisse matri quærenti, quis illorum nidum fœdauerat, qui dixerunt frater noster iste cum grosso capite, quem cuculus in ouo ibi fraudulenter posuerat, ita dicere possunt de illo, quẽ cuculi, qui semper idem cantant scilicet affer, affer. Prouerb. 30. in nido ponunt ecclesiæ, qui habent grossa capita: quia plus comam nutriunt, & minus religiose raduntur, quàm filij Christi, de quipus Esaiæ. 46. Cõfertis aurum de sacculo, & argentum statera ponderatis, conducentes artificem, id est patronum, vel maiorem prælatum: vt faciant Deum, id est, locum Dei tenentem, quod dum faciunt fures, & latrones in loco Dei ponunt, quia non intrant per ostium scilicet Christum Ioh. 10. Et si fur est, & sacrilegus, qui

Ex fabulis.

Cuculus.

aliunde ascendit, & furatur calicem, vel librum à fortiori ille fur est, qui aliunde ascendit, & totam furatur ecclesiam, & per totam vitam suam cum omnibus fructibus occupat. Quod 7
iterum dum faciunt, sponsam Christi adulterare faciunt, dum eam alteri, quam vero marito, id est immaculato copulant, quibus ait Christus. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Matth. 21. Et sic qui male intrauerunt domum Dei in ecclesia militante, postea eijciẽtur de domo Dei in ecclesia triumphante, quia sicut dicitur Zacha. vlti. Non erit mercator vltra in domo Domini. Nec mirum, quia Deum multum offenderunt in terra, non enim est aliquis ita pauper, quin grauaretur, si ad forum ductus venderetur. Et si homo sic offenderetur ergo Deus, &c. Secundò illorum peruersitas in hoc ostẽditur, quòd contra Dei faciunt iustitiam, qui dispersit dedit pauperibus. Tertiò contra Dei curialitatem, qui vult, quòd quilibet habeat victum, & vestitum necessarium, & nullus superfluum, contra quod videntur facere, qui duo beneficia vni dant personæ.

¶ Quartò contra voluntatem testatorum, & aliorum, qui ecclesiam illa intentione dotauerunt, vt multos haberent pro eis orantes, plures autem haberent, si plures essent promoti, ergo &c. Quintò in hoc, qđ alia faciunt, de quibus dictum est. E. 2. 12. de quibus omnibus conqueritur Deus. Hiere. 11. dicens. Quid est quòd dilectus meus scilicet patronus, vel prælatus, vel per eos simoniacè introductus in domo mea fecit scelera multa?

¶ Sed quia sceleribus multis debentur pœnæ multæ, vt pro mensura peccati sit & plagarum modus. Deute. 25. necesse est sequi, q simoniacis, qui pœnas euadunt, eis à iure canonico infligendas, duæ immineant pœnæ à Deo inferendæ, quas eis per beatum Gregoriũ minatur, 1. q. 1. quibusdam narrantibus. Art. 4.

8 rantibus. Vnam videlicet in corpore, quando à Deo diuersis percutiunt infirmitatibus. Patronus videlicet aliter spiritualia tractans, quàm deberet lepra sicut Ozias Rex 2. Paralipo. 26. vel morte sicut Oza, qui imposuit arcam domini portandam bobus lasciuientibus. 1. Paralipo. 13. Quas etiam pęnas simoniaci patienter clerici, quando similiter in infirmitate percutientur: sicut Giezi leprosus. 4. Regũ. 5. Et morte, sicut illi septem viri, qui mala intẽtione accesserũt ad Saram Thobiæ 3. per quos significatur mala intẽtione, vel malo modo accedentes ad ordines, vel beneficia ecclesiastica. In corpore verò & anima æternaliter pęnas sustinentes sine æstimatione: quia spiritualia vendiderunt, & emerunt, quæ etiam secundum iura ciuilia non cadũt sub æstimatione, nec appreciatione. in ff. veteri. lib. 1. tit. de re. diu. l. sacra loca in fine. Vbi habetur, quòd res sacræ sub æstimatione non cadũt. Istas verò pœnas in morte incipient patroni, quando obmutescent non valentes respondere ad quæstiones, quare spiritualia vendiderunt, iniuriam spiritussancti facientes libertati, quorum exemplum quãtum ad hoc, quod cum illo, qui non habuit vestem nuptialem obmutescent, præcessit in speculo illorum, quodam videlicet episcopo simoniaco, de quo in Chronica legitur pontificum Romanorum, quod videlicet cum Hildebrandus Cardinalis postmodum Papa Gregorius in Francia legatus multos deponeret simoniacos, & contra vnum episcopum per probationẽ prȩualere non posset: quia omnes testes pecunia corruperat, de testimonio confidens spiritussancti ei præcepit, quòd si esset mundus à vitio simoniæ, in testimonium suæ innocentiæ diceret. In nomine patris, & filij, & spiritussancti, quod cum pluries dicere niteretur, & totum vsq; spiritumsanctum perduceret, illum, contra cuius libertatem peccauerat, vendendo, quæ spiritussanctus libere vellet donari, nullo modo nominare potuit. Et sic cum testimonium deficeret humanum, diuino conuictus testimonio obmutescẽs deponebatur, & de cętu expellebatur episcoporum, in signum, q; talis in morte de societate expellẽdus est electorum testimonium perhibente muneribus eius Deo. ad Heb. 11.

Exemplum.

9 ¶Quantũ verò ad pœnas, quas post illam eiectionem sustinebunt, exemplum illorum, nisi se corrigãt, præcessit in Conrado Imperatore, per cuius exemplum se corrigere possunt, q volunt, sicut ipse fecit, vt pęnas, quas ipse vidit, euadant. De ipso nanq; in chronica scribitur Romanorum Imperatorum, q; cum esset puer, & luderet cum quodam clerico, qui habuit fistulã argenteam, promisit ei episcopatum, qñ esset imperator pro illa fistula, quod promissum post modũ impleuit. Post modum verò cõtigit imperatorem in quadam infirmitate per triduum iacere, & mortuum, & prædicto episcopo cum alijs clericis circa ipsum orantibus cum loquelam recuperasset, inter prima verba, qua loquebatur, episcopum illum episcopatu de facto priuauit asserens eum fere fuisse damnatũ propter illam mercationem dicẽs, per totum triduum dęmones super ipsum ignem sufflasent, mediante illa fistula calidiorem, quam vnquã viderat. De quo igne dicitur. Iob 15. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. Easdem verò pęnas emptores, idest simoniaci clerici cum venditoribus incipient obmutescentes, quando respondere non poterunt ad quæstiones eis obijciendas ex officio, de quibus habetur. O. 6. 13. Quod vero vterq; tam vendentes columbas, quam ementes de templo eijcientur triumphante ostendit Christus, quando & ementes, & vendentes eiecit de templo militante. Mar. 11. Quod insuper de societate eijciendi sunt angelorũ patet ĩ eiectione prædicti Oziæ & Giezi de societate hominum. Ipsi nanq; congrue percutiebantur tali infirmitate,

Exemplum.

firmitate, quod in hominũ societate morari non potuerunt sanorum, in signũ, quod simoniaci in societate morari non poterunt angelorum, & sanctorum, de quorũ quolibet verificatur illud Esaię 26. In terra sanctorum iniqua gessit, non videbit gloriam Dei. Quam sententiam dedit & confirmauit Petrus contra Simonem, a quo simonia denominatur dicens. Pecunia tua sit tecum in perditionem. Actuum. 8. Nota V. 12. 29. &c.

¶ Societas. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Quãta sit vtilitas bonæ societatis ostẽdit multis comparationibus.*

2 *Socij sunt diligenter probandi anteguã societas firmetur.*

3 *Quanta sit malæ societatis instabilitas exemplis declaratur. nu. 4.*

5 *Mala societas fugienda est non solum, quia est instabilis; sed etiam quia vnus malus in societate totam societatem maculat.*

6 *Mali socij comparantur igni, qui ea, quæ sibi sunt proxima igniendo sibi assimilat.*

7 *Iidem assimilãtur aquæ, quæ citius extinguit ignem, quàm ignis aquam calefaciat.*

8 *Malorum societas Deo displicet.*

9 *Boni affliguntur temporaliter propter societatem malorum, & quandoque etiam eis non assentientes.*

10 *Mali postquam aliquem ad pœnam duxerint, tanquam ingrati illum non iuuant.*

11 *Malorum societas vitanda est ne nos simul cum ipsis ad pœnam ducant æternam.*

12 *Bonorum societas malis diu placere nõ potest, & è contra societas malorum bonis, num. 13.*

14 *Conditionem propriam cognoscere quã facile aliquis potest ex societate quam habet.*

Ocietatis bonę primò ostẽditur vtilitas. Secundò societatis peruersę instabilitas. Tertiò periculum quãtum ad hoc, quòd socios maculat per culpam. Quartò quantum ad hoc, quod Deo displicet. Quintò quantũ ad hoc quod ducit ad pœnam. Sexto quod boni diu placere malis nõ possunt, nec mali bonorum lungam volunt societatem. Septimò quomodo quis cõditionem suã cognoscere potest interiorem per societatem exterius amatam.

¶ Circa primum duo sunt dicenda. Art. 1. Primò nanque ostendetur intentum. 1 Et secundò socij examinatio. Quantũ ad primum: bona societas primo impetrat gratiam: quia sicut vnus apud mundum aliquando à Principe petitionem obtinet rõne societatis, quam per se obtinere non posset: ita etiam apud Deum: habent enim emolimentum societatis suæ, Eccles. 4. Non solum gratiam impetrando, sed etiam conseruando. Sicut carbo extinctus non tantum habet emolimentum carbonum calidorũ in acquisitione ignis, sed etiam in cõseruatione: ita in proposito, homo extinctus, & spiritualiter mortuus, & frigidus per adiutorium societatis bonæ vitæ, & gratiæ restituitur. Quod pulchre ostensum est. 4. Reg. 13. per mortuum resuscitatum per societatem ossium Helisei. Et etiam in vita spirituali conseruatur, sicut candela accensa cum multis alijs copulata in vento cõseruatur ab extinctione, & virga à factione: Sic saluati fuissent illi de sodoma à combustione, si decem bonos socios habuissent. Gen. 18. Sic ad literam saluata fuerunt à combustione ossa pseudoprophetæ in Bethel propter societatem ossium Abdo prophetæ, quando Iosias Rex Iuda ossa aliorũ combussit. 4. Reg. 23. Et sic in omnibus patet illud

lud Ecclesiastes. 4. Si fuerint duo simul fouebuntur mutuo, habent enim emolimentum societatis suæ, vbi alij, qui nullam cum bonis habent societatem, destruuntur. Sicut patet de viris lachis destructis, & captis ab hostibus. De quibus dicitur Iudicum 18. Quod cum nullo hominum haberent quicquam societatis.

2 ¶Ex quo ergo maxima est bonæ societatis vtilitas, & malæ periculum, sicut patebit in sequentibus, socij sunt diligenter probandi, antequam societas firmetur, vel à quocunque quis ratione societatis ad aliquid faciendum iudicatur. Quia sicut mercator diligenter considerat quam per viam habeat societatem, nec libenter latronibus se associat. Peregrinus etiam diligenter inquirit versus quam terram homines vadunt, qui ipsius per viam petiit societatem. Et si ipse versus terram sanctam peregrinetur, non associat se eis, qui contrariam vadunt viã, sed societatem illorum declinat, ita qui intendit ire versus cœlum, diligẽter inquirat, qui vadunt per viam illã, & qui non, quãdo aliquorum se ei offert societas, & declinet illos, qui vadunt versus infernum. Fili mi ne ambules cum eis: pedes illorum ad malum currunt. Prouerbio. 1. Sed societatem illorum deuita, exemplo Iacob, qui societatem Esau vitauit dicentis. Ero socius itineris tui. Gen. 33.

Art. 2. ¶Huius ergo exemplo malorum

3 deuita societatem, quæ primo est instabilis quantum ad seipsos, secundo quantum ad omnes. Quod nanque malorum societas sit instabilis inter ipsos malos, patet tam per exemplum ostensum. A. 21. 26. quam etiam per exemplum, quod in quibusdam antiquis gestis sancti Nicolai continetur de societate diaboli, & furis, quorum primus iuit versus domum quandam vt infantem strangularet, quem mater ei frequenter dederat, quando de nocte lachrymabatur, sicut ibi continetur. Fur verò iuit versus eandem domum, vt porcum furaretur: quorum vterq; alteri obuians alteri consilium suum reuelauit sub sigillo confessionis. Fur verò a diabolo quæsiuit; si mater aliquo modo puerum suum custodire posset, qui sub pacto secreti ei dixit quod sic: quia quando flere incipiet, si ipsum solito modo maledicendo tradat, ipsum asportabo, si vero ipsum tunc benedicat, non habebo in ipso potestatem. Quibus simul ad domum venientibus, & parum auscultantibus, incepit puer lachrymare, ad matrem verò excitatam, & cum murmure ei maledicere incipientem fur clamauit dicens, benedicite, quod ipsa perterrita audiens dixit benedicite: diabolus vero videns suum consilium reuelatum clamauit dicens, capite latronem, qui chordam habet ligatã ad tibiam porci. Sic quando malus homo, qui magnam habuit societatẽ cum diabolo, vel eius membris, cui multa mala reuelauerunt, incipit consilium diaboli in confessione reuelare, ipse eum diutius persequitur. Vel quando duorum in malo confederatorum vnus ad fidelem, & bonam conuertitur vitam, veritatem dicendo, & specialiter in aliqua causa contra alium, alius ipsum quasi inimicum persequitur, & omnia, quæ de ipso scit reuelat. Nota. A. 21. 26. Talis ergo est societas inter se, de qua Esa. 1. Principes tui infideles, socij furum.

Exemplum.

Iterum nec ad quoscunque alios, siue bonos, siue malos stabilem tenent societatem, vel amicitiam: nisi pro tempore, quo suum vident auantagium; quo cessante ad inimicitiam conuertuntur. Sicut canis, de quo dictum est. F. 1. 17. Et si apertum colorem non habent hoc faciendi: occasiones tamen quærunt nocendi, & decipiẽdi in hoc exemplum sequentes cuiusdam prælati, de quo fertur, quod subditum suum coram eo venientem cum nimis lunga barba vituperauit, quod contra statum suum barbam portauit: iterum rasum venientem repræhendit, quod 4

Exemplum.

quasi

quasi imberbis nimis iuuenis esset, p statu, quem tenebat. Sic qualitercunque te habeas ad socium falsum, semper occasiones prætendet, quod te nō habeas, sicut habere deberes, & specialiter quando videt te in aliqua aduersitate, vel quod auantagium suum erit maius cum alio, tunc tales opponet instantias improperando, quæ nūquam fecisti, vel cogitasti. Et de tali socio scribitur Eccle.6. Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis.

Art. 3. Societas ergo talis tam periculosa
5 est fugienda non solum quia est instabilis; sed etiam quia vnus malus in societate totam societaté verbis turpibus, vel iuramenis, vel detractionibus maculat. Et sicut chorda de pelle lupina in cithara totam melodiam corrumpit: quia sicut mercator in nūdinis merces suas aperit, & ostendit: ita mercator diaboli in societate merces cordis sui ostendit. Nam ibi ex abundantia cordis os loquitur: luxuriosi luxuriosa, & inuidi malitiosa, & sic de alijs loquitur. Et hoc est, quod dicit beatus Gregorius in pastoralibus, quod ineptæ lætitiæ nūdinæ sunt diaboli, in quibus nundinis diabolus per mercatores suos, qui alios ad similem inclinant culpam, multos lucratur. Sicut patet per exemplum. B.2.36. quia quilibet conatur socium sibi similem facere: sicut patet. S.8.21. in fine. in quo risu frequenter præualent, dum socius socio in malis condescendit, ne displiceat: sicut Adam cōdescendit Euæ. C.2.2. Sicut enim tunc mala societas Adam decepit mulieris, sicut patet per hoc, quod dicitur Genes.3. Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi, & comedi. Et Petrum mulier Christum negare fecit. Matth.26. de quo dicit Remigius, videte quam noxia sunt prauorum hominum colloquia, qui coegerunt Petrum Apostolum negare dominum, quem inter discipulos iam fuerat Dei filium confessus. Sic adhuc mala societas, & specialiter mulier multos decipiunt: sicut Adam, & multos suis colloquijs Christum negare faciunt de facto: nam talis societas, aspectus, & loquela, tactus, & cohabitatio est morbus contagiosus, sicut lepra, & infectiuus sicut aer malus: sicut patet per auctoritatem beati Grego. D.6.7. Et sicut tactus picis, de quo Eccle.13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo induet superbiam. Sic amicus stultorum similis efficietur eis. Prouerb.13. 6
Hoc nanque quotidiano videtur experimento, quod videlicet innocentes, & recti, qui tanquam lampades claræ in religione ponuntur, ex mala societate, tanquam ex oleo corrupto, efficiuntur nigri: ita quod non retinent ignem, ita qui ex societate mala veniunt ad facta, quæ nunquam venissent, qui omnes conuersantes, vt alios, sua conuersatione inficiant. Primò signātur per ignem, quia ignis proxima sibi igniendo sibi assimilat, Sic &c. Vnde Apocal.9. Vidi, inquit, equos, & qui sedebant super eos habebant loricas igneas, & de ore eorum procedebat ignis, fumus, & sulphur. Equi sunt peccata ad infernum portantia, loricæ malorum colligationes igneas, & de ore eorum procedebat ignis blasphemiæ, & iuramenti, & sulphur turpium verborum, &c. Secundò com- 7
parantur aquæ pro tanto: quia sicut aqua citius igné extinguit, quàm ignis aquam calefaciat: ita mala societas citius malos facit, quàm bona bonos. Vna namque fatua mulier decorata suo aspectu, & loquela citius centum ad concupiscentiam malam conuertet, quàm optimus homo sua prædicatione viginti ad concupiscentiā bonam, & desertionem mali. Et causa est intrinseca: quia sensus, & cogitatio humana prona sunt ad malū. Genes.8. Et causa est extrinseca: quia illi, qui trahunt ad diabolum, promittunt

tunt

tunt munera, vel illi, qui trahuntur sperant habere delectationes. Tales non aduertunt quòd necesse fuit Petrum societatem illam, quæ ipsum ad negandum induxit, deserere antequã veram ageret pœnitentiam, & ad discipulatum reciperetur: sicut patet. Matth. 26. Egressus, inquit, foras fleuit amare. Vnde Remigius. Qui in atrio Cayphæ sedens nõ poterat agere pœnitentiam, egreditur foras de impiorum consilio, vt pauidæ negationis sordes amaris fletibus lauet. Ex quo patet quantum noceat societas mala, & quantum iuuat recedere ab ea. Ideo dicitur. Eccle. 7. Discede ab iniquo, & deficiẽt mala abs te. Et Prouerb. 13. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit.

Art. 4. 8 ¶ Ex isto articulo vltimo patet, quod societas mala est periculosa: quia Deo displicet. Quod enim Deo displicet tam socius trahens alium ad malum patet: quia bonus pater odit trahentem filium suum ad malum ludum, vel ad lupanar, &c. Quam etiam tractus assensum præbens: sicut patet per filium, qui magnam societatem habet cũ proditoribus patris sui, &c. Quod si feceris, patet quòd societatem amittis Dei: quia societatem habes cum malis. Vnde dicitur Deut. 7. quod dederit præceptum filijs Israel, ne haberent societatem malorum. Et si contra fecerint. Sequitur. Irascetur furor Domini contra te, & delebit te cito. Sicut patet 2. Paralipo. 19. de Iosaphat, qui in multis Deo placuit: tamẽ quia cum Achab malo societatem habuit, propheta à Deo missus ipsum reprehendit dicens. Impio præbens auxilium, & his, qui oderũt Deum, amicitia coniungeris, & idcirco iram Dei merebaris. Et 1. Machab. 9. patet quòd Iudas Machabæus in primo bello occisus fuit, postquam cum Romanis se cum alijs Iudæis sociauit, qui eis rescripserunt, & remiserunt in Hierusalem, vt essent in memoriale societatis, & pacis. 1. Machab. 8.

¶ Ex qua patet historia, quod malorum societas est periculosa: quia ducit ad pœnam. Circa cuius declarationem sunt tria dicenda. Primò intentum. Secundò ostendetur, quod, postquam ad pœnam duxerint, tanquã ingrati non iuuant. Ex quibus tertiò concludetur, quod societas talium est fugienda. Circa primum sunt tria dicenda. Primo namque ostenditur intentũ. Secundò ad hoc adducetur exemplũ. Et tertiò reddetur ratio. Quantum ad primum intẽtum est, quod propter societatem malorum boni affliguntur temporaliter, quandoq; ẽt eis non assentientes. Sicut patet qñq; de his, qui in societate inuẽti latronũ incarcerãtur, & forte suspenduntur. Hoc nanq; ostensum est. T. 5. arti. 2. per totum. Et confirmatur Iosue 7. vbi de populo dicit Deus propter Acham, qui tulit de anathemate. Non ero vltra vobiscum donec conteratis illum, qui huius sceleris reus est. Sequitur. Non poteris stare contra hostes tuos. Sicut patuit coram hay, vbi omnes fugati fuerunt propter illum, & aliqui occisi. Temporaliter verò, & æternaliter tunc cũ eis affliguntur, quando eis consentiũt. Exemplum hoc ostendit de arboribus vel alijs rebus simul ligatis, in quibus videmus quod vna cadente alia cadit. Sic &c. Ratio horum est: quia dum illorum societatem diligunt, peccatis illorum consentiunt, iuxta canonem, dicit, quod consentire dicitur, qui peccati amabilem se præbet: distin. 93. si inimicus. Et sine scrupulo societatis occultæ non est, qui manifesto facinori non nititur obuiare. 83. distin. error. & extra. de senten. excommu. quantæ. Talis nanque est quasi soporem morti socians. Iudic. 4.

Art. 5. 9

10 ¶ Quantum verò ad secundam partem huius articuli multis placet alijs associatis, quod alij mortem incurrãt spiritualem, & ad hoc eis frequenter suadent, vt faciant, propter quę corporaliter

rialiter moriuntur, vel spiritualiter, vel vtroq; modo, quam morté cum in-
11 currerint, eos auxilio dereliquit, &c.

¶ Quantum verò ad tertiam parté. Si malum, qui tibi societate conatur copulari, vel antequam ipsum malum scires, amicitia coniunctus est, ad bonum conuertere non possis, vinculum scindas societatis, ne in abyssum ab illo traharis, tanquam ei societate copulatus. Exemplum in hoc primo tenens Dei, qui peccantes angelos, & homines de societate sua eiecit: tam in cœlo, quam in terra, & de inferno eijceret, si infernum haberent ad solatium. Secundò exéplum tenens Ioannis euangelistæ, qui hoc fecit, & hoc docuit. Quod hoc fecit patet in iure canonico 24. quæst. 1. omnis qui: vbi recitantur verba Bedæ super epistolam Ioannis sub tenore sequenti: narrat enim de illo auditor eius sanctissimus, & martyr fortissimus Policarpus smyrneorum antistes, quia quodã tempore cum apud Ephesum balnea lauandi gratia fuisset ingressus, & vidisset ibi Corinthum extre, continuò discessit non lotus dicens, fugiamus hinc, ne balnea ipsa corruant, in quibus Corinthus lauatur inimicus veritatis. Quod etiam hoc docuit patet; 2. Ioh. c. vnico. Si quis, inquit, venerit ad vos, & hanc doctrinam non habet, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis, qui enim dixerit aue illi, communicat eius operibus malis. Tertiò exemplum tenens cuiuscunq; hominis volentis sanitatem cõseruare corporalem. Talis nanque de societate sua naturali sanguinem eijcit superfluum, ne totum corpus corrumpatur, vnã ouem morbidam eijcit, &c. Sic in consilio Moysi separamini a tabernaculis impiorũ, ne pereatis. 1. q. 1. si quis inquit, considerantes quia quæ societas lucis ad tenebras, Christi ad Belial. 2. Corinth. 6. Ideo beatus Grego. 3. pastoralium. c. 46. Non sunt, inquit, diligendi mali: perfectio, inquit Psal. 138. odio oderam illos odiendo

Exemplum.

videlicet vitia, & diligendo naturam. Idem super Ezechielem. Homel. 9. dicit, quòd stultũ est eis placere, quos scimus deo non placere. Art. 6.

12 ¶ Et præterea si omnino volumus eis placere, non possumus si diu boni esse voluerimus. Cuius causa in parte tacta est. I. 10. 5. Pro quo duo sunt aduertenda. Primum est quòd mali magnam gaudent habere societatem. Secundum est quòd diu bonorum nolũt habere societatem. Primum patet per verba illorum, quo communiter dicunt, quocunque iuerimus siue ad celum, siue ad infernum societatem magnam habebimus. Sed aduertant tales quale solatium esset eis in hoc seculo societatem habere multitudiné circa eos leonum rapacium, vel serpentium venenosorum, vel bufonum. Si ergo minaretur alicui, quòd in nemore ligatus deponi deberet, vbi sciret multitudinem esse prædictarum bestiarum, quale solatium esset dicere ibi multas habebo socias, nisi posset eas mitigare? sicut Iob 30. Frater fui draconum, & socius strutionũ. Secũdo aduertant, quòd non minus ardebunt, quia plures ardebunt. 13

¶ Quantum ad secundam partem huius articuli mali qui bonos peruertere non possunt, nec eis similes efficere, eorum fugiunt societatem, sicut lupus, & vulpes canem, & puer virgã. Ita malus non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Ioh. 3. &c. Et sic etiam in hominibus homo sibi simili sociabitur. Eccle. 13. Art. 7. 14

¶ Ex quibus apparet quòd ex his, quibus quisque amore diu associatur, conditioné propriam cognoscere potest: quia ex quo similis sibi simili associabitur, conditionem videns illius cui sociatur, quasi in speculo cõditionem propriam, id est, alteri similem videre potest. Sicut nanque mortuus non abhorret societatem mortui, ex hoc, quòd similem habet cõditionem: ita in proposito. Et sicut iterum cognoscere potes, quod quis alleum comedit

medit ex hoc, quòd os fœtidum alterius, qui huiusmodi comedit non sentit, ita si vitia alterius te non grauant, signum est, quòd tu vitiosus sis. Et hoc etiam signum est in quocunque, qui criminosis sine tædio vitæ illorum, & affectione, & nisu correctionis sociatur, quia secundum August. lib. 2. contra Parmenianum, & habetur in iure canonico. 23. q. 4. ita plane, tripliciter quis malis sociatur, aut committendo, aut fauendo, aut non corrigendo, quomodo, inquit, Parmenianus incorruptus poteris permanere, qui corruptis sociaris? Ex quo videtur velle quòd qui aliquo trium prędictorum modorum corruptis sociantur, tam à seipsis quàm ab alijs cognosci poterunt: quoniam corrupti, & abominabiles facti sunt. in Psal. 13. Hæc ergo sunt signa, sicut dicitur ad Phil. 3. ad cognoscendum illum, & societatem passionis illius, &c.

¶Sortilegium. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Omnis sortilegij ars, & species est à diabolo inuenta.*

2 *Sortilegium prohibetur in diuersis sacræ scripturæ locis.*

3 *Carminatrices errant tripliciter, in dicto, in facto, & in doctrina.*

4 *Error, & deceptio eorum, qui aliqua scripta circa collum portant, in quibus sunt aliqui characteres, vel nomina ignota inscripta. & eorum etiã, qui ex vocibus, vel sternutationibus auium diuinant, vel qui obuiationibus, & strenarum dationibus credũt. numero 5.*

6 *Somnijs non esse adhibendam fidẽ ostenditur exemplis, euidentijs, & authoritatibus, & quanta sit deceptio eorũ, qui ijs fidem præstant. nu. 7.*

8 *Quanta sit deceptio, & illusio eorum, qui dicunt se rapi à quodam pulchro populo, & duci ad loca quædam pulchra, & ignota, vel valere, cum eis loqui, vel cum eis societatem habere. numero 9.*

10 *Quæ nam sit causa, quare effectus diuinationis, seu sortilegij aliquando veraciter aduenient, & quare Deus hoc promittat, & quantum promittat malignos spiritus in talibus præualere. num. 11.*

12 *Sortilegorum, & eorum, qui illis credunt inepta obiectio, & responsio ad eandem. num. 13.*

14 *Sortilegorum pœna, & periculũ ostenditur.*

15 *Pœna, periculum, stultitia, & infidelitas eorum, qui sortilegis credunt.*

Ortilegij, siue cuiuscunque diuinationis. Primò in generali ostendetur inuẽtio, & prohibitio, & sortilegorum maledictio. Secundò in speciali ostenditur carminatricum error. Tertiò deceptio ostenditur, quæ fit in cartulis, & ligaturis circa collum portatis, & obuiationibus, & vocibus auiũ, & constellationibus. Quartò deceptio ostenditur, quæ fit per diuinationem, & illusionem somniorum. Quinto deceptio ostenditur illorum, qui dicunt se de die, vel de nocte à quodam pulchro populo rapi, vel cum eis loqui, vel volare, seu quicquam societatis habere. Sextò quare effectus diuinationis, seu sortilegij aliquando veraciter eueniũt, & quare Deus hoc permittat, & quantum Deus permittat malignos spiritus in talibus præualere. Septimò tam sortilegorum, quàm etiam credentium eis inepta ostenditur respõsio cum reprobatione. Octauo omnium sortilegorum pœna ostenditur, & periculum, atque pœna, periculum, stultitia, & infidelitas omnium illorum, qui eis credunt.

¶Primus

Arti.1. ¶Primus articulus tres partes continet inuentionem, prohibitionem, & maledictionem, quarum quælibet ex alia dependet. Nam ex hoc, quòd omnis talis superstitiosa vanitas sit à diabolo inuenta, sequitur rationabiliter eius prohibitio, ex quibus sequitur super contrarium facientes, & talia illicita exercentes maledictio.

¶Quantum ad primam partem, ꝙ omnis sortilegij ars, & species sit à diabolo inuēta, patet primo auctoritate Augu. de ciui. Dei, & habetur. 26. q. 2. qui sine saluatore. Hęc, inquit, vanitas magicarum artium ex traditione malorum angelorum in toto terrarū orbe plurimis sæculis inualuit, per quādam scientiam futurorum, & inferorum, & per inuentiones eorum inuenta sunt aruspicia, augurationes, & ipsa, quæ dicuntur oracula, & necromātia: Sed de hoc vltimo verbo maius dubium videtur: quia in necromantia videntur fieri characteres, & alia signa, quæ per dæmones vidētur arctari ad comparendum, & ad respondendum ad interrogata, qui & aliter non videntur velle vera dicere, nisi ad hoc arctarentur dictis, vel factis incantatorum, & coniuratorum, postquam ēt eis comparuerint quasi inferioribus, & ad faciēdum imperium illorū obligantur? Sed non videtur verisimile, quòd dæmones artem inuenissent, vel hominibus tradidissent, per quam homines, qui eis inferiores sunt natura, eis imperassent: quia non videtur stare cum superbia eorum, quòd velint subesse, vbi possunt præesse. Cui argumento respondetur per Augu. de ciui. Dei. lib. 10. c. 11. Quicquid, inquit, dęmones faciunt verbis, signis, protractionibus, aspectibus, & huiusmodi, totum ad ludificationem faciunt hominum. Ex quo patet, quòd sicut artē illam ad hominum inuenerunt deceptionem, vt homagium ab eis haberent, & seruitutem ad multorum perditionem: ita fingunt se per artē illam astringi, vbi non astringūtur: vt maius habeant homagium, & diligentiorem seruitutem, & plures supplicationes, & inuocationes, & oblationes speciaHiHiores, quales eis dant quando non statim veniunt. sicut patet. 3. Reg. 18. vbi sacerdotes Baal quando Baal non statim affuit: inciderunt se lanceolis, vt sanguine perfunderentur: quia dæmones secundum magistrum in historia scholastica super locum illum: multum oblectantur oblatione sanguinis humani. Non enim arctari possunt per virtutem, vel potentiam hominum naturalem, cum sint natura hominibus superiores, nec per virtutem sanctitatis, vel miraculi. Sicut Christus, & alij sancti leguntur eos arctasse: quia coniuratores, & necromantici sancti non sunt, nec miracula facere possūt. Nisi forte dicere velis ꝙ arctātur per inuocationē nominis Dei? Sed hoc stare non pōt propter duo. Primò quia coniurati per nomen Dei a malis eis non obediūt: sicut patet Act. 19. vbi quidam exorcistæ legūtur dęmonem adiurasse per Iesum, quē Paulus prædicabat, ꝙ exiret de homine obsesso, quibus respondit: Iesum noui, & Paulum scio: vos autē qui estis? & insiliens in eos verberauit eos egregie, & incussus est timor omnibus exorcistis: vt non auderent amplius dæmones in hunc modum adiurare. Secundò quia hoc dato, adhuc prior staret dubitatio: quare videlicet voluerunt in arte illa tradere: quomodo per inuocationem nominis Dei arctarentur. Relinquitur ergo quòd arctari fingunt se, vt plus decipiant.

¶Ex quo rationabiliter sequitur talis artis prohibitio in diuersis sacræ scripturæ locis. Primò Leuiti. 19. Non augurabimini, neq; obseruabitis somnia. Et iterum eodem li. c. 20. Anima, quæ declinauerit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi mei. Item Apostolus Gal. 4. quibusdam talia obseruantibus scripsit dicens. Dies ob-

seruatis,& menses,& tempora, & annos: timeo ne sine causa laborauerim in vobis. Item Dominus ait discipulis. Act. 1. Non est vestrũ nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. In iure verò canonico talis ars est prohibita in multis locis, & specialiter. 26.q.per totum, vbi etiã.q.7. non obseruetis adducitur Aug. dicẽs. Non obseruetis dies, qui dicunt ægyptiaci, aut kalendas Ianuarij, in quibus cantilenæ quædam, & comessationes, & in quibus adinuicem dona donãtur, quasi in principio anni boni fati augurio, aut aliquis menses, aut tempora, aut dies, aut annos, aut lunæ mensis, solisque cursum, quia qui has obseruat, aut consentit obseruantibus, magis ad suam damnationem tendit. Dies ægyptiacos, qui adhuc intitulantur in quibusdam kalendarijs, quod obseruant nolẽtes sibi minuere, secundum gl. sunt, quos ægyptij inuenerunt, vt qui aliquid opus tali die inchoaret, malum exitum haberet, quos Christiani mali obseruãt. Prædicta etiam sunt contra illos, qui vxores ducere nolũt, nisi cresceret luna. In lege vero ciuili tales artes prohibitæ sunt. C. lib. 9. ti. de malc. & necroman. per totum, vbi tales malefici vocantur. Ex quo patet, quod artes illorũ per consilium malorum angelorũ sunt inuentæ. Ex quibus duobus, tanquã ex duobus præmissis sequitur conclusio. Omnium illis vtentium, vel consentientium Dei maledictio cum illo Lucifero, cuius & medici sunt. Nam habet anima medicos, viros videlicet spirituales, & natura suos, & diabolus suos hẽt medicos, & prophetas, à quo salarium accipient, quia & cum illo, & primis parentibus volunt diuinitatis eius iura attribuere. Namq; sanitatẽ, & futura prescire solius Dei est, & cui ipse voluerit reuelare. 26.q.5.c.1. Et Esaiæ 41. Priora, & nouissima annunciate mihi, & dicam quod dij estis. Quod etiam conferre sanitatem propter naturalem vsum ad sanctos Dei ptineat. patet Mar. vl. vbi de sanctis tantum loquens: dicit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt, &c.

¶ In quo error conuincitur carminatricum, quę nec sunt fideles, nec sanctæ, nec mundæ, nec pp Deum, sed propter temporale lucrũ, super ægros manus imponent. Circa quorum dicta, & facta, & doctrinam est diligẽter considerãdum secundũ sanctum Tho. in summa.q.95.art.2. Vtrum videãtur naturaliter posse effectus causare, & si sic non erit illicitum. Si autem naturaliter non videantur posse tales effectus causare, consequens est quod pertineant ad quædam pacta cum demonibus inita: vt patet per Aug. 21. de ciuit. Dei. Errant ergo tripliciter in dicto, quia mendaciter dicunt se posse talia facere, idest sanare, vel res perditas inuenire, & sine peccato, vt alios eis credentes decipiant, & miserum victum lucrentur per mendacia, quod per hoc faciliter perpẽdi potest, quòd tali talia dicunt, & faciunt intentione, quia apud aliquos visum est, quòd nolunt aliquid facere, vel dicere, nisi aliqua certa eis portent, sicut panem, farinam, sal, & huiusmodi, uel pecuniã. Omnes etiam illa arte vtentes, vt cõmuniter sunt indigentes, ex quo præsumitur, quod artem illam exercent propter lucrum acceptum, vel speratum. De istis, ergo specialiter dictum videt illud Micheæ 3. Prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super dominum non requiescebant. Secundò errant in facto carminationis, quam nõ faciunt cum herba medicinali, sicut medici corporum, nec cum symbolo, & oratione Dominica, vel euangelio, Matt. sicut Barnabas. Et si orationem Dominicam dicant, non tamen in ore illorum sanat propter duo. Primo quia aliqua nomina ignota, & etiam dicta falsa admiscent, sicut patebit infra eo. c. art. 7. vbi agetur de illorum responsionibus. Secundo quia illud, quod faciunt est contra prohibitionem legis diuinæ, canonicæ, & ciuilis, sicut ostensum est. art. 1. Et contra doctrinam totius

Art. 3.

tius

tius Ecclesiæ. Ergo si bonũ esset quod faciunt: cessare tamen debent propter tot prohibitiones, & ne factum illorũ ab alijs in exemplum vertatur perniciosum. Tertiò errant in doctrina. Vel qui docent ibi inueniendas, vbi inueniri non possunt, & à talibus asportatas, qui illas nunquam asportauerunt, & sic illos diffamant, & odium inter illos faciunt. Vel quia docent aliquas res, vel ignotas literas circa collum, vel in bursa portari, vel in capellis, vel in vestibus ligari, vel consui, vel forte res notas, & alias obseruationes de eundo ad certum locum, vel circa certum locum tot vicibus, vel ad dandum tantum, vel faciendum aliquod tale, per quod rem perditam, vel amorem, vel sanitatem recuperabit, vel continuabit, vel propositum suum in omnibus obtinebit, vel de dicendo aliqua, cum certum sit, quod omnia talia dicta, vel facta naturalem efficaciam nõ habeant talem effectum producendi, manifestum est, quòd omnia talia dicta, facta, & docta sunt superstitiosa, & illicita, & tanquam idolatria, & infidelitas ab omnibus spernenda cum his, qui immolabant hostias suas dæmonijs. Leuit. 17.

Art. 3.
4 ¶ A' quo errore, & deceptione. Primo non sunt immunes, qui aliqua scripta circa collũ portant, in quibus sunt aliqui characteres, vel nomina ignota inscripta, quasi essẽt magna Dei nomina, vel angelorum. Quia sicut dicit Chrysost. Multi confingunt aliqua nomina hebraica angelorum, & scribũt, & alligant, quæ nõ intelligẽtibus metuenda videntur, & etiã cauenda sunt, ne aliquid falsitatis contineant. Crucem vero, & verba euangelij sine aliquo fermento admixto portare licet, ita tamen quod non credatur, quod diuina verba, vel crux minorem habeãt efficaciam, si verba alio tempore scribantur, quam dum euangelium in Ecclesia legitur, vel quod crux minus habeat efficaciæ, nisi fiat dum passio legitur. Illa nanque prædicta nomina, quæ credunt, vel dicunt esse Dei, vel angelorum dum ignorant, quæ sunt nomina, possunt esse dæmoniorum. Si ergo nomina sunt diaboli, nullum inde portans bonum consequetur effectum, nisi peccatum, quia illa contra prohibitionem portat Ecclesiæ. Nec characteres illi ignoti, in quibus habetur species in modo protrahendi, vel etiam imagines, quas astronomicas vocant, aliquẽ effectum ex se producere possunt, & si aliquem producant, erit propter causas tangẽdas infra eod. c. arti. 6. In illis nanque tacita habentur pacta cum dæmonibus, secundum sanctum Thom. in sum. q. 95. artic. 2. Secundò qualiter decipiantur augures, qui in sternutationibus, vel vocibus diuinant auium, ostenditur per exumplum fatuæ mulieris, de qua fertur, quod ad mortem infirmata nullo modo confiteri, vel sacramenta recipere voluit ecclesiastica, dicens se adhuc per quinque annos super victuram, quia audiuit cuculum quinquies sibi ad quæstionem de vita respondentem, credens per hoc sibi de vita adhuc quinq; annos superesse, & sic decepta mortua fuit, credens per auis garritum scire, quod Deus noluit prophetæ reuelare dicenti. Et numerum dierum meorum quis est, vt sciã quid desit mihi? Tertiò qualiter ab ista deceptione nõ sunt immunes, qui in obuiationibus, vel strenarum dationibus, quas venditores considerant, qui primo mane nihil mutuare volũt, antequam aliquid vendiderint, vel strenam acceperint, credunt quòd sic melius lucrabuntur. Sed ex mala illorum credulitate damnum; lucrũ verò nunquam habere possunt. Exemplum ad hoc habetur de quadam muliere se signante, vt fertur, in mane cum sacerdoti obuiaret, quæ respondit interroganti causam, quod hoc fecit, ne aliquod infortunium illa die accideret ei. Cui ille, credis quod peius tibi continget, quia mihi obuiasti? at illa timeo, inquit. Cui ille, reuera fiet tibi

Exemplum.
Cuculus.
5
Exemplum.

ſicut credidiſti: nam vnum habebis infortunium: quia mihi obuiaſti, & ipſam per ſcapulas apprehenſa in foueã proiecit lutoſam dicens: fiat tibi ſicut credidiſti. Matt.8. Ecce infidelitas ſua tantum ſibi nocuit: nam ſi ei ſine infidelitate obuiauiſſet, nec ei obuiatio nocuiſſet. Sic eſt in omnibus talibus. Nam ſi omnia facta feceris, quæ infidelitas dictat tibi, quòd ſi ea ſic feceris, damnum habebis, ſine infidelitate nunquam continget infortunium, & ſi nihil horum feceris, vt ex dimiſſione talium circunſtantiarum lucrum eueniat, nunquam inde a Deo reportabis emolimentum. Quia ſecũdum Chryſoſto. Iuſtitia Dei neſcit patrocinium dare criminibus. Nota de iſta materia, & quare plus timent obuiare bonis, quàm malis. I.10.5. Quarto ſpecialiter etiã nimis conſiderantes conſtellationes, in quibus aliq̃ concipiantur, aliqui naſcuntur, & aſſerentes, ꝙ neceſſe eſt eos tales eſſe, quales habuerunt conſtellationes, decipiuntur: oſtendit Auguſt.5. de ciui. Dei. c.7. dicens: quòd nouit geminos conceptos, & natos ſub eadẽ cõſtellatione, quorum vnus fuit maſculus, alius fœmina cum tamen ſexus maxima ſit corporũ diuerſitas. Eadem etiam inſtantia poteſt fieri in moribus de Eſau, & Iacob, &c. Ibidem etiam. c. 8. oſtendit idem in alijs rebus tam naturalibus, quàm voluntarijs: quia dato, quod vno die, & tempore incipiant aliqui ſeminare, & plantare, & vxores ducere, quanta accidat inter illa diuerſitas, videmus, & herbarum, & animaliũ, & fructuũ. Nam ſæpe contingit, quòd vna pars frumenti comeditur ab auibus, alia conſumitur ab erugine, & quod vnus de vxore gaudeat, & alius doleat, & tamen ſub vno fato, & conſtellatione fuerunt grana ſeminata, & vxores acceptæ. Falſitatem ergo omnium taliũ geneaticorum ſacræ ſcripturæ oſtendit auctoritas. Eccle. 15. Conſtituit, inquit, Deus hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui: adiecit ei mandata, & præcepta ſua. Si volueris mandata cõſeruare, conſeruabunt te: Appoſuit tibi ignem, & aquam, ad q̃d volueris porrige manum. Ex quo patet quòd libertatem voluntatis, & non neceſſitatem conſtellationis opera ſequuntur meritoria, cum gratia, & demeritoria ſine gratia.

¶Circa vero deceptionem, quæ fit in appetitione, & diuinatione ſomniorum tria ſunt dicenda. Primò nanque oſtendetur intentum, quod videlicet ex talibus multi decipiuntur. Secundò opponetur. Et tertiò reſpondebitur. Primum oſtendetur tripliciter: exemplis, euidentijs, & auctoritatibus. Quantum ad primum, exemplũ primo ad hoc habetur à beato Gre.4. Dial.c.50. de quodam, quem diabolus tali modo decepit. Fecit nanq; ꝙ diu accidit ſibi ſecundũ ꝙ ſomnia ſua euigilans diuinabat, vt finaliter ipſum in diuinatione ſomniorum ſuorum confidentem deciperet, quod & fecit. Nã quadam nocte ſomniũ, quod viderat, interpretabatur ꝙ lunga ſibi ſupereſſet vita pro qua magnam pecuniã cupidè congregauit, qua congregata inopinate, & vita, & pecunia priuabatur. Nuper etiam in Italia quidam talis ſomniator ſomniabat, quòd ſi quendã occideret heremitam, fieret rex Ciliciæ, in quo dum cõfideret: ſicut in alijs ſomnijs ſuis, & diuinationibus confidere ſolebat, in quibus etiã aliquando ſecundum diuinationem veritatẽ forte inuenerat, vt in fine deciperetur. Cum autẽ ipſum occidiſſet captus ſuſpendebatur: Dæmones enim videntes homines talibus deditos diuinationibus illis ſomniantibus ſic illudũt, & ſomnia illorum ordinant, ꝙ aliquotiens eis contingit ſecundum diuinationem, quod etiam dæmones in cordibus illorũ ponunt: vt ſic per duas, vel tres diuinationes, quas habent, ſicut crediderunt, faciat eos concipere vnã vniuerſalem, ꝙ videlicet ſic habebunt ſemper, & decipiantur, & ſicut dicitur Deut.13. fictor ſomniorũ interficietur.

Art.4. 6

Exemplum.

Exemplum.

¶Euiden-

¶Euidentia magna ad hoc haberi potest videlicet, q diabolus sic nitatur multos decipere, & frequenter præua leat per deceptiones, quas facit vigilantibus. Cum enim in vigilãtibus ratio magis vigeat, quàm in dormientibus, si vigilantes per dubiam, & ęquiuocam loquelam decipere conetur, & præualeat, quod mirum est, si idem faciat dormientibus, maximè eis dũ vigilant credentibus? Sed vigilãtes frequenter per dubia oracula, & responsa decipit. Sicut patet primo per hoc, quod recitat Aug. de ciu. Dei, de Pyrrho Rege Græcorũ consulente Apollinem de bello futuro inter ipsum, & Romanos. Cui ille. Dico te Pyrrhe Romanos vincere posse, qui postea in vno bello vincebatur, & in alio vicit. Et versum pro vtraque parte construere potuit.

Exemplum.

¶Secundo idem ostenditur per historiam cõtentam in chronica Romanorum Pontificum de illo, qui diabolo homagium faciens respõsum ab eo habuit, quod nũquam moreretur, antequam gratis intraret Hierusalẽ, qui hoc intelligens de ciuitate, cũ ecclesiam quandam in Roma sic vocatã intraret se deceptum inuenit.

Exemplum.

¶Tertiò idem patet per hoc, quod fertur, q cuidam tali respõsum dedit, q nunquam moreretur, antequam indueretur in chirotheca, quem postmodum villam quandam, quæ Gant vocatur intrantem occidit.

Exemplum.

¶Quartò idem ostenditur in historia scholastica, quæ continuat librum Machabęorum ad euangelia de illo decepto, qui prædixit mortem Antigoni in pirgo stratonis certo die, quod cum postea intelligeret non posse cõtingere, quia locus ille multũ distabat eodem tamen die in loco alio, qui sic vocabatur occisus fuit. Si ergo tot decipit vigilãtes, quod mirabile si somnia multos errare fecerunt. Eccle. 24. De quibus dicitur Sap. 8. Visus somniorum malorum turbauerat eos, per illusionem videlicet, & deceptionem illius, de quo dicit B. Grego. lib. 8. Moral. super illo Iob. 7. Terrebit me per somnia, & per visiones horrore cõcutiet me. Sæpe, inquit, malignus spiritus his, quos amore præsentis vitæ vigilantes percipit, prospera etiam dormiẽtibus promittit. Et quos formidare aduersa considerat, eis hic durius somnij imaginibus intentat, quatenus indiscretam mentem diuersa qualitate afficiat, eamq; aut spe subleuãs, aut timore deprimẽs confundat. Licet verò sic omnes decipere nitatur, non tñ præualet nisi in his, quos vigilãtes decipit. Sicut patet per hoc, quod sequit. Quos autẽ vigilantes non superat, eos dormiẽtes grauius impugnat. Hęc aũt superna dispẽsatio benignè permittit, ne in electorum cordibus ipse saltem à passionis pręmio somnus vacet.

7 ¶Quantum ad secundã partem huius articuli, his obuiare videntur exẽpla Pharaonis, & Ioseph, & pincernæ, & principis pistorum, & Nabuchodosor, & Danielis, qui somnia obseruasse legũtur, nec de hoc vituperantur. In quibus insuper exemplis ostẽditur, q somnia non sunt vana, quia oĩa prædicta somnia magnũ habuerunt effectũ sequentem. Quibus responderi potest per dicta sancti Thomæ in sum. q. 95. art. 6. quia prædicta somnia ex diuina processerunt reuelatione, sicut ponit exemplum de Pharaone. Nec propter hoc sequitur, quod fides adhibenda sit somnijs nostris, quæ vel ex diuina non procedunt reuelatione, vel saltem si procedant, hoc ignoramus, quia hæc habentes Ioseph, vel Danielem, qui interpretetur. In quo casu omnia somnia sunt diuinæ ordinationi derelinquenda, quia si vtilia sint, vtilẽ effectũ significantem, nõ minus euenient, qđ illa in Deum proijcis, si mala ex tali fide promereri posses, quia Deus sentẽtiam de te datam, anteq̃ executioni demandaret, reuocaret sicut de Ezechia Rege, & de inimicis. Si verò ecõuerso oĩno vis somnijs credere. si bona tibi à Deo oñdunt, poteris ex mala credu-

credulitate sequenti ea impedire: qa credis contra prohibitionem Apostoli, qui ait. Nolite omni spiritui credere, & pro tāto sequimini Manassem malum, de quo dicitur. 2. Para. 33. Qui obseruabat somnia, quod inter alia mala eius nō numeraretur, si malum non esset. Si vero mala sint, & damnosa, Deus tibi contingere permitteret, sicut credis: quia etiam in bonis meritis suis exigentibus, & fide formata ꝑmittit contingere sicut credunt. Matth. 8. Sicut credidisti, ita fiat tibi. Et iterum Matth. 9. Lucæ 18. & Marci 5. Fides tua te saluam fecit. Et in malis demeritis suis, & infidelitate exigentibus etiam contingere permittit, sicut credunt. Et hoc aliqui experiuntur, qui in iuuentute dum talibus crediderunt somnijs, & diuinationibus, aliqua habuerunt somnia, ex quibus sciuerūt, quid eis in crastinum fuit futurum. Sed postquàm euacuantes ea, quæ paruuli sunt, de eisdē somnijs nihil curauerunt, & tunc nullus solitus sequebaẜ effectus. De somnijs ergo, & quibuscunq; alijs omnem solicitudinem vestram proijciētes in eum. 1. Petri 5.

Art. 5. 8 ¶ Hac insuper illusione deceptæ sunt mulieres, quæ in hac parte magis inueniuntur culpabiles, quam viri, quæ dicunt se rapi à quodam populo, & duci ad loca quædam pulchra, & ignota, quæ etiam dicunt se cum eis æquitare per multa terrarum spacia intempestæ noctis silentio, & loca plurima pertransire, & qui eis credunt, & quòd loca quæcunque clausa exeunt, & intrant ad libitum. Circa quorum deceptionis declarationem duo sunt ostendenda. Primò nanque ostendetur per auctoritatē iuris canonici, & doctrinæ Ecclesiæ: quòd tales illusiones, quas credunt eis fieri vigilantibus, fiūt eis dormientibus. Secundò ostenditur, quòd siue fiat eis vigilantibus, siue dormientibus, gloriari non debēt: quia à spiritu fit maligno. Primum patet ex Decreto concilij Acquireñ. 26. q. 5. Episcopi: vbi post prohibitionem cuiuscunque sortilegij, post etiam exhortationem Episcopis, & sacerdotibus factam, quod huiusmodi vitia de parochijs suis pro viribus extirpent, subiungit dicens. Illud etiam non est omittendum, quòd quædam sceleratæ mulieres retro post Sathanam conuersæ dæmonum illusionibus, & phātasmatibus seductæ frequēter se profitentur cū diana nocturnis horis Dea paganorum, vel cū Herodiade, & innumera multitudine mulierum æquitare super quasdam bestias, & multarum terrarum spatia pertransire intēpestæ noctis silentio, &c. Sed vtinam hæ solæ in perfidia sua perijssent, & non multos secum ad infidelitatis interitum perduxissent. Et parum infra. Siquidem, & ipse Sathanas, qui transfigurat se in angelum lucis, cum mentem cuiuscunque mulieris ceperit, & hanc per infidelitatem sibi subiugauerit, illico transformat se in diuersarū personarum species, atque similitudines, & mētem, quam captiuam tenet, in somnis deludens, modo læta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendēs, per deuia quęque deducit, & cum solus spiritus hæc patitur, infidelis homo non in anima, sed in corpore euenire opinatur. Et cito post paucis interpositis sequitur. Quisquis hoc credit infidelis est, & pagano deterior.

¶ Quantum ad secundam partem huius articuli. Si omnino instare velint, quod hæc eis siue in corpore, siue 9
extra eueniant, necesse habent concedere, quòd à spiritibus fiat malignis propter duo. Primò quia eis nocent. Secundò quia eos à nocumētis nō liberant. Ratione primi est aduertendum, quòd in alio sęculo nullus populus esse creditur, nisi bonus, vel malus, bonus sicut illi in cœlo, vel in purgatorio, mali sicut dæmones, & damnati. Sed primi eis non possunt sic illudere, quia ipsemet fatentur, quòd eas verberant, vel infirmas faciunt interdum,

terdum, quando cum eis loquuntur, boni autem post mortem malum non faciunt, nec dicere possunt, quòd sint animæ damnatorum, quia illæ in inferno sunt, & exire non possunt ad libitum. Ergo concedere oportet, quòd sint dæmones, vt illa mala doctrina etiam alios in mala fide errare faciãt, & tam mortuos, quos damnatos asserunt, quàm etiam viuos, quos damnãdos prænunciant, diffament, & vt ab eis, quibus loquuntur, aliquod sacrificium habeant. Hoc nanque confitentur, quod ab es quandoque cibos, vel panes petunt, tanquam indigentes, & quandoq; eis talia dant, vt illos etiam ad dandum alliciant.

Exemplum. ¶Secundo illas à nocumento non præseruant, sicut patet per exemplum de muliere, quæ sacerdoti de huiusmodi ducatu confessa dixit, quod nulla clausura sibi obstare posset, quin statim per auxilium, & inuocationem illius populi esset vbi vellet. Tentabo, inquit, sacerdos, & omnia firmans, & baculum in manu accipiens, & ipsam egregiè verberare incipiés præcepit, quòd exitum quæreret. Quem cum inuenire nõ posset, fatere necesse fuit, quod tam illorum auxilium, quàm ars in necessitate sibi deficit. Ex prædictis ergo patet, quod necesse est fateri, ꝙ in malo statu, & a dæmone aliquo modo possessi sunt, vel propter defectum baptismi, vel confirmationis, vel bonæ vitæ.

Art. 6. 10 ¶Sed si ita mirabile videtur, quare effectus diuinationis, & incantationis aliquando veraciter euenire videntur? Circa quem articulum duo sunt dicenda. Primò ostenditur quantum diabolus decipiat, & quare? Secundò quantum Deus permittat, & quare? Quantum ad primum, diabolus tantum decipit secundum Aug. lib. 10. de ciui. Dei. c. 8. quantum Deus permittit, & non plus. Sicut patet primo per exemplum de gestis beati Gregor. de quo fertur ꝙ cum vellet quendam potentem de Roma luxuriosum castigare, duo necromantici illius potentis prece, & pretio inducti coniurauerũt dęmones ad tantum nocendum beato Gregorio quantum possent. Cui amplius nocere non potuerũt, quàm eius equum vexare, cum supra pontẽ tyberis equitaret, vt equus ipsum in flumine præcipitaret. Sed signo crucis dæmones fugauit, & equum sanauit, necromantici verò ceci effecti totam recognouerunt veritatem.

Exemplum. (margin, left)

¶Secũdo idem patet per hoc quod scribit B. Gregor. 2. Dial. ꝙ videlicet campanellam B. Benedicti fregerunt, qui libẽter plus fecissent, si Deus permisisset, sicut ostendit idem B. Grego. lib. 3. Dial. c. 17. per hoc quod nec porcos intrare potuerũt, nisi ꝑmissi. Causa verò, quare diabolus tm̃ decipere nititur, est hoĩum perditio, ꝓpter hoc tam multipliciter hominib. vel in forma hoĩum mortuorum, vel in quibusdam alijs apparent. Sicut expresse pateat per hoc ꝙ in vita legit̃ sancti Germani, ꝙ transiẽs per Lombardiã, & in domo cuiusdã hospitatus, matrona sibi narrauit, qũo amici mortui venirẽt semel in hebdomada de nocte ad comedendũ cũ eis, quos dixit illa nocte vẽturos. Sanctus verò rogauit, ꝙ cum illis loqui posset, quos cõiurauit, ꝙ dicerent qui essent, & quare illuc venirent, qui dixerũt se esse dęmones, & ꝙ illuc venissent ad hominum ludificationem, qui eis cibum quasi homagium dederunt. Exemplum. Exemplum.

¶Idem patet per hoc, quod legitur in vita scti Bartholomęi de Astaroth, qui hoĩes, quos propter infidelitatem lædebat, dimisit, vt ipsi se ab illo sanatos crederent. Quantũ vero Deus eis nocere ꝑmittat patet in Iob & in oĩb. alijs martyrib. & sanctis, & patet quotidie in persecutione bonorũ per malos, nam per malitiã suam dęmones ꝑ malos exercuerunt. Sed quia sicut dicit Aug. de ciui. Dei, lib. 11. c. 21. Deus nunq̃ permisisset creaturam malã, nisi vidisset bonum inde vẽturum, sicut ex dæmonibus in hominũ exercitationẽ. 11 Exemplum.

Et ſicut dicit ibidem.c.22. Vermes,& creaturæ viles ſunt ad decorē vniuerſi,ſicut color niger in imagine,non q̄a ſit pulcherrimus in ſe, ſed quia facit alios pulchriores.Vidēdum eſt quare Deus ēt prædictas permittat illuſiones.Aug.verò vult,ꝙ Deus hoc ꝑmittit,vt illi,qui talia vident, & audiunt, probentur quales ſint in fide.Sicut patet 26.q.5.nec mirū, in fine. Et ad hoc adducitur illud.Deut.13.Si inquit ſurrexerit in medio tui prophetes, aut q̄ ſomniū ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum,atq; portētum, & euenerit q̄d locutus eſt. Et infra. Nō audies verba prophetæ illius,aut ſomniatoris, quia tentat vos dn̄s Deus veſter, vt palam ſciat vtrum diligatis in toto corde, an non.Ecce quàm apertè reprobat dicta tam faciētium, quā credentium quod dicunt,ꝙ prędixit euenit,inueni veritatem in verbis ſuis: nam rem inueni perditam,vel ſanitatem mei, vel puerorum,vel animalium meorū recuperauit, quare ergo eſt peccatū hoc credere,vel facere? vel q̄uo in ſpiritu malo veritatem diceret?& quare eſt peccatū ſomnijs credere? nā inueni ſomnia eſſe veriſſima, peritiſſimè arguit, q̄a ſicut ex prędicta patet auctoritate, ꝙ ipſi ad deceptionem facere intendunt,aliq̄n videlicet verum dicere, & effectum optatum inducere, quia niſi aliq̄n hoc facerent, nullus eis credere,nec etiam ſomnijs. Deus aliquādo facere permittit, vt ꝓbet ſuos in fide. Aliquando verò talia mirabilia illos facere permittit ad tempus, ſm̄ Aug. de ciuit.Dei. lib.10. c.8.vt mirabilius poſtea vincantur.Et ponit exemplū de magis Pharaonis,& Deus excellētius honorificetur. Sicut etiā patet de Simone mago, qui ad tempus aſcēditur mirabiliter, vt eius deſcēſus eſſet mirabilior,& fidei catholicæ glorioſior. Nō ſequitur ergo veritatem dixit, vel euenit quod prædixit,ergo non in ſpiritu maligno dixit,vel operatur.Sicut patet tam ex prædictis rōnibus,quàm etiam per exemplum ſacræ ſcripturæ. Actuum 16. de Phitoniſſa illa à Paulo ſanata, quæ queſtum præſtabat dominis ſuis diuinando.Hæc nanque mirabilia fecit,& verum dixit,quando clamabat poſt Paulum, & Barnabam dicens. Iſti hoīes ſerui Dei excelſi ſunt, qui annunciant vobis viam ſalutis, & tamen non in ſpiritu bono, ſicut patet per hoc,quod ſequitur, dolens autem Paulus,& cōuerſus ſpiritui dixit, præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti exire ab ea, non enim ab illa eieciſſet ſpiritumſanctum.

¶Sed ad prædicta multipliciter, & irrationabiliter reſpōdent.Primò nāque dicunt tam facientes,quàm cōſentientes, quod ſancta verba dicūt Dei, & ſanctæ Mariæ, & aliorum ſanctorū, & orationes multas.Quibus reſpōdetur, quod cum verbis illis bonis tanq̄ cum melle fellita verba, & mendoſa adiungunt,tāquam, qui vult alium intoxicare,nō enim dat ei venenum purum, ſed mixtum cum bono cibo, vel potu. Sic in propoſito,& hoc patet eorum examināti verbo carminationis, quæ quandoque ſunt hæc, quæ ſequūtur. Sancta Maria carminauit filium ſuum à morſu alphorum, & à morſu hominum,& coniunxit os ad os, & ſanguinem ad ſanguinem, & iuncturam ad iuncturam, & ſic puer conualuit. Quis chriſtianus non diceret iſta verba mendoſa, & contra fidē eſſe catholicam? quia nunquam talis infidelitas accidit matri Dei? quomodo ergo haberent poteſtatem ſaluādi hominem, vel animal? Sed dicent, Deus dedit virtutem verbis, verum eſt verbis veracibus,& non mendacibus,& nō verbis cuiuſcunq; conditionis dedit virtutem ſanatiuam,ſed vbi ordo,vel ſanctitas hoc meretur dicentis,quia ſicut in verbis ſacramētalibus effectus verborum plus ex virtute verborum, quā ex ſanctitate dependet proferentis, ita econuerſo in orationibus,& verbis ſanatiuis, & ad miracula pertinentibus effectus plus dependet ex orantis ſeu loquentis ſanctitate,quàm ex verborum

Art.7. 12

borum virtute. Sicut expresse patet de verbis Christi, & aliorum sanctorum. Ipsi nanque paucis verbis, & orationibus mortuos suscitabant, dæmones eijciebant, & infirmos quosq; sanabãt, aliquãdo imperãdo, aliquãdo deprecãdo, sicut patet de Christo dicẽte. Mar. 5. Puella tibi dico surge. Et Petro. Act. 9. Thabita surge, q̃ verba si quis nostrum diceret, timeo quod nihil inde veniret, quia habent efficaciam ex sanctitate loquentis, quæ in sortilegis, & carminatricibus non inuenitur.

13 ¶Si enim sanctitate homines sanarent, & iumenta, vel spiritu prophetico futura prædicerent, vel spiritusancto furem dicerent, ad correctionem, tam viui quàm mortui essent colendi, sicut alij sancti, qui ideò sancti ab ecclesia habentur, quia hæc fecerunt. Et tunc tota ecclesia erraret, quæ docet, quod non sunt credendi, nec colendi. Amplius si sanctitate sanant, quare dona exquirũt? quare pro amore Dei non sanant, sicut Cosmas, & Damianus. Præterea si sanctitate sanarent, virtus sanatiua specialiter cũ ossibus illorum, & reliquijs remaneret post mortem, sicut & de alijs sanctis communiter leguntur plura miracula per eorum reliquias post mortem, illorũ facta, & plures sanasse leguntur mortui, quam viui, quod nunquam de sortilegijs legitur. Præterea aut sic sanant, & veritatem dicunt, & talia miracula faciunt in virtute Dei, & sanctorum verborum, aut talia mirabilia faciunt in virtute, & auxilio diaboli, & verborum prohibitorum. Primum eis concedere magna est præsumptio, hoc videlicet, quòd Deus eis hoc contulerit, quòd maximis sanctis pro magno munere contulit, spiritum videlicet miraculorum, & prophetiæ, cum nec in minimo illis sanctis sint similes. Illi nanque sancti cum omnibus alijs virtutibus, & abstinentijs, & munda vita etiam humilitatem talem habuerunt, ꝙ fugierunt loca illa, in quibus miracula fecerunt, ne de laude populi vanam haberent gloriam. Isti vero, vbi maiorem habent populi laudem, & lucra, libentius se conferunt, & morantur, quo facto etiam si sancti prius fuissent, sanctitatem illã amitterent, quam sub humilitate non custodiunt, relinquitur ergo secundùm. Sed dicẽt, sanitatem consequuntur, sic forte sine illis fecissent, vel hoc diabolus facit à nocumento cessando, vt prędictum est de gestis Sancti Bartholomęi supra eod. cap. 10. Iterũ dicunt, aliquando culpabiles de furto, & hmõi veraciter ostendunt, & res perditas, quod mirabile est, nam demones, quibus seruiũt, ibi præsentes fuerunt, quando asportabãtur, & abscondebantur, qui aliquando verum dicũt, aliter nullam sectam haberent. Hoc nanque per sanctitatem, vel virtutem, vt prædictum est, facere non possunt, ergo per diabolum. Sed dicunt non per diabolum, sed pulchrum populũ, nec à diabolo didicimus talia, nec ei credimus, sed pulchro populo, sicut supra eo. c. 9. ostensum est, ꝙ tales dæmones sunt. Iterum dicunt facientes, totum periculum super vos sit, nos enim nihil mali dicemus. Consentientes vero, & requirentes dicunt, nos, in Deum credimus, si aliquod periculum sit, ipsi habeant. Sed consentientes, & agentes pari pœna puniendi sunt, & vnusquisque onus suum portabit ad Gal. 6.

¶Circa quorũ tñ pęnas, & pericula. Arti. 8.
Primo de pęnis tractabitur sortilegorum. Secundo de pęnis credentiũ, & 14
præbentiũ auxilium, cõsiliũ, vel fauorem. Tertio ostẽditur in qua cõditione, & similitudine ambo conueniunt. Quantũ ad primũ, pęna illorũ tẽporalis ẜm iura ciuilia. C. li. 9. ti. de male. l. nullus, & l. nemo, est capitis amputatio, vel cõcrematio. Et iuste quidẽ, qa si morte digni sunt, qui ꝑ patriam, & diuersas villas vadũt corpora occidẽdo, ergo qui animas, essent ita digni cõbustione, sicut homicidæ suspendio.

pęna vero illorum secundùm iura canonica patet ex verbis Augu. de ciuit. Dei.26.q.2. q sine Saluatore. Qui, inquit, ea sectantur si se nõ correxerint, ad æternam perditionem tendunt, in corpore videlicet, & anima, & hoc iustè vt ab illo stipendiũ recipiant, cuius medici fuerũt. Sortilegorũ vero quęrentium auxilium, vel consilium. Primo magna est infidelitas: quia infideles reputantur matres, quę pueris suis capita dolentibus, vel alia infirmitate laborantibus præter pater noster, & credo in Deum, quærũt ligaturas sortilegas, & incantationes dist.88. quoniam non. Secundo magna est stoliditas: quia hoc in arte faciunt animæ, & fide ecclesię, ꝙ in nulla arte fit. Nã in omni arte creditur illi, qui scit de arte illa, sicut patet inductiue. Sed in hoc casu plus credunt vni vetulæ, quæ vix rudimenta scit fidei, vel orationẽ dominicam, vel vni teufatori narranti de gestis fatuis, & mendacibus, quam optimo magistro in theologia, q semper studuit, quomodo vera dicere potuit. Et plus quàm omnibus clericis huius mundi, vel doctrinæ ecclesiæ. Nam omnibus docentibus: de sortilegis nõ est credendum, & ꝙ pęna ęterna est parata peccatoribus. Et ꝙ tenẽdo Dei mandata prosperitatem consequetur optatã, non credunt. De quo propheta conqueritur. Esa.53. dicens. Domine quis credidit auditui nostro. Vetulæ vero dicente contrarium, & ꝙ pro sanitate, & prosperitate, quando videlicet animalia moriuntur, vel bona elabũtur, sic, vel sic faciet credunt. In quo quantum errant, & quantum errarent si antichristus tempore illorum veniret, ostendunt in fide, & opere præcedenti. In mala nanque fide errant tam cito credentes in quo ostẽdunt ꝙ antichristo cito crederent, qui maiora eis ostẽdet mirabilia. Iterum in opere errãt dãdo ꝓ opere, & artificio diaboli dona. Cũ enim ostẽsum sit, ꝙ tales in virtute operẽtur dęmonis, cõsequẽs est, ꝙ isti, qui eis aliqua dãt, pro artificio dent diaboli, & sic aliquo modo ei sacrificant, & ab eo cõsilium q̃runt, quia supra dictũ est, ꝙ sortilegi secreta pacta habent cũ dęmonibus, & ab illis petunt consilia. Cum ergo isti petant ab illis, quæ petunt à diabolo, cõsequens est, vt etiam isti à dæmonibus petant, & consiliũ accipiãt, quia q per aliũ facit, ꝑ seipsum facere videt.

¶Tertio magnum est illorũ pericu- 15
lum corporale, sicut patet per exẽplũ Saul.1.Regum 31. Et Ochozię regis. 4.Reg.1. qui infirmus dixit seruis suis. Ite consulite Beelzebub vtrum viuere queã de infirmitate mea hac an nõ. Et Deus per Heliam prophetã respõdit ei dicẽs. Nunquid, qa nõ erat Deus in Israel, mittis, vt consuletur Beelzebub, idcirco de lecto, super quẽ ascendisti, non descendens. In quo datur intelligi exẽplo, ꝙ peius valuit, qa aliũ, quàm Deum verũ consuluit. De Saul etiã scribitur.1.Paral.10. Phitonissam cõsuluit, nec sperauit in Deo, propter quod & interfecit eum, & trãstulit regnum suum. Quarto magnum illorũ periculũ spirituale patet per Decretum.26.quęst.5. si quis. vbi dicitur ꝙ si quis ariolos aruspices, incantatores obseruauerit, aut philacterijs vsus fuerit, anathema sit.

¶Quantum ad tertiam partẽ huius articuli conditio cõis est, ꝙ tam sortilegi, q̃ eis credẽtes libentius credunt, & faciunt q̃ ꝓhibentur, q̃ q ab ecclesia docentur. Similes vxori Loth, & vxori cuiusdam alterius, quę comedit de pixide, in qua maritus venenum posuerat, & præcepit ei in speciali, ne de pixide illa comederet. Cuius contrarium cum faceret, mortua fuit, &c. Exẽplũ

¶Spes. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Spei emolimentum in duobus consistit.*
2 *Primum & potissimum spei fundamentum est bonum opus.*
3 *Hæc vero bonum opus fouet, ac nutrit spes,*

spes, quæ ex tribulatione consurgit.

4 *Spes vitam nostram, & opus spirituale operum nostrorum proficit.*

5 *Quæ mouent ad sperãdum in Deo sunt tria: creatoris potestas, bonitas, & creaturæ exemplum.*

6 *Quomodo Diabolus nititur veram spem in nobis impedire.*

7 *Quibus medijs eandem conatur impedire, & falsam spem imprimere. numero 8.9.*

Pei, Primo ostẽdetur emolimẽtum. Secundo fulcimentum. Tertio motiuum. Quarto impedimentum.

Arti. 1. ¶Quantum ap primum emolimẽtum eius in duobus consistit. Primo in
1 hoc ꝙ omnia lucratur. Secũdo in hoc, nihil amittit. Primum patet per exẽplum fisci, quia sicut fiscus per legem, vel consuetudinem omnia lucratur, & de membrorum suorum damno, sicut pugna, & verberibus, & hmõi violentijs sibi lucrum facit forefactorum, & amerciamentorum, & hmõi, sicut patet. C.li.10.ti. de iure fisci. Et in.ff.no. eo.tit.per to.li.11. Ita homo per spem omnia lucratur, etiam de corporis, & membrorum suorũ detrimento, quia q bene sperat, licet corpus atteratur, & membra omnes passiones patiãtur, interior tamen homo, dũ propter istas passiones, & corporis, vel membrorũ amissionem gaudia sperat æterna, ex omnibus corporis aduersis, & licitis, & virtuosis commodis omnia lucratur, dum omnia sperat. 1.Cor.12. Secundum patet quia lucratorum spes est quasi ancora omnia spiritualia lucra contra fluctus huius maris tenens. Sicut patet per Bern. Si, inquit, sæuiat mundus, si fremat malignus, si ipsa caro aduersus spiritum concupiscat, si exurgat aduersus me præliũ, in te ego sperabo. Hebr.6. Confugimus ad tenẽdam propositam spem, quã sicut ancoram habemus animæ tutã, quia quasi ancora contra omnes tentationes, & tedia, & specialiter cõtra tedium desperationis tenet, & confortat. P.5.14. Nec tñ tenet, & confortat, sed ad Deũ exigit, & porrigit omnia spiritualia bona, maiora præmia ꝑ talibus mercibus sperans, & expectans. Vnde beatus Gregorius moral.6. Spes in æternitate animum erigit, idcirco nulla mala, quæ exterius tolerat, sentit.

¶Aedificium vero spirituale sic ad Deum erectũ spes apodiat, ne cadat, tanquã columna fortis opus superpositum, & tanquam baculus hominem in via lutosa, ne spiritualiter cadat, vel infirmetur, iuxta illud Psal.25. In dño sperans non infirmabor. Huius autem columnæ seu fulcimẽti ad Deum erecti. Primum fundamentum est bonum opus. Hæc enim patet primo ratione, quæ dictat, quod ille, qui seminat, metere sperat. Secundo ex spei diffinitione, quę est certa expectatio futuræ beatitudinis veniẽs ex Dei gratia, & meritis præcedentibus. Ex quibus patet, quod quicunque vult recte sperare, oportet tam Dei gratia, quam opera meritoria excogitare. Nam de aliter sperantibus dicitur. Sap.3. Vana est spes eorum. Vnde beatus Grego. 29.moral. Incassum pręsumit, qui timere Deum in operibus renuit. De ista materia vide.D.2.15. Et P.11.ar.6. Arti. 2. 2

Secundo istud opus spirituale nutrit, & fouet, Spes, quæ ex tribulatione cõsurgit. Sicut nanque, qui sustinet dietam, & sudorẽ, sperat sanitatem. Et qui multa patienter sustinet aduersa pro potenti, & bono domino magnam sperat mercedem, ex qua spe opus suum dum in ædificando est sustentatur. Sic quilibet nostrum opus laboriosum libenter patiatur dicens illud Thob.3. Hoc sciat ꝑ certo omnis, qui colit te, & vita eius si in probatione fuerit coronabitur, si in tribulatione fuerit, liberabitur. Coronam enim pro tribulatione promittit, sciens quod sicut opus materiale cęmento nutritur, ita 3

opus

opus spirituale in tribulatione spe coronationis, & mercedis, iuxta illud. 2.Cor.1. Nos patimur, vt spes nostra sit firma. Vnde beatus Gregorius. 10.Moral.Bonorum mens quo duriora pro veritate tolerat, eò æternitatis pręmia certius sperat,intantum,quod si exurgat aduersus me præliũ, in hoc ego sperabo ait.Psal.26. Cuius exemplo sitis in tribulatione spe gaudẽtes, ad Roma.12. Hæc est enim vtilissima doctrina, quod videlicet in bona operatione, & tribulatione gaudeamus de spe mercedis, quia secundũ Augu. super Psal.12. Spes commodi furatur labores,& metum abscondit periculi. Et secundùm Chrysosto. in quadam epistola. Omne opus leue fieri solet, cum eius precium cogitatur, spesque præmij solatium est laboris. Et secundum eundem Chrysost. super Matth. Si quis viam laboriosam ęstimat, suæ desidię est accusator.Si enim minaces pelagi fluctus nautis, si tẽpestates atq; hyemes agricolis, si vulnera tęderent militibus, si grauissimi ictus, plactæq; pugilibus leues videntur, & tolerabiles sunt propter spem temporalium commodorum; multomagis, cum cęlum præparatur in pręmio, vel ex pręsentibus asperitatibus debet sentire, cum labores maximos mitiget spes in benignum finem venire, ne ergo aspicias ꝙ via est aspera; sed quò ducit, neque aliam, quia lata est,sed vbi desinit. Nota de hac materia auctoritatem Bedæ. A.1.7. & C.76. Et cum in omnibus prędictis exemplis,& auctoritatibus ostensum sit, quod spes mercedis facit labores, & passiones, quæ sine spe essent grauissimæ leues. Ex omnibus sequitur à contrario sensu quod passiones inferni, atque labores sunt grauissimi, vbi nulla est spes nec finis, nec mercedis. Nota ad hoc exẽplum.D.1.13.De talibus nanque dicitur. Prouerb.24. non habent futurorum spem mali. Et Sapien.3. Si celerius defuncti fuerint non habebunt spem.Nota.T.1.19.

¶Tertio spes vitam nostram, & opus spirituale operum nostrorum perficit. Pro quo est aduertendum quod vita nostra est à Deo, & in Deũ tendere debet ad modum circuli, in quo videmus, quod nunquam perficitur donec linea, quæ incipit à puncto, ad idem punctum reuertatur. Illud enim, quod lineam illam ad idem punctum reducit, circulum perficit, & figuram facit perfectissimam. Sic de vita nostra, quæ à Deo per creationem initium trahit, sicut linea à puncto, à quo cum exierit quęrat perfici vbicunque voluerit, siue in diuitijs,siue in delitijs, siue in honoribus, vel scientijs, vel quibuscunque alijs, dicens illud Ecclesiast.24.In omnibus requiem quæsiui finaliter dicit illud. Cant.3. Quæsiui, & non inueni, nisi quærat in virtutibus, inter quas fides, charitas,& alię omnes vitam nostram quasi lineam circulariter versus Deũ vertunt, sed spes ipsam perficit, dum in ipso tanquam in alpha, & omega.i. in primo puncto, & vltimo vitam nostram, finemque operum nostrorum ponit dicẽs illud Psal.61. Spes mea in Deo est. Sed heu non crediderunt in Deo. Ecce circulus discontinuatus,& fractus, nec sperauerunt in salutari eius,in Psal.77. Ecce ꝙ non est reductus nec perfectus. 4

¶Motiua vero ad sperãdum in Deo sunt tria, primo creatoris potestas, secundo bonitas, tertio creaturæ exẽplum. Pro primo est aduertendum, quod sicut in hominẽ terrenum duo mouent sperare,& propter spem mercedis pro illo libenter laborare, & sustinere, potentia videlicet, & largitas, seu bonitas, quia licet curialis sit, si non sit potens retribuere, minus mouentur in ipsum sperare. Si etiam econuerso potens, sed non curialis, etiam minus pro eo sustinent. Sed si ambo concurrunt spe mercedis, qui mercede indigent, libenter ei obtemperant. Cum ergo vtrunque in Deo plenissime inueniatur. Arti.3. 5

Primum

Primum nanque in ipso est, quia omnipotens nomen eius. Exodi 15. Et domini est terra, & plenitudo eius, in Psalm. 23. Secundum etiam in ipso inuenitur, quia Iacobi 1. scribitur, quod dat abundanter, & non improperat. Hæc ergo duo mouent ponere in domino Deo spem meam. Tertio ad idē nos mouet exemplū Socratis, de quo recitat Augustinus, quod potionē veneni, quam maligni ei dederunt, nihil aliud quam medicamentum immortalitatis esse dixit: Tantum enim in Deo sperauit modo suo, quòd pro veritate mori nō timuit propter spem futuræ immortalitatis. Sicut nec quicunque martyres, de quibus. Sapiē. 3. Spes illorum immortalitate plena est scientes, quia bonus dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Naum primo. Et quia nō deseruit sperātes in se Iudicum 13. vbi non sperātes deseruit. Sicut aperte patuit per exemplum, quod fidedigne dicitur contigisse de quibusdam, qui cum inimicis confligere debebāt, omnes confessi corpus Christi acceperunt, vno excepto, qui erat omnium fortissimus, & nominatissimus, qui solus alijs improperauit, quòd timerent, addēs ꝙ ipse illa die nullam communionem acciperet, nisi de spatula ouis. Alijs vero, qui in Deo sperabant, euadentibus ipse solus interijt: vt facti, & effectus diuersitas manifeste ostenderet, quoniam saluos facit sperantes in se, in Psalm. 15. Et non alios, quorum aliqui in fortitudine, sicut iste prædictus. Aliqui vero in multitudine diuitiarum suarum sperauerunt, sicut ille de quo, in Psalm. 51. Sperauit in multitudine diuitiarum suarum, de quorum quolibet. Sapien. 3. Infœlix, & vacua spes illius.

Exēplū.

Arti. 4. ¶Diabolus vero sciens bonæ spei
6 vtilitatem, & falsæ spei, id est, præsumptionis falsitatem multum conatur veram spem impedire, & falsam imprimere. Cuius articuli declaratio ex tribus dependebit ostensionibus. Primo ex ostensione, qua ostenditur intentum, quomodo diabolus nititur veram spem impedire. Secundo per quæ media. Tertio quomodo conatur homines in falsa spe informare. Primum ostendit figura. 4. Regum 4. per creditorem, qui voluit à muliere, id est, anima Christi sponsa duos filios, id est, spem, & timorem auferre, vt per ablationem spei caderet in desperationē, vel per ablationē timoris caderet in præsumptionē. Illa vero neutrū auferre permisit: sed clamauit ad Heliseum, per quē liberabatur habens vasa oleo plena. Sic anima clamet, & neutrum auferre permittet, sciens quoniam neq; spes sine timore, neque timor sine spe valet. Iuxta versus illos. Si timor est sine spe, mox desperatio lædit. Et nisi spes timeat, statim præsumptio damnat. Ergo timor sine spe, nec spes valet absque timore. Si ergo pro istorum filiorum conseruatione clamet, oleo misericordiæ plena liberabitur, sicut patet. E. 3. 7. & 15. Da ergo eleemosynam, & habebis spem in nouissimo. Prouer. 23.

¶Quantum ad secundam partem 7
huius articuli est aduertendum, quòd diabolus veram spem per plura impedit media, quę tamen media in generali in duo distinguuntur in generale, & speciale. Generale nanq; spei impedimētum est quodcunq; peccatum, per quod quis inimicus Dei constitutus est. Quod impedimentum in exēplo patet de illo, qui inimicitias cōtra aliquem regem exercuit temporalē, vel eius mandata gratis transgressus est, & cum inimico illius regis amicitias habet: quomodo posset talis in domino suo, & specialiter quando inuitus ad eū trahitur spem habere, immo totaliter desperat: Sic in ꝓposito de illo, qui Deū quocunq; peccato offendit, & diabolo, vel mūdo amicitia copulatur, de quo in canonica Iacobi c. 4. Quicūq; voluerit esse amicus huius sęculi, inimicus Dei cōstituitur, ergo à

Deo

Deo aliquid sperare poterit, & specialiter in morte, quando nolens corã illo tanquam coram iudice rapietur, nisi ei prius reconciliatus fuerit. De talibus enim dicitur. Sapien. 2. Neque mercedem sperauerunt iustitiæ. Nolite ergo sperare in iniquitate, in Psal. 61. Impedimentorum vero spe-
8 cialium. Primum est terrenarum voluptatum abundantia in diuitijs, delitijs, & honoribus. Quod pulchre ostẽsum fuit. Numeri 32. vbi legitur, quòd populus, cui promiserat Deus terram promissionis. i. rubenitæ, & graditæ, & dimidia tribus Manasses habentes pecora multa terram promissionis inhabitare renuerunt. Sic in proposito de illis, qui hic pecora. i. corpora pascere appetunt. De quibus beatus Grego. moral. 8. super illud Iob 7. Consumpti sunt absque vlla spe. Reproborum, inquit, mentes erga dies vitæ præsentis tanto cõstringuntur amore, vt sic semper appetant viuere, quatenus si valeant, viuendi cursum, nunquam desiderent finire, cogitare quippe ventura despiciunt, habere nulla, nisi quæ prætereunt, concupiscunt, spem totam in rebus transeuntibus ponunt. Ideo Apostolus discipulum suum admonet, dicẽs. Diuitibus huius sęculi pręcipe non sperare incerto diuitiarum.
9 1. Timoth. 6. Secundum est diffidentia resistendi tentationibus, quod ostenditur. Num. 13. vbi legitur ꝙ Israelitæ, licet terram promissionis desiderarent, audito tamẽ ꝙ stirpem Enach, cui non credebant se posse resistere, obuiam haberent, terram intrare desperabant. Sic in proposito de illis, de quibus dicitur. Eph. 4. Desperãtes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in opera immunditiæ. De talibus Augu. de verbis domini. Homel. 29. Nihil tã inimicum est spei, sicut retro respicere, sicut facit ille, qui tentationibus non aperte resistit. Remedium contra hoc patebit infra de tentatione. Tertium impedimentum est disperatio culpæ commissæ, de quo dictum est. D. 2. per totum.

¶Quantum ad secundam partem huius articuli, quomodo diabolus nititur multos in falsa spe. i. pręsumptione ponere malefacientes, & dicentes saluabimur. Ex quibus assimilantur patet. G. 4. 14. & M. 9. articu. vlt. per totum. ex quibus patet, quòd in eius promissionibus sicut dicitur Eccl. 34. est vana spes insensato viro, &c.

¶ Spiritus Sanctus. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *In die Pentecostes, quando missus est Spiritus Sanctus, datum fuit melius donum, quod dari vnquam potuit.*

2 *Quid Deo retribuendum sit pro omnibus quæ nobis dedit, & maxime pro missioni Spiritus Sancti.*

3 *Spiritus Sancti donum vtilitatem maximam attulit, quia vbi prius eram filij diaboli, & seruitutis æternæ, legitimi filij Dei per ipsius receptionem effecti sunt. num. 4. 5. 6. 7. 8. 9.*

10 *Spiritus Sanctus plures in nobis producit effectus: Charitatem in corde.*

11 *Veritatem in ore. num. 12.*

13 *Sanctitatem in opere, & virtutem in continuatione.*

14 *Missio Spiritus Sancti necessitate fuit ob sex. num 15.*

16 *Spiritus Sanctus duobus modis missus fuisse dicitur: Inuisibiliter, cum mentibus castus illabitur.*

17 *Visibiliter quinque modis in quinque rebus diuersis apparuisse legitur.*

In Columbæ specie super Christum baptizatum.

In specie nubis lucidæ.

In specie flatus, siue sani.

18 *In specie ignis.*

19 *In specie linguæ.*

20 *Qualis debeat esse depositio eorum, qui Spiritum Sanctum recipere cupiunt*

pium ostenditur ex conditione Apostolorum & aliorum, qui illum receperunt. num. 21.

22 *Quomodo Spiritus Sanctus amittatur, & quo experimento cognoscere quis potest vtrũ Spiritum Sanctum, an spiritum maligum habeat.*

Piritus Sancti primo ostenditur bonitas, qua a patre, & filio, & a seipso dari voluit.

¶Secundo huius doni ostenditur vtilitas quantum ad hoc, ꝙ in die Pentecostes omnes bonos Christianos legitimauit. Tertio istius doni ostenditur generalitas quantum ad plures effectus. Quarto necessitas. Quinto apparitionis diuersitas. Sexto ostendere restat, qualis erit recipientium dispositio. Septimo quomodo amittitur, & quo experimento quis cognoscere possit, quem spiritum habeat.

Arti. 1. ¶Circa primum duo sunt consideranda. Primo quid datum sit. Secundo

1 quid retribuendum sit. Quantum ad primum in die Pentecostes est datum melius donum, quod dari potuit. Sicut nãque in die natiuitatis Christi datus est filius Dei ad nostram redemptionem, & in die cęnæ ad nostram spiritualem nutritionem, & confortationẽ, quando ille in specie panis datus est, qui est, de quo dicitur in Psal. 103. Panis cor hominis confirmat, ita in die Pentecostes datus est Spiritussanctus ad nostram spiritualem consolationem, propter quod Ioã. 14. vocatur paraclitus. Alium, inquit, paraclitum dabit vobis, propter ꝙ fideles petunt in oratione, quæ ad ipsum specialiter dirigitur, ꝙ possint eius semper consolatione gaudere. Et ad nostram spiritualem informationem, propter quod dicitur. Io. 14. Paraclitus autem Spiritussanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia non solum ad intelligendum, sed etiã ad loquendum. Iuxta illud Matth. 10. Nõ enim vos estis, qui loquimini, &c. Et ad nostram spiritualem deductionem, iuxta illud Psalm. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectã. Ex quibus patet, quid dedit, quia primo consolatorẽ his, qui alias inordinatas fugiunt cõsolationes, de talibus nanque verificatur illud. Ioã. 14. Aliũ paraclitum dabit vobis. Recedentibus vero ab illo termino, à quo secundo dat informatorem, vt recte vadant in medio. Tertio perseuerãtibus dat ductorem, vt terminum attingãt ad quẽ, deducet, inquit, me in terram rectam. Prima ergo eius bonitas quantum ad volentes boni esse respicit terminum à quo, secunda medium, tertia finem, in quibus tribus totus motus spiritualis vitæ nostræ continetur, & sic dedit bonis hodie illũ, cuius bonitas omnia continet, de quo Sapien. 1. Spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia.

¶Quantum ad secundam partem huius articuli, quærat quilibet in corde suo, dicens illud Psal. 115. Quid retribuã dño ꝓ omnibus, quę retribuit mihi, qui sic dedit mihi filium, & spiritumsanctũ, & Angelos, & omnia bona, sicut patet. A. 10. artic. 1. Hæc nanque, si recte cogitauerit, inueniet, ꝙ omnis ratio dictat, ꝙ de omnibus bonis suis meliora Deo reddat. Sicut de bonis naturæ iuuentutem, fortitudinem, pulchritudinem, & huiusmodi. De bonis etiã fortunæ meliora, id est, decimas, & eleemosynas iuste vendicat. Et de bonis gratiæ omnia opera requirit. Magna nãque rusticitas etiã apud mundum esset optima ab amico de mutuo recipere, & pessima reddere, nec hoc fieri posset absque vitio ingratitudinis, & periculo peccati, quo exemplo clare videre potestis quanta sit ingratitudo, & peccatum, & periculum illorum, qui de omnibus bonis suis peiorem partem Deo dare volũt, qui dũ iuuentutem, & pulchritudinẽ in seruitio expendunt diaboli, cogitant, 2

tant, ꝙ quandoque etiam dicunt, ꝙ senectutem, debilitatem, & deformitatem in seruitio Dei expēdere volunt. Qui insuper peiora decimant, & putrida, vel corrupta, vel etiam minima pro Deo dant, & qui gratias eis datas in malis expendunt vsibus. His vero peiores sunt, qui neq; meliorem partem, neque peiorem Deo dant: sicut illi, qui postquam iuuentutem, & fortitudinem suam in malis expenderint operibus, senectutem etiam expendūt in iactantijs, & delectationibus, cogitationibus, & locutionibus, & mendacijs, & iuramentis circa ea, quæ in iuuentute male egerunt, intantum quòd licet à Deo multis stimulis senectutis, & cęcitatis, & debilitatis pungantur, vt de luto surgant peccatorum, ad modum animalis pigri in luto iacentis, non tamen surgunt, nec ad Deum vadunt. Sed ad modum porci in luto iacent malarum cogitationum, & turpissimarum locutionum, nec ignē recipiūt Spiritussancti. De quo Luc. 12. Ignem veni mittere in terram, sicut nec lignum, quod diu in aqua iacuit, ignem recipit naturalem, sed fumat, & appropinquantibus, & volentibus ipsum accendere suo fumo nocet: ita isti fumo turpium verborum, & iuramentorum, & exemplorum, & detractionum multis nocent, & specialiter volentibus in eis ignem accendere Spiritussancti detrahunt. Nec ipsum ignem Spiritussancti, sed ignē, recipiunt spiritus maligni, in quibus dum iuuenes sunt, & potentes ad malefaciendum fortiter ardet: dum vero impotentes sunt turpiter fumant. Isti ergo specialiter per mundum intelliguntur, de quo Ioan. 14. Mittam vobis à patre spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere.

Arti. 2. ¶Qui vero illū accipiunt, maximā cum illo recipiunt vtilitatem, quia vbi

3 prius erant filij iræ, filij diaboli, & filij seruitutis æternę, per ipsius receptionem legitimātur, & filij Dei efficiuntur, iuxta illud, ad Rom. 8. Quicunque spiritu Dei aguntur: hi filij Dei sunt. Pro quo est aduertendum ꝙ differētia magna est inter filios vxoris legitimę, & filios concubinæ, qui filij legitimi de iure succedunt in hæreditate paterna, filij autem concubinæ in paterna non succedunt hæreditate, nisi legitimentur. Vnus autem modus legitimandi secundum iura est ꝙ vir accipiat in vxorē illam, q̄ prius erat concubina, sicut patet de iure canonico, extra li. 4. qui fili sint legitimi. c. tanta. Et in iure ciuili in autenti. qui. mo. fi. natu. effi. le. col. 6. circa prin. licet consuetudo Angliæ sit contraria. Sic in proposito, nam omnes erant quasi filij ancillæ dicentes illud Psal. 115. Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. i. filij naturę humanę seruituti subiectę diabolicæ, & peccati, iuxta illud Eph. 2. Filij iræ eramus, & ꝑ consequēs inhabiles pro hęreditate cęlesti consequēda. Christus vero istam ancillā in incarnatione sua sibi despōsauit, vt adoptionem filiorū Dei reciperemus, ad Gal. 4. quā adoptionem, seu legitimationē in incarnatione initiauit, in natiuitate ostēdit, & in datione Spiritussancti cōpleuit per spiritū adoptionis filiorum, ad Rom. 8. Et sic patet ꝙ qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. In qua legitimatione tria videmus, nobilitatem propaginis generosæ, filij Dei sunt, Psal. 81. Filij excelsi omnes. Secūdo mobilitatem promptitudinis obsequiosę, aguntur potius spiritu, seu voluntate alterius, quàm propria exēplo Christi. Luc. 4. Agebatur à spiritu. Tertio suauitatem dulcedinis amorosæ, spiritu. Sap. 12. O quàm bonus & suauis est domine spiritus tuus.

¶Ratione primi est sciēdum, ꝙ vbi 4
sunt plures filij ex eadem matre, & diuersis patribus, vnus non habet materiam gloriandi super aliū de nobilitate aliqua, in qua excellit ex parte matris, quia in illa parte vnius sunt cōditionis, sed si aliqua sit gloriæ occasio, oportet ꝙ illa surgat ex parte p̄ris. Ita in ꝓposito ex parte matris. i. ex parte

naturæ

naturæ terrestris omnes vnam habemus matrem terram. Gen 3. Donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Ergo ex illa parte non inuenitur vera causa gloriandi: propter quod dicit August. in regula. Neque de parẽtum diuitum dignitate gloriari. Sed quãtum ad genus paternum aliqui patrem habent Deum. Ioan. 8. Nos patrem habemus Deum. Aliqui diabolum. Ioã. 8. Vos ex patre diabolo estis. Illi habent materiam gloriæ spiritualis, qui ex nobiliori sunt patre, qui dicunt: gloriamur in spe glorię filiorum Dei: ad Rom. 5. Illi nanque, qui nunc sunt filij per gratiam, gloriantur, sicut dicitur ad Rom. 8. Adoptionem filiorum Dei expectãtes supple per gloriã: de quibus dicitur. Sap. 5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Duo includit, numerationem certiorem, quia computati sunt, & conditionem nobiliorem inter filios Dei.

5 ¶Ratione primi est sciendum ꝙ differẽtia est inter computationem mercatorum, & commutationem campsorum. Nam primi in computationibus suis libentius vtuntur denarijs, cuprinis quàm aureis, nec respiciunt ad valorem, quem denarius habet: sed ad locum, quem tenet, intantum ꝙ si cupreus in vno loco superiori ponatur, & aureus in inferiori, cupreus centies, vel millesies plus signat, quàm aureus, nec tamen in illo loco propter valorem, sed ad voluntatem ponitur computantis. Campsores vero econuerso in cambiendo non respiciunt situm, sed valorem, quia non recipiũt monetam, nisi bonam. Applicando ad propositum: exhibitio honoris, & reuerentiæ, & reputationis, & electionis, & fauoris mundi, & mundalium est, sicut computatio mercatorum, quia communius honorãt, & eligunt, & diligunt malos, quàm bonos, quia mundus quod suum est diligit, nec respiciunt ad valorem illius, quem honorant, vel eligunt, sed ad locum, vel statum, vel gradum, quem tenet intantum ꝙ apud eos pessimus in magno loco honoratur, & optimus in paruo loco non reputatur. Esa. 53. considerauimus eum nouissimum virorum, vnde nec reputauimus eum. Thren. 4. Filij incliti amicti auro primo quomodo computati sunt in vasa testea? Ecce quomodo denarij aurei nihil significant apud eos, quia bassum locum tenẽt. Sed verus campsator Christus, qui dicit quare non dedisti pecuniam meũ ad mensam &c. exegissem illam? id est cum vsu bonorum operum, apud quem non est personarum acceptio propter locum, vel dignitatem, sed propter verum animæ valorem filios suos facit, de quibus. Ioã 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. His qui credunt in nomine eius. De quibus Act. 19. Spiritum sanctum accepistis credentes. Quorum licet nobilima sit conditio, tamen ratione seruilis terrę, quam tenent, interim multis seruitutibus vexantur, & grauãtur, vsque terra illa sit per spiritum sanctũ amortizata, & spiritui suo totaliter subiecta. Est nanque de spiritu nostro in 6
hoc casu, sicut de nobili persona, quæ aliquando ratione terræ seruilis, quam tenet, alligatur, & obligatur, seruituti, quæ terram illam sequitur, dum illam tenet seruilem, postquàm tamen fuerit amortizata sicut terræ aliquarum ecclesiarum, & religiosorum, vel à seruitute per dominum liberatæ, & exoneratæ, à seruitute illa liberatur. Sic anima dum terram tenet seruilis conditionis, id est, carnem, quę sicut terra Ægypti in seruitutem fuit redacta propter cibum. Gene. 47. ita hæc propter cibum vetitum multis seruitutibus, & tentationibus vexatur: quia caro concupiscit aduersus spiritum in omnibus. Sed tamen in illis, qui terram suam amortificauerunt cum vitijs, & concupiscentijs, terra illa est à periculosa, & mortifera seruitute libe-

rata, quia si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: ad Rom. 8. Quam libertatem specialiter habere deberēt viri ecclesiastici & religiosi. In cuius signum terra sacerdotalis erit libera. Gen. 47. de quibus signanter dicit: si
7 mortificaueritis. Pro quo est aduertendum: quia sicut differentia est inter grauiter infirmum, & mortuum non sepultum, & sepultum, atque oblitum pro tanto, ꝙ primus inuitus, & timore resignauit ad tempus delitijs, sed non diuitijs. Secundus diuitijs, sed nō honoribus, quos circa sepulturam suam fieri, dum viueret, desiderauit, vel ordinauit. Tertius vero nec habet delitias, nec diuitias, nec honores: ita inter viros ecclesiasticos, & religiosos, & aliquando etiam inter alios aliqui sunt, qui delitias fugiunt carnalis voluptatis, & continentiam seruant corporis, & non cordis timore pęnæ, & confusionis, & quasi inuiti, sed non fugiunt diuitias inordinatas: sed sicut auari illas quærunt, & sicut proprietarij illas abscondunt, qui melius cum illis, quàm cum carnali voluptate subterfugere se posse æstimāt manus pręlatorum, & isti pro tanto grauiter assimilantur infirmitatis. Alij sunt, qui non quærunt diuitias &c. sed non fugiunt, sed ambiunt honores, qui amāt primos recubitus in cęnis &c. isti videntur mortui: sed non sepulti. Alij sunt totaliter mortificati omnibus prædictis, & consepulti cum Christo, sicut veri humiles, quibus mundus crucifixus est, & ipsi mundo ad Gal. vlt. Et illi sunt veraciter amortizati, & à seruitute carnis mundi, & diaboli liberati, in libertatem filiorum Dei, qua libertate Christus nos liberauit: ad Gal. 4. Et hoc per spiritumsanctum, quem nobis &c. quia vbi spiritus do-
8 mini ibi libertas. 2. Corinth. 3. Et non tantum libertas sed etiam obedientię promptitudo, quia spiritus quidem promptus est. Matth. 26. In quo notatur secunda pars huius articuli: scilicet mobilitas promptitudinis obsequiosę. Pro quo est sciendum, ꝙ versificator libenter versatur circa dictiones, quas potest breuiare, & longare ad libitum: ita pręlatus, & quicunque alius circa illos regendos, qui faciliter obediunt. Sed regula est apud versificatores, ꝙ syllaba breuis potest longari: sed longa nequit breuiari. Sed absit, ꝙ hæc regula obseruetur de religiosis, & quibuscunque subditis, ꝙ videlicet personę breues .i. parui valoris in moribus, & scientia appetant longari, id est exponi ad honores pręlationis, & officia magna. Et quòd illi, qui sunt quasi syllaba longa .i. magni valoris in opinione propria, vel in magno statu, vel honore noluerint pro prælato, vel superiore suo breuiari, id est humiliari, & obedire ad humilitatis officia, vtrunque enim abominabile est apud Deum &c. ad Gal. 5.
Spiritu ambulate: & desideria carnis 9
non perficietis. Quod si feceritis magnam in omnibus operibus inuenietis interioris suauitatis dulcedinem. Quantum ad tertiam partem huius articuli, quia cū spiritussanctus amor seu charitas sit: iuxta illud. 1. Ioan. 4. Deus charitas est, vbi spirat, & infundit charitatem ad bene amandum, sicut agens naturale intendit imprimere suam similitudinem in id, in quod agit: sicut ignis calorem in corpore, in quo agit: Sic spiritussanctus cum sit amor diuinus intendit in nos amorem incedere, ipsum recipientes veraciter dicere possint illud. 2. Corinth. 3. In eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu, &c. Et sic amor omnia facit leuia, sicut ostensum est. A. 20. 15. In talibus ergo impletur promissum filij. Luc. 11. Pater vester de cęlo dabit spiritum bonum, &c.

¶Non tantum propter legitimationem prædictam, sed quia generaliter Ar. 3.
omne bonum in nobis efficit. Sicut 10
nanque omne bonum vitæ naturalis in corpore humano est à spiritu naturali, quia ipse dat corpori sensum, verbum,

verbum, motum, & statum, quia sine ipso nec sentit, nec loquitur, nec mouetur, nec stat. Sic omne bonum vitæ spiritualis est à spiritusancto, quia ipse dat homini sensum charitatis, non carnalitatis, verbum veritatis, non vanitatis, motum sanctitatis, non infidelitatis, statum, firmitatis, non instabilitatis. Dat ergo charitatem in corde, veritatem in ore, sanctitatem in opere, virtutem in continuatione. Ex primo sequitur, quòd facit amare feruenter, & fideliter: Ex secundo, quòd facit loqui sapienter. Ex tertio, quòd facit operari innocenter. Ex quarto, quòd facit continuare perseueranter. Primo, quantum in eo est, facit nos Deum amare feruenter, & fideliter. Sed ad hoc quòd iste effectus sequatur, duo requiruntur: adiutorium seu fauor spiritussancti, & labor spiritus proprij. Sed spiritussanctus in parte sua nunquam deficit, quia confert auxilium, & offert præmium, in quibus duobus consistit quicquid ad ipsum pertinet. Sed adhuc requiritur labor proprius, vt peccatis, & obstaculis amotis lucem recipiamus, & ignem istum non extinguamus. Si ergo abluerimus sordes filiarum Sion, id est animarum in spiritu iudicij.i.confessionis, & spiritu ardoris, id est feruentis satisfactionis. Esa.4. tunc statim charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum, qui datus est nobis ad Ro.5. Et ne deficiamus in labore, offert præmium, &c. Et sic spiritus adiuuat infirmitatem nostram: ad Roma.8.

11 Secundo quantum in eo est, facit nos loqui sapienter quo ad nos, reuerenter quò ad Deum, veraciter quò ad omnes. Primo sapienter quo ad nos in confessione: quia sicut ventus facit paleas non inclusas, nec detentas, sed in loco aperto iacentes suæ virtutis impulsu longius propelli: ita virtute spiritussancti paleæ peccatorum longius expelluntur de cordibus eorum, qui ora aperta habent in confessione, propter quod dici potest, quod venit per modum soni ventosi. Act.2. Factus est repente de cęlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis. Quod autem nos ipsi sic ora aperire deberemus, vt ipse peccata sic purgaret, sicut purgauit peccata Dauid confitentis: de quo Eccl.47. Spiritus purgauit peccata illius, quatuor nos mouere deberent: timor, dolor, spes, & gaudium. Timor de diuina iustitia, & pęna ęterna, dolor de culpa prgterita, spes de venia futura, gaudium de misericordia adepta. De quo gaudio habetur. C.7. articu.3. Ergo ab istis quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos & reuiuiscant. Ezech.37.

¶Secundo reuerenter quo ad Deũ, quòd sermo noster sit est sine omni iuramento vano, quia cum spiritussanctus sit bonitas, & curialitas patris, talia iuramenta vota contra omnes non tantum Dei sed etiam mundi curialitates emissa sunt specialiter contra spiritumsanctum, quorum periculum patet. Math.12. Qui autem dixerit contra spiritumsanctum verbum, non remittetur ei. Exemplum ad hoc. I. 12. 29. 12

¶Tertio veraciter quo ad omnes. Et propter hoc dici potest spiritus veritatis. Io.15. Spiritum veritatis, qui à patre procedit, in forma apparuit linguæ in signum ꝙ lingua deberet esse membrum veritatis, nam ipsum membrum ex sua creatione, & ad hoc specialius ordinatur, vt per ipsum veritas ostendatur. Ex quo ergo tam ex creatione, quàm etiam ex spiritussancti apparitione ostenditur ad hoc destinatum istud corporis membrum, patet ꝙ magnum est meritum sic loquentium, & magnum periculum lingua abutentium. Primum patet per miraculum quod legitur quondam in Vienna ostensum de lingua integra inuenta in tumba cuiusdã mortui toto corpore corrupto, de quo cum sanctus Exẽplũ.

episcopus in orationibus causam quæreret sibi à Deo reuelatum fuit incorruptionis linguæ, ꝙ nunquam membrum illud pro posse ad falsitatem mouebat. Ah prohdolor paucæ tales linguæ nunc in cimiterijs inueniuntur. Nec mirum: quia spiritus malignus ita fortiter mouet linguas multorum ad litigandum, detrahendum, iurandum, ad mentiendum, & maledicendum, sicut spiritussanctus mouebat linguas illorum ad Deum laudandũ, & ad prædicandum, & ad verum dicendum. De quibus dicitur. Act. 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto, & cęperunt loqui varijs linguis, prout spiritussanctus dabat eloqui illis.

Exéplũ. ¶Secundum, id est periculum abutentium per exemplum ostensum fuit in regno Franciæ, in quo cuiusdam linguã de magna falsitate quam in iudicio protulerat, conuicti perforauerunt in linguæ extremitate, & ferro per mediũ ex transuerso posito ipsum sic extra os violenter detinentes ipsum per maiores villas illius patriæ, in qua deliquit cachinnantem ad exempum aliorum transmiserunt. Si sic esset nũc ministratum omnibus falsis iudicibus, & aduocatis, & duodenarijs, & detractoribus, & quibuscunq; membro illo abutentibus, multi cachinnarent. Sed licet hic pęnas tales euadant, non tamen alibi, quando Deus illos interficiet spiritu oris sui. 2. Thessal. 2.

13 ¶Quãtum ad tertiam partem huius articuli spiritussanctus quantum in eo est facit nos vtilia operari fortiter. Pro quo est sciendum ꝙ ad opus bonum tria requiruntur, scire posse, & velle. Prima duo ipse dat nobis: adiungamus ergo nos tertium, & opera nostræ salutis bene prosperabuntur. Primum patet per illud Io. 14. Paraclitus autẽ spiritussanctus docebit vos oĩa: ꝙ videlicet nõ debetis nõ faciẽda facere, vel faciẽda omittere & ꝙ debeatis iudicia Dei timere. Et hoc est qđ dr. Io 16. Ille arguet mundum de peccato suo, qđ cõmisit, de iustitia, q̃ amisit, de iudicio, qđ non timuit, & suggeret vobis oĩa scilicet potentiã exequentẽ: sicut corpora superiora influunt virtutẽ ad germinationem, & ꝓductionẽ fructuũ inferiorum. Esa. 44. Effundam spiritũ meũ super semen tuum, & benedictionem meã super stirpẽ tuã, & germinabunt. Vnusquisq; ergo volũtatem suã adiungat in spiritu mansuetudinis, vt saluus sit. 1. ad Cor. 5. Quarto spiritussanctus quantum in eo est facit continuare perseueranter, quia sicut spiritus naturalis dat corpori statũ, ne in cineres. quasi in nihilum reducatur, quantum ad esse naturæ: ita spiritussanctus in esse gratiæ. Et hoc tripliciter, in statu pœnitentię consolando, in actu pugnę protegendo, in motu viæ ducẽdo. Dat ergo spiritussanctus patientiam in præsenti pęna: quia sicut ille facit aliquem paciẽtius sustinere, qui dicit ei: Eleua oculos tuos, & vide quãtam habebis de labore mercedem: ita spiritussanctus, cuius est mentem nostram ad cęlestia leuare, & sursum ferre ad modum ignis, qui cineres in altũ tollit. Exemplum. Act. 7. de Stephano, cũ esset plenus spiritu sancto intendens in cęlum vidit gloriam Dei, &c. Sic discipuli in multis tribulationibus. Act. 9. ædificabantur in timore domini, & cõsolatione spiritussancti replebantur.

¶Secundum patet, ꝙ videlicet victoriam dat in pugna, per exemplum. Iudic. 14. vbi dicitur, ꝙ apparuit catulus leonis sęuus, & rugiens, per quem intelligitur tentatio carnis mundi, vel diaboli, & occurrit ei. Irruit autẽ spiritus domini in Samson, & dilacerauit eum. Tertio dat cõstantiã in via, quia sicut amor fecit Iacob constantẽ in tãtum ꝙ videbant' ei dies pauci ꝑ amoris magnitudine. Sic spiritussanctus, q est amor multo potẽtior, q̃ quicunq; amor carnalis. Ps 142. Spiritus bon' deducet me, &c. Cor ergo mundũ crea in me Deus: vt sit affectio pura, quantũ ad primã partẽ, & spiritũ rectũ innoua ĩ visceribꝰ meis: vt si locutio, q̃ ex abũdãtia cordis ꝓcedit, recta, quãtũ ad secundã.

Ne proijcias me à facie tua: vt sit operatio grata, quantum ad tertiam, spiritũ sanctum tuum ne auferas à me: vt sit continua, quantum ad quartam.

Ar. 4. ¶Prima autem huius doni necessitas
14 fuit vasorum spiritualium, id est animarum repletio contra ignem peccati. Sicut nanque ignis in domo imminente timore, vel periculo necesse est implere vasa aqua contra ignem illã, ne noceat, vel si nocere inceperit, vt extinguatur, antequam plus noceat: ita Deus impleuit, & adhuc implet vasa cordis spiritusancto, propter hoc dicitur. Repleti sunt omnes spiritusancto. Act. 2. Secunda fuit magnificentię Dei ostensio: Multi enim reges prius magna fecerant conuiuia: sicut rex Assuerus centum octoginta diebus. Hester 1. & Dauid, & Salomon, & multi alij, & magna largiti sunt munera. Deus vero, qui omnes alios potentia excedit infinita, hoc ostendere non potuit, nisi festum, & donum suũ festa, & dona omnium aliorum excederet in infinitum. Cum ergo vellet omnes homines ad agnitionẽ sui nominis, & potentię venire, necesse fuit ꝙ festa, & dona sua excederent in numerositate receptorum ad festum, & in conditione donorum. In primo ergo excessit: quia alij nunquam indifferenter receperunt, nec repleuerũt omnes, sed forte diuites receperunt, & repleuerunt; sicut patet de prædicto Assuero, de quo dicitur. Hester. 1. ꝙ fecit grande conuiuiũ cunctis principibus &c. & pauperes dimiserũt inanes. Sed hic in Dei cõuiuio repleti sunt omnes spiritusancto secundùm, ꝙ promisit. Iohel 2. Effundam, inquit, de spiritu meo super omnem carnem. In secundo excessit: quia donum ibi datũ fuit, & est infinitum, nam Deus spiritus est. Io. 4. De quo August. Magna Dei misericordia donum dat quale sibi. Et sic patet tam in quantitate, quàm in qualitate, ꝙ non ad mensuram dat Deus spiritum. Ioan. 3.

15 ¶Tertia differentia in isto cõuiuio inueniri potest, quia in conuiuijs, & specialiter potationibus mundi aliquotiens nonnulli sic replẽtur, ꝙ nullam linguam habent ad loquendum. Illi vero, qui loqui possunt, turpia loquuntur. Isti vero loquebantur omnẽ linguam, sicut patet Actuum 2. Et non tantum illi, sed quicunque *postea illo* dono fuerunt repleti honesta, & sancta ad Dei honorem, & *proximorum* salutem, seu *ædificationem loquebantur* prout spiritussanctus dabat eloqui illis. Act. 2.

¶Tertia causa seu necessitas fuit discordantium pacificatio. Ipse enim, qui est, & fuit nexus, & amor patris, & filij ab æterno: vt pacificaret mundum, voluit esse nexus, & amor hominis ad hominem: scientes quoniam virtus vnita fortior est: ergo sitis soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis: ad Eph. 4. Quarto vt sanctificaret immundos per spiritum sanctificationis ad Rom. 1.

¶Quinto vt generaliter omnes viuificaret spiritualiter mortuos. Et hoc est quod dicitur ad Rom. 8. Viuificauit mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Sexto vt liberaret obsessos: sicut ostensum est. B. 2. 9.

¶Ad hanc autem liberationem faciendam duobus modis missus fuisse Ar. 5.
legitur: inuisibiliter, cũ mentibus castis illabitur: Et visibiliter, cũ in aliquo signo visibili demõstratur. Et hęc quidem apparitio, seu ostensio quinque modis in quinque rebus diuersis facta fuisse legitur. Primo in specie columbæ super Christum baptizatum. Luc. 3. Descẽdit spiritussanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Secundo in specie nubis lucidę super Christũ trãsfiguratũ. Matth. 17. Adhuc eo loquẽte, ecce nubes lucida obũbrauit eũ. Vbi sic dicit glo. Sicut baptizato dño, sic & clarificato misterium sanctę trinitatis ostendit: spiritussanctus ibi in colũba, hic in nube lucida apparuit. Tertio in specie flatus. Io. 20. Insufflauit in eos & 16

dixit. Accipite spiritũ sanctum. Quarto in specie ignis. Quinto ĩ specie linguç. Act. 2. Ideo eñi ĩ similitudine istarum quinq; rerũ mõstratus est, vt det intelligi; ꝙ harũ rerũ proprietates operatur in cordibus, qbus illabitur. Primo ergo ostẽsus fuit ĩ similitudine

Colũba. colũbç, q̃ ꝓ cantu gemitũ habere, & felle carere dicitur, quç etiã in foraminibus petræ manet, in signũ, ꝙ illi qui spiritũ sanctũ habent, ꝓ peccatis suis gemũt. Esa. 59. Quasi colũbç meditantes. Non sic, qui spiritũ habent malignũ, qui lçtantur cum malefecerint &c. Secundo sunt sine felle iræ inuidiç, contẽtionis, & spiritualis amaritudinis. Sap. 12. O q̃ bonus, & suauis est dñe spiritus tuus in nobis. Tertio morantur in forami-

Exẽplũ. nibus petrç illius, de quo. 1. Cor. 10. Petra autẽ erat Christus, admodũ philomenæ. C. 17. 26. Et ad modum sancti patris. C. 17. 25. Thren. 4. In vmbra tua viuemus in gentibus.

17 ¶Secundo ostẽsus fuit in specie nu-

Nubes. bis, quç est à terra eleuata, & pluuiam generat, & refrigeriũ præstat laborantibus, in signũ, quod illi, qui spiritum sanctum habent, sunt eleuati à terra per cõtemptum terrenorum. Ezech. 8. Eleuauit me spiritus inter cçlũ, & terram: hoc est contra cupidos. Secundo spirituale habent refrigerium per extinctionem carnalium voluptatũ, sicut patet de beata virgine, cui dictum est. Luc. 1. Spiritussanctus superueniet in te, quia non fuit in ea spiritus immundus gulæ, & luxuriæ.

¶Tertio spiritualem habent pluuiã lachrymarũ, & deuotionis ad lotionẽ suam & aliorum: Psal. 147. Flauit spiritus eius, & fluent aquæ. Propter quod quandoque spiritussanctus aquç comparatur. Ioan. 7. Flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ, hoc autẽ dicebat de

Flatus. spiritu &c. Tertio datus fuit in specie soni, seu similitudine flatus. Primo qa flatus, seu aer motus, siue vẽtus est velos, & facilis ad mouendũ. Sic illi, qui spiritumsanctũ habent sunt agiles ad obediendum. Vnde glo. super illud, Act. 2. Factus est repente &c. Nescit tarda molimina spiritussancti gratia: omnibus eñ mobilibus mobilior est sapientia. Secundo, quia sicut est necessarius ad respirandũ intantum, ꝙ si ad horam homini subtraheretur, cõtinuò moreretur: Sic & de spiritusancto intelligendum est: Psal. 103. Auferes. s. e. & defi. & impul. s. reuertẽtur. Emitte spiritum tuum & creabuntur: quia spiritus est, qui viuificat. Io. 6.

¶Quarto apparuit in similitudine 18

ignis. Iuxta illud. Act. 2. Sedit supra Ignis. singulos eorum, tanquam ignis, in signum ꝙ illi, qui spiritumsanctum acceperunt, habent septẽ dona spiritussancti enumerata. Esaiç 11. similia septem ꝓprietatibus, seu operationibus ignis. Nã sicut ignis primo purgat aurum, vel metalla quæcunque rubiginosa: ita tales purgant peccata, & expellunt per donum timoris: nã timor dñi expellit peccatum. Eccl. 1. Secundo ignis dura metalla mollificat: Sic spiritussanctus ad miserorum compassionem, & opera charitatis. Tertio incinerat: Sic spiritussanctus per donum scientiæ cineres ad memoriam nostrã reducit, in quos reuertemur. Quarto ascendit, & illuminat: Sic spiritussanctus illos, qui ipsum receperunt, per donum consilij illuminat, & ad cçlum ascendere facit. Quinto mollia, & fragilia cõsolidat: Sic spiritussanctus per donum fortitudinis fragiles ad perseuerãtiam in bonis operibus fortificat. Sicut patet de Sancto Petro, qui ante diem Pentecostes ad vocem ancillæ dominum negauerat, postquam spiritumsanctum in die Pentecostes receperat, ipsum negare noluit propter reges, & principes, vel etiã propter ipsam mortem. Sexto facit illos, qui prius fuerunt in tenebris, videre quæ circa ipsos sunt, ne in his, quæ videnda sunt decipiantur. Sic spiritussanctus per donum intellectus facit videre, quæ credenda sunt, ne per malam fidem, vel sortilegium decipiantur. Septimo alios calefacit. Sic spiritussanctus

se habentem calefacit ad aliorum ędificationem, & informationem per donum sapientiæ, non indoctis humanæ sapientiæ verbis: sed in doctrina spiritus. 1. Corin. 2. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus 1. Cor. 12.

¶Vide quomodo septem dona spiritus maligni his contrariantur. P. 5. 2.

19 ¶Quinto quare in similitudine apparuit linguarum in parte tactum est supra eo. c. 12. Quia etiam lingua est membrum, quod cum maiori difficultate regitur: iuxta illud. Iac. 3. Natura bestiarum domatur, linguam autem nullus hominum domare potest. Et nisi regatur est membrum periculosissimum iuxta illud. Iac. 3 Lingua ignis est vniuersitas iniquitatis: bene vero regulatum est vtilissimum: sicut patet. L. 5. 5. Ideo ad denotandum ꝙ maxime regimine indiget, spiritussanctus conuenienter in forma apparuit linguarũ, & non quarũcunque: sed ignitarum, in signum ꝙ ignea verba proferent, & vt ignitum eloquium Dei prędicarent feruenter, quam gratiam munditia intantum iuuat, ꝙ aliquando etiam sine linguis prædicabant, sicut ostensum est. L. 7. 33. Et audientes illos prædicare cognoscerent spiritumsanctũ quasi ignem illos illustrare, & quasi lingua in eis loqui: iuxta. Matth 10. Non vos estis, qui loquimini: sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Nota de hac materia, & specialiter quare apparuit in specie columbæ secundùm Sanctum Tho. in tertia parte de Christo. q. 39. articu. 6. Et in prima parte. q. 43. artic. 7.

Arti. 6.

20 ¶Quales vero oporteat illos esse, qui spiritumsanctum recipere debent, ostenditur ex conditione illorum, qui tunc illum receperunt. Illi nanque primo fuerunt humiles, quod notatur in hoc, quod dicitur. Act. 2. Repleuit totam domum, vbi erant sedentes, non superbe vagantes, scientes quòd emittit se fontes in conuallibus, id est gratiam spiritussancti ad humiles: Esaiæ 46. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum? Vel ideo dici potest, ꝙ mittitur ad sedentes ad designandum, ꝙ iudicibus tam corporum, quàm animarum, quorum est in iudicio sedere, multum necessarius est spiritussanctus. Primo quia confert sapientiam ad indicandum. Esa. 42. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus proferet. Secundo quia profert autoritatem ad condemnandum, vel dimittendum. Io. 20. Accipite spiritumsanctũ: quorum remiseritis peccata remittuntur, & quorum retinueritis &c. Secundo fuerunt mundi. De ipsis nanque canit ecclesia, ꝙ sanctusspiritus inuenit eos receptacula munda, & humilia ad receptionem spiritussancti, propter quod beatus Grego. in Home. Pentecostes nos hortatur, dicens. Tergat sordes praui operis, qui Deo præparat domum mentis. Tertio fuerunt charitate vniti, quod notatur in hoc, quod dicitur. Act. 2 ꝙ erant omnes pariter. Erat enim in eis cor vnum, & anima vna. Sic oportet ꝙ in nobis sit ad hoc ꝙ spiritussanctus spiritualem vitam nobis det, quia sicut spiritus hominis non viuificat nisi membra vnita corpori: ita nec spiritussanctus membra spiritualia. Et sicut eleemosyna datur pauperibus simul cõgregatis: Ita gratia spiritussancti. Et sicut membra cũ corpore coniuncta cum illo nutriuntur: ita &c. Ideo congrue dicit Scriptura in persona Dei. Eccl. 25. In tribus placitum est spiritu meo, quę sunt probata coram Deo, & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir, & mulier sibi cõsentiẽtes. Quod insuper talis pax, amor, & concordia sit necessaria ad receptionem spiritussancti, satis ostendit Christus. Ioan. 20. vbi ad discipulos intrans, primo dixit. Pax vobis, & postea dedit eis spiritumsanctum dicens. Accipite spiritumsanctum &c Quarto erant in loco secreto, id est in cęnaculo, & orantes, iuxta illud. Act. 2. Erant perseuerantes in orationibus. Et parum in- 21

stra. Erant quotidie in templo. Vnde & de illis canitur. Orantibus Apostolis, &c. In signum ꝙ qui volunt spiritum sanctum recipere, fugere debent spectacula, & ecclesiam petere atque orare, nam orante Iesu descendit spiritussanctus. Luc. 3. Quinto etiam audientes verbum Dei leguntur ipsum recepisse. Act. 10. Adhuc loquente Petro, cecidit spiritussanctus super omnes, qui audiebant verbum. Sic &c.

Exēplū. Sexto etiam pęnitentes spiritum sanctum recipiunt: sicut patet per historiā de columba. P. 7. 28. quod intelligi in hoc potest, quod dicitur. Act. 8. quòd imponebant, manus super illos, & accipiebant spiritumsanctum. Qui ergo spiritumsanctum recipere desiderant, istorum exemplo sint humiles, mundi, in charitate vniti, in secreto orantes, verbum Dei audientes, & de peccatis pęnitentes manibus se subijciant absoluentis. Et tunc accipietis virtutem spiritussancti superuenientis in vos. Act. 1.

¶Sed quia quidā spiritumsanctum

Arti.7. nunquam receperunt, sicut infideles:

22 Act. 19. Neque si spiritussanctus est audiuimus. Quidam vero ipsum receptum immunditia sua fugauerunt, sicut infidelis ille. L. 7. 33 & prophanū spiritumsanctum receperunt, pro quo spiritumsanctum cambierunt. Ideo ne quis in hoc casu decipiatur credens se spiritum habere sanctum, qui spiritum habeat prophanum. Primo ad cognoscendum veritatem tam quantū ad seipsum, quàm quantum ad alios, experimēto vtatur Angelorum. A. 22. artic. 7. Per amorem nanque mundū, vel immundum, de quo ad Gal. 4. Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra. Et per simplicitatem columbinam, vel falsitatem, & iuramenta mala in ore proprio, vel alieno, vel etiam in ore tanquam fumo cognoscere potest quis spiritus sit in corde. Nam sicut dicitur. 1. Macha. 4. Fumus, quid videbatur declarabat, ꝙ factum fuerat, sicut ostensum est. D. 9. 15. Vbi ergo quilibet nititur alium decipere, vbi vnus alium odit, & alteri inuidet, ibi scias non esse spiritussancti ignem, sed fumum spiritus maligni, quia sicut tiriones diuisi non faciunt ignem, sed fumum: ita tales diuisi per discordiam, detractiones, persecutiones, & fraudes, & huiusmodi. Et sic fumus ostendit quales sunt, sicut loquela ostendit de qua terra sunt. L. 5. 7. Et motus corporis ostendit vitam interius. Vnde beatus Gregorius in Moral. Habitare in corpore animam probant vitales sensus corporis, habitare in corpore spiritumsanctum vita probat spiritualis. Illud ex visu, & auditu dignoscitur: istud ex charitate, & humilitate, & cęteris virtutibus in talibus, sicut dicitur. 1. Ioan. 4. Probate spiritus si ex Deo sint.

¶Superbia. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Superbia in exteriori loquela, gestu, vel apparatu est signum interioris sterilitatis, & vacuitatis.*

2 *Superbia est signum interioris vilitatis, & interioris mortis.*

3 *Superbia est signum speciale filiationis diaboli, & damnationis æternæ.*

4 *Superbi assimilantur fabæ, & vesicæ; ligno terra extracto, & in aere suspenso; corpori rotundo, quod vix in aliquo loco positum quiescit, fumo denique & vapori.*

5 *Superbus assimilatur animalibus irrationalibus, inter quæ assimilatur auibus, & simiæ.*

6 *Superbus assimilatur monstris, & causa naturalibus bestijs ratione natiuitatis.*

7 *Superbus assimilatur stultis. num. 8. 9.*

10 *Superbus assimilatur dæmoni.*

11 *Superborum peruersitas ostenditur: quia inter omnes spiritualiter cadentes pro culpam ipsi sunt primi. numero 12.*

13 Eorum-

13 *Eorundem peruersitas ex eo apparet etiã, quia nulli tempori, vel loco sacro parcunt in quo peiores sunt omnibus peccatoribus.*

14 *Superborum periculum duplex, vnum temporale, alterum æternum: temporale duplex corporale vnum, alterum spirituale.*

Corporale est triplex, desiderij frustratio: ibidem.

15 *Derisio, & sæpe corporalis etiam occisio.*

16 *Periculum temporale spirituale quod ex superbia oritur est culparum quãtum ad seipsum, & malorum exemplorum quantum ad alios multiplicitas.*

17 *Periculum æternum superborum quale sit in morte patebit quando à paradiso excludentur. &c. num. 18.*

19 *Superbiam tam nobiles, quàm ignobiles fugere deberent.*

20 *Remedia adhibenda contra superbiam tria, quorum vnum accipitur ex parte naturæ terrestris quam gerimus.*

21 *Alterum ex parte naturæ rationalis, qua regimur cogitãdo nempe quid sumus, quid erimus &c. num. 22.*

23 *Tertium remedium contra superbiam sumitur ex Dei prouidentia ad quam tendimus, quod est triplex, infra nos, extra nos, & supra nos.*

Infra nos triplex dedit remedium: vnũ quod nos fecit, & produxit de debili meremio. ibidem.

24 *Alterum ad memoriam reducenda miseriam nostrã, quando dixit: memento quia puluis es. &c.*

25 *Tertium dando vobis infirmitates dolores &c. quibus cognosceremus quales scimus.*

26 *Extra nos remedium dedit Deus contra superbia ostendendo nobis leprosos claudos &c. nec non promittendo nos affligi ei vilioribus bestijs. numero 27.*

28 *Supra nos remedium contra superbiam dedit cum omnes sanctos ad cœlum per viam humilitatis duxit.*

SVperbiæ. Primò ostendetur significatio. Secundò superborum assimilatio. Tertiò peruersitas. Quartò pœna, & periculum. Quintò quòd omnes superbiã odio habere deberent. Sextò contra superbiam ostendentur remedia, per quæ vinci poterit à uolentibus.

¶ Ratione primi est sciendum, quod superbia in exteriori loquela, uel gestu, uel apparatu. Primò est signum interioris sterilitatis, & vacuitatis. Quod sterilitatis patet: quia sicut in rebus naturalibus uidemus, quòd communiter ubi flos exterius ostensus est pulchrior, & maior, ibi fructus est minor: sicut patet in rosis, & lilijs & huiusmodi, Et è conuerso: ubi flos paruus se ostendit exterius: sicut in vineis, & frumentis, & huiusmodi, uel nullus sicut in ficulnea, ibi fructuum maior est ubertas: Natura eñi in vno quasi totum posuit in flore, & in alio totum in fructu. Sicut ergo pulchritudo, & latitudo foliorum signum est sterilitatis in prædictis rebus naturalibus: Sic etiam in moribus hominum: ubi maior pompa ostenditur exterius, quantum ad illos, qui dicunt Sapien. 2. Coronemus nos rosis, & non pertranseat nos flos temporis. Ecce rosæ, & flores signum est, quòd sunt interius steriles omnibus virtutum fructibus carentes. Quod etiam signum sit interioris uacuitatis, patet per exemplum de spica, uel ramo: quia sicut spica, uel ramus, qui plus erigitur, ostendit quoniam fructu minus oneratur. Et sicut spica uacua super plenas ascendendo caput in altum erigit: ita superbia eorum, quis te oderunt, ascendit semper. in Psalm. 73. Artic. 1. 1

¶ Secũdò est signũ interioris vilitatis: sicut patet primo exẽplo, secũdo historia. Exẽplũ ad hoc habet in artificibus, in quibus uidemus: quòd parietes terrei, seu lutei plus & diligentius exterius ornantur, & pinguntur, 2

quàm

quàm marmorei vel aurei: quia cum primi sint de se fœdi, artifices illos ornant: secundos uerò depingere esset illorum pulchritudinem, & bonitatē occultare: quando ergo talia opera tam curiosè exterius ornantur, certius signum est interioris turpitudinis, seu defectus, quàm præciositatis: Sic in proposito de peccatoribus superbis, dum ita superbe ornantur exterius, certius signum est, quòd quilibet illorum: sicut dicitur Dan. 14. interius est luteus: sicut ille Bel, de quo ibi fit mentio. Et ꝙ sicut Sap. 15. dicitur: luto vilior est uita ipsius, quoniam ignorat, qui finxerunt illum. Quod verò in istis luteis parietibus dealbatis reputatur ad decorem in viris sanctis, & solidis per solidam doctrinam Christi, & mandatorum Dei tenentiam ad modum petræ, de quo dicitur. Super hāc, &c. esset ad spiritualis pulchritudinis, & preciositatis occultationem, propter quod sacra scriptura quemlibet talem docet Thobię 4. Superbiam autem in tuo sensu, aut in tuo verbo nunquàm dominari permittas, &c. Historia ad hoc habetur in vitaspatrum de heremita, & angelo transeuntibus iuxta cadauer mortuū, vbi non angelus, sed heremita nasum tenuit. Cum uerò obuiarent cuidā superbo, angelus nasum tenuit asserens tales uiles, & fœtentes coram Deo, & angelis, propter quod dicit Amos. 6. Detestor ego superbia Iacob ualde. Tertiò est signum interioris mortis: quia sicut corpora mortua plus ornātur: ita plura sunt ornamenta superbo oculo, & insatiabili corde, & spiritualiter mortuo: in Psal. 100. Quartò est signum speciale filiationis diaboli, & damnationis ęternæ: quia sicut pastor oues suas certo cognoscit signo, & rex milites suos per arma: Sic ille, qui est rex super oēs filios superbiæ Iob. 41. suos cognoscere potest per superbiā. Quia secundùm beatum Gregorium euidentissimum signum reproborum est superbia, & electorum humilitas.

Exēplū.

Quia sicut humilitas est fundamentum omnium virtutum: ita superbia est initium, & fundamentum omnium uitiorum. Ecclesia. 10. Initium omnis peccati est superbia. Vnde August. in quodam sermone ad religiosos, qui incipit: fundamentum aliud nemo potest ponere. Duo inquit ędificia, & duæ ciuitates à mundi initio construuntur: vnam ędificat Christus, alteram diabolus: vnam humilis, alteram superbus: vna humiliatur, vt firmiter surgat, altera erigitur, ut infœliciter cadat. In fabrica Christi, qui ędificantur leuantur de imis ad summa: in fabrica verò diaboli de summis ad ima præcipitantur. Sequitur. Attendat vnusquisque vestrum fratres dilectissimi continentiam suam, & si in se videt dominari superbiam in ciuitate diaboli se infideliter ędificari, immo præcipitari non dubitet ad ruinam. Si verò in illo vera humilitas regnat Christo se ędificari, & fideliter adhærere congaudeat. Non enim discernūtur filij Dei, & diaboli, nisi humilitate, & superbia. Quemcunq; enim superbum uideris, diaboli filiū esse non dubites. Quem uerò humilem esse prospexeris, Dei esse filium confidenter credere debes. Dicit enim scriptura. Initium apostasiæ à Deo superbia, & è conuerso initium redemptionis fuit humilitas. Respicit, inquit, Maria, humilitatem ancillæ suæ ille uidelicet, qui signanter docuit. Discite, inquit, à me non mundū fabricare, non mortuos suscitare, & uirtutes reliquas facere: sed quia mitis sum, & humilis corde. Hæc ibi.

¶Ex qbus patet, ꝙ nec superbi placuerent tibi ab initio. Iudith. 9. Quorū similitudo primo inuenitur in rebus inanimatis. Secundò in brutis. Tertiò in monstris. Quartò in factis animalium, rationalium, sed ratione abutētium. Quintò in factis, & operibus diaboli. Primum ostenditur per exēplum de faba, & uesica: quia sicut maior strepitus est duarum fabarum in Artic. 2. 4

vesica, quàm si esset plena optimis granis: Sic duorum superborum: quia ubi fuerit superbia, ibi & cõtumelia. Prouerb. 11. Secundò idem ostenditur de ligno. Homo nanque ligno assimilatur: in Psal. 1. Et erit tanquàm lignũ. Lignum autem terra extractum, & in alto aere suspensum marcescit, & fructum nõ portat: Sic qui seipsum à terra, id est, ab humilitate, quam ex terrestri natura sua habere deberet, extrahit, & in alto, id est, in magnis, & mirabilibus supra se cor suum ponit. Sicut ille in Psal. 36. Vidi impium superexaltatũ & eleuatũ, &c. marcescit. Iuxta illud Iac. 1. Diues in itineribus suis Marcescit, & fructum Deo placẽtem non portat. Ideo sacra scriptura Eccle. 6. quemlibet admonet dicens. Ne extollas te in cogitatione animæ suæ, uelut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, & relinquaris velut lignum aridum in heremo. De quo Eccl. 10 Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles. Tales enim tantùm ad ignem valebunt, in quo & ponentur, quando omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur Matth. 3. tunc humiliabitur superbia assur Zach. 10. Tertiò idem ostenditur per exemplum corporis rotundi; quia sicut corpus sphericum, seu rotundum vix in aliquo loco positũ quiescit: ita superbi quando reputant se perfectos: sicut lignea circularis figuræ est perfecta, semper mouentur ad promotiones, & loca contra naturam altiora. Contra naturam pro tanto dicitur: quia corpus rotundum naturaliter mouetur ad loca inferiora: illi autem ad superiora: quia superbia ascendit: in Psal. 73. Quartò idem per exemplum ostenditur fumi, uel vaporis. Fumus nanque ascendẽdo anihilatur, seu annullatur: Sic deiecisti eos, dum alleuarentur: in Psal. 72. Et uapor qui totam cooperit, & obnubilat patriam, & quandoque multis sua nocet corruptione, calore Solis tactus subito euanescit: Sic superbi, qui totam patriam ambiunt, & suis peruersis factis, & exemplis multos corrumpunt, de quorum quolibet Iohel. 2. Ascẽdet putredo eius: qa superbe egit, calore tacti mortalis infirmitatis per uerũ solem, qui dispersit superbos mente cordis sui. Luc. 1 subito euanescent. Esa. 9. Conuoluetur superbia fumi. Iob. 20. Transibit sicut uisio nocturna.

¶ Ex qua autoritate ostenditur secunda pars huius articuli: ꝙ uidelicet animalibus assimilantur irrationalibus. Inter quæ primo propter conditionem in prædicta autoritate intellectam auibus assimilantur: quia ibi habetur. Et velut somnium auolans non inuenietur, &c. quia sicut aues, quæ altius volant dum uiuunt, vilius tractantur post mortem: Sic superbi. Secundò simiæ assimilantur. Primò propter rationem tactam. O. 7. 11. Secundò quia sicut simia, quæ in loco basso timet, in alto super oẽs cachinnat, omnesq; deridet: Sic multi in potestate constituti: quia abominatio est superbo humilitas. Eccles. 13. Tertiò quia sicut simia nititur assimilare, qđ in alio videt: ita superbus uidens cõditionem superbiæ in vno nititur ei assimilare se, & sic superbus, qui communicat superbo, induet superbiam. Eccl. 13. Et non solum superbis & vitiosis, uerum etiam in facto virtuosis assimilari conantur. Propter quod dicit Petrus Rauennas: ꝙ ambitio est simia charitatis: quia charitas patiens pro æternis, ambitio pro diuitijs: charitas omnia suffert pro ueritate, ambitio pro uanitate tam patienter suffert, ꝙ quãdoque grauiter uerberatus, uel læsus ridet, & dãnum se habuisse negat. Cui congrue dici posset sicut in fabulis legitur vulpes dixisse lupo, qui famelicus ad doctrinam vulpis tauri iacentis ascendit dorsum, ut ibi se satiaret: surgens uerò taurus ad ramum quendam lupum grauiter quassauit, qui ad terram cadens dentibus turpiter cachinnauit. Cui vulpes. Rideas

Simia.

Exemplum de vulpe & lupo.

deas quomodo uolueris, malum habuisti casum. Sic dici potest ad magniloquos superbiæ suæ. Soph. 3. Prædictæ verò auctoritati Petri concordat Innocentius libro de uilitate conditionis humanæ dicens. Ambitiosus semper est pauidus, semper attentus, ne dicat quod displiceat, humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostēdit, cunctos honorat, vniuersis inclinat, frequēter curias visitat, optimates amplexatur, eisq; applaudit, & adulatur, feruidus ubi placere cognouerit, tepidus vbi putauerit displicere, improbat mala, detestatur iniqua, alia cum alijs probat, & eadem cū alijs improbat, ut iudicetur idoneus, ut reputetur acceptus, uel laudet ab omnibus, & grauem intra se sustinet pugnam, difficilemq; conflictum.

6 ¶Quantum ad tertiam partē huius articuli, superbia, & superbi monstruosis, & innaturalibus assimilantur bestijs ratione natiuitatis: quia sicut videns bufonem, uel serpentem de oue uel optima bestia, & lupum uel Æthiopem de pulcherrima nasci muliere, diceret talem esse fœtum monstruosum, & innaturalem: Sic uidentes superbiam nasci de virtutibus, & de uitiorum victorijs dicere possunt ratione consimilis natiuitatis talibus. Superbia est serpens, de quo dicitur Gen. 3. Ipsa conteret caput tuum. Ecce uirtus & victoria de vitio. Sequitur. Et tu insidiaberis calcaneo illius: quia cum diabolus in omnibus alijs suggestionibus, & tentationibus sic superatus insidiatur quasi à tergo, vt ingerat superbiam de uictoria. Et hoc est quod dicit August. in regula. Superbia uerò bonis operibus insidiatur, ut pereāt sicut patet de Elezazaro. 1. Mach. 6. qui sub elephante perijt, quem occidit. Vnde beatus Gregorius. Sub hoste, quem occidit, moritur, qui de culpa, quam superat, eleuatur. Isti uerò insidiatori difficile est resistere: quia secundùm beatum Gregorium. Difficile est uitare vitium, quod de victoria nascitur vitiorum: quia cum bene pugnatis, cū cuncta subacta putatis. Quæ plus infestat uincenda superbia restat. Causam verò difficultatis tangit in hoc quòd dicit. Cum cuncta subacta putatis. Pro quo est sciendum, quòd sicut in infirmitatibus corporalibus infirmitas est periculosior, & incurabilior, quæ nescitur, & non putatur esse infirmitas. Sic in proposito de superbia in illo, cuius spiritus est obfirmatus ad superbiam. Dan. 5.

¶Quantum ad quartam partem, 7 stultis assimilantur superbi: quia sicut stultus esset, qui plures conduceret cocos, uel operarios ad pascendos oculos proprios, & aliorum potius, quàm corpus suum. Sic, &c. qui plus expendit pro vanitate, &c. Secundò quia morti adiudicati, & ad mortem ducti plus de ornatu, uel apparatu, quàm de anima solicitatur. Ad modum cuiusdam fatui, Exēplū. qui nuper ad suspendium iudicatus, dum sacerdos ei de confessione loqueretur, tantum caputium lamentabatur, quòd eductus de carcere amiserat. Et ad modum alterius consi- Exēplū. milis, qui ad festum inuitatus nudus venisse fingitur, equo suo optimo induto scarleto. Tertiò idem ostenditur 8 per exemplum de Alexādro magno, Exēplū. de quo refert Valerius, quòd tres malas habuit conditiones. Vnam quòd contempsit patrem suum regem nobilem ipsum quasi ignobilē reputans. Secundò cum esset Macedonicus, noluit uti ueste Macedonica, quæ uidebat esse uilis, ed Persica q̄ erat magis curiosa. Tertiò noluit reputari ut homo, sed ut Deus: vnde se filium Iouis nominabat: ita nonnulli tam in statu ecclesiastico, quàm seculari ad magna exaltati patrem erubescunt Christū, cum actibus suis humilibus, & parentelam pauperem, nec aliquem illorū videre vellent. Sed si esset aliquis magnus de cōsanguinitate, uel affinitate

illum

illum recognoscunt, & de illo libenter loquuntur, & loqui audiũt ad modum mulæ, quæ non de asina matre, sed de equo patre gloriabatur. Secundò uestis clericalis clericis non placet superbis, sed militatis eis in equo & omnibus placet apparatus, nec eis uel quibuscunque alijs uestis placet patriæ, aut antiquorum parentum: sicut ostensum est. l.2.9. Cum eis minetur Deus dicens. Soph.1. Visitabo super omnes indutos ueste peregrina. Tertiò semper maiores cupiunt, quàm sint, quia si sit rector uellet esse episcopus, deinde Archiepiscopus, & Cardinalis, & Papa. Si sit armiger, miles, baro, comes, uel rex esse desiderat. Et sic sicut Alexander non fuit contentus de statu suo: ita nec isti de suo supra humanum modum super-
9 bia repletus. 2. Machab. 9. Sed cum
Exēplū. tales fortunas supra se quærant, frequenter eis contingit, quod secundùm fabulas cuidam contigisse fertur, qui negromanticis se subiecit illusionibus, ipsum uolare doceret ad modum subaudi, quo uolauit. Simon magis, pro quo cum quoddam maleficium fecisset ad uolandum ordinatum, & alteri, quæ odio habuit pixidem aliam cum alio maleficio, ordinasset, ut ipsum quasi in formam conuerteret asininam, quantum ad exteriorem apparentiam, & primum ad fenestram mitteret, in qua ambas posuerat pixides, ut suam acciperet, errore deceptus aliam aportauit, qua cum falco fieri desideraret, asinus efficiebatur. Hoc pro tanto valet ad propositum: quia sicut necromanticus ille plures habuit pixides: ita mũdus habet fortunas, quarum dum aliqui vnam assumere nituntur, ut in altum uolent in hoc sęculo, quasi asini à proposito suo deficientes efficiuntur. Et in alio sęculo in abyssum inferni dilabuntur Sicut patet de Icaro. A.25.20. Et de lucifero, Esaiæ 14. qui desiderando potestatem volandi alius descendit ad profundum laici: detracta est, inquit, superbia tua. Esaiæ 14.

¶ Quantum ad quintam partem 10
huius articuli pro tanto dęmonibus assimilantur: quia sicut dęmones erubescunt uideri victi, uel superati, uel de loco, in quo sunt, eiecti: sicut patet per hoc quod de sancto legitur. Ed-
mundo, quòd uidelicet dum versus Exēplū.
quendam dęmoniacum, vt dęmonē expelleret ueniret, dęmon exiuit dicens: uolo sponte exire, quòd non dicatur, quòd inuitus exiui: Sic superbi quando debent deponi, ipsimet seipsos prius deponunt ne dicatur, &c.

¶ Quorum peruersitas in hoc mo- Artic.3.
do apparent, quòd inter omnes spiritualiter cadentes per culpam ipsi sunt primi. Pro quo est sciendum, quòd de peccatoribus in Psal. dicitur.
13. Omnes declinauerunt simul in- 11
utiles facti sunt: quia declinauerunt à Christo, qui est uerbum substãtiuum: dicens illud. Ego sum qui sum, cuius recti & quasi nominatiui casus sunt quicunque boni Christiani, sic à Christo nominat. Et tales de facto existentes, qui à Deo per peccatum non obliquantur mortale. Et sicut cęteri casus secundùm dialecticam,
quæ rei ueritatem attendit, non sunt Casus.
nomina, sed casus nominum: Sic illi: qui à perfectione Christi cadunt mortaliter peccantes, non sunt nominãdi religiosi, uel Christiani: sed sunt obliqui religionis, vel Christianitatis, cum nomine nominatiui casus, id est, cũ Christo uel religione in principio concordantes quantum ad prolationem: sed in fine discordantes quantum ad operationem. Quorum casuum primus est genitiuus significans superbos, qui fuerunt primi cadentes, & declinantes à Deo iuxta illud. Ecclesi.10. Initium omnis peccati superbia. Sicut ergo genitiuus est primus casus obliquus: Sic superbia, & superbi primo obliquant à rectitudine tam increata, quàm creata

quorum

quorum casus est magnus: quia de cęlo ceciderunt. Licet ergo omnes superbi à lucifero habentes generis & casus initium hac de causa dici casus poterunt genitiui: Illi tamen hoc nomen specialiter merentur, de quibus. G.2. articulo.7. qui de genere superbiunt cum perfidis Iudæis, & superbis, qui dixerunt Ioan.8. Nos patrem habemus Abraam: ideo liberi sumus quibus specialiter assimilantur cogitantes, quòd generosi sunt, & ideo superioribus renuunt obedire, & liberi esse affectant. Isti sicut genitiuus casus reguntur ex vi possessionis, uel possessoris: quia diuitiarum possessio, vel earum possessores maximè regũt, & sustentant in re, vel in spe, vel in pompa eorum superbiam. Sed aduertant tales quòd Deus specialiter odit pauperem superbum Ecclesiastici 25.
12 Datiui casus sunt dantes munera, uel laudes, uel adulationes, ut per hæc consimilia, vel maiora consequantur. Et tales reguntur ex vi acquisitionis: quia secundùm beatum Gregorium nisi laudem, vel lucrum acquirere intenderent, uix vnquàm aliquod magnificum facerent. Accusatiui casus sunt fratrum, vel vicinorum accusatores, & malitiosi conspiratores, sic dicti ab accusando, & reguntur sæpissime ex vi transitionis: quia illorum intentio est, vt accusatos transire faciant, vel à suis rebus, vel officijs, uel fama, Et sæpe transeunt: Sic ipsi, vt de eis uerificetur illud. Apocalip.12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum. Dicunt se regi à verbo, sed certe non reguntur ab hoc verbo substantiuo, qui dicit. Ego sum, qui sum, sed reguntur ratione, adiectionis ad uerbum substantiuum, quod potest resolui in participium. Sic regebatur Cayphas, qui dixit. expedit, vt vnus moriatur bonum dixit, sed non bene, & sic suum dictum in participium resoluebatur male intentiones. Vocatiui casus possunt dici superbi hypocritæ. Desiderant enim vocari rabbi: ut dicit dominus, & pro tanto vocantur uocatiui. Et sicut vocatiuus similimus est nominatiuo secundùm grammaticam: Sic isti secundùm exteriorem conuersationem similimi sunt rectis corde: quia etiam sicut iste casus licet in uocali ordinatione: non tamen in constructione ponitur infra textum orationis, sed semper absolute: Sic isti numero sunt in communitate, sed opinione maximè appetunt esse in singularitate, & talis sicut nominatiuus non regitur, sed absolute ponitur. Ablatiuus casus sequitur in fine: quia in fine auferetur à tali quicquid male habuit, uel habere concupiuit, uel quicquid bene habere potuisset: sicut regnum cœlorum. Isti reguntur ex vi causæ: quia causas contra eos allegabit iustus iudex, quando dicet. Esuriui, &c. Matth.25. Qui & retribuet abundãter facientibus superbiã. in Psal.30.
Secundò superborum in hoc apparet peruersitas, quòd omnibus peccatoribus pro tanto peioris sunt conditionis, quòd nullo loco parcunt, vel tempori sacro. Alij namque peccatores: sicut fures, homicidæ, & huiusmodi aliquando peccare uitant propter locum, uel sacrum tempus. Sed superbi quanto tempus solennius, uel locus sanctior, sicut in ecclesia, uel congregatio maior: in quo peior est luxurioso: tanto plus in apparatu uel huiusmodi superbiam suam ostẽdere nituntur. Ex quo patet: quanta malignatus est inimicus in sancto: in Psal.73. Sed aduertant: quòd secundùm beatum Gregorium: quanto coram hominibus fuerint gloriosiores: tanto coram Deo & Angelis eius erũt viliores & bonis hominibus odibiliores. Ecclesiast.10. Odibilis Deo, & hominibus superbia: sicut ostensum est H.6.21. 13

¶ Horum uerò periculum est duplex: vnum temporale, aliud æternum. Temporale est duplex, vnum corporale, aliud spirituale. Corporale est Artic.4 14

est triplex desiderij frustratio, derisio, & occisio. Primum patet tam quotidianis exemplis, quàm sacræ scripturæ figuris. Frequenter enim videtur, quòd dum superbus non est contentus honore, vel gradu, uel statu habito, uel ei oblato: sed maiorem statum, uel dominium maius superbiendo cupit, vtrumque perdit. Et est de illo sicut de fatuo mercatore, qui rem uenalem nimis chara facit, & tenet, & ideo nec accipit, quod offertur, nec quod accipere cupit, sed vtroque caret: ita illi dum seipsos maioris tenent ualoris, & potestatis, & dignos maioris statu, uel dominio, quàm alij teneant, dum nolunt tenere, quod habent in pace, uel accipere, quod eis offertur: sed maius desiderant, frequẽter inter duo scamna cadunt. Sic lucifer Esaiæ 14. Sic Adam Gen. 3. Sic Roboã. 3. Reg. 12. Sic Sennacherib. 4. Regum. 19. Et Thobiæ. 1. habito caruit, & optato: quia Deus super bis resistit. Iacobi 4.

15 ¶ Derisio uerò nunquàm sinit talem iacturas esse solam, sed eam semper associat. Quia ipsi, qui à superbis contemnuntur, uidentes ipsis male contingere, & fortunam circa illos mutari se habent ad illos: sicut fabulæ ferunt asinum dixisse dextrario confracto. Dextrarius nanque de hispania asino feno onusto fingitur obuiasse, qui pede eleuato ipsum percutere minabatur, magna cum indignatione præcipiens, quòd de via sua recedere. Asinus verò postmodum ei in armis, & antiquitate confracto, & fœnum ad campos portãti ipsum deridendo dixit: morel de hispania porta fœnum nobiscum. Sic stabunt nũc à superbis uilipensi, & iusti aduersus eos, qui se angustiauerunt, qui & dicent: quid nobis profuit superbia nostra. Sapientiæ 5. Corporalis etiam occisio frequenter finem tenet superbiæ. Nam Holofernis caput amputauit Iudith 13. Et Amam suspendit in patibulo Hester. 3. Et luciferum fecit dęmonem Esaiæ 14. Ex quibus omnibus patet: quod magna turris multos sustinet tempestatum impulsus, quibus multi, qui turres esse volunt, deijciuntur. Nota. H. 6. 23. qui dum propter illud, quod superbiendo ambiunt, corporaliter occiduntur, ostendunt quod est de eis sicut de uesica, quæ tantum inflatur, quòd frangitur. Et sicut de rana, quã fabulæ ferunt: quòd dum tantum inflari uolunt, quod bonis haberet magnitudinem, crepuit. Ex quibus patet: quòd melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cũ superbis. Prouerbiorum 16.

Exẽplũ. Asinus.

Exẽplũ.

¶ Periculum uerò spirituale, & tẽporale quod ex superbia oritur: est culparum quantum ad seipsum, & malorum exemplorum quantum ad alios multiplicitas. 16

¶ Primum patet quia superbia sola esse non potest: ipsam nanque multa vitia sequuntur: sicut ira, inuidia, & huiusmodi. Nam ex hoc, quod quis concipit de se bene, quod sit nobilis, uel gratiosus, & ex hoc quod talis reputari multum affectat, ab hominibus desiderat honorari. Et si aliqui ipsum non honorant, eis irascitur, & illis, qui honorantur inuidet: sicut patet de Aman, qui hac de causa iratus fuit contra Mardocheũ Hester. 3. Et dum vnus superbus alteri resistit, ibi oriuntur homicidia pugne, uel saltem iurgia: quia inter supebos sẽmper iurgia sunt. Prouerbiorum 13. Secundum etiam patet: quia alia peccata occulte fiunt, hoc autem aperte: & ideo plus omnibus quasi exemplum ostenditur delinquendi.

¶ Sed forte dicent, qui rebus suis abutentes alijs, exemplum præbent perditionis, quid ad nos? nunquid rebus nostris, quas submergere, possumus, uti non possumus ad libitum? Quibus respondetur quod nec vti illis, nec illas destruere possumus in exclusionem gratiæ aliorum, & spirituale præiudicium animarum. Sicut

cat patet per casum legis in digesto veteri, lib. 8. titulo de seruitutibus vrbanorum prædiorum. l. si arborem. §. interdum. In quo continetur quod ille, qui alteri concessit, ne vnquàm per aliqua facta lumen à domo suo impediret, non potest arborem plantare, nel aliquod tale facere, per quod lumen suum impediatur, sed nunquid possit sua destruere, quibus destructis alterius impediretur claritas: & dicit quòd non: sub his uerbis. Interdum dici possit eum quoque, quæ tollit ædificium, uel deprimit luminibus efficere si forte reuerberatione, uel pressura quadam lumen in eas ędes deuoluebatur. Glo. Accuris. ex reuerberatione: vnde illud refulsit Sol in clypeos aureos, & resplēduerunt montes ab eis: hæc ibi. Cui concordant aliæ leges, tam mundi, quàm Dei. F. 2. 8.

17 ¶ Periculum uerò illorum æternum in morte patebit seu apparebit: quando ipsis tactis stimulo mortis, ventus superbiæ de eis exibit, sicut de vesica acu puncta. Tunc à paradiso excludentur, & de societate omnium bonorum expellentur? Primò à paradiso superbos excludit, & retrahit: quia aliquo de aliqua, ciuitate, vel regno eiecto ꝑpter culpam, alius extra ciuitatem, in quo est eadem culpa, ad ciuitatem illam iuste redire nō potest. Sed angeli de cœlo propter superbiam fuerunt eiecti: ergo impossibile est, quòd illi in quibus inuenitur illa culpa, stante culpa & expulsionis causa, illuc redeant. Illos verò, qui aliter cogitant reprehendit. Origines dicens. Nunquid tu altior, quàm primus angelus? nunquid tu splendidior in terris, quàm ille in cœlis? quòd si ille de tanta sublimitate ruit per superbiam, quomodo tu ad tantam celsitudinem superbiens ascendes? memento ergo quod puluis es, quòd cinis es, & nisi te tantum humiles, quantum es, perdes omnino, quod es. Ergo quid superbis terra, & cinis? Ecclesiast. 10. Nec tantum à cœlo excludentur, sed à societate omnium humilium, & bonorum expellentur. Pro quo est sciendum, quòd eueniet eis, quod fabulæ dicunt quandoque contigisse graculo, seu coruo, qui pennis se induerat pauonis societatem fugiens auium consimilis conditionis, & naturæ. A quibus dum post breue tempus expellebatur, ab auibus simplicibus, quarum societatē prius fugerat, nullo modo recipiebatur: quia eas prius contempserat: Sic in morte erit de illis, qui prius societatem contempserunt humilium, & popularium hominum, & uolabant per magna officia ad graues, & pennas induebant pauonum, à magnis robas accipientes, quibus induti uicinis plus propinqui, quàm extranei nocent. In breui uerò mortis hora à magnorum societate, quorum pennis, id est, robis erant induti vsque, ad terram, in qua sepeliuntur expulsi. Dum ab illis, quorum pennas portabant, expelluntur, ad alijs humilibus tunc in cœlo, quos prius contempserunt, non recipientur. Sed potius dicent illud Psal. 118. Confundantur superbi: quia iniuste iniquitatem fecerunt in me. Vnde Ber. Mirum est de superbis: neque enim cum hominibus habitare in terra desiderant, neque ad cœlum uolare possunt: solum ergo relinquitur eis flamma ignis deuorans eos: qui enim se exaltat quantum potest, deijcietur quantum Deus potest. Et sic in omnibus prædictis ostenditur, quòd superbia præcedit, & confusio temporalis, uel ęterna, uel vtraque semper sequetur. Et hoc est quòd in antiquo dicitur prouerbio quòd superbia præcedit, & cōfusio sequitur. 18

Exemplū de Coruo.

Exēplū.

¶ Quod eleganter cuiusdam fabulæ ostenditur fictione, qua fingitur duas quondam fuisse sorores, quarum vna superbia, altera confusio uocabatur, quarum primam contigit ad festū magnum vocari, sorore non vocata, quæ

quæ immemor curialitatis, dixit ad sororem vocatam, quòd secum iret. Cui illa, vtpote inter curiales nutrita respondit: non uenies nec vilam nobis uerecundiam facies: ut non inuitata ad festum, uel consilium, uel quácunque vanitatis uenies ostẽsionem. Cui illa: præcede ergo tu, & ego paulatim, ut potero, tua sequar vestigia, quod & factum fuit. Et ex illo die consuetudine, & iuris præscriptione obtentum est ꝙ superbia præcedit, & confusio sequitur, & ꝙ contritionem præcedit superbia. Prouerbiorum 6.

Artic. 5. ¶Quã nobiles, & ignobiles iõ fugere deberẽt. Nobiles ideo: quia secun-
19 dùm beatum Gregorium multum eis insidiatur: quia natione cęlestis, & nobilis, ut pote in cęlo genita montes q̃rũt nobiles, & cœlestes. Ignobiles, & qcunq; simplices ipsam odio habere deberent quia non habent tãtum inimicum, quia superbia facit, quòd ipsi talliantur, spoliantur, & crudeliter tractantur: quia superbia multas requirit expensas, quas dum non possunt habere de proprio: quia inter superbos pauci sunt, quibus propria sufficiunt, quærunt vijs, & modis, quibus possunt aliena. Et sic dum superbit, impius, incenditur pauper. in Psal. 9. Et non solam pauper incenditur, sed sicut ventis maris turbatur tranquillitas: ita per superbos mundi pax inquietatur. Sicum ostensum est. P. 4. 11. Et totus mundus quantum ad vanitates induratur: quia dum superflue expendunt circa superbiam in uestis ornamentis, & ludis fiunt ipsi quasi impotentes ad expendendum pro amore Dei, & salute animarum: quia ipsi vanitate illa cessante ad propria redeuntes, dum nihil inueniunt in thesauro, uel in manibus ministrorum suorum, nihil pro Deo dare possunt. Immo, quod peius est, suos quasi tali necessitate præcedente spoliare cogũtur, & sic dum tam ipsi, quàm subditi indigentes fiunt nec ipsi faciunt, nec subditi facere possunt, ad quę tenẽtur. Et sic superbia iam regnante tempus ferreum à poetis descriptũ tunc ostẽditur. Ex quibus colligitur, ꝙ tempus aureum in mundi viguit principio, in quo omnes abundabant: quia maiores fuerunt paucis, & necessarijs cõtenti: sicut miles vna roba in anno, & vno ferculo in mensa, & sic de alijs. Secundum argenteum, in quo homines inceperũt esse magis curiosi, sumptuosi, & malitiosi, & mundus percõsequens peior. Tertium ferreum, qđ est nunc, in quo nullus de suo contẽtus alium bello, rapina, & falsitate domat: sicut ferrum alia metalla domat, & malleat. Et sic de mundo verificatur, quod de domo, id est, toto mundi contento dici potest. Ecclesi 21. Domus, q̃ nimis locuples est, id est, mundus qui quandoque locuplex fuit, & bonus, admiscebitur superbia. Contra quam præter remedia, quæ ostenduntur. M. 11. 92. & 111.

¶Alia tria sunt remedia adhibenda, quorum primũ accipitur ex parte naturæ terrestris, quam gerimus. Secundum ex parte naturæ rationalis, qua regimur. Tertium ex Dei prouidentia, ad quam tendimus. Ratione primi est sciendum, ꝙ Deus est de natura nostra loquens dicit, Gen. 3. Pul- Artic. 6. 20
uis es, & in puluerem reuerteris. Pulueris autem conditio est, ꝙ in alto loco vbi uentorum incurrit impulsus, positus dispergitur. In imo verò situs conseruatur. Sic natura nostra in statu alto, & in statu humilitatis. Quod videns diabolus multos, quos in statu paupertatis, & humilitatis decipere non potest, procurat quantum potest, ꝙ ditentur, uel in alto loco, uel dignitate ponantur: ut ibi fiant tanquàm puluis, quẽ proijcit uentus à facie terræ: in Psal. 1. In quo ꝙ frequẽter prævalet, pulchre ostensum est. 4. Reg. vlt. vbi Nabusardam legitur pauperibus in terra dimissis diuites, & potentes, & nobiles secum in Babylone captiuos duxisse. Nos ergo tale periculum imminere videntes ex parte naturæ no-

stræ terrestris, & puluere remediũ accipere deberemus: ut non simus alta sapientes, sed humilibus consentientes: ad Rom. 12. Ex parte uerò naturæ rationalis remedium accipere debemus. Primò cogitando quid sumus, &
21 quid erimus quantum ad naturã, quã habemus. Secundò quid sumus, & qđ erimus quantum ad statum, quem tenemus. Quid sumus quantum ad naturam corporalem de uili terra: hæc enim naturæ nostræ est radix, & initium. quæ diligenter cogitata est medicinalis contra superbiã. Sicut nanq; quandoq; radix herbæ est magis medicinalis, q̃ flores, uel folia: ita magis medicinale est contra morbum atq; mortem superbiæ respicere radicem nostram. i. uilitatem & miseriam naturæ nostræ, quàm flores, uel folia. i. vnã pulchritudinem, uel quæcunque alia bona, uel facta, quæ uidentur pulchra, & florida. Quantum uerò ad naturam rationalem, id est, animam cogitando, quid sumus. Si superbi fuerimus, de illa inueniemus, ꝙ sumus in illa diabolo turpiores: sicut ostensum est. A. 23. 6. Ergo superbiendo de illa materiam destruimus, & causam superbiendi: quia illam turpissimam efficimus. Ex istis patet illud Ecclesi. 10. Non est creata hominibus superbia. Quid uerò erimus, quantum ad nostram corporalem naturam, terra, & cibus uermium, & non terra quæcũque uiridis, vel pulchra, vt pote in superficie terræ soli obiecta: sed terra sub terra: ita ꝙ terra, quã nunc in cimiterio uidemus, & calcamus erit supra caput nostrum, & supra terrã corporis nostri, supra quam etiam canes calcabunt. Quid ergo superbis terra, & cinis. Ecclesi. 10. Quantum uerò ad naturam rationalem si superbi fuerimus, sicut nunc sumus illis turpiores in culpa: ita semp erimus profundiores in poena, in qua poena, sicut dicitur Malach. 4. Erunt superbi facientes iniquitatem stipula, in qua tamen ignis
22 nũquàm extinguetur Esaiæ vl. Quid sumus, vt magnis intelligatur, qu antũ ad statum, quem tenent, qui alijs præponuntur. Reuera quasi vestis pluuialis, quæ alijs uestibus supponitur, q̃ si sciret quare superponitur, nõ haberet causam superbiendi: quia non superponitur: quia melior alijs sit, uel charior à præponente habeatur: sed propter aliorum conseruationem, & vtilitatem. Si ergo Deus, uel alij hac de causa te alijs quasi uestẽ pluuialem rectorem constituerunt, noli extolli: sed esto in illis, quasi vnus ex illis. Eccle. 32. Quia sicut non est propter bonitatẽ spumæ, uel paleæ, ꝙ superiorẽ obtinent locũ, nec ꝓpter prauitatẽ graui, ꝙ inferius iacet: ita forte in ꝓposito. Ergo quanto maiores, humiliate in oĩbus. Eccle. 3. Quid erunt quãtum ad statum illum, si in illo superbe se habuerint, in fine omniũ patebũt derisioni. Sicut de uarius supra e.c. 15. Et isto statu priuati nullũ obtinebũt, sicut gradus supra u.c. 17. Sic ergo dñs exercituũ cogitauit hoc: vt detraheret superbiã oĩs gloriæ. Esa. 23.

¶ In quo tertiũ contra superbiã notatur remediũ, qđ deus ordinauit infra nos, extra nos, supra nos. Infra nos ordinauit remedium in hoc, qđ nos de debili fecit memento; in quo primo vnum fecit nobis minando. Secundò vnũ docuit ad memoriam reducẽdo. Tertiò vtrũq; tam factum, q̃ doctrinã quotidie in exemplo adducit sensibiliter ostendendo. Primò vnum fecit ad modum regis, qui suos capiens rebellantes, & ad dominium suum reducens, timens ne iterum contra ipsum surgant, nõ finit eos domos habere defensabiles, nec castra fortissima inhabitare: sed illis destructis, domos mediocres eis concedit, sciens ꝙ habentes domos ex paleis non habẽt occasionem ex parte illa ei rebellandi: sed potius obediendi, & specialiter si de domibus illis fugere nõ possent, sine mortis periculo, cogitãtes ꝙ cõtra eos ueniendo faciliter domos illas capere, & cõburere poterit, si contra 23

illum

illum surrexerint. Hanc de cã Deus voluit animas nostras inhabitare domos luteas, & debiles, & quasi de stipula, q̃ ad paruum ignem cõburitur, & incineratur: Sic corpora nostra ad paruum infirmitatis calorem, ꝑpter quod forte sicut prędictũ est dicitur Malach. 4 erunt superbi faciẽtes iniquitatem stipula. Si eñ periculum sit militi habenti castrum fortissimũ regi rebellare, à multo fortiori periculũ est non habenti, nisi domunculam ex paleis. Sic in proposito: quia sine omni resistentia cõprehenderetur in superbia sua. in Psal. 58.

24 ¶Secundò aliud docuit ad memoriam miseriam nostram reducendo in hoc, ꝙ dicit. Gen. 3. Memẽto quia puluis es. Ad modũ cuiusdã regis, de quo fertur, ꝙ filiũ illegitimũ superbientẽ, & multos percutientẽ, & male se habẽtem ex audacia, quã habuit, ex eo, ꝙ filius esset regis, docuit dicẽs: si ita audacem, & superbũ, & pronum ad malũ te facit cogitatio sanguinis regij ex parte pàtris, reduc ad memoriam paupertatem, & ignobilitatem mendicæ matris tuæ, & retrahas te à talibus excessibus: Sic si cogitatio parentelæ, vel diuitiarum, uel dignitatis, uel honoris, uel cuiuscunq; gratiæ mouet aliquem ad superbiam, cogitet defectus suos; & miseriam, quomodo uidelicet puluis est, & cogitet quam parentelã habuit ex parte illa, & inueniet, ꝙ illã ignobilem habeat parentelam, de qua scribitur Iob 17. Putredini dixi: pater meus es: mater mea, & soror mea vermibus. Et talis est in se: iuxta illud Iob 25. homo putredo, & filius hominis uermis: non tantum intus sed etiã extra: iuxta illud Iob 7. Induta est caro mea putredine, & ad talem finem tendit. iuxta illud Iob 13. Quasi putredo consumendus sum. Et quotidie illam putredinem ostendit, & experitur in omni parte corporis, ubi interiora se ostendere possunt. Ergo humiliatio tua in medio tui Micheæ 6. Si uerò de diuitijs superbit cogitet ex alia parte, ꝙ illas ex se non habet: q̃a si reddidisset aurum, & argentum terræ, à qua sumuntur, & uestes ouibus, & sericum uermibus, & frumenta cãpis, & pisces aquis, & sic de alijs ostenderetur aperte, quid habere ex seipso, & inuenire, ꝙ ille, qui est ditior, esset pauperrimus, nudus, & miserabilis. Si ergo omnia ista, & pulchritudinem, & honorẽ, & omnia accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis. 1. Cor. 4. Et si dicas: ꝙ prædicta ut prę scriptum est singulis reddere non oportet: sed ut tua illa occupare uis, & ideo gloriaris. Expecta paulisper, & illa reddes: bona mundo, & corpus vermibus, & anima forte dęmonibꝫ, & singula singulis, dolens ꝙ non prius illa reddidisti: immo ꝙ vnquàm illa accepisti: quãdo in iudicio Dei iustas superbiæ tuæ pœnas exolues. 2. Macha. 7. Tunc inuenies ꝙ superbia in te fuit magis vituperabilis, & ꝙ erit magis punibilis, q̃ diabolo: quia ipse fuit spiritus, & immortalis nullum de prædictis remedijs habens ipsum à superbia retrahens. Et quia non de diabolo: sed de homine dicitur. Iob 24. Dedit ei dominus locum pœnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbia.

¶Tertiò utrumq; in experimento ostendit, quãdo dolores, infirmitates, & tribulationes, & passiones sẽtimus, 25
in illis Deus nobis sensibiliter ostendit quales sumus. Sicut ostẽdit Alexãdro in plagis, quas patiebať. Et Antiocho ĩ putredine & pęna, quã sustinuit.

¶De Alexandro nanque scribitur Exẽplũ.
ꝙ filius Iouis dicebatur, qui cum grauem vulnerum post bellum quoddã, in quo vulnerabatur, sentiret dolorẽ dixit: populus me uocat filium Iouis, sed ista vulnera ostendunt me esse filium hominis.

¶Antiocho etiam regi de quo scri- Exẽplũ.
bitur. 1. Mach. 1. ꝙ intrauit in sanctificationem cum superbia, & ꝙ locutus est cum superbia magna: sic ostendit Deus qualis erat. Sicut patet per hoc qđ de illo scribitur. 2. Mach. 9. Mani-

festauit Deus in eo virtutem suam. Et quomodo patet, per quod sequitur. Ebullierunt vermes de carnibus eius, & fœtore illius exercitus grauabatur.
Thema. Cumq; nec ipse fœtorem suum ferre posset, ductus est ad agnitionem sui, & ait. Iustum est mortalem subditum esse Deo. Et hoc dixit, quando Deus ei sensibili experimento ostendit qualis erat, & quādo in illo compleuit quod ꝑdixit Iohelis 2.c. Ascendet putredo
26 eius: quia superbe egit. Secundò Deus remedium ordinauit in his, quæ extra nos sunt, tam in his, quæ eiusdem nobiscum sunt naturæ, quàm etiam in his, quæ vilioris, & inferioris naturæ. In prima natura remedium nobis offert quando ostendit nobis leprosos, claudos, cęcos, deformes, pauperes, & miseros, qui tā in bonis naturæ, quàm fortunæ à natiuitate defecerunt. Dū enim Deus nobis tales ostendit, quid aliud ostendit, uel docet, quàm ꝙ hi, quos tales fecisse potuisset si uoluisset, de hoc, ꝙ de mera sua gratia eis plus contulit non superbiant? nec cōtra Deum illud expēdant: Magna eñ ingratitudo per bona, quę nobis plus, quàm alijs contulit contra ipsum surgere, uel contra suos, ipsumq; superbiēdo, & quoscunque de subditis suis persequendo expugnare. De talibus dicitur Hiere. 3. Pro uerbis pœnitentiæ uerbis blasphemasti superbię. Melius esset talibus cęcos, & claudos, & pauperes ad vitam ingredi, quàm cum omnibus bonis naturæ, & fortunæ mitti in gehennam ignis.

27 ¶In secunda natura, id est, in vilióri, & inferiori remediū nobis offert: quando permittit viles bestias nos affligere. Tale remedium ostendit illi, de quo quasi sic fertur, ꝙ tantū in fortitudine confidebat, ꝙ dixit: ꝙ tm̄ ti-
Exēplū. muit Deum, quantum muscam. Circa quem Deo ordinante statim maxima muscarū aduenit multitudo, quæ à læsione eius infra nares, & aures nūquàm usque ad mortem cessauerunt. Tales iterum remedium ostendit in Herode Agrippa, de quo dicit Act. 12.
quòd herodes statuto die indutus ueste regna, sedit pro tribunali: populus autem acclamabat Dei uoces, id est, diuinas ei dando laudes, & confestim percussit eam angelus domini, eo ꝙ non dedisset honorem Deo, & consumptus à vermibus expirauit. Tale iterum remedium ostendit Ægyptijs eos ranarum, & muscarum, & huiusmodi plagis affligendo. De quibus August. Potuit inquit Deus ursis, & leonibus populum domasse superbū. Sed muscas immisit, ut rebus uilissimis donaretur humana superbia. 28

¶ Tertiò Deus remediū contra superbiam ordinauit in his quæ supra nos sunt. Primò in hoc, quòd matrem suam benedictam, & omnes sanctos, quos ad cœlum duxit, illuc eos per viam duxit humilitatis. Quorū nullus illuc vnquàm per uiam uenit superbiæ: quia in uia illa Deus superbis resistit. Iac. 4. Secūdò in hoc quòd durum minatur superbis iudicium dicens. Esaiæ 28. Væ coronæ superbiæ: hoc væ si nunc cauere, tenuunt tunc experientur, quando ad lutum corpora redibūt. De quibus beatus Grego. super illud, Iob 13. Redigentur in lutum ceruices uestræ. Sicut, inquit, per oculum uisus: sic per ceruicem solet superbia designari. Ceruix utique in lutum redigitur, cum superbus humiliabitur in morte, & elata caro tabescit in putredine. Intueamur enim qualia iaceant in sepulchris diuitum cadauera, quę illa inextincta carne est imago mortis, quæ tabes corruptionis, quia certe ipsi erant, qui extollebātur honoribus, habitis rebus tumescebant, despiciebant cęteros, & quasi solos se esse gaudebant. Et dum non perpenderent quo tendebant, nesciebant quid erant. Sed in lutum ceruix redacta est: quia despecti iacēt in putredine, qui tumebant in vanitate. In lutum ceruix regitur: quia quantum carnis potentia valeat, tabes corruptionis probat.

¶Ten-

¶Tentatio. Cap. I.

SUMMARIUM.

1 *Tres sunt tentatores, qui nos tentant, mundus, caro, & diabolus, quorum omnium insidiæ, & insidiarum diuersitas, & pericula exemplo demonstratur.*

2 *Dæmon quibus vtatur cautelis ad tentandum.*

3 *Quanta sit diaboli solicitudo ad tentandum.*

4 *Modus quo diabolus tentat. nu. 5. 6.*

7 *Prudentia eius, qui tentatur qualis esse debet.*

8 *Diabolus bonos magis tentat, quàm malos. num. 9.*

10 *Nulla tentatio sine nostra delectatione, & consensu nobis nocere non potest, quin potius ea prodest.*

11 *Quare malos Deus tentari finit.*

12 *Quare bonos Deus vel tentari permittit. num. 13. 14. 15.*

16 *Pœna eorum, qui alios tẽtant, & sunt causa, vt illi peccent.*

17 *Remedium adhibendum ab eo, qui tẽtatur de præsumptione, de misericordia Dei est consideratio proprij defectus, & peccati. num. 18.*

19 *Remedium adhibendum ab eo, qui de desperatione, tẽtatur est spes, quæ prouenit ex certo Dei auxilio, ex certo auxilio angelorum, & ex magnitudine præmij. num. 20. 21.*

22 *Contra tentationem luxuriæ tripliciter est restituendum: cogitationes illicitas, & minores fugando, in opere fortiter resistendo, & exemplum alicuius sancti, qui illum fugauerit, sibi proponendo. num. 23.*

24 *Generalia remedia adhibenda contra oẽs tentationes, quæ fieri possunt cogitando, loquendo, vel sensibus ostendendo, vel operando, vel omittendo. num. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.*

TEntationum atque tentantiũ. Primò ostẽdetur distinctio. Secundò dęmonis in tentando ostẽditur cautela. Tertiò eiusdem ostenditur malitia, qua bonos plus tentat. Quartò quòd nulla tentatio lædit, nisi à tentatis habeat quòd lædat. Quintò quare Deus homines tentari permittit. Sextò tentantium ad culpam ostenditur pœna. Septimò remedia contra tentationes præsumptionis, & desperationis. Octauò contra luxuriam. Nonò generaliter contra omnes tentationes remedia ostendentur.

¶Quantum ad primum tres communiter in genere tentationes distinguuntur, de quibus prætactum est. A. 18. 1. Item. A. 27. 58. scilicet mundus, caro, & dęmonia. Quorum primo ostendendæ sunt insidiæ, & pericula: secundo insidiarum diuersitas. Artic. 1. 1

¶Primum exemplo ostenditur cuiusdam fabulæ, qua fingitur hominẽ quendam in deserto in tali positum periculo: qđ circa ipsum habuit mare tempestuosum, quod crescendo sibi appropinquabat, de quo non erat certus vtrum fluendo ad ipsum ascenderet, ipsumque submergeret: multum tamen timuit: quia ipsum aqua tangere incipiebat. Iuxta ipsum uidit Leonem rapacem, qui uersus ipsum ore aperto veniendo quasi ipsum occidere velle minabatur. Infra sinum suum serpentem inuenit, qui illuc intrauerat, dum dormierat. Hæc ergo uidens, & sentiens clamauit, dicens. Sors maris, ira feræ, dolus anguis agunt, miserere, id est, ista tria arctant me ad clamandum, & petendum Dei misericordiam. Cui uox ad eum, fuge, sperne, contere, corono, sin feriere, id est, fuge mare quantum potes, & sperne, id est, defende te à leone: & contere serpentem, & coronabo te: si verò hoc nõ feceris: ab illis hic ferieris, & occideris. Not. de alio: quasi Exẽplũ.

in consimili periculo. A. 25. 11.

¶ Spiritualiter mare est mundus: hoc mare magnum: in Psal. Cuius fortunæ quasi vnde nunc prosperitatis, nunc aduersitatis hominē in periculo ponere continue nituntur, & spiritualiter submergere. Leo est diabolus, de quo. 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus tāquàm leo circuit quærens quem deuoret. Serpens venenosus est caro, quæ multis diuersarum infirmitatum venenis nos occidere intentat, & frequenter grauiter mordet tam corporaliter, quàm spiritualiter. Et sæpe spiritualiter, & infallibiliter corporaliter occidit. Si ergo vallatus necessitatur ad Deum clamare, & dicere illud Matth. 6. Ne nos inducas in tentationem, id est, non sinas nos cadere sub tentatione consensum præbendo. Si uerò clamanti uox illius, qui sic clamare docuit, respondet dicens: Matth. 16. Vigilate, & orate, id est, defendite vos supra vndas maris eminendo, & caput in altum tenendo, feram expugnando, & carnem subijciendo, ut non intretis in tentationem, id est, ne sitis uicti: quia si uiceritis coronabo uos. Si autem victi fueritis, hic culpa ab hostibus, & postmodum pœna à me eritis percussi. Ergo tentatio uos nō apprehendat. 1. Cor. 10. Differentiam verò, & conditionem, quam quilibet istorum in tentando habet propriam, & ab alterius tentatione differentem, describitur à multis &c. De istis uerò tentationum modis, & tentantium manibus habes plura notata. A. 3. 9. De manu uerò diaboli in speciali uide. M. 11. 1. 31. de quo dicitur. 1. Cor. tentat vos sathanas.

Artic. 2. 2 ¶ Qui in tentando multis utitur cautelis quandoque cogitationes immittendo, quandoque aperte loquēdo, quandoque nuncios suos mittendo. In cogitationis immissione quibusdam utitur cautelis quantum ad hoc, quòd Deum misericordem prædicat: sicut ostensum est. M. 9. 48. Quātum verò ad hoc, quòd aliter tentat, sanos scilicet præsumptione, sicut etiā ostensum est. A. 21. 8. Atque aliter morientes. E. 2. 5. Quantum uerò ad hoc, ꝙ multos à confessione, & pœnitentia retrahit, ostensum est. C. 6. 50. cum sequentibus. Quomodo verò aperte loquendo quandoq; decipit patet primo in seductione primi parentis.

¶ Secundò idem ostenditur in collatione patrum, ubi legitur, ꝙ diabolus sciens, ꝙ pater cuiusdam heremitæ in crastino uenturus erat ad filium suum, die præcedenti in forma apparuit boni angeli dicens. Cras ueniet diabolus ad te in forma patris tui: vt te decipiat, statim ergo cum intrauerit securi in manu accepta ipsum in capite ita fortiter sicut poteris percute, & sic multum confundes ipsum. Cuius doctrina deceptus in crastino patrem occidit. Horum ergo exemplo siue loquatur per seipsum cogitationes immittendo, siue loquatur per se, uel per ministros suos, nolite omni spiritui credere. Sed probate spiritus, vtrum ex Deo sunt. 1. Io. 4. Quomodo etiam per ministros suos multis cautelis multos decipit, ostensum est. S. 8. artic. 6. & 7. per totum. Quomodo etiam tribus modis quandoq; per seipsum, quandoq; per ministros suos plures decipit, ostensum est. P. 7. artic. 17. per totum. In omnibus uerò istis tentationibus siue per se, siue per alios tentet, tria sunt consideranda. Primò solicitudo, quam habet in tentando. Secundò tentationis modus. Tertiò tentati prudentia. Exēplū. 3

¶ Primum ostendetur per hoc, qđ fertur in uitaspatrum, ꝙ Macharius vidit diabolum transire uersus vnum monasterium, & piridibus ex omni parte pendentibus onustū, quasi medicus esset, & magnam haberet de infirmis solicitudinem, qui requisitus quo iret, respōdit: ꝙ ad talem locum, vt propinem eis de potionibus meis: cito verò per ipsum redeundo omnia vasa reportauit vacua respondens, ꝙ Exēplū.

omnia

omnia circa vnum euacuauerat. Sanctus verò Macharius in crastino illuc properans inuenit ꝙ vnus nocte illa turpiter, & multipliciter delIquerat. Cui cum prædictum narrauerat processum, ipsum ad pœnitentiam reuocauit, de eo quòd passus est ipse, & tētatus: ad Heb. 2.

4 ¶Secundò idem ostēditur per hoc, ꝙ etiam Christum tentauit, de quo dicitur Lucæ 4. ꝙ tentabatur à diabolo. Modus uerò tentandi. Primò ostēditur per exemplum vsurarij. D. 2. 11. Secundò idem ostenditur per exemplum lusoris: quia sicut lusor aliquādo cum tribus taxillis alium, qui forte aliquid in principio lucratus est finaliter depauperat: ita diabolus ludēs cum tribus taxillis, id est, cum superbia vitæ, cum concupiscentia oculorum, & cum concupiscentia carnis. Cuius primi puncta sunt uana gloria, iactantia de proprijs factis, & vilipensio aliorum, ita, inuidia elati, de fortitudine, pulchritudine, ornatu, diuitijs, delitijs, uel parentela, uel gratia quacunque. Secundi verò puncta sunt vsura, rapina, fraudes, malæ acquisitiones, mendacia, periuria circa mercationes, & huiusmodi, iuxta, atque quæcunque falsitates, quæ circa rerum terrenarum fiunt acquisitiones. Tertij verò puncta sunt immunda cogitatio, turpis locutio, visus, & colloquiū, oscula, & huiusmodi, quibus quidem seipsos tentant, dum vadunt ad videndum, uel loquendum, & ttufandum cū mulieribus. Illi uerò qui cum aliquo prædictorum cum illo ludere incipiunt: licet in principio aliqua lucrari videantur: tamen in fine totum amittent, & ad hoc ad tempus lucrari permittuntur temporalia, vt semper amittant ęterna. Quid enim curat diabolus, qui non quærit diuitias, uel honores: sed tantum animas, quòd homo prædictá in tota vita sua lucretur, & habeat: sic tamen, quòd ipse in fine animā habeat: beatus ergo qui in hac tentatione inuētus est fidelis. Eccl. 44.

¶Tertiò idem ostenditur per exēplum falsi mercatoris: quia sicut ille cuilibet merces ostendit, quas credit ipsum libentius uelle emere, & quod bonum, & pulchrum est ostendit: defectum uerò abscondit: ita diabolus secundùm beatū Gregoriū moral. 14. super illud Iob 18. Abscondita est decipula eius, mores cōsiderat vniuscuiusque, & cui uitio sunt proniores, & ea ante cor ostendit, uel etiam ante oculos, ad quæ facilius nouit mentem inclinare: sicut lætis luxuriam, & vanam gloriam, duris corde irā, & crudelitatem ostendit, quàm nobile sit ambitiosis habere honores, cupidis quàm iucundum sit habere diuitias, delitiosis quàm delectabile sit habere delitias. Sed dum horum non ostendit finem, nec defectum abscondit decipulam suam: decipula quippe à decipiendo dicitur sic dicta: quia dum esca sic ponitur, vt ipsa nequaquàm uideatur, aues, & bestias decipit. Sic in proposito: quia quasi esca cum laqueo est lucrum cum culpa, & huiusmodi mundi prosperitas cum iniquitate, & delitiæ cum peccato, & sic de alijs. Quem laqueum sicut auis non sentit, antequàm auolare uelit: ita multi hūc laqueum peccati, & pœnæ tunc sentient, cum in morte de hoc mundo inceperint auolare. Tunc enim ille callidus mercator aduersarius noster, qui prius tantum ostendit, quod pulchrum, & delectabile fuit, aliam partē ostendet, & ad aues prius illaqueatas, sed laqueum non sentientes: quia in pace super escam steterunt, ad modum aucupis currere incipiet: vt illas capiat non solum illaqueatas in retibus proprijs, quæ sunt ira, inuidia, & huiusmodi amara. Iuxta illud Bern. Caro suggerit mihi mollia, mundus vana, diabolus amara: sed etiam irretitos in retibus carnis, uel mundi tūc capiet laqueis desperationis. In quibus eius supra alios tentatores ostenditur maior iniquitas, & cupiditas, & crudelitas: quia carne & mundo à 5

tentatione, & captione animarum in morte cessantibus; quia tunc caro animam non capit, gulæ, vel luxuriæ delectationibus: nec mundus uanitate. Dęmon verò tunc crudelius, & solicitius omnes capere nititur desperationis amaritudine. De qua malitia præmuniuit nos Deus Gen. 3. dicens. Tu insidiaberis calcaneo illius, id est, vitæ extremitati. Sic ergo præmunitus præpara animam tuam ad tentationem. Ecclesi. 2.

6 ¶Quartò idem ostenditur per exēplum obsidentis castrum, uel ciuitatem: quia sicut sapiens bellator ciuitatem obsidens ipsam circuit quærens, & cōsiderans ex qua parte facilius capi possit. Si insuper ciuitas prius capta fuerat, cogitat ex qua parte, & quomodo prius capta fuerat, & eisdē medijs ipsam iterum capere nititur, & maximè si in illa parte adhuc sit debilior, vel minus munita: Sic diabolus, qui est multum callidus bellator, & tentator tam propter naturæ subtilitatem, quam etiam propter longam experientiam tentandi ciuitatem obsidendo animarum circuit, & naturā, & conditionem diligenter considerat quorumcunque: sicut ostensum est. A. 24. 4. Et B. 2. 7. Et ex parte debiliori omnes inuadit, &c. Sicut ergo castrum ex omni parte illa diligentius custoditur, ubi fortius expugnatur: ita tu ex parte illa diligētius prępara animam tuam ad tentationem. In quo docetur & admonetur tertia pars huius articuli, id est, tentati prudentia.

7 ¶Pro quo est sciendum quod tentatus ex vna parte, habensq; repugnātiam rationis ex alia parte ponitur inter tentantem suum, scilicet diabolū, vel carnem ex vna parte, & spiritum bonum, & rationem ex alia, sicut dominus inter duos consiliarios, quorū vnus dicit sibi nudam veritatem, & periculum suum, alius verò totum consilium illud nititur destruere. Primi consilium terret in principio, sed placebit in fine: secundi è conuerso. Domini uerò prudentia in hoc resistere debet, & diligenter consideret quis ei loquitur, & quis finis sit consilij vnius, & alterius, & falsi consilium respuere, & alterius sequi: Sic in proposito spiritussanctus, & angelus bonus cordi inspirant consilia bona de munditia, iustitia, humilitate, misericordia, eleemosyna, & huiusmodi, quæ in principio terrent, sed in fine placebunt. Angelus uerò malus nititur, illud consilium destruere, & cōtrarium consulere, cuius consilium multis in principio placet, sed in fine displicebit. Ergo resistite diabolo & fugiet à vobis Iacobi 4. Sicut patet per hoc, quod dicitur Luc. 4. Consummata, inquit, omni tentatione recessit ab eo diabolus.

¶Notate quod signanter dicit consummata omni tentatione: non enim dicit tentatione, sed omni tentatione: quia à sanctis hominibus dęmones, quo ad aliquas tentationes uicti non statim recedunt. Sed quod contra ipsos maiorem mittit exercitum, fortioremque parat pugnam historijs ostenditur, exemplis, & authoritatibus. Artic. 3. 8

¶Historia primo habetur in uitispatrum de sancto patre: quia supra monasterium quoddā dicitur maximam vidisse dęmonum multitudinem uolitantem. Inde uerò transiens supra ciuitatem malam, in qua multi erant, vsurarij, & diuersa mala fiebant, vnum solum vidit. Cui per angelum de causa responsum fuit, quod quia uilla erat eis, id est, dęmonibus subiecta, tantum vnum baliuum ad ipsorum deputabant custodiam: quia ipsos impugnare non erat necesse: qa secundùm beatum Gregorium illos impugnare negligit, quos quieto iure se possidere sentit. Sed quia illi de monasterio rebellabant ipsos subijcere: atque sicut dicitur. 1. Machab. 9. Tentauit expoliare templa, id est, sanctos, de quibus. 1. Corinth. 3. Templū Dei sanctum est, quod estis vos. Exemplum.

¶Secundò

Exẽplũ. ¶Secundò in eadem historia habetur ad idem de quodam, qui multos dæmones frequenter fertur vidisse coram magistro illorum congregatos ad reddendum compotum de deceptionibus, & tentationibus suis, & lucris quorum vnus vocatus, & requisitus respondit, ꝙ in mari multos submerserat, & ꝙ nouem die. ꝙ nihil aliud fecerat. Alius respondit, ꝙ infra triginta dies nõ potuit plus facere, quam quod in ciuitate quadam multos prouocabat ad ebrietatem, & deinde ad pugnam, & homicidium, magister vero neutri factum suum allocauit, sed eos verberari præcepit, quia ita modicum fecerant. Tandem venit vnus, qui dixit, ꝙ quadraginta annis solicitus fuerat ad tentandum quendam monanachum de luxuria, & ꝙ in illo præualuit, & ꝙ nihil amplius fecerat, qui à magistro multum honorabatur, & coronabatur. Ex quibus patet quanta malignatus est inimicus in sancto: in Psal. 73. sicut patet. O. 6. 59.

9 ¶Exemplum primo est ad hoc de obsidentibus castrum, qui contra castra fortiora fortiores parant insidias, & contra obedientes nullas parant insidias. Secundo de homicida, & latrone, qui resistentem fortiter impugnat, obedientem vero non infestat. In omnibus tamen fidelis Deus, qui non patietur, Vos tentari supra illud, quod potestis; sed faciet cum tentatione prouentum: vt possitis sustinere. 1. Cor. 10.

Ar. 4. 10 ¶In quo articulus ostenditur quartus, quòd nulla tentatio nocet, nisi à tentato sumat initium nocendi, quia omnis tentatio sine nostra delectatione, vel consensu suggestio est, quæ nec Christo nocuit, Sicut patet per dictum beati Gregorij: in Homelia. Ductus est Iesus in desertum, vbi ait, quòd tribus modis tentatio agitur: scilicet, suggestione, delectatione, & consensu. Et parum infra. Tentari igitur per suggestionem potuit, sed eius mentem peccati delectatio non momordit, atque diabolica illa tentatio foris, non intus fuit: Ergo nec nobis nocebit, si tantum foris sit &c. sed potius prodest, quia sicut ventus granum: ita tentatio animam purgat: ergo beatus homo qui suffert tentationem. Iacob 1. id est qui sustinet patienter, quòd exterius impetum faciat, illam tamen non admittit per delectationem, vel consensum, sed fortiter repercutiet: & sic diabolum posset confundere, & quasi proprio gladio necare. Primum patet, quia præsumptuosus homo confunditur, quando à proposito deficit. Sic &c. Secundum etiam patet, quia sicut Dauid Goliam proprio occidit gladio. 1. Reg. 17. Et Machabeus in gladio quem Appollonius contra ipsum portauit, ipsum proprio gladio expugnauit. 1. Mach. 3. Sic &c. Sic ergo omne gaudium existimate, cum in tentationes varias incideritis. Iacobi 1. Nota de hac materia cap. de cogitatione in principio.

¶In auctoritate vero vltimo allegata causa tangitur, quare Deus bonos vel tentat, vel tentari permittit: vt videlicet ex tẽtatione gaudium eis accrescat spirituale. Sed quia non tantum boni tentantur: sed etiam mali. Primo inquirendum est quare malos tẽtare sinit. Secundo quare bonos. Solutio vero primi dubij elici potest ex dictis. H. 1. art. 4. Vbi ostẽsum est quare Deus fecit homines, quos præsciuit æternaliter esse damnandos, quia eo modo, quo fecit: vt bene essent, si voluissent: eo etiã modo tentari permisit: vt perfectiores essent, si voluissent, vel ideo tentari sinebat malos, vt experimento certo se scirent regno cœlorum indignos. Nam experimento facto videntes, quam faciliter fuerunt superati, & ꝙ parum pro tanto præmio pugnare noluerunt, se indignos cognoscere, & plangere poterunt, & iuste damnatos se cognoscere, & tanto præmio priuatos, qui tam breuiter pro tanto præmio pugnare noluerunt. Si quæratur quare sine tentationibus eis dare noluit regnum cœlorum:

lorum: quærant à rege quocunque, quare maximas terras, vel dominia non vult dare militi, quem scit velle fugere in bello, vbi vincere posset, si vellet. Si enim talibus regnum daret cęlorum, illud indignis dare videretur, & alij minus curarent pro illo pugnare, quod sine pugna daretur, & sic pro nihilo haberent homines terram desiderabilem. Si in sacra Scriptura legerent, ꝙ illam Deus daret hominibus non probatis, qui si probati fuissent defecissent, sicut illi. Lucę 8. Tempore tentationis recedūt. Propter quid minus reputetur, vel desideretur tāquam talibus meritis datū signanter dicit, qualibus datur. Luc. 22. Vos estis, qui permāsistis mecū in tentationibus meis, & ego dispono vobis regnū &c. Nota de ista materia. T. 5. 58.

12 ¶Quantum ad secundā partē huius articuli, quare Deus bonos tētari permittit. Primo ostenditur per exemplum filiorum Israel, & aduersariorum in libro Iosue, quia sicut aduersarios cum illis tolerauit ad ipsorum humiliationem: ita nunc sinit sanctos tentari. Vnde beatus Grego. Sic Iebuseos Israel tolerat, & humana mens humilia de se sentiat, dum minima nō separat: mira enim nobiscum dispensatione agitur, vt mens nostra nōnunquam pulsatione culpæ feriatur, nam esse se magnarum virium homo crederet, si nullum vnquam earūdem virium defectum intra mentis arcana sentiret. Secundo idem ostenditur per exemplum in arte fabrili, in qua videmus ꝙ faber instrumentum aliquod perficere volens ipsum ferrum, de quo instrumentum aptum perficere cogitat, non tantum in igne, sed nunc in igne, nunc in aqua ponit. Et sic si intellectum haberet, cogitare posset, ꝙ talis quasi tormentorum mutatio eius perfectionis esset augumentatio: Ita omne gaudium existimate cum in tētationes varias incideritis Iacobi 1. dicentes. Transiuimus per ignem, & aquam, scientes ꝙ sicut miles de omni noua victoria nouum habet gaudium: ita miles Christi de omni tentatione, quam vincit. Sicut patet per exemplū de gloriosa muliere, de qua scribitur septimo libro historiæ ecclesiasticę, ꝙ cum filio suo quindecim annorū omni die ducebatur, vt videret alios martyrizari; vt tormenta in alijs visa Dei fidem abnegarent, nec tamen timuerunt, sed se tormentis obtulerunt, & cum multa noua tormenta circa eos mutarent, ipsa per singula tormenta inuocabant Iesum. Et sicut Christianis postmodum fatebatur, in omni tormēto inuenit nouum adiutorium, & solamen. Sic tentati de omni tentatione, in qua victores existunt. Ergo omne gaudium existimate fratres, &c. Scientes quoniam sicut aurifaber probat aurum in igne, ita Deus nos probat, sicut ꝓbauit Abraam, de quo dicitur Gene. 22. Tentauit Deus Abraam. In quo notate, ꝙ licet Deus tentet ad probationē, & perfectionem. Et caro, mundus, vel dæmon ad deceptionem, nō tamē licet ꝙ homo tenet seipsum, sicut illi, qui gratis multis se exponunt tentationibus, ex quibus malas habent delectationes in societate mulierum, asserentes: ꝙ ideo magnum habebunt meritum, quia carnalis voluptatis vltimam non complent operationē. Contra quos. 1. Cor. 10. Nō tenemus Christum, sicut quidam ex ipsis tentauerūt, & à serpentibus perierunt, quia sicut dicitur. Iudith 8. Qui estis vos, qui tentatis dominum. Exēplū

¶Tertio idē ostēditur per exemplū in arte fabrili, in qua videtur, ꝙ aurifaber considerata cōditione cuiuscunque metalli, vidensque ꝙ vnū plures, aliud pauciores potest ictus sustinere, ꝙ insuper vnum ad maiorem disponitur ꝑfectionē, vnū plus, & aliud minus malleat, sciens ꝙ aliqua illorum frangerentur citius, si tot ictus sustineret, quot aliud sustinet, ideo tali metallo parcit, & præmittit tale vas fieri, quale natura sua suffert: licet non ita pulchrū sicut de auro fieri posset: ita Deus videns

dens ꝙ aliqui forte non sustinent tot passiones, sicut Laurentius &c. ꝙ tamē aliqua sustinebunt tormenta, per quæ pulchra vasa fient in domo domini: teste Apostolo. 1. Cor. 10. Non patietur vos tentari vltra id, quod potestis, quia tales nouit dominus de tētatione eripere. 2. Petri 2.

24 ¶Quarto idem ostēditur per exemplum in vita militari, in qua miles nouus permittitur grauia in bello sustinere. Et panis in furno coqui, vt acceptior sit principi &c. Sic ꝙ acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Thobię 12. Quando talis tamen pater, vel princeps videret filium militem in bello deficere, ei succurreret. Sic Deus. Sicut patet per historiā de Antonio in vitispatrū, qui postquā à dęmonibus grauiter verberabatur Christi perpendens præsentiam dixit, O bone Iesu vbi eras? Cui ille: iuxta te eram, sed expectaui certamen tuum. Ex quo patet, ꝙ ipse de numero illorū erat, de quibus dicitur. Sap. 3. Deus tētauit eos, & inuenit eos dignos se. Exēplū

25 ¶Quinto idem ostēditur per exemplum transitus nauis, quia sicut nauis sine ventu non festinat ad portum. Sic &c. Sexto idem patet per exemplum purgationis tritici, in quo videmus quod volens triticum purgare illud ventis exponit. Sic tentati sunt patres nostri, vt probarentur. i. vt putrificarentur. Iudith 8.

Arti. 6. ¶Aliter vero ad culpam, & non
26 ad causam licitam tentantium pœna patet in diabolo in facto præterito, in futuro vero de iure patebit. Pro quo est aduertendum, quòd diabolus tentat, vt decipiat. Deuter. 8. vt affligeret te atque tentaret, Deus vero vt perficiat atque alijs virtutem suorum militum ostendat, vt in prædictis in articulo præcedenti patet exemplis. Aliter enim Deus neminem tentat Iacobi 1. quia ipse intentator est malorum, ibidem. Homo vero aliquando tentat, vt sciat, sicut ille probauit pueros, qui ei dixerunt. Dan. 1. Tenta nos obsecro decem diebus. Aliquando, vt seducat, sicut qui aliquam personam tentat ad peccandum per verba, facta, signa, vel nuncios. Quorum pęna primo per leges ostenditur ciuiles. O. 6. 54. Et O. 7. 6. Secūdo eadem pęna per easdem leges ostenditur in ff. no. lib. 9. tit. de incendio, ruina, & naufragio. l. qui ędes, vbi sic dicitur. Qui ædes, aceruum vt frumenti iuxta domū positum combusserit, victus verberatus igni necari iubetur. Ergo à multo fortiori hanc à Deo pęnam meretur, qui ędes Dei, & templa. i. animas quacunq; incederit tentatione, seu requisitione. Et quid si prius accensum fuit templū Dei? peccator adhuc pęnam meretur, qui ignem auget. Tertio idem ostenditur in ff. veteri. lib. 4. de minoribus. l. si minor. Cui etiā concordat lex. ff. ve: lib. 11. tit. de aleatoribus. li. græca. In quibus continetur, ꝙ si quis persuaserit, & induxerit aliquē minoris ætatis ad ludendū ad taxillos, tenetur eidem ad restitutionem omnium, quæ in ludo illo amisit. Ergo à simili, qui suadet alicui, ꝙ faciat quodcunque peccatū, quo animam perdit, tenetur de damno respondere, & pęnam cum illo portabit, qui animam perdidit, quia nec ipse illā ei restituere, nec alius ipsam damnatam poterit recuperare. Sed quid si tētationis nullus sequatur effectus in tentato? certe adhuc tentans ad pęnam obligabitur, ac si effectus fuisset secutus. Primo hoc probatur per legem. C. tit. de furtis, & seruo corrupto. lib. 6. l. si quis seruo alieno persuaserit, in qua continetur, ꝙ si quis persuaserit seruo, ꝙ ei perferat rem aliquam domini sui, ipso domino nesciente, licet seruus dicat domino suo, quomodo alius ipsum tentauit, & dominus concedat, ꝙ ei illam rem perferat, ille tamen tentator debet condemnari sicut fur, & domino petente ad restitutionem rei tenetur propter malam, quam fecit persuasionem, licet furtum inuito domino non sit secutum. Secundo idem probatur per legem in ff. nouo.

lib.

lib.9.tit. de incen. rui. & naufra.l. quo naufragium.§.senatus: vbi continetur, quod si quis ex naufragio clauos, vel vnum ex his abstulerit, omnium rerũ nomine teneatur: & tamen potest esse quod ablatio illius claui non fuit causa naufragij, quia tamen quantum in auferẽte fuit causa fuit naufragij, ideo omnium rerum, & damnorum reus esse præsumitur &c. Multum ergo omnibus timendũ esse deberet, ne quemquam exemplo, vel quocunque modo tentarent. Quia si apud legem ciuilem prohibitum sit, ne piscatores de nocte lumen ostendant, ne nauigantes fallant: vt ad eos quasi ad portum aliquem trahant: sicut patet in tit. vlti. allega.l. ne piscatores. A multo fortiori apud legem Dei prohibitum est, ne exempla, vel quæcunque alia fiant, quibus spiritualiter nauigantes decipiatur. Ergo noli esse quasi homo, qui tentat. Eccl.18.

Ar.7. 17 ¶Quia vero omnes prædictis tentationibus resistere possent, sicut ostensum est.L.7.30. Vtile videtur hic ostẽdere per quæ media, seu remedia illam potentiam omnes reducere poterunt ad actum. Quia sicut vana est potentia, quæ nõ reducitur ad actum in naturalibus: ita etiam in moralibus. Circa hanc vero ostensionem primo scire oportet, ꝙ sicut circa sanitatem corporalem, seu conseruationem sanitatis corporis contra frigora, vel caliditates, vel quascunque passiones, quæ ipsius corporis expugnant sanitatem, non semper eadem adhibentur auxilia: sed contra contrarias, & diuersas passiones diuersa adhibentur remedia, sicut contra famem cibus, contra frigus vestimenta, & sic de alijs: ita ꝙ semper quot modis fit corporalis sanitatis expugnatio, tot modis necesse est adhibere remedia. Sic cicra custodiam spiritualis sanitatis animæ necesse est, quòd quilibet remedia adhibeat opportuna. Cum ergo omnis animarum expugnatio, & tentatio sit per impedimenta spiritualis sanitatis, quæ cordi tantum offeruntur, vel per illa, quæ cordi simul, & sensibus exterioribus ostenduntur, vel per illa, quæ cordi & sensibus monstrantur, & opere exẽplari exercentur: vt illo exemplo quis ad peccandum trahatur quantum ad peccatum commissionis, vel retrahantur per operis onustionem ad peccatum omissionis, contra omnia ista sanitatis impedimenta, & causas destructiuas oportet causas, quęrere conseruatiuas.

¶Sane, quia pulsatio, quæ fit cordi, 18 tantum potest fieri de omnibus, & singulis peccatis contra omnia, & singula, vel in speciali, vel in generali scribere oportet remedia. Sic ergo in speciali quis pulsetur in corde, cogitatione, de præsumptione, seu superbia. Primo cautelam discat se defendendi à bestia siluestri, quæ à canibus, vel venatore insecuta in montibus descẽdit ad valles, & econuerso: ita qui tentatur de superbia, & præsumptione descendat ad considerationem proprij defectus, & peccati. Exemplo Iob, qui in tali casu dixit. Peccaui: quid faciam ò custos hominum? Iob 7. Et exẽplo Pauli, qui in tali casu dixit. Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi: scilicet à Deo, qui ei de tali remedio prouidit, stimulus carnis meæ.2.Corinth.12. Si vero venatur desperatione eo modo, quo ostẽsum est.D.2.artic.1. Primo, vel etiam per speciem iustitiæ: sicut ostẽsum est. C.7.13. Ascendat ad montem, qui Christus est per spem, peccata sua non nimis cogitando. Exemplo Iob, qui in tali casu dixit. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Iob 17.

¶Hæc autem spes, per quam ad 19 montem Dei ascendere debemus, ex multis surgere, & causari debet: sicut in parte ostensum est.S.12. artic.2. Primo ex certo Dei adiutorio. Sicut nanque agricola cum bobus vadit dum laborant, & paterfamilias, vel ductor animalis cum animali, quod

onere

onere vexatur, vt ipsa animalia iunct, & dirigant: ita qui tentationibus vexatur, & resistit, Deus sicut dicitur. Ecclesiast. 4. In tentatione ambulat cũ eo. Quẽ in isto spirituali bello si nullo modo dimiserimus, à belli periculo infallibiliter nos præseruabit: sicut præseruasse fertur quendam. Militem Franciæ, qui illum in duello dimittere noluit. Fertur nanque, quod in terra illa, vbi duella contra Deum, & leges ecclesię, & animarum salutem permittuntur, quidam miles Fráciæ duellare debuit contra militem Vasconiæ, Primus ergo ad iuramentum positus, quod diem pro bello assignato teneret cõtra alium pugnaturus, iurauit quod ipsa die contra ipsum pugnaret cum adiutorio Dei. Miles vero Vasconiæ idem iurauit se facturum cum adiutorio Bernardi fratris sui. A quo cum quærerent quomodo hoc dictum intelligeret, cum modus non esset, quod duo pugnarent contra vnum, Respondit: non pugnabimus duo contra vnum: sed duo contra duos: quia ipse dicit quod vult habere Deum secum, & ego dico quod volo habere Bernardum fratrem meum mecum, & sic erimus duo contra duos. Aliter enim ipsi essent duo contra vnum. Cui cum iudex diceret, quod omnino oporteret ipsum dimittere societatem Dei in facto illo, ipse respondit: dimittat ipse societatem Dei in facto illo, & ego faciam, quod præcipitis: quod cum alius nullo modo concedere vellet, vt Deum dimitteret, bellum impeditum fuit, & per illum, qui nullo modo Dei dimittere voluit societatem, vterque à belli periculo fuit liberatus: Sic illi, qui non dimittunt illum, qui dicit: cum ipso sum in tribulatione, eripiam, & glorificabo eum: sed firmiter in ipsius sperant adiutorio dicentes, illud Psal. 17. In te eripiar à tentatione.

Exẽplũ.

20 ¶Secundo ista spes surgit ex certo auxilio Angelorum. Quod nanque nunc ad tentatos Angeli descendant ad ipsorum solatium, & refrigerium, & tentantium confusionem: sicut descendit ad pueros in fornace positos. Dan. 3. ad ipsorum confortationem, & malignorum incendentium confusionem, & combustionem, Patet primo per hoc quod scribitur in vitispatrum, quòd videlicet Abbas Moyses vidit multitudinem dæmonum quasi homines armatos multos tentantes. Sed ex alia parte respiciens vidit multos plures defendentes. Secundo idem, patet. 4. Regum 6. vbi Giezi timenti exercitum Asyorum Heliseus ostendit multo plures Angelos esse cum eis dicens. Nolite timere regem Assyriorum: multo enim nobiscum sunt plures, quàm secum. Et 2. Paral. 32. Ergo si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo: in Psal. 26. In hoc, id est in adiutorio Dei, & sanctorum Angelorum, quia & per seipsum, & per Angelos sicut dicitur. Heb. 2. Potens est & eis qui tentantur auxiliari.

¶Tertio ista spes surgit ex magnitudine præmij, quod quantum erit, patet ex similitudine historiæ, quæ in vitispatrum continetur de sene quodam, qui habuit discipulum, quem in vespere docere solebat, quadam ergo nocte contigit senem somno grauatum obdormire, quem discipulus expectans, vt lectione peracta simul orarent, septies fuit de recessu tentatus, & septies tentationi restitit. Postmodum vero Angelus seni locum ostendit gloriosum, & in eo sedem, in qua septem erant coronæ. Et seni quęrenti cuius essent, responsum fuit, quod discipuli eius eo quòd septies tentationi restitisset. Sic voluit propheta tentari ad sui meriti augumentum, qui ait. Proba me domine, & tenta me, in Psal. 25. Si ergo tantum fuit meritum illius, qui leui restitit tentationi, quantum erit meritum resistentium non 21 Exẽplũ.

tantum

tantum vna nocte sicut ipse, sed tota vita sua maximis tentationibus. Nota A. 21. 19. Et si spes præmij facit militem fortius pugnare, & grauia patienter sustinere, spes tanti præmij deberet nos facere fortiter contra omnes tentationes repugnare. Exemplo Iosaphat, de quo continetur in libro Barlaam, quomodo mulieres ad eius seruitium deputabantur: vt ipsum allicientes deciperent, sed ipso dormienti per visionem ductus fuit ad ciuitatem quandā auro fulgentem, vbi gens erat Sole splendidior. Cui petenti, vt ibi remanere posset, responsum fuit: resiste tentationibus caste videndo, ad hanc post victoriam es venturus, qui spe illius promissi roboratus omnes postmodum faciliter vicit tentationes. Cuius exemplo nos cum tentamur de aliqua delectatione terrena, in illa delectatione æterna mentem figentes: diabolo, qui illas offert, respondere deberemus: sicut responderet, qui rem habet venalem illi, qui minus pro illa offert dicens. Alius mihi plus vult dare. Et exemplo Christi, qui diabolo offerenti, omnia regna, si cadens ipsum adorare vellet, respondit: vade Sathana, non tentabis dominū Deum tuum. Matth. 4.

Exēplū.

Ar. 8. 22 ¶Si iterum in speciali pulsetur tentatione carnalis inordinatæ dilectionis, vel delectationis: sicut tripliciter illo tentari potest: sicut cogitatione, sensuū inordinata apertione, & operis seu exempli ostensione: ita tripliciter est resistendum. Primo namque cogitationibus illicitis, & minoribus resistendum est delectationibus, sicut paruo latrunculo, qui intrat, & alijs aperit, quia nisi abbreuiati essent dies eius, vix salua esset omnis caro. Matth. 24. Quia sicut capite serpentis introducto totum corpus intrat. Sic in proposito. Propter quod dicit Timotheus principibus exercitus sui de Iuda. 1. Machab. 5. Si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eum: sta ergo in porta, & principijs obsta. Et accedens ad seruitutem Dei sta, & præpara animam tuam ad tentationem. Ecclesiast. 2. Et sicut patet C. ro. 2. quia sicut dicit Isidorus de summo bono: lib. 3. Diabolus serpens est lubricus, cuius si capiti, id est, primæ suggestioni non resistitur, totus in interna cordis, dum non sentitur, illabitur. Secundum resistendum est in sensibus, quod illi firmiter custodiantur, quia sicut venenum cordi non nocet, si omnes partes corporis sic custodiantur, quòd venenum intrare non possit: ita in proposito. Si vero venenum permittitur intrare, cordis vitam extinguit: Sic illi, qui sensus suos non custodiunt, sed mulieres, & spectacula libenter vident, & cum eis libentes loquantur sicut Samson cum Dalila. Iudicum 16. Tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, ad Heb. 11. quia plus, quam debent, condescendunt dilectis suis. Ex quo patet, quod est de illo, qui eis prius parum, & postea plus condescendit, sicut de intrante aquam spissam in principio minus profundam: quia sicut talis primo vsque ad talos, deinde plus se profundat vsque submergatur: Sic in proposito. Ergo tentatio nos non apprehendat nisi humana. 1. Cor. 10. id est nisi illa prima, & leuis, quæ est in primis motibus, quæ non occidit.

¶Secundo in opere est fortiter resistendum. Primo vt tentatus de lecto surgat: sicut faceret propter latrones, qui corpus occidere vellent. 23
Secundo vt carnem abstinentia afficiat, & delectationem cogitationis fugiat: aliter enim non sapit ea, quę Dei sunt. Vnde in vitis patrum quidam Moyses nomine, de pessima vita monachus effectus, conquestus fuit cuidam seni Isidorus nomine de carnis tentatione. Cui senex. Canis macello assuetus, & carnibus saturatus panem non comedit, antequam fame afficiatur.

Exēplū.

afficiatur. Voluit enim tantum dicere quod caro inordinatis delectationibus assueta in pane, qui cor hominis confirmat, id est in doctrina Christi, de munditia, castitate, & huiusmodi saporem non habet, antequam abstinentia afficiatur, nec aliter ipse orationibus seipsum sanare posset, nisi delectationes, & cogitationes tales
Exẽplũ. abijceret. Sicut patet in vitispatrum, vbi senex rogatus, vt pro iuuene oraret: Cum hoc faceret, nec proficeret, & de hoc admirando cogitaret, vidit quasi æthiopes cordi eius sagittare, per quod intellexit, quod cogitationes turpes cordi eius imprimerent, in quibus delectabatur, & ait ei: quid me rogas tentationem illam à te auferre, cum tu in delectationibus illis delectando me non iuuas, sed impedis? misce ergo cũ illa delectabili potione potum amarum mortis tuę, vt non tantum tibi dulcescat, quia & bona, & mala sapiens tentabit. Ecclesiast. 39. Tertio vt contra exemplum, quod in opere ostenditur pulchro, per quod ad lasciuiam prouocatur, exemplum cogitet contrarium, vt reuocetur. Verbi gratia. Videndo mulieres ornatas tripudiare, vel in hostijs domorum stare, & in ecclesijs, vt oculos alliciant intuentium, exemplum accipiant quomodo
Exẽplũ. se custodire debeant ab vno de tribus socijs, de quibus fertur quod simul ambulantibus, & colloquentibus quomodo se à talibus custodire possent tentationibus dixit vnus, quando talia video, vel cogito, tentationem vinco cogitando munditiam *Sanctæ Mariæ*, & sanctorum, qui in cęlo sunt. Alij illud remedium approbauerunt. Alius dixit: ego cogito gaudia cęli, & pęnas inferni: sed & illud pugnauerunt. Tertius dixit: ego cogito quales essent excoriatæ, & quomodo tunc cachinnarent. Et vtinam sic starent, & tali intentione ad vtriusque partis salutem essent excoriatæ pelles tenentes super capita, vt videremus quomodo tunc nobis placerent, quia magnum esset remedium contra tentationes magnas, quas viderunt oculi tui. Deut. 29.

¶Contra omnes vero tentationes in generali, quæ fieri possunt cogitando, loquendo, vel sensibus ostendendo, vel operando, vel omittendo generalia adhibenda sunt remedia. Primo nanque contra illas adhibendum Ar. 9. 24
est remedium in cordis cogitatione: vt passio recogitetur Christi, quia sine baculo Crucis non est tutum in bello isto pugnare contra canes inferni. Sed in baculum illum habentes illos vincere possumus: sicut ostensum est. C. 17. 25. &c. Secundo vt propriæ recordemur doctrinæ exemplo cuiusdã in vitispatrum, de quo fertur, quod post vitam heremiticam, & sanctam tentatus ad seculum rediit, in quo reditu Exẽplũ.
in cella quorundam fratrum propter æstum se recepit. A fratribus vero rogatus deuotam eis fecit collationem, qua dicta apud se cogitauit hoc modo: tu, qui alijs prædicas, quomodo tentationibus resistere debent à tentationibus victus ad diabolum vadis, quia cogitatione tentatione vinceris, & ad locum suum rediens dicere solebam nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Recognouit enim de se illud verificatum. Eccl. 33. In tentatione Deus conseruabit.

¶Tertio vt omnium peccatorũ recordemur finium. Fili ergo recordare. Lucæ 16. vt caueas exhęredationis 25
Esau, propter gulam, diluuij generalis propter luxuriam, seruis inutilis incarcerati, & spoliati propter accidiam: quia noluit ponere pecuniam domini sui ad mensam, id est ad vsum bonorum operum, diuitis damnati propter auaritiam. Lucæ 16. vbi est notabile, quod diues ab euangelista ante mortem præponitur Lazaro: quando dicit: Recordare quia recepisti bona in vita tua, &c. Post mortem vero econuerso, sicut patet quasi notando: quòd diuites dominantur, & præponuntur

nuntur pauperibus ante mortem: sed post mortem aliter erit Dathan & Abiron suffocatorum propter iracundiã Pharaonis, & exercitum eius submersi propter inuidiam. Deuter.7. Recordare quid fecerit dominus Pharaoni, & Ægyptij, luciferi & aliorum damnatorum propter superbiam. Hęc recordare, vidensq; illos propter talia peccata perditos, si in talibus peccatis adhuc non es, talium peccatorum tentationibus resiste: sicut leo cessat à feritate videns canem verberari. Si vero in talibus peccatis es, hæc videns te corrige. In antiquo nanque prouerbio dicitur, q̃ pulchre se corrigit, qui per alium se castigat. Sed heu Danielis 13. dicitur: q̃ exarserunt in concupiscentia sua, & declinauerunt oculos suos, ne recordarentur iudiciorum iustorum, propter quod reliquit eum dominus, vt tentaretur. 2.Paral.32.

26 ¶Quarto vt propriæ recordemur mortis, & laboris præcedentis & pęnæ sequentis. In hoc enim casu cogitare deberemus, sicut cogitat aliarum rerum portitor, quia sicut ille cogitat, & considerat, quid portare debeat, & ad quem locum, & quàm laboris habebit mercedem: ita nos cum de quocunque tentamur peccato, hæc tria cogitare deberemus. Primo quantum ponderat onus peccati, de quo tentamur, & inueniemus, quod non sit ita fortis gigas, nec fuit à principio mundi, quin sub illo moriens statim ceciderit ad infernum. Secundo quis sit terminus, ad quem portatur, & inueniet, quod corpus terminum suum in terra, cuius diligenter cogitanda est putredo, & miseria, & quomodo tunc nihil amplius habet corpus delicate nutritum ab alio, nisi maiorem putredinem, & fętorem.

¶Locus vero, ad quem anima peccatum portat, infernus est. Tertio quæ merces pęna est æterna: quia stipendia peccati mors. Hæc tria excogitemus, sicut ostensum est.§.3.8. Inter omnia tamen specialiter: sicut dicitur. Sapien.2. Tentemus quæ ventura sunt: sicut tentauit ille. L.47. Et sicut tentauit ille, de quo fertur quod tentatus de quodam furto, in quo quis deprehensus secundum consuetudinem patriæ debuit melle inungi, & à muscis vsque ad mortem corrodi. Hic ergo antequam tentationi consentire vellet, manum vnam inunxit melle, & muscis ad tempus exposuit, vt gustaret per minus, quomodo maius sustinere posset tormentum. Cum vero de minori multum grauaretur, cogitando quod ab alio amnas pateretur, à furto se cohibuit. Sic ergo tentemus quæ ventura sunt, & cogita nouissima tua, &c. Eccl.7. Exẽplũ. Contra nanque omnes prædictas cordis tentationes erat sola tentatio iste sufficiens. Sapien.18. id est iræ futuræ excogitatio.

¶Quantum ad secundam partem huius articuli: secundo in loquela, & sensibus corporis contra omnes tentationes adhibenda sunt remedia. In loquela primo adhibendum est remedium confessionis: vt homo tentationes suas nude, & aperte confiteatur, & diabolum accusando confundat. Quia secundùm Augustinum. Cum male cogitationes, & turpes imaginationes confitentur, diabolus in illorum ostensione non minus offenditur, quàm fur, qui in furto suo deprehenditur, quia sicut fur non libenter hospitatur in domo, vbi consilia eius reuelantur balliuo. Nec libenter morari, vel furari quærit in terra, vbi statim fit iustitia: ita nec diabolus, & patet sic. Ergo frequenter confitendo resistite diabolo, & tanquam confusus fugiet à vobis, quia sicut latro inuadens hominem cum sagittis, sentiensque ipsum ita bene armatum, q̃ omnes sagittæ suę statim repercutiuntur, non libenter ad ipsum amplius sagittat, sed potius se retrahit. Sic diabolus quia licet audacissimus in inua- 27

Inuadendo, & crudelissimus, vbi non inuenit resistentiam: & tamen timidissimus vbi inuenit resistentiam. Quod pulchre ostensum est exemplo cuiusdam historiæ, qua fertur quidam sanctus pater vidit diabolum euntem coram discipulis suis, dum in loco essent orationis, & cuilibet quasi pilam proijcere, quæ in aliquibus firmiter figebatur, ab aliquibus tepide, ab aliquibus rigide repercutiebatur: cum vero per singulos sic iuisset, redijt, & vbi prior fuit recepta, alteram proiecit: vbi vero tepide repellebatur, eandem iterum infigere nitebatur. Ab illis vero, qui pilam suam fortiter repulerunt longius fugit, in quo facto Deus non tantum sibi, sed etiam nobis modum tentationis ostendit diabolicę: quia vbi vna eius tentatio recipitur, cito aliam immittit, sicut patet per historiam ebrij. E.1.3.

¶Vbi etiam tepide repellitur, eandem iterum imprimere nititur. Sicut patet per exemplum tentationis Euæ. Gen.3. Et eiusdem responsionis, qua dixit. Ne forte &c.

Exẽplũ. ¶Vbi insuper rigide repellitur, recedit: sic patet per exemplum Christi. Lucæ 4. Consumata omni tentatione diabolus recessit ab eo. Ex quibus omnibus ostenditur versus illius veram esse sententiam. Est leo si cedit, si stat vt musca recedit. Et illud Chrysostomi super Matthęũ. Imprimis, inquit, grauis, & intolerabilis est impetus diaboli, quem si quis forti animo sustinuerit, in secundo inueniet eum infirmiorem, quanto nanque plus percussus fuerit, magis refrigescit, & deficit. Huius ergo vecordem scientes conditionem hæc facite ad custodiã animarum vestrarũ, quod lupus facere dr̃ ad custodia corpori sui. Ipse nanque dicit sagittas ei ꝓiectas ore accipere, & frãgere. Sic vos sagittãt diaboli, de qbus in Psal. Sagitte potẽtis acutæ, præ accipite, & confessione frangite, & fit in confessione: sicut docetur. Deut.33. Doctrina tua à sancto viro, quem probasti in tentatione.

¶Secũdo oris remediũ, & adiutoriũ est, vt tam diabolo, q̃ mẽbris eius tentãtibus rigide rñdeatur. Exẽplo cuiusdam bonę mulieri, q̃ cuidã eã diu sollicite, & finaliter iuranti, ꝙ tm̃ ipsam diligeret, quod quicquid ab ipso peteret, ei daret: cui illa, possum cõfidere, ꝙ iuramentum tenebis? ita (inquit.) Cui illa. Rogo in veritate iuramenti pstiti, ꝙ nunquã de peccato me sollicites: qa nunquã tibi consentiã, & sic illa paupercula pcise respõdendo ipsum diuitẽ superauit, dona eius contemnendo: Sic vos: qa vbi dona lecatorũ vel quorũcunque tentatorũ recipitis, & pcise nõ respõdetis, faciliter ducent vos ad mala, de quibus vos solicitãt. Illis nanque finaliter dicetis, ꝙ negare nõ potestis: dicentes illud Iudic.11. Quare tãto tẽpore nihil sup hac repetitione tẽtasti? 28 Exẽplũ.

Tertiũ oris auxilium est fidelis oratio. Sicut nãque oĩa aĩalia natando capita eleuãt supra aquas. Et sicut debilis inuasus ad sociũ, vel dñm fortẽ currit, cuius auxilio cõtra fortẽ victor efficit. Et sicut obsessus mittit ad dñm ꝓ auxilio habẽdo. Et q̃ ad custodiã alicuius terræ sub aliquo dño ponitur: qñ periculũ timet, & de viribus ꝓprijs nõ plenę cõfidit ad dñm currit, vel terram in manu sua reddit, vel auxiliũ postulat. Sic nos in aquis tribulationũ, & tentationũ natãdo mẽtes eleuemus ad Deũ. Exemplo Psal.20. qui ait. Leuaui oculos meos in montem, & inuasi ad dominum & ad socium nostrũ, qui dicit. Cum ipso sum in tribulatione: curramus, quia cũ ignoremus qd agere debeamus, hoc solũ residui habemus, vt oculos nostros dirigamus ad te. 2.Paral.20. Et obsessi ad Deũ recurrere necesse habemus dicẽtes illud Psalm.18. Qm̃ in te eripiar à tentatione. Et sicut terram in manu sui domini tradit custodiendam, terram nostrã tradamus in manu Dei, de viribus nostris non præsumendo, sed humiliter conseruationẽ terrę nobis traditę ei subijciẽdo. 29

Exēplū. Exemplo cuiusdam religiosi, de quo fertur, ꝙ multum tentatus propriam imbecillitatem humiliter recognoscēdo, coram imagine crucifixi genuflectens dixit orando, & statum suum ostendendo. Domine quando aliquis subditus custodiens castrum, vel terrā domini de custodia per ipsum faciendo diffidit, petit auxiliū a domino suo: quod si ei denegauerit totum ei retrahit dicens, custodite, vt scitis: quod cū ad seipsum applicauit, cito sensit Dei adiutorium, de quo dicitur Eccl. 33.
30 Timenti Deum non occurrent mala: sed in tentatione Deus illum conseruabit, & liberabit à malis. Nec tamen in talibus tentationibus est orandum simpliciter, ꝙ Deus tentationes auferat, sed ꝙ tentatos à periculo conseruet. Exēplū. Exemplo abbatissæ Saræ, de qua fertur in vitispatrum, ꝙ non orauit Deum, ꝙ tentationem ab ea auferret, sed ꝙ fortitudinem ei conferret resistendi: sicut Paulo, cui tentato dixit. Sufficit tibi gratia mea. Et post quatuordecim annos apparuit ei dæmon dicens vicisti me Sara. Cui illa. Non ego te vici, sed Christus. Huius ergo exemplo secundùm Chrysosto. super Ioannem, Homel. 77. Cum à perniciosis aliquid patimur, ad principem nostrum respiciamus, non labores sed coronas excogitare debemus. Sicut negociator non pelagum solum, sed lucrum respicit, hoc scientes: quoniam non dereliquit sanctos suos: nisi forte ad tempus ad illorum humiliationem, maturitate, & vtilitatem. Si ergo ad tempus abiectus, vel derelictus videaris, semper in fine spem in illum habeas, qui dicit. Apocal. 3. seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est, &c.

¶De remedio vero tentationū, quod in sensibus corporis adhibendum est, habetur. S. 6. artic. 1.

31 ¶Quantum vero ad tertiam partē huius articuli in opere, & occupatione contra oēs tentationes adhibendū est remedium. Opere contra peccata cōmissionis, eleemosynas dando, quod fit contra tentationem de aliena re habenda, quia qui large pro Deo dat sua, non erit multum tentatus aliena acquirendi. Et occupatione contra omnes tentationes inueniet, tam contra peccata commissionis, & omissionis. Nota doctrinam ad hoc. M. 12. 11. Et exemplum in natura animalium, de quibus scribitur, ꝙ columbæ, vt se ab auibus custodiant rapacibus, super ripam libenter sedent fluminis, vt eius in aquam vmbram percipientes se custodiant. Sic nos sedendo super ripas sacrarum scripturarum, & occupationum sanctarum, in quibus diaboli deprehendentes vmbrosas malitias nos custodire debemus. Colūbę.

¶Sed vnum est sciendum, ꝙ aliqui vnam vmbram eius fugiunt, & ab illa se custodiūt in vna parte, dum ab vno se peccato custodiunt, quod dum ipse cōsiderat ad modum callidi expugnatoris, qui vnam partem corporis, vel ciuitatis videns munitam, aliam inuadit. Sic diabolus contra quem in omni parte non solum cogitando, vel loquendo, vel eleemosynas dando, vel se vtiliter occupando, sed etiam ex omni parte propugnacula sunt opponenda. Exēplo Pauli, qui dicit. Act. 20. Vos scitis quomodo fuerim seruiens domino cum omni humilitate, & mansuetudine, & lachrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt, &c.

¶Testimonium. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Testis triplex: superior videlicet Deus: interior conscientia, & exterior proximus, qui quandoque est verus, quandoque falsus: falsus quinque modis & ex quinque causis prohibetur ab hominibus, vel ex cupiditate, vel ex voluptate, vel ex ira, vel ex inuidia, vel postremò ex superbia. num. 2.*

3 *Bonorum testium conditiones quot, & quæ.*
- *Testimonij necessitas, in quo consistat. ibid.*
4 *Quæ cautela adhibenda sit in examinatione testium.*
5 *Pœna, & periculum eorum qui falsum testificantur, necnon eorum qui eos ad falsum testificandum inducunt. num. 6.*

TEstimoniorum seu testium. Primo ostenditur distinctio. Secundo conditio, & necessitas, & examinatio. Tertio tam falsorum testium, quàm etiã producentium pęna ostenditur, & periculum.

Ar. 1. ¶Quantum ad primum est sciendum, ꝙ testis est triplex, superior ipse videlicet Deus, de quo. Iob 16. Ecce in cęlo testis meus, & conscius meus in excelsis. Interior, ipsa videlicet cõscientia. 2. Corinth 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Exterior videlicet proximus, de quo. 1. Timot. 3. Oportet testimonium habere ab illis, qui foris sunt &c. De primis duobus tractat Decretum Gregorij papæ. 11. q. 3. inter verba: vbi ostendit ꝙ de verbis detrahentium, & testimonio malignantium minus curandum est, dummodo duorum aliorum quis testimonium habeat bonum: quia quid (inquit) detrahentes faciunt: nisi in puluerem sufflant, & in oculos proprios terram excitant, vt vnde plus puluerem detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant: vocandi tamen sunt etiam ipsi, & tranquille admonendi, eisque satisfieri modis omnibus debet, ne scandalizemus eos exemplo Christi. Matth. 17. De tertio vero teste habetur de consecra. distin. 1. Sed quia iste testis tertius quandoque est verus quãdoque falsus, quantum ad hoc duplex distinguitur testificatio, seu testimonium. Vnum falsum, quod perhibetur à falsis contra fideles ad ipsorum damnificationem. Secundum perhibetur à conscientia, & à Deo, & fidelibus testibus contra ipsos ad ipsorum æternam damnationem: ita quòd illi, qui falsum contra alios perhibent testimonium, verum habebunt testimonium contra ipsos. Et eo modo erit contra ipsos verum testimonium, quo ipsi contra alios falsum nunc perhibent. Sed ipsi nunc quandoque falsum testimonium perhibent ex cupiditate: Sicut illi, qui quocunque modo suis testimonijs, vel iuramentis faciunt aliquem dominum, vel subditum iura sua, vel rem ei debitam amittere. Tale fuit testimonium contra Naboth perhibitum, & procuratũ ab his, qui voluerunt ipsum facere amittere vineam suam, qui dixerunt. 3. Reg 21. Submittite duos viros filios Belial contra eum, & falsum testimonium dicant.

¶Quandoque vero falsum testimonium procurant, & perhibent ex voluptate: sicut illi, qui testificantur in causa matrimoniali testificantes pręcontractum, vel impedimentum, vel quod nullum est impedimentum, vbi non fuit præcontractus, vel præcognitio, vel si fuit ad minus ipsi falsum allegant, ꝙ viderunt, quod non viderũt, vel aliud tale, nec impedimentum vt aliqui habeant, quas habere non deberent, vel non habeant quas habere deberent. Isti in aliquo assimilantur testibus Susannæ, quia sicut causa testimonij illorũ fuit carnalis voluptas, quia voluerunt habuisse, quam nõ debuerunt habere. Ideo dixerũt. Dan. 13. Dicemus contra te testimonium quòd fuerit iuuenis tecum &c. Nota. I. 12. 17. Quandoque vero testimonium perhibent falsum, vel procurant ex ira: sicut litigantes, & maledicta, & impreperia objicientes. Et isti assimilantur testibus Sancti Stephani, de quibus dicitur Actuum 7. Exclamantes voce magna impetum fecerunt vnanimiter in eum, & testes deposuerunt, &c. 2

Quandoque vero falsum procuratur, & perhibetur testimonium ex inuidia. Sicut illi, qui ex odio, vel inuidia procurant aliquos indictari, vel in aliqua curia grauari, vel qui quoscũque apud superiores, vel pares, vel inferiores suis detractionibus, vel malitiosis accusationibus diffamant vel in rebus, vel in corpore suo grauant, vel grauari faciunt. Et isti assimilantur falsis testibus Christi, de quibus Marci 14. Multi testimonium dicebant contra eum, & non erant testimonia illorum conuenientia. Quandoque vero ex superbia falsum originatur testimonium: quantum ad illos videlicet, qui ex superbia iurãtes Deum falsum vellent facere testem, vel vanum, dum ab ipsis sic iurantibus in testimonium inuocatur. De tali testimonio dicitur. Ecclesi.28. Lingua testificans adducit mortem. Sicut ergo ipsi quinque modis, & ex quinque causis falsum procurant vel perhibent testimonium cõtra alios contra Dei præceptũ. Exo.20. Non loqueris cõtra proximum tuum falsum testimonium: ita ab illo de quo dicitur in Psal.88. Testis in cęlo fidelis, contra eos in iudicio particulari, & generali verum perhibet testimonium, nam scimus, quia verum est testimonium eius. Ioan.5. Quod erit eis metuendum propter quinque rationes: sicut ostensum est. V.8.18. De prędictis vero tribus testibus vide plura. V.8.15. cum sequentibus.

Ar.2. 3 ¶Istis vero falsis testibus sic à Deo damnatis vos fideles testimonium perhibebitis. Ioan.15. Quorum primo ostendentur conditiones. Secundo testificationis necessitas. Quantum ad primum conditiones bonorum testium in his versibus describuntur. Ætas, conditio, sexus, discretio, fama. Et fortuna, fides in testibus ista requires. Ætas quòd non sit minor annis 4.quęstio. 3. testes. Conditio, quòd non sit seruus, ibidem. Sexus quòd non sit mulier: quia non potest testificari in causis criminalibus, & testamentis secundùm Hostiensem, & Innocentium. Sed in causis ciuilibus, vbi agitur de commodo pecuniario. Discretio quòd non sit furiosus, vel ebrius extra. lib.2. titu.20. de testibus. Quod sint bonæ famę.2.q.1. in primis. 3.q.5. suspectos. Fortuna quòd non sit nimis pauper. 4.q.3. testes: quòd est contra testes Paulinos Londonijs. Fides, quòd non sit infidelis. 2. quæst.7. non potest. Item nec obscuri, vel ignoti admittuntur: vt in authenti. de testibus, lib.7. sanximus, quod etiam est contra prædictos testes paulinos & contra illos admittentes. Si dicunt quod sufficit, ꝙ sint notati partibus, illi non sunt noti partibus, nisi in falsitate. Sed dicunt quod tota falsitas est in promotoribus: sed vę talibus curiæ prefectis, qui ita notorios non corrigunt defectus. Si dicunt, ꝙ illos ignorant quomodo verum esse posset, quod ipsi ignorarent quem mundus scit? Testimonij vero necessitas in hoc consistit, quòd quando aliquis potest aliquem liberare ab iniusta morte, vel pęna quacunque, vel falsa infamia, vel ab aliquo damno, tunc loquatur, & veritatem ostendat, etiam si non requiratur secundùm sanctum Thomam, in Summa.q.70. artic. 1. quia in hoc casu tenetur facere, quod in se est: quia ei in hoc casu præcipitur in Psalm.81. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Et Prouerb.24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem. Exemplo Danielis, qui in tali casu liberauit Susannam. Danielis 13. Aliter periculum illorum patet: ad Roma. primo. Quoniam digni sunt morte non solum qui faciunt: sed qui consentiunt facientibus. Vbi dicit glo. consentire est tacere, cum possit arguere. Et secundùm Augustinum vterque reus est, & qui falsum dicit, & qui verum occultat: ille quia nocere cupit: iste, quia prodesse non vult. Nota. V.1.4.

¶Qui

¶Qui ergo spiritualiter viuit, in tali casu loquatur exemplo Christi, qui dicit Ioan. 18. In hoc natus sum, vt testimonium perhibeam veritati.
4 Exēplū. In examinatione adhibenda est cautela, quæ tamen sine peccato adhiberi potest. Exemplo cuiusdam regis, de quo fertur, ꝙ falsos testes tali conuicit cautela. Primum enim ad se vocans nihil aliud ab eo quæsiuit, nisi si sciret Pater noster, qui dixit, ꝙ sic. Cui ille. Ergo dicas Pater noster, quo dicto recessit, quo amoto alium fecit venire. Cui ait, dicas veritatem, aliter malæ erit tibi sciens pro certo, ꝙ socius tuus de omni, quod quæsiuimus ab eo, rei veritatem dixit: sicut Pater noster. Ille vero timens ne socius denudasset veritatē, totam illorum denudauit falsitatem. Et scimus quoniā verum est testimonium eius. Ioan. 21. De ista testimonij examinatione habetis extra lib. 2. tit 20. de testibus: venerabili. Cautelę vero in examinatione testium necessitas est propter illorum confęderationem, & conspirationem, inter ipsos nanque producentes, & ipsos testes de certa verborum forma est confęderatio:
Exēplū. Sicut inter illum, qui voluit simplicem de vacca sua decipere, ponendo totam vaccam, quod esset alba, cum non esset, ponendo totum super primum venientem, cum quo confęderatus fuerat, ꝙ diceret ipsam esse albam. Talis confęderatio fuerat inter pontifices, & testes contra Christum adductos: ideo conueniētia eorum testimonia non erant. Marci 14. quia tales erant ipsi pontifices, quales etiam
Exēplū. sunt adhuc, qui testes producunt. Tales testes produxerunt, & producunt ad modum canis, qui secundùm fabulas contra ouem testem adduxit lupum, & vulpem, quod ei panem mutuauerat, quorum testimonio, qui licet inter se non erant amici, nisi contra tertium: sicut Pilatus, & Herodes iudices, iudicio ouis pellem pro pane eis tradita, ipsam in frigore boriali nudam derelīquerunt, quę dicere poterat illud Psal. 26. Insurrexerunt in me testes iniqui. Et sicut est similitudo inter testes, & ipsorum productores: ita etiam inter purgandos, & compurgatores.

¶Est nanque de malis volentibus se purgare, sicut de lupis, qui secundùm fabulas purgauerunt se per vulpes, ꝙ nunquam ouibus nocuerunt. Et vulpes iterum per lupos se purgauerunt in curia leonis, ꝙ gallinis nunquam nocuerant. Tales sunt purgationes sacerdotum, & aliorum nunc in curia Christianitatis, quorum cuilibet veraciter dici potest, illud Ioan. 8. Testimonium tuum non est verum: quia multi falsum testimonium dixerunt. Marci 14. Exēplū.

¶Quorum primo ostenditur pœna & periculum. Secundo vero ostendetur periculum eorum, qui faciunt eos falsum testificari.

¶Quorum primo ostenditur pęna, & periculum. Secundo vero ostendetur periculum eorum, qui faciunt eos falsum testificari. Ar. 5.

¶Primorum vero periculum primo tactum est. A. 12. 60. 5

¶Secundo periculum illorum tactū est in historia ecclesiastica, lib. 6. cap. 9. de tribus perhibentibus falsum testimonium contra Narcisum episcopū Hierosolymitanum. Quorum primus dixit, nisi verū sit ꝙ dico rogo Deum, ꝙ sim furiosus, vel regio morbo corrumpar, quod & cito post factum est. Secundus ait, nisi verum sit quod dico rogo Deum ꝙ ignis me comburat, qui nocte sequenti cum tota domo sua combustus fuit. Tertius dixit, nisi verum sit, quod dico, rogo Deum quòd cęcus efficiar. Qui uidens prædictas vindictas precatas contra alios contingere timens tantum flendo doluit, ꝙ cęcus effectus fuit. Sic testis mendax peribit, &c. Prouerb. 21. Et testis falsus non erit impunitus. Prouerb. 19. Nec mirum, quia Prouerb. 6. inter sex, quæ Deus specialiter odit, falsus testis computatur. Exēplū.

6 ¶Contra vero fabricatos falsum testificari procedi potest sicut processum est contra facientes falsum iurare. I 12. arti.7. Vbi tactum est de his qui custodiam habent ferarum bestiarum, & de his, qui illas ab eis accipiunt, qui illorum non habent dominium, sed custodiam. Sed dicunt quod feræ bestiæ nullius sunt dominij, sed conceduntur capientibus. Et ad hoc adducunt leges Instituta. li.2.tit. de rerum diuisione, feræ igitur: & §. quædam enim cum se.§. Et in digesto nouo. lib.3.tit. primo de acquirēdo rerum dominio. l.adeo. Ad optimum videtur esse veritas, & legum intentio: dum enim prędictæ leges editę fuerant, loca, vbi feræ bestiæ morabantur, erant desertæ & ideo volēti venari communia, sicut est adhuc in aliquibus montibus, & vallis. Sed postquam loca illa per vsum, vel præscriptionem, vel statutum sunt à certis dominis possessa, appropriata, & occupata, & certi custodes pro arboribus, & animalibus deputati, & iurati, capientes illa furtum videntur committere per leges. Instituta de rerum diuisione.§.apium. Et in digesto veteri. lib.8 tit. de seruitutibus rusticanorū prædiorū l.diuus. Ex quibus colligitur, quod vbi aues ad certum locum reuolant, sicut columbæ, & animalia, sicut apes, vel bestiæ in certo loco pascuntur, sicut feræ bestiæ in prato, vel foresta, vel parco furtum committunt illa auferentes. Et custodes iurati hæc dantes, vel non defendentes periurium, & procurantes, vel recipientes, vel petentes sunt causa periurij, & inde comedente, sunt furti participes, &c.

¶Timor. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Timor alius seruilis, alius mundanus, alius naturalis, alius filialis, sanctus, & castus.*

2 *Quàm congruum sit, quòd Deus timorem suum in animus immittat fidelium, qui omnes sordes expellat peccatorum.*

3 *Timor domini vtilis peccantibus, pœnitentibus pugnantibus, gratia sustinentibus, & profectis. num.4.*

5 *Timor domini necessarius propter multas causas, & exempla, quibus ad Deum timendum instruimur. nu 6.7.*

Timorum. Primo ostenditur distinctio. Secundo timoris congruitas. Tertio vtilitas. Quarto necessitas.

¶Quantum ad primum timor quidem seruilis est, quando quis timore pęnæ facit, quod facit, sicut patet ex verbis beati Gregorij. a 3.q.4. hæc autem. Et iste multos à bono retrahit: sicut ostensum est.I.9.5. Arti.1. 1

¶Hic nanque vocatur initialis, quia sicut seta introducit filium: ita ipse introducit, & initiat charitatem, de pę. dist.2.§. hęc ante finem. Et sicut virga introducit scientiam in puero, & libri amorem, ita timor seruilis, cum quo nullus zelum intrare potest, quia est quasi indumentum saccinum Mardochei, cum quo nullus aulam regis cęlestis intrare potest, præparat tamen viam, & initiat introitum: quia initiū sapientiæ timor domini. Ecclesiast.1.

¶Item est timor mundanus, & humanus, de quibus, & quomodo multos ab his, quæ Dei sunt, retrahunt ostensum est. I.13.26. Cum tamen nullius rei timor nos ab his, quæ Dei sunt, retrahere deberet: quia nec timor infamiæ.6.q.1. sunt plurimi. Nec cuiuscunque mundi fortunæ. Vnde Seneca epist.3. Nō sis miser ante tempus, cum illa, quę velut venientia expauisti, fortasse nunquam ventura sint, Certe non venerunt quædam cum timore expectata, ergo nos torquent magis, quàm deberent, vel cum omnino non deberent. Aut ergo agemus dolorem, aut fingimus, aut preoccupemus.

-niut. Si enim futurum est, quid iuuat dolori suo occurrere? satis cito dolebit, cum venerit, interim tibi meliora promitte. Aliquando gladius ab ipsa ceruice reuocatus est, & ars carnifici suo superstes fuit.

¶Idem in eadē epistola. Plura sunt, quæ nos terrent, quam premunt, & sępius opinione, quàm re laboramus.

¶Ad idem beatus Grego. 10. Moral. Quisquis in solo æternitatis desiderio figitur, nec prosperitate extollitur, nec aduersitate quassatur, quia dum nihil est in hoc mundo, quod appetat, nil est, quod de mundo pertimescat. Si omnino istis timoribus trepidātes ab his, quæ Dei sunt, se retrahunt, sunt quasi equus vmbratilis, qui vmbram fugiens, quæ non lædit, in foueam cadit. Sic quilibet istorum fugiat arma ferrea, & incidet in arcum. Iob 20. Quia trepidauerunt timore, vbi non fuit timor. De isto timore, quo quis peccat timore propriæ pellis, vel timore temporalium, nota distin. 47. sicut 11. q. 3. quisquis, & c. nolite.

¶Itē est timor naturalis, quo Christus timuit, & alij perfecti viri. 7. q. 1. cap. vlti. Item est timor filialis sanctus, & castus, & hic est perfectior. 13. q. 6. cap. iam vero in fine. id est, quo quis amore peccare timuit, ne offendat, vbi alij timent peccare, ne puniātur. Et est exemplum de vxore, quæ timet maritum, quem diligit, ne offendat. Et alia quæ timet, ne offendens dephendatur, & puniatur: versus. Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderūt peccare mali formidine pęnæ. Cū primis timere Deū & dare honorē illi. Apo. 14.

Arti. 2. ¶Quia istius timoris magna est cōgruitas ex parte Dei ipsum largientis, quia sicut congruum est, ꝙ dominus potens ministrum discretū pręmittat, qui hospitium suum, quo venturus est, præparet, omnes immunditias expellendo: ita congruū est, ꝙ Deus timorē suum in animas immittat fideliū, qui oēs sordes expellat peccatorum. Iuxta illud Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum. Iterum, sicut domino hospitato congruum est, quod dum in aula est, ianitorem habeat in porta. Et dum in camera est, camerariū habeat cameræ suæ custodem: ita congruum est, quod Deo hospitato in cordibus fidelium, illum habeat istius aulę, & cameræ custodem, de quo Eccl. 1. Timor domini custodiet cor.

¶Sed hoc est aduertendum, quod ianitorum quidam sunt viui, quidam mortui, id est, in pariete picti: primus custodit, secundus non. Sic timor filialis custodit cor à peccato, & à latronibus inferni. Timor vero seruilis est quasi ianitor iuxta portam depictus cum baculo in manibus quasi formido minādo, quasi inimicos arcere vellet, & expellere, sed neutrum facit. Sic timor seruilis non pręseruat cor à peccato, nec peccatum expellit, quia ille timor non est in charitate. 1. Ioan. 4. Ergo secum compatitur peccatum, & per consequēs non excludit: quia voluntas peccandi intus latet. Et sic licet excludat actū peccati, non tamen peccatum, sicut patet de fure, qui tantum furari dimittit propter timorē carceris, vel furcarum, & sic de alijs. Sed timor domini sanctus: in Psal. 18. sanctitate cordis, oris, operis: vt de illo verificetur illud. Esaię 6. Et Apocal. 4. Sanctus, Sanctus, Sanctus.

¶Est etiam timor vtilis ex parte recipientium in omni statu. Nam primo est vtilis peccantibus, quos vrget ad statum pęnitentię, sicut timor insequentium vrget latronem ad proiectionem latrocinij. Sic timor domini expellit peccatum, nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Eccl. 1. Secundo pęnitentibus, quia sicut seruus ex timore domini humiliter veniam petendo culpam recognoscit, & emendam promittit, ex quibus visis dominus illius miseretur. Sic Eccl. 2. qui timent dominum inquirent, quę beneplacita sunt ei, humiliter confitendo, & satisfaciendo, quibus ideo quomodo miseretur pater filiorum, Artic. 3.

misertus est dominus timentibus se: in Psal.102. Tertio pugnantibus: quia sicut timor amissionis hereditatis facit pugnantes pro illa magnam habere in pugnando solicitudinem. Sic qui timet Deum nihil negligit. Ecclesiast.7. Nec in perseuerando deficit, quia Prouerb.14. In timore domini fiducia fortitudinis. Quarto grauia sustinentibus: nam sicut infirmus ex timore, quem habet ne anima separetur à corpore, libenter bibit potiones amaras, & sustinet dietam: Sic qui timent separationem animæ à Deo patienter sustinent tribulationes, paupertates, & huiusmodi pro Deo. Ecclesiast.2. Qui timet Deum custodit mandata, propter timorem illius, qui dicit: nisi pęnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Ecclesiast.34. Qui timet
4 dominum nihil trepidabit. Quinto perfectis, quia timor in eis est sicut radix in arbore, vel fundamentum in domo, sine quibus non sunt stabiles,
Exēplū. nec isti sine timore. Sicut patet primo per hoc, ꝙ fertur in vitispatrum de quodam, cui post longam pęnitētiam in vita heremitica timore aliqualiter disposito, & in præsumptione elato diabolus apparuit in forma mulieris errantis per desertium petens hospitium, qui infra portam receptus dixit se mori frigore: ad ignem vero ductus intantum heremitam decepit, ꝙ ipsum curiosius aspiciendo amplexatus fuit, & osculatus, qui statim euanuit, & cum multis alijs in aere eum deridendo cātabat dicens. Ecce quomodo victus est monachus, qui per se perfectum esse putabat, & tanta ipsum tentatio sequebatur, ꝙ ad mundum redijt multa mala postmodum perpetrando. Ex quo planum, & verum esse ostenditur illud Eccl.27. Si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Sicut patet secūdo de Loth in monte, de Angelis in cęlo, & primis parentibus in paradiso, & Iuda inter Apostolos. De quibus dicit beatus Gregorius, & Bernardus. Sic beatus Gregorius in quadam Homel. & habetur in decretis dist.40. q̄libet. Loth in ipsa peruersa ciuitate iustus fuit, in monte peccauit. Et quid cęlo securius, vel paradiso iucundius: & tamen Angelus de cęlo, & homo de paradiso peccando cecidit. Bernardus vero in quodam sermone addit: dicens. Et Iudas de schola cecidit saluatoris, quis ergo tutus erit? ergo beatus homo, qui semper est pauidus: quia si sicut timor domini semper habitus facit seruum sine offensa seruire, ex qua seruitute tantum pręmia ab ipso domino consequetur. Sic timor domini gloria, & glorificatio, & lætitia, & corona exultationis. Timenti Deum benè erit in extremis. Eccl.1.

¶Qui verò propter vtilitatē Deum timere negligunt, saltem propter necessitatem, & periculum, quod aliter eis cōtinget, ipsum timeat plus quàm quęcunq; dn̄m terrenū: ꝑpter multas causas, & exēpla, in quibus ad hoc faciendū informamur. Quorū primum elicitur de lib. Barlaā, & habet. H.1.22. Ar.4. 5 Exēplū.

¶Secundum elicitur ex quibusdam fabulis, in quibus continetur de duobus venatoribus, quorū vnus vocabat Poliphemus, & hic vnum solū oculū habuisse fingitur. Alius vero vocabatur Argus, qui mille habuisse oculos describitur. Ceruus ergo eos fugiēs venit ad bubulcum rogans, vt ipsum à venatoribus absconderet, & mercedem ei daret, qui ait à Poliphemo te custodire potero, ne confundaris, sed ab Argo nequaquam. Abscondens ergo eum sub paleis Poliphemum euasit; sed Argus ipsum inuenit, & occidit. Sic in proposito de peccatore, qui quādoque à duobus venatur, à iudicibus sęcularibus, seu ecclesiasticis, & à Deo. Inferiores vero iudices, qui sunt quasi Poliphemus, vel quia pauca vident respectu Dei, tm̄ videlicet exteriora, & illa etiā nō ad plenū: vel qa oculū dextrū ad ea, q̄ Dei sunt, nō habent: sed tm̄ sinistrum ad cōmoda temporalia sub paleis falsorū iuramentorū, & purgationum, Exēplū. Argus.

tionum, vel munerum, & mendaciorum subterfugere quandoque poterunt. Sed Argumen.id est, Deum, qui contemplatur bonos, & malos, & intuetur. Cor.1. Regum 16. Et nouit abscõdita cordium, nullo modo subterfugere poterũt. Ideo ipsum maximè timere deberent. Et hoc est quod
6 ipsemet docet. Lucæ 12. Ostendam
Exẽplũ. autem uobis, quem timeatis: timete eum, qui postquàm occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Sic etiam fingitur murem docuisse filium, quòd plus timeret cattum sine strepitu tempus expectantem, quàm gallum cum toto strepitu suo: quia iste in fine plus nocere posset, quàm gallus: Sic in proposito: quia quantumcunque domini, vel iudices, vel quicunque magnum strepitum, & multas minas loquantur, & plagas inferant, uel mortem corporis procurent: tamen Deus plus timendus est, qui patienter tempus expectat, in quo plus damnificare potest. Ideo dico vobis, hunc timete. Lucæ 12. ne priuet uos superioribus, id est, gaudijs cœlestibus, ne affligat uos exterioribus, scilicet tempestatibus, & tribulationibus, ne ponat vos in inferioribus, id est, in inferno: propter hæc tu Deum time. Ecclesiasti 5. Contrarium verò facientes reprehendit Deus Esaiæ 51. Quis, inquit, tu: ut timeas ab homine mortali? à filio hominis, qui quasi fenum arescet, & oblitus es domini factoris tui, qui tetendit cœlos, &c. Tertium exemplum elicitur ex doctrina ducis Lacedęmoniorum, de quo scribit fronto libro quatto, ꝙ
Exẽplũ. prædictus dux Clearcus nomine dicebat, exercitui: plus timere debemus Imperatorem, quàm hostem, pronũcians, quòd illi, qui timerent mortem dubiam, & propter hoc fugerent, certum inuenirent supplicium ab Imperatore: Sic enim animauit illos de exercitu, quòd non fugerent de bello, quòd Imperator habuit contra inimicos suos. Sic eadem de causa docendi sunt Christiani, quod propter nullius mali hominis timorem, nec propter quamcunque aduersitatem deficiant in bello summi Imperatoris scilicet Dei contra uitia, & vitiosos, sed plus ipsum timeant, quàm illos: quia illorum manus aliquando hic, & semper in futuro effugere poterunt: Dei autem manus nec viui nec defuncti effugere poterunt. Ideo Susanna sapienter elegit. Dan. 13. dicens. Melius est mihi incidere in manus hominum, quàm derelinquere legem Dei mei. Et matrem septẽ fratrum, quæ filium iuniorem omnibus alijs occisis hortabatur dicens. 2. Machab. 7. Non timeas carnificem istum, sed dignus fratribus tuis effectus suscipe mortem sciens quòd, qui timet hominem, cito corruet. Prouerb. 29. Et qui timet præceptum in pace uersabitur. Prouerb. 13. Quartum documentum elicitur ex uerbis. Iob 31. ubi recitatis multis bonis operibus suis, quàm uidelicet pauperibus nunquàm negauit, quod uolebant, & multis alijs postquàm etiam dixit. Cor meum non reprehendit me in tota uita mea. Iob 27. dixit. Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. Iob 31. Et ex uerbis eiusdem, quibus dicit. Iob 41. quod angeli timebunt. Si ergo isti ṗdicti amici Dei, quorum aliqui ipsum nunquàm offenderunt, sicut angeli. Aliqui nunꝗ multum: sicut Iob, tantum Deum timuerunt, quantomagis impius, & peccator. Amici nanq; timentes ostẽdunt quantum inimici timere deberent.

¶Et reuera omnes multum timere 7
deberent: quia si omnes nos essemus in carcere, & essemus certi, ꝙ pauci de nobis euaderent, oẽs timeremus. Sed ita certi sumus: sicut ipsemet Deus nos certificari potuit, q̃d minor pars nostrum saluabitur. Sicut patet per hoc q̃d dicit. Multi sunt vocati, pauci uerò electi. Matth. 20. Et quod via, q̃ ducit

ad

ad vitam, est arctat, & pauci ambulāt per ea. Et quòd via, quæ ducit ad perditionem, est lata, & multi ambulant per illam. Immo si essemus certi, quòd quinque de nobis damnarentur, omnibus nobis magna causa daretur timendi. Et si ubi sunt mille congregati timeretur similiter, si centum ex eis saluarentur, omnes occasionem haberent timendi. Sed sic est in proposito: ergo omnes Deum timere. 1. Petri 2. quia ubi sumus plures congregati secundùm fidem ecclesiæ timere non debemus, quin plures nostrum damnabuntur per dicta Dei præallegata. Contra illos uerò, qui cauteriatis cōscientijs ad hoc respondere nituntur, patet per responsiones, quæ illorum ostendunt falsitatem. D. 1. arti. 5. Omnes ergo timere, quia non est dubium, quin pro omni peccato mortali, multi damnabuntur: sicut pro superbia, ira, luxuria, & huiusmodi. Si ergo aliqui uestrum tale peccatum in uobis sentitis, quam excusationem prætendere scitis, uel exceptionem, quod nō sitis damnandi pro talibus peccatis, pro quibus peccatis decies cētena milia sunt in inferno dānati? Et ad hoc signetis quodcunque peccatum mortale, quo quicunque vestrum est irretitus, nisi quòd Deus misericors est. Quæ cogitatio, uel quod dictum quātum ad tales reprobatum est. M. 9. 55. Hoc omnes cogitent, ut timorem habeant Deut. 19. Ex quibus omnibus patet, quòd Deus amore, & timore nititur nos à malo cōpescere. Ad modum cuiusdam sacerdotis, de quo fertur, quòd uolentibus ecclesiam suam spoliare occurrit in vna manu imaginem crucifixi, in alia uerò baculum portans, rogans eos quòd uel amore crucifixi, uel timore baculi recederēt. Cum vero oēs amore crucifixi recederēt, vt dixerūt, vno excepto, qui tm̄ illa uice pro amore Christi facere noluit, illum timore exire compellebat. Sic Deus aliquos amore à malo retrahit, & ad se trahit: aliquos hic timore

Exēplū.

initiare, & amore consummare fecit illos uidelicet, apud quos initium sapientiæ timor domini: in Psal 110. De cuius fine cito sequitur. Laudatio eius manet in sęculum sęculi, &c.

¶Trinitas. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Trinitatis distinctio duplex: vna generalis; personalis altera.*

2 *Personalis distinctio trinitatis ostenditur per exemplum huius solarij, in quo triplex videtur distinctio vna in corpore solari, altera in medio, tertia in obiecto determinato, ad quod respicitur.*

3 *Eadem essentiæ vnitas, & personarum distinctio ostenditur per exemplum trium luminarium in vna domo.*

4 *Eadē ostēditur per exemplum de fonte, riuulo, & stagno, in quibus singulis unum sit aqua: vnica tamen est in fonte aqua non ab alia, in riuulo ab illa, quæ est in fonte, in stagno vna est ab vtraque.*

Eadem ostenditur per exemplum ignis, in est calor, lux & motus inter se differētes, qui tamē sunt coæterni. ibidē.

5 *Eadem ostenditur per exemplum virgulti in aqua nati, quod mox atque existere incipit, gignit imaginem suā in aqua.*

6 *Necesse est credere quòd ab æterno fuit vnus Deus, & tres personæ. numero 7. 8. 9. 10.*

11 *Necesse est credere quòd quilibet triū personarum sit Deus: non tamen plures Dij.*

12 *In moribus sanctam Trinitatem imitari debemus per triplicem sanctitatem tam in imagine ipsius scilicet in memoria intelligentia, & voluntate, quam in attribuit singulis personis, hoc est in potentia, quæ attribuitur patri, in sapientia, quæ attribuitur filio, & in amore, qui appropriatur spiritui sancto.*

13 *Quòm sit congruum quòd, sicut sumus Deo similes in conditione naturæ, & in similitudine proprietatum personalium, simus etiam in gratuitis, & virtuosis operibus, & in attributis personalibus.*

14 *Vt autem Deo conformemur requiruntur aliqua interius, & aliqua exterius: interius in anima requiritur simplicitas, puritas, & mollities per compassionem, pietatem, & charitatē: exterius in opere requiritur sapientia bonitatis, & huiusmodi communicatio.*

15 *Quanta sit vtilitas prædictæ similitudinis ostenditur.*

16 *Similitudinem vnitatis Dei in nobis destruit omne peccatum.*

17 *Similitudinem Trinitatis quatuor hominum genere destruunt. num. 18.*

Rinitatis. Primò ostendetur distinctio. Secundò vnius Dei, & trium ꝑsonarū ostendet̃ necessitas. Tertiò quomodo debemus moribus sanctam imitari, trinitatem.

Artic. 1. 1 ¶Quantum ad primum, de trinitate duplex datur distinctio: vna generalis: alia personalis. De generali dicit Bernardus in sermone de trinitate. Est, inquit, trinitas, à qua homo cecidit, scilicet pater, & filius, & spiritussanctus: Et est trinitas, quæ cecidit, scilicet memoria intellectus, & voluntas. Et est trinitas, in quam ista cecidit, scilicet impotentia, ignorantia, & concupiscentia. Nam memoria cecidit in labilitatem: quia labilis est memoria hominum, quæ fuisset stabilis si homo non peccasset. Intelligentia cecidit in ignorantiam veri, & falsi, boni, & mali, faciendi, & non faciendi, commodi, & incommodi. Voluntas cecidit in concupiscentiam carnis, oculorum, & superbiam vitæ. Et est trinitas, per quam trinitas cadens iterum resurgit ad trinitatem, de qua cecidit scilicet fides, spes, charitas. Fides præceptorum, articulorum, & sacramentorum: Spes veniæ gratiæ, & gloriæ. Charitas cordis, oris, operis. Isti sunt tres, qui testimonium dant in terra. 1. Ioan. 5.

¶Quantum ad differentiam personalem, & specialem in diuinis, quæ est differentia originis ab æterno. 1
Credimus, quòd in illa sacratissima trinitate est vna persona patris, quæ est à seipsa tantum, & non ab alio quocunque, quod non est persona filij, quæ est ab alia, & non est persona spiritussancti, quæ est à duabus. Quæ quidem personarum distinctio pluribus ostenditur exemplis. Primò namque per exemplum ostenditur lucis solaris, in qua triplicem uidemus distinctionem, vnam in corpore, seu fonte solari, aliam in medio, tertiam in obiecto determinato, ad quod respicimus. 2

¶Prima est à se, & non ab alia luce creata. Secunda est à prima. Et tertia est ab vtraque. Et tamen omnes simul tempore sunt. Secundò idem per exemplum ostenditur sciētiæ, circa quam, & in qua tres homines sic conuenire possunt, quod vnus scientiam inuenit, & illam tantum habet à se: Aliter verò ab illo doctus illam scribit, & sic illam ab alio habet. Tertius illam legit, & intelligit, & sic habet eam tam à primo, quam à secundo: & tamen in omnibus tribus vna est scientia. Sic in diuinis personis pater habet essentiam, seu naturam à se, filius à patre, spiritussanctus à patre, & filio: & tamen vna est essentia, vna natura in omnibus tribus: quia hi tres vnum sunt. 1. Ioan. 5. Tertiò hæc essentiæ vnitas, 3
& personarum distinctio per exemplum ostenditur trium luminarium in vna domo, in quibus videmus vnitatem luminis, & trinitatem luminarium, siue cādelarū inter se distincta.

Quod

Quod enim lux illorum trium sit vnica, planum videtur. Primò quia aer seu medium, in quo sunt, est vnum. Cum ergo vnitas accidentis eiusdem speciei sit ab vnitate subiecti, patet quod lux in vno aere est vna: quia licet in vno subiecto, & in vna parte subiecti possint esse plura accidentia diuersi generis, uel speciei: ut quantitas, & qualitas, & huiusmodi: non tamen eiusdem speciei: quia in vna parte subiecti non possunt esse duæ albedines: quia non potest dici, quòd differant numero, cum accidentia non differant: nisi ad differentiam numeralem subiecti, nec specie nec genere: ergo nõ differunt. Eadem ratio procedit de illa luce in medio: sicut patet ituenti. Si quis dicere uelit, quòd lux vnius luminaris occupat vnam partem aeris, & lux alterius aliam, & quod sint diuersæ luces, & distinctæ sicut diuersa luminaria hoc non uidetur bene dictum: quia non est signare punctum, in quo sit aliquid luminis vnius, in quo non sit aliquid luminis alterius. Quod ex hoc apparet: quia vno luminari, uel duobus subtractis non remanet aliquid de illo medio tenebrosum. Ergo lux tertij luminaris remanentis prius totum remedium illud occupabat, uel per subtractionem aliorum facta est maioris uirtutis ad distantius se multiplicandum, quod est inconueniens, & contra philosophum: quia agens naturale statim agit quantum potest agere.

4 ¶ Quartum exemplum ad idem est Anselmi in epistola de incarnatione uerbi. cap. 9. de fonte uidelicet, riuulo, & stagno, ubi cum aqua in his singulis sit: vnica est tamen in fonte aqua non ab alia, in riuulo ab illa, quæ est in fonte: Illa uerò, quæ est in stagno, est ab utraque, & non procedit vltra aquæ deriuatio. Quintò hæc essentiæ vnitas, & personarum trinitas, & coæternitas, & inseparabilitas per exemplum ostenditur ignis, in quo v demus in vno igne calorem, lucem, & motum inter se differentes: sunt tamen omnes coęterni: quia licet calor ab igne gignetur: est tamen igni coęternus, qui si ignis fuisset ab ęterno calor fuisset ab æterno, & lux, & motus, quorum neutrum ab alio diuidi potest: quia tanta est istorum inseparabilitas, q neutrum sine alio esse potest: ita de vna essentia, & tribus personis in diuinis. Vnde Augustinus de uerbis domini. Diuide si potes ò Ariane ignem, ne ista tria in eo inueniatur, & tunc demum diuide trinitatem.

¶ Sextum est exemplũ ad hoc Augustini de uerbis dñi sermone. 39. 5
Si, inquit, virgultum nascatur super aquam, mox, ut incipit existere, gignit imaginem suam in aqua. Et si virgultum illud fuisset ab ęterno, imaginem illam ab ęterno genuisset. Sic ergo est ab ęterno imago patris Dei filius, de quo Micheæ 5. Egressus est ab initio à diebus ęternitatis. Et de quo Ioan. 1. In principio erat uerbum. Prædictam uerò diuinitatis vnitatem, & personarum trinitatem pulchre ostendit Apostolus ad Roma. 11. dicens. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Diuina nanque vnitas nobis insinuatur per pronominis identitatem: sed trinitas per præpositionis uarietatem, quæ ter pronuntiatur. Sed in qualibet pronuntiatione uariatur. Personam uerò patris denotat cum dicit (ex ipso) quia ex nunquàm importat circunstantiam causæ efficientis, & hæc dictio patri congruit. Personam verò filij ostendit, cum dicit (per ipsum) quia ipse est patris sapientia, per quem fecit & sęcula. ad Heb. 1. Personam uerò spiritussancti notat cum dicit (in ipso) quia ipse est cui specialiter appropriatur bonitas, in quo sunt omnia bona inquantum bonitatem ipsius participant, & extra quem, nulla sunt bona: quia ipse creauit illam, id est, bonitatem in Spiritusancto. Ec

clesiastici

eleſiaſtici 1. Et ſic patet vnitas, & diſtinctio illorum trium. De quibus. 1. Io. 5. Tres ſunt, qui teſtimoniũ dant in cœlo, pater, uerbũ, & ſpiritusſanctus.

Artic. 2. 6 ¶ Huius autem poſitionis neceſſitas multis oſtendi poterit euidentijs. Circa cuius neceſſitatis declarationẽ primo oſtendetur, quòd neceſſarium eſt credere, quòd ab ęterno fuit vnus Deus, & tres perſonæ. Secundò, quòd neceſſarium eſt credere, quòd quælibet trium perſonarum ſit Deus: non tamen plures dij. Circa primum tria ſunt dicenda. Primò oſtendetur, quod Deus fuerit ab ęterno ſine principio. Secundò quod nõ potuerunt eſſe plures dij ab æterno. Tertiò quòd neceſſario in illo Deo ab æterno fuit trinitas, & coęternitas, & ęqualitas perſonarum. Primum patet: quia ſi aliquãdo non fuit, & poſtmodum fuit, ab aliquo eductus eſt de non eſſe ad eſſe: non autem à ſeipſo: quia quod nõ eſt, non poteſt aliquid agere. Si autem ab aliquo, illud eſt prius eo. Ponere ergo, quod Deus non fuerit ab æterno eſt ponere aliquam cauſam efficientẽ Deum, & ſic Deus non eſſet prima rerum cauſa, quod eſt tam contra philoſophos, quàm cõtra theologos. Ergo ponere oportet, quòd ſit ab ęterno à ſe ſine principio: quia omne, quod de nouo fit, ab aliquo innouatore oportet, quòd ſumat originem uſque ad primam cauſam, quæ ab alio cauſari non poteſt. Secundum etiam, quòd non potuerunt eſſe plures dij, patet ex ratione communis conceptus Dei. Nam omnes gentes tam philoſophi, quàm alij ſemper conceperunt Deum eſſe, quo maior excogitari non poſſet, qui etiam non haberet parem. Quibus ſuppoſitis, ſi ponerentur plures dij fuiſſe ab æterno natura diſtincti, aut eſſent pares, aut impares: ſi pares tũc neuter eſt Deus, quia Deus non habet parem cum ſit maximus: aut vnus eſſet maior, & tunc minor non eſſet Deus, cum Deus ſit maximus: nec iſta inſtantia ualet in perſonis diuinis: quia illi nõ ſunt plures dij, ſed vnus Deus.

¶ Tertium uidelicet, quòd neceſſariũ eſt ĩtelligere, & credere, ꝙ in illo vno Deo fuit ab ęterno trinitas perſonarũ, patet ex iã ꝓbatis. Nã probatũ eſt, ꝙ Deus fuit ab ęterno. Ergo oportet, ꝙ fuerit ab æterno: vt natura uiua, & intellectualis: oĩs autẽ talis natura habet memoriã, intelligẽtiã, & uolũtatẽ. Nã ſi homo fuiſſet ab ęterno habuiſſet iſta tria: nã & ex tẽpore, quo creat⁹ fuit, habuit iſta tria creata: ergo Deus ab æterno habuit excellentius iſta tria increata. Iſta autem tria increata, & in Deo excellentiori modo inuenta uocamus tres perſonas diuinas nec Deus ſine illis eſſe potuit: ergo neceſſarium eſt intelligere eſſe in Deo trinitatem perſonarum, & vnitatem eſſentiæ quo in anima eſt vnitas naturæ, & trinitas potentiarum: hoc excepto, quòd perſonæ ibi pro tãto excellentiori modo ſunt: qa quicquid eſt in Deo ſubſtãtia eſt. In aĩa uerò potentiæ ſecundùm aliquos ſunt accidentia. Si uerò ſint aĩæ ſubſtantiales, exẽplũ eſt magis ad ꝓpoſitũ. In hoc uerò exemplo qđ Aug. tractat de trinitate. li. 9. c. 5. & 9. & 14. Item li. 10. tribus ultimis capitulis. Et li. 14. ar. 9. uſq; ad 15. eſt ſimilitudo pro tãto: quia ſicut in aĩa eſt vna natura, & tres potẽtiæ, nec aliter eſſe uel intelligi põt: ita in Deo eſt vnus Deus, & tres pſonę coęternę: ſicut tres potẽtiæ ſunt coęternę ipſi aĩę. Et eſt alia ſimilitudo ꝓ tãto: qa ſicut de memoria gignitur intelligẽtia, & de utroq; uoluntas: ita ibi de patre gignitur filius, & de vtroque procedit ſpiritusſanctus. Nec hoc arguit, ꝙ vna perſona pręcedat aliam tempore, ſed tantum origine. Quia ſi Sol fuiſſet ab ęterno non præceſſiſſet radium ſuum tempore, ſed origine.

¶ Queratur ergo ab infidelibus, qui 8 nos derident eo ꝙ dicimus, & adoramus in vno Deo tres perſonas, patrẽ, & filiũ, & ſpiritũſanctũ: quare nõ derident ſeipſos, qui ponunt in hoĩe, & poſuiſ-

posuissent si fuissent ab æterno tres prædictas potentias in vna essentia animæ. Iterum quare non derident seipsos dicētes, quòd vnus homo potest esse pater, & filius, & habere spiritum bonum, uel malum, Sicut ostensum est de Christiano disputāte cum Iudæo. F.4.35. Si enim hæc concedant in homine, siue in anima rationali perfectionis esse, si ista remouere velint à Deo, necesse est eos concedere Deum minoris esse perfectionis, quàm sit aīa rationalis ab ipso creata, quibus melius esset intelligere, & cōcedere ex similitudine figurati, & formati similitudinem informantem: vt sicut videns similitudinem, & figuram in cera concedit talem figuram esse in sigillo, per quod figura illa formatur: ita uidentes istam trinitatem, & vnitatem in anima nostra esse à Deo formatam concedant consimilem esse vnitatem, & trinitatem in illo, qui est figura substantiæ eius: ad
9 Heb.1. Sed concedant: nam necesse est, quod concedant: nam & ratio naturalis eos necessitat ad concedendū, quòd in Deo est memoria, intelligentia, & uoluntas: nec tamen concedent ibi tres esse personas quibus infertur, quòd concedunt in re nobiscum, & negant in uoce: quia concedentes illa tria esse in Deo fatentur aliquam in Deo esse trinitatem, in quo nobiscum conueniunt: ergo tantum in uoce à nobis discordant in hoc, quòd nos isti trinitati nomina imposuimus personarum, quæ nomina eis non placent. Nos uerò nomina eis imposuimus talia, vt secūdùm August. haberemus quid respondere quærentibus, quid uel qui essent tria, uel tres in Deo. Vt verbi gratia. Si fuisset quæsitū à Christiano, quæ est illa trinitas in Deo? nō possemus bene & congrue dixisse, ꝙ fuisset trinitas potentiarum: quia tunc non intellexissent Deum in hoc differre ab anima, in qua sunt tres potētiæ. Videntes ergo Christiani, quòd quicquid perfectionis est in creatura eminentiori & perfectiori modo reperitur in creatore, nomina maioris excellentiæ attribuere uoluerunt illi trinitati increatæ. Nec magis congrua inuenire potuerunt, nec magis de propinquo significantia rem, de qua agitur, quàm nomina personarū: & ideo ista nomina illi imposuerunt trinitati. Si uerò illi, qui prædictam in Deo fatentur trinitatem, & ista nomina non recipiunt, si magis congrua nomina ad propositum ostendere velint, illa producant in lucem, vt hoc detecto ab omnibus recipiantur: nec sit amplius dissensio inter Christianos ex vna parte, & Iudęos, & gentiles ex alia parte, quæ in Deo ut prædictum est vnitatem, & trinitatem concedunt: sed nomina negant personarum.

¶Si autem dicere velint, quod tria 10
prædicta in Deo nullam faciant trinitatem: sed omnem in eo habent identitatem: Obijcitur quod oportet in prædictis tribus, scilicet memoria, intelligētia, & uoluntate diuina aliquā inuenire distinctionem: quia Deus multa intelligit, quę non vult: quia nō vult mortem peccatoris: & tamen illam intelligit, ergo inter illa est aliqua quantum ad hoc diuersitas, & secundùm hoc potest dici trinitas, & sic ratio prædicta contra eos procedit. Si quærant quare vocamus prædictas personas patrem, & filium, & spiritūsanctum, cum nec memoria nostra in anima posset dici pater, uel intelligentia filius, &c. Respondetur primo: quòd sacra scriptura in diuersis locis uocat Deum patrem: sicut patet. Deute.22. Ipse est pater tuus, &c. & multis alijs locis. Deus etiam in pluribus locis sacræ scripturæ dicit se habere filium sicut pater. Oseæ 11. Ex Ægypto uocaui filium meum. Et dicitur filium habere. Marci 15. Vere filius Dei erat iste. Dicitur etiam spiritum habere Gen.1. Spiritus domini ferebatur super aquas. Et in Psal.103. Emitte spiritum tuum, & crea-

creabuntur. Et iterum. Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris,&c.Psal.32. Ergo oportet, quòd propter aliquam proprietatem, uel significationem talia de Deo in ueteri, & nouo testamento dicantur. Non autem potest melior ratio inueniri: quare paternitas in Deo inueniatur, uel de eo dicatur intrinsece, quàm ratione gignitionis filij, quàm oportet etiam infideles concedere: quia ipsi concedunt, quòd memoria gignit intelligentiam, & utrumque producit velle in uoluntate: ergo ipsi concedunt etiam in diuinis esse gignētem, quem nos hac de causa patrem uocamus. Et genitum, quem filium dicimus. Et ab utroque productum, quē spiritumsanctum profitemur. Habent ergo causam: quare illas tres personas, & vnum Deum, qui aliquando in sacra scriptura uocatur pater, aliquando filius, aliquando spiritussanctus, uocamus patrem, & filium, & spiritumsanctum. De quibus dicitur.
21 Matth.28. Baptizantes eos in nomine patris, & filij & spiritussancti.

¶ In quo insinuatur secunda pars huius articuli, scilicet, quòd qualibet persona in diuinis sit Deus. Vnde August. lib de trinitate in fine: orationē suam ad sanctam dirigens trinitatem: ait. Domine Deus noster, credimus in te patrem, & filium, & spiritumsanctum. Neque enim diceret ueritas. Ite baptizate gentes, in nomine patris,&c. nisi trinitas esses: nec baptizari nos iuberes domine deus in eius nomine, qui non est dominus deus, nec diceret uoce diuina. Audi Israel, dominus deus tuus vnus est, nisi ita trinitas esses: vt vnus dominus Deus esses. Hoc etiam in speciali de singulis patet personis: Nam patrem suum dicebat deum. Ioan.8. De filio etiam idem probatur. F.4.18. Quam probationem confirmat, quod Christus in diuersis locis dicit. Lucæ namque.7. dicit ad Magdalenam. Remittuntur tibi peccata. Et Matth.9. Et Luc.5. dicit palalytico. Remittuntur tibi peccata tua. Et cęperunt cogitare scribæ, & pharisei dicentes. Quis est hic, qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? super quo dicit Ambrosius in Homel.98. Nosce interioris hominis sanitatem, cui peccata donantur, quā cum Iudæi asserunt à solo Deo posse concedi, deum utique confitentur, suoq; iudicio suam perfidiā perdunt: ut opus astruant, personam negent: itaque testimonium non deesse diuinitate fides deesse saluti: hæc ille. Si enim uerum dixissent dicentes eum esse blasphemium, & mendacem, nequaquàm corpus exterius sanasset: ergo corpus exterius sanando ostendit uerū, qđ ipse dixit: remittunt̄, &c. Et sic per consequens quod fuit deus, qui tantum potest peccata dimittere. De spiritusancto idem patet per hoc, quod dicitur Luc.12. Qui in spiritusancto blasphemauerit, non remittetur ei,&c. quia blasphemia secundum Ambrosium est uel cū Deo attribuitur, quod ei non conuenit, uel cum ab eo remouetur, quod ei conuenit. De istis tribus p̄sonis, & vno Deo clamat p̄pheta dicens. Esaiæ 6. Sanctus, sanctus, sāctus dominus deus exercituū: plena est omnis terra gloria eius. Et Apocalip.4. Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui uenturus est.

¶ In quibus dum sanctum ter cla- Artic.3.
mant ostendunt, quomodo nos per 12
triplicem sanctitatē in moribus sanctæ trinitatis imitatores esse deberemus, tam in imagine trinitatis, scilicet, quòd sanctitatem habeamus in memoria, intelligentia, & uoluntate, quàm etiam in appropriatis singulis personis: ut simus sancti in potentia, quæ appropriatur patri, & in sapientia, q̄ appropriatur filio, & in amore, qui appropriatur spiritusancto: Sic ergo sancti estote: quoniam ergo sanctus sum. Leuit.19. Dum verò vnicè dicitur dominus deus, &c. ostendit,

quòd

quòd nos vnitatem pacis, & concordiæ in moribus obseruare deberemus. Nam hoc Christus à patre rogauit. Io.17. Vt & ipsi vnũ sint, sicut & nos vnum sumus. Huius uerò vnitatis, & trinitatis in nobis primo magna est congruitas. Secundò ostenditur quæ ad hoc requiruntur. Tertiò vtilitas. Quartò quæ prædictæ vnitati, & trinitati contrariantur, & quæ illã destruunt. Primum patet: quia congruum uidetur, quòd imago assimiletur quantũ potest illi, cuius est imago: sed nos sumus ad imaginem Dei, Gen.1. Faciamus, &c. quam quidem imaginem habemus à Deo in anima, & eius potentijs. Sed picturam, per quam fiamus ad similitudinem, nobis dereliquit: imaginem ergo ab eo factam nobis commisit depingendam illa pictura, & illo modo, quo dictum est. A.25.6. Congruum ergo, & nobis necessarium est, quòd sicut ipse fecit, quod facere debuit quantum ad naturam, dando animam, & eius potentias: ita nos faciamus, quod facere nobis incumbit: ipsam cum suis potẽtijs ornando, & ad hoc fortiter laborando. Hoc enim docet lex, & ratio societatis: sicut patet. ff. pro socio, id est, in ff. uete. libro 17. titu. pro socio. l. 5. §. 1. ubi habetur, quod vno ponente pecuniam, uel dante nauigaturo, uel eunti ad nundinas, & alio adhibente operam personalem: ita quòd sint socij in lucro, & damno, licita est societas. Si uerò vno ponente pecuniam alius non apponit operam, illicita est societas. Sic in proposito: Deo nobis dante pecuniam spiritualem habentem imaginem Cæsaris, id est, summi Imperatoris: si nos adhibemus laborem: sicut ait Paulus uocando nos Dei coadiutores, bona est societas. Aliter verò societatem otiosi socij reprobabit dicens. Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam? Luc.19. Ibi enim ad literam talem omnibus sibi traditis spoliauit, & iudicauit dicẽs. De ore tuo te iudico serue nequã.

¶ Oportet ergo, quod sicut ipse dat naturam ita nos demus operam: ut sicut sumus ei similes in conditione naturæ, & in similitudine proprietatum personalium: ita etiam simus in gratuitis, & uirtuosis operibus, & in appropriatis personalibus, quantum ad usum bonum: ut si potentia, uel sapientia, & huiusmodi personis appropriata à Deo nobis dentur, bene illis vtamur: ut sic non tantum in dono Dei: sed etiam in labore nostro simus Dei nostri in mercatione ista imitatores, atque ei similes: ut de quolibet nostrum possit ueraciter dici illud, quod derisorie dicitur de Adam. Gen. 3. Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis, &c. Sed heu quidam plus assimilari nituntur cuidã pastori, de quo fertur, quod à quodam transeunte requisitus, an fidem sciret. Respondit quod sic. Requisitus vltra, si haberet notitiam patris, & filij, & spiritus sancti, bene, inquit, noui patrem, & filiũ: quia oues illorum custodio: sed illum tertium non noui: quia nemo est in uilla nostra, qui tale nomen habeat: ita multi nituntur esse potentes, & sapientes sęculi in tanto imitantes conditionem patris, & filij. Sed pauci nituntur habere bonitatem, uel in opere ostendere clementiam, quæ appropriatur spiritui sancto. Et tales pro tanto prædicto pastori assimilati dicere possunt, illud Act.10. Neque si spiritus sanctus est audiuimus. 13

Exẽplũ.

14 ¶ Quantum ad secundam partem huius articuli, ad hoc, quod prædicto modo conformemur Deo, requiruntur aliqua interius in anima, aliqua exterius in opere. Primò in anima, & eius potentijs requiritur simplicitas, & puritas sicut ostẽsum est. C.14.9. Secundò requiritur mollicies per cõpassionem, & pietatem, & charitatem, & huiusmodi: quia sicut cera mollis, & non alia similitudinem recipit sigilli: Sic ille tantum Dei recipit similitudinem, qui ueraciter dicere potest. Factum est cor meum tanquam cera lique-

liquescens: in Psalm.21. Exterius vero in opere requiritur sapientiæ bonitatis, & huiusmodi communicatio. nam in illa trinitate est communicatio naturæ, & bonitatis: nam pater communicauit naturam, & bonitatem suam quicquid habuit filio, & vterque spirituisancto. Prædictum est etiam quod illa trinitas luci assimilatur solis, in quo videmus quod lucem suam non occultat, sed abunde communicat. Sic nos: sicut dicitur ad Roma.12. Habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis differentes, siue prophetiam in prophetando.i.prædicando, siue ministerium in ministrando, qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate, & sic in omnibus, & sicut gratis accepistis gratis, date. Matth.10. dicentes illud. Sapien.7. Sine fictione didici, & sine inuidia communico: vt sic de nobis verificetur illud. Matth.5. Vos estis lux mundi.

15 ¶Quantum ad tertiã partem huius articuli prædictæ similitudinis magna est vtilitas. Primo: quia in omnibus bonis nobis non iuuat. Secundo quia ab omnibus malis nos defendit. Primum patet: quia omne bonum humanum tanquam à radicibus naturalibus est à potentia, intelligentia, & voluntate, pro quibus illi, qui per gratiam, & virtutes Dei non habent similitudinem, habent impotentiam, ignorantiam, & malam voluntatem, & sic habent radices meriti infectas propter quod fructum meritorium producere non possunt, nisi iuuentur ab illo, de quo in Psalm.26. Dominus illuminatio mea, &c. Dominus (inquit) iuuans nostram impotentiam per donum fortitudinis: quia ipse est dominus fortis, & potens: in Psal.23. Dominus iterum illuminatio, qua aufertur nostra cęcitas, & ignorantia, & illuminatur intelligentia per donum discretionis, & sapientiæ, quia ipse est lux vera, quæ illuminat omnem hominem. Ioan.1. Dominus tertio salus, qua sanatur nostra voluntas, & dirigatur ad amandum ea, quæ Dei sunt per donum charitatis. Tu sis salus mea ab extremis terræ. Esaiæ 49. Sic appendit tribus digitis molem terræ. Esaiæ 40. Secundum etiam patet: quia ista benedicta trinitas est scutum protegens nos ab omnibus malis præsentibus: sicut ostensum est. F.4.30. Et futuris, sicut patet per exemplum de Socrate, de quo narrat commentator super Boetium de disciplina scholarium, quod cum accusatus esset, quod librum fecisset de Deo, & non & de dijs, compulsus fuit haurire venenum in nomine Dei, quo hausto nihil sibi nocuit: postea vero compulsus fuit haurire in nomine deorum, & statim mortuus fuit. Si enim paganus mortem euasit corporis in nomine vnius Dei, maiori ratione Christiani fide trinitatis formata mortem euadent æternam: vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Ioan.3. Exẽplũ.

¶Quãtum ad quartã partem huius articuli. Primo similitudinem vnitatis in nobis in omne peccatum destruit mortale. Secundo similitudinem trinitatis quatuor destruunt genera hominum peccatorum. Primum patet per Aug. de doctrina Christiana.li.1. Omnes (inquit) Deum esse consentiunt, quod cęteris rebus quis anteponat. Cum ergo peccans mortaliter quocunque genere peccati aliquid in suo amore in rebus alijs Deo anteponat, certum est, quòd illud interpretatiue Deum suum reputat, sicut patet. A.27.38. Et P.8.11. Et R.6.7. Propter quod de quibusdam gulosis voluptatem carnis rebus alijs plus amantibus dicitur ad Phil.4. Quorum Deus venter est. Secundum etiam, quod quatuor genera peccatorum similitudinem in animabus suis destruunt trinitatis quantum 16

ad appropriata. Patet primo, quia mali mundi potentes, qui potētia sua in dominio suo abutuntur, similitudinē destruunt attributi patris: quia potētia mundiali, qua abutuntur, potentiam destruunt animarum. Et dum potentia uana supra Deum in membris suis iniuste eleuantur, uel eleuari cupiunt, sub potestate diaboli in culpa, & pœna deijciuntur. Ezech. 28. Pro eo quòd eleuatum est cor tuum, sicut cor Dei, dabo te in cinerem in conspectu omnium uiuentium. Secundò quia mundi mali sapientes, uel quia credere nolunt: nisi quod ratione apprehendere possunt, uel qui sapientia, quam habent in falsitatibus, & malitijs abutuntur sicut patet. S. 5. articu. 6. uerum sapientiam, & sic attributum filij in anima destruunt, qui dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt ad Roma. 1. Tertiò quia seipsos, & mundum nimis amantes, & alijs inuidentes quantum in eis est, bonitatem eneruant spiritussancti. Primò quia in hoc, quod carnem nimis amant, nihil dicunt bonum nisi, quod uidetur bonum secundum carnem, uel mundum, dicendum, dicentes illud Sapien. 2. Venite fruamur bonis, quæ sunt. Secundò in hoc: quia inuidi sunt, nolunt gloriam alicuius audire, nisi propriam, & in gloria propria id, quod Dei est, sibi attribuunt. Et sic tres sunt, qui testimonium dant in terra. 1. Ioan. 5. contra illos tres, qui testimonium dant in cœlo. Spiritus, id est, diabolus superbiam, & potentiæ abusum, aqua, id est, sapientia terrena diabolica, & sanguis proprij, & inordinati amoris, &c. omnes isti, & his similes similitudinem Dei igne destruūt peccati. Quia sicut cera ad ignem liquefacta similitudinē amittit ei impressam: ita anima ad ignem concupiscentiæ oculorum, uel superbiæ, uel carnis calefacta similitudinem amittit Dei: quia super cecidit ignis. Et ueraciter dicere poterunt: signa nostra non uidimus: in Psal. 73. Ecclesi. 26. A tribus impijs deletur similitudo supple trinitatis; propter quod tres species odiuit anima mea. Ecclesi. 25. quia ista tria sunt insatiabilia. Prouerb. 30. Tria (inquit) sunt insaturabilia, & quartum, quòd nunquàm dicit sufficit.

¶ In quo notatur quartum genus 17
hominum, quod illam imaginem turpiter dehonestat. Illi sunt ebriosi: nā illi uoluntate nunquàm dicunt sufficit: quod ex hoc uidere potestis, quòd aliquotiès salsa comedunt, ut plus bibant. More cuiusdam ioculatoris, de Exēplū.
quo audiuit, quòd cum esset in tempestate maris cœpit salsas carnes comedere in magna quantitate, & cum alij flerent, & orarent, quæsitum est ab eo cur manducaret. Respondit: multū habeo hodie bibere: ideo carnes salsas oportet me comedere. Pro certo isti sunt similes illi: quia sicut ipse uadens ad mare ad mortem corporis comedit carnes salsas: ita isti eūtes ad tabernas ad mortem animarum comedunt salsa, ut multum bibant. Isti turpius, & plus similitudinem destruunt trinitatis: quia trium prædictorum quilibet amittit unam proprietatem uni trium personarum appropriatam: unus potentiam, alius sapientiam, tertius bonitatem sicut patet ex prędictis. Ebrius uerò omnia tria simul amittit, & sic tria sunt difficilia, & quartū penit⁹ ignoro. Prou. 30.

¶ Ista mala quaternitas de multis 18
animabus illam benedictam expellit trinitatē: de qua Eccl. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, id est, in tribus psonis, qui testimoniū dant in cœlo, & in tribus etiā, q̄ sunt in terra.

¶ Exemplo quorundam philoso- Exēplū.
phorum, de quibus tale ostenditur exemplum. Quidam Imperator uocatis sex philosophis à tribus primis quæsiuit: quid esset, quod eis plus placeret, in terra. Primus dixit, quòd plus ei placuit, quòd uoluntas non habet quod uult: quia cum mundus nunc sit malus, si malorum uoluntas

impleri

impleri posset, foret pessimus. Secundus dixit, quòd plus ei placuit, quòd uoluptas est mixta miserijs: sicut patet de gula, luxuria, & omnibus alijs. quia aliter homines essent nimis uoluptuosi. Tertius, quòd omnis nota seu error finem habet: quia aliter melius esset malis, quàm bonis. Et sic tria sunt, quæ bene gradiuntur. Prouerb. 30. A tribus secundis quæsiuit de quibus rebus in terra plus mirarentur. Primus dixit, quòd de his, quòd illi, qui sapientiores reputantur, sunt stultiores: sicut patet. S. 3. 18. Secundus, q de hoc, quòd illi, qui pulchrius loquuntur, peius faciunt: sicut patet de executoribus, & hypocritis. Tertius, quòd de hoc, quòd quis audet in tali statu uiuere, in quo non audet mori: quia si in illo statu moriatur damnabitur ab illo, qui appendit tribus digitis molem terræ Esaiæ 40.

¶ Tribulatio. Cap. V.

SVMMARIVM,

1 *Quæ nam sit causa, causa, & origo tribulationum nobis ostenditur probationibus. num. 2. 3. 4.*

5 *Quare boni sæpissime puniuntur cum impijs & in corpore, & in bonis fortunæ. num. 6. 7. 8.*

9 *Quare boni frequenter in hoc seculo magis tribulantur, quàm mali. num. 10. 11. 12. 13.*

14 *Per quatuor vias, siue opere, & per quatuor ostendit modos tribulationes iam causatas remouere possumus.*

Prima via est omnium malorum confessio ibidem.

15 *Secunda via remouendi tribulationes iam causatas est omnium operũ malorum, quæ mundum mutant, vt turbant, & abusus creaturarum Dei cessatio num. 16. 17. 18. 19.*

20 *Tertia via est de præteritis malis satisfactio, & de male ablatis, & deten- tis restitutio. nu. 21. 22.*

23 *Quarta via ad mitigandas tribulationes est q. qui in talibus tribulationibus à Deo datis sunt incorrigibiles, per homines corrigantur inuiti, quo facto cessabit tribulatio à bonis.*

24 *Primus orandi modus ad remouendas tribulationes debet esse voluntarius, & statim quando videmus tribulationem incipere.*

25 *Secundus orandi modus rationalis, & verax.*

26 *Tertius confidens.*

27 *Quartus perseuerans. num. 28.*

29 *Quare non semper flagellat Deus, & continuè, & quare non semper cum delicto punit delinquentes.*

30 *Tribulatio frequẽter ad nos redit, quia sæpe ad peccata, quæ in tribulatione dimisimus, in prosperitate redimus. numero 31.*

32 *Quare pauci iusti non possunt suis meritis mundum saluare, & tribulationes impedire. num. 33.*

34 *Bonis Deus tribulationem immittit ob quinque causas.*

35 *Prima vt meliores fiant.*

36 *Secunda vt maius præmium acquirant.*

Tertia vt humilitatem & statum solidum teneant. ibidem.

37 *Quarta in signum quod meliora eis in alio seculo reseruantur à Deo.*

38 *Quinta vt cælum postremò eis citius aperiat. numero 39.*

Malis incorrigibilibus tribulationes Deus immittit multis de causis.

Prima vt eos, qui Deum, bona opera, & salutem propriam fugiant reducat.

Secunda vt timidos, pigros, & negligentes velocius versus cælum festinare faciat.

40 *Tertia vt rusticos castiget.*

41 *Quarta vt territi fugiant ad Deum sicut puer ad matrem.*

42 *Quinta vt infirmum sanat Deus triplici medicina sanare nos nititur. numero 43.*

TRibulatio, & angustia inuenerunt me: in Psal. 118. Et idō ad tribulationem calamus cōuertitur scribē-tis. Circa cuius descriptionem. Primò ostendetur quæ sit tribulationum occasio, causa, & origo ex parte tribulatorum. Secundò quod propter malos boni tribulantur. Tertiò quod mali frequenter minus in hoc sæculo tribulantur, quam boni. Quarto quomodo tribulationes impedire poterimus. Quintò quare Deus continue, & semper cum culpa peccatores non flagellat. Sextò quare tribulatio frequenter redit. Septimò, quod pauci boni eam impedire nō possunt. Octauo quæ sit Dei intentio tribulationem immittentis. Nonò quis sit effectus, uel finis tribulationis ex parte tribulatorum. Decimo tribulatorum responsio, & obiectio contra prędicta cum responsione. Vndecimò, quod omnis tribulatio, quam patimur, est iusta. Duodecimò, quod de nulla tribulatione est contra Deū, vel alios tribulantes murmurandum. Tertiodecimò, qd propter tribulationes non est à bono proposito, vel opere cessandum.

¶ Ratione primi est sciēdum, quod aliqui tribulationes pluuiæ, & siccitatis, & huiusmodi attribuant planetis, & causis naturalibus. Vnde diligenter inquirunt quis planeta tunc regnet, & quandiu regnabit; & huiusmodi quæstiones uanas, & friuolas faciunt, quorum dictum videtur esse contra rationem, & contra sacram scripturam, & contra legem canonum. Prima patet: quia si istæ pluuiæ mundum destruentes essent ex naturali causa, minus caderent in æstate, quam in hyeme: consequens est falsum: ergo antecedens: consequentia patet tam naturali ratione, quam sensibili experi- Arti. 1. 1

experimento. Cum enim pluuia sit causata de humoribus, & exhalationibus in altum atractis in ęstate, quãdo Sol, qui huiusmodi humores destruit, & consumit, plus nobis appropropinquat, & maiores habet calores, & uirtutes per naturalem rationem, uidetur quòd tunc deberent tales aquositates minus in aere abundare, & per consequens minor pluuia generari. Hanc enim causam assignat philosophus libro 2. Meta. c. 6. Quare uidelicet plus naturaliter pluit in hieme: quia Sol, qui humores, ex quibus nubes, & pluuiæ generantur destruit est plus à nobis elongatus. Hoc etiam quotidiano, & sensibili patet experimento. In terris enim multum calidis, & Soli multum appropinquantibus rara est pluuia intantum, quòd in Ægypto, quæ directæ est sub Sole in meridiæ, ut dicitur, nunquàm est pluuia, sed quicquid ibi crescit, crescit ex irrigatione nili, uel aliorum irriguorum. Cuius causa est: quia Sol omnes humores ibi consumit, & destruit. Et si tantum destruit, vbi tantum appropinquat: ergo ubi plus appropinquat: destruere, & minus pluere deberet. Sed in ęstate plus approprinquat ergo, &c. Cuius contrarium tamen uidemus: quia in omnibus istis tempestatibus, & pluuiarum pestilentijs communiter in hyeme est pulchrum tẽpus, & in ęstate, & specialiter quando deberet esse tempus siccissimum: sicut in diebus canicularibus est turpissimum: Intantum enim philosophus reputat mirabile, quod si illis plueret diebus: quòd 2. physicorum dixit: quod casu pluit sub cane, id est, sub tali signo. Potius ergo uidentur tales pestilentiæ ortum habere, & causari à causa uoluntaria, id est, à peccato, quod ex mala oritur uoluntate, quam à causa naturali.

2 ¶Huic etiam uidetur concordare sacra scriptura Quærendum est enim ab illis, qui dicunt, ꝙ planeta hoc facit, quis planeta regnauit tempore diluuij. Noe, qñ cataractæ cœli apertæ sunt Gen. 7. & pluit quadraginta diebus, & noctibus, & destruxit totã terram cum omnibus contentis: quis autem planeta, uel cõstellatio illius pluuiæ occasio fuit, nisi peccatum. Illa. n. planeta uidelicet peccatum, tunc regnauit, & pluuias illas occasionaliter causauit. Optimus nanque astrologus Deus illam assignauit causam Gen. 6. ubi scriptura. Videns, inquit, Deus qđ malitia multa hominũ esset in terra, & cuncta cogitatio eius intẽta ad malum omni tempore, pœnituit eum, ꝙ fecisset hominem. Et cito post. Corrupta est terra coram Deo. Et iterũ. Repleta est terra iniquitate: & iõ dispergam eos cum terra. Ecce qualis planeta tunc regnauit. qui terræ dispersionem causauit.

3 ¶Iterum quærẽdum est ab eis, quis planeta regnauit tempore Dauid, qñ facta est fames in diebus eius annis tribus iugiter. 2. Reg. 21. Certe planeta crudelis domini hanc causauit: sicut patet ibidem. Consuluit (inquit) Dauid oraculum domini, dixitq; dominus propter Saul, & domum eius, & sanguinem: quia occidit gabaonitas: Illi enim gabaonitæ fuerunt pauperes in populo ordinati: ad opera uidelicet ad aquam portandam, & ligna cęden da: sicut patet Iosue 9. quia ergo Saul illos afflixerat, & occiderat fame, tota terra oppressa fuit: illius ergo crudelitas planeta fuit famem causans. Quod ergo mirabile si modo sit pluuiarum tempestas quando maior est luxuriæ corruptio, & malitiæ cogitatio, quàm in diebus Noe? quia mille falsitates, & nouitates, & modi peccãdi sunt modo inuẽti: q tunc nõ erant? Quod mirabile, si fames populum affligat, quando maior est dominorum crudelitas? sicut patet. D. 12. qua si per totum, & specialiter. 16. quàm in diebus Saulis. Cum ergo præteritorum exhibitio sit futurorum certitudo, patet ꝙ illi planetæ, qui tunc re-

gnabant, & illa causabant, nunc regnant, & ista, quæ patiuntur, causant. Iterum quærendū est ab eis, quis planeta regnauit tēpore Heliæ 3.Reg.18. quando nō pluit annis tribus, & mēsibus sex, quando tanta fames terram occupabat, quòd nec erat herba equis. Certum est quòd planeta, qui tūc fuit in terra, & male turbauit illam. Sed quis ille fuerit patet per hoc, quòd respondit. Helias propheta regi malo Achab. Non ego (inquit) turbaui Israel, sed tu, & domus patris tui, qui relinquētes dominum, &c.3.Reg.18.

4 ¶ Qua in re pensandum est, quòd illi, qui peccādo Deum derelinquūt, & diabolo adhęrent, terram tempestatibus, & uindictis, & fame turbant. Et quòd peccatum est planeta regnans, qui nos conturbat.

¶ Idem patet Leuit 25. Et Deut.28. ubi Deus pro fractione mandatorum minatur oīa mala: ergo fractio mandatorum Dei est planeta, qui mala illa ibi minata causat. Et ponatur, quòd naturaliter euenire deberent, si Dei mādata custodiremus, Deus illas causas naturales impediret: sicut ibi patet ex toto processū illorum duorū capitulorum. Sunt ergo ista mala Dei uindictæ. Huc etiam concordat lex canonica dicens, quòd propter malitiā hominum mundus fame, & pœnuria affligitur. 16.q.1.reuertimini. Exemplū ad hoc habetur, quo fertur, quòd in quadam patria locustæ patriā ad modum Ægypti uastauerunt, quarū aliquas incolæ, capientes, in utraque ala cuiuscunque tres inuenerunt literas, quas cum diligenter legerent, inuenerunt, quòd in vna ala fuit scriptum: ira, in alia Dei. Sicut enim propter peccatum terra fuit primo maledicta. Gen.3. Ita nunc. Vnde Chrysostomus super illo Matth.6. Quærite primum regnum Dei. Dictum (inquit) est homini. Maledicta terra in opere tuo, &c. Vides quoniam propter peccata hominum maledicitur terra: ita propter bona opera benedicitur. Tu ergo iustitiam quære, & non deerit panis: quoniā sicut propter mala opera fructus terræ subducitur: ita propter bona abundat. Totum istud manifesta confirmatur anthoritate Hieremiæ 5. ubi quia nō meruerunt dominum, qui dat pluuiam tēporaneā, & serotinam in tempore suo, & plenitudinem annuæ messis: stupor, & mirabilia facta sunt in terra. Quod cum sentirent, dixerunt. Iniquitates nostrę declinauerunt hæc & peccata nostra prohibuerunt bonum à nobis. Ad idē in Psal.106. Terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitantium in ea. Ad idem lex ciuilis in authent. ut non luxurientur contra naturam. Coll.6.§.omnibus: circa medium, ubi recitato iurandi abusu dicit. Propter talia delicta fames, & terremotus, & pestilentiæ fiunt. Ad idem est sacra scriptura.I.13.9. Et Ezech.14. Terra, inquit, cum peccauerit mihi, extendam manum meam super eam, & cōteram uirgam panis eius, & immittā in eam famem, & interficiā de ea hominem, & iumenta. Et Esaiæ 5. Triginta modij sementis facient modios tres. Et Gen.42. ubi illi filij Iacob peccatum suum, quomodo contra fratrē suum peccando, & in eo cōtra Deum delinquendo recognoscentes dixerunt. Merito hæc patimur: quia peccauimus in fratrem nostrum uidentes angustias animæ eius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcircou enit sup nos tribulatio. Idem patet Amos.3. ubi primo recitat propheta ex ore Dei, quomodo in populo illo fuerūt raptores, & oppressores, & multis modis peccatores, ex quo cōcludit dicens: ꝓpterea hęc dicit dominus Deus, tribulabitur, & circuibitur terra, & detrahetur ex te fortitudo tua & deripientur ædes tuæ.

¶ Sed cum tempestates, & fames, & bella, & miseriæ propter peccata accidant malorum, mirabile uidetur: quare boni eandem sustinent fortunam, qui eam non causauerunt. Ad cuius declara-

Exēplū. (margin)

Artic. 5 (margin)

declarationem est sciendum, quòd sicut frequenter in sacra scriptura leguntur multi propter peccata aliorũ puniri: ita creditur adhuc. Quod autem multi propter peccata aliorum puniuntur malorum, patet in canone. 1. quæst. 4. Ecclesia per totum. Et non solum possessiones perduntur, sicut patet Exodi 9. ubi grandine, & alijs tempestatibus Ægyptiorum possessiones perditæ sunt: Sed etiam animalia, & omnia primogenita cõsumpta sunt. Idem patet. 1. Reg. 15. ubi propter peccata Amalechitarum animalia eorum Deo iubente iussa sunt interfici. Quod ergo mirum est si modernis temporibus Deus animalia occidat propter nostra peccata, & possessiones, & blada pluuia destruat, & tempestatibus? Et non solum tunc ratione carentes, sed etiam pueri, & homines malitia carẽtes propter malos puniebantur. Sicut patet de Sodoma, & Gomorra, in qua multi pueri, qui nunquam peccauerunt flammis traditi sunt. Sicut etiam patet in diluuio Noe. Gen. 7. ubi tam possessiones, quam animalia, & pueri innocentes proter aliorum peccata submergebantur, & boni tædium patiebantur. Idem patet Iosue 7. ubi per peccatum Achan exercitus cõtra Hay coruit. Sicut patet. B. 2. 47. Idem patet. 2. Reg. 21. ubi certum est, quòd in fame illa multi erant afflicti ratione societatis. Et 3. Reg. 17. quando non pluit annis tribus, & mensibus sex. Idem etiam patet. Ionæ 1. ubi nauis propter vnum à facie Dei fugitiuum periclitabatur. 1. Reg. 4 pro peccato Ofni, & Phinees exercit⁹ Dei uictus, & area Dei captiuata legitur. Et Dauid populum numerat, quo peccato gladius domini deseuit in populum. 1. Peralip. 9. Nauicula etiam, in qua erant sancti apostoli propter Iudæ societatem fluctibus turbabatur: sicut patet. 24. quæstione 1. non turbatur, & distinctio. 45. sed illud. Quod ergo mirum, si modernis temporibus infantes, & pueri innocentes propter maiorum peccata fame moriantur, & nimijs pluuijs submergantur, & propter malos in bello uincantur, & propter Dei fugitiuos, & peccatores in omnibus, male prosperentur, & tribulationem patiantur. Quorum quilibet dicere potest illud Psal. 118. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

6 ¶ Sed cum Deus nihil iniustæ, & contra rationem agat, qua de causa sic possessiones, & bruta, & innocentes propter nocentes puniat oportet inuestigare.

¶ Pro quo est sciendum, quòd nobis peccantibus iuste mortalitatem immittit animalibus. Illa enim omnia, quæ in mundo creatur, recepimus cum conditione: ut Deo seruiremus, & mandata eius custodiremus, quod quia non facimus iuste ea aufert, & terram in sterilitatem conuertit: ut qui auctorem nostrum per beneficia cognoscere nolumus, saltem per supplicia sentiamus: sicut patet. 1. quæst. 4. ecclesia §. his respondetur. De filijs autem, qui cum patribus perduntur: sicut in Sodomis. Et de illis, qui pro peccato Dathan, & Abiron viui descenderunt ad inferos. Numeri 16. distinguendum est: quia aut paterna crimina sequi uoluissent, si uixissent. Et tunc Deus misericorditer agit eos subtrahendo: ut per mortem temporalem pœnam euadant ęternam, quã meruissent, si uixissent. Probantur hęc. 1. quæstione 4. Ecclesia. §. item per malos. Aut seq noluissẽt, & tũc Deus eis iniuriam non facit eos de huius mundi miseria tempestiue auferẽdo.

¶ Si uerò ratio quæratur de paruulis, qui parentibus peccantibus fame affliguntur, & de alijs bonis uiris. Respondetur quod frequenter in sacra scriptura legitur Deus filios puniuisse pro patribus, & iustos pro iniustis temporaliter, ęternaliter uerò nunquam. Et sic quando dicit se esse Deum zelotem uisitantem peccatum 7

parentum in filios. Exodi 20. usque in tertiam, & quartam generationem, de pœna intelligitur temporali. Quę quantum ad paruulos duabus de causis iuste agitur: ratione necessariæ commixtionis: uix enim possent patres fame affligi, nisi etiam filij, qui cum ipsis manent simul fame affligerentur. Sicut non potest humor ab arbore subtrahi, nec arbor desiccari, nisi etiam rami desiccentur. Qui enim vult facere, quod arbor deficiat, necessario facit etiam ramos deficere. Sic in proposito. Nec est hoc contra diuinam iustitiam: quia sicut iustus Papa propter vnius regis, uel vnius domini delictum regnum, vel ciuitatem ponit sub interdicto, extra desponsalibus, non est nobis. Et extra de officio delegati: san. Et propter vnius excommunicati contumaciam multi puniuntur, qui cum eo communicare non possunt. Et iustus rex propter crimen læsæ maiestatis filios exhæredat. 6. quæstione prima. cap. quæro. §. si quis cum militibus. Et propter vnius rebellionem ciuitatem obsidet, & fame eam affligit, & lapides, & sagittas proijcit: in qua tamen sunt multi Paruuli, qui nunquam peccauerunt. Per iustitiam ecclesiasticam propter patris hęresim filij exhæredantur. Sicut patet in decreto. 6 quæstione prima. uerum extra. de hæret. si quis. & cap. urgentis. ver. si quis. Sic iustus Deus Adam peccante omnes posteros suos temporaliter puniuit. Item puniuntur paruuli pro patribus fame, & huiusmodi ratione redundationis: quia patres videntes eos sic affligi plus affliguntur. Sicut ergo subtractio possessionum, & mortalitas animalium redundat in ipsos peccatores, nec propter ipsas fit possessiones, vel animalia, sed propter peccatores, vt in illorum subtractione puniantur: ita punitio, & fames paruulorum in parentes, qui hæc uident, redundat. Sic Dauid puniuit morte filij. 2. Reg. 12. dicens. Filius, qui natus est tibi morietur. Eos ergo puniendo, peccatores punire intendit: sicut qui cattulum uerberat coram leone, intendens leonem per hoc castigare. Propter tales ergo causas paruuli eius ducti sunt in captiuitatem. Thren. 1. Et comedent mulieres paruulos suos. Thren. 2. Et defecit paruulus, & lactans in plateis: ibidem. Et paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis, Thren. 4.

¶Quantum uerò ad maiores, & qui sunt ętatis perfectioris, qui uidentur esse boni, & huiusmodi pestilentias minime uidentur causare, qui tamen cum alijs affliguntur, reddit Augustinus causam de ciuitate Dei, libro 1. cap. 4. dicens: quod cum malis affligũtur: quia eos non corripiunt. Cuius negligentiæ triplicem dicit esse causam, laborem, uerecundiam, & cupiditatem: quia tepidi sumus in his, quæ ad Deum, & nostram, & proximorum pertinent salutem. Et etiam uerecũdi laborem nolumus impendere, & vbi labor non requiritur, uerecundia nos retrahit. Quos uerò nec labor, nec uerecundia retrahit, impedit cupiditas. Cum uidelicet eorum inimicitias deuitamus, ne impediant, uel noceant in istis temporalibus, siue quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas, siue quas amittere formidat infirmitas. Iure ergo ei istā uitā quandoque amaram sentiunt: cuius amando dulcedinem peccatoribus amaram esse noluerunt. Huic concordat decretum. distinctione 45. sed illud. Et accipitur ex uerbis Hieronymi super Hieremiam: Vno, inquit, peccante ira Dei in populum desęuit, vel venit. Et quærit quomodo hoc accidere potest. Et respondet: quando, inquit, sacerdotes, qui populo præsunt erga delinquentes beneuoli videri uolunt, & verentes peccantium linguas, ne forte de eis male loquerentur, sacerdotalis seueritatis immemores nolunt complere, quod 8

scriptum

scriptum est. 1. Thimoth. 5. Peccantem coram omnibus argue: vt cęteri metum habeant. Nec illud Apostoli. 1. Corinth. 5. Tradidi huiusmodi sathanæ in interitum carnis: vt spiritus saluus fiat. Quæ est ista bonitas, & misericordia vni parcere, & omnes in discrimen ducere? Polluitur enim populus ex vno peccatore; sicut grex ex oue morbida, sicut patet. E. 7. 4. Et I. 13. 39. & 40. Patet ergo ex his Augustini, & Hieronymi verbis, ꝙ illi, qui bonorum virorum locum tenent, qui etiam boni apud mundum reputantur, in tribulationibus non sunt immunes: dum illis, qui tempestates causant, sunt nimis sociales: qui vero in nullo consimili reus est: ideo cum eis affligitur: vt meritum, & gaudium ei in cęlo amplius cumuletur. Et propter alias caussas, de quibus infra. eod. c. 34. Propter has enim causas multæ tribulationes iustorum: in Psal. 33.

Arti. 3.
9 ¶Ex quo omnes tribulationes ex peccato causantur. Et boni etiam propter malorum societatem tribulantur, mirabile est quare mali frequenter in hoc mundo minus tribulantur: quia ex hoc, quod ipsi sunt tribulationis causa, videtur quod ipsi debeant plus tribulari. Sed hoc mirabile esse non debet tribulationem, & modum tribulationis tam bonorum, quam malorum consideranti. Deus enim se habet ad bonos, & malos: sicut rex ad filios, & proditores. Et sicut maritus ad vxorem, quam diligit, & incorrigibilem. Et sicut medicus ad infirmum, de quo est spes conualescendi, & ad desperatum. Quia si rex filios frequenter delinquentes frequenter, & quasi continue castigari, & verberari permittit: proditor autem qui virgam correctionis non sentit, in fine suspenditur. Ita qui filij virga frequenter corriguntur, proditor vero patibulo, & gladio, & hoc semel, & finaliter: ita simplices, & mediocres fideles virga famis, & tribulationis hic frequenter verberantur. Sed diuites, & pessimis, quos famis, & tribulatio non attingit, ducunt in bonis dies suos: sed finaliter tanquam proditores ad inferni patibulum descendunt. Iterum sicut maritus, qui vxorem diligit, frequenter reprehendit, & ad bonum pro castigationem ducere nititur: pessimam vero ad libitum dimittit. Sicut & pater filium incorrigibilem dicens, vade, & fac quod vis, non amplius intromittam me de te, incassum laboraui, hæreditatem meam nunquam habebis. Talis vxor gaudendi materiam non habet de hoc, ꝙ sic ad libitum dimittitur, quia hoc non est propter eius bonitatem, sed nequitiam. Scit enim talis filius: quia sic ad voluntatem dimittitur, quia castigatione & hęreditate reputatur indignus. Sic in proposito, qui hic sunt exempti à numero flagellorum, signum est, quòd sunt exempti numero sponsarum, & filiorum Dei, & hæreditate cœli priuantur, & hoc non est eis bonum signum: sed optimum damnationis indicium. Idem exemplum est de infirmo à medico desperato. A. 4. 3.

¶Est ergo de talibus, id est, de bonis, qui in vita ista infortunia patiuntur, & de malis, qui in omnibus prosperantur, sicut de hominibus, qui vadunt cum Sole, & contra Solem. Qui enim vadunt cum Sole ante eos vmbram habent, sed habent lumen à tergo: qui vero econuerso, habent econuerso lumen, & vmbram. Sic qui vadunt cum Deo sicut Noe, de quo Gen. 6. Cum Deo, inquit, ambulauit: multas habent tribulationes, tædia, & persecutiones. Iuxta illud. 2. Timothæi 3. Qui pie volunt viuere cum Christo, persecutionem patientur. Sed in fine habebunt lumen illud, de quo in Psal. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Qui vero 10

contra

contra solem Christũ ambulat, habet quidem lumẽ prosperitatis ante, quia sęculo & sęculi diuitijs fruitur. Iuxta illud Hieremiæ 12. Via impiorum ꝓsperatur. Et bene est omnibus, qui male agunt. Et illud Psal. 72. Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sęculo obtinuerunt diuitias. Habet tamen duo mala, & duas tenebras videlicet interiores, & exteriores. Interiores enim secum portat, exteriores post tergum mortis inueniet, à quibus iustus, & hic tribulatus liberatur. Primum malum est, quod quando tribulatio contra eum surgit extra consolationem nullã inueniet intra. Vnde August. super illud Psal. 36 In diebus famis saturabuntur &c. Malus cũ tribulari cęperit foris, nihil habet, ablata sunt omnia. In conscientia nullum solatium est, non est quò exeat, quia dura sunt non est, quò intret: quia amara, vel mala sunt. Merito ergo fit ei, quod sequitur: quia peccatores peribunt. Quibus enim locus nusquam est, quomodo nõ peribunt? non enim illis locus est in his, quæ foris sunt: ibi enim patiuntur tribulationes: nec in illis, quæ intra sunt: quia conscientia illos non consolatur: non enim est illi bene secum, qui cum malo bene esse non potest. Quisquis autem malus est male secum est: ipse enim pęna sui est fugit ab inimico ille, aut quo fugere potest, formica æstate colligit, vnde hyeme viuat: venit enim hyems tribulationis, & qui tunc non inuenit, quod edat fame deperit. Vade ergo ad formicam ò piger. Prouer. 6. habet & aliud malum, & tenebras exteriores post mortem æternas, quãdo dicere poterit illud. In tenebris straui lectulum meum cum illo diuite. Luc. 16. cui dicitur. Recepisti bona vita tua. Ecce lumen prosperitatis hic. Et Lazarus similiter mala. Ecce tenebræ seu vmbra in hoc mundo. Nunc vero hic consolatur: ecce lumen post. Tu vero cruciaris: ecce tenebræ post.

¶Quãdo ergo boni tribulationem sustinent, cogitent quomodo Deus tribulationem sustinuit, quomodo etiam matri suæ, & Apostolis, & martyribus, & omnibus amicis suis tribulationem misit. Iudith 8. Per multas tribulationes transierunt fideles, & gaudent dicentes cum quodam sapiente, qui in tali statu seipsum ad patientiam hortabatur, & confortabat gallice dicẽs, Deus nunquam habuit amicum, quem non confunderit in hoc sęculo: quasi diceret: ergo non est vis de me si, confundar. Sic se in tribulatione confortauit populus Dei. 2. Machab. 6. dicens reputet, inquit, ea, quæ acciderunt non ad interitum, sed ad correctionem esse generis nostri. Etenim non multo tempore sinere peccatoribus ex sententia agere: sed statim vltionem adhibere magni beneficij est indicium: non enim, sicut in alijs nationibus, dominus patienter expectat, vt eas cum iudicij dies venerit in plenitudine peccatorũ puniat. Exẽplũ.

¶In fine ergo dicent cum illo. B. 4. 17. Mali ergo videntes bonos hic affligi, & eos prosperari, timeant cogitantes, & loquentes de seipsis, & de similibus eis: sicut loquitur beatus Gregorius in quadam homel. Quando, inquit, cogito Iob sedentem in sterquilinio, Ioannem esurientem in heremo, Petrum suspensum in patibulo, Iacobum decollatum Herodis gladio, hinc considero, quantum Deus puniat, quos reprobat, & sic flagellat quos amat. Et reuera magnum habent timoris motiuũ, quia ex quo plura dei receperunt beneficia, & dona scilicet naturæ, fortunæ, & huiusmodi ciuitias, & delitias, & honores: contra quæ maiora alijs committunt peccata, & minus hic purgantur, vel tribulãtur, verisimiliter cogitare possunt, quod à Deo tanquã infirmi desperati deserũtur, & à diabolo tanquã aĩalia mactãda ad desideriorũ pascua ducuntur, & pascuntur, vt ad pęnas æternas reseruentur cum illis. B. 4. 10. Exẽplũ.

¶Qui

¶Qui enim hic à Deo deseritur, à dæmonibus in desiderijs malis fouetur, eique parcunt nec ita grauiter in vita ista illos persequuntur, ne terreãtur, vel eum fugiant sicut persequun-
Exẽplũ. tur bonos. Sicut patet per parabolam, quã fertur, quod in quadã patria horribili tempestate omnibus campis vastatis, cum tempestas ad campum cuiusdam mali hominis veniret, audita fuit vox in aere: pertransite eum, quia ipse est totus noster, & campus
Exẽplũ. eius illæsus remansit. Illis ergo, qui bonos dicunt seipsos, vel alios, quibus talia sunt, qui gaudent de hoc, quod mortalitatem, vel tempestatem, vel famem, vel infortunium, quæ plus deseruiunt, nec tamen cum vicinis patiuntur, posset dici, sicut fertur fuisse dictum cuidam vsurario consimili de causa glorianti, & dicenti, ꝙ bene fuit cum Deo, non inquit, alius, sed multos socios habuisti in societate dęmonum, qui circa tempestatem illã se intromiserunt. Et non solum ꝙ sic prosperentur, & in talibus tempestatibus eis parcatur ex dæmonum venit astutia, sed etiam ex Dei prouidentia, quæ vult, ꝙ de bonis, quę faciunt hic remunerentur, quia nullum bonum irremmuneratum. Propter hoc enim retribuet abundanter facientibus superbiam, in Psal. 20.

13 ¶Sed objicitur quòd bonum, quod fit pro amore Dei non erit irremuneratum, quin remunerabitur hic, vel alibi: bona vero, quæ infideles fecerunt ante Aduentum Christi, quæ etiã faciunt adhuc illi, vel mali Christiani non intendentes ea pro Deo facere, quare remunerata leguntur: ita ꝙ eis tunc dederit regna, & imperia. Sicut patet. D. 12. 34. quod nunc etiã eis diuitias det temporales. Cui respondetur ꝙ sicut malum, & peccatum, quod de sui natura est malum, licet ex operantis intentione contra Deum non fiat: impunitum tamen non erit: aliter impuniti essent, qui martyres occiderunt: quia hoc contra Deum facere non intendebant, sed potius arbitrabantur obsequium se præstare Deo: ita videtur quod qui facit opus, quod de sui natura, & de genere mortis est bonum, sicut pascere esurientem, & hoc facere alteri in bono, quod sibi vult fieri, quod faciebãt infideles irremuneratus omnino non erit. Sed qui alijs peccatis exigentibus in alia vita erunt remuneratione indigni in ista remunerabuntur, quibus dicet Christus. Recepistis mercedem vestram. Matth. 6.

¶Visa tribulationum tam in bonis Ar. 4.
hominibus, quàm in malis causa: vtile videtur considerare qualiter iam causata, eas Deus reuocare, & cessare voluerit, & per quas vias & opera ad hoc deuenire poterimus. Pro quo est sciẽdum ꝙ per quatuor vias, seu opera, & per quatuor modos orandi hoc obtinere possumus.

¶Prima via est omnium malorum 14
confessio. Ex quo enim dictum est in articulo primo ꝙ peccatum est totius causa pestilentiæ, necessario sequitur, ꝙ destructa per confessionem causa sequitur destructio effectus, scilicet tempestatis.

¶Pręlati ergo tales videntes tempestates, & bella imminere non solum deberent populum ad processiones, & orationes indulgentijs inducere, sed per censuras ecclesiasticas eos ad cõfessionem, & communionem sicut in quadragesima fieri solet compellere deberent. Ratio est: quia indulgentia data exterius peccato retento interius est emplastrum super plagam positum ferro in vulnere retento. Melius enim esset, quòd populus iret ad confessionem, quàm ad processionem, quia confessio sine processione tribulationem mitigabit, & non econuerso. Si ergo tempestas ad preces vestras non statim cesset, quod mirum? quia vix est tertia pars vestrum sine peccato mortali.

¶Nec quicunque sanæ mentis se difficilem reddere deberet in tali casu

ad

ad confitendum. Quis enim est ita fatuus, qui videret regem terrenum contra eum iratum intantum, quod contra eum inciperet facere durum processum, & grauissimas accipere vindictas, qui eum confessione facta sacerdoti non placaret si posset, & maxime si sciret, quod in culpa esset, & ꝙ rex iuste contra eum procederet? Ita in proposito quis est, qui per apertissima signa videt Deum iratum, qui non dicit cum illo Esaię 12. Confitebor tibi quoniam iratus es mihi? Si hoc pure fecerit, Deū sibi reconciliabit, & vindicta cessabit. Et dicet quod sequitur. Conuersus est furor tuus, & consolatus es me.

¶Sed quia parum valet confessio, nisi cessetur ab operibus malis, quæ sunt tempestatum occasio.

15 ¶Secunda via est omnium operum malorum, quæ mundum mutant, & turbant, & abusus creaturarum Dei cessatio. Cum enim omnes creaturę quodammodo ad nostrum seruitium, & solatium factæ sint. Sicut patet. A. 10. 10. vt nos illarum accipientes seruitutem vtilem, vel bonam bene, & digne seruiremus Deo, iustum fuit, quòd quandiu nos bene Deo seruiuimus, & creaturis suis ad eius vtebamur seruitium, & honorem, & nostrum, vt deberemus solatium, ꝙ mundus cum omnibus elementis, & contentis ordinate nobis seruiret: At vbi incepimus esse nouitatum inuentores, Deo deordinati, & odibiles, & creaturis suis contra eum abuti in superbiam, iuste permittit, immo facit mundum cum elementis, & omnibus creaturis nobis deordinari: vt sicut Deo seruimus: ita illa nobis seruiant.

16 Et quia non potest ostendi quomodo à creaturarum abusu cessare debeant, nisi ostendatur prius quomodo his abutuntur, prius restat ostendere quomodo in his delinquunt, quo viso minus erit mirabile, ꝙ illis omnibus affligimur.

¶Tempus enim pulchrum in choreis, & cantilenis luxuriosis, & curiositatibus ad lasciuiam prouocantibus contra Deum expendebant: sicut patet. C. 15. per totum.

¶Tempore vero pacifico maiores vtebantur ludis prohibitis, sicut torneamentis, & huiusmodi: minores vero in cupiditatibus, & bellis intestinis, & priuatis ira videlicet, inuidia, & nocumentis mutuis. Fructibus, & terræ fertilitate abutebātur in gula, & ebrietate plus ad voluptatem, quàm ad necessitatem. Animalibus etiam abutuntur, vel quia illa contra Dei præcepta tenent: sicut illi, qui plura habent animalia, de quibus minimum non occidunt, vt vitam fame morientis seruent. Sicut ergo ab ingrato etiam prius data reuocantur: sicut patet in cap. de gratitudine. Et F. 3. 14. & 15. Et F. 5. 5. & 23. Et sicut à baliuo vestro in vno infideli multa aufertis, & suspenditis: ita Deus, cui in tali necessitate vnum animal non datur, alia reuocat, & in multis alijs punit. Si enim aliqua illorum essent Deo data, alia mortalitate non occiderentur. Sed quia nolunt minima dare, maiora in mortalitate, & bello amittunt. Vel quia illarum lanam in tot vanitatibus, & superbijs cōtra Deū expendunt. De illarum nanque lana solebant portare robas, & vestes vnius coloris, vel recte stragulatas, & recte acquisitas, sed modo erit de multis coloribus, & cum multis maledictionibus: quia sicut illas portant à trauers. id est. ex transuerso, ita ipsas lucrantur, quia dum paucis fuerunt robis secundùm conditionem sui status contenti, de redditibus suis eas emerunt, nunc vero quia elati sunt, multas, & varias varijs modis scissas, & sumptuosis modis pictas, & ingemmatas, & deauratas portant: quia vero multos timent, vtpote quia multos offendunt, & Deum pacis cum eis non habent, multas, & vltra vires robas alijs dant, quibus ab emulis

sperant

ſperant defendi, vel iniuſte vindicari, vel iniuſte cupiunt obtinere, quas oēs cum alijs vanis expenſis: quia de redditibus ꝓprijs ſoluere nequiunt, de ſubditis rapiũt, de mercatoribus ad vſuras mutuant, quod tarde, vel nunquam ſoluunt: quia Deum pacis cum eis non habent: ſicut patet. E. 3. 22.

17 ¶Argento etiam abutuntur: quia quod factum eſt, vt pro expenſis ſoluatur, illud in alios vſus expendunt, inde vaſa, & torneamenta precioſa faciendo, vt de argento comedant, & ramuſculum coryli ꝓ cibo ſoluãt. Melior fuit modus antiquitus comedere videlicet de ligno, & ſoluere pecuniam, quàm econuerſo. Ille enim modus fuit ſanior pro anima ementium, & vtilior pro vendentibus: quia melius, & cordi delectabilius eſſet pro eis habere ſex denarios ſtatim ſolutos, quàm tallia quinque ſolidorum, qui nunquam ſoluentur. Heu mutatus eſt color optimus. Immo non ſolum color, ſed valor, quia moneta quarundam terrarum, quæ ſolebat eſſe optima, quia argentea, nunc eſt peſſima, quia lignea quantum ad illos, de quibus patria clamat, quia nihil ſoluunt niſi ramuſculos querculi. Nunc vero aliarum præualet moneta terrarum, quia melior eſt moneta cuprea, quàm lignea de hac materia nota. B. 2. 24. De hac vero monetæ mutatione videtur prophetaſſe. Eſaias 1. Argentum (inquit) tuum verſus eſt in ſcoriam. Et quaſi cauſam aſſignans ait. Principes tui infideles, qui ſicut male lucrantur ita male expendunt. quia argentum illorum libentius expendunt ad aliam, quolibet ad eccleſię fabricam, vt modo quo venit, vadat, & finis principio conformetur. Legibus etiam, & iuribus abu-

18 tuntur: ſicut patet. 14. 8. In iſtis enim eſt mirabilis mutatio, quia pauci legiſtę eſſe ſolebant, & magna æquitas: modo econuerſo multi ſunt tales, & parua veritas, pauca eſſe ſolebant iuramenta, & magna fidelitas, minimo iuramento credebatur: modo tantum iurant, ꝙ nemo eis credit. Omnibus etiam officijs abutuntur, & miniſterijs, & artibus, quia dum in officijs diuerſis miniſtri ducebantur fidelius ea peregerunt. Sed poſtquàm ea emerunt omnia peruerterunt. Sic communiter quaſi in omni arte mechanica plus ſolito ſtudetur ad vanitatem, & nouitatem, ex quo ſequitur opera illorum nono modo facta libris nouis aſſimilantur, qui omnes ſunt falſi. Et in omnibus iſtis vanitas vanitatũ, & omnia vanitas. Eccleſiaſt. 1. Et quod mirabile eſt ꝙ rebus abutuntur exterioribus ex quo animabus, & corporibus, & ſtatu abutuntur ꝓprio: maior enim pars hominum animam, & omnia membra corporis potius, & libentius diaboli, quàm Dei exponunt ſeruitio, & hoc à iuuentute. Maiorem enim malitiam in cupiditatibus, & iuramentis, & alijs ſcit modo puer, quàm ſolebat ſcire ſenex: hoc quantum ad animam. Quantum vero ad corporis membra oculos omni exponunt vanitati inuidendo. Os omni iurationi, & falſitati, & deriſioni, & detractioni. Aures libentius male auditioni, quàm prædicationi. Membra inferiora luxurię. Manus illorum ſanguine plenę ſunt, ad pugnandum, percutiendum, furandũ paratę. Pedes illorum ad malum currunt. Prouer. 1. Et breuiter à planta pedis vſque ad verticem capitis, &c. Eſa. 1. Statu etiã ꝓprio intantum abutuntur, ꝙ vix eſt aliquis de ſtatu ſuo contentus, vel quantum ad acquiſitionẽ: ſicut oſtenſum eſt. A. 27. 5. Vel quantum ad victum, vel veſtitum, quia clerici in habitu, & tonſura excepto, ꝙ forte pannus eſt vnius coloris, vadunt ſicut armigeri, prælati ſicut milites, vxores ciuium, vel armigerum, ſicut militum, vel regum. Et ſic pijſſime Deus ſuperbia eorum, qui te oderunt aſcendit ſemper. Pſal. 74.

¶Iſte ergo prædictæ nouitates, & rerum abuſus, & falſitates nouæ 19

cauſant

causant tempestates, isti sunt planetæ, quæ tempestatibus, & pluuijs, & bellis illos nouitatum inuẽtores, & alios ratione societatis torquent. Quod enĩ mirabile est vel quam iustitiam facit Deus, si illos, qui omnibus creaturis corporalibus etiam, & animabus proprijs abutuntur, & cum illis contra Deum militant, cumque suis expugnant donis omnibus affligat? & cuncta quæ ad eorum solatiũ creata sunt, dum illis abutuntur, cuncta ad illorũ conuertat dolorem: vt secundum beatum Gregorium in homel. Erunt signa &c. Qui in cunctis delinquimus, in cunctis feriamur: vt incipiendo à primis tempus pulchrum in pluuiosum conuertatur, quod choreatrices impediat: & ita frequenter licet forte non ita alte clamare faciat pręfame, & miseria lachrymando: sicut prius risit, & clamauit tripudiando. Et sicut de nocte vigilant, & de die dormiunt noctem vertentes in diem, & econuerso: ita æstas conuertatur eis in hyemẽ, & econuerso. Tẽpus pacis hac de causa in tempus conuertatur bellorum. Tertia etiam prædicta de causa conuertatur in sterilitatem, Animalia in mortalitatem, quam temporibus istis specialiter vidimus de bobus maiorẽ, quam antea factam, audierimus vel legerimus: quod non est nisi quia homines deteriãtur. Iuxta illud Hier. 12. Propter malitiam habitantium in ea consumptum est animal. Ideo etiam tempora in peius mutantur. Et quod mirabile est si monete argenti prædicta de causa deficiant, leges lacerẽtur iuratores, & ministri falsi reputentur, artifices depauperentur, corpora infirmentur, & diuersis modis occidãtur? Animæ perdantur, & status illorum obliuioni ppetuę tradatur? Et sic finaliter de nullo gaudeant, quo male vsi fuerant: sed ab omnibus rebus illis in corpore simul, & anima torqueantur, in quo tormento cũcta, quæ ad vsum grauitatis flectimus, ad vsum nobis conuertuntur vltionis. Beatus Gregorius in homelia pdicta: sicut ostensum. A.10.11. iusti iudicis iussu Apocal 17. Quantum (inquit) fuit infidelis, & quantum glorificauit se, tantum date ei &c. vt à ceteris creaturis abiectis solius ignis, & dęmonis societatem habeat. Prædictis vero planetis cessantibus ne ipsi amplius regnant cessabunt pestilentiæ tam hic, quam in futuro: quia dicit lex ecclesiæ quod quẽ innocentia adiuuat, dignum est vt talem castigatio non affligat. 2.q.4. mẽnam. Et 3.q.9. dignũ. Sed vix est spes, quòd mundus vnquam redeat ad antiquam fertilitatem in terra, & mari, & vbique, quam antiquitus dicitur habuisse: sicut nec homines ad antiquam bonitatem: quia sicut mundo decrescente, decrescit ætas, & vigor corporis: ita refrigescit charitas multorum Matth. 24. Sed quia non suffi- 20
cit ad pestilentiarum mitigationem confessio: vel à malis prædictis cessatio: nisi etiam de commissis fiat satisfactio. Ideo tertia via, & modus est de præteritis malis satisfactio, & de male ablatis, & detentis restitutio: sicut enim dolor medicina: ita istis curatur tribulatio: si tamen medicina ad morbum ponatur id est: si illi confiteantur, & pęnitentiam agant, qui peccauerunt. Exemplo Dauid secundi Regum vigesimoquarto. Qui videns tribulationem in populo clamauit & dixit. Ego sum, qui peccaui, & iniuste egi: isti, quæ oues sunt, quid fecerunt? vertatur, obsecro manus tua contra me. Et sic tribulationem sedauit. Sic rex Ioram. 4. Regum. 6. Videns tamẽ, & miseriam in Samaria vestimenta propria præ dolore scidit. Nec fuit ille dolor solum in ore clamando, vel orãdo: sed in corpore cilicium portabat, & in crastino fuit fames sedata: Vterque enim prædictorum in causa fuit tribulationis: quia peccauerunt, & vterque medicinam ad morbum posuit: & ideo morbum curauerunt. Sed heu in modernis tribulationibus omnino contrarium est: quia illi qui

sunt

sunt causa tribulationis, peccata propria non confitentur, nec facta iudicant, nec sibijpsis cum Dauid tribulationis causam imponũt, sed alijs: quia mediocres totam causam imponunt magnatibus & diuitibus dicentes. Ipsi sunt ita crudeles: ita duri domini: quod propter eos Deus terrã destruet Illi vero econuerso istis causam imponunt dicentes subditi nostri sunt ita falsi: nõ curantes de periurijs, & falsitatibus: serui nostri infideles: ita dedignãtes, & supbi, quod seruire, vel operari nolũt: ita ꝙ propter eos Deus terrã destruit. Adã culpam imponit Euę, & Eua Adæ ad excusandas excusationes in peccatis: quia neuter sine culpa est. Sed quia neuter culpam propriam cognoscit, nec confitetur, nec medicinã ad morbum ponit, & ideo tribulatio non cessat. Et vt hoc manifestius appareat, videantur illorum tã verba, quam opera. Quis illorum qñ tribulationes imminere videt seipsum verbis accusat dicens. Ego sum
21 qui peccaui. Sed si in aliquo recognoscunt tales tribulationes propter peccata accidere, dicunt: mundus est malus, & falsus: vel illi sunt tales, mundũ & alios accusant, & aliena confitentur delicta: immo potius seipsos, & alios similes sibi confortant dicentes: non erimus in desperatione propter paruam pluuiam: quid timemus nos? semper satis habebimus talibus verbis nũquam tribulationem cessare facient. Quę vero talium sunt opera acta probant, & signa ostendunt. Quia dum religiosi, & pauci forte pauperes de populo, & mediocres ad processionem pro aeris intẽperie faciendam, & missas, & letanias cantandum, & sermonem Dei audiendum congregantur: Illi, qui illius tempestatis causa sunt: lasciue in lectis, vel gulose in tabernis: aut circa alia mundi alia soliciti morantur, nec ad processionem veniunt, nec orant, nec alijs dicũt: ora pro me, nec dolent, vel pœnitentiam agunt, sed potius de fame gaudent futura: quia blada, & alia ex antiquo congregata venalia charius vendent, & terras, & aliorum bona fame afflictorum quasi pro nihilo ement: & ideo non curant agere pœnitentiam, & sic in labore hominũ non sunt, in processionibus, & pœnitentijs: ideo cum hominibus non flagellabuntur pestilentijs in hoc mundo: sed cum dęmonibus ęternis pœnis in inferno.

¶ Ad cuius autoritatis intellectum est sciendum, quòd quandoque maiores in ciuitate, vel castro, qui dominum suum de castro suo eiecerũt, sunt causa, quare ciuitas est rege de castro suo eiecto obsessa: minores tamen in ciuitate, qui nũquam sunt obsidionis causa dum obsidetur, plus famis sustinent, & vigiliarum, & laborum: qui tamen libenter vellent, si possent, habere pacem: quia si panis, vel cibus in ciuitate sit, illi maiores famem non patientur. Rex vero, qui ciuitati insultus multos facit ad hoc, vt ciuitatem reddãt, vel vi capiat, ciuitate capta causantes obsidionem damnat ad mortẽ, & qui famem patiebãtur scilicet simplices pacem habebunt: ita in proposito: illis, qui Deum, quem in baptismo, & quadragesima receperunt castris animarum suarum, & eum postea turpiter eiecerunt, Deus istos obsidet pestilentijs: quot enim grãdines, aut pluuias cadere videmus, vel alias aduersitates tot insultus ad castra facit vt castrum ei reddatur. sanum esset cõsilium (vt confido) inimico expulso, illud vero domino redderent: quia licet dum sic obsidentur nihil famis patiantur: sed alij, qui minus eam meruerunt, vel quæ illam nullo modo meruerunt: sicut pueri innocentes famis moriantur, iterum in fine idest in morte, quando vi capientur illi qui in labore hominum non fuerũt, morte æterna condemnabuntur, vbi alij, qui nõ fuerunt in causa liberabuntur hoc enim eis promittit Deus dicens. Multæ tribulationes iustorum sed de his omnibus in hac obsidione: sed de his omnibus

liberabit

liberabit eos dominus. Figura ad hoc
de Hieremia qui in ciuitate Hierusa-
lem à Nabuchodonosor obsessa fuit
positus in Ergastulo carceris, qui erat
in domo Ionathan. Sedechias vero
rex manebat in palatio: sicut patet
Hieremiæ 37. Capta vero ciuitate
oculos regis eruit, & in carcerem vs-
que ad mortem posuit: sicut patet. 4.
Regū vltimo de Hieremia vero præ-
cepit principi dicens: sicut patet Hie-
remiæ 38. Præcepit (inquit) rex Ba-
bylonis Nabusardan principi militiæ
dicens de Hieremia. Tolle illum, &
pone super eum oculos tuos, nihilq;
mali ei facias: sed vt voluerit, sic fa-
cias ei. Ista eadem fortuna ostēsa fuit.
Lucæ 16. de diuite, & Lazaro: de vtris-
que, Sapien. 11. hos quidem tanquam
pater monēs ꝓbasti: illos autē tanquā
rex durus interrogans condemnasti.
23 ¶ Sed quia nonnulli sunt, qui pro
nulla tribulatione à Deo missa prædi-
ctis modis se corrigere volunt, restat
quarta via ad hoc quod tribulatio mi
tigetur: videlicet quod tales, qui in ta-
libus pestilētijs à Deo missis sunt in-
corrigibiles per homines corrigantur
inuiti, qui ad mortem sicut in iustitia
seculari ad mortem, & qui ad duarū
pœnitentiam corporis: sicut iustitia ec
clesiastica illā sicut meruit, sustineat,
& hoc facto cessabit tribulatio à bo-
nis. Quod significatum fuit. Iosue 7.
Achan enim lapidato victores exti-
terunt filij Israel, qui ante propter eū
succubuerunt sicut patet. B. 2. 47. Phi-
nees etiam. Numeri 25. occidit forni-
catorem cum fornicatrice, & cessauit
quassatio, principibus, qui peccati cau
sa extiterunt: suspēsis. Filijs etiā Saul,
qui in paterno crimine participantes
famis causa extiterunt suspensis. 2. Re
gum 21. cessauit fames. Falsis etiam
sacerdotibus, & prophetis ab Helia
occisis. 4. Reg. 18. Cessauit tribulatio
siccitatis. Malis etiam in diluuio Noe
submersis cessauit pluuia. Gen. 8. Io-
na etiam in mari proiecto stetit mare
à feruore suo. Ione primo. Vtinam sic
abscindantur, qui uos conturbant: ad
Gal. 5. Et reuera non solum peccator,
sed etiam supportator, qui peccatorē
non corrigit, pestilentijs nos contur-
bat. Et ideo portabit iudicium suum,
quicūque est ille: ad Gal. 6. Quātum-
cunque sit potens, & magnus patriæ
ductor: quia non est apud Deum per-
sonarum acceptio. Actuū 10. Sic præ-
paratus, & dispositus nate processio-
nem, uel orationem, quam pro aeris
temperie facis, ora dominum, & ipse
curabit te. Ecclesiastici 38. Sicut fecit
Dauid, qui ait. Ad dominum, cum tri- 24
bularer clamaui, & exaudiuit me.
Psal. 119. Et exaudiet: si tamen oraue-
ris, & clamaueris sponte, & uolunta-
rie, rationabiliter, ueraciter, confiden
ter, perseueranter. Cum istis conditio-
nibus secure ad Deum clamare pos-
sunt, & dicere illud, Numeri 20. Do-
mine Deus, audi clamorem populi
huius &c. Primo ergo uoluntarie, &
statim quando uident tribulationem
incipere, antequam fame & miseria
arceantur, confiteantur & orent. Sic
enim malum tribulationis euadere
possent: sicut latro suspendium, qui
sponte latrocinium dimittere, & ma-
lam uiā uellet. Sed heu multi latro-
nibus induratis assimilantur, & mu-
stelę: quia sicut latrones illi latroci-
nium dimittere nolunt, antequā ad
hoc arceantur, uel uinculis constrin-
gantur, nec ueritatem confitētur, an-
tequam affligantur. Mustella enim
domesticari nō uult, antequā sit fere
ad mortem balneata. Sic multi no-
lunt gulas, & luxurias suas dimittere,
antequam famis, & defectus necessita-
te compellantur, nec confiteri ante-
quam infirmitate affligantur, neces-
se domestici, antequam pluuijs, & tē-
pestatibus sint pessime balneati, de
quibus Matth. 14. Præ timore clama-
uerunt. Talis comparatus est iumen-
tis. In psalmo 48. Oret ergo, & clamet
cito, & uoluntarie. Secundo rationa- 25
biliter: Rationabile enim uidetur, &
omni rationi consonum, quòd prius
petatur,

petatur, quòd tribulationis causa destruatur: scilicet peccatum. videtur ergo satis rationabile, quòd tempore pulchro, vel etiam quando tribulationis tempus incipit, vel antequam incipiat, quòd fieret processio, & oratio, quòd causa tribulationis, scilicet peccatum destrueretur: quod tamen nunquam fit, & ideo non exaudiuntur: quia quamdiu manet ferrum, id est, peccatum in vulnere cordis, Deus medicus summus illud non sanat, nec afflictiones aufert. Talibus enim dicitur Iacobi. 4. Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis: quia petitis cessationẽ tribulationis, antequã cesset causa. Tertio veraciter clamandum est: sic videlicet, quod ita sit in corde, sicut ostendit in ore: vt tanta sit humilitas in corde, quanta ostenditur exterius: aliter Deus non audit. Patre enim verberante filium, si sciret, quòd fictę clamaret, merci, vel si frequenter clamasset: merci, & se non correxisset, pater à uerberibus non statim cessaret: sed diceret: mentiris: quia non est tibi cordi: quia frequenter sic promisisti, & pactum non tenuisti. Sic &c. Quia peccatores non exaudit Deus, Ioan. 9. Hæc causa fuit, quare in tribulatione positum non exaudiuit regem Antiochum, primo. Machab. 6. Et illos etiam, qui frequenter in tribulatione clamant: qua recedente redeunt ad solita, non statim audit, &c. Faciat ergo, & teneat quod in tribulatione promittit, pro cuius omissione tribulatur. Exemplo Ionę, qui dicit Ionę. 2. Clamaui ad dominum de tribulatione mea. Illam autem tribulationem sustinuit: quia Dei præcepto inobediens fuit, certe liberatus prompte obediuit: quia in repensandum: quia ueraciter clamauit, ideo liberari
26 meruit. Quarto clamandum est confidenter: Ille enim ad dominum terrenum, bonum, & gratum in tribulatione clamare potest confidenter, qui ante tribulationem auditione bonis operibus, uel aliquo seruitio se dignum fecit. Sic in proposito ille, qui prius Dei tenet mandata in tribulatione positus, Deo dicere potest. Tu es refugium meum a tribulatione, quæ circundedit me &c. Breuiter quomodo potest clamare confidẽter, quæ in tota uita sua seruit diabolo in tribulatione positus: non habet spem, quòd exaudietur a Deo. Illis enim cantabitur canticum uirginum: nescio vos. Quia secundum Hieronymum super illud Oseę. 6. In tribulatione sua mane surgent. Impudens postulatio est tempore necessitatis, & angustiæ ab eo quærere auxilium, quem in prosperitate contempseris. Quinto clamandum est perseueranter, id 27
est cum corde perseueranti, quantum yt voluntatem, quam tunc habemus, & cum perseuerantia bona in opere sequenti, quod videlicet non simus: sicut falsi homines, qui volunt tenere cum vtraque parte cum lepore, & leporario: ante prandium cum Deo, & post prandium, & in nocte claudicare ad diabolum, & illi seruire &c. Sic qui dum tribulantur tantummodo ad pęnitentiæ crucem manus leuant.

Quod est contra exempla sacræ scripturę. Moyses enim cum populo Dei Exodi. 15. Et Anna. primi Regum. 2. Et Ezechias rex Esaiæ. 38. à tribulatione, & tędio, in quo fuerunt liberati; leguntur Deo regratiando solenniter, dominoque processionem faciendo cantasse, qui omnes dicere potuerũt, illud. 2. Machab. primo. De magnis periculis à Deo liberati magnifice Deo gratias agimus. Alienigena etiam a Deo curatus, Lucæ 17. Deo gratias egit, quod non videtur fieri modernis temporibus, quod est cõtra curialitatem. Sicut patet. A. 10. 9. Ergo sicut dicitur Esaię. 58. Clama necesses. Tales seruis nequam in duobus assimilantur.

Primo quia sicut illi domino præsente &c. capita inclinant: licet non corde &c. Sic &c. Vnde cum occideret eos, quærebant eum &c. 28

Secũdo quia ficut ipsi dño miti nũquam bene seruiunt, sed qui eos flagellat &c. Sic &c. Vnde imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum &c. psal. 82. Ille qui facit quatuor opera, & clamat quatuor modis, in isto articulo quarto contentis dicit. Deus in tribulatione inuocasti me, & liberaui te &c.

Art 5. ¶Sed ex quo ista quatuor opera cũ quatuor orandi modis nunquam in omnibus hominibus inueniuntur: immo quia eorum contraria in maiori hominum parte semper inueniuntur, quare non flagellat Deus semper & continue? & quare non semper cum delicto punit delinquentes, ex quo semper tribulationis manet causa in
29 maiori mundi parte quare non sequitur semper effectus? huic quodammodo respondet Augustinus de ciuitate Dei libro primo c. 3. dicens: quod aliqua peccata hic punit, ne omnino crederetur nulla peccata punire. Aliqua vero hic non punit, ne omnino crederetur nulla esse hic pęnam, vel viderent, vel sentirent: vix aliquam crederent, vel timerent: quia vix esse intelligunt, quod non vident: sicut patet. A. 23. 1. Si vero mali, quia pęnam patientur ęternam, tribulationem hic haberent continuam, quando de bonis, quæ faciunt, remunerarentur. Cõgruum ergo videtur, quod tribulatio aliquando accidat, vt corrigibiles in alio sæculo maiorem timeãt, & a peccatis se custodiant. Eis enim deus tribulationem immittendo se habet, sicut pater ad filium, quem dum verberat dicit miser nisi te correxeris, hęreditate mea priuaberis, & sicut latro incarceraberis, & suspẽderis: filius vero hoc sentiens, & non se corrigens hic pęnas accipit, quasi arham, & pręgustationem maioris, quæ sequitur, quando mala morte morietur. Sic in proposito, & patet De illo enim, qui se sub tribulationis virga corrigit, dicitur Prouerbio. 23. Percuties eum virga, & animam eius de inferno liberabis: scilicet tu Deus. Malo vero, qui sub hac virga non corrigit dicitur Ezech. 16. Væ væ tibi ait dominus Deus. Væ bis dicit: quia vnum habebit hic, & aliud in futuro. Nota T. 27. 17. Et V. 5. 1. Et nos deberemus concordare & assimilari bonis filijs, ei corrigere, & respondere sicut solent boni filij &c. Quantum vero ad illos, qui se sub tribulatione corrigũt, non est mirabile, quod non continue tribulãtur: quia iustum videtur, quod ipsis correctis cesset tribulatio. Nec etiam quantum ad illos, qui se non corrigunt, quia iustum est quod in lucidi interuallis de paruis bonis suis operibus hic remunerentur: sicut patet supra. e. c. 14. Vnde beatus Gregorius: Bonos hic per afflictionem iudicat, vt illic per miserationem remuneret: malos vero tolerat per temporalem clementiam, & illic punit per ęternam iustitiam. Et reuera quanto malos plus hic tolerat, tanto certius suæ damnationis signum habent. Quia hæc sententia est Hieronymi: quod magnum signũ est irę Dei, quando peccatoribus non irascitur; quia medicus, si cessauerit curare, desperat sicut patet. A. 4. 3. Illis enim erit tũc. id est. in fine tribulatio magna Matth. 24. Nota. M. 11. 18.

¶ Et non solum vt per pęnas visas Ar. 6.
aliæ credantur non visæ: sed etiam, 30
quia frequenter ad peccata, quæ in tribulatione dimittimus, & in infirmitate, & prosperitate, & sanitate redimus: ideo tribulatio frequenter ad nos redit. Multi enim in infirmitate mortem timentes, & in tribulatione famem patientes, vel timentes vocem humiliant, Deum petunt, ad ecclesiam confugiunt, cum processionibus, & letanijs, & orationibus more latronum, qui ad ecclesiam, & Deum, quorum membrum prius non dilexerunt, fugiunt, quando suspendium timent. Et sicut lupus, qui cum ægrotabat monachus esse volebat. Et sicut canis, qui magistrum

strum suum dum famescit, diligenter intuatur: ita isti, si infirmi sint, & in tribulatione, in ecclesia crucifixum diligenter cum manibus eleuatis respiciunt, multa promittũt, satisfactionem, & restitutionem Deo amicitiam promittunt: sicut canis lupo. F. 1. 17. Magnam ostendunt deuotionem more illorum, de quibus scribit Augustinus de ciuitate Dei lib. primo ca. 2. Qui prius Christo, & ecclesiæ & fidei detraxerunt, ciuitate Romana capta ad ecclesiam fugerunt Apostolorum, & saluabantur. More etiam Pharaonis, qui afflictus dixit ad Moysem. Ora dominum pro me Exodi. 10. Peccaui (inquit) in dominum Deum, & in vos. Rogate Deum: vt auferat a me mortem istam, & à tribulatione liberabatur. Sic isti &c. Et sicut ille recidiuauit, & plaga redijt: ita facit super nos &c. Et peiores interdum sunt postquam fuerint liberati in omnibus. Et breuiter vix est vigesimus, qui ad solitam non redeat nequitiam, & Deum expugnet: sicut patet. F. 5. 2. De⁹ ergo iuste solitã redire facit tribulationem. Quod pulchre ostensum est Hieremiæ. 34. vbi habetur: quod rege Nabuchodonosor expugnante Hierusalem, rex Sedechias, & alij principes ad doctrinam hieremię miserunt seruos, quos contra legem ultra sex annos tenuerunt, dimiserunt liberos: quia Exod. 21. præceptum tale habuerunt, quòd si emerent seruum hebreum, sex annis seruiret emptori, in septimo dimittetur liber gratis.

31 ¶ Sedechias vero, & alij videntes, ꝙ de obsidione liberati erant: quia exercitus recesserat, conuersi sunt, & retraxerunt seruos, & ancillas, quos dimiserat: Deus enim obsidionem, & finalem destructionem super eos reduxit: quibus ait Hieremias ibidem destructionis causam assiguans. Dabo (inquit) ait Deus per os Hieremiæ viros, qui non seruauerunt fędera sua, in pestem, & famem, & in manu inimicorum suorum, & capiẽt ciuitatem & succendent eẽ igni. Sic in proposito non solum eandem vindictam super non recidiuãtes reducit: sed maiorem, & super incorrigibiles finalem dãnationem. Vnde dicit Ioan. 5. & Ioan. 8. Vade, & noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat. Tota vero causa quare frequenter, & quare etiam durior redit tribulatio in prædicto patet sacræ scripturæ exemplo: quia nos pacta & fędera non seruamus. Vnde beatus Gregorius in quadã Homel. sententialiter. Quando (inquit) mori timemus, inducias vitę petimus: vt peccata nostra deflere possimus: sed post habitas indutias pro peccatis satisfacere contemnimus.

¶ Sicut nuper de quodã satis noto visum est, qui post multas, quas fecerat iniustitias, grauiter infirmatus mortẽ timẽs clamare fecit per forum de cõsilio confessoris, quod si cui iniuriam fecisset, ipsum damnando, vel bona eius auferendo, quod ueniret ad domũ suã, & plenam reciperet emendam, & restitutionẽ. Cui cum multi venirent petitores, & petitiones recepisset: interim antequã aliquid restitueret, de infirmitate conualuit: petitoribus vero semper in posterũ mortalis existebat inimicus. Qualiter vero tales in infirmitate, & tribulatione, & carceris angustijs Deo loquũtur, & qualiter liberantur ostendit Augustinus loquens in persona illorum tempore, quo ciuitas Iponensis fuit obsessa. Conquerimus (inquit) domine peccata, quæ fecimus, & flagella, quæ sustinemus, & maiora sunt peccata. Si enim multi illorum quando tribulantur. Sequitur. Si extendis manum tuam, multa facienda promittimus, si retrahis promissa non facimus. Nota. O. 5. arti. 5. Exẽplũ.

¶ Sed ponatur quod instabiles frequenter (vt dictum est) recidiuent, quod etiam mali indurati continue peccent, & sic tribulationes vel continue, vel frequenter (vt dictum est) causent, mirabile videtur, quòd aliqui, qui Art. 7. 32

nec frequenter nec continue mortaliter peccant, non possunt suis meritis mundum saluare, & tribulationes, & tempestates impedire. Cum enim ipsi sint quasi totius corporis ecclesię vita, & columne totum ędificium supportantes. Et sicut dicit Chrysostomus super Matthęum. Homel. prima. Huius mundi medulla: quia, inquit, medulla quandiu fuit in arbore sana floret, cum in eis charitas abundet, quæ omnia sustinet, omnia suffert. 1. Corinth. 13. Mirabile uidetur, quòd ipsi non sunt fortiores in ędificationem, & supportationem, quam mali destructionem. Huic respondetur quòd sicut in corpore humano tanta potest esse malorum humorum abundantia, ꝙ vita suffocatur, & membra debilia remanent. Tanta etiam potest esse ædificij ruina, quòd columnæ incuruantur. Tanta circa ramos arboris fulguris combustio, quod medulla illam non potest facere florere: ita tot sunt in mundo peccatores, quòd vita membra sustinere non potest: quia omnis caro corruperat viam suam, Gen. 6. Et omnes declinauerunt, in psal. 13. Et omnes auaritiæ student. Hieremiæ. 6. Ideo columnæ incuruātur, & grauantur. Iob. 9. Sub quo curuantur, qui portant orbem.

¶ Figura patet, Gen. 6. vbi Noe, & filij eius non potuerunt mundi impedire submersionem. Et. 18. vbi tot leguntur in Sodomis mali, quòd Loth eorum ruinam impedire non potuit, nec etiam Abraam. Hoc etiam patet Hieremiæ. 15. vbi postquam Hieremias legitur pro intemperie siccitatis orasse: sicut patet ibidē. 24. dixit dn̄s ad eum si steterit Moyses, & Samuel corā me, nō est anima mea ad populū istū: eijce eos a facie mea, qui ad mortē, ad mortē, & qui ad gladium, ad gladium. & qui ad famem, ad famem, & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Idem patet, Ezech. 14. vbi. Deus sic loquitur. Terra cū peccauerit mihi, vt preuaricetur extēdā manum meam super eam, & cōteram virgam panis eius, & mittam in eam famem; & interficiam de ea hominem, & iumenta.

¶ Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas: sed nec filios, aut filias liberabunt, qui scilicet sunt in culpa: sed ipsi soli liberabuntur: terra autem desolabitur. Patet ergo ex diuersis sacræ scripturæ testimonijs: quòd pauci boni non possunt tribulationi resistere, propter malorū multitudinem, & malitiam, propter quam licet orent, & faciant quicquid poterunt non accipiunt, quod petunt: quia sunt tot impedientes: vix enim in ciuitate, vel cōgregatione est tertia, vel quarta pars, quæ non sit in peccato mortali. Qui enim vellet domum ædificare, tot posset habere impedientes, quòd nunquam sequeretur effectus. Sic &c. Quod patet de latrone, qui dixisse fertur cuidam heremitæ, ꝙ nisi infra annum eum pro ipso orando ad bonum conuerteret, ipsum decapitaret, quo cum post annum complere vellet, heremita rogauit eū, ꝙ antequam eum occideret, quòd lapidem de domo eijceret, & mortem ei remitteret: quod cum facere conaretur: sicut ipse versus ostium per vnū pedem mouebat, heremita tantundē eū postponebat. Cui latro: nō possum eum eijcere: quia opus tuum contrarium me impedit. Cui heremita: ita nec ego te ad bonum conuertere possum eadem de causa. ita in proposito: quia quando vnus est ædificans, & alter destruens, quid restat nisi labor. Eccl. 34. Propter malorum ergo opera Deus inexorabilis est. Et intantum contra malos ostenditur, quòd aliquādo legitur sanctis orantibus dixisse: sicut quandoque dicit iudex fidelis. Quando enim ab aliquo amico rogatur pro vita latronis. Respondit: noli rogare pro illo &c. Sic legitur in libro de apibus, ꝙ cum quidam oraret pro gente tribulata, venit vox ad eū, dicēs: sine superbos humiliari. 33

Exēplū.

¶ Sic

¶Sic etiam respondit Deus Hieremiæ prophetæ oranti pro populo in afflictione maxima. Hierem. 14. Noli, inquit, orare pro populo isto in bonum, cum ieiunauerint, non exaudiã preces eorũ, & si obtulerint victimas, non suscipiam eas: quoniam gladio & fame, & peste consummam eos. Patet ergo quare Deus iustos semper nõ exaudit, & quare mundus pestilentijs turbatur: quia non omnes trahunt per vnam chordam. Nota. P. 11.

Ar. 8. 34 ¶Sed cum iudex iustus Deus, qui in se est vnus istas tribulationes tribus generibus immittat hominum: videlicet perfectis, de quibus dictum est in articulo immediate præcedenti, & mediocribus, qui nunc statum tenent bonum, nunc malum: finaliter tamen bonum tenent. Et pessimis, qui finaliter indurantur, inuestigare oportet, quare istis tribus eandem frequenter temporalem immittit tribulationem.

¶Ad cuius declarationem est sciendum, ꝙ alia intẽtione eam bonis: alia malis corrigibilibus, alia incorrigibilibus immittit.

¶Bonis enim tribulationẽ immittit. Primo vt meliores fiant. Secundo vt maius præmium acquirant. Tertio vt humilitatem, & statum solidum teneant. Quarto in signum quod meliora eis reseruat. Quinto vt cęlum eis citius aperiat. Primo vt meliores fiant, qui non est aliquis viuẽs, quin potest melior fieri. Si ergo faber carbones aqua aspergit, vt vehementius inflammentur, & clarius ardeant, & clauum pluribus ictibus maleat; vt ligno fortius infigatur: Sic Deus inflammatos charitate aqua aspergit tribulationis, & maleo ꝑcutit persecutionis: vt charitate amplius ardeant, & cruci atque crucifixo fortius adhæreant cum illis, qui dixerunt ad Rom. 8. Quis nos separabit à charitate Christi tribulatio an angustia, &c. quasi diceret nullus: quia quanto plus nititur ignem charitatis in nobis persecutor extinguere, tanto plus inflammat, quia multæ aquæ non potuerunt extinguere charitatem. Canti. 8. sed magis eam inflammat. Et quanto plus maleat, tãto fortius Cruci, crucifixoq; adhęremus. Et sic quanto plus separare nititur, tanto minus separat, & intendens contra nos militare, pro nobis militat ipso Deo ordinante, qui nec aliter eis super nos potestatem dedit. Vnde beatus Gregorius super illo Iob 30. Dissipauerunt itinera mea. Omnipotens Deus electorum suorũ aduersarios tẽporaliter permittit excrescere: vt per sæuitiam malorum purgetur vita bonorum.

¶Sicut ergo dominus auri tacet, & permittit, ꝙ mallietur: vt aliquod iocale inde fiat: ita Deus tacet conculcante impio iustiorem se. Abachuc 1. Et quanto nox obscuror, tanto pulchrior videtur stella. A. 18. 3. cum sequentibus. 35

¶Prædictis concordat beatus Gregorius 26. Moral. dicens. Electorum desideria dũ aduersitate pręmuntur, perficiuntur, sicut ignis statu præmitur: vt crescat, & vndę quasi extingui cernitur, inde roboratur. Secundo vt mercedem, & famam maiorem acquirant.

¶Rex enim militẽ diligens, & sciẽs eum nobiliter in bello facturum, & magnam hæreditatem, & famã sempiternã acquisiturũ, non ei ꝓpter labores parcit, quin eum ad insultum illum mittat, & quanto chariorẽ, tãto citius eum mittit, vbi firmiter sperat quod ꝓsperabitur: vt gloriosiorem reportet famam, victoriã, atque mercedem. Sic Deus. Vnde beatus Gtegorius Moral. 9. Sicut, inquit, vnguẽta latius redolere nesciunt, nisi commota. Et sicut aromata fragrantiam suam non nisi incendantur, expandunt: ita veri sancti omne, quod virtutibus redolẽt, in tribulationibus innotescunt. Tertio ne superbiant: sed humilitatem teneãt In hoc enĩ operat' Deus circa electos suos, qđ facere solebãt Romani circa victores, & triũphatores suos. 36

Triumphus enim secundùm Isidorũ dicitur à tribus: quia triumphator Romanus cum victoria versus ciuitatem veniens tres honores habere debuit: captiuos vinctos post currum suum ducebat: tota ciuitas ei occurrebat, & quatuor palefredi albi currum suũ ducebant. Sed ne de his superbiret, tria vituperabilia eũ sustinere oportuit. Vnum quod minimus de populo ei illo die impune maledicere potuit. Secundum quod deiecta, & vilis persona secum in curru sederet. Tertium ꝙ infortunatus eum leuiter tangere debuit, & dicere. Talis fuissem, si fortuna mihi ministraret, nec tua fortitudo: sed fortuna te victorẽ fecit. Sicut ergo ille si causam nescisset, admirari potuisset: ita electi in præsenti nescientes omnium tribulationum causas, & vtilitates admirantes dicunt: Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me? in Psal. 3. Cui respondetur, sicut patet responderet in tali casu filio, quærenti quare permitteret eum frequenter à magistro verberari? & quare plus eum verberari iuberet, quàm illum, vel illum? Pater responderet quærenti talia: quia tu es filius meus, te de curam habeo, & non de alieno. Sic etiam seruo proprio responderet, quando eum castigat, &c. In hoc enim boni se patrem ostendit tribulati potius quàm prospere viuentis, quia flagellat omnem filium, quem recipit. Prouer. 3. Et Heb. 12. Quem vero non flagellat, ostendit non esse suum filium: quia secundùm beatum Gregorium. Qui exempti sunt à numero filiorum. In hoc etiam ostendit differentiam inter amicos, & inimicos: sicut patet supra eod. cap. 11. Sicut patet G. 3. 13.

37 ¶Quarto in signum, ꝙ meliora tibi in alio sęculo reseruantur. Diligens enim paterfamilias in opere suo plures habens operarios diligenter considerat, qui bene operantur, & qui male: illos vero, qui male operantur prima die licentiat, nec aliquid amplius ab eo expectare poterunt, bonis vero operationis mercedem, & maxime vbi timet, ꝙ ad alium dominum recedent, non statim soluit totum, nisi tantummodo de quo viuere possunt: vt sic in opere suo semper retineatur, & in fine plenam recipiat mercedem. Sic dat Deus malis hic abundantiam, quibus in fine dicet. Recepistis mercedem vestram. & bonis dat hic parcitatem. Ad istum intellectum videtur Augustinus respõdere saracenis improperantibus Christianis, quod tot tribulationes sustinuerunt & specialiter Romani post fidei Christianæ susceptionem: de ciuitate Dei. lib. 2. capit. 29. Saraceni blaspemãtes quæsierunt vbi fuit Deus Christianorum, qui tot mala suos sustinere permisit. A quibus quęrit Augustinus: vbi sunt dij eorum, quibus propter bona terrena, & temporalia finaliter seruiunt, & tamen ista nobiscum amittunt, qui Deo nostro ꝓpter ista finaliter non seruimus. Ipsi ergo, inquit, contra Deos murmurandi habent materiam tanquàm contra crudeles: quia ab eis mercedem, pro qua seruiunt, auferunt, nec eos hic, vel in futuro remunerant. Nos vero non sic: quia mercedem pro quo ei seruimus non hic, sed alibi nobis reddet. Quod vero ista nobis temporalia ad tempus subtrahit est, ne incrassati, impinguati, dilatati derelinquamus Deum factorem nostrum, & tanquam prædicti operarij ad seruitiũ diaboli per superbiam tam eleuati: quia ibidem. cap. 30. dicit, quod homines non petunt ista temporalia in abundantia, vt sobrie viuant: sed vt luxurie, & voluptatibus vacent, quod videns Deus summus medicus hæc non concedit. Sicut nec mater filio petenti vinum purum: sed illud aqua miscet, ne in insaniam conuertatur. Nota. G. 1. 23.

¶Quinto vt cęlũ nobis aperiat. Aperiunt autem istę Dei vindictæ nobis 38

cęlum,

cęlum, in quantum illa, quæ in mundo sunt, minus diligere faciunt, & illa maiori fame faciunt desiderare, quę ita dulcia, nec desiderata essent, nisi fames, & tribulatio hic præcederet: quia secundùm Augustinum super illud Psal.68. Saluum me fac &c. Nec panis dulcis esset nisi fames præcederet. Ergo quando permittit Deus, aut facit, vt in tribulatione simus, quia tūc misericors est: non enim alimentum subtrahit, sed desiderium mouet, sicut falcones permittuntur famem habere, vt auidius ad prædam volent; & citius ad manum redeant. Sequitur in originali. Ad hoc enim subuenire differebas, vt mihi dulce esset, ꝙ subuenires: sciens quia speciosa est in tēpore tribulationis misericordia. Ecclesiast. 35. Ad hoc ergo tribulamur, vt aliam terram desideremus: sicut tribulatus in vna ciuitate à tyrannis quærit aliam, & ne sine claue intretur, & ductore. Non enim videtur iustum, ꝙ seruus, quò ad acquisitionem illius hæreditatis, maius habeat priuilegium, quàm dominus. Sed sic oportuit Christum dominum pati, & sic intrare in gloriam suam. Luc. 24. scilicet per portam tribulationis.

39 ¶Contendite ergo intrare per angustam portam Luc.14. more pauperum, qui in magnis festis portas diuitium intrant multipliciter vilipensi, & oppressi, & quandoque percussi, nec curant, nisi ad festum veniant. Sic ascendit Helias per turbinem in cęlum, id est, in paradisum. 4 Reg.2. Sic ascendit Christus cum omnibus amicis suis: sicut patet supra eo.c.11. Cum ergo non sit seruus maior domino suo non desideret à tribulatione eximi, quia si eximitur, seruus Christi non est. Vnde Augustinus, in quodam sermone. Nullus seruus Christi sine tribulatione est, si putas te non habere persecutiones, nondum cępisti esse Christianus. Vt ergo Christus te seruum faciat, vel ostendat, & vt cęlum auidius ascendas, tibi ista mittit. Vnde Petrus Rauennas in quadā epistola. Hæc omnia forsitan operatur dominus: vt vexatio det nobis intellectum. Mouetur turbo, vt Helias rapiatur in cęlum. Propter istas causas multę sunt tribulationes iustorum, in Psalm.33. Et non timeant: quia Iesus semper presens est: sicut patet de Sancto Antonio, &c. Malis vero incorrigibilibus multiplici de causa tales im-
mittit vindictas. Primo vt Deum, & 40
bona opera, & salutem propriam fugientes reducat sicut pastor bestiam fugientem reducit cum baculo. Sic reduxit Deus Ionam fugientem eius mandatum cum baculo tempestatis. Ionæ 2. Sic reduxit regem Manassem ad Dei, & sui cognitionem, & vitæ correctionem carcer, & captiuitas. 2.Paral.33. Iste enim antequam miseriam, & vindictam fuisset expertus, fuit pessimus: sicut patet. 4.Reg.21. & 24. vbi habetur: ꝙ impleuit Hierusalem cruore innocentium, quē effudit. A rege vero Babylonis Nabuchodonosor captus intelligens manum domini esse, pęnitentiam egit. Et secundùm Hieronymum: sic à priore conuersatione mutatus est, vt nō sine grandi admiratione vitā duceret beatam, & deleuit idola, & mala opera, quæ prius fecit. Intelligens, inquit, manum Dei esse: benedicta sit illa manus. Sic reduxit filium prodigum fames. Luc.15. Sicut enim istis tribus vexatio dedit intellectum, eosque reduxit: ita nunc sola vexatio dat intellectum multis. Esa.28. Secundo vt pigros & timidos, & negligentes velocius versus cęlum festinare faciat: propter hoc enim nos pungit, & fame affligit, vt de nido corporis, & peccati ascendamus. Sicut dicitur: ꝙ aquila pullos suos fame affligit, vt de nido volēt, matrem in altum sequuntur, & sicut punguntur animalia pigra. Scit enim nos esse in passu periculoso: & ideo festinare vult ne spoliemur. Vnde beatus Gregorius. Mala, quę patimur, nos ad Deum ire compellunt. Sicut

tædia in via compellunt peregrinos ad patriā festinare. Et non solum ad hoc vindictis pungit: sed etiam sicut ouis ante alias ducitur: vt aliæ sequātur sine timore: ita Deus pater ante nos Christū deduxit velut ouem per viam, & passum tribulationis: vt qui prius trepidauerunt timore, vbi non erat timor, videntes eum ante trāsire, amplius non timeant transire. Dicat ergo Christus cum Apostolis. 2. Cor. 1. Tribulamur pro vestra exhortatione. Tertio vt rusticos castiget. Rustici enim quantū ad Deum sunt, qui solo timore ei seruiunt. Videntes ergo tales vindictas quęrunt sic. Sācta Maria, quid intēdit Deus facere? Quibus respondetur, ꝙ intendit rusticos, id est, peccatores castigare, & facere eos tot lachrymas præ fame emittere, & miseria, quot risus modo emittunt inordinatos in peccato. Et hoc iustum videtur, vt pluuia vindictarū cesset per pluuias lacrimarum. Et sicut prius in lecto inordinatum duxit risum, & lætitiam. In tribulatione præuentus dicat: Lauabo per singulas noctes lectū meum, lachrymis meis stratum meum rigabo: in Psal. 6.

41 ¶Quarto vt territi fugiant ad Deū, sicut puer fugit ad matrē. Sicut enim mater habens filium vagabundum, & leuem ad societates illicitas euntē, placet sibi ꝙ filius suus quandoque tribulationem sustineat: vt coactus cū gemitu ad eam redeat, cui malum & domum ostendenti non statim verba profert compassionis: sed increpationis dicens nunquam: vis in domo remanere, &c. Immo aliquando mater volens filium corrigere procurat ꝙ terreatur, eique placet, ꝙ aduersitatē sustineat. Sic Deo &c. Iob 15. Terrebit eos tribulatio, & angustia. Quinto vt infirmū sanet. Medicus enim quādoque facit, ꝙ dura euacuatio sanat, & euacuat, qđ prius delectabiliter sumptum fuit. Et potu quandoque amaro infirmitatem fugat, quam potus introduxit delectabilis, Nota. O. 3. 4.

¶Et licet istam manum nō semper sentiamus, semper tamen eam videmus, vel auditam timemus. Deum enim summus medicus, qui in medicina sua deficere non potest, triplici nos medicina sanare nititur. Vna, quam sentimus, quando tribulationes, & vindictas experimur. Alia quam in alijs videmus, quando enim videmus malum mala morte mortuum, vel pręsens sęculum cum sua prosperitate male finientem, ad quid aliud Deus nobis illius finem videre ordinauit, nisi vt ipse esset nobis medicina. Et cuius adulatione, vel malo exemplo fuit intoxicatus: sicut patet. E. 7. 11. eius fine, & putrefactione sit postmodum sanatus, vt vnde mors oriebať, inde vita resurgat. Et sic exēplum accipiamus de scorpione &c. Et est sciendum ꝙ ſm Plinium lib. 11. Scorpio quandoque parit vndecim fętus, quos quādoque occidit, & deuorat, sed sagatior ex illis dorsum matris ascēdit, vbi se securū à cauda, & morsu eius custodit, ibiq; matrē interficit, & fraternæ cędis vltor existit. Et hoc inquit, prouide prouidit natura, ne venenata progenies nimis propagetur. Modo consimili vnus falsus scorpio ductor patriæ, vel quocunque alio vitio sicut patet. E. 7. 4. multos exemplo, vel verbo, vel opere similes generat scorpiones, quos quandoque aliqua occasione orta destruere nititur, quia regnum diaboli in se diuisum est, & falsus aliquando contra falsum surgit, &c. Et se mutuo impediunt. Dum vero principalis falsus contra alios surgit, accidit ꝙ aliquando cōtra eum iusto, vel iniusto modo surgūt, eumq; sua occasione confundunt, & sic matrem cum toto veneno destruunt. Et sic scorpio non solum mortuus, sed etiam fit viuus medicina.

¶Prędicto modo videlicet per scorpionem putridum se sanauit ab eius morsu heremita, qui, vt fertur, tentatus de muliere, quam aliquando curiose viderat, Postquam eam mortuam,

Margin notes: 42 — Scorpio. — Exēplū.

tuam, & putrefactam intellexit, tumbam eius occulte detegens de putredine ibi inuenta in panno ad collũ ligato, quotiẽs de aliqua alia tẽtabatur, miseriam illam naso, & oculos apponens tentationẽ tali horrore fugauit. Ecce quomodo morsus scorpionis per scorpionem mortuum curabatur & sanabatur. Sic quodammodo ad pęnitentiam, & ad compunctionem nouit. Sedechiam regem Ananias, qui eũ prius intoxicauit mala doctrina. Hieremiæ. 28. quia eodem anno secundum quod Hieremias prædixit, mortuus fuit: sicut dicit magister in historijs scholasticis super quartum Regũ versus finem, & sic quantum ad hoc, ꝙ regi Babylonis obediret, & humiliaret se ad tempus, factus est ei in medicinam scorpio mortuus videlicet Ananias, prædicti videntes aliorũ finem, & miserias timentes de cineribus fecerunt eis speculum: sicut patet. E. 7. 18.

43 ¶ Sed heu multi talia videre nolunt: sicut patet. E. 7. 17. Nota etiam. G. 2. 40. cum sequenti. Tertia medicina nos sanare nititur medicus noster tribulatione, seu vindicta, quam in futuro timemus, vel saltem timere deberemus: quãdo enim in scripturis sanctis, vel per prædicatorũ ora illã peccatoribus minatur pęnam, & cor illorum peccatis adustum, & læsum de pęnis illis ęternis cogitare facit, digitum adustum igni applicat: vt calor calorem, & adustio adustionem expellat, & ardor ardorem mitiget. Primus vero infirmus in anima per aliquam prædictorum trium tribulationum medicinam sanitati reductus dicat illud psalmi. Quantas ostendisti mihi tribulationes mlas, & multas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis &c. Sed heu quando illam tribulationem futurã timebunt, quam nunquam in tota vita sua viderunt, qui istas, quas quotidie experiuntur, quando in prosperitate sunt non timẽt: solum enim quando illas sentiunt timent. Alio vero tempore si in prædicatione minas de futura tribulatione audiant, potius cum iudæis derident dicentes illud Esa. 28. Mandare manda: expecta &c. Recte ad literam prophetæ iudæis ex parte Dei pęnas futuras minabantur, quos deridebant dicentes: frequẽter nobis taliamãdantur, & expectamus, & non veniunt: Ita modernos derident prædicatores: sicut patet. A. 26. 23. vsque quod prædicunt senserint, & opera, & prædicationem illorum in malam interpretantur partem. Nec mirum: quia sic interpretabantur facta Christi, & Ioannis Baptistæ: ipso Christo teste Mat. 11. Venit, inquit, Ioannes non manducans neque bibens, & dicunt dæmonium habet: quia crediderunt quòd per potentiam dęmonis tantam potuit sustinere abstinentiam, de tali modo dicerent quòd hypocrita est. Sequitur. Venit filius hominis mãducare, & bibere, & dicunt: ecce homo vorax potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus: consimilia adhuc in eius notant discipulis, eosque iudicantes &c. Et diabolus procurat, quòd non credant eis: sed in hoc non excusantur, quod patet per hoc quod sequitur Mat. 11. Si inquit, in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent vsque in hanc diem: Ita nobis dici potest, quòd si Deus fecisset omnes virtutes, & omnes ostendisset vindictas, antequam dęmones peccassent, quæ fecit, & ostendit antequam nos essemus vel peccaremus, nunquam peccassent: sed mansissent vsque in diem hãc in cœlo quis enim credere, vel opinari posset. ꝙ si Deus pro amore angelorum antequam peccassent fuisset mortuus, si illos seipso tam familiariter, & laboriose visitasset eisque prædicasset, & pęnam illorum eis futuram certissime ostendisset, quòd postmodum peccassent, imo nihil horum eis fecit, nec pœnam aliquam eis futuram sciueret, nec aliquem damnatum audierunt. Vide,

P. 6. 9.

P.6.9. Pro nobis uerò oẽs sacramentorũ, & miraculorum uirtutes fecit, creauit, redemit, & recreauit, seipso pauit, & multa donauit, per seipsum prædicauit, & certissime prædixit, & ostendit nobis pœnas æternas futuras, si mali simus, dęmonum etiã, & aliorum pœnas tam tẽporalis quàm ęternas uidemus, & credimus, quis nõ diceret: tales non solum Pharaone, coram quo tot fuerunt factæ vindictæ, sed non tot ostensa beneficia, sed etiã dęmonibus duriores? Vbi enim est Pharao, uel quicunque saracenus, qui ita familiariter tota die de gaudijs bonorum, & pœnis malorum, & Christo, & sacramentis informaretur, & tribulationibus, sciretque se propter peccata sua arctari, qui se non corrigeret? Talibus ergo dici potest illud, quod sequitur. Matth. 11. Veruntamen dico uobis, quòd terræ sodomorum, id est, Sodomis, immo etiam dęmonibus remissius erit in die iudicij, quàm uobis: quia nec amore alliciũtur, nec uerberibus inclinantur.

44 ¶Sextò ut curuos rectificet, & rectificatos in rectitudine teneat. Ad hoc enim, quòd lignum curuum rectificetur, oportet, quòd dure trahatur, vel grauiter opprimatur. Planta etiam, & uirga rectificata ĩter angustias corporum constricta rectitudinem conseruat: aliter uerò ad pristinam reuertitur curuitatem: Sic homo à Deo in creatione per naturam, & in baptismo per gratiam factus est rectus: quia vidit cuncta quæ fecerat in creatione, & refecerat in baptismo, & erant ualde bona: quia teste Ecclesia. 7. Fecit hominem rectum. Sed heu sub onere peccati incuruatus est, & à rectitudine, quam per aquas accepit baptismatis, enormiter exorbitauit. Recte ergo per aquas pluuiales: immo uindicatrices eum ad rectitudinem restringit, uel ne à rectitudine ad curuitatem redeat pristinam diuersis tempestatibus eum opprimit, ne iterum ad terrena inordinate incuruetur? Et si sic tribulationis modus auertatur, ipse modus uidetur Dei ostendere intentionem: quando enim homo ad terrena incuruatur deorsum inclinatur. Deus ergo uolens facere ad modum hortulani, qui uidens plantulam nimis inclinatam ad vnam partem, eam recuruat ad aliam: ita quòd in illa parte, in qua prius fuit gibbositas, erit postea curuitas, & è conuerso: ita Deus, &c. ubi fuit uoluptas, & prodigalitas, ibi sit fames, &c.

¶Septimò ut rebellantes ad pacem reuocet. Rex enim terrenus, uel dominus triplici modo uexat ei inobedientes: vt ad subiectionem in eius dominium reuocentur, camporum fructus, & ędificia destruit, animalia captiuando. Figura. 2. Regum 14. Absolon destruxit blada. Iacob: quia vocatus uenire noluit. Sic verò dãnificatus venit. Ita imple fa. e. igno. & q̃rent nomen tuum domine: in Psal. Secundò castra eorum obsidet, ut fame afflicti ei aperiant, quod si (dico) fecerint, eos ad pacem recipit, uitam eis concedendo, fœderatos dimittit: si verò contra fœdus iterum fecerint, grauius irascetur. Tertiò personas capit, & incarcerat, uel occidit. Si verò eas capere non possit: ut alij maiorem habeant uoluntatem eos persequendi, dat eos capientibus, uel magna dona capientibus promittit: sicut patet. E 9.4. Et tales solent multos habere aduersarios, & tribulationes: quia in nullo loco secure latitant: qa illi, qui prius uidebantur esse amici, postmodum ratione cupiditatis eis erunt proditores. Istis tribus modis tribulat Deus eius mandatis inobedientes: quia blada destruit pluuijs, animalia prædatur mortalitate, villas, & castra famæ obsidet, diuites occidit cibo putrido, qui fit de frumento putrido: quos uerò per se non occidit, alijs in bellis tradidit captiuandos. Populum ergo Deo inobedientem inuenient omnia mala, & afflictiones: ita ut dicat in illo die. Vere 45

quia

quia Deus non est mecum, inuenerunt me hæc mala. Deut. 31.

46 ¶ Octauò vt venenum effundant peccati: peccatores enim conditionem habent serpentum, propter quod Ioannes Baptista eos uiperas uocauit. Luc. 3. Genimina, inquit, uiperarum, quis vobis ostendit fugere uentura ira, &c. quia sicut serpentes uerberati venenum dimittunt: ita ista: sicut patet. A. 1. 2. Tales ergo dicere possunt illud. Oseæ 6. Percutiet, & sanabit nos. Nonò, ut ad se redeant, & seipsos agnoscant. Boetius in principio musicæ suæ scribit de quodam iuuene, qui cum audiret quendam citharedam canere notam dulcem in b. molli, quod alienatus est à se: de consilio uerò Pithagoræ philosophi cantauit in b. quadrato notam asperam, & sic ad se iuuenem reduxit: ita prosperitas multos à se seu à cognitione sua, & à statu ꝓpriæ salutis alienat: ideo Deus tribulationes eis immittit, ut ad se redeant: sicut patet supra eod. cap. 40. Et A. 20. 12.

Exēplū.

47 ¶ Decimò ut à multis peccatis præseruet. Scit enim Deus, quòd sicut salis amaritudo carnes custodit à putrefactione, & fœtore, & spinæ frumenta à uastatione: ita tribulatio custodit animam à peccati infectione. Sicut patet per exemplum, quod scribit Heronymus in epistola ad rusticum de iuuene, quem uidit in quodā Ægypti cœnobio, qui nullo mō carnis tentationem uincere potuit, nisi tædijs, & laboribus anxiatus: per annū enim miserijs vexatus, & opprobrijs in fine respondit: quomodo luxuriari licet, cui uiuere non licet? Facit ergo Deus quātum ad tales in opere, quod ore consuluit. Scipio Romanis. Consuluit enim, quòd Carthaginem captam non destruerent: sicut patet lib. 2. de ciuit. Dei, capitulo 2. in fine ne bello cessante exteriori, interiori plus destruerent, quod postmodum rei probauit euentus: sicut patet. G. 4. 9. quia in aduersitate muri ędificia, & iumenta destruebantur, & domus incendebantur. In prosperitate uerò mores, honestas, corda cupiditatibus, & luxurijs cremabantur: ut ergo carnis peccata fugiant, tribulationem carnis habebunt huiusmodi prima. Cor. 7. Vndecimò ut eos à pœna præseruet alibi. Filius enim semel uerberatus, & castigatus, & correctus non iterum flagellatur nisi iterum delinquat: ita qui hic tribulantur, ut purgentur. Vnde tempore tribulationis peccata dimittis. Thob. 3. Non tribulantur alibi: quia non consurget duplex tribulatio. Naum 1. Econuersò verò secundùm August. qui in hoc sęculo flagellari non merebitur, in inferno torquebitur. Nota plures causas propositum ostendentes. A. 4. Et A. 20. 10. cum sequentibus. Et D. 9. 25. cum sequentibus.

Exēplū.

¶ Ostenso ergo quare Deus tribulationem immittit bonis quare etiam malis eam immittit, qui uidelicet ex illa corriguntur. In huius articuli vltima parte ostendere restat, quare eam Deus immittat malis, qui per eam non corriguntur. Cum enim non deceat Deum aliquid agere inuanum, quare hos frustra affligit: non tamen eos frustra, sed iuste flagellat: quia apud Deum, sicut apud homines non solum actus iustitiæ, sed etiam modus, & forma est obseruandus: quia ad actum uirtutis secundùm philosophum in Ethicis suis tria requiruntur: ut oportet, quando oportet, & in quibus oportet. Sicut ergo iudex iustus licet sciat, quòd citatus finaliter vult esse contumax: non minus tamen cū ante finalem, & deffinitiuam sententiam citari facit dilatoriæ iustitiæ processum, & ordinem obseruando, quo obseruato sententiam profert deffinitiuam: ita supremis iudex Deus nos citat, beneficia largiendo: sicut patet. A 10. per totum pro nobis dura sustinendo infirmitatibus, & tribulationibus, & uindictis affligendo, ut ostendas 48

dat

dat magnam esse differentiam inter processum suum, & processum iniustissimi iudicis, scilicet, diaboli, uel inimici mortalis, scilicet, latronis uel homicidæ, qui primo occidit antequàm præmuniat, & postea spoliat: Deus verò è contrario, prius multas præmittit præmunitiones, & temporalium spoliationes, & diuersas citationes, quibus si se præparare noluerit, ultimo citat in morte peremptoriæ deffinitiuam dando sententiam sicut patet Lu.12. Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, quæ tanto erit durior, quanto contra priores citationes fuerit contumatior. Sicut rex primo castrum petit per ministros suos ad portam pulsando, quod si aperire noluerint, obsidet, & frangit. Sic Deus durum auarum, & crudelem infirmitatibus, & uindictis pulsat: nolentem verò aperire morte rumpit, quo mortuo potest dici, quòd Deus dirupit petram, &c.

49 ¶Pro quo est sciendum, quòd diuitiæ, delitiæ, & honores, & aliæ mundi prosperitates, quæ continue fluunt, & refluunt etiam propter impetum cursus sui, & labilitatem, propter quam in vno loco diu obturari non possunt, aquæ fluenti comparantur. Corpus verò in quo aquas obturare nolunt delitiarum, & cistæ in quibus nolunt fluxum impedire pecuniarum. Et mundus, in quo diu conseruare nituntur augmentum honorum, stagnis, uel cisternis arenosis, uel dissipatis comparantur. De quibus Hieremi. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non ualent aquas quando uerò ad tale stagnum aqua continue fluit, & in eo artificiose ad tempus impeditur, quanto diutius fuerit impedita, & maior aqua congregata, tanto peior, & profundior fit finaliter stagni ruptura? Sic spiritualiter, quando pecunias in thesauris, & quanto maiores delitiæ in corpore congregauerit, & quanto diutius huiusmodi retinuerit ꝑ consuetudinem delitiarum, & pertinacitatem pecuniarum impediuerit fluxum, tanto peior in morte ruptura fiet: quando & corpus, & cista simul rumpentur, & aquæ fluent pecuniarum illis, de quibus minus opinabatur: sicut patet. A.12.16: Delitiæ uerò euanescunt, & quantum fuit in delitijs, tantum dabitur ei tormentum, & luctus ex sententia Dei. Apocalip. 18.

¶Sic ergo primo Deus induratis tribulationem mittit, ut debitus ordo citationis ante sententiam teneatur. Secundò idem fecit ne damnationem suam Deo imputent. Sicut enim malis dat angelum custodem: sicut patet ex uerbis Hierony. A.22.5. Et sicut dat gratiam illis, qui in posterum illa abutuntur, & finaliter damnantur: sicut patet. G.3.31. Ita talibus tribulationem mittit nuncios: aliter enim in morte, & in die iudicij conqueri possent contra Deum, & dicere: nunquàm dedisti mihi angelum custodem, uel gratiam, uel per nuncios tribulationis nos citasti, & fecisti illos à dextris tuis: si talia pro nobis fecisses, num fuissemus mali. Deus uerò uolens, ab omnibus talibus blasphemiæ occasiones auferre, eis mittit, & dat quicquid saluti illorum necessarium est: ut in die iudicij se iustificare possit, & dicere illud Micheæ 6. Popule meus quid feci tibi, aut in quo molestus fui? responde mihi. Nonne hæc dicere tunc poterit Iudæ proditori, quid feci tibi? nonne feci, te apostolum meum dando tibi gratiã apostilatus? Sic etiam dicere poterit illis, quibus contulit magnum statum, & dignitatem, uel in gradu ecclesiastico seu seculari, quo abusi sunt. Sic dicere poterit omnibus malis Christianis, & infidelibus, quos de nihilo fecit, & morte quantum in eo fuit redemit, & gratiam, si uoluissent, contulit sacramentorum: quæ tamen infideles non receperunt. Falsi verò Christiani

illis

illis receptis abusi sunt. Sic ergo pro omnibus patiendo, & omnibus dando angelum, & gratiam, & tribulationes coram omnibus rationabiliter se excusare poterit. Et dicere illud Esa. 5. Quid amplius debui vineæ meæ, id est, uobis facere, & non feci? defectus, & causa damnationis uestræ non est in me: sed in uobis: quia ego plantaui te uineam electam omne semen verum quomodo conuersa es in prauũ vinea aliena, Hiere. 2. Et Esaiæ 5. sicut patet. G. 3. 29. Ex toto ergo isto processu patet, quòd aliqui sunt sicut grana matura, qui leui tribulationis percussione de palea exeunt peccatorum, sicut Paulus qui tactus statim respondit: dñe quid me vis facere? Aliq̃ sicut grana minus matura tardius: sicut latro ĩ cruce. Aliq̃ sicut grana putrida, q̃ nũquàm exeunt pcussione: sicut Pharao, & Herodes. Not. plura quare deus tribulationẽ mittit. L. 3. art. 3. p totum.

Artic. 9. 51 ¶Viso quæ sit Dei operatio tribulãtis, uidere restat, quis sit tribulationis effectus in tribulatione patientibus? Circa quod primo ostendere restat effectuum diuersitatem inter saluandos, & damnandos. Secundò diuersitatis causam, & originem. Ratione primi est sciendum: quòd tribulatio conditionem habet ignis: quia sicut in igne rubigo à ferro aufertur: ita rubigo peccati ab anima. Thobiæ 3. Peccata in tribulatione dimittis: quia etiam sicut ignis in diuersis rebus diuersum habet effectum: quia in eodem igne aurum purgatur, aromata redolent, quædã in melius mutãtur: sicut Silex in vitrũ, & mollia solidãtur, sicut lutum in ollam: quędam uerò ibi fœtẽt, sicut sulphur, quædam ibi fumant, sicut aquosa, quædam ibi consumuntur, sicut stuppa, & fœnum, & palea: ita quòd ignis ostendit, quæ materię sunt solidæ, & quæ non, quæ sunt uera, & quæ colorata. Si quidem & denarius cupreus, qui exterius aureus videtur, in igne ostenditur qualis sit. Ita tribulatione saluandi: sicut Iob, & Thobias purgantur confitendo, patientia redolent, solidantur, & perficiuntur. Damnandi uerò murmurando, & in peccatis suis perseuerantes, uel peccata sua cum Pharaone in tribulatione augentes in illo igne fœtent, fumant, & consumuntur: sicut stipula ante faciẽ ignis, Psal. 82. & sicut fœnum tectorũ: in Psal. 128. Et quasi stuppa collecta. Ecclesi. 21. Et sic patet, quòd medicina salutis non eundem in omnibus habet effectum. Quia dum Nabuchodonosor per flagella corrigitur, sicut patet. A. 4. 7. Pharao per flagella obduratur. 23. q. 4. Nabuchodonosor. Primis dicitur Ioan. 16. Tristitia uestra vertetur in gaudium. Secundis uerò dicitur Iob 24. Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium cum prædicto Pharaone qui ab aquis maris trãsiuit ad calorem inferni: quia vsque ad inferos peccatum illius. Primi enim grano duro assimilãtur, quod sub flagello non frangitur, sed à palea purgatur. Putridum uerò frangitur, nec à palea separatur. Ideo primi ad modũ boni grani in horreo cœli sunt reponendi, ubi palea, quæ hic cum uento tentationis de area eijcitur, in ignem mittenda est ęternum. Hoc enim eis promittit Ioannes Baptista, Matth. 3. de Deo loquens. Cuius, inquit, uentilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, scilicet, per tribulationes: sicut mundatur aurum, & blãdum, & cõgregabit triticũ in horreũ: paleas autẽ, & grana putrida, q̃ sub flagello paleã peccati nõ dimittũt, comburet igni inextinguibili. Nec mirũ: q̃a sic dicit Psal. 34. Dissipati sunt, nec cõpuncti, &c. de talibus loquit᷑: q uindictis dissipãtur: nec tñ ad pñiam, & peccatorũ dimissionẽ punguntur. De 52
quibus dicit Deus Amos. 4. ꝙ dedit eis indigentiã panũ in oĩbus locis suis: & tamen nõ sunt reuersi ad eũ. Quod etiã prohibuit ab eis pluuiam, ꝙ frumenta nõ potuerent crescere: sed terra sterilis permansit. Quod etiã intantũ defecerunt aquæ, ꝙ uenerunt duæ, vel

tres ciuitates ad vnam, vt biberent aquam, & non sunt satiati. Quod etiã misit in eis mortem, id est mortalitatem. Quod etiam iuuenes eorum percussit gladio in bello s. vsque ad captiuitatem equorum. Et semper in fine concludit. Et non estis reuersi ad me: dicit dominus. Omnes prædictas vindictas expresse exercuit in nobis, hoc excepto, quòd illorum vindicta fuit nimia siccitas, quæ est pulchrior: quia illo tempore homines tempus habẽt amænum ad spaciandum, ad operandum, ad ludendum, & huiusmodi. Nostra vero est nimia pluuia, quæ turpior ponderosior, & tristior est pro cordibus humanis. Et sicut illi iuerũt ad alias ciuitates pro aqua: ita nos ad ad alia regna pro frumento, Et sicut de illis concluditur ibi. Et non estis reuersi ad me: ita de nobis concludi potest. Et si hoc solum de nobis concludi posset, esset aliquo modo tolerabile. Sed prohdolor, non solum dici potest de multis, quando sic tribulãtur, quòd non reuertuntur ad Deũ peccata priora deserendo: sed plus à Deo auertuntur, & elongantur peccata augmentando: quia dum omni genere plagarum gladio, fame, & mortalitate, & omne genus hominum his tribus plagis percusserit: quia maiores in diuersis brigis intrinsecis, & discidionibus inter se, & bellis extrinsecis, pauperes mendicantes fame:
53 quia multa millia ex illis fame interemit. Mediocres mortalitate, & quantum ad seipsos, & quantum ad animalia &c. Quibus cõgrue loquitur De⁹. Esaiæ j. Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem? quasi diceret: quo genere vindictæ possum vos vltra percutere, qui semper sub mea percussione ad deteriora conuertimini? Et est sensus: quòd in isto sęculo non restat vlterior percussura: scilicet in alio ad modum domini terreni, qui dissolutos, & male se habentes in carcere liberiori ponit in carcere duriori, & pęnis affligit durioribus,

Sic Deus, qui nos de paradiso exules 54
in hac lachrymarum incarcerauit valle, locum istum pro carcere, & pęnitentia deputando. Et certum esse constat, quòd præter intentionem exulantis & incarcerãtis est, quòd faciamus nobis de carcere alium paradisum, si facere voluerimus, nos in grauiori ponet carcere pęnisque affliget grauioribus. Illosque, qui dicunt humiliasti nos in loco afflictionis, & non obstante: quòd hic cooperuit nos vmbra mortis id est, peccatum. In illis enim implebitur illud beati Gregorij moral. lib. 9. Induãtur sicut diploide confussione sua. Diploiden enim duplicem vestem dicimus. Confusione igitur sicut diploide induti sunt, qui iuxta reatus sui meritum, & temporali & perpetua animaduersione feriuntur, quos sua præsentia mala non corrigunt: scilicet ad sequentia perducunt. De quibus Hiere. 17. duplici contritione contere eos domine &c.

¶ Duriores etiam sunt infidelibus niniuitis: quia illi timore pœnæ futuræ, & temporalis, antequam illam sentiret, se emendauerunt. sicut patet Ionæ 3. vbi legitur quòd Ionas clamauit, & dixit adhuc quadraginta dies, & niniue subuertetur, & crediderunt viri niniuitæ, in dominum, & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore vsq; ad minorẽ. Et Deus vindictam retraxit. Sic faceret de nobis, si pęnitendo ei obedire voluerimus: sicut patet. O. 1. 7. Sed hæu quis nunc tantam inueniret fidem inter Christianos, si quis parum ante clamasset, & prædixisset mala, quæ nuper acciderunt, & apertas Dei vindictas, quo ad potentium trucidationem, quo etiam ad famem, & mortalitatem, quis ei credidisset: quia exequo nec peccatum dimittunt, vel pęnitentiam dignam faciunt pro pœna temporali, quam sentiunt, nec pro æterna, quam timent, quando hoc facerent pro pœna temporali, quam futuram expectãrent, cũ manifestior

sit

sit vindicta, quæ videtur, & sentitur, quam quæ timetur? Magna ergo est differentia non solum inter niniuitarum credulitatem, & nostram; sed etiam inter opera. Ipsi enim induerunt se saccis: nos induimus nos vestibus superbis. Ipsi ieiunauerũt: nos voluptatibus vacamus. Ipsi à maiori vsque ad minorem, inter nos maiores parum curãt: sicut patet supra eo. cap. 21. Ipsi timore pœne temporalis peccare cessauerunt: nos sub flagellis temporalis habentes etiam timorem æternalium peccata nec dimittimus: sed quod peius est augemus. Rationabiliter ergo nobis minatur Christus Mat. 12. dicens. Viri niniuitæ surgent, in iudicio cum generatione ista: & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: Patet ergo quomodo diuersus est tribulationis effectus bonis & malis: qa boni in aquis tribulationis ascendũt de virtute in virtutem: quia in eis tribulatio patiẽtiam operatur: ad Ro. 5. Patientia autem opus perfectum habet Iacobi. 1. Spiritualiter vero mortui in ipsis descenderunt in abyssum.

56 ¶ huius autem diuersitatis causam inuestigare oportet ex parte pedis affectionis. Est enim de anima seu interiori affectione, & de corpore sicut de circino, cuius vnus pes ponitur in puncto quodam, vel centro, & alius pes circunducitur, vt circulum faciat, in quo uidemus, quòd si pes ille interior deficiat, & de loco suo, dũ alius circũducitur, moueatur, circulus seu linea illa incepta non perficitur: ita si pes amoris, de quo Augustinus Pes meus amor meus immobiliter figatur, & teneatur in centro. i. in Deo, qui est quasi centrum in medio: iuxta illud Psalm. 35. Deus in medio eius nõ commouebitur, & in medio animalium, & in medio latronum in cruce: & in medio discipulorum, quantumcunque corpus extra circundatur per tribulationes diuersas cum illis, qui circuniierunt in meloris angustiati afflicti. &c. Heb. 11. Circulus tamen vitæ perficitur: sicut patet. I. 2. 11. Exẽplum ad hoc primo in antiquis sapiẽtibus de Lysandro videlicet, & Socrate, de quibus philosophus. 2. posteriorum, ubi ostendit quomodo una proprietas, seu species potest cõuenire pluribus: dicit quòd illi in una uirtute magnanimitatis in tantum conuenerunt, quòd nulla fortuna exterior eos turbare, uel mutare poterat: sed eodem modo se habebant in prosperitate, & aduersitate: quia reputabant seipsos digniores, & nobiliores omni fortuna prospera, & omnibus rebus exterioribus: & ideo pro nulla re exteriori uoluerunt turbari, uel mutationẽ facere circa rem nobilioris naturæ: Quia uero fortioris fuerunt naturæ: ideo nulla frangi poterãt fortuna aduersa, & sic nec prosperitate, nec aduersitate turbatio cadebat in sapientem, quantum ad animã, licet tribulatio corpus afficiat: sicut nec corpora cœlestia mutantur propter aliqua accidentia uel turbationes quæ fiunt inferius in terra. Si isti tam immobiliter ligabãtur anchora, seu pede affectionis ĩ uirtute magnanimitatis, quanto magis, qui confidũt in domino, sicut mons Sion, non cõmouebitur? in psal. 124. sed nec decolorabitur: sed ad modum lauri, & palmæ hyeme aduersitatis, & æstate prosperitatis erit folium eius uiride Hiere. 17. Et folium eius non defluet: in psal. 1. Quo contra mali in aduersitate sunt tanquam folium, quod à uento rapitur Iob. 13. Et quasi quercus defluentibus folijs: Esa. 1.

57 ¶ Prędicto modo habuit pedem affectionis in Deo fixum Iob, qui quando exterius tribulabatur, interius firmus stabat dicens: dominus dedit, dominꝰ abstulit. Iob. j. Ecce tribulatio exterius: tãtum firmus manebat interius sicut patet per illud, quod sequitur. In omnibus his non peccauit Iob labijs suis, neque stultura quid contra Deũ locutus est. Super quo beatus Grego.

Stulte

stulte contra Deum loquitur, qui inter flagella se innocentem dicit. Sic fixus erat Paulus, qui dicit ad Rom. 8. quis nos separabit, à charitate Christi? tribulatio? an angustia? &c. Et quia sic fixus erat interiori pede affectionis, ideo perfectum vitæ cursum fecit in Deo ipsum cōsummādo, à quo principium accepit: dicēs illud. 2. ad Thimoth. 4. Bonum certamen certaui, cursum cōsummaui. Ex omnibus istis patet: quòd causa, quare iustus in tribulatione non conturbabitur, sed perficitur, est: quia habet pedem affectionis in Deo fixam. Et quòd hæc fixio sit huius effectus causa ostenditur autoritate beati Gregorij, quæ habetur in decretis. 7. q. 1. aduersitas. Dicit enī, quòd aduersitas, quæ bonis votis. i. propositis, vel viris obijcitur, probatio veritatis est, nō iusticium reprobationis. Glo. interlinearis: immo alibi dicit beatus Gregorius, quòd continuus successus temporalium æterne reprobationis est indicium. Sequitur in autoritate. Quis enim nesciat quàm prosperum fuit, quòd beatus Apostolus prædicaturus ad Italiam veniebat: tamen veniens naufragium pertulit: & tamen nauis cordis. Glo. interlinearis, i. constantia animæ in maris fluctibus integra stetit. Mali vero habent pedē fixum &c. de quibus in psalm. 12. Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero. In illlo enim ludo ille, cuius pes de loco, in quo eum posuit, mouetur, vincitur, & alius victor efficitur. Sic in proposito.

Arti. 10. ¶ Huic vero vltimo dicto de lucta videlicet, quam inimicus contra nos exercet, possunt, qui luctam illā sentiunt, obijcere, & quęrere quare Deus potestatem talem ei dedit.

58 ¶ Iterum, qui sentiunt se victos, obijciunt quærentes quare Deus non dedit eis potestatem diabolo, vel tribulationi, vel tentationi resistendi. Vtrique quæstioni respondet Chrisosto. super Matt. homel. 54. super illud Mat. 12. Quomodo potest quis intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius allegauerit fortem? Ex qua responsione non solū patet quare Deus nos quibuscūque tribulationibus alijs vexari permittit, & quomodo eas vincere poterimus, si voluerimus. Primæ quæstioni respondet sic. Dicis, inquit, vt quid talē potestatem Deus diabolo dedit. Et respondet: si ille seductionis potentiam non accepisset, tu probationis mercedem non acciperes. Omnis autem seductio nec potest seducere, nisi habeat boni colorem, per quod videatur bonum esse, quod malum est. Omne vero malum voluit Deus latere sub colore boni, & omne bonum voluit esse sub caligine obscuritatis, vt nec bonum sine labore inuenias, nec malum sine labore euites: negligens autem nec bonum inueniat, nec malum euadat Nota. T. j. 11. Secundæ vero obiectioni respondet ibidem sic persuadendo, vt cum diabolo, & omni tribulatione fortiter pugnando congrediamur: nec, inquit, debent hostem timere fortem, qui principem habent fortiorem: nam si contendimus cum eo, manifestum est quòd fortiores illo sumus: si autem negligimus, ille fortiori, inuenitur.

¶ Qui ergo sub tali tentatione, vel tribulatione succumbunt, & turpissima committunt: si hoc Deo imputāt vel cōstellationi, vel cōplexioni, q̄ Deus fecit, sicut Adam, quæ dixit: mulier quam dedisti mihi, dedit mihi, & comedi: mentiuntur: quia nō in Deo, sed in ipsis defectus inuenitur: quia vincere possent, si vellent &c. Beatus Gre. in Dial. qualis quis apud se lateat illata contumelia probat. 59

¶ Iterum obijcitur cōtra p̄dicta. supra enim. e. c. 19. dictū est, ꝙ plures tēpestates, & vindictę istis accidunt tpibus, q̄ antiquis: sicut patet de mortalitate animaliū, sed cū peccatū sit oīum vindictarū causa, videtur ꝙ ante aduentū Christi, qn̄ parū fuit, nisi peccatū plures debuerint fuisset vindictę. 60

modo

modo enim multiplicantur tam boni, quàm intercessores tam in cœlo, quàm in terra. Huic respondet August. de doctrina Christiana dicens. causam esse quare plures sunt modo tribulationes: quia modo seruus scit voluntatem domini sui, & non facit eã: iõ plagis vapulabit multis. Luc. 12.

Art. 11. ¶Ex quo domini dicto articulus infertur vndecimus: quòd videlicet omnes tribulationes iuste patimur, eo ꝙ Dei uoluntatem scimus, & non facimus eam: hæc autem iustitia includit, tam ipsum Deum uindictas accipiẽtem, quàm ipsum actum, & modum,
61 quo ipsas accipit. Primum patet: quia sicut rex a sibi rebellantibus, & crimẽ læsæ maiestatis cõmittẽtibus iuste punire, & oĩa auferre põt, & fructũ arborũ, & cãporũ: hoc. n. faciẽdo, vel iuste punit nos ꝓ cõmissis, sicut iudex, uel misericorditer a nobis ĩfirmis aufert nociua, sicut medicus. In hoc ergo facto vniuersæ viæ dñi misericordia, & veritas: in Psal. 24. Secundũ patet: qa factum in se iustum est, quòd ille, qui a se fugat sanitatem, vitam, & pacem scilicet Christum, quòd moriatur cũ filijs, & amicis, & animalibus suis, & quòd bellum habeat, & non pacem: quia a se fugauit defensorem suum. Tertiò etiam in modo iustitia ostenditur: votum est solenne in baptismo factum frangimus, & promissa nõ tenemus: sed testes falsificamus: & ideo aquis, & inundationibus iterum nos baptizat, semina, & prata, & sata submergendo. Sic ergo patet, quòd omnia iudicia tua iusta sunt. Thobiæ 3.
62 Licet ergo quando affligimur causas determinatas, & claras nõ uideamus, cogitemus, ꝙ iustus iudex nihil iniustum circa nos agit, vel agere sinit, qn aliquem iustitiæ effectum inde prodicat: cogitemus ꝙ palea est, vel circa cogitationes, uel locutiones, vel operationes, seu omissiones, & si forte nos lateat: quia si diuites paleã nõ haberẽt superbiæ, & cupiditatis, nequaquàm illos in bellis aduersariorũ flagellaret gladijs. Si mendicãtes nõ haberent paleã, uel rubiginẽ, ꝙ raro ieiunant, vel ad ecclesiã ueniunt ꝓpter missam, vel deuotionẽ, nisi ad petendũ eleemosynã in ostio ecclesiæ, hoc aperte in opere ostendũt: quia ubi diuisio dẽt fieri pecuniç, multitudo pauperũ cõuenit, & cõcurrit. Et si melior ꝑdicator terrç ibi ꝑdicaret, uix cõcurrent tres ex eis. Quod ẽt ꝯm leges ecclesiç nõ viuunt in mrĩmonijs, nec ꝓ fornicatione corrigũtur: quia sunt vagabundi, & nescitur utrũ ducta ab eis vxor sit, an nõ: ꝙ ẽt fures sunt, & huiusmodi, & sic nisi aliquid horũ esset, nequaq̃ totiens fame eos Deus occideret. Not. de hac materia. A. 10. 10. Et A. 6. 2. & 10. Istã ergo Dei iustitiã cogitantes nõ cõtradicamus cũ Petro di- 63
cente. Ioã. 13. Nõ lauabis mihi pedes in ęternũ: sed patienter sustineamus dicentes: ꝙ sequitur. Dñe non tm̃ pedes. i. non tm̃ punias peccata cordis, & affectionis, sordes a corde auferendo: sed & manꝰ, & caput. i. operis, & quinque sensuũ, qui principaliter ĩ capite uigent: qa qd facit, nescimus mõ: sciemus aũt postea, qñ clare uidebimus: qũo totum ꝓ nostra egit vtilitate: tũc dicemus illud Psal. 89. Lætati sumus ꝓ diebus, quibus nos humiliasti, annis, quibus uidimus mala, modo non multum lætantur, causam nesciunt. Sicut nec ille in carnoto. B. 4. 7.

¶In ista autẽ sanctam magistri, & Art. 12.
discipuli collatione infertur nõ solũ duodecimus articulus: sed eiusdẽ articuli necessitas. In hoc. n. ꝙ discipulus ait. Dñe nõ tm̃ pedes, &c. Instruimur ĩ tribulatione ad patientiã. In hoc vero, ꝙ dicit magister: nisi lauero te, &c. ostenditur tribulationis, & patientiæ necessitas: quia licet lauet exterius: nisi intus adsit patiẽtia, ex tali lotione nõ mundatur: quia Deus sine nobis, nos nõ iustificat. De talibus. n. dr̃ Naum 1. dominus mundans nõ faciet mũdũ. Requirit ergo ad hoc, ꝙ tribulatione mũdemur, ĩterior patiẽtia, & humilis acceptatio ad minus concomitantur.

Circa quam quatuor ostendere restat. Primò quòd nõ est murmurandũ cõtra tribulationem, quam Deus uidetur per se immittere. Secundò nec etiam contra tribulationem, uel persecutionem, quam per alios immittit, uel sinit immittere. Tertiò murmurantium contra aliquos prædictorum similitudo. Quartò periculum ostendetur. Primum patet: quia sicut arbor si intellectum haberet, non murmuraret contra eum, qui ei aufert ramusculos, & ramos nociuos, qui eius impediunt ascensum. Nec infirmus sapiens contra medicum, qui errare nõ potest, si pro eius sanitate potum dat amarum: ita nec nos contra Deũ, &c. sed gratias agere: exemplo. Senecę, qui ait gratias ago infirmitati meæ, quæ non sinit me posse, quod non licet. Nota parabolã ad hoc de duobus vicinis, quorum vnus quo ad omnem fortunã se posuit in ordinatione Dei: Alter verò semper uoluit diuinare, seu ordinare voluit, quale tempus seu fortunam habere desiderabat, vt si cõtrarium accideret grauaretur. Primi verò hominis ager, & promptuaria erant plena: secundi uerò è conuerso: pluribus uero de hoc mirantibus respondit sapiens. Non est mirum, ꝙ primus abundat: quia semper habet vel pluuiam, vel siccitatem, vel quale tẽpus desiderat: quia quicquid Deus mittere sibi voluit, desiderabat. De alio uero non est mirabile: quia vult sapientior Deo esse. De conditione istius secundi sunt quasi omnes moderni, immo peiores: quia ille contentabatur, quando habuit quale tempus voluit: Isti nulla contentantur fortuna: sed semper murmurant, qualitercunque Deus ordinauerit, &c. Melius ergo esset omnem fortunam patiẽter tolerare cum primo prædictorum, & cum Paulo ducente: ad Phil. 4 scio abundare, & penuriam pati. Secundum patet, quòd nec est murmurandum contra illos, qui ex Dei iussu,
64 vel permissione nos tribulant: quia teste apostolo ad Heb. 12. Et Ioan. in Apocalip. 3. quem diligit castigat: flagella autem omnem filium, quem recipit, vel per se, vel per alium, qui est quasi virga. Sicut ergo filius irrationabiliter maledicit magistro, &c. quia pater ordinauit, &c. Sed dicent non est voluntas Dei, quòd mali sic alios affligant, aliasq; damna, & iniurias inferant: sed cogitent tales, ꝙ talia nõ permittit propter flagellantium bonitatem: sed propter flagellãtorum vtilitatem. Sicut aurum quis exponit igni, vt purgetur, &c. & populum negligentem serpentibus. Numeri 21. Ita exponit suos in hoc deserto tyrannis, &c. qui secundùm Augu. sunt serpentes, qui cruciauerũt martyres, &c. Non ergo gaudeant affligentes, nec doleant afflicti: quia sicut nec est ad ignis vtilitatem, &c. quia ad nihilum deducet tribulantes nos. Psal. 59. sicut patet de Pharaone &c Exo. 14. & sicut patet Danielis 3. vbi legitur, quòd virga verberans, id est, qui fornacem incenderunt combusti sunt. Si ergo dũ alios quasi candelam emungentes, vt clarius lucere possit, non solum digitos proprios, sed totum corpus, & animam comburunt. Tribulatos vero secum regnare faciet: vt sit quilibet illorum particeps in tribulatione, & regno. Apocalip. 1.

¶Sicut ergo prædicta insensibilia, si rationem haberent, contra instrumẽta nõ murmurarent, quibus perficiũtur, sic nec nos, &c. Sicut nec Christus, qui cum pateretur non comminabatur, &c. 1. Pet. 2. Et licet ista patientiæ fortitudo omnibus sit necessaria: tamen personis magni status est multo necessario: quia sicut uidemus, ꝙ licet inferior mũdi pars ordinatior, & omni tumultu, & tẽpestate caret, & motu suo ordinato inferiora iuuat, & fructificare facit. Sic quantumcunque inferiores carnales, & superbi inter se tonent, & fulgura emittant malitiæ, & odij, & mutui, tempestatibus se turbent: superiores tamen rectores, qui 65

ad

ad modum corporum cœlestium regere debent inferiores, omni tali motu carere debent.

66 ¶Et sic patienter sustinendo tribulationem accipere doctrinam Pauli ad Roma. 12. Noli vinci à malo tribulationis, vel persecutionis: sed vin-
Bon ũ Malũ. ce in bono malum. In quibus tria, strennitas imposita, iucunditas apposita, peruersitas apposita relucent. Primum in actu laudabili, quem hortatur vince. Secundum in obiecto delectabili, quòd demonstratur in bono. Tertium in adiecto terribili: qđ propinatur malũ. De primo 1. Ioã. 5. Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum. Ecce quomodo homines cœlestes ex Deo nati vincunt mundum. Propter enim electorum cõscientiæ, & cordis bonitatem pro secundo electis omnia cooperantur in bonum ad Roma. 8. Quantum ad sic dispositum in anima dicitur pro tertio Soph. 3. non timebit malum vltra qa Deus est in illo, q consolatur nos, in omni tribulatione nostra 2. Cor. 1.

67 ¶Quo contra de malis dicitur ad Roma. 2. Ira, indignatio, tribulatio, & angustia, &c. Ecce mali inferiorem partem mundi occupantes, secũdùm carnem delectabilia diligentes. Nota. P. 1. 7. cum sequenti.

68 ¶Sed boni dicere possunt: sed & gloriamur in tribulationibus. Nota de huiusmodi hominibus. A. 27. 38. Et C. 1. 14. Et F. 1. 24. Et L. 1. 12. Assimilantur ergo freneticis, & uoluntarijs, & fatuis. Primi semper laborant pro morte sibi appropinquantium. Secundi diligunt eis contraria. Nota leprosi, uel alterius languidi infirmitas, quæ à Deo imponitur, non creditur minus esse meritoria, quàm publica pœnitentia, vel alia cũ cilicio, & lorica ferrea, si patienter sustineatur.

69 ¶Contra tribulationes murmurantes assimilantur vasi vacuo, quòd percussum sonat. Sic uacuus gratia in tribulatione, &c.

¶In illo ergo indicio patebit, quòd 70
tales assimilantur incudi: quia sicut ferrum illud in se durum malleum sua duritia repellens bis pcutitur, &c. Sic indurati hic, & in futuro, &c. de quibus Iob 41. stringetur quasi malleatoris incus. Nota. D. 10. 5.

¶In quo notatur quarta pars huius 71
articuli. Pro quo est sciendum, ꝙ sicut lapis ex intentione malleatoris in altum quandoque disponitur locũ, si non frangitur: si uero frãgatur, loco caret disposito. Sic in proposito, &c. Item sicut uasa figuli ex eius intẽtione in ignẽ ponuntur, vt apta fiant, &c. Sicut ergo figuli vasa probat fornax: ita homines iustos, & iniustos tentatio tribulationis. Eccle. 27. vt qui ignẽ tribulationis patienter sustinent, ponantur in aula cœli, & alij, qui franguntur, ponantur in lutum inferni.

¶Ex istis duobus vltimis articulis Arti. 13.
videlicet vndecimo, & duodecimo: quia ex quo omnis omnis tribulatio, quam patimur est iusta: sicut ostensum est in articu. 11. propter iustitiã, sequitur, ꝙ contra nullam iustam tribulationem est murmurandum sicut ostensum est in 12. Ergo à multo fortiori habendo respectum ad prædictã iustitiam à nullo proposito, vel opere propter tribulationem, uel persecutionem est cessandum. Ad hoc habentur exempla, & scriptura. Exemplum ei in natura. Arbor bene radicata, de quo. A. 18. 3. uento, & impulsibus non prosternitur, nec à crescendo omnino cessiat, nec vigorem vel fructum amittit, de quo Hiere. 17. Benedictus vir, qui confidit in domino, & erit dominus fidutia eius.

¶Rosa etiam à crescendo spinis eã 72
circundantibus non impeditur. Sed heu nonnulli conditionem sequuntur Sol sequij, quod Sole præsente se aperit: Solis vero caloribus recedentibus clauditur, & pulchritudinẽ prio-

rem non ostendit: ita etiam patet de prosperitate, & aduersitate. Secundum exemplum est in arte. Nauta propter ventum tædiosum non statim redit. Tertium exemplum in viris illustribus, quorum vita à sufferentia aduersitatis in sacra scriptura, & alijs scripturis autenticis commendatur. Iob 1. Diuersos tribulationis nuncios audiens, patienter respondit dicens. Dominus dedit, &c. Et nos debemus
73 diuersos tribulationis nuncios gratáter recipere: sicut pauperes scholares promotionem in curia Romana expectant gaudenter. Sic Thobias à bono incepto propter aduersitates non cessauit. Thobiæ 2. & 3. nota textum.
Exẽplũ. Sic nec Martinum Heremitam diabolus à bono proposito impedire potuit. De quo scribit beatus Gregorius in lib. Dial. quòd diabolus tribus annis in forma serpentis iuxta eum cubauit: vt tali eum horrore de cella eijceret: nec tamen præualuit. Omnes isti ostenderunt se esse fratres Christi, & sanctorum: quia Ecclesiast. 40. scribitur: quòd fratres in adiutorium in tempore tribulationis. Hos ergo exẽplo ante oculos habentes, qui sunt opprobrijs in tribulationibus spectaculum facit: ad Hebr. 10. hortatur Paulus: ad Eph. 3 Peto per fidem eius, id est, Christi, ne deficiatis in tribulationibus: hæc scripsimus vobis, in tribulatione, & impetu, qui superuenit nobis in istis annis 2. Machab. 1.

¶Veritas. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Veritas triplex secundùm vitæ, iustitiæ, & scripturæ.*

2 *Veritatis magna est vtilitas; quia à pœna liberat, & ad vitam ducit immortalem.*

3 *Veritas maximè est necessaria in omnibus dictis, factis, & in omni amicitia.*

4 *Omnes tenentur veritatem libere pronuntiare & defendere, & si opus fuerit, tormenta pro ea sustinere grauia.*

5 *Veritas in quibus odium pariet.*

6 *Veritas assimilatur aquæ benedictæ.*

7 *Causa præcisa, quare multi veritatem deserunt est inondinatus amoris appetitus.*

8 *Qui veritatem non dicunt vbi illam dicere tenentur, vel qui impediunt ne illa dicatur. num. 9. 10.*

11 *Quæ sit veritas apparens, & non existens, & quibus rebus qui illam habent assimilentur, quidque congrue de illis dici possit. numero 12. 13.*

14 *Quàm rara sit vera, & existens veritas. num. 15.*

Eritatis. Primò ostenditur distinctio, vtilitas, & necessitas. Secundò, quòd omnes tenentur veritatem libere pronũtiare, & defendere. Tertiò quomodo veritas parit odium, & persecutionem. Quartò qualiter propter hoc veritas frequenter perit, & quibus rebus tales assimilantur, qui quacunque de causa viam deserunt veritatis. Quintò quæ sit veritas apparens, & non existens, & quibus rebus assimilantur illi, qui talem habent, & ostendunt veritatem. Sextò quanta sit veræ, & existentis veritatis raritas.

¶Quantum ad primum veritatis triplex datur distinctio, quarum vna habetur. V. 8. 12. Alia uero dicitur esse Hieronymi, qui veritatem vitæ iustitiæ, vel scripturæ. Quarum prima consistit in debita regula rationis subijciente passiones, & corporis motus ipsi rõni. Secunda consistit ordine 1
ad alios, & est necessaria in iudicibus, & præ-

Artic. 1.

& prælatis, & prædicatoribus, qui habent alios regere, vel docere: vt per illam nemini parcant, ad modum leonis, qui etiam portanti ei cibum non parcit: loquimini ergo veritatē vnusquisque: ad Ephe. 4. Tertia importat ordinem omnibus exquirentibus veritatē. Sic ego omnes viæ tuæ veritas.

2 ¶ Istius vero triplicis veritatis magna est vtilitas. Primo: quia a pena liberat. Secundo quia ad vitam ducit immortalem. Primum patet: quia sicut pueri in scholis lectionem repetendo, & ipsam veraciter reddendo à verberibus liberantur: ita repetendo, & opere reddendo veritatem mādatorum Dei, de quibus in Psal. 160. omnia mandata tua veritas: a penis liberantur inferni, Ioan. 8. Agnoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Secūdum elicitur ex verbis Zorobabel.

Exēplū. 3. Esdræ. 3. vbi continetur: quod rex Darius quæstionem proposuit tribus custodibus corporis sui, quid de tribus fortius videretur: rege scilicet, vino, & muliere, promittens munera, & honores ei, qui sapientius respondesset, quorum primus dixit regem esse fortiorem. Cum enim homo præsit cæteris animantibus, rex preest homini, & ad nutum eius omnia fiunt. Secundus autem prætulit vini fortitudinem: quia cum homo non præsit cæteris animi fortitudine, vinum superat ipsam animi fortitudinem. Zorobabel vero mulierem fortiorem vtroque asseruit nam regibus, & eis, qui vites plantant, mulieres vitam conferunt, & alimoniam, & ad robur vsque perducunt: super hæc omnia veritatem dixit esse fortiorem, quæ immutabilis est, & sempiterna: quia scilicet ad vitam ducit sempiternam, in quo eius maxima ostenditur fortitudo, & vtilitas, quam experientur, quando eis morientibus dicetur illud Esa. 26. Ingrediatur gens iusta custodiens veritatem.

3. ¶ Est enim maxime necessaria. Primo in omnibus dictis, & factis. Secundo in omni amicitia. Primum patet: sicut pellis sine litera, aut cera sine impressione nullam facit fidem. Sic nec homo in dictis suis, vel factis nullam facit fidem sine veritate: quia ostensa sunt repugnare veritati. Iob 21. Secundum patet ex dicto. Tullij de amicitia. Cuius, inquit, aures clausæ sunt veritati: vt ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est. Scitum est enim illud prouerbium Catonis: multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos inimicos, qui dulces uidentur illos sæpe uerum dicere: hos uero nunquam: nulla est hęc amicitia, cum alter uerum audire non uult, & alter ad mentiendum paratus est. His ergo necessitatibus compulsus dicat quilibet illud Prouerb. 8. Veritatem meditabitur guttur meum.

¶ Ipsam aperte pronunciando, & defendendo, & si necesse sit pro ipsa grauia sustinendo. Primo enim debet quilibet ueritatem libere ostendere: non tantum iudices animarum in his, quæ ad regimen pertinent animarum sicut ostensum est. C. 6. 10. uel etiam iudices alij: sicut ostensum est. I. 9. 4. ubi etiam plura ostensa sunt ueritatis impedimenta. Sed quo ad omnes. sicut patet. T. 2. 3. Et hoc sine intentione uindictæ. Cuius intentionis signum est, si æque peccatum reuelat familiaris ad correctionem sicut alterius. Art. 2. 4

Si uerò peccatum familiaris celat, & alterius reuelat, signū est, quod illud sinistra ostendit intentione, & certum est quod amicum carnaliter, & non spiritualiter diligit, nec illius sequitur exemplum, cui dicitur Lucę 20. Non respicis personam hominū: sed uiam Dei in ueritate doces. Debent etiam omnes ueritatem defendere: quia qui ueritatem non defendit, uel non pronūciat, proditor est ueritatis. 11. q. 3. nolite timere. Et non tantum proditores sunt apud Deum: sed etiā miseri quo ad mūdum. Vnde Chry. super Matth.

Si propter timorem mortis facere ueritatem impietas est, quomodo non est maior impietas propter miserum uentrem, & uani honoris spem tacere ueritatem? meliorem facere gratiam panis, & honoris, quàm gloriam ueritatis? Sicut ille, de quo Prouerbio. 28. pro bucella panis deserit ueritatem. Quorum impietas in hoc patet, quòd ipsum uendunt, qui dicit Ioan. 14. Ego sum uia ueritas, & uita: sicut ostensum est. A. 14. 13. Ergo ueritas est ostendẽda, & pro ueritate etiam, si necesse sit, grauia sunt sustinenda: quia sicut dicit decretum sumptum ex uerbis Grego. Melius est pro ueritate pati supplicium, quàm pro adulatione accipere beneficium. 11. quæst. 3. nemo perituorum, &c.

Artic. 3. ¶Hæc uerò ueritas in opere ostensa frequenter odium parit, & persecutionem. Circa cuius articuli declarationem. Primò ostenditur in quibus ueritas odium parit quantum ad illos, qui propter ueritatem ad inimicitias conuertuntur. Secundò quibus rebus ueritas in illis assimilatur. Tertiò quomodo alij cõtra quos huiusmodi exercent inimicitias per ueritatem illos fugere debent.

5 ¶Quantũ ad primum in illis odiũ parit, qui imitatores sunt Iudæorum, quibus ueritas dicit Ioan. 8. Me quæritis interficere hominem, qui ueritatem locutus sum uobis. In quibus sicut bubo non amat lucem Solis: ita nec lingua fallax amat ueritatem. Prouerbiorum 16. Qui etiam imitatores sunt diaboli, de quo dicitur Ioã. 8. In ueritate non stetit abinitio, & ueritas in eo non est. Ex cuius imitatione, & doctrina sui ueritatem fugiunt, & ueraces à se, ubi possunt, fugant, & persequuntur: etiam quantumcunque fuerint eis prius familiares, more luporum, qui lupum in ouem conuersum persequũtur, & more latronum, qui socium ad fidelitatem conuersum inuadunt, & spoliant. Sicut patet de Paulo, q[illegible], quandiu lupus fuit, Iudæi non persequebantur: sed ipsum ouem factum omnes terra marique persequebantur. Et hoc est quod ait ad Gal. 4. Inimicus factus sum uobis ueram dicens.

¶Hanc multorum conditionem quidam considerans cuidam seruienti magno domino, & alleganti, quòd ab eo recedere non potuit, consilium dedisse fertur, quod ueritatem ei diceret, & cito licentiam obtineret, quod cum fecisset, infra quindenam licentiatus fuit. Quo facto ueritas ostenditur dicti Senecæ. *Si, inquit, inclitelam fœlicis hominis potentisque* perueneris, aut ueritas, aut amicitia perdenda est. Sed quòd multi tales diuitibus desunt, patet per eundem. Cum, inquit, diuites omnia habeant, unum eis deest, scilicet, qui dicat ueritatem. Exēpli.

¶Quantum ad illos uerò ueritas assimilatur aquæ benedictæ: quia sicut omnes propinquius accedunt, dum illa datur: quia ipsam libenter accipiunt, & clamant ipsam petentes: sed si copiose aspergantur, illi idem murmurãt dicẽtes: satis est. Ita est de illis: qui ueritatem commendant, & ueridicos, & ore in agendis ueritatem petunt, quæ tamẽ si eis fiat, uel dicatur, murmurant, & ipsam nolũt. Morem in hoc habentes Iudęorum qui ueritatem increatam in terris apparentẽ multum desiderauerunt: habitam tamen audire noluerunt: sed faciem suã auerterunt. Sic isti de quibus uerificatur illud. 2. Timotheæ. 4. A ueritate quidem auditum auertent, &c. 6

¶Dum uerò multi circa ueritatem in scientijs, & alijs agibilibus acquirendam multum laborãt, & multum expendunt: sicut patet de multis, qui circa studiũ ueritatis, quasi totam uitam suam expendunt, quam tamen acquisitam, & ostensam nonnulli parnipendunt, potest dici, quòd de omnibus uirtutibus, uel rebus bonis ueritas est, quæ cum maiori odio, & opprobrio, & damno temporali expenditur,

dicitur,& ostenditur. Sed ueritas Deus tales à se fugat:sicut lux bubonem in morte videlicet qñ illi quasi bubones in tenebras ponent exteriores,qui hic veracibus præualuerunt propter causas tactas.F.1.artic.2. Tunc dicent: sicut illi.2.Esdræ 4. Magna est ueritas, & præualet: quoniam finaliter super

Artic.4. omnia uincit ueritas.2.Esdræ 3.

¶Sed heu propter prætactas,& alias causas ueritas in uita ista frequenter perit.Circa cuius articuli declarationem. Primò ostendetur quæ sit causa præcisa, quare multi ueritatem deserunt. Secundò quibus rebus dissimilantes assimilantur. Tertiò à quibus conuincuntur.

7 ¶Quantum ad primum: vna causa est inordinatus amoris appetitus,& hic inuenitur in his, q vecordes sunt veritatis defensores. Isti nanque tepidi ueritatis defensores uidentes,quòd aliter est in arte animæ,atque aliter in omnibus alijs artibus: quia in omnibus alijs ueraces diliguntur operarij. In arte uerò animæ tales contemnũtur,& odio habentur, & quòd adulatores honorantur,ab his, qui sicut dicitur ad Rom.1.Veritatem Dei in iniustitia detinent à ueritate declinant, ne damnum incurrant, uel lucrum habeant. Alia causa est similitudo, quam veritas videtur habere cum iniustitia, & hanc habent duri domini, & eorum ministri, qui dicunt de excessibus, & grauaminibus in domino suo,quòd iuste fuerint. Et falsi mercatores, & usurarij, qui dicunt idem de malis lucris,& custodes carcerum, de his,quos affligũt,vt aliqua eis dentur: & sic de alijs. Omnes isti,& his similes offenduntur quando eis ueritas dicitur,siue in confessione,siue extra. Et specialiter quando mentio fit de restitutione:quia primi, id est, domini veritatem se habere in in iustitijs suis dicunt, eo quòd consuetudinem pro ipsis habent quorum factum & dictum reprobatur.C.8. articulo 5.

¶ Mercatores uerò dicunt: sensus habuit, ergo non decipimus eum. Vsurarij autem dicunt, quòd auantagium habere possunt de rebus suis, & vtinam haberent auantagium, & non damnum. Nota optimè de talibus. A.16.13. Alij uerò uicti ueritatis defensores uidentes, quòd prædicti, & his similes à ueritate auditum auertent, ad fabulas autem conuertuntur.2. Timoth. 4. Et quòd irascuntur contra ueraces, & dona solita,uel sperata subtrahunt, & quòd parcentes ueritati diliguntur, ueritatem aliquotiens in confessionibus, & prædicationibus, & alijs locutionibus, & consilijs dimittunt: ita quòd causa est tam in illis, quibus fit adulatio,quàm etiam in adulatoribus,quare in mũdo, & circa dños modernos, & diuites nunc pauciores sunt ueraces,& fideles,quàm esse solebãt: quia sicut dicitur. Prouerb.26.lingua fallax non amat ueritatem.

¶Quantum ad secundam partem 8
huius articuli. Illi qui propter causas huiusmodi dimittunt dicere ueritatem,uel facere,uel illam dicere, uel facere tenentur. Primò assimilantur illi idolo,de quo est famosum exemplum. Valerij, quod cũ daret respon- Exẽplũ.
sa de amissis, uel furatis in quadam ciuitate, quidam latro ad ipsum ueniens dixit,quòd eius caput frangere, si ipsum reuelaret. Cum ergo postmodum læsus latronem indicare nollet respondit causam istam dicens. Tempora mutantur, homines deteriorãtur, & qui vult dicere ueritatem, frangitur sibi caput. Quomodo enim tempora mutantur ostensum est.T.5.16.cum sequentibus. Christiani uerò non deberent idolo assimilari: sed Paulo qui dicit ad Romanos 9. Veritatem dico,in Christo,nõ mentior.

¶Sed heu nonnulli secundo assimilantur idolo Ægypti, de quibus Augustinus de ciuitate Dei scribit, quod Ægyptijs volentibus deificare Isim,& serapim, cum multi contradicerent, & obloquerẽtur,posuerunt iuxta eos ido-

idolum habens digitum super os, in signum, quòd tacerent, uel punirentur. Illi idolo assimilantur non solum prædicti, qui ueritatem dicere nolũt: sed hi, qui faciunt ne alijs ueritatem ostendere audeant. Sicut sunt iniuriosi ministri dominorum, propter quorum timorem ab eis damnificati non audent ueritatem dominis suis ostendere. Sicut sunt superiores religiosorum prælati, qui puniũt, & silentium imponunt, uel alij, qui procurant, ꝙ silentium, & prædicationis arctatio imponatur ei, qui contra potentium loquitur superbiam, & uanitatẽ. Quilibet nanque talis iuxta potentem superbum est quasi prædictum idolum iuxta Isim, & Serapim: quia sicut illud fuit defensor illorum deorum: ita tales sunt defensores dominorum, qui non acquieuerunt ueritati: ad Rom. 2.

9 Exẽplũ. ¶Tertiò cuidam assimilantur mimo de quo fertur, quòd cum ianitor cuiusdam domini, cuius aulam intrare uoluit, ut comederet, quæreret quo domino esset: ille respondit, quòd cũ Deo: senescallus uerò, uel dominus ianitori respondit, quòd nisi alium haberet dominum, illuc non intraret qui cum audiret, dixit se esse cum diabolo, quo audito hilariter receptus fuit: quia bonus socius erat. Sic tales, qui uidentes, quòd in curijs, & comitatibus, & falsorum hominum societatibus erunt uilipensi, si cũ Deo fuerint, qui est ueritas, ad falsitatis & diaboli conuertuntur dominium, & omnes peccatores, qui delectationes, & lucra habent in seruitio diaboli, hoc faciunt opere, quod ille dixit ore, de quibus ad Roma. 1. Commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & seruierũt creaturæ potius quàm creatori.

Exẽplũ. ¶Quartò non tantum cuidam assimilantur stulto: sed sunt illo stultiores, & timidiores, de quo fertur, quòd quia domino suo narrauit facta familiæq, uæ faciebant in absentia domini in comedendo, & bibendo, & furando, & huiusmodi, fuit per quendam de familia bene verberatus, qui ad singulos ictus dixit: quando dominus aliquid quærit à te, dicas ei fatuitates, & non ueritates de rebus visis. Cum ergo dominus iterũ ab illo talia quæreret, & ipse staret attonitus, & timidus, & nihil responderet, ait dominus: dicas mihi ueritatem audacter, qui statim, ut ueritatem ei nominauit, incepit flendo clamare, & dicere: o domine nunquàm nomines mihi illud: quia ueritas est peior res mundi: domine adhuc sentio in dorso meo ictus, quos sustinui pro ultima ueritate, quam dixi. Iste stultus non dimisit dicere ueritatem, antequàm fuisset uerberatus. Nonnulli uerò dicentes se esse sapientes: ad Romanos 1. stultiores facti sunt: quia nunquàm ꝓ veritate adhuc sustinuerunt vnũ istum; & tamen quãdo in uisitationibus, uel peccatorũ inquisitionibus, uel assisis, uel duodenis onerantur, in periculo animarum de ueritate dicẽda, ad quã dicendam iuramento astringuntur, dicunt ꝙ non audent dicere ueritatẽ, ne verberent, uel occidãtur, uel ne domus illorum comburatur. Sed stulte hoc cogitant: quia dum ipsos timent, incidunt in uindictas Dei, de quibus ipsi eos liberare non poterunt, quando ueritatem requiret dominus. Si verò ipsos offendaris propter ueritatem, veritas liberabit uos. Ioan. 8.

¶Quintò assimilantur cuidam Citharoni, de quo scribit Seneca 7. declamationum commendans responsum cuiusdam mimi. Pro cuius dicti declaratione fertur fuisse quondã bellum inter duos Romanorum principes Iuliũ, & Pompeium, in quo princeps exercitus Iulij citharo dicitur clam fuisse confœderatus cum Pompeio. Accidit postea, ꝙ Iulius quendã mimum discretum faceret militẽ ad restaurãdum numerũ militum occisorũ per Põpeium: milites verò indignati, ꝙ talẽ personam militem fecisset, omnes simul iurauerunt, ꝙ ipsum in societatem nõ reciperent. Cũ ergo 10 Exemplum.

domum

domum intraret, vbi citharo cũ militia sua sedit, & locum ei non darent ad sedendũ inter eos: ait Citharo: cessissem tibi nisi locus nos arctasset Cui ille: mirum est quomodo tibi locus arctus videtur, qui in duabus sellis sedere consueuisti. In hoc notans eum, ꝙ in vna sella sedebat cum Iulio pro parte sua loquẽs, & in alia cum Pompeio, cum ipso operans: vnde dicere voluit, quod nec fuit Pompeio certus amicus, nec Cęsari, sed vtriusque adulator. Sicut ibidem recitat Seneca. Vnde exijt prouerbium inter Romanos, ꝙ quando de duplici, vel falso, vel proditore, vel adulatore sermo fiebat, dicere solebant. Ille equitat in duabus sellis: Et est simile illi verbo, quod dicit Helias ad falsos homines. 3. Regum 18. Vsquequo claudicatis in duas partes. Hęc prouerbia, & dicta congrue dici possunt de his, qui simul placere, & seruire volunt duobus dominis, id est, Deo, & diabolo, vel eius ministris, qui ore pro parte veritatis loquuntur, & opere quacunque de causa cum parte tenent falsitatis, qui nunc tenent cum vno quando potentia sua maior est: quando vero potentia inimici maior est, tenent cum illo. Talibus restat illud vę. Ecclesiast. 2. Væ peccatori ingredienti terram duabus vijs, cum illo, de quo. Ioan. 8. In veritate non stetit: quia non est veritas in eo.

¶Quantum ad tertiã partem huius articuli. Turpe est Christianis in veritate superari à Saracenis. Sed prædicti superantur primo ab Aristotele, qui primo ethicorum. cap. 7. omni familiaritati præfert veritatem, quia licet Plato eius esset amicus, & fuisset magister: veritatem tamen ei prætulit ipsum redarguendo, asserens, quòd duobus existentibus amicis; scilicet Platone, & veritate, maior amica est veritas. Esdræ etiam 2. cap. 3. dixerunt omnes tam Iudęi, quàm gentiles quòd super omnia vincit veritas.

¶Sed non sic inter falsos Christianos. De qbus verificatur illud Dan. 8. Prosternetur veritas in terram, inter quos veritas regnat apparens, & non existens. Ad quorum confusionem, & falsitatis ostensionem tria sunt ostendenda. Primo quæ sit veritas apparens, & non existens. Secundo quibus rebus tales assimilantur. Tertio quid de eis congrue dici poterit. Ar. 5. 11

¶Quantum ad primum omnes illi veritatem habent tantum apparentem, de quibus prætactum est supra eo. cap. qui scilicet veritatem tantum in ore habent, & non in opere, sed malitias multas in opere sub veritate oris abscondunt, quibus credendum esset, si opera concordarent cum verbis: qa dicit philosophus. 10. ethicorum. cap. 1. ꝙ sermonibus conuenientibus operibus creditur: si autem non conueniant, non creditur. Et ponit exemplum de illo, qui dicit delectationem non esse bonam, in qua tamen ipsemet delectatur. Talis namque secundùm philosophum in operando, quod ore reprobat, dictum propriam interemit, & magis prouocat auditores ad faciẽdum idem exẽplo, quàm retrahat verbo. Cuius causam reddit: quia vnusquisque magis eligit illud, quod docetur, & videtur esse bonum in particulari, & in speciali: quia licet bonum vniuersale sit diuinius, tamen homines præeligunt speciale. Sed quod ostenditur opere videtur esse aboperante electum, tanquam magis eligendum in speciali cũ actiones sint magis circa singularia, ꝙ sermones. Vidẽtes ergo vnũ delectationẽ ore cõdẽnare, & actu illã eligere, poti⁹ sequunť exẽpla, sermones reputãtes inanes, qa actiones sũt singulariũ, pp qđ signãter dicit Ap̃ls. Eph. 4. Veritatẽ faciẽtes, & nõ tm̃ loquẽtes, in veritate crescam⁹. Et 1. Io. 3 Nõ diligamus verbo neq; lingua, sed opere, & veritate: qa 1. Io. 1. Si dixerim⁹ ꝙ cũ illo societatẽ habem⁹, & ĩ tenebris ambulam⁹, mẽtimur, & veritatẽ nõ facim⁹.

¶Quan-

12 ¶Quantum ad secundam partem huius articuli, dum tales veritatem libenter legunt, & loquuntur, sunt similes otiosis lectoribus antiquorum gestorum, quæ dicunt, non faciunt: sicut est de bellis, &c. Iterum similes sunt illis, qui cum mimo libenter loquuntur: cuius tamen societatem nolunt, quando de arduis negocijs tractant, &c. Sic isti, &c. Et dum veridicos, iudices, prædicatores, confessores in collocutionibus priuatis commendant: & tamen de veritatis iudicio vel dicto offenduntur. Assimilantur primo illis socijs. A. a 6. 15. Secundo assimilantur cuidam, de quo fertur, quòd quendam hospitio recepit extraneū, qui asserebat, quod ideo fuit vagabundus, & omnibus de patria sua eiectus: quia omnibus dixit veritatem. Cui ille: propter illam causam ego plus diligo, & libentius te recipiam, venias ad domum meam, & maneas mecū. In qua domo cum iuxta ignem cum alijs sederet, dixit ei dominus domus: dicas nobis aliquam de omnibus veritatibus tuis, qui considerans, ꝙ ipse, & vxor, & catus erat monoculi, ait: vos tres non habetis nisi tres oculos, & dominus quasi insaniens ipsum statim de domo eiecit. Sic illi, qui dicunt Sapientiæ 2. Videamus si veri sint sermones eius. Et infra. Contumelia, & tormento interrogemus eum. Quos reprehendit Apostolus ad Gal. 3. Quis vos fascinauit non obedire veritati? Potest etiam prędictum exemplum esse cōtra eos, qui veritatem loquuntur, vel prædicant impertinentem, vel modo inconuenienti, contra quos. 2. Timoth. 2. Seruum autem domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati.

Exēplū.

13 ¶Quantum ad tertiam partē huius articuli prædictis, & specialiter illis, qui veraciter loquuntur, & fallaciter operātur, congrue dici potest ad modum, quo quidam dixisse fertur de iudicibus, & assessoribus, & aduocatis curiæ Christianitatis. Ipso namque obloquenti, & conquerenti de hoc, ꝙ iustitia in illa obtinere non potuit, vt voluit, alius ipsum reprehendit dicēs: nō dicas sic amplius, quia curia Christianitatis est. i. curia Christi & sanctæ ecclesiæ. Cui ille: bene potest esse ꝙ curia sit Christiana, sed illi de curia sunt dęmones: ita dici potest legistis, qui legibus suis abutuntur, dicentibus, ꝙ leges habent veras, & fideles. Et multis alijs dicentibus se veritatem dicere, cum detrahunt, vel mala intentione loquuntur. Leges quidem bonæ sunt, & vera verba, & Christi sunt: sed opera & loquentes sunt diaboli habentes formam scientiæ, & veritatis in lege: ad Rom. 2. & non materiam, nec veritatem.

¶Propter quod sequitur dicitur in Psal. 11. Diminutę sunt veritates à filijs hominum intantum, ꝙ nunc pro magna parte verificatur fabula, qua fingitur: quòd quatuor socijs scilicet igne, vento, aqua, & veritate simul existentibus, & se diuidere ad propria violentibus, loquentibus insuper, & quærentibus vbi quilibet iterum inuenire posset, quando indigerent: Ignis in silice, ventus in folijs tremuli, aqua iuxta radicem iuncorum fatebatur se posse communiter inueniri: veritas vero fatebatur ꝙ nesciuit, vbi inueniri possit. Et vix adhuc scitur: iuxta illud Oseæ 4. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Et causa in parte patet. F. 1. art 2. Ar. 6. 14

¶Et hoc ad damnū multorum frequenter, & specialiter ostenditur in curijs, & palatijs, in quibus potius ad dona respiciunt, quàm ad veritatem. Et ideo sicut dicitur. 1. Mach. 7. Veritas, & iudicium non est in eis, in quo faciunt veritatem peioris conditionis, & minoris reputationis, quàm falsitatem, vel quemcunque hominem, quia cum pro omni homine, qui plus dat, vel plus nocere potest 15

loquantur, & tamen hoc pro veritate facere nolunt, nam veritas plus dat. Nam quicquid boni habent naturæ, fortunæ, & gratiæ, & totum ab illo habent, qui est veritas: qui dicit Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita, & sic plura dat, &c. tamen pro illius parte esse nolunt, quia dona falsitatis videntur eis magis recẽtia: ideo à veritate exciderunt. 2. Thimoth. 2. Plus etiam nocere potest: quia potest, & vult aduersarios suos mittere in gehennam, qui non acquieuerunt veritati: ad Roma. 2.

¶Verbum. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Quanta sit verbi Dei pronunciandi necessitas, & cum quanta loqui debeat audacia prædicator.*

2 *Verbum Dei non semper tantæ esse authoritatis, efficaciæ, & credibilitatis, sicuti esse deberet, quandoque prouenit ex defectu pronunciantis, quandoque vero ex defectu auditoris.*

3 *Verbum Dei frequenter est prædicandum propter vitia: propter necessitatem: propter propriam voluntatem, & propter vtilitatem auditorum. num. 4. 5.*

6 *Nuncij Dei, & verba, quæ loquuntur, sunt honorandi, & in reuerentia habendi.*

7 *Deuota auditio verbi Dei quinque inducit, & causatur vtilitates: illuminat ignorantes: iracundos, & inuidos quasi congelatos liquefacit: mundat: vitam dat gratiæ: ad regnum cæleste ducit.*

8 *Docentes, & audientes verbum Dei, illud opere implere debent, si spem in Deo habere volunt.*

9 *Verbum dubia, & obscura legis interpretanda sunt secundum iura.*

Verba Dei debent habere pronunciatores, & auditores. Ex parte ergo pronunciantis. Primo ostendetur quanta sit pronunciandi necessitas, & cum quanta loqui debeat audacia. Secundo pronunciationis frequentia. Tertio ex parte auditorum humilis auditio, & tam loquentium, quàm verborum honoratio. Quarto ex parte vtriusque impletionis ostendetur necessitas. Quinto verborum dubiorum legis interpretatio.

¶Primum patet per Chrysostomũ in imperfecto, super illud Matth. 13. Cum gaudio suscipiunt verbum: Homel. 52. Qui, inquit, semen accipit, & optimo tempore non seminat, semen perdit, & domino, de damno tenetur ergo non est æquum, nec securum nos derelinquere verbũ Dei, & vacare mensibus. Actuum 6. Ergo sicut dicitur. Esa. 59. Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo non recedant de ore tuo. Sed illa audacter pronũcia, quia sunt verba Dei. Si enim nuncij regis solennes in regno suo, & in præsentia eius præcepta sua audacter pronunciant absque timore, quantomagis tu, qui ad hoc in ecclesia es nuncius, & clamator deputatus? ergo ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum, dicit dominus: ecce dedi verba mea in ore tuo. Hieremiæ 1. Nota P. 12. 52. In quo etiam ostenditur verbi Dei auctoritas, & credibilitas. Si enim bulla papæ magnæ sit auctoritatis, & credibilitatis, quantomagis verba Dei verissima, quæ nullo modo falsa esse possunt? quia sunt à prima veritate, quæ essentialiter est veritas, quæ dicit Ioan. 14. Ego sum via veritas, & ideo sermo tuus veritas est. Ioan. 17.

¶Quod tamen nõ semper sit tantæ auctoritatis

Ar. 1. 1

auctoritatis,& efficatiæ, & credibilitatis sicut esse deberet,quandoque est ex defectu pronunciantis, quandoque ex defectu audientis. Verbum nanque Dei se habet ad modū gladij, de quo ad Hebr.4. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. ad Ephe.6. Sumite gladium spiritus, quod est verbum Dei. Quod autem gladius bonus in percutiendo deficit ab effectu optato: vtpote ab occisione illius,qui morti adiudicatur, potest esse debilitas percutientis, aut duritias rei percussę. Sic in proposito verbum Dei deficit, vel quia pronunciator eius est spiritualiter debilis, & inhabilis, de quo in
1 Psal.49. Peccatori autem dixit Deus quare tu enarras iusticias meas? &c. vel quia dura percutit corda peccatorum. Induratum, inquit, est cor Pharaonis. De verbis nanque, quæ super tales cadunt,dicitur Matth.13.quod aliud cecidit super petram, & natum aruit: quia non habuit humorem. Chrysostomus vero in imperfecto.Hom.48. tales cōparat terræ arenosæ, quæ quāuis pluuiam susceperit: tamen quia nullos in se tenet humores, semper aret. Tales sunt sicut rete, quod tantum plenum est,dum est in aqua. Et sicut cribrum, quod solas paleas retinet:sicut ostensum est. A.26.5. Sic isti, quę videntur ex errore dicta retinent, & exilis tam loquentem, quàm verba diffamare nituntur, quibus dicitur. 1.Thessal.1. A vobis diffamatus est sermo domini.

Ar.2. ¶Non tamen propter hoc est à do-
3 ctrina cessandum: sed frequenter est prędicandum propter tria. Primo propter necessitatem. Secundo propter propriam voluntatem. Tertio propter vtilitatem auditorum.

¶Quantum ad primum, si necessarium est illi, qui præponitur filijs, vel familiæ alicuius ad eos pascendum, frequenter pascere, & si aliquando ex infirmitate cibum non recipiant, vel non retineant; non tamen potest sine mortis illorum,& proprię perditionis periculo totaliter se ab illis retrahere, ne eis cibum offerat: immo quāto infirmiores sunt: tanto frequentius est eis cibus offerendus. Sic de illo, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore, omnibus debet cibum offerre animarum, de quo Math.4. Non in solo pane viuit homo: sed nō in omni verbo Dei &c. Non tantum maioribus,& vbi emolimentum sperat tēporale:sed etiam pauperibus,ne dicatur, quod in eius defectu paruuli petierunt panem, & non erat,qui frangeret eis. Thren.4. Nec tātum libenter illud recipiētibus: sed etiam illud semel,vel bis abijcientibus: quia tales infirmi sunt spiritualiter, & monstruosi. Exemplo illius,qui in verbis suis monstra placauit. Ecclesiast.45. Vide plura ad istud propositum. P.12. 4
art.7. Secundo propter propriam vtilitatem: quia mercedem non amittes etiam, si nullus sequatur effectus. Sicut patet per historiā, quæ fertur beatum Gregorium cuidam respondisse episcopo quærenti de sua frequenti prædicatione, de qua nulla sequebatur in auditoribus vtilitas, Æthiops, inquit, ita niger balneum exit, sicut intrauit, & tamen balneator mercedem accipit. Sic in proposito, quia vnusquisque propriam mercedem recipiet secundùm proprium laborem, ergo prędica verbum insta oportune. 2.Timoth.4. Exēplū.

¶Tertio propter vtilitatem auditorum speratam,qui licet prima vice nō conuertantur, iterum poterunt: sicut patet P.12.24.& licet in vno loco fructum non faciat, poterit in alio. Sol enim vbique lucet, & tamen vbique aurum non generat; sed in terra ad hoc disposita, & Deus vbique pluit,in mare, & super iustos, & iniustos, & tamen illa pluuia non vbique fructum producit, sed in locis dispositis. Et Isaac non tantum Iacob; sed etiam Esau benedixit. Vnde Augustinus

nus lib. de benedictionibus Esau. & Iacob. Simul, inquit, pluit dominus super segetes & super spinas: sed segeti pluit ad horreum, spinis ad ignem, & tamen, vna est pluuia. Sic verbum domini omnes compluat. Deut. 32. Audiat terra verba oris mei: bene cõueniat auditori verũ illam recipiat ad horreum cœli vel ad ignẽ inferni: qa ex voluntate auditorum est, quod ex illa producũt fructum salutis animarum, vel spinas pungentium peccatorum. Propter quod Hieronymus super illud Psal. 147. Ex adipe frumẽti satiat te: comparat verba Dei mannæ. Quicquid, inquit, volueris ex sermone Dei nascitur: sicut tradunt Iudæi: quoniam manna secundum voluntatem cuiuscunque sic sapiebat in ore illius. 1. Corint. 1. Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est: his autem, qui salui fiunt, id est, nobis virtus Dei est.

5 ¶Est ergo de verbo Dei & auditoribus eius, sicut de igne & lignis igne positis: quia sicut ignis operatur in lignis secundum lignorum conditionem: quia in ligno viridi, vel putrido, vel aquoso non habet tantã efficaciã, sicut in sicco, & disposito, & tamen in ligno viridi & aquoso per frequentiam, & perseuerantiam finaliter eundem educet effectum, quem in ligno disposito in prima producit appositione: quia primo producit fumum, secundo aquam, tertio flammã claram, qui est vltimus effectus, quẽ in ligno disposito producere potest. Sic verbum Dei in viridi iuuene, & putrido sene, primo educit fumum murmurationis, & oblocutiones, iterum aquam producit lachrymarum, & cõpunctionis, quando melius recordantur sicut Petrus. Matt. 26. Recordatus Petrus verbi, quod dixit ei dominus: egressus foras fleuit amare. Tertio flammam producit charitatis, & sic patet illud Hieremiæ 23. Nonne verba mea ut ignis ardens.

Ar. 3. ¶Ex iam dictis patet, quod ad hoc quòd sermo Dei capiat in vobis salutis effectum: oportet quod in vobis sit humilitatis, & debitæ dispositionis conditio.

¶Circa cuius articuli ostensionem 6
duo sunt declaranda. Primo quod tã nuncij Dei, quam uerba, quæ loquũtur sunt honorandi & in reuerentia habendi. Secundo vtilitas ostendetur, quæ ex hoc sequitur. Primum patet: exemplum de reuerentia, quæ exhibetur nuncijs, & verbis regis. Secundo per legem ciuilem, in qua cõtinetur, quod omnem reuerentiam debemus nuncijs Imperatoris. C. lib. 7. tit. quando prouocare non est necesse. l. omnem honorem. Tertio per sacram scripturam, in qua de bonis legitur. 1. Thessal. 2. Non accepistis vt uerbũ hominum, sed ut uerbum Dei. Istis ergo informati exemplis legibus, & autoritatibus, in mansuetudine suscipite insitum uerbum, quod potest saluare animas uestras. Iacobi 1. In qua autoritate notatur secunda pars huius articuli, id est deuote auditionis uerbi Dei utilitas. Pro qua est aduertendum, quod hæc quinque inducit, & causat utilitates. Primo nanque illuminat ignorantes: sicut lumen solis illuminat sedentes in tenebris, in Psal. 118. Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Hanc lucernam nobis misit Deus pater per filium suum, & per multos alios ad modum amici, quæ sciens amicum suum oportere de nocte ad ipsum uenere, ei ministros mittit cum lucerna, uel lucernis, ne in uia erret, uel turpiter cadat. Sic Deus misit nobis: ut sine errore, & casu ad hospitiũ suum in cęlo ueniamus: ut lumen abũdãtius haberemus, uoluit lucernam benedicti filij sui in multis locis a crucifixoribus perforari, & uerbum suum a prędicatoribus multipliciter exponi, sciens, quod lucerna, in qua plures sunt fenestræ, lumen clare cõmunicat: si hæc cuius fenestrę sunt Xpi uulnera, & omniũ

sanctorum doctrina, exempla, in quibus clare omnibus ostendit vultum animæ, & quid agendum, fugiendum væ sit, & non decipit intuentes: sicut sapientia mundi, quæ ad modum lunæ seu luminis candelarum, quæ non sunt pulchra, facit pulchra apparere, propter quod ne decipiatur, istam lucernam propheta specialiter petiuit dicens: Lucerna pedibus meis verbum tuum.

7 ¶Secundo iracundos, & inuidos quasi congelatos liquefacit. Sed est aduertendum, quod sicut lumen, & calor solis non liquefacit ferrum, sed glaciem: ita verbum Dei raro liquefacit in antiqua malitia, vel odio, quasi ferrum induratos, sed quo ad alios emittet verbum suum, & liquefaciet ea: in Psal. 147. Qui vero volunt omnino damnari indurantur. Matth. 15. Hoc verbo pharisei scandalizati sunt. Tertio mundat: nam ad modum, quo ventus mundat granum à Paleis, verbum Dei mundat homines à culpis. 1. Timoth. 4. Sanctificatur per verbum. Et ad modum, quo aqua mundat sordes corporum: ita aqua illa, de qua. Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, in qua lauamini mundi estote Esaię primo: qa mundat ab omnibus sordibus animarum Ioan. 15. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Sed est aduertendum, quod sicut non omnis aqua mundat: sed illa, quę est in se clara: ita non omne verbum, vel sapientia animam lauat: sed ille fons clarus, de quo Eccl. primo. Fons sapientię verbum Dei excelsi. Quarto vitam dat gratię. Sed sicut signum mortis est in infirmo, quando cibum nō retinet. Ita secundum beatum Grego. signum est mortis ęternę, quando homo non retinet verba Dei, de quibus Io. 6. Verba vitę ęternę habes. Quinto ad regna cęlestia ducit. Est nanque de illo sicut de fonte: quia sicut fons ducit ad altitudinem originis: Sic verbum dei ad deum, de quo Ioan. 1. In principio erat verbum. Sicut ergo operarius, cui magna promittitur merces, dicit in spe, & gaudio fortiter agam: Ita vos dicentes illud Hiere. 15. Factum est verbum tuum mihi in gaudium, de quo ipsum frequenter commemoremus dicentes illud Psalmus 118. Memor esto verbi tui, in quo mihi spem dedisti.

¶Sed ad hoc, quod spem in illo habeamus, oportet quod docentes, & Artic. 4 8 audientes illud opere impleamus: quia quid valeat alium docere, quod maculam abstergat, ei, qui maculam in propria non tergit facie? cum turpe sit doctori, quem culpa redarguit, quam in alio repręhendit. Tales enim sunt sicut fabricatores arcę Noe; per quam alij seruabantur, & saluabantur, & ipsi in diluuio perierunt. Vel quid valeat audire quomodo, & vbi maculam abstergere deberet: nisi illam tergat. Estote ergo factores verbi Iacobi. 1. Sed aliqui auditores sunt sicut ferę bestię: quia sicut ipsę non libenter audiunt; immo fugiunt latratū canum, & surdus non delectatur in cithara, nec cęcus in lumine: ita nec ipsi in audiendo, vel faciendo verba dei: quia non recipit stultus verba prudentię Proue. 18. Immo, quod peius est, quæ auribus audit, operibus destruit, & prædicanti detrahit, seu docenti Cuius causa iam p̄tacta est: qa verbum est sicut ignis, de quo in psal. 118. Ignitum eloquium tuum &c. Ignis autem positus in vase pleno aromatibus causat suauē odorē: sulphur vero causat fetorem. Sic verbum Dei causat in illis, quę sunt pleni peccatis. id est. ostendit quales sunt, quando videlicet in quocunque impletur, & ostēditur illud Eccl. 29. Loquetur verba tędij, & murmurationis, &c. Quorum periculum per exemplum ostenditur legis ciuilis: quia si mulctari debet in quinquaginta aureis, qui cum vanga, vel alio instrumento albū defluuit

struit prætoris.i.verba sua, seu sententia, vel edictum prætoris in alto loco positum: sicut patet in ff.ve. lib. 2. titu. de iurisdic.om.iudi.l. si quis illud. Et instit.lib.4.ti.de actio §.pœnales. Quãtomagis, qui verba dei verbo, vel opere cõculcauerit, deteriora meretur supplicia? de quibus Eccles. 10. Initiũ verborum illius stultitia, & nouissimum oris illius error pessimus.

Ar.5. 9 ¶ Quantum ad quintum verba dubia seu obscura interpretari debent secundum iura, contra loquentẽ, qui potuit clarius dixisse: sicut patet. ff. de pactis.l.veteribus placet.id est, in ff. veteri. l. 2. Super qua lege ponit glo. casum de vendente equum asserentem, quod nullum defectum habeat, nisi quod non vult ascẽdere arbores, postmodum detecto, quod non vult transire pontem ligneum, non valet venditio, deceptor rehabebit equum suũ: quia verbis obscuris decepit innocentem, de quo Prouerb. 14. Innocens credit omni verbo. Nota alias leges huic concordantes. M.6.10.&c.

Via. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Via triplex: prima naturæ, qua omnes progrediatur ad mortem temporalem: secunda ducit ad mortem æternam: tertia gratia, quæ ducit ad vitam immortalem nu. 2. 3.*

4 *Qualis sit via perditionis, & quòd multi ingrediuntur per eam, & illi, qui sint. nu. 5.*

6 *Quæ sint viæ domini, quæ ducunt ad gloriam, & quomodo Deus conatur nos per illas ducere. nu. 7. 8.*

9 *Pauci sunt, q per vias domini vadunt, & qui sint illi, & per quas semitas vadant, & quam multi viam Dei inueniam amittunt. nu. 10. 11.*

12 *Prædictæ tres viæ in quo conueniant. Differentia inter viam gratiæ & viam gloriæ ibid.*

13 *Causa cur via culpæ sit lata, & via gratiæ arcta.*

Viarum. Primo ponetur distinctio ostẽdendo, quod omnes vadunt per viam necessitatis, & hoc periculose. Secundo ostẽdetur, quòd plurimi currunt per viam culpę ad pęnam, & quomodo. Tertio quod pauci ambulant per uiam gratiæ ad gloriã, & per quas semitas. Quarto per sensibilia exempla istarum viarum & quãtum ad medium, & quantum ad finem ostendetur conuenientia, & diuersitas.

¶ Ad primum sic proceditur, viarũ quędam est generalis peregrinationis, quædam miserabilis deuiationis, quędam delectabilis retributionis. Prima est necessitatis: secũda & tertia sunt uoluntatis. Prima est naturæ: qua omnes vadunt ad mortem temporalem, de qua dicit Dauid ad Salomonem filiũ suum. 3. Reg. 2. Ego ingrediar viã uniuersæ terræ. Secunda ducit ad mortẽ æternam: de qua Prouer. 14. Est uia, quę uidetur homini recta, & nouissima eius deducunt ad mortem. Tertia est gratiæ, quæ ducit ad uitam immortalem: de qua in Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum: scilicet superius uersus tes sicut patet. C. 14. 7. Sicut nanque trocus in ludo puerorum bene currit quãdo stricta seu arcta pars est inferius, & latum superius. Sic nos in via mandatorum quando cor est strictum inferius, quantum ad solicitudinem terrenorum, & latum superius quantum ad desiderium, & occupationem cęlestium: hæc est uia sine impedimento. Sapien. 19. Ar.1.

¶ In prima uia cum periculo progredimur, cũ paupertate egredimur, ad statum præteritum non regredimur. Primo cum periculo ad mortem progredimur propter trium hostium insidias, qui in uia hac qua ambulabã abscon-

absconderunt laqueum mihi. in Psal. 141. Mundus laqueum cupiditatis. Caro laqueum voluptatis. Diabolus laqueum vanitatis. Vnde Antonius in vitisparum vidit mundum plenum laqueis &c.

Exēplū. ¶ Contra primum hostem necesse est, quod miles Christi armetur armis iustitiæ,& fidelitatis. Contra secundū armis munditiæ, & castitatis. Contra tertium armis timoris, & humilitatis. Sic parate viam domini. Luc. 3. Sed multi sic se non præparant: quia laqueorum prædictorum non vident pericula similes illi Aquilę, de qua habetur. S. 3. 15.

Exēplū. ¶ Alij uero ad modum illius paruæ auiculæ, de qua ibi fit mentio, & exemplum, istos cauent laqueos, & vias illas derelinquunt: sicut fur derelinquit furtum suum, quando ad iudicem vadit. Ad quod faciendum omnes propheta, hortatur dicens. Derelinquat impius viam suam. Esaiæ 55. Et reuertatur vnusquisque à via sua mala Hiere. 18.

2 ¶ Secundo cum paupertate egredimur. Iob primo. Nudus egressus sum, & nudus reuertar. Michec 1. Vadam spoliatus scilicet bonis temporalibus, ab amicis extra, & bonis spiritualibus ab inimicis intra, nisi fortiter me ab illis custodiero. A primis vero nullus se custodire potest, nisi bona pręmittendo, A secundis nisi fortiter pugnādo, & eis resistendo. Sed heu ista non faciunt: quia non cogitant quomodo in nouissimo aggrauata est via. Esaiæ 9. Si enim cogitarent, quomodo bona, quæ post se derelinquunt, sunt inter amicos, parentes, executores, & legatarios, & alios: sicut os proiectum inter canes, bona sua præmitterent, ne ipsi ea amitterent, & ne essent alijs occasio ruinæ. Sed nonnulli hoc beue sentiunt, & tamen bona sua non præmittunt: quia semper præsumunt se diutius victuros, quibus frequenter contingit: sicut illi. Luc. 12. Stulte hac nocte repetent animam tuam. Et tūc, qui negligit viam suam mortificabitur. Prouerb. 19. Tertio ad statum pristinum non egrediuntur. Exemplum de Dauid, qui. 2. Reg. 12. dicit de filio suo mortuo. Ego magis uado ad illū, ille non reuertetur ad me. Et non solum ille, sed quilibet nostrum dicere potest, illud Iob 16. Ecce breues anni transeunt, & semitam, per quam non reuertar, ambulo. 3

¶ Prima verò pars huius authoritatis deberet nos excitare ad uiriliter agendum opera ad salutem animarū pertinentia: quia in omni negotio siue in ambulatione, siue in quacunque operatione, quando homo non habet longum tempus, plus ire uel operari festinat.

¶ Secunda uero pars non mouere deberet ad bonorum operum multiplicationem: quia omnia, quæ nunc agimus, uel præmittimus, ibi inueniemus. Sicut ergo ille, qui locum mutat sine spe redeundi nititur multa præmittere, uel secum portare: ergo & nos hoc facere deberemus. Propter quod dicitur Eccl. 9. Quodcunque facere potest manus tua instanter operare: quia comedent fructus uiæ suæ. Prouerb. 1.

¶ Quantum ad secundum tria ostēdentur. Primo qualis sit uia perditionis. Secundo, quod multi currunt per eam. Tertio, qui sunt illi. Artic. 2.

¶ Quantum ad primum: ubi uia Dei est recta. Iuxta illud Osee decimo quarto. Rectæ uiæ domini, iusti ambulāt in eis: uia diaboli est circularis: quia sicut in circulo faciendo reditur ad punctum, in quo incepit. Sic peccator semel peccata sua deserens, & iterum ad eadem rediens circulum facit redeundo ad peccatum, quod deserere uidebatur. Sic Samson oculis erutis in mola circuit diaboli. Iudicū 16. Sic canis reuertitur ad uomitum suum, & imprudens iterat stultitiam. Prouerbiorum 26. Sicque in circuitu impij ambulant. Et iter impiorum peribit. in Psal. 1. In quo casu iter ab iterando 4

iterando dicitur, de quotum quolibet Hieremiæ 2. Vilis facta es nimis iterans vias tuas. Secundo est retrograda ad modum cancri. Homo nanque constitutus est inter cœlestia, quæ habere debet ante se, & terrena, quæ habere deberet post se: quando ergo terrena nimis amat, retrocedit cõtra Dei præceptum. Gen. 19. Noli respicere post tergum tuum. Sed talis dicere potest illud Threnorum primo. Expandit rete pedibus meis, conuersa sum retrorsum.

¶Tertio est lubrica pro tanto: quia sicut portantes onus graue in via lubrica faciliter cadunt in foueam: ita peccatores portãtes onera vsurarum, & furtorum, & malorum perquisitorum, & aliorum peccatorum faciliter in puteum cadunt inferni. Ex quibus patet quod via illorum tenebræ, & lubricum. In Psalmo 34.

5 ¶Per istas uero uias multi currunt quia spatiosa est uia, quę ducit ad perditionẽ, & multi uadũt per eã Matt 7.

¶Primo superbi, quorum uia est periculosa: quia nimis alta. Prouer. 17. Qui altam facit domum suam quærit ruinam, & arbor nimis alta prosternitur: sicut patet per leges. l. 6. 25. Ideo Ecclesi. 32. dicitur. In via ruinæ ne eas, & non offendes.

¶Secundo auari, quorum uia est laboriosa: quia cum labore acquirunt, cum timore seruant, & cum dolore perdunt, & finaliter perduntur, dicẽtes illud Sapiẽ. 5. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, ambulauimus uias difficiles, quid nobis profuit? &c.

¶Tertio gulosi, & lasciui, quorum via est damnosa: quia per breuem delectationem ducit ad pœnas æternas. Sicut latro per uiam viridem, & suauẽ ducitur ad patibulum, sic de istis, licet illis aliter uideatur, cum inquinatę sunt viæ illorũ in omni tẽpore.

¶Quarto inuidi, & iracundi per uiã duram, quorũ uia semper est amara. Eccle. 21. Via peccantium cõplantata lapidibus, & in finem illorum inferni, & tenebræ, & pœnæ, & sic de alijs, in comparatione, ad quos dicitur: in Psalm. 1. Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit. Nam omnes prædicti, & his similes decepti sunt: sicut ille, qui debuit fuisse sapiẽs a stulto. A. 21. 27. C. 5. 9. ergo Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini: in Psal. 118. Exẽplũ.

¶Circa quorum uiam tria dicenda sunt. Primo ostenditur quæ sunt uiæ domini, seu gratiæ, quæ ducũt ad gloriam, & quomodo Deus conatur nos per illas ducere. Secundo quod pauci vadunt per eas, & qui sint illi, & per quas semitas uadunt. Tertio quomodo multi uias Dei amittunt. Artic. 3. 6

¶Quantum ad primum viæ Dei sunt uiæ munditiæ, iustitiæ, & cæterarum uirtutum, quas deberemus diligenter quærere, & inuentas solicite tenere, ad modum peregrini, qui diligenter quærit, & tenet uiam, quæ ducit ad uillam, seu locum, quo tendit: quãto plus uiam, quæ ducit ad patriã cœlestem quærere debemus dicentes cum Psalmista in Psal. 24. Vias tuas domine demonstra mihi. Deus uero, qui semper iustorũ in his, q̃ iuste petunt preces audit, ductores ad nos misit, qui uias p̃dictas non solũ ostendant: sed etiam per illas nos ducant.

¶Primo, & principaliter dilectũ filium suũ: ut ipsum per triplicẽ sequeremur uiam: sicut ostensum est. S. 7. 1. Secundo matrem suã, ut ipsam sequamur per uiam fidei. Tertio apostolos, qui relictis oĩbus secuti sunt eũ: ut ipsos sequamur per uiam paupertatis. Quarto patriarchas, p̃phetas: vt primos sequamur per uiã misericordiæ, secundos per uiã ueritatis: nã in istis duobus vniuersæ uiæ dñi misericordia, & ueritas: in Psal 24. Quinto martyres, quorũ quilibet dicere potuit illud Psalmi 16. Propter uerba labiorũ tuorum ergo custodiuit vias duras: ut ipsos sequamur per uiam patientiæ,

Sexto confessores, quorum quilibet dicere potuit illud Psal.118. Viam veritatis elegi: vt ipsos sequamur per uiã obedientiæ, & ueritatis. Septimo virgines de quarum quilibet Deus dicit. Ambulans in via hac mihi ministrabat: ut ipsas sequamur per uiam mũditiæ, & puritatis. Sic ergo iustum deduxit dominus per uias rectas Sapien.10 Et sic notas mihi fecisti vias vite: in Psal.15.

7 ¶Deus nanque omnes istos mittẽdo ad modum fecit amici, qui cum amico suo in extranea patria ductorem mittit: sed cum hoc, quod sic ei ductorem dat, oportet quod ipse etiã ductorem sequatur, aliter in uia errabit. Quando enim plures per uiam vadunt, si ad vnum locum tam præcedentes, quam sequentes ire intẽdant, si præcedentes sint certi de via, & sequentes incerti, necesse est, quod sequentes non tantum respiciant: sed etiam solicite sequantur præcedentes. Sic de nobis, prædicti sancti nos præcesserunt in via cœli, & certi sumus quod illuc per uias prædictas peruenerunt. Ab illis ergo interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, &c. Hieremiæ 6 id est, in munditia virginum, & sic de alijs. Et non desideratis ductores uestros, ne deficiatis de loco, in quo sunt: sed fortiter perseuerate ad sequendum quemlibet prædictorum: quia secundum beatum Gregorium. Inuanum fortiter currit, qui antequam veniat ad metam, deficit. Dicat ergo, & opere impleat illud Iob 23. Vestigia eius secutus est pes meus uiam eius custodiui, nec declinaui ab ea.

8 ¶Sed heu Matth.7. Angusta porta est, & arcta uia, quæ ducit ad vitam, & pauci ambulant per eam. Veritas huius authoritatis in operibus ostenditur. Nam pauci sunt qui uadunt per viam obedientiæ, & multi per viam superbiæ pauci, qui per uiam amicitiæ, & multi per uiam inuidiæ: pauci per viam misericordiæ, iustitiæ, & charitatis, & multi per uiam auaritiæ, & cupiditatis, pauci per viam concordiæ, & multi per viam iracundiæ, pauci per uiam prudentiæ, castitatis, & sobrietatis, & multi per uiam accidiæ, luxuriæ, & gulæ. Quibus omnibus dicitur Eccle.2. Væ his, qui perdiderunt iustitiam, & dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas.

¶Quorum aliqui vtilitatem, & priuilegium viarum domini perdũt per non usum. Sicut nanque habens seruitutem, seu priuilegium eundi per prædium alterius, non vtendo via illa per leges potest illam amittere: sicut patet. ff de seruitutibus vrbanorum prædiorum. l. Hæc autem iura, id est, in digesto veteri lib 8. Sic in proposito de illis, quibus a Deo concessum est, quod possunt ire per uiam mandatorum Dei, si tempore oportuno, & concessio illa via non vtuntur, & libertatem illam, & utilitatem viæ illius perdunt, &c. Ergo hæc est uia, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistrã declinabitis Esa.30. Vide plures leges huic concordantes. P.7.49. quas omnes leges lex Dei, & scientia Christi confirmat Luc.19. qui seruum illum, qui pecunia ei concessa usus non fuit, pecunia illa priuauit, & insuper pro peccato omissionis pœnis puniuit æternis. 9

¶Alij vero idem perdunt per abusum, sicut ille, qui uia, uita, tempore, & omnibus donis, & priuilegijs tam naturalibus, quàm gratuitis abutitur in superbia, & alijs modis peccando. Si ergo princeps terrenus per leges iuste potest a tali, qui priuilegio suo abutitur, illud auferre sicut patet. C. de aquæductu. l. eos, id est, in libro 11. In qua lege continetur, quod si a principe alicui concessum sit priuilegium adaquandi decem pecora, adaquando viginti priuilegium perdit: quia illo priuilegio abutitur illud excedendo Sic illis, quibus concessum est priui- 10

legium

legatum a Deo, seu donum vel naturæ, vel gratiæ, quo bona operando ire poterunt ad cœlum, si illud excedant illo male operãdo, merito illud amittunt. Nota plures leges huic concordantes. A.6.3. Quibus concordat lex Dei Luc 16.q potestatẽ villicãdi abstulit a uillico, q bona illi⁹ dissipauit.

¶Alij uero idem perdunt per contrarium factum. Nam secundum leges, si alicui concessum sit, quod aquã ducere possit per uiam, seu riuulum determinatum, & determinatę quantitatis: vtputa per meatum vnius pedis, nec illum elargare poterit, uel ad alium locum transferre. Si uero contrarium faciat illum elargando, illum perdit. Si uero in duos meatus diuidit, vnum perdit. In primo uero casu totum perdit: quia consistit in actu indiuisibili, in secundo vnum tantum: quia vnus meatus ab alio diuidi potest. ff. de aqua ęstiua. & pluuiali. l. 2. id est, in digesto nouo lib. 1. Et ff. quibus modis seruitutes amittantur. l. aqua & l. si per partem, id est, in digesto ueteri lib 8 Sic in proposito de illis, qui non sunt contenti ire, & uitam illorum ad cœlum ducere per arctam uiam mandatorum Dei, sed uolunt illam elargare eundo per uiam propriæ uoluntatis, de quibus. 2. Petri 2. Multi sequuntur eorum luxurias, per quos via veritatis diffamatur, vel qui duplici progrediuntur uia: scilicet in quadragesima, vel in infirmitate in via Dei, sed postea in uia diaboli, quibus concessum est tantum per vnam ire poterunt, & animam ad cœlum ducere. Primi, qui semper in largiori via, quàm deberent, ambulant, totum perdunt. Secundi propter vnam viam, id est, diaboli amittunt. Talibus nanque dicitur Eccle. 2. Væ peccatori ingredienti terram duabus vijs. Et Eccle. 3. Cor ingrediens duas uias nõ habebit requiem.

¶Quia sicut dicitur Prouerb. 2. Relinquũt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas.

¶Pro quo est sciendum, q lex facit differentiam inter iter, actum, & uiam: quia qui habet seruitutem itineris, potest ire solus, qui actus potest ducere iumentum, qui viã potest ducere iumẽtum, seu currum, uel quodcunque uoluerit. ff. de seruitutibus rusticanorum prędiorum. l. 1. hoc est in digesto ueteri. Et si habens iter uiam facit, punitur. Sic in proposito multis, & specialiter religiosis indulgetur, & legatur a Christo iter rectum, quod videlicet ire poterunt soli, sine iumẽto, & diuitijs, & pompa seculari: si ergo actum, & uiam authoritate propria accipere præsumunt, ut uadãt cũ illis, de quibus in Psal. 19. Hi in curribus, & hi in equis. Nonne de eis dici potest, quod derelinquunt iter rectũ, & ambulant uias tenebrosas? de quibus dictum est. P. 3. 26. cum sequentibus. Et quia de tali uia illorum aliqui scandalizantur, congrue dicitur in Psal. 48. hæc uia illorum scandalum. 11

¶Omnes uero prędictæ tres viæ in hoc conueniunt, quod omnes sunt breues: quia breues dies hominis Iob 14. Duę uero ultime, id est, gratiæ & gloriæ differunt in duobus, in ꝓgressu, & ingressu. In processu pro tãto differunt: quia uia culpę dum durat est delectabilis: quia quę maior delectatio, quam quod peccator habeat, quæ male concupiscit, & lata: uia vero Dei è conuerso videtur terribilis, & arcta est in ꝓgressu. In egressu uero, & in fine uiarum pro tanto differunt: qa uia culpę p delectationes breues ducit ad pœnas æternas: uia uero Dei è conuerso per breues pœnas in resistendo, & pœnitentias, atque restitutiones faciendo ducit ad præmia gloriæ ęternæ. Artic. 4. 12

¶Et potest uideri ista differentia per duos a contrario ambulãtes, quorum vnus uadit de circunferentia alicuius circuli ad centrum, alius uero uadit a centro ad circunferentiam. Nã primus habet uiã latam in principio. Sicut patet de illo, qui de circũ-

12 ferentis rotæ inter duo ligna, quæ extenduntur a centro ad circumferentiam, uadit uersus centrum, in principio non constringitur, sed in fine arctatur. Ille uero, qui è conuerso uadit, licet in principio arctetur: tamen cōtinue uiam inuenit largiorem. Sic de illo, qui dimittit amplissimum cœlū, & vadit ad centrum terræ, id est, infernum, largam inuenit viam in principio: quia via impij prosperatur, & bene est omnibus, qui male agunt. Hieremiæ 12. Et quia ducūt in bonis dies suos. Iob 21. Et quia ipsi peccatores obtinuerunt diuitias: in Psal. Sed certe in fine: sicut dicitur Iob 20. cum satiatus fuerit arctabitur, & æstuabit, & omnis dolor irruet super eum. De cuius uiæ fine. Ecclesi. 20. Via peccantium complantata lapidibus, & in finem illorum inferi, & tenebræ & pœnæ. Ex quo patet quod quantum ad illos in nouissimo aggrauata est via. Esaiæ 9. Illi uero, qui è conuerso bene uiuendo centrum derelinquūt terræ, & directe ad latitudinem tendūt cœlestem: licet in principio uia videatur dura: in progressu erit tamen securior. Quia secundum Hieronymum via religionis est in principio seu in aggressu dura, in progressu secura, & larga, & minus grauat: sicut patet tam per dicta. C. 8. articu. 2. quam per Augustinum dicētem: quod uia, quæ ducit ad uitam in principio est arcta, in medio latior, in fine latissima. Hoc est quod dicitur Prouerb. 4. Ducam te per semitas, æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui. Ex quibus patet illud Esaiæ 55. Non enim viæ meæ viæ uestræ, dicit dominus. Et illud Ezech. 18. Nunquid uia mea non est æqua, & nō magis uiæ uestræ prauæ sunt? Causam
13 autem latitudinis viæ culpæ, & arctitudinis uiæ gratiæ reddit Chrysostomus super illud Matth. 7. Intrate per angustam portam. Porta, inquit, diaboli lata est: quia apud illum sine lege sunt omnia. Abijt uagus in uia cordis sui. Esaiæ 57. Christi autem arcta: quoniam sub ratione legis apud illū sunt vniuersa: hanc peccator peccatis inuolutus, super quem diabolus vniuersam sarcinam malorum posuit, intrare nō potest. Sed sancti, qui sunt spirituales, & subtiles, qui quales intrant mundum, tales exeunt.

¶Considerate in uerbis Chrysostomi progressum. Via, inquit, Christi arcta: quia sub lege sunt omnia: utputa non accipere nomen Dei in uanum, caste uiuere, inimicum diligere, & sic de alijs mandatis, quæ uidentur multis dura. Sed secundum eūdem Chrysostomum. Ne respicias quod aspera est uia: sed quo ducit, nec aliam quod lata est in delitijs, diuitijs, & honoribus: sed ubi desinit: sicut uidendo hominem per uiam duram peditare ad locum maximi honoris, & commodi, si illum multum diligis, non multum te grauat dura via, nec multum uiæ considerans laborem: ita de teipso cogita si aliū uides in cura cū multitudine magna duci ad patibulum, plus cōsideras finem viæ, quam uiā, & plus affectares uiam, & finē, primi, quam secundi. Sic in proposito. Ambulate ergo per uias asperas. Baruch 4. &c.

¶Visus. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Similitudo visus tam corporalis, quam spiritualis consistit in obiecto, in actu & defectu.*

2 *In obiecto quomodo. ibid.*

In actu quō debet esse similitudo. ibid.

Quantum ad defectum quomodo sit similitudo. ibid.

3 *Similitudo corporalis cæcitatis & spiritualis in duobus potest attendi, vel in his, quæ cæcitatem causantur, vel in his, quæ ad eam consequūtur. nu. 4.*

5 *Supra nos videre debemus Deum pro amore nostro factum humilē, & pauperem, vt nos alliceret ad contemptum cupiditatis, & vanitatis, eundem etiam iudicem iratum pro*

peccatis

peccatis nostris. numero 6.7.8.

9 *Intra nos videre debemus damnum, quod peccando incurrimus, vt doleamus.*

10 *Iuxta nos videre debemus necessitatẽ, & subuenire & contra quam regulam faciant non subuenientes. numero 11.*

12 *Humiles, & pauperes clarius vident omnia, quæ ad Deum, & statum proprium, vel proximi pertinent.*

13 *Duo visum impediunt spiritualem. numero 14.15.*

16 *Propter amorem, vel timorem Dei, qui omnes cogitationes, nostras verba, & opera videt cauere debemus, ne aliquid in nobis sit, quod illi displiceat. num. 17.*

Visus corporalis, & spiritualis. Primo ostẽdetur similitudo quantum ad ipsam visionem, & quantum ad amissionem. Secundo quæ debemus videre supra nos. Tertio quæ infra nos. Quarto quæ iuxta nos. Quinto qui clarius vidẽt omnia, quæ spiritualiter videnda sunt, & qui plus impediuntur. Sexto quòd propter amorem, vel timorem illorum, qui omnia nostra uident, debemus diligenter videre, ne aliquid in nobis sit, quod eis displiceat.

Artic. 1. ¶ Quantum ad primum. Primo ostendetur similitudo vtriusque visionis, & secundo utriusque cęcitatis.

1 Similitudo uero uisionis consistit in tribus, in obiecto, in actu, & defectu. In obiecto dupliciter. Primo: quia sicut corporalem delectant oculum lympha, uiror, speculum: ita spiritualiter oculum bonorum delectant consideratio nostræ fluxibilitatis ad modum aquæ quia omnes morimur, & sicut aqua dilabimur in terra. 2. Regum 14. Et viror herbarum, quæ super mortuos crescunt, & speculum aliorum damnatorum, vt caueamus, & saluatorum vt sequamur. In Christo nanque, & in illis debemus præcipue semper oculos ponere spiritualiter, & obiectiue: sicut in capite ponuntur localiter: vt mores imitentur naturam. Ille nanque voluit, qui oculis corporalibus supremum locum tribuit corporis, quod oculi mentis in supremum locum per amorem, & desiderium tenderet cœli. Exemplo ergo pastorum uideamus hoc uerbum Lucæ 2. id est, Christum, & Christi uitam, non terrena, vel carnalia ad concupiscentiam more cupidorum, gulosorum, & luxuriorum, quorum oculi sunt insatiabilis, sed Deum, & omnia, quæ ad ędificationem pertinent animæ, exemplo prophetæ, qui ait: oculi mei semper ad dominum. Et iterum. Leuaui oculos meos in montes, &c. Ille uero, qui è conuerso cum hoc, quod oculos quantum ad naturam habet in supremo loco, & illos quantum ad mores in in nouissimis, & infimis, quantum ad solicitudinem ponit, naturam peruertit, & bestias, & illos peruersos in conditione sequitur. De quibus Danielis 13. Declinauerunt oculos suos: vt non uiderent cœlum neque recordarentur iudiciorum iustorum.

¶ Secundo quantum ad obiectum in hoc debet esse similitudo, quod sicut uisum mentis: ita necesse est, quod uisum corporis ab illicitis retrahamus aspectibus. Vnde beatus Gregorius 21 moralium. tractans illud uerbum Iob 21. Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem de virgine. Præceps, inquit, anima, dum non præuidet, ne incaute videat, quod concupiscat, cęca postea incipit desiderare, quod videt. Sanctus igitur uir, ut cogitationes caste custodire posset, fœdus cum oculis pepigit, ne prius incaute respiceret, quod postmodum inuitus amaret. 2

¶Periculum uero contrarium facientium patet in exemplo Dauid. P.14.10. Iob ergo exemplo, & Dauid rogo auerte oculos, ne videant vanitatem.

¶Quãtum ad actum vero debet esse similitudo: vt sicut oculus corporis totum corpus ducit, & alios conducit: ita visus mentis totum hominem spiritualiter ducat, & alios inducat verbo, & exemplo, & specialiter ille cui hoc incumbit ex auctoritate, vel officio. Sic ergo sicut visio corporis inter obiectum, & oculum est recta: ita spiritualis quo ad teipsum, & alios. Iuxta illud Prouer.4. Oculi tui recta videãt Quantum ad defectum in hoc primo est similitudo: quia sicut oculi corporales in hoc differunt ab auribus, & naribus, quòd non uident maculam in se, nec iuxta se collateraliter: ita multi nec sua, nec collateralium peccata attendunt Psal.35. Lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum: qui tamen in alijs plura dicunt se uidere peccata, quàm sint, quos repræhendit Deus. Matth.7. Quid autẽ vides festucã in oculo fratris tui? trabem autem, quæ in oculo tuo est, non vides? non consideras? Si enim proprios viderent defectus, satis haberẽt materiam dolenti: quia uix est ciuitas, vel cõgregatio ĩ qua tertia, uel quarta pars nõ sit in peccato mortali. Propter quod Iesus videns ciuitatem fleuit super illam dicens: si cognouisses, & tu Lucæ 19. Secundo quia plus deficiunt in senectute, quàm alij sensus. Sic etiam oculi ecclesiæ, id est, clerici plus deficiunt, quàm laici, sicut alibi ostensum est Gen.27. Senuit Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat. Tertio quia damnum plus nocet in oculo, & macula plus apparet, q̃ in pede. Sic peccatum in superiori, quàm in subdito. Eccle 31. Nequius oculo quid creatum est, id est, illis, qui debere nt esse oculi ecclesiæ. De qubuis Ezech.13. Vident uana, & diuinant mendacia, ait dominus.

¶Quantum ad secundam partem huius articuli: similitudo corporalis cęcitatis, & spiritualis potest attendi, vel quantum ad cęcitatem causantia, vel quantum ad cęcitatem sequentia. Primum patet: quia sicut lumen oculorum corporalium potest impediri p corpora opaca superposita, vel omnino excęcari potest quis ab hostibus captus sicut Samson Iudic.16. vel per infirmitates oculis superuenientes: ita spiritualiter potest uisus impediri animæ in his, quæ circa seipsum facienda sunt per terrenorum solicitudinem, & in his, quæ circa alios faciẽda sunt per numerum acceptionem. Qualiter enim uiam cęli possit videre, uel iustitiæ, qui inter uiam cęli, vel iustitiam, & oculos ponit terras, diuitias, domos, & munera quarumcunq; rerum: quia supercecidit ignis concupiscentiæ, & non viderunt: in Psal.57. Totaliter uero excęcatur a diabolo captiuus ductus per quodcunque peccatum mortale. De seruis nanque suis verificatur illud Esaiæ 42. Quis est cęcus nisi seruus meus, &c. quem sicut equum cęcum ducit de luto peccati ad lutum, quasi ad libitum Soph.1. Ambulabunt in cęcitate: quia domino peccauerunt, uel infirmitate spirituali: vtpote a superbia, ira, vel inuidia. Ista nanque tria peccata hominẽ spiritualiter excęcant. Et sicut inflatio oculo superueniens quandoque ipsum eruit: ita ista, & alia peccata, & specialiter luxuria: sicut ostensum est. L.7.24. animæ superuenientes ipsam in his, quæ Dei uel propriæ salutis sunt excęcant Psal.39. Compræhenderunt me iniquitates meæ, & nõ potui, vt uiderem. 3

¶Quantum uero ad cęcitatem sequentia in hoc primo est similitudo: quia sicut cęcus faciens habẽs immũdam in speculo sordes non uidet, vt terga: nec latro excęcatus, & ad patibulum uel ignem ductus ab his, qui dicunt, q ipsum ad bonum locũ ducunt, uel ad bonum festum, vt ipsum decipiant 4

accipiant patibulum, vel ignem non videns non timet, antequàm sentiat: ita nonnulli spiritualiter a diabolo, & peccatis excęcati nec sordes vident in anima: & ideo nec eas mundant, nec patibulum, uel ignem uidere uolunt inferni, nec diabolũ, qui semper iuxta eos expectat: ut illos morte perimat ęterna, vt timeãt. Cuius causa est: quia excęcati cum sint, ad ignem inferni ducuntur a mundo, carnæ, & dęmonibus, a quibus credunt duci ad honores, diuitias, delitias, & ideo ignem illum non timent antequàm sentiãt. Sed tunc secundum beatum Gregorium pœna oculos aperiet, quos culpa hic clausit. Sic excęcati fuerunt illi pessimi sodomitæ, qui ostium domus inuenire nescierunt Gene. 19. Et sic primo aperti sunt oculi syrorum, quando fuerunt in medio inimicorũ suorum, de quibus dicitur. 4. Reg. 6. Viderunt se esse in medio Samariæ. Sic prædicti peccatores excęcati simul sentire, & uidere uolunt pœnas inferni, quando sunt in inferno: cum illo Luc. 16. Eleuans oculos suos cum esset in tormentis uidit, &c. Secundo quia sicut cęcus corporaliter non debet secundum iura esse aduocatus, ne irreuerẽtiam faciat iudici a tergo postulando sicut patet. ff. de postulando. l. 1. §. casum, id est, in digesto veteri li. 3. Nec tutor: quia talis non potest res pupilli per se bene custodire. ff. de excusatione tutorum. l. post susceptam, id est, in infortiato lib. 4. ita nec cęci spiritualiter sunt apti suorũ, uel aliorum aduocati corã Deo: quia scimus, quoniã peccatores non exaudit Deus Ioã. 9. Nec etiam animarum tutores: quia oculos habent corporales, & nõ videbant quæ ad animarum pertinẽt custodiam. 1. Reg. 3. Non poterat videre lucernam Dei.

Artic. 2. ¶Quibus dicitur Esaiæ 42. Cęci intuemini. Primo quid habetis supra vos, Deum, qui propter amorem vestrum factus est pauper, & humilis: vt vos alliceret ad contemptum cupiditatis, & uanitatis, qui propter uos laboriosam, & parcam, & castam, & pœnalem uitam vsque ad mortẽ duxit: 5
vt ipsum sicut pueri librum respiciẽtes discatis otiũ, gulam, & omnia peccata cõtemnere, & cum ipso dura sustinere: & tamen illos, qui dura ingerũt charitatiue diligere. Sic uacate, & videte: quia talis primo hic in terris visus est Baruch. 3.

¶Iterum leuate oculos vestros, & videte Ioan. 4. iudicem uestrum iratũ pro peccatis uestris: ut euadere possitis in die iudicij, quando omnes homines uidebunt filium hominis venientem Luc. 21. Cuius iudicium tũc erit peccatoribus terribile. Primo ꝓpter peccatorum manifestationem ad peccantium confusionem. Secundo propter ineuitabilitatem. Tertio propter pœnæ acerbitatem, & durabilitatẽ, & multa alia sicut patet. I. 11. 15. De quibus Bernar. Memorare nouissima tua, quæ sunt mors, iudicium, & gehenna. Quid horribilius morte? quid terribilius iudicio? Gehenna vero nihil põt intolerabilius excogitari.

¶Videat ergo peccator, ꝙ in morte nec magnum, nec parũ de bonis suis secum portare poterit. In iudicio uero nec resistere, nec fallere poterit iudicem. In gehenna uero nullam habebit consolationem: sed perpetuum vlulatum, & stridorem dentium. Leua ergo oculos tuos in directum, & vide Hieremiæ 3. quid Deus, qui est supra te, fecit pro te, & quid faciet cõtra te, nisi fueris talis, qualem in prædictis exemplis suis te esse docuit: ad Roma. 11. Vide ueritatem, & seueritatem Dei. 6

¶Sed non obstantibus Christi exẽplis uisis, vel bonis promissis, uel pœnis infligendis in Christum non sequentes, ipse dicere põt illud Psal. 30. Qui uiderunt me, foras fugerunt a me: quia uix dicimus postquàm ad ętatem peruenerit uiginti annorum, ipsum sequitur bene uiuendo, sed potius ipsum cuius iudicium finaliter

fugere non poterunt, nunc fugiunt quandiu possunt male viuendo. Qui omnes simiæ assimilantur, quæ fugit nucem propter amaritudinem corticis. Nam quia auaris, & mundi sapiẽtibus amara est paupertas, quam in Christi uident vita. Ideo ipsius vitam in hoc non imitari: sed potius fugere volunt.

¶Sic de superbis, & delicatis, & quibuscunque peccatoribus: quia aliquid eis durum in Christi uita uident, ipsum in hoc fugiunt, de quibus Iob 9. Fugiunt, & non uident bonum. Contra quos. V. 3.13. Non uos sic: sed gustate & uidete: quoniã suauis est dominus: in Psalmo 33.

7 ¶Gustate, inquit, quomodo sub paupertate Christi, & post paupertatem pauperum pro Christi amore infinitę sequũtur diuitiæ, post asperitatem delitiæ, post contemptibilitatem honores ab illo nobilissimo rege. Quia aliter bonus non esset, nisi suos in fine remuneraret, qui dicit Exod. 3. Videns uidi afflictionem populi mei, & descendi liberare eum. Sed heu aliqui non gustant: illi uidelicet, qui sunt alijs saturati peccatis: & quia non gustant hic non saturabuntur alibi, vbi visio fit victus: quia sicut comedentes in primo prandio, non debent comedere in secundo inter religiosos: ita illi, qui saturauerunt oculos suos hic vanitatibus, & affectiones suas malis amoribus, uentrem suum gulosis delitijs, domos suas repleuerunt alienis diuitijs, uoluntatem suam in illicitis, inter angelos in secundo prandio nõ

8 pascentur. 4. Regum 7. Videbis oculis tuis: scilicet in die iudicij, & inde non comedes. Alij uero non gustant, nec uident: sicut mali illiterati, & etiã insufficientes in statu suo, quantum ad scientiam & mores, qui nec intelligere, nec facere uolunt, quod faciendum est. Alij uident, sed non gustant: sicut literati mali, quibus Naas eruit oculos dextros 1. Reg. 11. de quibus Matth. 23. Super cathedram Moysi sederunt, &c. Hi recte figurantur per Herodem Luc. 23. qui multum desiderabat Iesum videre, quem cum vidisset, illusit indutum veste alba. Sic multum desiderant scripturas intelligere, in quibus uident Iesum: quem tamen indutum veste alba, id est, doctrina pulchra, & scientia, vita turpi contemnunt. Talium intellectus de voluntate conqueri potest dicens illud Luc. 10. Domine non est tibi curę, quòd soror mea, &c. Alij uidẽt, & gustant sicut ille Luc. 18. Vidit & sequebatur illum Prouerb. 31. Gustauit, & vidit quoniam bona est negotiatio eius.

¶Intra se videre debet peccator Artic. 2.
damnum, quod peccando incurrit, vt doleat. Quantam enim materiam habet doloris in exemplo ostenditur.
Si enim ad domum rediens, & intra 9
cameram suam respiciens, & uidens thesauros, quos maximos habuit ablatos, filios, & mulieres, & amicos occisos, chartas maximæ hæreditatis, quæ in placito est destructas, & quæcunq; alia bona, quæ in camera sua dereliquit ablata, & cum hoc etiam videret dominum suum sibi offensum demeritis suis exigentibus, & hostes inueniret paratos ad ipsum ad pœnas maximas rapiẽdum, materiam habet dolendi. Et peccator ad cameram conscientię suę rediens in infinitum maioris tristitiæ habet occasionem, sicut patet inductiue in omnibus prædictis ad peccatorem Deum, & gratiã amittentem applicatis. Ergo videte fratres, ne forte sit in aliquo cor malum ad Heb. 3. Sed heu delicta quis intelligit: in Psal. 18. Et ideo sicut dicitur Hieremiæ 8. Nullus est, qui agat pœnitentiam super peccato suo dicẽs quid feci: vnum nanque sequitur ex alio. Nam si prædicta peccati damna intelligerent, agerent pœnitentiam de peccatis tam suis, quàm alienis, vbi nunc propria non intelligunt, & de alienis ludunt. Causa uero quare delictum proprium, & pœnam sequentem

tem non vident,est duplex : vna quãtum ad delictum : alia quantum ad pœnam sequentem. Quantum vero ad delictum non vident: quia non respicit directe peccati deformitatem: sed commodum ,uel delectationem annexam. Et quantum ad pœnam sequentem, amor, quo seipsum inordinate diligit, facit quod iudex decipitur in propria causa,& intelligendo non rectam contra seipsum profert sententiam. Ergo vide: quia malum est, & amarum reliquisse te dominum. Hieremię 2.

Artic. 4.

10 ¶Iuxta se videre debet proximum necessitatem, vt subueniat. Regula vero, secundum quam eis subuenire iubemur a Christo, data est. Dilige, inquit, proximum tuum sicut teipsum, quæ fundatur super regulam naturæ, qua dicitur. Hoc facias alteri, quod tibi vis fieri: quam regulam Christus approbauit, & confirmauit. Matth.7. Omnia, inquit, quæcunque vultis, vt faciant uobis homines, & vos facite illis. Istam regulam vide, & nunquàm errabis. Item qui peccat per iram, &c. Contra prædictam regulam facit, &c. vsque ad consummationem: iuxta illud ad Galathas 5. Si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem consummamini. Dicit signanter mordetis propter detractores, qui mordent quando aliqua mala vituperant dicendo. Ipse est malus in hoc, sed non totaliter comedunt: quia non omnia, quæ in ipso suo, deprauant. Dicit etiam comeditis contra illos, qui deuorant omnia, quæ vident in homine nunquàm bonum dicendo, &c. Nota.C.16.5. Sed si propriam cęcitatem consideraret, diceret illud, Thobiæ 5. Quale gaudium mihi est, qui, in tenebris sedeo, & lumen cœli non video.

11 ¶Iterum si peccat quis per nimiã tenacitatem, non subueniendo miseris, &c. a prædicta regula deficit, quia qui habuerit substantiam huius mũdi, & viderit fratrem suum necesse habere, &c. 1. Io. 3. Ergo videte qualem charitatẽ dederit vobis Deus. 1. Ioan. 3. hoc est, operibus ostendite.

¶Sed heu sicut terra impedit de nocte, vt solem non videamus: ita qui impediuntur terrenis affectionibus ne videant p̄dictã regulam, &c. Nota quare moriẽtes plura vident. M.11.42.

¶Omnia uero prædicta quidã limpidius intuentur, quidam plus impediuntur. Circa primos duo sunt dicẽda. Primo ostẽditur qui sunt illi, quibus maior inest prædicta videndi dispositio. Sub qua forma illa intuẽtur. Artic. 5.

¶Quantum ad primum omnia ad Deum pertinentia, & statum propriũ, vel proximi clarius vident humiles, & pauperes spiritu: sicut videmus corporaliter experimento sensibili, quod quidem experimentum habetur. H.6.17. Ita spiritualiter propter quod dicitur, Gen. 18. Descendam, & videbo. 12

¶Omnia autem prędicta sub forma uidentur scrutali: quia sicut omne quod uidetur oculis corporalibus videtur sub forma piramidali, cuius conus est in oculis, & basis in re visa: ita etiam quod videtur spiritualiter in oculis fidei, ut amandum, credendũ, sub prędicta forma videtur. Cuius formę vnus angulus est creator in oculis fidei: alius vero angulus, quẽ videre debemus, est ipsa creatura, in qua videre debemus indigentes, vt subueniamus, peccatores, vt compatiamur, & corrigamus, sanctos vt sequamur. Iuxta illud Lucę 18. Vidit, & sequatur.

¶Quantum ad secundam partem duo visum impediũt spirirtualẽ. Primum accipitur per similitudinẽ impedimenti intrinseci, & aliud p exẽplum obstaculi intrinseci in visione corporali: nam sicut visio corporalis vnum impedimentũ habere põt intrinsecum, cęcitatẽ uidelicet corporalẽ: ita spũalis cęcitatẽ spiritualem in his quę Dei sunt, & ad aĩarum pertinẽt salutem. Sunt n. multi oculati in 13

alijs:

alijs: sicut patet. P.5.9. Et S.3.15. & sapientes: qui tamen in morte inueniēt se esse stultissimos, & cęcos: quando cum tota sapientia sua non inuenient vnam rationem ad probandum efficaciter, ꝙ debeatur eis de cōgruo gloria beatorum, & obijciētur satis multe ad concludendum ineuitabiliter, quod transire debeant ad miseriam damnatorum. De quorum quolibet verificatur illud Eccl.37. Omni sapiētia defraudatus est. Tunc uidebunt omnem turpitudinē tuam Ezech.16. Habendo ergo respectum ad finem illum secundùm Hieronymum super Matth.16. Quid prodest homini, si mundum vniuersum lucretur? Si, inquit, haberes sapientiam Salomonis, si pulchritudinem Absalonis, si fortitudinem Samsonis, si longęuitatem Enoch, si diuitias Crœsi, si potestatem Octauiani, qui prosunt? si tandem caro detur uermibus, & anima dęmonibus cum diuite sine fine crucianda.

14 ¶Alia impedimenta extrinseca potest uisus corporis habere tria, elōgationem, transpositionem, & interpositionem. Sic spiritualiter peccatores non uident Deum, & quæ videre deberent: quia male uiuendo se ab illis elongant. Propter quam sicut dicitur Eccle.6. Non uidit solem, nec cognouit distantiam boni & mali.

15 ¶Secundo per transpositionem: vtpote quando ponitur post tergum, qđ deberet poni ante oculos. Sic spiritualiter quādo Deum, quem semper ante oculos habere deberemus, exemplo illius Gen.32. Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea, & spiritualia postponimus, & ante oculos mundi delitias, &c. ponimus, &c.

¶Tertio per alicuius corporis interpositionem: sicut patet de his, qui sunt in profundissimo carcere, qui ideo solem non uident, &c Sic nec illi, qui in carcere sunt peccati, & diaboli, propter quod spiritussanctus hortatur Cant.3. Egredimini filiæ Sion, & uidete regem, &c.

¶Et cauete, & omnes cogitationes, locutiones, & operationes diligenter mundate: quia ille rex cum toto exercitu cęlesti uidet vos: sicut ostensum est. A.25.17. Artic.I.

¶Videntes nanque diuinam substantiam uident omnium rerum genera, species, indiuidua, & totum ordinem vniuersi: secundùm Thomam contra gentiles lib.3.cap.57. Et hoc multis ostendit rationibus, quarū vna est ista. Visio diuinę substantiæ est vltimus finis cuiuslibet intellectualis substantiæ. Omnis enim res cum peruenit in ultimum finem quiescit appetitus eius naturalis. Ergo oportet ꝙ naturalis appetitus rationalis creaturæ, quiescat post adeptionem illius finis, quod esse non posset, nisi omnia prædicta sciret: quia appetitus naturalis est omnia prædicta scire: nec tamē sciunt omnia, quæ Deus potest facere, & non facit. Si ergo quilibet nostrum timeret contra regem superbire, ipsumq; in præsentia sua, & totius exercitus contemnere, uel hominem occidere in præsentia iudicis iustissimi, qui tot haberet armatos paratos ad faciendum vindictam in homicidas, uel in præsentia sua furari. Si etiā vxor in præsentia potentissimi, & optimi mariti, & totius exercitus non auderet adulterari. Si familia in præsentia domini uellet otiosam, & gulosam uitam ducere, dum in alijs occupari deberet, nonne timeret? quare nō timemus superbire, iurare, & multis alij modis contra Deum in præsentia Dei, & exercitus sui peccando superbire, uel hominem odiendo occidere, uel auaritiam, seu luxuriā, uel gulam, uel accidiam sectari. Si dominus aliquis haberet speculum, qui totam familiam suam ubicunque esset, uideret: familia vbiq; caueret, & ei placere niteretur. Sic nos. 16

¶Vnde in vitispatrum abbas Antonius cuidam quærenti, quomodo posset semper Deo placere respondit. Exēplū.

Sic

Sic semper habet ipsum præ oculis, & cogita ipsum omnes cogitationes, atque operationes tuas videre, & locutiones audire.

¶Hæc aduertere debetis, qui cogitatis mala in cordibus vestris, quando loquimini turpia, & iuratis enormiter, & cõmittitis spurcissima quæq;: quia secundùm Tullium in quadam epistola. Semper ita cogitandum est, quasi intimum peccatorum tui uisus aliorum penetraret. Quid enim prodest si ab hominibus abscondatur, & Deus illud videat? Sed heu in disputationibus: quia Deus ubique est, & quia omnia videt, sed in cogitationibus, locutionibus, operationibus, omissionibus, facimus, ac si nusq̃ esset, nec aliqua uideret. Nõ sic nos: sed videte quõ caute ambuletis Ephe. 5.

17 ¶Et specialiter uos, q cura uel dominio estis onerati, scientes, ꝙ tales pedibus offendentes, & cadentes durius cadunt. Ex quo patet responsio ad quæstionem quam vir magni status in potentia, & scientia quæsiuit: vtrum videlicet melius esset, ꝙ homo esset diues, quàm pauper. Quia sicut melius esset habenti magnam dietam facere, uel etiam debenti de necessitate cadere non esse onustius. Sic in proposito de nobis, qui habemus magnã viam facere, & in die mortis de necessitate cadere. Sicut insuper currus, uel animal non onustum in luto cadens facilius surgit: quia sub onere cadens surgere non potest, antequàm deoneretur: Sic pauper cadens in peccatum: quia diues cadens sub onere simonię, vel vsuræ, & huiusmodi nullo modo surgere potest, antequàm restituendo se deoneret. Ergo in morte, & ante mortem melior est paupertas. Istius opinionis, fuit propheta in psalmo. qui ait. Vidi impium superexaltatum, &c. In quo ostendit, quod ille de alto loco sub onere male cecidit: ideo in hac quæstione ueram concludit sententiam subiungẽs custodi innocentiam, & vide æquitatem.

Vindicta. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Deus iuste vindictam de peccatoribus sumit, & quare non statim post peccatum illam sumat.*

2 *Homo vindictam capere non debet pro quibuscunque iniurijs sibi vel suis, vel quibusuis rebus illatis ꝑpter multas causas. num. 3. 4. 5.*

6 *Multa exempla adducuntur pro quã informamur ad non faciendam vindictam. num. 7.*

8 *Qui vindictã sumere vult de hostibus, plus sibi, quàm illis nocet. num. 9.*

10 *Vindicta semper ex malo animo procedit, & iniustitia.*

11 *Qui se omnino vindicare volunt, quibus rebus assimilentur.*

12 *Confutatio responsionis eorum, qui dicunt quòd nunquàm inimico nocebunt, sed cupiunt quòd Deus vindicet eos: & det inimicis eorum malam mortem &c. num. 13.*

Vindictarũ quædã sunt Dei, quædã hominis. Circa quas primo ostendetur, quòd Deus iuste uindictas accipit de peccatoribus. Secundo, ꝙ homo iniuste, ubi ostendetur per multas rationes, ꝙ homo vindictam capere non debet pro quibuscunque iniurijs sibi, uel suis, uel quibusuis rebus illatis. Tertio exempla ostendentur ad hoc, ꝙ non capiat mouentia. Quarto quàm damnabile sit, quòd quis se uindicet. Quinto, ꝙ uindicta semper ex malo animo ꝓcedit, & iniustitia. Sexto, quibus rebus omnino se uindicare uolentes assimilentur. Septimo illorum audiẽda est repõsio.

¶Circa primum tria sunt dicenda. Artic. 1. Primo arguetur, ꝙ Deus nullam vindictam

dictam de iniuria sibi facta iuste capere potest. Secundo respondebitur. Tertio ostēdetur quare uindictas suas tantum tardat.

¶Primum probatur per iura, quæ volunt ꝙ nemo sit iudex in causa ꝓpria. C. lib. 3. titu. ut nemo ius sibi dicat. l. vnica. & ff. de iudicijs. l. penulti. id est. in ff. veteri. lib. 5. Respondetur ꝙ ille, qui de iure potest dare iudiciū in iniurijs alijs illatis, potest esse iudex in causa propria, quantum ad notoria secundùm Innocentium in decretal. lib. 5. tit. de verborum significatione, super capitulum ex parte, sicut patet de episcopis, qui pro iniurijs eis factis iudicia exercent. Cum igitur Deo oīa sint notoria non quantum ad notorietatem facti: quia dissimulationi nō est locus: dist. 56. in sacerdotibus: in fine extra de cohabitatione clericorum. tua. ff de ritu nuptiarum palam: sed & in morte erunt quantum ad notorietatem iuris: quia tunc erunt in iudicio per probationes legitimas cōfecti, & confessi, & canonice condemnati 15. q. 5. presbyter: & q. vlti si quis presbyter. extra de cohabitatione clericorum & mulierum. nostra quæsitum. 2. q. 6. sunt etiam. Quorum patet quod ipse iuste uindictam retribuet in hostes. Deut 32. Quare uero uindictam tardat, & statim cum peccato illam non accipit, in parte ostēsum est. T. 5. artic. 5. Et tamen non est bonum signum, de quo aliquis gaudere poterit, quod Deus statim ipsum peccantem non punit: sicut patet per authoritatem Machabęorum. P. 5. 13. quia quanto plus expectat, tanto durius percutiet, & grauiorem accipiet uindictam: sicut patet. D. 1. & 26. Et quod omnes de hoc omni dubietate remota oportet esse certos, patet per processum Christi: vbi probat per iudicem iniquitatis, qui uindicauit viduam: quia molesta ei erant, quod Deus faciet vindictam seruorum suorum clamantium ad se. Luc. 18.

Artic. 2. ¶Quam homini facere corde, ore, uel mānu non licet propter multas rationes. Primo quia ille, quia peccauit, plus supra Deum peccauit, contra cuius fecit præceptum, cui plus tenetur obedire, quem tenetur plus amare ratione creationis, redemptionis, gubernationis, & glorificationis, quē tenetur plus timere ratione dānationis. Ex quo ergo ipse uindictā dissimulat, turpe est homini uindictā quærere. Secundo quia est contra iura prius allegata, quod nemo debet esse iudex in causa propria: totū ergo cōmittere Deo, qui impijs: & peccatoribus reddet uindictā. Ecclesi. 35. Tertio quia stultum est: sicut stultum est auferenti vnum denarium, vel modicum bonum totum gratis abijcere: Sic stultus est, qui auferenti, uel nocenti sibi in re exteriori gratis Deum, & cęlum, & animam propriam, & hæreditatem cęlestem: sicut patet. S 4 5. & oīa bona se uindicādo, perdit. Hoc enim faciendo plus sibijpsi nocet: quia dum alius pecuniam perdit, uel uerberatur in corpore uindicans, omnia bona prædicta amittit, & uerberabitur in ęternum. Si uero alius famā lęsit diffamando, lęsus ipsam restauret bene uiuendo, & remittendo & nō augmētet seipsum malum, & uindicatiuum ostendendo, contra apostolum, qui ꝓcipit nemini malum pro malo reddere. Roma. 12. Quarto quia est contra naturam non tantum humanam, sed quamcunque. Nam in omni natura videmus animalium: quia vnum mēbrum adiuuat aliud, & non destruit: vtpote: si vna manus lędat alteram, ipsa lęsa non destruit alteram nisi forte in freneticis, sed a lędente emendam recipit ligationis, & emplastri impositionis. Sic in proposito. Si uero lædens nullam uoluerit facere emendam, lęsus propter hoc non plus se damnificet: sed a Deo meliorē expectet emēdam atque uindictam iustiorem, de quo in psalmo. Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis, & uindictam pauperum. Sed heu aliqui peius

faciunt:

faciunt: quia non tantum de nocente, seu de parentela: uerumetiam de tota patria se vindicare quærunt: sicut patet de his, qui propter damnum eis illatum in vna patria: vtpote quia ipsi, vel amici eorum ibi verberati fuerunt, de omnibus illius parentelæ, & patriæ se uindicare, illosq; uerberare desiderant, uel occidere, qui ī hoc peiores sunt inferno atque dæmonibus, in quo, atque inter quos vnusquisque onus suum portabit. Gal. 6. sicut patet. S. 16. 4. Quinto quia periculosum est: quia eadem mensura mensurabitur sibi a Deo: sicut patet per hoc, quod dicit Deus. Ezech. 25. Pro eo qđ se uindicauit idumea de filijs Iuda, idcirco extendam manum meam super eam, & auferam de ea hominem, & iumenta, & faciam eam desertam, & scient vindictam meam dicit dominus. Sexto qui aliter facit indignus est misericordia: Deus enim remittere vult sub illa conditione, ꝙ nos remittamus. Matthæi 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorū, & Deus dimittet vobis peccata uestra, & si nō dimiseritis, &c. Ita etiam qui uindicari vult a Deo, in-
4 ueniet uindictā. Ecclesi. 28. Septimo: qa est turpe, & inhonestū apud Deū, & honestos, quod homo se uindicet: quia sicut apud mundum reputatur dedecus, ꝙ nobilis uir, & potens percutia, uel se uindicet de misero, & secundum hunc intellectum fabula introducit leonē ad murem, qui ei nocuerat dicentem uincere posse dicens. vincere crimen habet si uincam minimum: sic uincere uinci est. Sic spiritualiter cum ille, qui nocet non tantum efficitur miser, & miserabilis, & cæcus, & claudus. Apocalip. 3. verum etiam spiritualiter mortuus: quia illum uincere dedecus est. Vnde Seneca. libro de clementia ad Neronem. Non minus sunt turpia principi multa supplicia, quem medico multa funera. Tales enim uincere est potius uinci. Noli uinci a malo, sed vince in bono malum. Roma. 12. Ergo quia est Deo præiudicatiuum, cuius alteram iustitiam sibi usurpat: quia ipse uindictam sibi retinuit: sicut patet per apostolum. Heb. 10. quod habetur. 23. quæst. 1. quod militare. Mihi uindictam, & ego retribuam dicit
dominus. Nono quia miles regis æterni eius est custos, & protector, de quo te uis uindicare: scilicet angelus, qui te iterum accusabit, quod in præiudicium sui hominem de eius protectione gaudētē, inuasisti, qui etiam est ad Dei imaginem faciens, atque Christi sanguine redemptus: ergo ne quis supergrediatur: quoniam uindex est de his omnibus Deus. 1. Thessal. 4. 5

¶Quia uero quosdā exempla plus mouent ad idem probandum. Artic. 3.

¶Primo adducitur exemplum ueri Dei tui, cum cui Iudæi dicerēt. Ioā. 8. Tu dæmonium habes, cum etiam ipsum uerberarent, & crucifigerent nō se uindicauit contra illos, qui quandoque uerba uerbis, quandoque verberibus uindicant. Secundo exemplū falsorum deorum, de quibus Seneca libro de clemētia ad Neronem, libro primo. c. 4. Dij, inquit, placabiles delicta potentum non statim fulminibus persequuntur, quanto æquus est hominem hominibus præpositū miti animo exercere Imperium. Nam & tali modo aliquando inimici melius vincuntur, & ad amicitias reuocātur. Sicut patet per hoc, quod ibidem scribit. c. 5. de quodam, qui multum studuit circa uincendos hostes, & destruendos, inter quos cum vnum destruere non posset, consuluit vxorem suam, quæ dixit ei: fac quod medici facere solent, qui ubi vsitata remedia non proficiunt, tentat contraria: nam hæc regula est medicorum, quod contraria contrarijs curantur. Si igitur seueritate adhuc nihil profecisti, nunc tenta quomodo cedat tibi clementia, ignosce illi, & alienam malitiam tua dulcedine stude superare, quod cum ille fecisset, conclusisset; que eum consulatum amicissimum, 6

fidissi-

fidissimumq; habuit, & hæredem. Sic rñsio mollis frãgit iram Prouerb. 15.

7 ¶Frangit, inquit, iram & alium ad bonum trahit: sicut patet in vitispatrum exemplo cuiusdam senis. Cuius historia est: huius monachus quidam obuiauit cuidam sacerdoti idolorum portanti magnum pondus, cui dixit: quò uadis dęmō? Ille uero iratus verberauit monachum, & fere mortuũ reliquit. Cui postea obuiauit abbas Macharius dicens. Salueris bone laborator. Cui ille: quid boni in me uidisti, ꝙ ita me salutares? Cui senex: quia uidi te laborãtem. Cui sacerdos: ex tua salutatione cognoui te seruum Dei esse, & statim pœnituit de uerberatione monachi, & factus est monachus. Ecce quomodo uerbum dulce multiplicat amicos Eccle.6. Et extinguit, ardorem irę: sicut ros, uel pluuia ardorem solis, uel ignis. Verbum uero durum, uel fractum ignem augmentat. Nam sicut ex collisione duorum corporum durorum: sicut ferri, & silicis educitur ignis: ita in proposito. Et sicut apponens ligna ignem augmentat: Sic in proposito. Ideo Eccle.8. dicitur. Ne litiges cum homine linguato, neq; struas ligna ĩ ignẽ ipsius.

¶Tertio exemplo proborum uirorum. Primo Iulij Cæsaris, de quo recitat Aug. lib. de libero arbitrio, quomodo Cicero in eius laudem dicit, ꝙ cum eum recordaretur, omnium solummodo iniuriarum obliuiscebať.

¶Secundo regis Philippi de quo Seneca lib.3. de ira, ꝙ cum ad eum legati Atheniensium uenissent ipsi petenti quid eis gratum esset. Responderunt te suspendere: quos tamẽ impunitos dereliqt. Tertio regis Saul.1. Reg.11. cui cũ dixisset populus. Quis est, qui dixit, non regnabit super nos Saul? interficiatur. Respondit non interficietur homo quispiam: quia fecit dominus salutem in Israel. Cuius exemplo deberent alij principes esse misericordes etiam erga inimicos illorum, postquàm illorum traditi sunt potestati, & non se semper dure uindicare superbe dicentes illud Esaię 1. Vindicabor de inimicis meis.

¶Quarto regis Dauid, qui illũ Semei, qui ei multa dixit improperia.2. Reg.16. noluit occidere: etiã a suis ad hoc instigatus.2. Regum 19. Propter quod dicitur.1. Machabeo.2. quod Dauid in sua misericordia consecutus est regnum.

¶Quinto exemplo omnium sanctorum, de quibus Chrysosto. Homel.17. super illud. Nolite iudicare. Apostoli, inquit, & doctores in primitiua ecclesia multas iniurias sustinuerunt ab his, quos postmodum conuerterunt. Si enim fuissent memores iniuriarum, nunquàm eos postea in charitate docuissent. Sed nunc cũ frequenter doctores offenduntur a laicis siue iuste, siue iniuste diabolo seminante occasiones, si memores sunt iniuriæ, totam soluunt. Nam ubi recordatio iniuriæ aut doloris in medio est, nec doctor beneuolenter docet laicum nec laicus eum beneuolenter audit: sed è conuerso dorso egreditur illum spernens, & amplius seipsum lędens: sed non sentit animæ dispendium effractum. Vltimo ad idem in forma, vel exemplo apũ N.3.2. Omnibus istis exemplis in formamur ad non faciendam vindictam in nationibus in Psalmo 149.

¶Quos uero rationes vel exempla non retrahunt, ipsa damna, quæ uindicantes sustinent, ipsos a uindicta retrahant. De ipsis nanque specialiter verificatur illud Prouerb.19. Qui impatiens est sustinebit damnum. Primo quia domum propriam, id est, animã igne inflammat infernali: vt domum proximi comburat, & aliquando contingit ꝙ proximus liberatur. Quod vero primus sine damno transeat nũquàm accidit: vbi ergo caput propriũ frangit, quandoque cœnã proximi nõ tangit. Et si ꝓximo noceat, plus tamẽ sibijpsi uel in corpore: quia aliquãdo vbi credit se uindicare verberãdo verberatur, Artic.4. 8

beratur, uel ubi credit se tantum verberare occidit, & suspenditur, & aīam amittit, & possessiones: ubi vero se vindicat obloquēdo quādoque diffamant, & ad restitutionem famæ tenetur, quam dum non facit perditur, quandoque facit ꝙ alius bona amittit, & sic tenetur ad restitutionem, quā qui non facit damnatur. Et sic patet ꝙ tales assimilantur Aman libro Hester, & Ægyptijs libro Exodi, & faciēti de se sarcinam, ut alios comburat, & paranti alteri pœnam temporalem illa conditione, ut ipse sustineat ęternā. Et nolenti se uindicare de lepore, qui bladum suum comedit, qui ad literam quendam nobilem uicinum inuitauit pro lepore capiendo, qui bladum cū multis equis intrans plus vno die blado nocuit, quàm lepus faceret in tota vita sua, qui ab eis illęsus euasit, & sic se non vindicauit, sed damna augmētauit. Sic uolentes se vindicare damna aliquando augmentant temporalia, & semper spiritualia: qa dominus omnipotens vindicabit in eis Iudith. 16. Et inimicos multiplicant, ubi illos diminuere credūt. Vnde Seneca de clementia lib. 1. c. 4. Sicut, inquit, abscisa arbore multi rami crescunt: ita vno a rege occiso multi inimici surgunt filij uidelicet, & nepotes, & amici. Nota de ista materia quomodo plus nocet sibiipsi. l. 5. 17.

9 ¶Et ponatur ꝙ ita potentes sint ꝙ de uindictis suis in hac uita nulla sustineāt damna: quia damnificati uindicare se non possunt: tamen manum omnipotentis Dei nūquam effugiēt, qui semper videt intentionem malā, quapropter se uindicant: sicut patet. A. 11. 7. Qui semper etiam uidet opus, quod faciunt. Quomodo etiam frequenter est contra leges ciuiles, per quas filius nō punietur pro patre, nisi in certis casibus pater decurio male se habēs ī officio decurionatus amoueatur ab officio, priuilegiū filijs decurionum concessum est, ꝙ non debent torqueri, & huiusmodi officium non amittunt: sicut patet. C. de falsis le. diuo marco lib. 9. Et contra legem Dei, qua filius non portabit iniquitatem patris: sed vnusquisque in peccato suo morietur Ezech. 33. quia sicut dicitur Gen. 18. Absit a te, ꝙ perdas iustum cum impio, non est hoc tuum qui iudicas omnem terram.

¶Ac se uindicantes contra prædi- Artic. 5,
ctas leges quandoque tantam exercēt 10
iniustitiam, quod non tātum in filios, vel propinquos, sed aliquando in totam patriam quærunt vindictā: utpote quia vnus de patria, vel amicis suis est in vna patria, uel uilla occisus, vel verberatus volunt uerberare, vel occidere omnem, quem capere possunt de patria, uel uilla illa, qui nihil demeruerunt. Qui in aliquo secundum fabulas peiores sunt quodam latrone, de quo fertur quod cū furaretur pannum pendentem circa crucifixū, imago cadens brachium eius fregit. Cui postea grauiter infirmato cum sacerdos paruā imaginem crucifixi ad ponendum ante eum portaret, statim ut vidit clamauit dicens. Asporta illum, non erit mihi bene quandiu illum videro. Et sacerdoti quærenti: quare? Respondit: quia aliquando fregit mihi brachium. Cui sacerdos, non fuit iste. Ergo, inquit, fuit pater eius, & ego non possum diligere filium, cuius pater mihi tantum damnum intulit: ita dicunt isti non tantum de filijs, sed odio habent omnes amicos nocentes eis, qui nihil mali apud eos meruerūt. Qui pro tanto etiam peiores sunt dęmonibus: quia illi reddunt vnicuiq; iuxta opera sua, & non iuxta opera aliena: uideant tales si iustum eis videretur, quod homo temporaliter, uel Deus ęternaliter illos pro alieno puniret delicto, vt pote quia parentes, vel vicinos habuerunt malos, & si non videtur eis iustum, quod eis sic mensuretur, nec ipsi sic alijs mensurent. Si uero aliter alijs mensurare voluerint, etiam si non prævaluerint, eadem pœna, & damno digni sunt, qđ

alijs animo mala inferre vellent, per legem.C.de pœnis.l.ad uindictam.li. 9. In qua continetur, quod si quis suggessit iudici, quod aliquis commisit crimen publicum: vtputa furtum, uel adulterium, in suggerentem commissum, cum non fuit detectum quod animo malo iudici suggessit, delatus erit dimissus & suggerẽs pœnam portabit, quã ille conuictus portasset. Sic in proposito faciet ille, qui legem fecit talionis, quæ coram Deo prædictæ legi cõcordat: quia sicut dicitur Ecclesi.5. Deus vindicans vindicabit.

Artic.6. 11 ¶Quod si omnino se iniuste vindicare voluerint corde, ore, uel opere. Primo qui sic se uindicat similis est stulto, qui pontem, quem faciliter facere posset, vt transeat, & saluetur, facere non vult: sed potius perire elegit: omnes enim talem stultum iudicarent. Sic illum, qui pontem misericordiæ facere non vult remittẽdo quo saluari posset: sed potius pontem destruit: quia sicut dicitur Prouerb.27. Ira nõ habet misericordiam, nec erũpens furor, & qui misericordiam negat frustra misericordiã postulat: quia Iacobi 2. Iudicium sine misericordia, &c. Matth.18. Nonne oportuit te misereri conserui tui, &c. Et glosa super illud Ecclesiastici 28. Quis exorabit pro delictis, &c. Frustra pro peccatis suis quis orat, qui fratri debitam charitatem negat. Et secundum Augustinum vnusquisque talem indulgentiam accepturus est a Deo, qualem dedit proximo suo. Ex quibus patet quod tales meliorem punctum, quem habent in charta sua pro hæreditate cœlesti recuperanda gratis de charta animarum suarum delent, & perdunt: quia quilibet illorum sicut dicitur Ezech.25. peccauit delinquẽs: qui a vindictam expetiuit de eis. Secundo assimilantur illi, qui cuidam sancto episcopo dicenti sibi, quod curã animæ eius haberet, & ideo oportuit ipsum de peccatis suis corrigere: & quia de illius anima oporteret ipsum coram Deo respondere. Cui ille: si hoc scirem anima mea peius valeret. Ecce qualiter ipsum diligebat, qui animæ propriæ damnum intulisset: ut alius in compoto suo de animarum custodia reddendo deficeret. Sic isti animabus proprijs maxima dãna inferũt: vt alios etiam in minimis, & quandoque in nullis damnificent, de quorum quolibet. Prouerb.6. Zelus, & furor uiri non parcet in die vindictæ. Tertio in aliquo bestijs ferocibus assimilantur pro quanto dãnum inferunt. In hoc uero peiores sunt: quia bestiæ nocent præsentibus: isti vero nocent absentibus loquendo, procurando, & multis modis se vindicando. Propter quod fertur, quod quidam philosophus requisitus quid esset inimicissimum homini. Respondit alter homo. Pro tanto vero quod frequenter se uindicãdo plus damnificant, quàm sint damnificati, potius peiores, quàm similes sunt illis spiritibus infernalibus de quibus dici illud potest, Ecclesiastici 39. Sunt spiritus, qui ad uindictam creati sunt.

Artic.7. ¶ Sed dicunt: nos aliorum vindictam procurando vnum dicimus, quod licet verum sit: tamen malo animo hoc dicunt, & pro tanto illi dæmoni assimilantur. A.21.26. Alij dicunt 12 nunquàm ei nocebimus: sed Deus vindicet nos, & det sibi malam mortem, & alijs modis ei maledicunt. Tales tripliciter errant. Primo quia Deum inhonorare videntur, quem lictorem illorum, uel homicidam pro eis fieri optant, vel rogant. Secundo quia tales se uindicare vellent, si possent, & sic coram Deo, qui intuetur Cor.1. Regum 16. Tales iudicantur, quales esse vellent, si possent. Tertio quia odium in corde retinent, quod in maledicendo ostendunt. Et tales malum pro malo reddunt: sicut patet per responsionem cuiusdam patris in vitispatrum, qui interrogabatur quid esset malum pro malo non reddere.

reddere. Respondit: hoc est remittere corde, & non nocere, signo, verbo, uel facto. Alii dicunt quod verecundum nimis esset eis, nisi se vindicarẽt & hoc etiam alii eis suggerunt, qui eos ad uindictam exasperant adiungentes quod damnum vel uerecundia facta tali redundabit in amicos omnes, & parentes. Sed mirabile est verecundum esse diuitibus, quòd pauperes parentes non iuuant, & verecundum est vt dicunt, quod aliquis de parẽtela uerberetur, vel occidatur: quare ergo contra primam verecundiam remedium non apponunt iuuando: & contra secundum apponũt uindictã sumendo, ubi quiaproniores sunt ad malum quàm ad bonum ostendentes quod vindicta ex malo procedit animo. Si enim ex animo bono procederet, maiorem verecundiam reputarent, quòd aliquis de parentela esset a diabolo superatus peccando, quod esset ab homine victus, & potius niti deberent, quod ipse diabolum superaret, bene viuendo, quam hominem se vindicando. Et de tali vindicta potest intelligi illud Psal. Letabitur iustus, cum viderit, vindictam. Nullus enim deberet erubescere & Christo, oĩbus sanctis assimilari, qui hic elegerunt esse inferiores: vt in cęlo essent superiores. Melius enim esset eis assimilari, quã lucifero, qui volendo esse superior, factus est omnibus inferior: sicut patet Esaiæ. 14. Ita discipuli sui in flamma ignis dantis vindictam secundæ
13 Thessal. primo. Si vero aliquis de parentela, vel amicitia occisus sit, cuius mortem vindicare conantur, hoc faciendo damna sibiipsis inferũt pręcta, & mortuo, uel læso nullam conferunt utilitatem: melius enim esset tam pro occisore quàm pro omnibus partibus, ꝙ aliquid fieret pro anima occisi a ministris Dei, quàm ꝙ pugne, & guerrę, vel homicidia pro eo fierent a ministris diaboli, de quibus Prouerbio. 6. Furor uiri non parcet in die vindictæ. Alii dicunt: mali sunt, & ideo iuste puniri possunt: verũ est ab his, qui ordinantur ac uindictã malefactorum. 1. Petri. 2. nõ autẽ ab aliis, qui ad hoc a deo nõ habẽt commissionem. Et quantuncũq; dicant ꝙ iuste eos puniũt: tamen quod iniusto modo, & male patet primo: quia illorum occisio, ex quo mali sunt, nõ est nisi porta inferni: ergo illorum occisio multũ Deo displicet: sicut ostensum est. c. de homicidio. Secũdo quia si punirẽt illos inquantũ mali sunt: ergo potius punire deberent, qui maiora crimina cõmittunt contra Deum. Si enim exprobrosum uerbum, vel factum eis illatum vindicant: quare talia facta contra Deum non conantur vindicare in iuratoribus, adulteris, & huiusmodi contra cuius contrariũ cũ faciant quia quasi omnes iniurias propria & non iniurias Dei nituntur uindicare, more iudæorum. Hester. 8. notum fieret paratos esse iudæos ad capiendam uindictam de hostibus suis. Contra quos vide. P. 1. artic. 1. per totum. Contra tales vero, q verbo maledictionis, vel odio, & volũtate se vindicare volunt, vel desiderant, & historia, quæ habetur de duobus, quorũ potẽs ab impotẽte rẽ acceperat, & nõ soluerat, propter quod pauper illi semper maledixit, quod cũ diues audiret cũ hoc, ꝙ prius sua abstulerat in magno etiam ipsum odio habuit. Cuidã ergo sancto viro, qui se intromisit, ꝙ potẽs restitueret, & ꝙ alius remitteret, & quod inter se pacẽ haberẽt, nec præualẽti post mortẽ illorum ostẽdit Deus duos miseros fortissime inter se pugnãtes, quorum vnus semper dabat duos ictus, vbi alius non dabat nisi unum. Cui desideranti causan scire reuelatum fuit quòd erant duo prædicti, quorum diues semper duos accepit ictus: quia in duobus deliquerat: in hoc uidelicet quòd rapuit, & ꝙ odio habuit; pauper vero in uno deliquit. Cuius exẽplo videre potestis quod nullum

aliud auantagiũ ibi habebitis vosipsos uindicantes, nisi quòd illi, qui plus delinquunt maius habebunt tormentum.

❡Virtus. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 Virtutum aliæ theologicæ, aliæ Cardinales, aliæ intellectuales, & alia morales.

2 Quanta sit virtutum omnium vtilitas, & excellentia.

3 Virtutis ostenditur necessitas; vt pote, quæ sola suum nutrit actorem spe quadam, & delectatione, & quæ sola à fortuna auferri non potest. n. 4.

5 Virtutes morales sunt à natura quantum ad inclinationem, amplitudinẽ, & capacitatẽ: quantũ verò ad perfectionem sunt ab vsu, actu, & consuetudine. nume. 6. 7.

Irtutum primò ostenditur distinctio. Secundo vtilitas & excellẽtia. Tertio necessitas. Quarto origo, & causalitas.

Artic. 1. ❡Quantum ad primum: uirtutes
1 quædam sunt theologicæ: scilicet fides, spes, charitas de quibus dictum est in locis, & capitulis suis. Quędam vero sunt Cardinales: scilicet temperantia, iusticia, prudentia, fortitudo. Temperantia, qua virtuosus regitur circa concupiscentias ciborum, & quarumcunque corporalium delectationum, hæc specialiter refrenat hominem ab accidia, gula, & luxuria & tristicia, quæ ex istorum contingit absentia Iusticia, quę hominem regit in comparatione ad alium. Prudentia, quæ in omnibus agibilibus medium, & modum ordinat Fortitudo, quę in omnibus aduersis, & præcipue in periculo mortis hominem roborat, & confirmat. De istis quatuor dicit Ambrosius libro de officiis. Bonus circuitus est: si iusticia quęrit, prudentia inuenit, fortitudo vendicat, temperantia possidet: ut sit iusticia in affectu, prudentia in intellectu, fortitudo in effectu, temperantia in usu. Et secundum beatum Gregorium homel. 10. secundæ partis super Ezech. his quatuor mensuratur perfectorum uita per quadrum: ut tantum habeat latus unum, quantum in linea singula: quia vnusquisq; tantum prudens est, quantum iustus, & fortis, & temperatus: & sic singulas voluẽdo virtutes quemlibet in qualibet reperies. Quod non tantum verũ est in virtutibus prædictis: verum etiam in intellectualibus, quę secundum philosophũ 6. ethicorum sunt sapientia intellectus, & scientia: ut partem perficiãt intellectiuam, & in moralibus, quæ ab intellectualibus differunt: ut partem perficiant appetitiuã ratione regulatã. De omnibus nanque istis verificatur illud philosophi. 6. ethicorum dicentis quòd homo non potest perfecte habere unam uirtutem moralem, nisi habeat omnes, quòd nunquàm defectus erit ex parte sui, quin etiam omnes in opere ostendat: nisi desit materia: sicut potest esse in aliquo virtuoso ꝙ nõ ostẽdit opera liberaliter magna expendendo, quia expensarum deest facultas. Huic etiam concordat Hieronymus in quadam epistola. Omnes, inquit uirtutes sibi adhærent intantum, ut qui una caruerit omnibus careat. Cuius causa est: quia si omnes una excepta habeat, is est sicut ciuitas obsessa ex omni parte vna excepta custodita, qui ergo unam habent omnes habent: in oĩ virtute confortati. Col. 1.

❡Omnium vero istarum uirtutum vtilitas in hoc consistit, quod omnes sunt arma animę in spirituali militia, quibus rex noster armauit pugnare volentes, & ꝗa omnes in continua sumus expugnatione, vult quod continue omnia prædicta, portemus Artic. 2. 2

arma

arma ad defensionem uirtuosorum, & expugnationē uitiosorum ad calcandum supra omnem uirtutem inimici Luc.10.

¶ Quia uero uirtus est perfectio naturæ secundum philosophum.10. ethicorum.c.2. prædictæ uirtutes non sunt segniter habendę, vel ostendendæ: sed perfecte & excellenter: quando videlicet maior vitiorum occurrit opportunitas: quia sicut patiens tunc primo ostendit se esse patientem, quādo materia occurrit impatientiæ: ita cum omni virtute. Ad hoc ergo quòd homo dicatur excellenter virtuosus requiritur, quòd sit castus in iuuentute, hilaris in senectute, largus in paupertate, sobrius in ubertate, humilis in sublimitate, patiens in aduersitate, obediens in potestate: ut de illo, qui ista opere compleuerit ueraciter dici poterit illud Act.19. Virtutes non modicas faciebat. Et illud Matth.7. In nomine tuo uirtutes multas faciebat. Sed heu tantus est cōflictus uitiorum, & uirtutum, sicut ostēsum est. P.5.12. Et uitiorum, atque uirtutum in nomine assimilatio, sicut patet. F.1.29. cum duobus sequentibus. Et G.9.4. Et M.8. 2. quod pauci sunt uere uirtuosi: multi tamen uirtuosos se fallaciter fingunt. De quibus dicit philosophus in ethicis: quod false se simulans uirtuosum esse, peior est corrumpēte monetam, de quo dicit Eccl.11. Est homo marcidus deficiens uirtute, & oculus domini respexit illum.

¶ Causa uero, quare nonnulli frequenter a uirtute transiliunt, est non tantum illorum instabilitas: sed aliorum improbitas, in quibus bonæ matres generant malas filias, ex cōditione recipientium: utputa uirtus inuidiam, ueritas odium, familiaritas cōtemptum, amor falsum iudicium, & sic de alijs. Propter hoc dereliquit me uirtus mea & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. in

Artic.3. Psal.37.

3 ¶ Non tamen propter hoc, vel quęcūque homini virtutes sunt abijcēdę: sed necessario habēdę: quia dominus dabit virtutē, & fortitudinē plebi suę: in Psal. quia licet virtuosus aliqua patiatur ad tempus: tamē sola virtus spe quadam, & delectatione suum nutrit actorem: peccatum autem supplicio suum torquet operatorem. Hac igitur spe, & consolatione omnes virtutes habeant ad statum suum necessarias, sine quibus ad salutem peruenire non possunt: sicut pręsidentes virtutem correctionis, & directionis ad modum capitis, in quo est virtus visiua dirigens membra corporis, & virtus gustatiua: membra nutriens corporis: sic præsidens subditos dirigat, & nutriat. Et aliter sicut dicitur Eccles. 7. noli quærere fieri iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitates. Secundo quòd prædicantes virtutem habeant discretionis: vt quod dicunt faciant. Sicut auriga dirigit equos, & cum eis vadit, & roborat ipsos iuuando, & cum eis operando. Sic illi, quibus dominus dabit verbum euangelizantibus uirtute multa, in Psalm.67. aliter essent sicut cādela, quæ alijs lucens seipsam consumit. Non sit ergo virtus illorum sicut lumen candelæ, sed sicut lumen solis, quod lucendo nec seipsum, nec materiam solis consumit. Propter quod signanter dicitur Act.1. Accipietis virtutem spiritussancti superuenientis in vos, & eritis mihi testes &c. ad Mariam dicitur Lucæ.1. Virtus altissimi obumbrabit tibi. Tertio ꝙ orantes uirtutē habeant deuotionis: ut ꝙ proferūt ore, sentiant corde. Nā sicut lux est uehiculū caloris: sic deuotio orationis. Propter quod Eccl.43. dicitur. Exaltantes dominū replebimini virtute: maior enim est omni laude. Quarto ut 4
cōtra hostes spirituales, vt corporales iuste pugnantes uirtutē habeant fortitudinis: ne in pugna deficiant. Hæc nanque est necessaria istis: sicut equus bonus, & arma bona in bello corporali. Talis igitur tantum Deo post.

victoriã dicere potest illud Psal. Præcinxisti me uirtute ad bellum, & supplãtasti insurgentes in me subtus me: scilicet diabolum mundum, & carnẽ. Quinto quod pœnitẽtes uirtutẽ habeant perseuerantiæ, ne recidiuent: sicut conualescentibus necessaria est virtus abstinentiæ, ne iterum infirmẽtur. Carbo enim extinctus de facili reincenditur, propter quod de dispositis & uolentibus dicitur Iudith. 5. Quotiens pœnituerunt dedit eis virtutem resistendi. Sexto quod proficiẽtes uirtutem habeant strenuitatis: bona multiplicanda ad bonum seminãtium dum tempus habent, & hoc cum adiutorio Dei: sicut seminatum multiplicatur adiutorio solis: sic multiplicabis in anima mea uirtutem: in Psal. Septimo quod laborantes habeãt uirtutem charitatis, & panem uerbi Dei ne deficiant in uia. Psal. Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Sic igitur det nobis Deus secũdum diuitias gloriæ suæ uirtutem. Eph. 3. Nota quòd congrue copulat diuitias ad uirtutem: quia nullæ aliæ sunt in uita ista ueræ diuitiæ, nisi habeant uirtutem, quę auferri non potest. Vnde Seneca in quadam epistola. Nihil eripit fortuna, nisi quod dedit: uirtutem non dedit: ideo non detrahit, ideoq; sapiens nihil perdit, q in possessione virtutis est.

Artic. 4. ¶ Ex quo possessio uirtutis est causa necessaria, utile uidetur eius inquirere originem & causam: ut facilius poterit obtineri. Pro quo est sciendum: quod uirtutes morales sunt primo à natura quantum ad inclinationem aptitudinem, & capacitatem. Sunt secundo ad sui actu, & consuetudine quantum ad perfectionem. Primum probat Tullius libro de amicitia tali experimento. Esto, quòd sit aliquis homo, cuius quis nunquàm notitiam habuerit, sed solum ꝙ audierit opera eius uirtuosa, ex hoc ipso quodã naturali impetu inclinatur ipsum diligere, & ei complacere. Hoc patet in legẽtibus historias uirorum strenuorum, in quorum amorem feruntur quodam naturali impetu ex factis, & gestis lectis. Cum ergo aliquid naturaliter naturæ non placeat, nisi ꝙ ortum habet a natura, sequitur ꝙ uirtus ortum habeat a natura. Cui uidetur concordare illud Ecclesi. 17. Deus de terra creauit hominem, & secundùm se uestiuit illum uirtute. Quantum vero ad perfectionem non est a natura: quia si complementum suum haberet a natura, omnes essent perfecte virtuosi, quod est falsum. Perficitur ergo bonis operibus per illum, qui tribuit nobis spiritũ, & operatur uirtu tes in nobis Gal. 3. Et etiam in passionibus pro Christo: nam uirtus in infirmitate perficitur. 2. Cor. 12. Ex q- bus patet ꝙ illi, qui in extremis se ad Deum conuertunt, non poterunt perfecte uirtutibus perfici: quia non possunt hr̃e consuetudinẽ bene operãdi.

¶ Sed dicent sufficit, ꝙ saltem tunc saluemur. Respõdetur ꝙ uia iuris cõmunis tam secundùm leges ciuiles, quàm canonicas tutior, & facilior est, quam uia specialis iuris. Sed uia uirtutis est uia iuris communis eundi ad cœlum: alia autem est specialis priuilegij: ergo &c. Maior probatur per legem ciuilem. ff. de mino. l. minor autem vigintiquinque annis. l. in ff. veteri. lib. 4. in qua continetur, ꝙ si minor appellauerit a sententia contra eum lata infra tempus appellationis, id est, infra decẽ dies, habet remediũ contra sñiam per uiam iuris cõis. i. ꝑ appellationem: si uero ex negligentia nõ appellauerit, postquam tẽpus appellationis expirauerit, ad hoc, ꝙ restituatur oportet, ꝙ ꝓbet se fuisse minorem vigintiquinq; annis, & etiã ꝓbet se fuisse per sñiam illã lęsum, qd difficilius est. Iterũ maior ꝓbatur per legẽ canonicã in 6. ti. de deci. c. ad decimas. In quo cõtinetur ꝙ quo ad decimas occupantem infra limites parochiæ suæ sufficit, ꝙ ꝓbet ꝙ fuit infra fines & limites parochię suę. Quo

ad

ad alium vero, qui illas occupãs pręscriptione in aliena parochia quando spoliatur oportet ꝙ probet pręscriptionem, possessionem, & spoliationẽ quod est difficilius. Ex quibus elicitur ꝙ via iuris communis est facilior, & securior. Sic in proposito: qui ergo eligerent esse in via iuris communis in appellationibus faciendis, vel decimis petendis, quare non eligunt esse in via iuris communis? etiam animabus saluandis ad cognoscendum illũ, & virtutem resurrectionis Philip. 3.

7 ¶ Et bene coniungit virtutes, & resurrectionem: quia virtutes sunt filię Dei, sicut vitia filię diaboli: sicut patet. F.1.30. cum sequenti. Resurrectio vero est merces seu dos, quam dat cum filiabus. Sed aduertite ꝙ non dat istas filias cum dotibus, nisi spiritualiter viuentibus. Ipse enim est de opinione cuiusdam philosophi, qui cuidam quærenti vtrum melius esset dare filiam diuiti insensato, quam pauperi sensato. Respõdit: mallem dare filiam meam homini sine pecunia quam pecuniæ sine homine. Sic Deus homini habenti vitam interius spiritualem: & talis resurget: sicut homo potens cadens iterum surgite. Sic talis; & nõ alius: quia sicut nec imago hominis sine vita cadens non resurgit: ita nec talis: quia sicut dicitur Eccl. 11. Est homo marcidus deficiens virtute. Nota. V. 9. 19.

Vita. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Vita actiua est fructuosior, & vtilior, quam contemplatiua, licet contemplatiua sit securior. num. 2:*

3 *Vita actiua contemplatiuam augmentat, & altius illam ascendere facit.*

4 *Prælati specialiter uitam actiuam, & contemplatiuam habere tenentur.*

5 *Vitæ humanæ miseria consistit in tribus, in breuitate, in instabilitate & deceptibilitate, et quæ sint remedia contra illa tria adhibenda. num. 6. 7. 8.*

9 *Quæ sit ea, quæ bonam vitam in nobis cantantur.*

10 *Quæ sit ea, quæ bonam vitam ostendunt.*

11 *Quæ sint ea, quæ bonam vitam conseruant.*

12 *Vita gloriæ acquiritur per nouem: per tria quantum ad Deum: per tria quantum ad proximum, & per tria quantum ad seipsum. numero 13. 14. 15.*

16 *Quæ sint ea, quæ vitam tàm gratiæ, quàm gloriæ impediant. num. 17. 18.*

19 *Confutatio opinionis eorum, qui dicunt quòd quomodocunque uiuant, Christus sibi dabit vitam gloriæ quia ille vitam suam dedit in cruce, vt illam haberemus. num. 20.*

Vitæ contemplatiuæ & actiuæ. Primo ostendetur adinuicem comparatio. Secundo vitæ humanæ breuitas, instabilitas, & deceptibilitas, & remedia contra hæc. Tertio uitæ gratię bonitas, & causæ, & signa ostensiua, & vires, quæ illam conseruant. Quarto vitæ gloriæ ostendetur acquisitio. Quinto tam uitæ gratiæ, quam glorię impedimentũ. Sexto impeditorum responsio.

¶ Circa primum tria dicenda sunt. Artic. 1.
Primo enim ostendetur, quòd vita 1
actiua est vtilior. Secundo quòd una aliam non impedit sed augmentat. Tertio quòd prælati specialiter vtranque habere tenentur. Quantum ad primum patet: quòd uita contemplatiua est securior: sed actiua fructuosior, & vtilior per exemplum de duobus militibus, quorum vnus semper assistit in delitijs: alius vero videns

pericula regno imminere, circuit, & fortiter regum inhabitantes defendit: primus habet statum securiorē, alius vtiliorem. Et sic patet quòd Maria sedens iuxta pedes regis ęterni, delitijs affluens spiritualibus securiorem habuit vitam secũdum virtutem vitæ insolubilis. Heb. 7.

2 ¶ Martha autem, & Lya fęcundiorē eis quantũ ad augmentũ meriti, ꝙ ex multis cõsurgit operibus, & vtiliorem alijs, qui in temporalibus, & spiritualib⁹ ab eis iuuãtur. In tēporalib⁹ sicut ĩ omnibus operibus misericordiæ, & charitatis. In spiritualibus vtpote in prędicationibus, & confessationibus, quæ licet ad vitã pertineant contēplatiuam, quantũ ad studium præcedens: pertinent tamen ad vitã actiuã quantum ad vsum sequentem: qui igitur ista m habet, Christum imitatur, qui ait. Io. 10. Ego veni vt vitam habeant contemplando, & abundantius habeant illam alijs largiendo. Sed dicēt in vita actiua multæ sunt tentationes, & peccatorum occasiones, quę occurrunt ex visis, & auditis in confessione quantum ad illos, quæ per mundum discurrunt ad prædicandum, & cõfitendum. Sunt etiam multa tædia corporalia, quibus concedendum est, in signum cuius La erat lippis oculis. Gen. 29. Nec tamen est ab his cessandum, qui cum hoc quod in aliquo oculos lædunt spirituales, quos cito confessione tergunt, maiorem à Deo recipient mercedem, in cuius signum eadem Lya scribitur fuisse secunda. Hoc nanque primo exemplo ostenditur de milite, qui multũ contra hostes pugnans in aliquo arma, & vestes in vtili regis seruitio lacerat, vel deturpat: non tamen minorem, sed maiorem à rege meretur mercedē quã alius cuius labor est de camera ad aulam ad comedendum, & de aula ad cameram ad dormiendum. Secundo idem ostenditur per exemplũ de duobus ministris coram domino suo in mensa assistentibus quorum vnus quãdo clamant ad ignem, ministeriũ cõtinuat: alius vero solicite vadit, quæ domus incipiat comburi perquirens, & si domus domini sui periculo se exponit, vt ignē extinguat, quod faciendo licet robam, qua a domino accepit pulchram in aliqua de co loret tamē faciliter a domino de hoc veniam obtinebit, & non minorem, sed potius maiorem a grato domino meretur ꝓpter vtilē laborem remunerationem, quam alius, qui ad ignem extinguendum nõ cucurrit: sed corã mẽsa stans orauit, quod alius illum bene extinguere posset. Sic in proposito de milite, qui conatur ecclesiam defendere, & ignem extinguere peccati: qui animas multorum consumere incipit, & de alio in claustro remanente: licet primus plures sustineat tentationes, & tædia, tamen secundus maiorem cõsequitur remuneratione, ꝓpter quod sic in vita tua tenta animã tuam. Eccl. 37. Secũda pars huius articuli, ꝙ uidelicet uita actiua aliam augmentat & altius ascendere facit: ostensa est. P. 12. ar. 11. Cui concordat & omnia prædicta cõfirmat decretalis Innocētij tertij scribētis archiepiscopo Salaritensi. li. 1. ti. 9. de renũciatione. c. nisi cũ pridem: ad literam ille eps petiuit a curia Romana ꝙ posset episcopatui renunciare, & cōtēplationi uacare. Cui Papa inter multa alia uersus finē illius capituli rescribit dicens. Nec putes, quod ideo Martha malam partem elegerit, quę circa plurima satagebat: quia Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea, quando licet illa sit magis secura: ista tamen est magis fructifera: licet & illa sit magis suauis, hęc tamen magis utilis: cũ in fęcunditate sobolis lippitudo Lyæ Rachelis pulchritudine sit prælata, quanuis simul in unum contemplatiuus esse valeas, & actiuus: legislatoris exemplo .i. Moysi. secundum glo. qui nunc ascendebat in mortem ut gloriam domini cum maiori cerneret libertate: nũc uero descendebat in castra: ut cũ 3

vtilitate necessitatibus populi prouideret: quapropter facilius indulgetur, ut ascendat monachus ad præsulatū, quam præsul ad monachatum descendat: hęc ibi. In hoc vero ultimo verbo quod dicit, quod facilius indulgetur &c. Ratio patet: quia monachus ad prę sulatum ascendens bene viuens vtrāque, habebit vitam, vbi monachus sū vna viuere potest, & perfectius est duo habere bona, quam vnum. Huic concordat decretum. 7. quæstio. 1. suggestum. vbi Liberius papa aliquos dure repræhendit, qui vellent labores custodiæ ouium deserere, & cōtemplationis quieti se tradere. Fac ergo quod dicitur Eccl. 2. Coniungere deo per cōtemplatiuam & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua per actiuam.

4 Ex iā dictis & specialiter ex decretali præallegata patet, quod licet vita contemplatiua sit omnibus viris ecclesiasticis, & specialiter religiosis necessaria: sicut ostensum est. R. 5. arti. 8. per totū: tamen hic cū actiua prçipue est prçlatis necessaria: quia ipsi debent cum Moyse, & Christo ascendere in montem contemplationis, & cum eisdem descendere ad oues cum uirga correctionis. Vnde quantum ad illos diuisio philosophi. li. de animalibus spiritualiter intellecta est insufficiens. Ipse nanque ibi diuidit aues in habentes bonas alas siue bonos pedes: sicut patet in hirundinibus, & perdicibus. Istis vero vtrunque oportet conuenire, vt & alas habeant cōtemplationis, & pedes bonæ operationis: exemplo Abrahæ, qui in sacrificio suo habuit animalia gradientia super terram, & volucres cœli. Geñ. 15. & helcane, qui habuit Annam, & Fenennam. 1. Reg. j. Et Dauid in cantico suo copulat volucre cęli, & pisces maris: in psal. Et in exercitu suo habuit remanentes ad sarcinas, & bellantes. 1. Reg. 15. Et exemplo Iacob, qui habuit Lyam, habuit & Rachelem, nec fecunditas Lyę pulchritudinē destruxit Rachelis: ita nec uita actiua quo ad meritum pacem contemplatiuę: quia vtraque ex spiritusancto est. Roma. 8. Prudentia autem spiritus uita actiua, & pax quantum ad contemplatiuam.

¶ Ad hanc autem duplicem uitam habendam multum mouere deberet omnes mortales uitæ prçsentis miseria tam culpę, quàm pœnæ. Hęc autem miseria consistit in tribus, in breuitate, in instabilitate & deceptibilitate. Primum patet authoritate Iob. 14. Homo natus de muliere breui uiuens tempore. Et experimento, quo videmus, quod decima pars natorum bona, & sana uita nō transit octogesimum annum, per quorum annorum fere medietatem nec multum gaudet, nec dolet, nec ratione utitur: quia est quasi mortuus nil sentiens dum dormit: aufer adhuc septem primos annos, in quibus nescit, quid sit uita hominis: quia ratione non vtitur, & sic non remanent nisi circa triginta tatrium annorum tempora, in quibus uiuit ut homo ratione vtens, in quibus multos habet dolores cum risu, & gaudio mixtos. Ex quo patet, qđ dicitur Sap. 2. Exiguū & cum tędio est tempus uitæ nostræ. Quę ergo maior stulticia, quam pro diuitiis, delitiis vel honoribus tam breuis tēporis: utputa triginta, uel quadraginta annorum, & frequenter pro breuiori tempore regnum amittere cœlorum, & uitam ęternam & pœnam lucrari. In qua sicut dicitur in psal. Laborabunt in ęternum & viuēt. Sed heu. Eccl. 30. Melior est mors, quam uita amara. Secundo consistit in instabilitate, in qua conditione primo naturam imitatur venti, qui nunquam per unam horam eiusdem est fortitudinis, sed nunc fortius, nunc debilius flando continue statum suum mutat. ita nos de sanitate in infirmitatem, de gaudio in tristiciam, & si de aliis. Iob. 7. Ventus est uita mea. Secundo naturam imitatur uaporum, seu nubis qui

Artic. 2. 5 6 Ventus. Vapor.

qui continue uentis circumfertur, & continue, formam suam mutat: Ita noster status siue in bonis naturæ, siue fortunæ continue mutatur. Iob 14. Nunquam in eodem statu permanet. Sap. 2. Transiet uita nostra quasi vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur a radiis solis: quia sicut nebula calore solis: ita uita nostra calore infirmitatis dissoluitur cũ dolore. Psal. Defecit in dolore vita mea. In quo documentum habemus carnis contemnere delitias. Sequitur. Sap. 2. Nomen nostrum obliuionem accipiet, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. In quo documentum habemus illuc opera nostra remittere, ut ad nostrã memoriam & consolationẽ illa inuenire poterimus illuc vbi est vita. Eccl. 6. Ter-
7 tio consistit in deceptibilitate, in qua conditione confidentes in uita pręsenti assimilantur trahẽtibus sortes: quia talis frequẽter in hoc decipitur, quòd quando credit longiorem trahere festucam trahit breuiorem, & quicquid spe trahendi longiorem misit, amittit. Sic de illis, qui sperant longam trahere vitam, & super specie illius longioris sortis, quod potest congregat, & ponit diuitias, multis utitur delitiis inordinatis, multos p fas, & nefas cupit honores, & subdito dum sperat longam breuissimam sortem, idest uitam trahit. Sap. 3. Dum longę vitæ fuerint in præsumptione propria in nihilum computabuntur: sicut patet de illo Lu. 12. q voluit ampliare horrea sua, cui dictum fuit. Stulte hac nocte repetent a te animam tuam. Si ergo stultus esset & diceretur qui uitam propriam & hęreditatem maximam, ei, quicquid in corpore vel anima, vel rebus amittere posset, poneret super fortunam trahendi sortem longiorem. A fortiori ille stultissimus est, qui animam propriam & regnum cœlorum & amissionem omnium pęnarum, quæ infligere potest, ponit super spem longioris uitæ: sicut faciũt illi, qui multa illicita in cupiditatibus committunt sub spe longioris uitæ, & correctionis in posterum. Et quæ maior stulticia cum uita nostra sit vapor: Iacobi 4. Quæ est vita nostra? vapor ad modicum parens. Et Esa. 38. Præcisa est velut a texente uita mea. Contra primam miseriam, idest breuitatem deberemus remedium apponere virilis laboris: sicut operarius uidens noctem appropinquare festinat in opere, & uiator in uia, & pauper qui intendit intrare ante clausionem ianuę. Sic nos, vt sit opus iusti ad vitam. Prouerb. 10. Contra secundam 8
debemus omnia, quæ possumus pręmittere ad locum illum, ubi omnia sunt stabilia ubi non furatur, more mercatorum seu mercenarii, qui uidens rerum mobilium instabilitatem pecuniam suam nititur expendere, & ponere in terris & rebus immobilibus. Sic nos seminemus in cœlo, ut possimus metere cum illo Iohan. 4. Qui metit mercedem accipit, & congregat fructus in uitam æternam. Contra tertiam non est melius remedium, quam nullum commitere peccatum, uel per aliquam horam in peccato iacere sub spe longioris uitæ: quia maius mirabile mundi est, quod quis audet in aliquo statu per aliquod tempus viuere, in quo non audet mori: quia cum illa hora mori posset, nimis magno se exponit periculo: ergo siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum Christo uiuamus. 1. Thessal. 5. idest, uita gratiæ.

¶ Cuius bonitas magna est: sicut patet per illud Hug. li. 3 de anima. Vis inquit nunquam esse tristis bene viue: bona uita semper gaudium habet. Hanc autem uitam, quędam in nobis causant, quædam ostendunt: quędam conseruant. Primo in nobis hanc causant auditus uerbi Dei; sicut cibus corporis causat bonam uitam corporis: ita iste cibus bonam vitam animę. Prouerb. 4. Fili mi ausculta sermones meos, & ad eloquia mea Artic. 3. 9

inclina

Inclina aurem tuam. Vita enim sunt inuenientibus ea. Deuteronom. 8. & Matth. 4. Non in solo pane viuit homo &c. Secundo causatur tribus operibus pęnitentiæ. Sicut nāq; Christus tertia die resurrexit a morte corporali: ita membra sua his tribus surgunt a morte spirituali ad vitam gratię. Oseę. 6. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Tertio causatur in nobis per calorem charitatis sicut ignis in carbone frigido per calorem ignis. 1. Io. 3. Translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Quarto causatur in multis per bonam famam, & exempla, quę de eis hauriunt, & gustant: sicut uita naturalis per attractum aeris. 2. Cor. 2. Alijs sumus odor uitæ in uitam. Quinto sicut dieta causat bonam uitam in corpore: ita carnis mortificatio in anima. Roma. 8. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.

10 ¶ Hăc autem uitam ostendunt. Primo honesta in dictis, & factis conuersatio: quia arboris uiriditas in folijs, & floribus ostendunt ipsam uiuam: ita etiā: ergo exhibete uos Deo, tanquam ex mortuis uiuentes. Ro. 6. Secundo fructuosa operatio, & bona occupatio cuilibet in statu suo: sicut abundantia fructuum ostendit arborem uiuam: ergo exhibeatis, corpora uestra hostiam uiuētem. Rom. 12. i. ostendite illa esse uiuentia per opera iustitiæ: quia initium bonę uitæ facere iustitiā. Prouerb. 6. Tertio sana doctrina. Nam sicut riuulus clarus ostendit fontem uiuum: ita doctrina prædicationis, & exhortationis, quam spiritualiter mortui non habent: iuxta illud Psal. Non mortui laudabunt te domine, neque omnes, qui descendunt in infernum, sed nos, qui uiuimus. In quibus fiet fons aquæ salientis in uitam æternam Ioh. 4. Igitur non moriar morte culpæ: sed viuam vita gratiæ & narrabo opera domini in prędicatione: in Psal. Quarto quæcunque verba, vel opera bona: nam sicut signum vitę naturæ sunt visus, auditus, gustus, olfactus, tactus, loquela, ambulatio manuum erectio, & motio. Ita quæcunque his sensibilibus membris facimus ad honorem Dei ostendunt vitam gratiæ. 1. Cor. 3. Omnia enim vestra sunt, idest vitam uestram ostendunt, siue mundus, siue vita, siue præsentia, siue futura:

Hanc autem vitam conseruant primo operum bonorum, & specialiter electorum fœcunditas. Nam sicut arbor fructificando conseruatur: ita &c. Ezech. 33. Feceritque iudicium, & iustitiam uita uiuet, & non morietur. Sicut ergo danti minus largus dominus dat maius: Ita Iohan. 6. Ego do eis uitam æternam. Secundo spiritualis lætitia. Nam sicut animus gaudens floridam facit corporis ętatem. ita &c. sicut Eccl. 30. Iucunditas cordis hęc est vita hominis. Tertio spiritualis labor. Nam sicut labor corporis quandoque vitam corporis sanam conseruat. In cuius signum frequenter laboriosi longioris sunt vitę potētibus ociosis. De quibus Eccl. 10. Omnis potentatus vita breuis. i. labor spiritualis in studendo, legendo, audiendo, & omnibus bonis operibus deum quęrendo conseruat vitam animę seu gratię propter quod Amos. 5. dicitur. Quærite dominum tam vobis bene viuendo, quam subditis bene docendo, & corrigendo, & viuite vita gratiæ, ne forte comburatur vt ignis domus Ioseph. Sed heu multi male quærunt sicut ostensum est. O. 6. 7. propter quod videntur viuere, & non viuunt Apoc. 3. Scio opera tua quia nomen habes quod viuas & mortuus es. 11

¶ Vitam vero gloriæ acquirit per nouem: per tria quantum ad deum: per tria quantum ad seipsum: & per tria quantum ad proximum. Artic. 4. 12

¶ Quantum

¶ Quantum ad Deū accipitur primo per fidē formatam: quia sicut bonum cognitum ad habendum possibile mouet uoluntatem, & omnes uires corporis, & animæ ad idem acquirendum. Sic uita ęterna fide cognita mouet ad petendum oret, & ad quærendum opere vitam æternam, & omnis qui sic credit, & quærit accipit. Nam hoc sciatis quoniam uitam ęternam habetis, qui creditis in nomine filij Dei. Ioan. 5. Ergo uita illa acquiritur mediante fide cum operibus. Dicamus ergo, & opere ostendamus: illud Thob. 8. Filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quā Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Secūdo per obedientiam promptam. Nam sicut seruus obediendo mādatis domini terreni uitam acquirit terrestrem: Sic obediendo mandatis domini cęlestis cęlestem. Matth. 19. Magister quid faciendo uitam æternam habebo? Et sequitur. Si uis ad uitam ingredi serua mandata. Tertio per dignam sacramentorum susceptionem. Nam sicut per nutrimentum corporale acquirit homo bonam uitam corporalem: ita per &c. Ioan. 5. Qui manducat meā carnem, & bibit meum sanguinem habet uitam æternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et iterum ibidem. Si quis manducat ex hoc pane, uiuet in æternum.

13 ¶ Quantum ad seipsum acquiritur primo pęnitentia. Nam sicut infirmus periculum mortis euadit, & uitā fortem, & sanam acquirit potione amara, & medicina corporali: ita in proposito. Roma. 6. Nunc autem liberati à peccato per pęnitentiam, serui autem facti Deo habetis fructum uestrum in sanctificationem: finem uero uitam ęternam. Secundo prudentia quęritur in pugna spirituali. Nam sicut dux exercitus sua prudentia sibi uitam acquirit post uictoriam partem aduersam debilitando, & suam fortificando. Sic nos debilitando carnem, & fortificando spiritum. Nam caro concupiscit aduersus spiritum. Qui igitur odit animam suam, quantum ad opinionem mundi, ipsam ieiunijs, & spiritualibus laboribus macerando, in uitam æternam custodit eam. Ioan. 12. Non parcamus ergo propter mūdanorum opinionem, qui ueram Dei sapientiam reputant stultitiam: quia Marci 9. Bonum est ad vitam ingredi debilem, quam duas manus habentē mitti in gehennam ignis. Tertio finaliter perseuerando: sicut qualiscunque perseuerando in bona corporis custodia uitam longam acquirit corpori. Nam qui abstinens est adijciet uitam. Eccle. 37. Ita perseuerantia in bona custodia spiritus uitam longam, idest ęternam acquirit animæ. Apoc. 2. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Thob. 3. Vita eius si in probatione fuerit coronabitur. Beatus Greg. in moralibus. In cassum bonum agitur si ante uitæ terminum deseratur: quia frustra uelociter currit, qui priusquam ad metam ueneirit deficit.

¶ Quantum ad proximum acquiritur primo condonando faciliter delinquenti. Nam sicut contrarietas, uel 14
diuisio seu pugna componentium in corpore humano est causa corruptionis, & mortis ipsius corporis, & concordia est causa longæ vitæ. Sic in spiritualibus odium est causa mortis, & ęterne damnationis ipsius animæ. Sicut patet exemplo illius, de quo fertur quòd cum moriens admoneretur q de Dei confideret misericordia, quasi sic respōdit. Scio quòd misericordiam de me Deus numquam habebit: quia ego numquam de homine misericordiam habui; quin uoluntate vindictā semper accepi, & opere vbi potui. Iacob 2. Iudicium sine misericordia &c. 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet uitam æternam. Iacob 1. Beatus uir, qui suffert tentationem, & remititur: quoniam cū probatus

batus fuerit accipiet coronam vitæ. Nota. M. 9. 22. Secundo indigenti misericorditer subueniendo. Iustum nãque uidetur ut q in suo æterno prolõgat vitam Dei. i. pauperis quod Deus prolonget vitam suam in suo ęterno. Et qui non prolongat, sua non prolõgetur. Matth. 25. Esuriui, & non dedistis nisi manducare. Et cito post. Ibunt hi in supplicium ęternum, qui nõ prolongauerunt. Illi autem in uitam ęternam. Et sic patet illud Prouerb. 11. Clemẽtia præparat vitam. Exemplum ad hoc in natura. Si enim os acciperet cibum sibi soli, & non transmitteret ad alia membra, nec ipsum os viuere posset: si autem alijs transmittit sibi transmittit, etiam dum alijs sibiipsi vitam acquirit. Sic in proposito: propter quod Thob. 12. bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna magis, quam thesauros auri condere: quoniam eleemosyna a morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire uitam ęternam. Ergo non operamini cibum pro uobis tantum, sed etiam quod alijs. Iuxta illud Ioan. 6. Operamini non cibum, qui perit; sed qui permanet in uitam ęternam, sciẽtes quoniam, qui seminat in carne, de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu & metet uitam æternam. Gal. 6. Si ergo uis in

15 cęlo perfectus esse, uade, & uende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Sicut sapiens dat minus, ut accipiat maius. Et sicut quis dimittit ecclesiam pauperiorem, ut possit habere meliorem, & præbendam, ubi potest habere episcopatum, hoc sciens ꝙ omnis, qui reliquerit domum &c. centuplum accipiet, & uitam ęternam possidebit. Mat. 19. Si Papa clamasset ꝙ omnes, qui vellent dimittere beneficia curata, uel prębendas uenirent ad eum, & in cẽtuplo plus illos ditaret, quod beneficia sua dimitterent, & ad eum currerent? Et summus põtifex de quo Heb. 8. Talem habemus pontificem, qui sedet in dextera Dei: clamat omnis qui reliquerit. &c. Et est verax, & potens ad tenendum, quod clamat: & tamen pauci sunt, qui minora dimittunt, vt accipiant maiora. Semper enim pręsumunt habere dispensationem pluralitatis volentes, & cupientes habere hic minus, & ibi maius: sed illud est priuilegium paucorum: sicut patet. V. 3. 8. Et sicut patebit. V. 9. arti. 4. Scrutamini igitur scripturas, in quibus putatis vos uitam æternam habere. Ioan. 5. Et inuenietis, quod pauci illo gaudent priuilegio. Tertio erranti euidenter persuadendo: sicut enim oculos dirigendo alia membra per uiam rectam ad locum optatum diriget se: sic qui dirigit alios per uiam rectam ad vitam æternam. Eccl. 24. Qui elucidant me uitam æternam habebunt. Tali ergo dici potest. illud Ioã. 6. Verba uitæ æterne habes tã pro te, quàm pro alijs. Et sic patet illud Prouerb. 6. Mandatum lucerna est, & lex lux, & vita vitæ increpatio disciplinæ.

¶ Hanc autem uitam obtinendam primo impedit mũdi prosperitas pro tanto, quòd uitam contemplatiuam, & uitam gratiæ, per quam ad illã peruenire oportet, deprimit, & destruit. Et est exemplum. Senecę ad hoc Epistola. 40. Segetem, inquit, nimia ubertas sternit, & rami onere franguntur, ad maturitatem non peruenit nimia fęcunditas. Idẽ euenio eis quos nimiã fœlicitas corrumpit. Et sic patet quòd prosperitas stultorum perdet eos. Prouerb. 1. Ideo dicit decretum, quòd nihil infelicius prosperitate peccãtium. 23. q. 1. paratus. in fine. Et causa est: quia illa prosperitas est bonorum retributio operum suorum. Nam secũdum iura canonica mali pro bonis, quæ faciunt præsentem prosperitatem pro retributione recipiũt: de pę. dist. 3. §. quamquam. cui concordat lex diuina, qua diuiti dicitur. Lu. 16. Recepisti bona in uita tua &c. Ex quibus elicit, & concludit beatus Greg. 26. moraliũ. quòd manifestum perditionis iudiciũ est, quando affectatis iniquitatibus Art. 5. 16

sub-

subsequẽs fauet effectus, & nulla contrarietas impedit, quod mens peruersa concepit. In qua conclusione timent etiam sancti viri concludi, secundum illud beati Greg. 5. moralium. Sancti, inquit, viri, cum sibi suppetere prospera huius mundi conspiciunt, pauida suspitione turbantur. Timẽt enim ne hic laborum suorum fructus recipiant, & exterioribus muneribus cumulans ab intimis repellat. Propter quod prosperitatis infortunium dicit beatus Gregorius, quòd cũ omnis fortuna timenda sit: magis tamen timenda est prospera, quam aduersa: illa enim se mundo erudit: ista blandiendo seducit. Filij Israel leguntur plus peccasse in terra promissionis in abũ-
17 dantia, quam in ærumna Aegyptiacæ seruitutis. Ex quibus in aliquo veritas se ostendit quæstionis, qua potest quæri: vtrum virtuosius sit, seu maioris meriti, ꝙ homo se bene haberet in prosperitate, vel aduersitate: quia sicut ex præcedenti patet auctoritate beati Greg. Et ex toto processu libri Iudicũ, Populus Dei qui in prosperitate Deũ dereliquit, illum in aduersitate quæsiuit. Hoc etiam totius sacræ scripturę ostendit pelagus, in quo inuenitur ꝙ in abundantia male se habuerunt, & in aduersitate ad dominum clamauerunt. Ad dominum, inquit, cum tribularer cla. cum alijs concordantijs innumeris. Immo adhuc hæc quotidiana docet experientia, qua videmus qđ homines in prosperitate, vt ostensum est, pluries errant. Ex quibus arguitur sic. Vbi plures errant virtuosius est bene agere: sed in prosperitate vt ostensum est, plures errant: ergo in prosperitate virtuosius est bene viuere: quia qui in prosperitate tenuerit illam. s. virtutem: vitam hæreditabit Eccl. 4. Nota. A. 18. 3. vsque ad finem. c. Se-
18 cundo impedit illud, quod ex primo originatur. s. mundialis occupatio, & solicitudo. Sic nauque ascensus arboris impeditur per ramusculos impertinentes, superfluos & inutiles. ita vita contemplatiua, & vita gratiæ per occupationes terrenas. Et a contrario sensu: vbi quis circa talia non occupatur, liberius vacare potest, & abundantius circa ea, quæ Dei sunt. Vnde beatus Greg. 30. moralium. Eo inquit quo extra separari per disciplinam mens non potest eo super se intendere ad profectum potest: quia & crescere arbor cogitur, quæ per ramos diffundi prohibetur, & cum riuos fontis obstruimus fluenta surgere ad superiora prouocamus.

¶ Sed dicunt multi quomodocunque fuerit de istis impedimentis vitæ Art. 6.
gratiæ, & gloriæ finaliter vitam habebimus gloriæ: quia Christus vitam 19
suam dedit in cruce, vt illam haberemus; qui igitur tantum ad nos afficiebatur, nullo modo vult nos perdere. Quibus respondetur quod licet Christus tantum ad nos affectatus erat, ut crucem pro nobis ascenderet, & plura pro nobis passus sit: tamen quia nobis dedit liberum arbitrium ad faciendũ bonum, uel malum, quod si non dedisset nos non essemus morte digni: nec ipse in loco sederet iudicis ad nos iudicandum, sed quando potuimus boni esse & mali secundum propriam uoluntatem aliter ad nos se habebit omnibus istis punctis mutatis: quia tunc non secundum affectum, quem prius dicitur habuisse: sed ualorem, quem inuenit iudicabit. Et hoc iuste: quia dicit lex ciuilis quòd precia rerum non ex affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur. ff. ad legem falcidiam. l. precia. i. in infortia o. libr. 11. Et ponitur exemplum in textu sub his uerbis. Nec ille, qui filium alienum possidet, tantum habet, quantum eius pater vendere solet. Verbi gratia: quando tractatur de filio alicuius, vel re aliqua coram iudice, quid ualeat, & quo præmio, vel precio dignum sit: non debet æstimari secundum affectum, quem pater mortuus habuit ad filium, uel rem illam. Sed sicut ibi dicitur in textu, non quasi

filius

filius alicuius sed quasi homo æstimatur. Sic in proposito quando in iudicio particulari,& generali coram summo iudice tractabitur de ualore vitæ nostræ,& quanto precio,uel premio digni fuerimus, non habebitur respectus ad effectum, quem pater noster Christus habuit ad nos antequam vitam suam pro nostra in cruce dedit, nec iustus iudex secundum illum affectum,sed secundum nostrum actum nos æstimabit, & iudicabit. Nam tunc iudex filium alienum possidebit: nam peccatores non sunt filij christi,sed alieni,de quibus in Psal. Filij alieni mentiti sunt mihi. Et ideo secundum prædictam legem non quasi filij Christi, sed quasi homines æstimabuntur. Hæc confirmantur sententia Christi,& lege Dei. Ioan. 8. vbi iudeis asserẽtibus se filios Abrahę & sic realiter quo ad naturam fuerunt: quia tamen vitam illorum inuenit malam non eos,vt Abrahæ, sed vt dæmonis filios æstimabat dicens. Vos ex patre diabolo estis. Sic iudex cum assessoribus suis æstimabit de peccatoribus in iudicio,post quod dolendo poterunt dicere illud Sap. 15. Estimauerunt lusum esse vitam nostram. His & aliæ leges concordant ciuiles,quarum vna dicit, ꝙ boues de eo fundo intelliguntur, in quo laborant, & non in quo morantur. ff. de fundo instru.l.cum quidam: cum ergo labor,& opera malorũ sint de fundo, & dñio diaboli quantũcunq; ipsi dicãt, vel videantur cõsistere in terra Christi:sicut prędicti iudæi cõsistebãt, & morabantur in terra & hæreditate Abrahę:tamen ex operibus, & laboribus ad diabolũ pertinere dignoscuntur.Si ergo Deus illos in morte toleraret,videretur facere iniusticiam cõtra uerum illorum possessorem.

20 ¶ Item dicit alia lex, quòd arbor illius soli censetur,in quo uiuit, & in quo radices habet, & non illius, in quo uidetur considere. ff. arbo. fur. cęsa. l. si plures. idest in ff. nor. libr. 9. Sic ergo talis arbor, quando scinditur ad illum pertinet, in cuius dominio uixit,& radices habuit,nec alius ipsũ iuste impedire potest, quin ipsam libere tollat,& ducat, & portet quò uoluerit. Sic in ꝓposito erit quãdo quis morte scinditur, si prius in dñio diaboli, & in eius operibus radices fixit intentionis & uoluntatis quantũcunque nomine habitu, & statu in terra Christi consisteret. Tali iuris prætextu obtinuit diabolus diuitem illum Lu. 16. sicut ostensum est. M. 4. 15. Sicut ergo ille, in cuius parochia uixit, & moritur,iuste petit corpus: ita ille, in cuius seruitio uixit,& moriebat͛, iuste uendicat animam allegando pro se,& sua iustitia illud 2.M.6. Et iste quidem hoc modo uita decessit:ergo est meus. Istę ultimę legi concordat alia quę habetur. I. 5. 5. Nec istis repugnat auctoritas sacræ scripturæ,quæ habetur. M. 11.43. qua dicitur. Si ceciderit lignum ad austrũ &c. quia in cuius terra stant, dum uiuunt,ad eius partẽ cadũt,dum moriuntur. Non enim stant in terra, & seruitio Dei,& cadunt ad partẽ diaboli: quia non potest male mori qui bñ uixit nec ecõuerso: si usq; ad mortẽ stet in seruitio diaboli. Inter omnes uero ad infernũ cadentes peius cadũt, & profundius, qui peccant, & alios uerbis,uel exẽplis peccare faciunt: qa sicut melior est,qui bene uiuit,& bene docet,quam qui tantũ bene uiuit: ita ecõuerso ille peior &c. De tali dicitur Eccl. 22. Nequissimi nequissima uita. Quod tales cęlestẽ non habebũt hęreditatem per iura probatur. X. 1. 20.

¶Visitatio. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Visitatio duplex diuina, & humana: diuina est qua Deus visitat quatuor genera hominum peccatores, pœnitẽtes proficientes & profectos uisitatoribus humanis dans exemplum quomodo*

modo in visitationibus suis ad ista quatuor hominum genera se genere debent. num. 2. 3. 4. 5. 6.

7 *Ex illa sententia D. Pauli ad Cor. omnia honeste, & secūdū ordinē fiant ostenditur ordo & modus, quem Prælatus seruare debet in visitatione suorum subditorum, nec non modus, quo se gerere debent subditi cum suo prælato visitante. num. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.*

18 *Testimonium, & iudicium Dei valde timendum propter quinque. num. 19.*

20 *Prælatus in operibus Visitationis ac gubernationis suæ modum conformem hoc debet operibus diuinæ formationis. Secundo operibus diuinæ visitationis. Tertiò operibus naturæ ordinatæ. Quartò operibus artis approbatæ. Quintò antiquorum patrum exemplis. Sexto vt præceptum impleat diuinam. num. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.*

28 *Modus, quē uisitator & qui vocantur ad visitationem tenere debent in corrigendis peccatoribus, usque ad numero 37.*

38 *Quanta debeat auctoritas visitanti ideo, & in uisitatione inuātiū. nu. 39.*

40 *Tria, quæ impediunt correctionem, emendationem, illuminationem, & pacem subditorum. num. 41. 42.*

43 *Venter Cæti, in quo Ionas seruatus fuit assimilatur Capitulo religiosorū.*

44 *In Visitatione sicut in quocunque alio bono opere, quatuor causæ repeliūtur, efficiens materialis, formalis, & finalis: num 45. 46.*

47 *Ad ædificationem templi Spiritualis quatuor requiruntur sicut ad ædificationem templi materialis: fundamenta, fulcimenta, cooperimenta, & ornamenta.*

Fundamētum supra quod religio Christiana est fundata est doctrinæ Apostolorum ibid.

48 *Fundamentum cuiuscunque religionis consistit in obedientia, paupertate, & castitate.*

49 *Oratio describitur.*

50 *Tria sunt fundamenta domus spiritualis: oratio, hospitalitas, & mutua sociorum concordia,*

51 *Cooperimentum templi spiritualis tria præsumat intentio clara, prudentia, & perseuerantia.*

52 *Ornamentum templi spirituali consistit in similitudine, & conformitate Dei, in honestate, & venitate.*

53 *Custodia triplex humana, angelica, & diuina. num. 54. 55. 56.*

Visitationis primo ostenditur distinctio ostendendo quomodo visitatio Dei debet esse exemplar & forma visitationis humanæ Secundo adducenda sunt quædam themata, & materiæ quæ generaliter pertinent ad omnes visitantes, & visitandos. Tertio producenda sunt quædam themata, & materiæ, quæ specialiter visitantes informant, & visitandos in religione.

¶Quantū ad primū visitatio est duplex diuina, & humana. Diuina, qua Deus, cui dicitur in Psal. Intēde ad visitandas oēs gētes, visitauit, visitat, & visitabit quatuor genera hominum, peccatores, pęnitētes, pficiētes, & perfectos, visitatoribus humanis, & moderni tēporis dans exēplū qualiter in visitationibus suis ad ista quatuor genera hominū se habebūt. Primos nāque visitat in vita, & in morte, sed diuersimode: In uita sicut magister disci pulum errantem, vt corrigatur verberibus. In morte incorrigibiles ad modū iusti iudicis, vt dānetur de primo: in Psal. Si autē derelīquerint filij eius legem meam &c. visitabo in virga iniquitaets eorū, & in verberibus peccata eorum. De Secunda Esa. 10. Visitabo super fructum magnifici cordis, quantum ad superbos, qui hic visitantibus inobedientes visitari nolunt: sed potentia se defendunt vel malitia subterfugiunt, vel hypocrisi peccata

Arti. 1.
1
2

sua

sua abscondunt. De quibus Soph. 1. Visitabo super principes, qui.s. de potestate superbiunt, uel potentia, ne visitentur, se defendunt, & super filios regis, qui ꝑpter generis nobilitatem obedire, & facere, quod de eis incumbit, contemnunt, & super omnes, qui induti sunt ueste peregrina, quantum ad hypocritas, qui exterius omnia ostendunt pellem. i. conuersationem simplicem, & bonam: sed interius sunt lupi rapaces. & super omnem, qui arroganter ingreditur domum dñi, qui in scientia terrena, animali diabolica, & cautelis & peruerso consilio, & malitijs, & appellationibus malis confidens arroganter ingreditur, & Deo, & locum suum tenentibus obedire contemnit, de quibus Hiere. 9. Sagitta vulnerans est lingua eorum, dolum locuta est. Nunquid super his non visitabo, dicit dominus, aut in gentem huius non vlciscetur anima mea.

3 ¶ Prędicti nanque, & eis similes superbia quasi vinci nolunt, & auaritia sua quasi sua amittere timent, vel qua priuari timent de facto de hoc, quo iu re priuati sunt, & delitiis suis, quibus carere nolunt consulentes frequenter, vt visitationes per media prædicta euadunt hominum: sed quid est visitationes, & iudicia euadere hominum breuia, & leuia, in iudiciis durissimis incidere Dei, q de eis loquit. Hiere. 5. Magnificati sunt quo ad superbiam, & ditati sunt quo ad auariciam, & impinguati sunt, quo ad gulã, & luxuriam, & prętererũt sermones meos pessime. i. præcepta mea, & ministrorũ meorum: nunquid super his visitabo dicit dñs. q. d. visitabo districtissime: quia ille mentiri non põt, qui illã uisitationẽ eis ꝓmittit dicẽs. Ego aũt in die vltionis visitabo hoc pctm̃ eorum. Exo. 32. Qualiter ergo nũc vel in morte rñdebũt ad illã qõnẽ, quam ab eis q̃rit Deus Esa. 10. Quid inquit facietis in die visitationis, & calamitatis. Cui quidẽ qõni rñdet Hiere. 6. & 8. A minori, inquit, vsq; ad maiorem omnes auaricię studẽt. Et sequitur. Propterea in tpe visitationis tuę peribunt. Sic visitatus fuit superbus angelus lucifer cum societate sua. Sic uisitatus fuit inobediens Saul. Et auarus ille Lu. 12. Anima habes multa bona. Et gulosus diues Luc. 17. In prima uero parte huius uisitationis diuinæ quia scilicet visitat peccatores corrigibiles, ut corrigantur, informantur visitatores ecclesiastici. In secunda qua scilicet visitat incorrigibiles ad mortem informantur uisitatores seu iudices seculares. 4
Ad primos nanq; pertinet præceptũ illud. 1. Regũ. 17. Fratres tuos visitabis si recte agant, & cum quibus ordinati sunt disce. Ad secundos vero illud Leuit. 26. Visitabo vos velociter. Et infra. Percutiã vos &c. Sed est aduertendũ ꝙ in vtraque prędictarũ visitationum Dei Deus habet, & habuit quasi uisitationis suæ coadiutores, nõ ꝓpter adiutorii indigentiã: sed potius ꝓpter significationẽ, & exẽplũ. In hoc nãq; ille, cuius oĩs actio nr̃a est instructio, secũdũ beatũ Greg. dat intelligere, ꝙ uisitatores hominũ in uisitando peccatores cõsilio indigẽt, & auxilio aliorũ. Sicut nãq; primo Deus a principio mũdi peccatores uisitauit per ꝓphetas, & alios electos ipsos ad bonũ ducẽdo ita prælatis diœceses suas uisitantibus necessariũ est adiutorum electorũ uirorum, qui ad hoc dę singulis parochiis eligũtur fideliores, & melio res, ut per eorũ auxiliũ peccatores uisitentur, ostendantur, & ad bonũ conuertãtur & corrigantur. Quod eo diligentius, & fidelius facere debẽt, quo prophetarum, & electorũ virorum, vt prædictũ est locũ tenent, & quo excõicationũ minis, & pręceptis ad ueritatẽ dicendã obligantur, de quibus nullus pręter epm̃, vel eius potestatem habẽs eos absoluere põt. Sicut insup secũdo occidit primogenita Ægypti Exod. 13. Et exercitũ Sennacherib cẽtum octoginta quq; milia. 4. Reg. 19. p ministeriũ angelorũ. Ita nũc mediãtibus illis, qui

qui ad uisitationẽ uocantur, qui angelorũ locũ tenent, occidere debet prælatus peccatores: illa. s. morte, qua dicit Apostolus. Mortuos quidẽ peccato, uiuẽtes aũt Deo. Et iudex terrenus morte corporali mediãte fideli duodena. ita ꝙ vterq; iudex si recte visitare, vel iudicare debeat necesse habet fidele inuocare adiutoriũ cũ Moyse. Exo. 32. Qui inquit, dñi est iungatur mihi. Et ait. Hæc dicit dominus. Ponat vir gladiũ super fęmur suũ, ite, & redite de porta ad portã. i. de domo ad domum totã parochiam, de qua estis, diligenter scrutãdo: si mercatus in aliquo loco teneatur in diebus dñicis, si aliqui nõ veniãt ad missã in dñica ꝑpter capellã, in qua audiũt euangeliũ, si sint aliqui cõcubinarij, vel vsurarij, vel in matrimonio male copulati, vel symoniaci, vel sortilegi, vel huiusmodi malefactores in clero, vel in populo, qui omnino latere possunt, nisi per vos ostẽdãtur, & occidat vnusquisq; fratrẽ, & amicũ, & ꝓximũ suũ, nulli scilicet parcẽdo, nec potenti ne noceat: sciẽtes qm̃ Deus potẽtior est, & plus nocere potest. Nolite ergo timere eos, qui occidũt corpus &c. Mat. 10. Nec amico, quia est amicus corpori: ita ꝙ sit inimicus animę, quæ maxima est inimicitia. Et si sciãt nũc vobis bonas grates, quia eis parcitis, maximas sciẽt vobis malas grates in die visitationis, & calamitatis de lõge veniẽtis. Esa. 10. In qua visitatione nec ipsi peccata illorũ celare, nec ab inimicis illis iuuari poterũt. Et hoc est quod sequitur. Ad cuius
5 confugietis auxilium? Secundo visitat Deus pęnitentes, & in afflictione positos: sicut medicus conualescentęs, vt consoletur, & lætificet, & informet, qualiter ne redeant se custodire debeant: sicut etiam mater filiũ famelicum, vt pascat: sicut patet Exo. 3. vbi ait. Visitans visitaui vos consolando, cibando, & vidi oculo compassionis omnia. s. aduersa, quæ acciderunt vobis in Ægypto, & dixi vt educam vos de Ægypti. Ecce visitatio, & cõsolatio in opere. Sic prælatus, vel quicunque visitator in visitatione sua consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes. Et sicut famem, & defectum nititur supplere spirituale, quam animæ sustineat peccatorum: ita famem destruat miserorum pauperum, & famelicum pascat ad eum clamantem, & dicentem: illud Hiere. 15. Recordare mei, & visita me, & tuere me, quia religio mũda apud Deũ hæc est: visitare infirmos, & viduas in tribulatione eorum. Iacob. 1. Et tunc de vtraque pastura ueraciter dicere poterit: illud Ezechiel. 23. Visitabo oues meas, & liberabo eas, & pascam. Et sciat quod talis pastura magna erit merces: princeps nanque diligit, & remunerat, & quicunque gratus homo illos, qui visitant amicos suos in alienis partibus, & necessitatibus suis. Sic Christus qui dicet. Infirmus fui &c. Matth. 25. Ergo non te pigeat visitare. Eccl. 7. Sed heu sunt nonnulli tam prælati seculares, qui lautas ab ecclesijs, & viris ecclesiasticis indigentibus recipiunt procurationes, quam etiam religiosi similes illis onerosis visitantibus, & consiliatoribus Iob 2. de quibus condixerant sibi, vt visitarent, & consolarentur eum. De quibus tamen sanctus Iob. quia illum effectualiter non consolabuntur, postmodum dixit consolatores onerosi omnes vos. 6
Tertio visitat Deus proficientes: sicut paterfamilias operarios laborantes, vt opus bonum continuent, & perficiãt, in quo deficerent, nisi ab altissimo emissa fuerit visitatio. Eccle. 34. Sic prælatus, vel quicunque uisitator bonis exemplis, & uerbis, & prædicatoribus uisitare debet proficientes de virtute in uirtutem, deficiant intantum, quòd subditi de eo, & in eo Deum glorificare possunt, & dicere illud Luc. 7. Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. Quarto uisitat Deus perseuerantes, & perfectos: sicut uisitantur honorabiles personæ dona

gratiæ,

gratiæ, & gloriæ ampliora eis largiẽdo: sicut patet specialiter de beata uirgine, quam modo dicto specialiter visitauit. Vnde Psal. Visitasti terram, id est, uirginem humilem, & inebriasti eam per spiritussancti fœcundationẽ, & gratiarum in præsenti inundationem: multiplicasti locupletare eam per ultimam, & perfectissimam glorificationem. Sic prælatus, uel alius visitator etiam uiros, & quascunque personas religiosas, & perfectas inebriare debet uerbo prædicationis, & exemplo sanctę conuersationis dicẽs: illud Hiere. 29. Visitabo vos, & suscitabo super uos uerbum bonum. Istis quatuor prædictis modis uisitauit nos oriens ex alto: illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Luc. 1. Et istis quatuor modis tu, qui in uisitando locum eius tenes, intẽde ad uisitandas omnes gentes, non misercaris omnium, qui operantur iniquitatem: in Psal. Lu. 7. Visitauit plebem suam. Et uide quod in eis omnia honeste, & secundum ordinem fiant. prima Cor. 14.

Artic. 2. ¶In qua autoritate primo reducet, & introducitur secundus articulus.
7 Visitatio scilicet humana, quæ ordinare habet, quòd omnia honeste, &c. Charissimi licet hoc apostolicũ præceptum ad omnes dirigatur Christianos: modo tamen specialiori ad prælatum dirigitur uisitantem, & ad capitulum suum uisitandum. Ipsi nanq; sunt spiritualia populorum capita: sicut ergo quòd in toto corpore ordo sit decens, & honestas: hæc tñ maximè in capite requiruntur: ita quantumcunque prædicta apostoli uerba totum ecclesiæ corpus ad ordinẽ habendum, & honestatem hortentur: hic tamen specialius ad capita diriguntur a dicente: omnia, &c. In qua auctoritate seu præcepto comprǽhẽdit apostolus uisitantes, & uisitandos: seu etiam ordinantes, & ordinandos, quo ad tria. Primo quo ad distributionem, uel compositionem ualde latam (omnia honeste.) Secundo exprimit perfectionem regulãtem (ordinem.) Tertio executionem bene continuatã (fiant) de primo. 2. Cor. 6. In omnibus exhibeamus nos, sicut Dei ministros, &c. De secundo Augusti. de ciui. Dei lib. 19. Ordo est rerum parium, dispariumq; sua cuique loca tribuens dispositio. De tertio August. in regula. Nihil fiat quod cuiusquàm offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem: supple omnia fiant. Quantum ad primum illud vniuersale uerbum, quo dicit. Omnia, nil dimittit de uisitationis materia, quin omnia dicãtur, & aperte ostendantur, quæ ad uisitationem pertinẽt, tam peccata cleri, quàm populi, siue sit symonia, siue usura, siue concubinatus, &c. nec etiam de ipsis visitandis siue sint amici siue inimici, siue offendantur, siue non. Exemplũ primo in matre, quæ si viderit vnum membrum filij sui extra iuncturam, nec patientis dolore nec clamore, nec offensione dimittit, quin ipsum lauet, & in hoc casu incipit a filio, quẽ plus diligit. Sic nec uos, qui officium geritis matris in officio uisitationis, nihil dimittatis ueritatem celantes, uel falsitates ostendentes: sed omnia in gloriam Dei facite. 1. Cor 10. 8

Ordo.

Oĩa.

¶Secundum exemplum ad hoc est de ore. Quod medicus vulnus totius corporis aperit in quacunque corporis fuerit parte: quantumcunque pars illa clara sit uel occulta. Sic vos, qui officium geritis oris: aliter non naturale sed maledictum, & crudele os estis. Os enim vestrum est quasi instrumentum minutorum, quod quidem si sanguini corrupto uiã, & exitũ bonum fecerit, viuet qui minuitur. Si autẽ moritur. Sic uena uitę os iusti: quia uenã ad uitã aperit: os autem impiorũ operit iniquitatẽ. Prouer. 10. Sed forte cogitant, uel dicunt si uicinos, uel amicos nostros accusauerimus, nulla in eis sequetur correctio quo ad aĩas: quia alij pecunia acceptas

eos viuere permittens: sicut prius vixerunt, & nihil sequetur nisi ipsorum in bonis damnificatio. Quibus respondetur quod uos estis speculatores ad minus ex actu vobis in uisitatione incumbente: quia sicut speculatorum officium est illos de castro de periculis imminentibus præmunire, & clamare: aliter coram domino suo proditor esse conuincitur. Si autem clamauerit, & fecerit quòd in eo est, ipse animam suam a proditionis periculo liberauit. Sic vos & patet auctoritas ad hoc. Ezech. 3. & 33. Fili hominis, &c.

9 ¶ Tertium exemplum ad hoc est de speculo, quod ostendit omnem maculam in facie, nec in hoc casu regi parcit, uel amico. Sic uos, qui officium habetis speculi: sed oportet, quod ipsum speculum prius tergatur. Sic uos primo mundate vosipsos. Exemplum est ad hoc Abrahæ, qui primo seipsum circuncidit. Gen. 17. Qui iustus prior accusator est sui. Prouerb. 18. Hoc ordine omnia complebuntur. Gen. 41. In quo patet secundum. Perfectio uidelicet regulata ordine. Ratione cuius est aduertendum, quod ordo prædictus a beato Augustino deffinitus multum assimilatur tam ordini naturæ in maiori mundo, quam etiam rationis. In ordine totius vniuersi hũc ordinem, & hanc uidemus conditionem, quòd omnia quanto plus appropinquant suo principio, tanto sunt puriora, & perfectiora: sicut angeli, qui tam in simili natura, quàm ministerij dignitate plus Deo appropinquant, quàm corpora cœlestia, & ideo perfectiores inueniuntur, & simpliciores. Sic corpora cœlestia: quia quantum ad situm, & loci eminentiam plus Deo appropinquant, quàm elementa: ideo perfectiora inueniuntur. Sic elementa, quæ simpliciora sunt corporibus mixtis. Sic in aquis illa pars riuuli, quæ plus fonti appropinquat purior, & clarior inuenitur. Idem etiam patet in rationalibus suo propositionibus, in quibus illa propositio, quæ plus sapit de natura primorum principiorum, plusquam eis in natura propinquat, maiorem habet certitudinem, & apparentem veritatem, in quibus si contrarium contingeret totus ordo naturæ, & vniuersi esset imperfectus, a contrario sensu non tenendo fieret pessimus: sicut ad oculum patet de angelis malis. Sic deberet esse in moribus, & ordine hominum, quod illi, qui plus appropinquat primo principio increato Christo ratione officij, & ordinis, & status quantum ad prælatos & alij uiri ecclesiastici, & præcipue sacerdotes, qui intantum ei appropinquant, quòd ipsum manibus tangunt, & tractant, & quod plus est ipsum sumendo eis ipsum incorporat; nec sciri potest quomodo ei, uel ipse eis plus appropinquare possent: ergo in eis maxima requiritur bonitas, perfectio, & puritas ad hoc, quod statum suum digne teneant, prout ordo naturæ, & rationis docet, quem si sic teneant, pro tãto sunt omnibus creaturis digniores, quod ipsi Deum consecrare possunt, quod nec angeli, uel alia creatura facere possunt. Si uero è conuerso statum suum non tenuerint, sicut prædictum est de angelis, sunt omnibus creaturis etiam multis dęmonibus peiores. Et propter hoc de eis dici potest quod Malach. secundo dicitur. Angelus enim domini exercituum est. Si uero tales non sint ad hoc primo, & principaliter intendere debet uisitator, ut illi primo, & principaliter ordinentur, & corrigantur, & tales fiant.

¶ Et ad hoc exemplum habemus in minori mundo, id est, in homine seu in natura humana. In qua uidemus, quod sicut natura in corpore bene disposito cui libet membro locum conuenientem suæ tribuit conditioni: sicut oculo, quòd est membrum dignius locum superiorem, & pedi inferiorem. 10

feriorem, & sic de alijs: aliter esset corpus monstruosum: ita etiam membrũ nobilius diligentius a damno, & læsura custodit, & si lęsum sit, citius illud curare festinat: sicut patet de corde, oculis, & facie: quia ubi maius imminet periculũ, uel deformitas, cautius, & festinantius, & diligentius est agendum: ita in ecclesia digniori dignior locus est dandus: quia sicut natura prius cordis attẽdit factioni: quia imposterum principium erit uitæ, & membrum vtilius, & uitam totius corporis continens: ita ipsi prælati talis principaliter intendere deberent promotioni, qui in futuro vitam spiritualem fluet ad omnia membra alia ecclesiæ, & si tale cor, vel talis oculus in aliquo sit infirmus, visitator, & omnes de uisitatione se intromittentes primo, & principaliter circa ipsius curam insistere deberent incipientes a sanctuario. Ezechielis 9. Deinde circa alia membra sic solicitentur, quod quilibet locum, & statum sibi teneat: quia aliter corpus ecclesiæ erit monstruosum, & deforme: quando scilicet pes parum respectiue infirmis affatur despicitur, & dure corrigitur, & oculus execęcatus, qui cum sanari, uel recuperari posset, & facies deturpata, & membrum magnum extra iuncturam, nec sanantur: sicut accidit continue inter illos, qui catcatulum verberant, & leoni parcunt, qui vident lupum venientem, & fugiunt: quis non diceret talem communitatem monstruosam? & causa est: quia tales prælati ecclesiæ, & superiores permissiue omnem peruertunt ordinem. Ideo ibunt ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Iob 10.

11 ¶ Tertio uero de omnibus istis efficax fieri debet executio, & quantum ad deferentes, & quantum ad delatos, & quantum ad iudicantes. Quantum ad deferentes, id est, quantum ad uocatos ad uisitationem pro Christo, & eius concilio informando, quod omnia, quæ in taberna dicunt detrahentes ad eorum damnationem, aperte dicant in uisitatione ad suam, & aliorum saluationem. Quantum ad delatos, quod iustam executionem non impediant rogando, vel dando, ne corpus, quod peccat, puniatur rogando enim, uel dando aliquid magistro filij regis, ne filius ipse delinquens puniatur, uel quòd libere seipsum perdere possit, tam dans quam recipiens a rege reportat malas grates. Patienter ergo sustineat dicens, illud Lucæ 22. Pater non mea, sed tua uoluntas fiat. Quãtum ad iudices, qui eos in talibus precibus, & donis exaudire non deberẽt, propter rationes, & leges ostensas. C. 16. 38. cum sequentibus. Ergo cuncta fac ẜm exemplar, qđ tibi in mõte mõstratum est. Exod. 25. Et Heb. 8.

¶ Ex istis patet quòd ratione visitationis, tam accusatoribus, qui aduocantur, tam accusatis, quam etiam iudicantibus competit illud præceptũ prophęticum. Zach. 8. Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo Thema. Emitte lucem tuam, & ueritatem tuam. Omnes nanque prædictos in spiritu domini, & ueritate adorare oportet. Io. 4. primos accusando, secun dos ulpas ueraciter recognoscendo: tertios iudicando. Istis ergo tribus modis loquimini ueritatem. Vel sic: tria comprąhendit visitationis initium, modum, ambitum: primum in loquelę ostensione, secundum in ueritate, & tertium in generalitate consistit: tria exprimit, & ostendit. Primo visitationis initium, loquimini. Secundo modum, quo fieri debet: scilicet per ueritatem. Tertio medium seu auxilium, per quod vnusquisque cum proximo, &c. De primo. F. 5. 1. De secũdo. 1. Rom. 9. Veritatem enim dicam. Ratione cuius est aduertendum, quod ueritas est, quadruplex, quantum ad pręsens pertinet propositum, scripti, cordis, oris, & operis. Diuidendo uero pri- 12

Veritas.

mam ueritatem contra omnes alias moderno tempore magna inuenitur similitudo inter illam, & illas tres pro tanto: quia sicut ad oculum patet illa veritas in scriptura librorum est multum notabiliter diminuta: quia noui libri nõ sunt ita ueraces sicut antiqui: ita nec homines moderni tantam habent ueritatem in corde, ore, & opere sicut antiquitus habere solebant: quia diminutæ sunt ueritates a filijs hominum: in Psal. Et Oseæ 4. Non est veritas. Ideo mundus est stultus, ex q. bus mendacium, adulterium, furtum inundauerunt: quia corruit in platea veritas. Esa. 59. Per cuius defectum, & casum prædictũ prædicti errores acciderunt, qui librum Christianitatis multum deformauerunt: sed reuera sicut uidens librum veracem, & bonũ, quo filium suum emẽdare possit, agit quod illum habeat librũ, per quẽ suum filium corrigat: ita prælatus vel visitator intelligens, uel suspicans, uel audiens defectus, & peccata, & falsitates esse in suis subditis, qui quidẽ deformarunt libros conscientiarum, faciat citari curam animarum habentẽ, & meliores, & fideliores de parochijs tanquàm librum veracem, per quem aliorum corrigat defectus.

13 ¶ Circa quorum correctionẽ respiciatis primo literas capitales, id est, uiros ecclesiasticos, considerando si in eis aliquis sit defectus: quia falsitas in eis tanquam in oculo vel facie est valore notabilis, & apparens, deinde alios: quod si feceritis liberabitis a periculo tam uos, quam illos, & etiam superiores uestros Ioan. 8. Cognoscetis veritatem, & ueritas liberabit uos: ergo a contrario sensu nõ recognoscẽdo ueritatem falsitas perdet uos, & illos sicut tam euntes ad bellum, quam remanentes ad sarcinas perdũtur per malos bellatores, & rex, & regnũ per tales decipitur: sicut patet. B. 3. 8. & 29. Patet igitur quod si aliquis uestrum nesciat qñ antichristus ueniet, vel si erret falsum dicendo, quale tempus erit crãs futurum pronosticando, nõ est falsitas dãnationis: sed ubi præcepto, iuramento, uel excõicatione tenemini ueritatem dicere: si ueritatem celaueritis uel falsitatem, scienter dixeritis, uosipsos damnatis. Ideo quẽquàm uestrum solicite admonet apostolus. 2. Timoth. 2. dicentes. Solicite cura teipsum probabilẽ exhibere Deo operarium inconfusibilem rectè tractantem uerbum ueritatis.

¶ Sed in malis Christianis vocatis pro ueritate dicenda ueritas frequenter impeditur timore: quia nonnulli illorum exempla sequuntur idoli, qđ noluit dicere ueritatem, ne frangeretur ei caput: ita illi inordinate damnũ bonorum, uel corporum timẽtes, nec eos accusare, nec iudices corporaliter punire audent: qui tñ potius Deũ timere deberent. De quo in Psalmo. Mandasti iustitiam tuam & ueritatem tuam nimis, id est, sub pœna perditionis æternæ: quod damnum ab alio insuper non potest: in accusatis vero impeditur, & negatur quod timent tangi: sicut equus scabiosus per munerum interpositionem: sicut lumen Solis impeditur quandoque ne luceat Lunæ per terræ interpositionẽ, & sicut etiam radij sui aliquando interponuntur, ne nobis clare appareãt per nubis interpositionem: Sic munerum, & turpis luceri cupiditas frequẽter ueritatem impedit, ne in ore & opere, & correctione exerceatur. Et ostẽditur in illis in quibus impletum est prophetia Danielis 8. Prosternetur ueritas in terram. Vos uero tanquàm uiri ueraces, in quibus ille, qui uos ad hanc uocauit uisitationem impleuit, uel saltem implere credidit illud, quod Moysi dictum fuit. Exodi 18. Prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit ueritas, & qui oderint auaritiam. Et specialiter uos sacerdotes, & curati, qui curam in periculo uestro suscepistis, qui multum gaudere debetis, quòd modo 14

veri-

veritatem dicendo potestis uos in aliquo exonerare, nolite illi falso Deo, id est, prædicto idolo assimilari: sed exemplũ ab isto accipite a uestro Deo Christo, qui dicit: ueritatẽ dico, Ioã 17. Vos etiam accusati nolite fieri sicut equus, & mulus recalcitrando contra accusatores, & iudices: quia propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam deducet te: in Psal. 44. Iudex insuper cum consilio, & clericis suis in ueritate educet iudicium. Esaiæ 42. vt omnis Israel ad cœlum uenientes audacter dicere possitis illud Esaię 36. Aperite portas, & ingredietur gẽs iusta, & faciens ueritatem. Sed heu timendum est quod in porta illa nõ sit magna præssura: quia commutauerũt veritatem Dei in mendacium. Roma. primo: quia ueritas non potuit portas eorum ingredi: sicut patet. A. 14. 39. ideo nec ipsi cœlum ingredi possunt, quia ipsi expulerũt ueritatem de curijs suis. Veritas increata. Ioã. 14. Ego sum uia ueritas, &c. expellet omnes vos igitur cauete, quib⁹ specialiter dicitur, Ioan. 15. Vos testimonium perhibebitis.

15 ¶ Quando enim aliquod negotiũ ponderis ignoratur, frequenter accidit, quod per testes probatur, p̃ quos veritas demonstratur: sed mores hominum istius patriæ in specialis a p̃lato visitante ignorantur: ergo necesse est, quòd per uestrum testimonium ad ueritatem deueniat. Vos ergo testimonium perhibebitis: duo exprimit, & requirit auctoritas hęc, ostensionem veritatis (testimonium) conditionẽ perhibentis (perhibitis.) De quo primo Ioan. 5. Tres sunt, qui testimonium dant, vnus exterius, alius interius, tertius superius Qui quidem testes sic ordinantur quod si vnus deficiat in testimonio suo, ab alio corrigi debet. Primus testis, seu testimonium est specialis duodena: fideles, videlicet ad uisitationem uocati, vt testimonium perhibeant veritati, tam in his quæ seipsos, uel alios tangunt.

Testes.

Secũdus est consciẽtia. Tertius Deus. Primo præcipitur. Exod. 20. Non falsum testimonium dices, nec celando ratione amicitiæ, nec ostendendo ratione inimicitiæ, & non erit in uobis testis mendax. Ergo fortiter testimonium perhibeat ueritati. Primo, quia ad hoc electi sunt ex ordinatione pręlati, dicentis illud. Actuum. 6. Considerate fratres uiros boni testimonij. Sicut ergo aduocatis incumbit ueritatem dicere de causa sua, ita istis Secundo propter periculum uitandum. Sicut nanque falsus testis secundum iura tenetur ad restitutionem omniũ, quæ per suum falsum testimonium proximus amisit: sicut patet per Decretum sumptum ex uerbis Augustini: in epistola ad Macedonium. 14. q. 2. non sane: & c. si res. Et 2. quæst. 1. si notum. Et sicut aduocatus ad restitutionem tenetur: sicut patet. A. 14 per totum: ita uos, qui testes estis, & aduocati animarum. Testes pro tãto: quia perhibebitis testimoniũ ueritati. Aduocati pro tanto: quia sicut aduocatus tenetur loqui pro cliente suo: ita & vos pro animabus omnium de parochijs vestris. Et si causa illorum in vestro defectu pereat, uos coram Deo de damno respondebitis. Considera igitur quomodo restitutionem tot animarũ perditarum facere posses, & testimoniũ perhibe de malo. Ioan. 18.

¶ Si uero isti testes exteriores in aliquo deficiunt non recte de malo, vt deberent, testificantes, de quo in visitatione requiruntur ad sui & aliorum salutem, & liberationem. Si insuper testis etiã interior illorum, uidelicet consciẽtia non eos nunc de peccato, ut deberet, remordeat in uita, sed erret, quia obfuscata, & quasi destructa est per peccati consuetudinem, uel delectationem, vel lucrum, per quod contingit, quòd minorem nunc habent conscientiam de viginti libris iniuste auferentibus, vel de adulterio, quàm aliquando habuerũt de denario auferẽdo, vel fornicatione 16

committenda: quia sub quadam peccati consuetudine conscientiæ domus ita obscuratur, quòd in magna peccata: sicut nec ĩ aqua turbida uideri posset, qui minima viderent si conscientiam haberent claram: sicut uident atomos in radio solis, & conscientiæ stimulus ita obtusus, & absconditus est, sicut absconditur, quod intra testamentum continetur vsque ad mortẽ testatoris: nõ tamen in morte errabit: quia morte appropinquante diabolus illam ei, id est, morienti ostendet; & obtusam exacuet, & auferetur uelamẽ delectationis, uel lucri, & faciet quòd non deficiet in his, quæ ei objiciet: sicut patet. D.2.7. Qui igitur in uisitatione prælati nolunt respondere ad interrogata suorum, & aliorum liberationẽ tunc respondebunt ad obiecta diaboli ad suorum damnationem testimonium reddente illis conscientia. Roma.2. Illi uero, qui nunc conscientias suas liberant uerum dicendo, & faciendo tunc argumenta euadent dęmonum, & de conscientiæ suę testimonio gloriabũtur: dicẽtes. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. 2. Cor. 1. Et si tam exteriores quàm interiores errẽt: ille superior testis, & iudex, de quo Hie. 29.

17 Ego testis, & iudex, ad quem deuoluitur causa, quæ hic in visitatione non corrigitur, sicut propter defectum inferioris iudicis quandoque accidit, ꝙ superior de causa illa se intromittat: sicut patet extra lib. 1. de officio ordinarij irrefragabili: ubi habetur, quòd propter defectum decani, ad quem de iure vel consuetudine correctio pertinet capituli, ordinarius se de capitulo intromittit nullo modo in uisitatione, & decisione deficiet, uel errabit: quia testis in cœlo fidelis: in Psal. qui veraciter, & fideliter corriget omnia in inferioribus uisitationibus, uel iudicijs errata uel dimissa, & neglecta, vel abscondita. Propter quod Sapien 1. vocatur corripiens iudicium. In hoc veraciter: quia scimus ꝙ uerum est testimonium eius Io. 21. Istud testimonium, & Dei iudicium est multum timendũ propter quinque. Primo propter eius uelocitatem Malach. 3. Accedam ad uos in iudicio, & ero testis uelox maleficis, adulteris, & periuris. Secũdo propter generalitatem, si enĩ grossiora tantum tunc diceretur, minus esset graue, & timendum sed omne delictum cordis, oris, & operis, & omissionis ibi recitabitur. Sapien. 1. Regnum illius testis est Deus, & cordis scrutator est uerus, & linguæ eius auditor. Tertio propter testimonij conditionem. Grauius enim a rebus amatis molestia sustinetur, & reuera illa, q̃ hic ardentius inordinate amauerunt, testimonium ibi contra eos ferent vt diuitiæ contra auaros. Iacobi 5. Agite nunc diuites: diuitiæ uestræ putrefactæ sunt Et cito post. Erugo earum in testimonium erit uobis. Et proles male amata, & non castigata, & male promota contra parentes, uel promotores. Sapien. 4. Ex iniquis enim omnes filij, qui nascuntur testes erunt nequitiæ. Quarto propter testimonij firmitatem. Dum enim accusatus põt testes repellere, & exceptiones contra illos opponere aliquod remedium inuenire potest: nam hic à testimonio repelluntur inimici. 2. q. 1. in principijs extra lib. 5. titu. primo: cum oporteat. cap. inquisitores: & li. 5. titu. 3. de symo. licet Heli: sed hæc ibi esse non possunt: quia ibi admittuntur tam amici quàm inimici. Cuius causa est, & ratio: quia inimicus ibi mentiri non poterit peccatum falsum imponendo, nec amicus celãdo, quia Deus est iudex. Ego testis, & iudex Hieremiæ 29.

19 ¶Quinto propter accusatorum inexcusabilitatem. Non enim se excusare poterunt per impotentiã, uel ignorantiam, uel gratiæ absentiam ab obseruãtia mandatorum Dei: quia si dicat peccator. Domine uoluntatem tuã implere non potui, nec sciui, mandata tua non audiui, ꝓmia, vel supplicia non

non intellexi: ideo non feci bonum, nec fugi malum, infallibile testimonium eum mendacem conuincet. Deut. 30. Testes, inquit, hodie inuoco cœlum, & terram, quòd proposuerim vobis mortē, & uitam, bonum, & malum, &c. Si dicat noui, sed facere non potui, contra hoc certissimum perhibebunt testimonium sancti, & sanctę, quo non sunt de alia materia, quàm ille sed cum ipsi potuerunt: ergo & ipse potuisset, si uoluisset. Certe magnum testimonium erit contra carnales beata Agnes, & aliæ uirgines. Contra gulosos sanctus Nicolaus, & multi alij. Contra auaros apostoli, qui omnia reliquerunt, & sanctus Dominicus, & sanctus Franciscus, & plures alij. Talis ergo sic in iudicio cōuictus dicere potest illud. Iob 10. Instauras testes contra me. Si dicat noui: sed non dedit mihi gratiam uolendi, uel operandi. Contra hoc erit testimoniū omniū sanctorum, quibus Deus gratiam dedit, quam & receperunt, quā illi obtulit, sicut illis cum nō sit apud Deum personarum acceptio. Col. 3. sicut ostensum est. G. 3. articu. 5. Tunc igitur in illis uerificabitur illud, qđ eis dixit Actuū 1. Eritis mihi testes, &c. Et vos testimoniū perhibebitis: quia ab initio mecum estis Ioannis 15. Et T. 2. per totum. Nota. I. 11. artic. 4. Horum igitur testimonium, & iudicium

20 timentes antequàm ad illa ueniatis: recte iudicate filij: in Psal. Tria ostendit ad uisitationem necessaria, modum (recte) actum (iudicate) collegium (filij.) De primo Marci. 7. loquebatur recte. De secundo Ioannis septimo. Verum iudicate. De tertio: in Psal. Filij excelsi omnes.

¶Quantum ad primum: ad plenius videlicet uisitationis modum recte videndum est aduertendū, quod modus uisitantium in iure determinatur canonico: extra in 6. titu. de censibus. cap. Romana, ubi habetur quod quilibet archiepiscopus sicut ex primo patet. §. uel episcopus seu alius prælatus ordinario iure suos subiectos uisitaturus, sicut ex ultimo patet §. prius capitulum, ac ciuitatem propriam uisitare procuret: deinde totam prouinciam, seu diœcesim. Et hoc rationabiliter ordinatur, & obseruatur, ut prælatus in operibus uisitationis seu gubernationis. Primo conformem operibus diuinæ formationis habeat modum. Secundo operibus diuinæ uisitationis. Tertio operibus naturæ ordinatæ. Quarto operibus artis approbatæ. Quinto antiquorum patrum exemplis. Sexto ui præceptum impleat diuinum. Primo nam prælatus hoc faciēdo, operibus diuinæ formationis conformatur, quibus Deus totum mundum formauit. Illa nanque opera tripliciter a doctoribus distinguūtur, scilicet creationis, distinctionis, & ornatus: sicut elici potest ex verbis sancti Thomæ ī prima parte summæ. q. 69. articu. 1. cum sequentibus. Et super secundum sententiarum. distin. 15. quorum trium operum primum statim fuit factum sine mora temporis, in qua factura modo quodam cōfuso omnia simul creauit. Iuxta illud Ecclesi. 18. Qui uiuit in æternum creauit omnia simul. Duo uero residua in sex diebus completa erant: ita quòd odus distinctionis in tribus primis completum erat diebus: videlicet dominica & feria secunda, & tertia, & opus ornatus in tribus residuis: ita tamen quòd tam circa opera distinctionis, quàm circa opera ornatus semper incipiebat a superioribus, & simplicioribus, & nobilioribus sicut diligenter studenti patet Gene. 1. Primo nāque die corpora distinxit cœlestia diuidendo lucem a tenebris. Secundo die aquas distinxit, & aerem, faciendo firmamentum, id est, distinctionem inter aquas superiores christallinas, & inferiores, quæ prius totū aerem occupabant, ut sic fieret aeris distinctio, & purgatio, & etiam aquarum magis ad vnum congregatio. Tertio die distinxit terram, congre-

gando aquas, quæ adhuc totam eius superficiem occupabant in locũ vnũ, id est, in mare: hoc quantum ad opus distinctionis.

21 ¶Quantum uero ad opus ornatus eodem modo, quo illis tribus diebus in opere processit distinctionis, incipiẽdo a superioribus, alijs tribus diebus sequentibus, circa opus processit ornatus. Nam quarto die, qui est primus de tribus diebus ornatus, ornauit corpora cœlestia pulchritudine corporum luminosorum, sicut Solis, Lunæ, & Stellarũ. Quinto uero aquam ornauit, & aerem producendo in eis pisces, & aues. Sexto die terram ornauit producendo in eo animam uiuentem in genere suo iumẽta, & reptilia, & bestias terræ. Quæ omnia cũ simul fecisse potuisset, non uidetur ab aliud sic paulatiue a superioribus incipiẽdo opera sua sine saltu formasse, quàm ob regentium exemplum, ut ipsi in opere gubernationis, & uisitationis exemplum sequantur primi opificis, & primi operis producti, seu operis creationis, uel formationis. Nec solũ in hoc ꝙ uisitationes, & correctiones suas incipiãt a superiorib⁹; & dignioribus, i. ab illis de capitulo, & deinde ad inferiores descendant: sed ꝙ etiam correctiones suas a superioribus, & potentibus quibuscunq; sic incipiãt, & sic exerceant, ꝙ nec maiori, uel superiori, nec medio, nec inferiori parcãt, nec saltum in accusando, uel corrigendo faciant. Qui enim maioribus parcit, uel eos saltat, exemplum non sequitur diuinum, nec in opere gubernationis operi conformatur creationis, & sic opus suum tanquàm distortum, & deordinatum, & cum exẽplari suo non concordans a summo opifice, tanquàm falsum reprobatur. cuncta ergo fac secundùm exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Exo. 25. Et solicite cura teipsum ꝓbabilem exhibere operariũ recte tractantem uerbũ ueritatis. 2. Thimo. 2.

22 ¶Secundo uisitãdo, & puniẽdo primo superiores, & capitulũ proprium, visitationi, & punitioni conformatur diuinæ. Deus namq; primo capitulũ ꝓpriũ uisitauit, & in eo delinquentes grauiter puniuit, quando cœlum visitando, angelos in eo delinquentes in carcere reduxit inferni. Deinde inferiores, & quasi medios uisitauit, & puniuit: qñ Adam, & Eua in paradiso terrestri delinquentes a paradiso exclusit, & in mundi uiuos, & inferni mortuos libero clausit carcere. Deinde plurimos alios visitauit, & puniuit inferiores in mundo isto delinquentes, de quibus nõ possunt, nec oportet exempla poni per singula, nos uisitauit oriens ex alto. Lu. 1. de quo Luc. 7. Recte iudicasti. Tertio hoc faciendo operibus conformatur naturæ bene ordinatæ, quia natura primo conformat animalis. Sic uisitator capitulum, quod est, uel esse deberet quasi cor, & uita spiritualis totius diœcesis. Quarto idem in operibus ostenditur artis medicinæ: quia medicus primo stomachum sanare nititur, deinde membra: sicut patet. A. ii. 65. Idem ostenditur in exẽplis antiquorum. Nã Abraã primus circumcidit proprium filium Hismaelẽ, deinde alios. Gen. 17. Et Labã prius scrutatus est tabernaculũ Iacob, deinde Liæ, q̃ senior erat soror, deinde Rachel, & aliarũ. Gen. 31. Sexto hoc faciẽdo ꝓceptum implet diuinum, quo pręcipitur Dei ministris prius signare tau uiros sanctuarij Dei. Ezech. 9. Istum insuper ordinem visitandi congrue uidetur docuisse Helisæus in modo suo scrutandi, & quærendi: quando de Sunamite quæsiuit recte ne agitur circa te. Sic quærat ꝓlatus de matrice ecclesia, & circa uirũ tuum, id est, circa uiros tibi deseruiẽtes, & circa filium tuum. 4. Regum 4. id est, circa laicos qui a te quasi filij nutriri debent, de quibus postremo facienda est uisitatio. Totũ illud primum principale confirmatur, & secũdum iniungitur per illud 1. Petri 4. 23
Incipiat, inquit, iudiciũ a domo Dei.

Nam

Nam auctoritas & modum ostendit, & præcipit prædictum, & actum inducit, dicens iudicium. Qui quidem actus ad hoc vt accusantibus, uel iudicantibus bonus sit, duo requirit, intẽtionem puram, & executionem clarã. De prima habetur. A.11.6. Sed heu nonnulli alios accusant uerum forte, dicentes: intentione tamen se uindicandi: sicut dęmon latronem cũ porco. A.21.26. Executio uero bona, & clara debet esse tam ex parte accusantium, quàm ex parte iudicantium similis citharedi: quia sicut intentio, & actus citharedi ad hoc ordinatur, vt concordia fiat in chordis ad hoc, ut melodiam reddant delectabilem, pro qua habenda singulas tangit chordas, & stringit alias plus alias minus, quæ ad notam illam tãgi debet nulli laxatę parcendo, si vni nanque parceret tota melodia inficeretur: ita accusantes, & iudicantes nulli parcere deberẽt. Sicut nanque ex parte ostẽsum est, C.4.4. defectus tactus vnius chordę melodiam inficit. Sic & in nostro proposito: quia si vnus: quia forte potens est, uel alia de causa non uisitatur, nec corrigitur, ut deberet, sed pecunia data, uel malo fauore in peccatis suis iacere dissimulatur, alij pauperes, qui dure corriguntur, murmurant, detrahunt, & obloquuntur, & exemplum ab illis accipiunt redeundi ad peccata, & sic spiritualis melodia corrumpitur: quia non est cordium concordia, nec tantum pacem turbant cordium: sed etiam per tales personarum acceptiones tota turbat cõitas: sicut ostẽsũ est. A.21. & 15. & 10.

24 ¶Cuius ratio est: quia sicut falsi patriæ ductores, & duodenarij sunt causa tot latronum, & etiam malefactorũ, per quos fideles frequenter inquietãtur: ita qui alios accusare deberent, vel punire, & nõ faciunt, & qui reos purgant, uel iuuant, uel supportant, sunt causa quare tot sunt peccatores, propter quos Deus totam communitatẽ pestilentijs, pluuia, & fame affligit, dicente Psal. Posuisti terram in salsuginem a malitia inhabitantiũ in ea. Vos ergo ista pericula cauete, & diligite iustitiam, qui iudicatis terrã, Sap.1. In hoc ostẽdentes, uos esse filios Dei, qui cum acceperit tẽpus, iustitias iudicabit, qui nulli parcet, qui sicut nullum bonum dimittit irremuneratum, ita nullum malum dimittit impunitum. Sitis ergo filij patris vestri, qui Solem suum oriri facit super bonos, & malos. Matth.5 Factum uero iustitię, quo peccatores veraciter accusatis uos, qui ad hoc vocati estis, & fideliter punitis, & iudicatis, uos qui ad hoc iudices positi estis potissime ostendit vos filios esse Dei: sicut patet. F.5.3. Si uero iniurias patris filij nuncupati patienter videant, licet, nomine uocentur filij: re tamen non sunt: sicut patet de illis, qui patrem sagittabãt. F.5.17. Vos ergo specialissime tenemini uos ostendere esse filios Dei: quia uos specialius nutrit, & de patrimonio eius viuitis: ergo se uobis patrẽ ostendit, sicut patet. F.5.2. Non sitis ergo filij degeneres, ne improperetur vobis illud Esa.1. Filios enutriui, &c. Tales enim filij degeneres sunt similes stomacho pessimo, qui cibaria recepta propter sui indispositionem ad mẽbra non transmittit: sed potius in malos humores conuertit: ita illi, qui a Deo cibaria recipiunt corporalia, & spiritualia tenẽtur nec bene nec efficaciter ad membra transmittunt. Vos ergo tanquàm stomachus bene dispositus, & cor, & lux mundi, qui estis in medio diœcesis, tanquàm uita, & lux totius diœcesis, uel eẽ deberetis sicut stomachus in medio corporis uitã spũalem influite in totum corpus uiriliter, defectus totius capituli, & diœcesis ĩ mũdo, & ad correctionẽ, cooperãdo, infirmos curate, & mortuos suscitate, Mat.10. Sicut habens curã, & custodiã corporũ depręhẽdẽs: quia multos infra custodiã suã habet infirmos, medicos alloquitur corporũ, dicens. Infirmos curate. Sic Deus curam habens aĩarum,

quarum curam recepistis in periculo animarum uestrarum alloquitur dicens. Infirmos curate, & ultra onerat uos, quàm medici corporũ possunt, dicens. Mortuos suscitate. In qua tria comprehendit ad uisitationem pertinentia. Quorum primum insinuat, secundum hortatur, tertium precipit. Insinuat cõditionem deficientis fragilitatis in expressione spiritualis infirmitatis, qua fit ĩquisitio (infirmos.) Secundo hortatur ꝓmotionẽ ꝓficiẽtis ꝓbitatis, de qua fit admonitio (curate.) Tertio præcipit assecutionẽ ꝓficientis sanitatis: in qua tota consistit perfectio (mortuos suscitate.) De. 1. 1. Cor. 11. Multi infirmi & imbecilles spiritualiter uidelicet in animabus, q̃ quidem infirmitates curari non possunt sine ostensione: sicut nec corporales absque hoc, quòd medico ostendatur corporum: sicut ergo medicis corporum infirmitates cum festinatione ostẽdunt. Iuxta illud Psal. Multiplicate sunt infirmitates, &c. Ita infirmitates cum festinatione ostendere deberent medicis animarum, & eo cum maiori festinatione, quo infirmitas & mors in illa parte periculosior: sed sicut quandoque contingit, quòd quis corporaliter infirmatus statum suum non ostendit, nec medicinam petit: uel quia periculum suum ignorat sicut freneticus, uel habens apostema, quod nõ grauat multum ante tẽpus mortis. Sic in proposito: hoc autẽ duabus de causis contingit, uel quia multitudo peccat sicut in vsura, uel in aliquo, sicut luxuria, uel huiusmodi: sed hoc non plus excusat Christianos a peccato, quàm infideles ab infidelitate, uel quia consuetudinem habent peccandi: ideo nõ grauat sicut nec aer malus assuetus, illi de difficili corriguntur sicut arbor diu inclinata, q̃d tamen non potest fieri per vnum: sicut patet de rectificatione arboris: potest fieri per omnes uos: uel q̃a a medico multum distat: uel quia linguã seu loquelam amisit: sed in omnibus tribus casibus per aliquos scilicet eis succurritur: quia freneticum, qui seipsum perdere nititur amici retrahunt ad distantem medicum, amici pro infirmo, qui ire non potest uadunt, pro illo etiam, qui loquelam amisit amici medico loquuntur. Si freneticis contingit in infirmitatibus spiritualibus, & contingere similiter deberet circa eorum sanationem. Inter illos nanq; aliqui sunt sicut frenetici, qui ab antiqua consuetudine ad peccatum assueti, uel amore carnali, uel cupiditate excæcati periculum proprium scire nolunt. Et illi periculose infirmantur: quia secundùm beatum Gregorium omnes infirmi sumus: sed infirmior est, qui infirmitatem suam nescit. Tales seipsos perdere uolunt, nisi ab amicis moneantur. Alij uero quibus medici multum distat, & sunt in domibus suis, id est peccatis ita magnis, q̃ ab eis surgere, & per se ambulare nõ possunt, & sunt absentes. Et alij loquelam quantum ad ea, quæ ad salutem suam pertinent amiserunt: ergo statum omnium istorum oportet per amicos suos medico ostendi animarum, id est, prælato visitanti, qui de infirmitatibus spiritualibus inquirit. Amici autem ad hoc ordinati estis vos, qui ad hoc hic uocati estis, & venistis, ut spiritualiter freneticos retrahatis: ut infirmos absentes, & qui pro seipsis loqui nolunt, medico ostendatis animarum. Hoc ergo veraciter & & ex corde agite: q̃a sicut magna crudelitas & multum contra fraternam esset charitatem, & diuinum præceptum permittere infirmum corporaliter perire: ubi tamen ex officio incũberet custodire. Et sicut magna est misericordia custodire, & iuuare infirmos ita ĩ ꝓposito. Si ergo teste Augustino in regula, frater tuus vulnus h̃et in corpore, quod velit occultare, dum timet secari, nonne a te misericorditer indicaretur, & crudeliter celaretur? Ita in proposito. Ergo suscipite infirmos. 1. Thessa. 5. Et non te pigeat uisitare infir-

Curare.

infirmum, Eccles. 7. Vide P. 12. 1. cum sequentibus.

26 ¶De secũdo Lucæ 9. Dedit eis potestatem super omnia dęmonia, & vt languores curarent. In qua auctoritatę excellentia patet vestra: quia sicut discipulis dedit potestatem curandi languores corporales: ita vobis data est potestas sanandi spirituali. Ergo vos estis sicut tyriaca, & sicut pars sana, per quam infirma sanabitur: quia hoc supponitur, quòd tales sitis, quod si non, prius vosipsos curate: Medice, inquit, cura teipsum. Luc. 4. Ne sitis sicut claudi in portis ciuitatum, qui alijs uiam ostendunt, & ire faciũt, per quã ipsi non ambulant. Et hoc necessariũ est: quia ad hoc, quòd corpus plagatũ sanetur, oportet, quòd alia pars eius, videlicet cor sit sanum, per quam aliæ partes sanantur. Sic in proposito. Experimento autem scire potestis, si sani sitis uel non per exemplum de membro corporis naturalis, in quo uidemus, quòd membrum, uel pars sana sentit lęsionem cuiuscunque mẽbri, & curã eius habet: mẽbrũ autę vel pars, quæ sanare nititur, si non sentit lęsionem membri læsi, est pars mortua. Sic in proposito ille, qui sentit & dolet de malo aliorum membrorum, eorumq; cooperatur saluti, membrum sanum se esse ostendit. Nota periculum non sanantium F. 3. 30. P. 3. 5. Vos ergo infirmos curate: quia tempus curationis est. Hiere. 64.

27 ¶Et tertio suscitate mortuos, circa quod officium turpe est negligenter agere: quia si magnum est miraculum suscitare corpora iterum moritura, maius est suscitate animas nunquam morituras: sicut patet ex autoritate beati Greg. in fine prologi huius tractatus: circa tam excellens negotium turpe & periculosum est negligenter agere. Ita fortiter ergo agite, quòd potestis de lapidibus suscitare filios Abrahæ. Mat. 3. Hoc insuper faciendo præceptum implebitis dominicum, quo dicitur. Si peccauerit in te frater tuus, uade corripe eum. Mat. 18. Sicut aliquotiens contingit, quòd pater plures habens filios illorum discretiori aliorum cõmittit curã, & correctionẽ. Sic in proposito cuilibet uestrum dicens. Si peccauerit, &c. Quod quidem præceptum visitandum includit, si peccauerit, & uisitantem in hoc, quòd dicit (corripe.) Primo tangitur visitationis materia quæ iniungitur, si peccauerit: quia peccata sunt, quæ corrigenda sunt. Secũdo actus præcipitur: corripe. Tertio causa redditur: quia frater tuus. Tria ergo facit: quorum primum iniungitur: secundum præcipitur, & in tertio causa redditur. De. 1. Roma. 3. Omnes enim peccauerunt, & egent pœnitentia, id est, tam clerus, quam populus. Ratione cuius est aduertendum: quòd tam peccata cleri quàm populi sub materia cadunt visitationis, quæ si recte scrutentur multa sunt.

Corripere.

28 ¶Circa primum damnum primo ostenditur, quòd ex peccato, & peccatoribus accidit: vt plus moueamini, magisque sitis uoluntarij peccata destruere, & peccatores corrigere: propter peccatores nanque mũdus multas sustinet vindictas sicut patet Leui. 26. Et Deut. 38. qbus emẽdatis quasi mundus emũdabit: quia cessante causa, &c. Sicut nanque radices indispositæ, & ramusculi inutiles fructum impediunt arboris, quæ radicibus dispositis, & ramũculis abscisis fructificat, ita mundus, in quo sunt quasi radices viri ecclesiastici: quia sicut radices humorem sacræ scripturæ, & nutrimentum ad ramos transmittere deberent spiritualem. Arbores uero alij sunt Christiani. Video, inquit, hoĩes quasi arbores. Ergo circa peccatorum correctionem ita procedere debetis: sicut procedit, qui arborem mundat, & nociua aufert: sed circa arbores radices prius, deinde arbores disponi debent: prius enim circa radices scrutari debent, cuius uitæ, vel famæ sint uel operis: si bene parochianis tam infirmis

infirmis, quam sanis ministret: si sint tabernis, uel alijs illicitis asueti, si continuam ut debent residentiam faciant. Deinde arbores scrutandæ sunt: qa rami ad Deū ascēdentes sunt tres, uel esse deberent. Primo namq; Deū credere debent contra sortilegos, & carminatrices, qui ramum istum impediunt & ideo abscindendi sunt. Sed mirabile est, quando uos, uel filij uestri, uel animalia passiones habēt, uel quando res amittitis, sortilegas inuenire scitis, & carminatrices, & alijs talia patientibus scitis tales nominare, & informare ubi tales inuenire possunt, ad uestram, & illorum damnationem: sed in uisitationibus ad uestram, & aliorum saluationem uix scitis aliquam nominare. Secundus ramus est, quòd ore laudetur. Hunc ramum impediunt iuratores, blasphemi, & piuri. Tertius ramus est, ꝙ opere ei seruiatur, quem ramum impediunt vsurarij, & fornicarij: quia qui fornicatur in corpus suum peccat. 1. Cor. 6. Et male maritati qui scire debent, ꝙ non possunt in propinquiori gradu accipere consanguineam vxoris suæ mortuæ, uel fornicariæ, seu focariæ suæ consanguineam, quod si fecerint excommunicati sunt: in Cle. in tit. de consanguinitate, & affinitate. c. eos. vbi excōmunicantur omnes contrahentes matrimonium in gradu ꝓhibito consanguinitatis. Qui ergo in domib⁹ vestris dictis, tot usurarij sunt, & fornicarij, & mali homines bene seruiunt prælato, nunc ostendite eos, vt corrigantur: aliter non prælato, sed vobis coram Deo peccatum illorum imputabitur, quod prælati illud corrigerent, si eis ostenderetur. Exemplū ergo tenete Dei, dicentis per Psal. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, &c. Ne vobis propter societatem illorum contingat, qđ quōdā contigit Hierusalē, de qua Tren. 1. Peccatū peccauit Hierusalē: ꝓpterea instabilis facta est. Vide. A. 21. 18.

29 ¶De secundo Sap. 1. Probata autem virtus corripit insipientes. i. illa, quæ est in se bona, & perfecta, in qua non inuenitur macula, de qua alium corripit: quia talis est, sicut cor sanum in medio membrorum infirmorum. Talis audacter alium corripere potest, aliter autem non: quia turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum. Cū vos ergo sitis tāquàm tales electi hoc opere ostendite, & in hoc apparebit si sitis probati, & perfecti, aut non: quia operibus credendum est: corripite ergo inquietos. 1. Thessal. 5. Et corripe amicum. Ecclesia. 19.

¶De tertio Actuum. 7. Ascendit au- 30
tē in cor eius: ut uisitaret fratres suos Moyses: ita ascendat in cor prælati, & vnusquisque vestrum scientes: quia frater qui iuuatur a fratre, est quasi ciuitas firma. Prouerb. 18. qa sicut in ciuitate firma domus firmiter stans domum vicinam uolentem cadere appodiat, & fulciendo supportat, ita vos: vt de vobis verificet illud. 1. Macha. 3. Adiuuabant eum fratres sui. Ad hoc nanq; vt modo prædicto quilibet aliū iuuet, prælatus, vel visitator descendit in hortum suū. Canti. 4. Ista nāq; verba cuilibet competunt visitatori, qui descendit quo ad corporalem præsentiā, Gen. 18. Descendā & uisitabo, &c. in hortū, i. in subditorum collegiū de
quo Canti. 4. Fons hortorum puteus Hort⁹.
aquarum, &c. suum, i. suam non excedens potestatem: sed diligenter agnoscat vultum pecoris sui. Prouerb. 27. Tria ergo includuntur in prædicta auctoritate, prælati præsentia, subiecti obedientia, & ordinaria potestas. Dēt ergo primo descēdere, sicut nauta qñ anchora in fundo maris arrestata est: vt causam uideat impedimenti, & nauem liberet a periculo. Et sicut medicus ad infirmū pulsum tangendo, & infirmitatem examinando: ut de illo verificetur, quod dictum est de angelo, qui descēdebat & mouebatur aqua, & sanabatur vnus. Io. 5. prælatus nāque, & uisitator quicūq; angelus esse debet, & quicunq; ad uisitationis adiutorium

intorium vocatus, & qui uisitationi intersunt propter duo. Primo quia sicut angelus carnem, & ossa non habet: ita nec tales carnales esse debet, nec secundùm carnem uiuet, nec amicis carnalibus parcant, nec malos supportent: sicut ossa portant carnem, & tunc aquam bonorum uerborum, & conscientiarum mouendo poterunt subditum sanare, & illud facere, quod tenentur, ad quod & descendunt, sicut eis incumbit. Exemplo Simonis summi sacerdotis, de quo habetur 1. Machab. 16. Simon autem perambulans ciuitates, quæ erant in regione Iudææ, & solicitudinem earum gerẽs descendit in Hierico: supple, ut uideret ꝙ omnia ibi bene se haberent. Sed heu sicut ille Simon, qui locum gerebat pontificis fuit deceptus per Ptholomęum filium abobicũ armatis, qui de quo statim sequit̃, ꝙ fecit deceptionẽ magnã ĩ Israel: ita nũc ꝑlati, & uisitatores decipiunt̃ ꝑ falsos hoĩes armis malitię, & male cõuẽtionis simul cõfęderatos, & quasi armatos quorũ Deus cõfringet arma, & scuta cõburet igni.

Descẽsus angeli.

51 ¶Secundo, quia sicut angelus malo non ducitur cõsilio: ita nec prælatus, uel uisitator, vel quicunque ad uisitationem pro ueritate dicenda ueniens duci deberet. Sed heu frequenter contingit, ꝙ sicut domini tẽporales minus scioli vno consiliario, siue ministro aliquo quicquid domino a bonis, & sapientibus pro regiminis sui, & reipublicæ vtilitate, cõtra consciẽtiam illius doctoris cõsultum fuerit, ille in camera tempore destruet expectato: ita quandoque prælati: & alij visitatores uisitantes multa audiũt corrigenda, & accusata, & eorum correctione facienda, sapientum requirunt consilium: sed veniet conscius ipse sibi, qui se culpabilem, & delatum, simulq; morem, & cupiditatem prælati, uel talis doctoris, & consiliarij intelligit, & secretius in camera locuturus aliquid ponit in prælati manu, vel illius cõsiliarij nullo sciẽte, nisi Deo, & diabolo, & falso prælato, & cõsiliario, & iniquo subdito, & quicquid circa correctionẽ faciendũ fuerat mutabit, & si postea de eius correctione corã ꝑlato illo, uel dicto consiliario, de ꝓdicti peccatoris correctione fiat mẽtio, statim ipsum excusando rñdebit. Ha per Deum bonus est, multa mendacia contra bonos volant. Ecce qũo iustificat impiũ pro muneribus Esa. 5. Vbi uero de aliquo fit mentio, qui nihil dat, uel eis multum applaudit, vel adulatur, qñ non sentit se in casu, in quo eis multũ indiget ipsum depranant tanquàm durũ, & parcũ, nec in iustitia sua fauẽt. Et hoc est, qđ sequit̃. Esa. 5. Et iustitiam iusti auferris ab eo.

¶Quorũ periculum in hoc apparet, ꝙ sunt homicidę nõ natorum, ꝙ frequenter est grauius, quàm homicidiũ natorum: quia renati occisi saluari possunt, qđ non possunt non renati occisi. Pro tanto autẽ ille, qui correctionẽ peccatorũ, uel punitionẽ, vel visitationẽ ꝑꝑ munera, fauores, vel timores, uel negligentias ad debitũ nõ ducit finem, vel qui hoc fieri facit, vel ꝓcurat auxilio, consilio, uel fauore homicida dr̃ non perfecte natorum: qa si perfecta peccatorũ correctio sit noua eius spũalis natiuitas: sicut patet per modũ loquẽdi saluatoris nostri dicẽtis. Nisi quis renat⁹ fuerit, &c. Et Pauli dicẽtis Filioli, quos iterum parturio: ꝓpter quã parturionẽ vocãtur alibi quasi mõ geniti: sequitur: ꝙ qñ incipit corrigi, incipit spiritualiter nasci: ergo qui illam impedit, abortum fœtus aĩati ꝓcurat. De quo cõqueritur Esa. 37. Venerũt filij ad partũ, & uirtus nõ erat pariendi. Sunt insuper pessimi infirmorũ custodes, qui spũalẽ impediũt sudorẽ, per quẽ infirmus posset sanari, & ꝑ quorũ impedimẽtũ infirmus moritur. Horum ergo conditionẽ ad priorũ iustorũ conditionẽ Esaias comparans dicit. Iustitia habitauit in ea, nunc autẽ homicidæ. Et subiungit dicẽs. Oẽs diligunt munera, sequuntur retributiones. Esa. 1.

32

Isti non descendunt sicut angelus ad vnius sanationem: sed sicut dęmones ad multorum perditionem, de quibus quandoque dicetur illud, Baruch 3. Ad inferos descenderunt. Non sic ille, qui dicere potest, illud Exod. 3. Descendi, ut liberarem eum. Ad hoc, inquam, descendi in hortum meum: vt saluem, & ut herbas nociuas expellant, & arbores florere, & fructificare, faciam: quia ad hoc, quòd ista fiant, necessarium est, quòd prius nociua auellantur, & terra cordium euertatur, disponatur, & renouetur: sicut patet ex pcepto Dei. Hier. 4. Nouate, īquit, nobis nouale, & nolite serere īter spinas.

33 ¶Ad istius uero terræ dispositionem necessarium est aratrum linguæ, per quam fiat spiritualis terræ aratio, id est ueritatis ostensio, & recognitio, quę ideo uocatur aratio: quia post terræ fossionem, uel euersionem, quod prius fuerat absconditum, ostenditur: ita in proposito. Ad quemcunque ergo illud propheticum pertinet præceptum. Ezechielis 8. Fili hominis fode parietem, & cum perfodissem parietem apparuit ostium vnum, & dixit ad me. Ingredere, & uide abominationes pessimas, quas isti faciunt, & ingressus uidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum. Istud si ergo diligenter impleueritis præceptum, ex corde facta uestra, & uicinorum perscrutando, multa inuenietis opera uenenosa, & brutalia, per quæ reptilibus, id est, serpentini generis uermibus, & animalibus homines in factis suis assimilantur, quæ oportet per vestram ostij operationem, id est, apertam ostensionem denudari, & de horto dominico expelli, ne illum deturpent: hoc enim facientes quilibet uestrum dicere potest, illud Esa. 41. Ponam desertum eius, quasi delitias, & solitudinē eius quasi hortū dñi, inuenietur ī ea gratiarū actio, & uox laudis.

34 ¶Ad hoc autem, quòd hortus domini seu uinea sic disponatur, oportet, quòd prælatus præcipue, & quilibet ad uisitationem pertinens præceptum illud impleat propheticum, quo dicitur. Vide, & uisita uineam istam: in Psal. 79. ubi tria includit visitationi necessaria. Discretionē (vide) executionem (uisita) subiectionem (uineam istam) tibi subiectam, & nō alienam. Vel aliter. Primo debet inuestigare (uisita.) Secundo consiliare (vide.) Tertio sententiam proferre (istam) scilicet iustam. Primo duo scilicet discretio, & executio se tenent ex parte uisitatorum. Tertium ex parte subiectorum. Primum scilicet oculum, seu uisum discretionis tria impediunt puluis uidelicet cupiditatis, duplex in uidendo medium, & nimia obiecti approximatio, uel elongatio. Quantū ad primum: sicut oculus corporalis puluere: ita spiritualis munere excęcatur. Et sicut ignis uisum impedit, quando inter uisum, & uisibile interponitur: ita cupiditas in illis, quibus supercecidit ignis, & non uiderūt solem: in Psal. Hunc puluerem excutit Bonifacius Papa. in 6. Decretaliū. titu. de censibus. cap. Romana: ordinans de prælatis uisitantibus, sub eo, qui sequitur tenore. Procurationes autem recipiat secundùm, quòd est in canonibus constitutum: nullam tamen pecuniam ipse uel aliquis, de sua familia occasione alicuius officij, aut consuetudinis, seu quolibet alio modo eorum nomine, sed in uictualibus expensas tantum recipiat moderatas. Caueat insuper ne ipse, uel quisquam suorum aliquod munus quodcunque sit, & qualitercunque offeratur præsumat recipere: ut nō, quæ sua sunt, uideatur quærere, sed quæ Christi, quod si fuerit contra præsumptum recipiens maledictionē incurrat, a qua nunquam nisi duplum restituat, liberetur. Volumus enim in his fraudem quamlibet pœnitus euitari. Hanc autem uisitandi formā ab vniuersis

Vinea domini.

aersis etiam episcopis, aliisq; praelatis ordinario iure suos subiectos visitatibus plene obseruari praecipimus, saluis super hoc rationabilibus, & appropriatis religiosorum consuetudinibus, & regularibus institutis. Tali ergo colirio inunge oculos tuos.

35 ¶Secundum quod videlicet visum impedit duplex medium patet per exemplum de baculo recto, qui uisus per medium aeris, & aquae uidetur curuus, & obliquus: quia licet ad ipsius uisionem vnũ debitum concurrat mediũ aer uidelicet: aliud tñ non debitũ concurrẽs aqua uidelicet ipsius uisionẽ impedit. Sic in ꝓposito debitũ mediũ videndi ueritatẽ in agẽdis, & iudicandis est ratio seu lex Dei, & oĩs alia lex ab ea lumen recipit sicut planetae, & aliae stellae lumen recipiũt a Sole, vt ab ipsa tanquàm at recta cã regulentur, & ordinentur. Lex autem male intellecta, uel ad malum ducta, & subtilibus, & malitiosis cautelis mixta est mediũ deordinatum, quod cãm rectam curuat, iudiciumq; peruertit, & ęquitatẽ. Per illã nanq; dicunt malum bonum, & bonũ malũ. Esa. 5 Si uis recte ergo iudicare, vel visitare, aufer illud mediũ deordinatũ, vt de te dici possit illud. Psal. Æquitatẽ uidit vultus eius sicut patet. I. 13. 2.

36 ¶Tertio ꝙ uidelicet nimia obiecti approximatio, uel elongatio visum impedit quotidiano patet experimento. Sic in ꝓposito spũaliter: quia qñ quis alicui nimis approximat per carnalẽ, seu aliã inordinatã affectionem, uel qñ nimis ab eo elongatur ꝑ odiũ, uel malam uoluntatem nunq̃ talem bene uidebit, nec uisitabit, nec iudicabit. Sicut ergo a uaccis, q̃ debuerũt portare iugum, & arcam dñi. 1. Reg. 6. excludebantur uituli ita ab his, quibus incumbit portare iugum domini, & arcam supportare ecclesiae per visitationẽ suam, in qua debet esse uirga Aarũ, i. disciplina correctionis, & lex veritatis, & mãna mansuetudinis, necesse est, ut vituli excludãtur carnalitatis, & consanguinitatis, & inordinati amoris. Aliter nanque uineam Naboth. 3. Reg. 21. trãsferunt, & transferri ꝑmittunt in hortũ olerũ, dũ subditos ẽm suas carnalitates viuere permittãt. Vineã nanq; transferri hortũ olerum est statũ bonum, uel personã, q̃ bona esse deberet transferre ad carnalitatẽ. Sicut insuper uolens aliũ in luto iacentẽ erigere, & mundare necesse hẽt ei per amorẽ, & cõpassionẽ appropinquare, & inclinari, manũq; ei ipsum auxiliando porrigere exemplo Dei, qui ait Exod. 3. Vidi afflictionẽ populi mei, & descẽdi, ut liberẽ eũ.

¶De secundo ꝑceptum habetis. 1. Reg. 17. Fratres tuos uisitabis. Et nota cãm bonã, quare uisitare debẽt. A. 11. 1. Illa ergo de cã uisitabit peccata eorũ. Hiere. 14. Nõ parcẽdo, ne eos offendant, qui licet mõ grauẽtur de hoc, ꝙ visitãtur grauius tñ dolebunt in fine, si nõ uisitentur, qñ damnũ suũ depręhendunt sicut patet de illo, cuius vestis cõburebatur. A. 16. 34. Nunc igitur uisitãda est vinea: qa visitatio tua venit Micheae 7. De tertio Matth. 21. Vade hodie operare in vineã meam. Hoĩes. n. pro tãto vineae cõparari possunt: quia sicut uinea nõ fructificans ad nihil ualet nisi ad ignem: ita nec hoĩes, nisi fructũ faciant bonorũ operũ, ad nihil valẽt, nisi ad ignem inferni. Istã ergo uineã, ut melius fructificet uobis amputare incũbit. Ad hoc ergo ite, & uos in uineã. Matth. 20. Ad illos autẽ ꝑceptũ illud de vineae cultura dirigit, de quibus mystice dr̃. 3. Reg. 20. Mittam seruos meos ad te, & scrutabuntur domũ tuã, & domũ seruorum tuorum. Quae quidẽ verba licet ad literã sint ipsius Benadab promittẽtis, ꝙ seruos suos mitteret ad domũ Achab. Moraliter tñ exposita, & intellecta possunt eẽ uerba ipsius Dei mittentis ꝑlatũ ad uisitandũ subditos suos, uel uerba cuiuscũq; ꝑlati superioris uel iudicis mittẽtis inferiores, visitatores uel iudices scribẽtisq;, uel dicẽtis Mittã, &c. Quę quidẽ auctoritas 37

sic

sic intellecta tria ostēdit. Primo visitātiū, & vocatorū ad uisitationē ꝓ veritatis ostēsione excellētē ostēdit autoritatē ī hoc, ꝙ a Deo mittunť, q dicit. Mittā. Scđo eorū diligētē exprimit ꝓbitatē, qa diligēter scrutabunť. Tertio subditorū q visitanť ꝓficiētē cōcludit vtilitatē, qa ad hoc uisitanť, vt visitantes purgēt domū, i. conscientiā seruorū, i. subditorū.
38 Quantū ad primū in hoc uisitātiū, & ī uisitatione iuuātium ostendiť autoritas: qa ab illo mittunť, q misit seruū suū hora cęnę dicere inuitatis, ut venirēt. Lu. 14. Ex quo aperte ostendiť, ꝙ illorū autoritas, cōmissio, & officiū est populū ꝑparare, & vocare ad Dei cęnā, & nō colligere pecuniā. Taliū. n piculū patet. 3. Regū 20. p hoc, ꝙ ad Achab, q receptis possessionib⁹, seu muneribus a Benadad eū abire pmisit dr̄. Quia dimisisti uirum dignū morte, erit aīa tua ꝓ aīa illius. Idē piculū patet. 2. Macha. 10. de occisis a Iuda Machabęo: qa dimiserunt quosdā malos obsessos ꝓ muneribus abire impunitos. Itē Gaius Imperator ꝑcepit illū mori, q receptis a Iudęis muneribus statuā suam in tēplo non posuit in Hierusalē eo ꝙ plus Iudęorū dilexit munera, q̄ Imperatoris ꝑcepta. Horū ergo exēplo caueāt visitātes & ī uisitatiōe iuuātes, q spāliter a Deo missi exprimūtur, vt fructū faciāt aīarū. Matt. 21. Misit inquit seruos suos agricolas, &c.
39 Pro scđo pt quilibet ad uisitationē ptinēs dicere illud Soph. 1. Scrutabor Hierusalē in lucernis. In qua auctoritate ꝓpheta illorū ostendit diligētia quo ad duo. Primo quātū ad visitationis materiā i. peccata, de quibus fit uisitatio docēs, ꝙ diligēter illa scrutētur nihil dimittētes, sed oīa inquirentes dicētes Scrutabor, &c. Secundo quantū ad uisitantiū, & accusantiū intentionē, & affectū docens ꝙ utrobiq; intentionē habeāt lucerna discretionis illustratā, & charitatiua seu paterna affectione informatū, & tūc eritis lucerna pedibus: in Psal. ad dirigēdā, & illustrandā, & ad mundandā domū tuā, i. conscietias ꝓprias, & domū seruorū tuorū, i. cōscientias subditorū, & uicinorū vestrorū facietes, ꝙ pax sit huic domui. Matt. 10. Sed istius correctionis, emūdationis, illuminationis, & pacis tria sunt impedimēta. Quorū primū est culpę simpliciter occultatio, & negatio. Scđum est in responsione culparum palliatio, falsatio, coloratio, seu tergiuersatio. Tertiū est prauę concordiæ seu societatis conglutinatio, & conspiratio.

¶Primū patet quia cū peccatum sit morbus spūalis, ꝑlatus uero visitās sit medicus, cū culpa abscōditur, medicus scrutās deluditur, & decipitur. 40
Tales ergo qui libēter culpas suas occultant, p Rachelē significātur Gen. 31. q̄ idola abscōdit sup stramēta. Laban uero delusus uisitantes ostendit sicut euidētia docet historię Significantur etiā p sacerdotes Belis. Dan. 14. qui facta sua mala occultabant. Sed uisitans similitudinē hr̄e debet Danielis: quia sicut Daniel circa operum illorū denudationē caute ꝓcessit, & p cineres, quos in tēplo asportatos cribrauit, ad veritatē deuenit: ita necesse est ꝙ uisitātes caute, & diligēter inquirāt, & per hoīes ī tēplo cōgregatos, q p cineres nō solū significātur, sed ueracius ostēduntur: quia oēs hoīes terra, & cinis Eccl. 10. ad ueritatē necesse est ꝙ deueniant. Sed ad hoc necessariū est, ꝙ hoīes illi cinerū illorū sequātur cōditionē & ueritatē: qa sicut illi, de pedū vestigijs siue impressionib⁹ nō mētiebātur: sed oīm pedū ostēderūt formā, & quātitatē: qa maioris pedis maiorē ostēderūt formā, & minoris minorē: ita necesse est, ꝙ isti se habeant circa ostensionē malorū hoim: ita uidelicet ꝙ tā magni, q̄ parui ostēdant delictū, & ueraciter, & humiliter ꝑlato uisitāti obediant: qa cuilibet illorū Iob 13. loquiť, uel loqui pōt dicens. Quantas habeo iniquitates, & peccata: supple in subditis meis, ostende mihi: sicut os medico infirmitatem ostendit pedis, vel digiti putridi, & si melius

esse

esse non potest, rogat vt comburatur, vel prescindatur. Sic vos: vt de vobis verificetur illud: Psal. Ostendisti populo tuo dura, scientes quòd melius est quòd hic dura ad tẽpus, quàm alibi sine fine sustineant. Et ꝙ pulchrius est quòd hic coram paucis eorũ ostendantur deformitates, quòd alibi corã toto mundo, quando Deus de eis verbum suũ implebit, quod dicit Naũ 3. Ostende gentibus nuditatem tuam. Si vero sic ostendere nolueritis, ostẽdet vobis Deus damnationem vestrã, de qua Apoc. 17. Veni, & ostendam tibi damnationem tuam. Si vero nude, & aperte, & iuste ostenderitis, ostẽdet vobis Deus mercedẽ ęternã, quãdo de quolibet uestrũ uerificatur illud Sap. 10. Iustus deduxit dñs per uias rectas, & ostendit illi regnum Dei.

41 ¶ Quantum ad secundum impedimentum est ad uertendum quòd illi, qui pũ primis culpas suas omnino occultare non possunt: ut sic iudiciũ eua dãt correctionis, illas palliãt, & colorare nitũtur: sicut patet de usurarijs, q vẽdentes boues dicunt, quòd possunt tãtum recipere in termino solutionis ultra uerũ ualorem, quãtũ in termino uenditionis ualuerunt, ꝓ quanto ad terminũ illũ locassent, & sic alienum bouem locant sed certe in iudicio, uel aliquo illorũ subtracto apparebit, ꝙ fuit cupiditas, & usura, & sic de alijs mercatoribus dicentibus, ꝙ possunt tamen recipere, quãtum cũ pecunia illa interim lucrari potuissent, de quibus loquitur sacra scriptura, uel poti⁹ spiritussanct⁹ ĩ sacra scriptura. Esa. 34. dicens. Ibi habuit foueam hericius, & enutriuit catulos, & fouit in umbra

Herici⁹. eius. Quam auctoritatem pertractans beatus Grego. in pastorali. c. 12. sentẽtialiter dicit: in hericij nomine impuræ mentis duplicitas se se defendẽti designantur: quia antequàm capiatur pedes cernũtur, & caput: sed mox ut appræhendens semetipsum in speram collegit, pedes introrsus subtrahit, caput abscondit. Sic prelatus, uel uisitator, uel quiscũq; peccatorũ corrector pedes herici uidit, dum mala subditorũ audit, uel uidit uestigia, sed dum eũ dpræhendere nititur, in sperã colligitur, & prælatus tergiuersatione prauæ defensionis illæsus totã partem ignorat, quod se scire credit. Volentesque eos capere ad modum hericij, cõtumeliæ vel detractionis aculeis pungũt. Quorum factũ. Marci 12. significatur: vbi seruos missos ad agricolas alios contumelijs affecerunt, alios occiderunt. No. F. 1. 30.

42 ¶ Tertium impedimentum malorũ videlicet concordia, qui quando culpas nec celare possunt, nec palliare, malitiosa confœderatione se defendunt. Hi per leuiathã significantur ad corpusq; ei⁹ pertinẽt: de quo Iob. 40. & 41. Corpus, inquit, eius quasi scuta fusilia, & cõpacta squamis se præmẽtibus vna vni coniungit, & nec quidẽ spiraculũ incedit per eas vni alteri adhęret & tenẽtes se nequaquã separabũtur. Cuius auctoritatis expositionẽ nota ſm beatũ Greg. F. 1. 10. Hęc malorũ cõfęderatio est, sicut spinarũ cõnexio, & ideo sicut eis ministrabitur, de quibus Naũ. 1. Sicut spinę seinuicẽ cõplectunt, sic cõuiuiũ eorũ pariter potãtiũ cõsumetur quasi stipula ariditate plena. De hac malorum amicitia loquitur Augu. in epistola ad Macedoniũ: dicẽs. A Christo manat vera amicitia, nõ tentationibus pensanda cõmotionis, sed gratuito amore. Amant se inuicẽ mali: sed amor ille omni carcere durior est, & peior, quàm discordia nemo enim veraciter esse amicus dicitur hominis, nisi sit amicus veritatis. De illorũ vero pena nota. F. 1. 14. His ergo tribus impedimẽtis amotis scrutare, & vide. Io. 7. ꝙ habitatio Dei sit munda.

Artic. 3. 43 ¶ Quia vero Deus nõ solũ in secularibus, sed etiã in religiosis habitare dignatur post scrutationem, & uisitationem domus Dei in secularibus, uidẽda est etiã in religiosis, aquã prælatus mentẽ ad uisitandũ dirigens dicere

cere potest illud Ionæ 2. Videbo templum sanctum tuum. Clamor iste fuit Ionæ clamantis de uentre cæti. Pro quo est sciẽdum quòd venter cæti capitulo iam religiosorum assimulatur: quia sicut Ionas, qui extra ventrem eius periclitabatur in uentre a periculis præseruabatur. Sic illi qui extra claustrum uariis tentationibus & occasionibus quasi maris undis perclitantur in capitulo a periculis illis mundari custodiri, & sanari debent. Ad hoc nanque capitulum & specialiter tempore uisitationis intrare debent: ut a spiritualibus periculis mundentur, & in posterum custodiantur. Quod ergo Ionas dixit in uentre cęti potest congrue dicere prælatus uisitans, uel alius in eius nomine & persona. Videbo templum sanctum tuum. Quæ quidem auctoritas omnia ostendit, quę ad uisitationem requiruntur. Ad uisitationem nanque, sicut ad quodcunque opus bonum, quatuor causæ requiruntur, scilicet efficiens, materialis, formalis, & finalis, quæ quidem quatuor in prędicta exprimuntur auctoritate. Efficiens nanque esse ostenditur ille, qui dicit uidebo. Materialem uero ostendit, dicens: tuum. Et formalem exprimit, dicens templum. Finalem sanctũ. Ostẽdit ergo primo actus uirtutis: uidebo uos, & gaudebit cor uestrum. Secundo status tuus in hoc quòd dicit, tuum, quia thronus tuus erit firmus iugiter. 2. Reg. 7. Tertio locus salutis, templum. 1. Corinth 3. Templum Dei sanctum est, quod estis uos. Quarto finis operis, quòd totum sit sanctum. Esa. 6. Sanctus, scilicet in corde, sanctus in ore, sanctus in opere.

Tẽplũ.

44 ¶ Ratione primi est aduertendum: quòd sicut in uidente ad hoc quòd actus eius sit rectus, & uirtuosus requiruntur. Primo instrumentum sanum. Secundo medium clarum. Tertio obiectum proportionatum: ita in uisitante & accusante requiritur. Primo non solum oculus, id est intentio sana, & iusta: ꝙ uidelicet non uisitent corrigãt, uel accusent propter odiũ, uel uindictã sicut cõiter faciũt: qa uix familiarẽ, uel spãlem accusant sicut in primitiuo ordine, in quo per accusationes & uisum correctiõis animarum cognoscebantur speciales. Sed heu modo non speciales: sed inimici & persecutores a malis reputantur, qui animas corrigere per accusationes mituntur: sed tamen ꝓpter hoc fratrẽ, uel amicus amicum perire permittere non debet. Requiritur insuper secundo, ꝙ ipsi in se sint sani, & mundi: quia aliter malos non accusabunt, nec audacter corrigent: quia cõiter uitiosus alium non nititur corrigere, qui eodem uitio laborat, ne ei improperetur ꝙ festucam de oculo fratris extrahat & trabẽ in oculo ꝓprio nõ videat, & ne ei dicatur. Medice cura teipsum. Primo ergo uidete uosmetipsos. 2. Ioan. c. unico. Secundo requiritur medium clarum in uidente, hoc manifestum est, & in uisitãte, & accusante necessarium esse supponitur ꝙ uidelicet primo inter iudicem uisitantem, & subditum uisitatũ sic quasi mediũ iudicium rectum ad hoc, quòd sit iustæ sententiæ probatio.

¶ Hęc autem fieri non possunt sine accusatione & diligenti examinatione: ergo sententiæ probationem iustam & ueracem delationẽ, seu accusationem quasi medium congruum inter accusantem & iudicem præcedere est necesse. Cuius quidem accusationis modus, & forma a Saluatore nostro Christo in Euangelio determinatur. Matth. 18. vbi docetur, & pręcipitur: ꝙ si peccauerit in te frater tuus, i. te solo sciente, de quo nec fama laborat, vade, & corripe eũ inter te, & ipsũ solum. Si te audierit, non dicas prælato, vt prælato, sed ut Vicario Christi, ut prouideat ordinis honestati, qui eũ nõ puniat pęnis positiuis, nec priuatis: nisi forte ad talẽ locũ, in quo peccatũ secure accedere non possit, tunc tanto 45

illo

illo priuetur accessu. Si autem te non audierit, id est si recidiuauerit, adhibe tecum vnũ, vel duos, i. dic prælato, vt ꝓlato: & si ipse noluerit, alicui qui ꝓdesse possit, & non obesse: qui tamen eũ nõ puniat pœnis positiuis, & priuatiuis, quæ eum diffamare possent; sicut priuatione ab officio, vel actu: sed pœnis communibus bonis, & malis: sicut admonitione tanta ad alium locum. Si autem te solo sciente certitudinaliter factum sit peccatum; ita ꝙ tu solus scias te peccasse, vel scias alium peccasse & cum hoc alij tecum coniecturationem habent de peccato tali: quia fama laborat de te, vel illo, iam teneris illud prælato dicere, vt puniaris: quando de hoc inquireris. nec tamen te, vel ipsum prodis: sed fama peccatum prodit, & est quasi testis illud probans. In quo casu sicut iudices ecclesiastici homines ponunt ad iuramentum de veritate dicenda: ita iudices religiosorũ tales ponere possunt ad quæstiones, & excommunicare, nisi verum fateantur. Nec debet in his casibus specialiter, vbi periculum, vel corruptio imminet cõmunitatis timere, vt celet, ꝙ extra confessionem sub sigillo committitur secreti, vel confessionis, quando delictũ non confitetur proprium, sed alienum, vel suum: non tamen confitens, vel pęnitẽs: sed vt aliũ ad peccatũ inducat sub sigillo confessionis, suum vel alienũ reuelat delictum: quia secũdum sanctum Thomam: sigillum cõfessionis non debet esse uinculũ iniquitatis. Sic ergo uidete regiones: quia albescũt ad messem. Io. 4. Sed heu messis multa, operarij aũt pauci, qui sic ꝓcedũt & operantur. Tertio requiritur obiectum proportionatũ, de quo habetur supra eod c. 36. Qui enĩ culpã abscondũt, obiectũ nimis elongant, ne videatur: qui vero illã palliant, quasi de nocte facta sua, & merces suas ostẽdũt, quando videri nõ possunt. Vos autem non sic, sed exemplo Christi tanquàm discipuli ostẽdite facta vestra aperte dicentes prælato illud Lucæ 24. Videte manus meas, & pedes meos, & videte sine oĩ palliatione tergiuersatione, uel absconsione. Vide domine, & considera, quoniam facta sum vilis. Tren. 1.

¶In quo ostẽdit secũdũ principale, 46 materia videlicet visitationis, q̃ est peccati utilitas, & animæ spiritualis infirmitas. Pro quo scire conuenit, ꝙ sicut in infirmitatibus corporalibus quãtũ ad præsens pertinet propositum, quadrùplex inuenitur diuersitas: omnes tamẽ suis modis corpus grauãt. Quæ nanq; corpus periculosa grauatur passione, quæ est quasi dispositio infirmitatem pręcedẽs, & inducens mortalitatem, quãdoque longo grauatur languore, sub quo mori melius videtur, quàm viuere, quandoque mortali grauatur infirmitate: non tamẽ fætẽti, nec extra apparẽti. Quandoque vero grauatur mortali infirmitate fętenti, & extra apparenti. Et in omnibus istis casibus, & infortunijs statum suũ, qui aliquod sentit prędictorum medico discreto festinat reuelare. Sic in infirmitatibus spiritualibus, qui animam grauant cõsimilis quadruplex inuenitur diuersitas. Quędã nanq; uitia sunt periculosa: qa sunt quasi dispositiones ad vitia mortalia: sicut familiaritates cũ male uel suspectis, vel minus honestis ꝑsonis, frequenter ẽt collocutiones cũ mulieribus, ociositates, curiositates in gestu, vel habitu leuitates, ad discurrẽdum pronitates, & huiusmodi. Quædã vero sunt vitia periculosa, quę sunt paruipensiones statutorum, & obseruantiarum regularium, ad quę religiosa persona obligatur vltra pręcepta decalogi, ad quę quilibet tenetur Christianus. Et hæc animæ infirmitas in nõnullis prædicto assimilatur lãguori: quia nonnulli quasi tota uita sua illo languore tenentur, qui licet frequẽter corripiantur, & puniãtur, & emendam promittant: parum tamen curant quotiens contra statutum suum, & regulã, & superiorũ ordinationes committant: dummodo directe contra Dei non faciant mandata adulterando, uel

homicidium, & furtum committendo, & illud vitium, & languor in eis parum differt ab incorrigente. Quędam vero vocantur vitia criminosa, quę videlicet directe sunt contra aliquod de decem præceptis decalogi: priuatim tamen sine scandalo. Quædam vero vocantur scandalosa, quæ videlicet supra criminosa addunt infamiam: sicut plaga fętens addit supra non fœtentem fętorem, & omnes istas passiones, infirmitates, seu plagas necesse est medico ostendere animarum, id est prælato visitanti: vt ipse de medicina prouideat oportuna. Reuela ergo & eo modoq́, quo reuelanda sunt distincte, & aperte omnia periculosa, perniciosa, criminosa, & scandalosa, & coram eo ab omni malitia laua cor tuum. Hiere. 4. vt cor tuum fiat templum sanctum Dei quantum ad tria, de quibus habes. O. 6. 8. De quo etiam templo habetur Hiere. 30. Templum iuxta ordinem suum fundabitur.

47 Tēplū. ¶ Circa cuius fundationem, ædificationem, & consummationem eo modo procedendum est, quo circa fundationem, & ædificationem procedetur tēpli materialis. Ad qđ quatuor requiruntur: Primo fundamenta. Secundo fulcimenta. Tertio cooperimenta. Quarto ornamenta. Iuxta quem modum prędicta auctoritas de templo spirituali intellecta dicit. Tēplum iuxta ordinem suum &c. Nota. O. 6. 8. De qua auctoritate prophetica quatuor eliciuntur templo spirituali necessaria. Primo inceptio: quia fundabitur. Secundo erectio seu, eleuatio iuxta ordinē. Tertio cōpletio seu reparatio & cooperatio secūdum cōditionem & statū suum. Quarto decoratio: quia templum est cui decor congruit. De primo in Psal. 86. Ipse fundauit eā Altissimus. Ipse, s. Deus fundauit eā, i. religionē supra duplex fundamentū, quorū primum fuit sub alio latū valde, aliud supra illud est magis cōstructum ad modū, quo in istis magnis videmus operibus. Primum fundamentum doctrina 12. est Apostolorum, propter quorum doctrinam hęc religio est ecclesiæ murus ciuitatis habenti fundamēta duodecim. Apoc. 21. Illorumq́ue doctrinam tenendo estis ciues sanctorum, & domestici Dei superędificati super fundamentum Apostolorum, & prophetarum. Eph. 2. Ideo vero istud latius est: quia non solum religionem, sed etiam totā fundat Ecclesiā, de qua in Psal. Fundatur exultatione vniuersæ terræ.

¶ Fundamentum vero super illud magis constructum & nouissimum cuiuscunque religionis consistit in tribus punctis seu lapidibus quadratis, in obedientia, continentia, & volūtaria paupertate. Super his enim fundamentis fundauerunt templum in nouissimo. 2. Esdrę 5. Loquendo primo de primo fundamento ecclesię de filio Dei, super quem Deus pater ecclesiam suam fundauit, potest exponi illud 3. Regum 16. In primitiuo suo fundauit eam. Loquendo vero de secundo potest exponi de illo, qui primus fuit talis ordinis institutor, & inuentor. Vtraque vero fundamenta sacra Scriptura complectens dicit. Fundamenta eius, idest ecclesiæ & etiam religionis in montibus sanctis: in Psalm. 1. in Christo & religionis fundatore: Quod autem fundamenta primitiua sint sancta nulli in dubium vertitur Christiano. Quod etiam fundamenta secunda sancta sint quòd ad salutem ducant, si bene tenebitur, nullūs dubitare permittitur Christianus.

¶ Si primo nanque obedientia, 48
quę maxime in aduersis attenditur, & in operibus humilitatis recte teneatur, quis dubitat, quin ad illum ducat, qui factus fuit obediens vsque ad mortem? Hac ergo considerata utilitate religionis, nullum opus omnino aliquem retrahat: sicut nec Christum, nec utilitas, exemplo

plo Saul, cui dictum est. 1. Reg. 15. Melior est obedientia, quàm uictima, & quasi scelus idolatria est nolle quiescere. Si secundo triplicē habeant continentiam, cordis, & sensuum exteriorum scilicet affectionum, & locutionum, & huiusmodi, & operis. Non est digna ponderatio sic continentia animæ, Eccl. 36. Si tertio paupertate sic utantur uoluntaria, quòd nec pecuniam, nec quicquàm aliud in manibus habeant propriis, vel alienis, & specialiter in manibus secularibus, de quo frequenter contingunt damna, & pericula, sine superioris sui scitu, & licentia expressa, non est dubium, quin talium pauperum sit regnum cælorum. Matth. 5. Si uero econuerso proprietarij fuerint bona sua à fratribus abscōdentes, uel in manibus mercatorum, vel aliorum contra paupertatis & professionis regulam habentes, uideant exemplum & speculum, & periculum suum in Achan lapidato Iosue. 7. Et in Anania & Sapphira. Act. 5. Et in illo de monasterio beati Gregorij, qui abscondit tres aureos. 4. Dial. Sub talibus nanque religionis destructa sunt fundamenta. Ezech. 30. Prædicto vero posito fundamento, parietum, & columnarum, tria oportet erigere fulcimenta, quarum prima supportet quo ad Deum, secunda quo ad mundum, tertia quo ad claustrum.

49 ¶ Primum quo ad Deum fulcimentum spiritualis domus est oratio: quia oratio est pius affectus mentis tendens in Deum, & hæc orantem supportat: quia secundum Augu. Si bene occurat oratio, est oranti subsidium, diabolo supplicium, Angelo vero gaudium, & Deo gratum sacrificium. Et hęc religiosis maxime prodest, tam pro seipsis, quàm etiam pro aliis. Primum patet: quia quantuncunque quis sit ab inimicis obsessus & tentatus, & ferrea tentatione victus, si ad Deum more clamet ob-sessorum, & expugnatorum eum tentari non sinit vltra id quod potest: sed quasi noua acie occurrit, quasi uictis, & quasi prętimore fugientibus: quia voluntate, & concupiscibili, & cæteris animæ potentijs quasi deficientibus, & pene ad malum, quod caro vel alius inimicus suadet, inclinatis, clama ad dominum, & ducet tibi exercitum potentiarū fugientium. Quod pulchre significatur. 1. Machab. 11. ubi totus exercitus a Ionatha duobus, uidelicet Mathathia, & Iuda exceptis, fugit: quòd uidens Ionathas orauit, & terra capiti suo posuit, & sic exercitum reduxit, & hostes fugauit. Vigilate ergo, & orate, ut non intretis in tentationem. Matth. 26. Et congrue ad hoc, quòd homo se tentationibus prę-seruet, ista duo sibi necessaria coniungat, uigiliam, & orationem: quia vigilia videlicet, & maxime in lecto sine oratione, uel utili studio periculosa est: quia diabolus illi, quem sic ociosum inuenit, multipliciter tentationes immittit. Secundum etiam patet, quòd multum ualet depręcatio iusti assidua Iaco. 5. Nota quòd dicit iusti. Tales enim tm̄ digne orant, & illis, de quibus viuunt satisfaciunt. Alij uero eos decipiunt: quia non fuit intentionis illorum ad Deum odiosos mittere nuncios ad deprecandum pro eis. Et hi in fine decipientur, quando ministrabit eis: sicut uineæ infructuosæ. Ad hoc ergo, ut uos, & alios de periculo liberetis, oportet munde illum orare, cui humilium, & mansuetorum semper placuit deprecatio, Iudith 9. Secundum fulcimentum quo ad mundum est hospitalitatis, quę diuites recipit: ut 50
amor in hoc mundo inter potentes, & ecclesiam, & etiam inter uicinos conseruetur: ut si mali sint, ne noceant pauperes uero, ut retributio in alio sæculo speretur, & quoscunq; bonos, ut proficiant. Talis hospitalitas, & quò ad mundū, & quò ad Deū domū roborat. Primo nanque domum

supportat quò ad mundum: quia dum charitatiui sunt, & sua libenter dant, damna eis non inferuntur: quia dum das charus eris, nec tunc oportet te inimicos timere. Secundo uero domum supportat, & quò ad mundum, & quo ad Deum: sicut patet per Historiam: de date, & dabitur. E.3.41.& I.7.1. Porta patens &c. Sed heu plures in prima hospitalitate confidunt, quàm in secunda. Plures nanque in nomine mundi, quàm in nomine Dei recipiunt. Contra quos est exemplum seu Historia. A 20.9. Eccl. 19. Eleemosyna uiri quasi sacculus cum eo, gratiam hominis quasi pupillam conseruabit, quantũ ad primam hospitalitatem. Et postea consurget, & retribuet illis retributionem, quantum ad secundam. Si ergo uideris monasteria depauperari, & grangias impignorari, & domus interiores esse dirutas, uide causam extra portam, ubi domũ pauperum, quam in principio orationis habebant longam, uidebis desertam & dirutam, & intelligas hanc esse causam. Nam dum Christus pascebatur, Christus eos pascebat, & ditabat. Dum econuerso, econuerso. Ergo non necessitas, uel paupertas compulit eos ad illius eleemosynæ subtractionem: sed subtractio eos ad paupertatem: quia eleemosynas solitas, & numerum orantium, & sacerdotum, quem habere deberent, retraxerunt. Secundum fulcimentum, seu columna, quo ad claustrum est, mutua sociorum concordia, & charitatiua consensio, & supportatio: Dum nanque ędificantes turrim Babylonis Gen. 11. concordes fuerunt in opere, mutuò se intelligentes & iuuantes opus perficiebant & ascendebant. Contrario uero effectu contingente deficiebant. Sic in religione, & omni communitate sitis supportantes inuicem in charitate. Eph. 4. Ad hanc nanque uisitatores ad te declinant, ut ponant fundamenta supportantia. 1.
51 Esdrę 6. Complementum uero domus, seu templi spiritualis, quantum ad rectum, seu finem totius operis, & ædificationis, tria præsumunt, intentio clara, prudentia, & perseuerantia. Primum patet: quia si oculus tuus fuerit simplex, id est, intentio recta, & bene ordinata: quòd uidelicet nõ uenias ad religionẽ, siue statum ecclesiasticũ, nec Christum sequaris principaliter, ut de mensa eius comedas: sicut porcus sequitur uetulam, quę fabas portat: sed, ut Deo mundius, & certius seruias: tunc totum corpus, id est, opus sequens totum lucidum erit, & perfectum: quia si radix sancta, & rami. Secundum etiam patet: quia sicut ars, & scientia requiritur, in ædificatore domus corporalis: ita discretio in ædificatore templi spiritualis, quòd non sit nimis strictæ conscientię, nec nimis largæ, nec sapiat ultra, quàm oporteat sapere: sed sapiat ad sobrietatem. Roma. 12. De hac discretione nota. D. 7. per totum. Tertium insuper patet: quia sicut ille, qui bona intentione ad religionem, uel statum ecclesiasticum uenit, & bonus religiosus quasi in uentre matris ecclesiæ intentione bona concipitur, si primo anno, uel tempore nouitiatus, & dũ est in reddendo seruitium, fit quasi Angelus, & religiosus in his, quæ Dei sunt feruens, & diligens, & postea paulatiue tepescat, & quærat officia extra, ut equitare possit, & amicos iuuare, & a Deo, & ordinis obseruantiis se elongare, de persona religiosa bene concepta, & nata in brutalem, & mõstruosam bestiam conuersus coram Deo, & Angelis abominabilis quasi monstrum efficitur, & de societate illorum in morte eiicitur: ita ille, qui in his, quæ incipit perseuerauit usque in finem saluus erit. Matth. 10.

¶ Templo uero spirituali sic completo in his, quæ ad eius pertinent fundationem, eleuationem, & ędificationis completionẽ, illud interius congruum uidetur ornare ad modũ 52

quo

quo templa materialia picturis, & alijs ornantur paramentis. Huiusmodi ergo ornamentum in tribus consistit, & completur: quia tria requirit ad eius decorem, ornamenta quantum ad Deum, similitudinem, seu conformitatem, quantum ad mundum honestatem, quantum ad claustrum veritatem. Primum nanque animę ornamentum, quod attenditur in ordine ad Deum, est Dei similitudo per fidem, spem, & charitatem, & cęteras virtutes in anima depictas. De hac pictura, & pulchritudine nota. A. 20. 2. & C. 14. 3. cũ sequẽtibus. Secundum animę & personę religiosæ ornamentum, quod attenditur in ordine ad mundum, est quòd in habitu non sit curialitas, nec in gestu leuitas, nec in verbo scurilitas, nec in equitatura, familia, canibus, & huiusmodi superfluitas: sed secundũ Augustinum in regula. In omnibus motibus vestris nihil fiat, quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem. Tertium vero animæ, & personæ religiosæ ornamentum, quod in ordine attenditur, ad claustrum consistit in ieiunijs, vigilijs, patientia, & huiusmodi, & specialiter in veritate, & quòd videlicet talis sit interius, tam in conscientia, quàm in claustro, qualem se esse ostendit in foro: aliter illa ficta conuersatio, quã foris ostendit, nõ est bonæ personæ ornamentum; sed malæ vitę operimentum, & hypocrisis ostentamentum, & hypocritæ indumentum. Non talis decet domum vestram sanctificãdo: sed tota ornata esse debet ad similitudinem templi Salomonis, de quo dicitur 3. Reg. 6. quòd nihil erat in templo, quod non auro tegeretur. Vt ergo illi tẽplo similes in omnibus exhibeamus nos, sicut Dei ministros. 1. Corinth. 6. Et tũc de qualibet persona religiosa, quæ istius est conditionis, dici potest illud. Can. 4. Tota pulchra es tam interius, quàm exterius, ad similitudinem arcę testamenti, de qua dicitur Exo. 25. quòd erat deaurata intus, & foris auro mũdissimo, & quòd etiam habebat quatuor circulos aureos, per quos ferebatur. Sic persona religiosa habens quatuor prædicta. s. fundamentum, fulcimentum, complementum, & ornamentum, tanquam quatuor circulos aureos, & tanquam quatuor rotas, & quatuor quadrigas. Zach. 6. in templum deputabitur Dei. De quo in Psal. In templo omnes dicent gloriã. Nota collationẽ in visitatione. S. 8. 5. Periculum non visitantium, vt deberent, patet per leges. P. 4. 35.

¶ Ex quo tantum est periculum non visitantium, & non custodientium: custodite sicut scitis. Matth. 27. Sicut dominus terrenus habens castrum, domũ, vel habitationem obsessam suis pręcipit, dicens. Custodite diligenter sicut scitis: ita Deus multas habens mansiones animas, videlicet fidelium vobis, tanquam mansionum istarum custodibus præcipit: dicens. Custodite &c. In quibus duo includit ad uisitationem pertinentia, præceptum necessitatis (custodite) & experimẽtum ueritatis (sicut scitis.) 51

¶ Quantum ad primum est aduertendum, quòd custodia est triplex: humana, angelica, & diuina, sicut patet. C. 18. 1. Humana uero custodia atque ipsarum custodes prædictis Dei mãsionib' cõparati primo speculatoribus, siue custodibus assimilantur castrorum. Primo: quia sicut ipsi ad castra uocantur, & in ipsis ponuntur, ut ipsa custodiant, ne a proditoribus intrinsecis, uel inimicis extrinsecis perdantur: ita uos ad hoc ad ecclesiam hodie vocati estis, atque in ea simul congregati ab ipso Deo, & locum eius tenẽte, qui hodie compleuit, quod olim promisit. Esa. 62. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes: ut uideatis, & diligenter inquiratis, ubi inimici animarum, idest peccata sint in Dei castris, & mansionibus, & ut eos ue-

Custodia triplex.

stro adiutorio expellatis, & vestro auxilio ab omnibus periculis pręseruentur. Ergo augete custodiã. Hieremię 51. Secundo: quia sicut custodes, & speculatores castrorum videntes pericula imminere clamant, & pericula alijs ostendunt, qui iuuare, & castrũ defendere possunt. ita vos, de quibus. 1. Macha. 12. custodes per circuitum castrorum. Tertio: quia sicut illi custodes, vel castrorum speculatores videntes imminere periculum, & non clamantes, nec custodientes: sed sua negligentia castrum perire permittentes, a domino castri tanquam proditore tractabuntur: Sic in proposito. Hoc satis ex verbis Dei ostenditur. Ezech. 3. & 33. vbi quemlibet vestrum alloquitur dicens. Fili hominis, speculatorem domui Israel dedi te. Ex qua sententia manifeste apparet, quòd sicut custos, vel speculator clamando: & ostendendo, & faciendo, quod in eo est, siue alij se custodiant siue non, a periculo se liberat proditionis: si autem non clamauerit, se non liberat. ita in proposito: ergo depositum custodi. 1. Timoth. 6. Secundo isti custodes mansionum Dei camerarijs assimilantur dominorum propter quatuor. Primo: quia sicut ipsi habent prouidere, quòd lumen sit in camera. ita vos, quòd lumen fidei sit in animabus: ita quòd illud per sortilegia non extinguatur:
54 sicut patet C. 18. 1. Secundo sicut ipsi cameram ab omnibus sordibus mundant: ita vos, quòd non sit luxuria, nec incestus, vel adulterium, vel talia immunda: sed si aliquid tale sit in populo, vel quòd vnus cum duabus per fidei dationem contraxit, vel occulte sine bannis pręcedentibus alicui copulatur, & huiusmodi. Tertio quia sicut ipsi omnia cameram annullantia amouent, & specialiter aliena, sicut furta & huiusmodi: quia dominus fidelis non libenter in tali camera hospitaretur. Sic vestrum officium est de cameris Dei omnes auferre vsuras, & huiusmodi: quia ad hoc habetis cõcistoria. Mat. 26. Quarto quia sicut camera sic illustrata, & mũdata, & euacuata ceteri famuli habent diligentiam apponere, quòd domino honorifice seruiatur: ita vos: quia homines in diebus festiuis Deo fideliter seruiant, & quòd diuina audiant, & in ecclesijs parochialibus, vel saltem alibi Missam ex integro audiant, & si alicui contrarium fiat: sicut fit in aliquibus partibus, vbi tantum memoria contenti in capella facta ad Missam non veniunt in prędictis nulli parcendum est, nec literato, nec potenti, vel pauperi: quia plus timenda est Dei offensa, quàm hominis. Et nanque de Deo in hoc casu, sicut de rege, qui filium suum plagatum, vel infirmum tradit Chirurgo, vel medico, qui medicus si filio parcat, ne eum scindat, vel non potet potu amaro eius timens offensam, & sic filius perdatur, a rege tanquam proditor tractabitur, nec a filio finaliter, quando periculum suum sentiet, grates reportabit. Sic in proposito. Nota ad hoc historiam de rege, qui solebat dicere, quòd libentius magistrum suum suspenderet, si illum haberet: quia in iuuentute eum non castigauit. Nec in prædictis erroribus valet excusatio de peccantium multitudine. Nota ad omnia prædicta, & quòd propter multitudinem non est peccandum, concordantias ad libitum. C. 28. per totum. Ergo leprosos mundate. Matth. 10. Vide huius thematis persecutionem. M. 12. arti. 3. Item aliud thema ad propositum. Diligite iustitiam, qui iudicatis terrã. Sapien. 1. Illã videlicet, de qua habetur, & quę deffinitur. I. 13. 3. Cuius tria sunt pręcepta. Honeste viuere quo ad seipsum, alterũ non lędere quo ad ꝓximũ, & ius suũ vnicuiq; tribuere quo ad Deum, & hominem, vobis incumbit ordinare de homine de regno &c. Item potest fieri collatio ad istud propositũ de dictis. P. 12. 1. 55

cum

cum sequentibus. Descendit in hor-
tum suum. Can.4. quia modus, & cō-
suetudo hic habet approbata, quòd in
visitatione dicatur aliqua collatio ad
visitationem proportionata, quæ in
prædicto verbo continetur. In quo
tria causa ad visitationem pertinen-
tia: sicut patet supra e.c.30. In primo
facto cōplet in opere, & virtute, quod
ille valens pontifex Simon fecit in fi-
gura, & significatione. 1. Machab. 16.
sicut patet supra eo.c.30. Sic prælatus
Descendere.
descendit, sicut pater ad filios, & sicut
bene amans ad amicos suos descēdit:
vt cum eis consoletur, si quē sciunt, vt
illū curent & iuuēt. Sic descendit ange
lus, & mouebat aqua, & sanabat vnus,
Ioan.5. In hortū suum. i. in istam reli-
gionem, quę sicut quęcunque alia per
hortum pro tanto significatur: quia
Hortus.
sicut hortus est melius dispositus:
vt arbores, & plantas nutriat, & bene
custodiat ad illum finem, vt fructum
portent bonum, & placentem, quàm
sint campi, vel nemora, si hortus sit
bene custoditus. Sic religio est melius
ordinata, & securior ad hoc, vt con-
tentos custodiat, & bonū fructū faciāt
bonorū virtutū Deo placentē, & aīa-
bus salutarem, quàm sit mundus: si tñ
religio custodiatur, vt custodiri de-
bet. Si vero non custodiatur, est peio-
ris cōditionis, quàm sit nemus. Quod
videri potest per exēplum de opera-
tione inter arbores nemoris, & horti.
Arbores nanque nemorum duas ha-
bent conditiones: Vnam, in qua ar-
bores hortorum in bonitate excedūt,
& aliam in qua a bonitate, & per-
fectione illarum deficiunt. In hoc
nanque quòd de eis meremium fieri
potest, quod non potest ita congrue
de arboribus hortorum, in bonitate
excedunt: in hoc quòd fructum ita
placentem non portant, in bonitate
ab illis deficiunt. Arbores vero horto-
rum econuerso in vna conditione bo-
nitatis excedunt: videlicet in fructu;
sed in conditione meremij deficiunt,
Sic de mundialibus, qui licet male vi-
uant quantum ad Deum: tamen in
hoc viros religiosos excedunt, quòd
laborando plus proficiunt commu-
nitati. In alia deficiunt: quia non fa-
ciunt fructum bonorum virtutum
Deo placentem. Religiosi vero boni
econuerso bonarum virtutum mun-
diales pręcedunt: in labore vero de-
ficiunt. Aufer ergo conditionem, in
qua præcedunt, & in omni peccato
erunt peioris conditionis. Ad hoc er-
go, quòd in certitudine bonitatis qua-
cunque excellant; oportet quòd sint
hortus conclusus, fons signatus. Hor-
tus conclusus per tres muros, scilicet
obedientiam, continentiam, & pau-
pertatem, & per antemurale de bru-
tage, & de barbicani ceremoniarum,
& ordinationum, atque constitutio-
num: quia si istorum non habeat clau-
suram, est sicut hortus absque clausu-
ra, quòd neque possessori suo placet,
neque domino: quia animalia intrant,
& hortum deturpant, & male intran-
tes fructum auferunt. Sic in proposito:
si muros, & antemurale prędicto mo-
do habeat est hortus: de quo Esa. 51.
Ponam desertum tuum quasi delitias,
& solitudinem tuam quasi hortū do-
mini, inuenietur in ea vox laudis, &
gratiarum actio. Nota. O. 6.43. Si ve- 56
ro prędicta non habeat: sed murum
obedientię frangat per propriam vo-
luntatem: sicut Guido, qui obedire
voluit in prosperis, sed non in aduer-
sis: sicut patet in.c. de religiosis. R.1.2.
Et murū continentię p malas volūta-
tes cogitādo, vel illicite aspiciendo,
vel turpia loquēdo. Sed ꝙ murus cō-
tinentię sic ordinetur, ꝙ nec male be-
stię paruæ: sicut serpētes malarū cogi-
tationū, nec magna malorū operū per
illū transeāt, & murū frāgant paupta-
tis: sicut ille in 4. Dial. cū duobus au-
reis, religio talis est sicut hortus dissi-
patus. Et est de oī tali, sicut de illo, de
quo dr̄ in Psal. Destruxisti vineā eius,
vindemiāt eam omnes qui prætergre-
diuntur viam, exterminauit eā aper
de silua, qui ad illam ingreditur sicut

tactus ad auem causæ stangulandam, per fracturam, vel elargationem virgarum, quam ipsemet facit. Si vero aut talis fractura in vobis inueniatur, iam ad vos declinauit ędificator, sepium: vt ruinosa ædificet, & hortum suum riget, dicendo. Rigabo hortum meum. Sicut Alexander. 1. Machab. 1. Caueant ergo ne illud perdant: sicut Balthasar, Dan. 5.

¶ Vocatio. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Quatuor sunt qui vocant, Deus, diabolus, mundus, & caro.*

2 *Ad Deum ueniendum est, cæteris amplis propter tria commoda.*

3 *Ad æternam hæreditatem euenire oportet per tres uias.*

4 *Christus omnes vocat ad cognitionē fidei, ad pænitentiā, & opera charitatis, & quęcūque opera salutis: diabolus uero ad quicunque uitia. numer. 5. 6. 7.*

8 *Triplici modo nos uocat Deus uerbis proprijs, & verbis prædicatorum, signis beneficiorum, & nuncijs flagellorum, num 9. 10.*

11 *Quomodo est Christi uocationi parendum.*

12 *Vocatorum ostenditur multitudo, & electorum paucitas per exemplum in natura, per significationem in scriptura, & per causam, quæ est nostra voluntas. num. 13. 14. 15. 16.*

17 *Causa propter multi sunt uocati: pauci vero electi.*

18 *Stultitia, & iniustitia eorum, qui à Deo uocati uenire ad eum nolunt. num. 19. 20.*

21 *Vocatorum pœna, & periculum ostenditur. num. 22. 23.*

Vocationis vocātiumque. Primo ostēditur distinctio, & quare cęteris omissis ad Dei vocationem venire deberemus. Secundo ad quem vocamur, tam à Deo, quàm ab alijs vocantibus. Tertio quibus modis ad illa à Deo vocamur. Quarto vocatorum multitudo, & electorum ostenditur paucitas. Quinto causa ostenditur, quare pauci veniunt. Sexto non veniētium stultitia. Septimo pęna eorundē ostenditur, atque periculum.

¶ Quantum ad primū vocat Deus, vocat diabolus, vocat mundus, vocat caro. Primo vocat nos Deus, qui est summe potens ad puniendum contumaces, & summe bonus ad remunerandum venientes pro labore. Quia ergo summe potens est ad eum statim est veniendum, ne puniantur pro contumacia exemplo serui, qui vocatus ad dominum, quem timet, statim uenit. Et exemplo Magdalene, cui cum soror diceret, Ioan. 11. Magister adest, & vocat te: illa, vt audiuit, surrexit cito, & uenit ad eum. Et exemplo insensibilium creaturarum, quę eius vocationi obediunt, Baruch. 3. Emittit lumen, & vadit, & vocat illud, & obedit illi cum tremore. Et exemplo omnium creaturarum, quæ cū nō essent, adesse vocatę obediūt. Romano. 4. Vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt. Sed hæu intantum absorpta est ratio in homine, & intantum, excęcata, ꝙ cum omnia Deo vocanti obediant, & faciant Dei voluntatem in his, ad quæ ordinantur, cum etiam canis magistro suo vocanti obediat, homo Deo vocanti obedire contemnit, Iob. 19 Seruum meum vocaui, & non respondit mihi, ore proprio deprecabar ipsum. Glo. ore prædicatorū. Secundo: quia summe bonus, & fidelis est, ad ipsum vocantem veniēdum est propter tria commoda, seu tres vtilitates. Primo sicut venit peregrinus ad Papam Art. 1. 1

Papam dantem largam indulgentiam in anno gratiæ, & infirmus ad medicum vocantem omnes infirmos, vt gratis eos sanet: ita nos ad Deum, vt indulgentiam peccatorum, & spiritualem recipiamus sanationem, Heb. 9. Remissionem accipiant, qui vocati sunt: supple & veniunt tempestiuę dũ indulgentiæ tempus durat, id est, statim post peccatum, quando indulgẽtia erit peccatori vtilior. Dum enim in peccato mortali moriatur, omnia bona perdit, quæ fecit, quantum ad remunerationem ęternam: ergo vtilius esset statim venire. Ergo venite ad vocantem, & dicentem, Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & labores vestros perditis, & onerati estis pondere peccatorum, Esa. 55. Venite ad me, & viuet anima vestra. Secundo sicut venit sitiens ad fontem,
2 & tabernam, ad quam omnes inuitantur, & qua omnibus potus optimus gratis datur: ita vocat nos omnes: vt gratiam gratis accipiamus ab illo, qui oẽs inuitat, Esa. 55. Oẽs sitiẽtes venite ad aquas &c. absque auro, vel argento &c. Ad illas aquas estis vos vocati Iesu Christi, Esa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Sicut animalia sitibunda non expectatis adaquare usque ad finem quadragesimæ. Nec expectatis illud tempus ad quærendum aquam pro igne extinguendo, qui inciperet domum comburere; ergo &c. quia nunc in libertate vocati estis, Gal. 5. Tertio sicut uenit mercennarius ad domum pro mercede habenda. Et oues sequuntur pastorem ad pascua. Et clerici ueniunt ad episcopos. Et milites ad reges; vt promoueatur. Et si esset vel rex ita largus, quòd omnes volentes promoueri vocaret, & ita potens, quòd omnes ditare posset multi venirent statim, timẽtes ne mora traheret periculum, & specialiter si clamari fecisset, ꝙ omnes statim venirent: ita & nos festinare deberemus ad Deum confitendo, & sancte viuendo propter mercedem illam gloriæ: in qua ex largitate vult, & ex potestate potest omnes uenientes ditare, qui vocati sunt in æternam hęreditatem, Heb. 9.

¶ Ad quam uenire oportet per tres 3
uias, seu tria media. Primum est fides ueritatis, qua uia ostenditur. Secundũ est uia mandatorum. Tertium semita consiliorum. Primum patet: quia accedentem credere oportet, Heb. 11. Cuius causa est: quia sicut lumine carens uiam extraneam non bene tenet: ita nec carens lumine fidei uiuere potest ad manendum cum Christo, propter quod Ioan. 1. venerunt & uiderunt, s. per fidem, & manserũt apud eum. Sic & uos ad illum, à quo uocati estis in societatem filij eius. 1. Cor. 1. Secundum etiam patet: quia Deo credere necesse est. Sed ipse dicit. Si uis ad uitã ingredi, serua mãdata, Matth. 19. Quantumcunque ergo sumus ab illo uocati, a quo multi, i. omnes sunt uocati, Matth. 20. non tamẽ per aliam uiam possumus uenire, quam per uiã ab illo ordinatam, qui & inuitauit, & uiam ordinauit: aliter uero uenientes non intrabunt: sicut patet Matth. 25. Esuriui, & non dedistis mihi, &c. Tertia uia est facilitatis, & non necessitatis: sicut patet de semita, per quam citius, & facilius itur: non tamen est necesse. Et ideo dicit Matth. 19. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia, quæ habes, & ueni. Per istas uias uocatus est Iesus, & discipuli eius ad nuptias, Ioan. 2.

¶ Sed quia omnes, si requisiti sint, Artic. 2.
ore dicent, quòd Christum, & nõ alios 4
sequentur uocantes, contrarium uidentur ostendere, ad quæ uocantur: ut hoc uiso omnes experimento uideant cui uocanti obediant: nam uidentes ad quę opera uocantur, & eadem opera in seipsis experientes certitudinaliter coniecturare poterunt, quòd illi obediunt, qui eos ad talia opera uocat.

¶ Pro quo est sciẽdum, quòd Christus. Primo omnes uocat ad cognitionem fidei: sicut magister discipulum

ad

ad cognitionem fidei: ficut magifter difcipulum ad repetitionem,& redditionem lectionis,& amicus errantem ad viam veritatis: fic vos vocauit in admirabile lumen fuum.1.Pet.2. Secundo ad pęnitentiæ fatisfactionem: ficut iudex vocat reum ad iudicium, & ad emendam, nutrix puerum ad lauandum, & verberandum, abbas monachum ad capitulum, Matth. 9. Non enim veni vocare iuftos, fed peccatores.1.Theffal. 4. Non enim vocauit nos Deus ad immunditiam: fed in fanctificationem. Sic vocauit Deus Adam poft peccatum, Gen. 3. Adam vbi es? Sic etiam vocauit populum fuũ, Exod. 3. Dominus Deus hebręorum vocauit nos, ibimus viam trium dierum in folitudinem: vt immolemus Deo noftro, ideft, contritione, confeffione, & fatisfactione. Efa. 22. Vocauit nos Deus ad fletum contritionis, & planctum confeffionis, & ad caluitium fatisfactionis, & ad cingulum facci continuationis, & ecce gaudium cordis contra fletum contritionis, & lætitia oris contra plãctum confeffionis, occidere uitulos contra virtutem continuationis.

5 ¶ Et caufa eft: quia ea, quæ ad animam pertinent, femper differunt, & impedimenta affignant, quare ea adhuc facere non poffunt, fimiles cuidã de quo fertur, quòd uotum emifit, vel faltem propofitum habuit peregrinari Romam, qui in uere ire noluit propter culturam agrorum, & vinearum, nec in autumno propter meffem, & vindemiam earum, nec in æftate propter nimium ęftũ, nec in hyeme propte frigus, & grauamen viarum. Sic in propofito, de quo conqueritur, Prouer. 1. Vocaui, & renuifti obedire mihi, & extendi manus meas ad opus, & non fuit, qui afpiceret ad imitationem operis mei, defpexifti omnem confilium meum, f. paupertatis, obediẽtiæ, & continentiæ, & increpationes meas neglexifti: quafi diceret: non bonitati inuitantis, nec fapientiæ confulentis, nec potentiæ increpantis acquieuifti, propter quod fequitur. Ego vero in interitu veftro ridebo, & poft. Tũc inuocabunt me, & non exaudiam. Tertio uocat ad opera charitatis, & quæcunque opera falutis: ficut concordię, munditiæ, iuftitiæ, & fic de alijs. In quibus omnibus vult Deus: ut certam ueftram uocationem, & electionem faciatis. 2. Petri. 1. Diabolus uero inuitat ad fuperbiam, iram, inuidiam. Mundus ad cupiditatem in acquirendo, & tenendo. Caro ad accidiam, gulam, & luxuriam. De quolibet namq; iftorum poteft dici illud. Prou. 9. Mifit ancillas fuas: ut uocarent ad mœnia ciuitatis. Videat ergo quilibet quales cogitationes, & delectationes, locutiones, & operationes in fe inuenit, & illis credat, cui obediat uocanti. Sed heu quod prædictum eft de nolenti peregrinari, fere dici poteft de omnibus, qui omnes propofitum habent ifta dimittendi, & Deum fequendi cum omnibus illis. Io. 10. Proprias oues uocat nominatim, & fequentur eum. Sed hęu multi nimis tarde, propter quod multi funt uocati, pauci uero electi. Matth. 20. Quia ficut prædictus fe excufabat de peregrinatione: Ita ifti: unus per mundialem cupitatem, alius per diabolicam uanitatem, alius per carnalem uoluptatem. Sicut expreffe patet Luc. 14. Homo quidam fecit cęnam magnam, & uocauit multos. De quibus ut prædictum eft, fe excufauerunt. Sequitur. Nemo uirorum illorum, qui uocati funt, guftabit cęnam meam.

¶ Si quilibet confcientiam fuam bene examinaret, pauci funt qui non inueniẽt fe in fentẽtia feu iudicio ifto includi, quia licet fic ore non dicant opere tamen tales fe effe oftendunt, & frequenter ore dicunt, quòd adhuc peccata fua deferere non poffunt. Et, quid aliud dicunt illi, nifi quod dixerunt prędicti. Luc. 14. Dum enim unus cogitat, uel in confilio, quod fibi de anima datur, refpondet ꝙ bona, quæ 7

iniufte

iniuste retinet reddere nõ potest: cum tamen posset, si uellet uendere, quæ habet, quæ in hoc casu usque ad mendicitatem uendere tenetur: sicut patet in c. de restitutione: uel quod officium quod sine peccato non tenet, nec tenere vult, vel de corde suo iram remittere: sed tamen postmodum hoc facere proponit, quid aliud dicit iste, nisi sicut prædicti. Rogo habe me excusatum: venire non possum, qui & prædictorum timeat sententiam, qua dicetur: nemo virorum &c. Licet ergo omnes illam cęnam desiderent, non præsumant ꝙ ad illam peruenire poterunt, nisi vadant per vias, per quas vocantur, & faciant illa, per quæ vocantur. Propter quod 1. Cor. 7. Vnusquisq; sicut vocauit Deus, ita ambulet, & vnusquisque ea vocatione, qua uocatus est, in ipsa permaneat: ibidem. Nota de hoc quare ad Deũ vocantẽ venire deberẽ. 1A.13.30. & nõ ad alios animarum inimicos. Cum ergo Deus vocet ad humilitatem, munditiam, iustitiam, & cęteras virtutes, & diabolus ad vitia optata, ad superbiam, immunditiam, & vsuram, & cętera mala, videat quilibet diligenter quem sequatur, & cum quo cęnare intendit: hoc certitudinaliter sciens, quòd sicut beati, qui ad cęnam nuptiarum agni vocati sunt, & perueniunt. Apoc. 19. Ita maledicti, qui ad cęnam diaboli vocati sunt, & perueniunt. Sed qui ita excęcati sunt, quòd illud credere nolũt: nec Christũ sequi, aliquãdo experiẽtur, quãdo ipsum sequi nõ poterũt.

Arti. 3. ¶ Vt autem nunc omnes promptiores reddamur ad Christum vocantem sequendum, & alios fugiendum. Videndum est primo quibus modis nos vocet. Secundo quomodo est eius vocationi parendum.

¶ Quantum ad primum est sciendũ, quòd modus, quo vocat nos Deus, est triplex: secundũ ꝙ tripliciter solet fieri vocatio: uerbis, signis, & nuncijs. Primo modo uocat audiẽs. Secũdo uidẽs. Tertio absẽs. Sic uocat nos Deus.

¶ Primo & principaliter uerbis proprijs, & uerbis prædicatorum: omnium uidelicet prophetarum, & aliorum ab eo missorum. Sicut namque campanis uocantur homines ad ecclesiam, & tubis antiquitus ad bella, & uoce præconis ad audiendum regis edicta. Sic per illorum uerba, & scripta. De quibus in Psal. In omnem terram exiuit sonus eorum, totum mundum uocauit ad æternam gloriã ille de quo Matth. 25. Homo, quidam peregre proficiscens. i. Christus ad cęlum nostram naturam portans, uocauit seruos suos modo prædicto, & ut citius uenirent tradidit eis. i. uocatis bona sua, & dedit uniquinque talẽta. s. bonum naturæ in operatione, bonũ fortunæ in sustentatione, bonum gratiæ in perfectione, bonum notitiæ in eruditione, bonum electionis in uirtutis acceptione, & mali uitatione. Sed hæc quia his multi abutuntur: quia deturpant bona naturæ, abutuntur bonis fortunæ iniuste acquirendo, auare detinendo, superflue expendendo, resistunt bonis gratiæ, diuertunt a bono notitiæ: sicut ille, qui noluit intelligere, vt bene ageret. Negligunt bonum prudentiæ in eligendo, propter quæ timebunt, quando audient terribilem vocationem ad reddẽdum compotum: sicut ille villicus iniquitatis. Luc. 16. Diffamatus est apud illũ, quasi dissipasset bona ipsius, & vocauit illum & ait illi. Quid hoc audio de te: redde rationẽ villicationis tuæ: iã enim nõ poteris amplius villicare.

¶ Secundo signis beneficiorũ promissorum, seu ostensorum: sicut namq; mater puero pomũ ostẽdẽdo, & diues manũ cũ denario pauperi, & miles reclamatoriũ falconi, si nihil loquant istos ad se vocãt, & venire faciunt. Sic Deus extẽdẽdo manũ suã cum pomo regni cęlestis, filios suos, & vere pauperes, & volucres cęli, qui gloriã illam famescunt, vocat, & venire facit. De quorum quolibet. Iob 14. Vocabis me, & ego rũdebo tibi. Et quasi desiderans

derans modũ, quo vocari optat, adiũgit: operi manuum tuarum porriges dexteram: non tantum quandoque bono prædicta largiendo: sed etiam maiora promittendo, & manum venientis ad se appræhendendo, ne peccando cadat. Ad modum matris, quæ filium ad se uenientem, & cadere incipientem appræhẽdit. Sic Deus, de quo Esa.42. Ego Deus vocaui te in iustitia, in qua dum venires versus me, apprę hendi manum tuam, & seruaui te à periculis corporis & animæ. Ergo tenentes iustitiam illos non timeant, qui iustitiæ aduersantur. Sicut frequenter contingit in his, qui dominis seruiunt terrenis, quorum vnus falsitatem committere non potest sine cõsensu alterius, cui si consentire noluerit ipsum ad dominum, & amicos accusare, & diffamare procurabit per se, & per alios, quos ad hoc minis, & promissis inducet: vt falsitatem, quam ipse committere voluisset, consimilem ei imponant, & talem inter se falsi venantur. Sed dum iustitiam non deserit, non timeat. Quia licet dominus ad tempus aliquod sinistrum de illo concipiat, propter falsorum diffamationis, cito Dei adiutorio, qui promittit se talem velle seruare, illius veritas, & aliorum falsitas denudabitur, & dominus eum diliget, & alios odio habebit, & tunc laudabunt Deum, dicentes illud Esa.41. Hæc operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio: ego dominus primus, & nouissimus.

10 ¶Tertio nuncijs flagellorum, & tribulationũ. Nam sicut mater filium à loco periculoso vocat virgæ percussione, & nudum frigus ad ignem, & famelicus fame ad cibum vocatur. Sic Deus ad hoc flagella, & tempestates quasi nuncios suos mittit, & hac de causa: sicut dicitur in Psal. Famem vocauit super terram. Et ista est quasi peremptoria citatio, in qua se si correxerint, & ad Deũ venerint, saluari poterũt: iuxta illud 1.Pet.2. Si bene faciẽtes patienter sustinetis tribulationes tanquam nuncios vobis missos, & illorum admonitione vos correxeritis: hæc est gratia apud Deũ: in hoc enim vocati estis. Venientes vero ad primã citationem optime faciunt: venientes ad secundam minus bene, venientes ad tertiam adhuc minus bene: at non venientes male faciunt, & ingrati existunt beneficijs datis in prima parte huius articuli, quibus vocantur & indigni beneficijs promissis, quibus trahuntur, & digni existunt tribulationibus ęternis: quia sub tẽporalibus, quibus pulsantur, indurantur, & peiores effecti retrocedunt. Ad modum pessimi equi, qui quanto plus percutitur, tanto plus retrocedit, quorum iudicium datum est. Hier. 35. Ecce ego adducam super Iudam vniuersam afflictionem, eo quòd locutus sum ad eos, & non audierunt, vocaui eos & non responderunt mihi. De ista vocatione, & quo modo vocat nos Deus per seipsum, & principales ministros curiæ suæ. Vide. Gal.1.33. Ex prædictis vero colligitur, quòd bonos curialiter vocat cum eis pulchre loquendo, & bona dando, & meliora promittendo: malos vero pœnas duras infligendo, & duriores comminando. Et sic primo modo vocationis allicit. Secundo trahit. Tertio impellit. Sic ergo vocati estis, vt benedictione hæreditatem possideatis. 1. Pet.3.

¶Quam ut habeatis est veniendũ 11
tripliciter, quantum ad secundam partem, principalem huius articuli. Primo ad Christũ. Secundo post Christum. Tertio per Christũ. Ad Christũ docentem mandata vitę tanquã scholares ad magistrũ docentem vtilia, & non peruersa. Ita nec nos ad diabolũ, mundũ, vel carnem, quæ vocat, & docent nociua: sed ad Deũ, qui vocat dicens: in Psal. Venite filij audite me. Secundo post Christum conuersantem non post inimicos animæ seducentes. Sicut nec mercator vadit post latronẽ: sed post fidelem ductorẽ:

ita, & nos post Christum, qui dicit Matt. 4. Venite post me: non post animę inimicos. Tertio per Christum ad omnia bona acquirenda, ad omnia officia, & beneficia obtinenda, tanquam per ostium veniendum est: quia sicut ipse dicit Ioan. 14. Nemo venit ad patrē, nisi per me, ego sum via dirigens in conuersatione, veritas instruens in prædicatione, vita ad æternam vitam introducens in passione. Prædictis tribus modis vocat, & prædictis tribus modis est compatendum, & veniendum: quia ipso teste, Rom. 9. Vocabo non plebem meam; quia peccatricem, & infidelē per prædicationis, & fidei susceptionem plebem meam, & non dilectam meam: quia in bonis promissis non sperauit, nec meam sequebatur conuersationem dilectam, quando hoc sapere & sequi incipit, & non misericordiam consecutam. Quia in tribulatione non conuertebatur, nec per Christum intrans, ac misericordiam consecutam quando contrarium fecerit, & de preteritis se emendauerit.

Artic. 4. ¶ Sed heu timendum est, quòd pau-
12 ci misericordiam consequantur: quia multi vocati pauci vero electi. Matth. 20. ad hoc habemus exemplum, significationem, & causam. Exemplum in natura, significationem in scriptura, causam in voluntate. Primo exemplum ad hoc habetur triplex in natura, in eruditione, in electione. Primo in natura videmus, quòd licet sol quantum in eo est ad omnes partes terrę se habeat æqualiter: tamen decima pars terrę non conuertitur in aurum. Sicut ergo sunt glebæ terræ, quæ in lutum faciliter, & paucæ quæ in aurum, vel aliam mineriam electam conuertuntur. Et sicut sunt plures spinæ pungentes, quàm arbores fructifere, & plures tribuli ad ignem, quàm querci ad ędificationem, maior est cumulus palearum, quæ a vento portantur, quàm granorum, quæ vento resistunt, & maior in horto est numerus florum, quàm fructuum: quia de quarto flore vix sequitur fructus: ita timēdum est quòd quartus flos Christianitatis. i. de baptizatis non sit quartus saluatus. Vnde Bern. In mari Marsilię de quatuor nauibus, vix perit vna. In mari vero huius mundi de quatuor hominibus, vix euadit vnus. Si vultis scire vtrum sitis de grano, vel de floribus remanentibus ad finem ordinatum, videatis vtrum uēto tentationis sitis, sicut palea portati, uel sicut flores prostrati an non, & si uultis scire, utrum maior sit cumulus palearū, & damnandorum, uidete si maior sit in mundo numerus peccatorum, aut non. Secundo exemplum ad hoc habemus in eruditione illorum, qui ad scholas ponuntur, de quibus uix quartus fit bonus clericus. Tertium exemplum ad hoc habetur in electionibus prælatorum, ad quas omnes uocantur qui commode uocari poterunt, & multi ex eis forte eligi sperant, & tamen finaliter unus ex illis solus prælaturam obtinet: ita omnes quidem currunt: scilicet unus. i. pauci accipiūt brauium. Satagite ergo, ut per bona opera certam uestram uocationem, & electionem faciatis. 2. Pet. 1.

¶ Quantum ad secundam partem 13
huius articuli significationē in sacra scriptura. Primo ad hoc habemus in dispositione arcæ Noe, & cōtentis in eadē, de quibus dicit beatus Greg. in Homel. Multi sunt uocati. Si, inquit, in arca Noe credendum est in latiori, & inferiori parte bestias quadrupedes fuisse, ni superiori vero, & arctiori parte aues, & homines. Sic plures sunt bestialiter uiuentes, quàm rationaliter. Et quanto arca altior tanto arctior usque ad cubitum: quia quanto sanctiores tanto pauciores usque ad Christū. Secūdo ī exercitu Gedeonis. Iudic. 7. In quo de trigintaduobus milibus ad bellū uocatis non remanserunt, nisi trecenti uiri. Sic secundū Rabanum super illud euangelij. Multi sunt uocati pauci uero electi &c. Ad fidem, inquit,

inquit, multi ueniunt, & ad regnum cœlorum pauci. Nota euidentiam ad hoc. B.2.8. Responsionem Christi. Lu. 13. vbi cuidam quærenti, & dicenti. Domine si pauci sunt, qui saluantur &c. Ipse ait: contendite intrare per angustam portam: quia multi dico uobis, quærunt intrare non poterũt &c. Ergo diligenter videte vocationẽ vestram fratres. 1. Cor. 1.

14 ¶ Quantum ad tertiam partem huius articuli: causa tantæ paucitatis electorum propria est voluntas: quia aufer propriam voluntatem, & infernus non erit. Nullus ergo Deo imputare poterit, quòd pauci saluantur: quod si fecerit, exemplo docetur sensibili quomodo errat. Multis milibus scholarium in vniuersitate existentibus, & magistris bene docentibus in scholis illa, quæ ad instructionem pertinent morum, quòd multi sunt, qui in vtrisque deficiunt, quibus imputatur: nonne scholaribus, vel qui ad scholas, vel lectiones non veniat, vel ueniunt quidem: sed dormiunt, & faciunt surdam aurem, & nihil boni inde asportare volunt. Sic in proposito non est docenti, & vocanti imputandum: quia multi damnantur: sed illis, qui venire nolunt per viam per quam vocantur: nec a tenebris, a quibus vocantur. 1. Pet. 2. De tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum.

15 ¶ De tenebris, inquit, vos vocauit peccatorum: scrutamini ergo cõsciencias vestras, & videte quis vestrum isti obediat vocationi, & si bene scrutetur, vix inuenietur decimus, qui non sit in vno peccato mortali, & multi in multis. Tam clare ergo videntes, & experientes ꝙ pauci sunt, qui vadunt, sicut uocantur, ab illo, qui non vocauit nos in immundicitiam, sed in sanctificationem. 1. Thes. 4 Nolite mirari, quòd multi damnantur: quia hoc est iustitiæ & Deus aliter quam iuste, & benefacere non potest: sed miramini quòd tam pauci sunt, qui vadunt in sanctificatione, & munditia, & tam multi immunditia: quia hoc est peruersæ voluntatis. Si ergo vultis esse de paucis electis, vnusquisque in ea vocatione, in qua uocatus est, in ipsa permanet. 1. Cor. 7. Item sicut nõ est causa in sole, uel in planetis, quòd maior pars terræ non conuertitur in auri, uel argenti mineriam: sed quia in terra est dispositio contraria. Sic in proposito. Sed dicent forte, quòd tam parua portio est ad hoc disposita, ex ordinatione Dei procedit: ipse enim potuit aliter ipsam disposuisse, si uoluisset: ita in proposito: ergo causa est in Deo. Respondetur negando similitudinem pro tanto, quòd terra cum teneat locum inter creaturas insensibiles, non potest habere potentiam ad contrariam uoluntatem, qua possit uoluntati diuinæ contradicere: quia hæc est creaturæ rationalis: oportet ergo, quòd totaliter diuinæ subdatur prouidentiæ & gubernationi: & sic non potest ei imputari, quòd non est melioris, uel alterius dispositionis, quàm sit: sed homo tamquam creatura rationalis habet uoluntatem, quę ualet ad obediendum, & obediendum Deo: sicut patebit. V. 2. Artic. 3. Ergo potestans amplior est in homine, quàm in creatura insensibili, qua potest uoluntati diuinæ, & uacationi obedire, uel non obedire, & sic saluari, uel damnari, & pro tanto causa est in eo salutis, uel damnationis: sic in homine causa est, quare multi damnantur, & pauci saluantur: quia pauci credendo bonis operibus fidem suam ostendunt. Rom. 10. & obediunt euãgelio, immo pauci: quia euãgeliũ uult, qđ diligamus inimicos. Math. 5 & multa alia, quæ pauci tenent: ergo pauci ueniunt, sicut uocãtur: quia. 2. Thessal. 2. uocauit nos per euangelium.

16 ¶ Ex quibus terribiles, & omnibus metuenda sequitur conclusio, quæ habetur. 1. Pet. 4. quòd uix iustus saluabitur: & sicut dicitur Micheę 7. Iustus in hominibus non est: quia omnes

ubi declinauerunt in Psal. Omnes ergo, & si hęc dicta timere nolũt, saltem Dei timeant sententiam, qua dicitur. Multi sunt vocati, &c. Si enim aliquis doctorum hoc dixisset, forsitã minus crederẽt, asserẽtes ꝙ ipse nesciret, qui vel quot saluari, vel damnari deberẽt: sed ex quo Deus qui omnem scit veritatem, hęc dicit, timenda est sententia, & specialiter quia varios uidemus euentus mundi, & hominum: quia aliqui bene vitam incipiunt, & male finiunt. Aliqui vero male incipiunt & male continuant, & male finiunt. Aliqui male incipiunt, qui statim, vel cito postquam ad annos discretionis peruenerint, peccare incipiunt, & male finiunt quia continuãt peccata quandiu possunt: sed tamen in medio aliquando peccata deserunt, & confitentur, & iterum ad eadem redeunt, & hæc est maior pars hominum. Aliqui, & pauci male incipiunt, & bene viuunt postea. Aliqui vero, & paucissimi bene incipiũt, & bene cõtinuãt, & bene finiũt dies suos. Cũ ergo ex vna parte audimus Deum dicentẽ, ꝙ pauci saluantur, & ex alia parte videmus opera nostra cum hoc concordare non desperemus: sed faciamus quod dictum est. P. 11. arti. 6. Et quod etiam faciunt, qui ad curiam, vel conuiuium alicuius principis intrare nituntur. Extra enim portam existentes, & magnam videntes multitudinem extra, de quibus, si scirent, quòd pauci intrauerunt, & quod omnes extra remanentes fame morerentur, multum violẽter intrare niterentur, ita & nos uidẽtes multos, de quibus pauci intrabunt, propter quod docuit Christus Matth. 7. Contendite, inquit, intrare per arctam portam. Sed heu in tali pressura ab ingressu defecerunt infirmi, cęci claudi, & corporaliter impotentes, nec est causa in illo, qui omnes vocat cæcos & claudos, & debiles. Lu. 14. sed quia corporalem habent impotentiã: ita nec in pressura ista intrare poterunt: quia spiritualem habent impotentiam: quia Apoc. 21. nil inquinatum, & faciens abominationem intrabit in illam, nec hoc est Deo vocanti imputandum: sicut ostensum est. P. 11. arti. 4. sed sibijpsis, qui uoluntarie spiritualiter sunt impotentes, in quo peioris sunt conditionis, quã impotentes corporaliter.

¶ Si ergo intrare desideratis ambuletis digne Deo, qui vocauit vos in regnum suum, & gloriam. 1. Thes. 2. Causa autem, quare venire negligunt tam multipliciter accipitur, quàm multipliciter homines in rebus creatis delectãtur vel eis inordinate abutuntur uel quocunque modo mortaliter peccant. Nam omne peccatum mortale est causa reuocans, & retrahens a loco, ad quem vocamur. De illis ergo, qui venire nolunt, aliqui falconi assimilantur saturato, quorum magna est ingratitudo sicut patet. G. 4. 33. Alij vero assimilantur auibus illaqueatis. Primi sunt auari, gulosi, accidiosi, luxuriosi, qui ideo nolunt venire: quia in talibus delectantur, & se saturare nituntur. Secundi sunt superbi, inuidi, iracundi, qui gratis illaqueantur funibus peccatorum. Est enim de istis quantum ad curiam, vel conuiuium Dei, sicut de potentibus quantum ad curiam, vel conuiuium mundi pro tanto: quia si quis in hoc mundo proclamasset conuiuium maximum, in quo omnes reciperentur venientes, si via ueniendi ad illud magnos requireret labores accidiosi, & delicati, & qui satis haberent in domo sua, non irent libenter, sed pauperes, qui nihil haberent in domo sua, non parcerent laboribus, & maxime si illi diu ibi esse possent. Si iterum via magnas requireret expensas auari nõ irent. Si iterum magnum paterentur contẽptum superbi non irent. Si iterum per viam illam ire non possent, nisi in literis dicentibus, se in societate sua eos per

Artic. 5. 17

uiam diligere, & honorare qui multum fecerunt contra eos, inuidi, & iracundi nō irent: Sic omnino & eisdem de causis fere totus mundus se retrahit, a cōuiuio Dei, seu a cęna illa de qua. Lu.14. Homo quidam fecit cęnam magnam, & vocauit multos. Quæ ideo cęna vocari potest: quia sicut in prandio multi comedunt, de quibus pauci, idest spirituales amici & filij, & de familia remanent in cœna. Et omnes oues de villa pascuntur in campis: sed de sero vnusquisque pastor in domum suam recipit suas, alias abijciendo: ita in prādio sacramentorum, & in pascuis naturalis sustentationis omnes simul recipiuntur, & pascuntur in loco pascue ibi me collocauit: in Psal. Sed ad cœnam, & ad ouile Dei in cœlo non recipientur, nec remanebunt nisi filij, & spirituales amici. Io. 15. Vos amici mei estis, & oues Christi: de quibus, Ioan. 10. Proprias oues uocat nominatim, & oues illum sequuntur. Nota. S.4.3. Pauci tamen propter causas prædictas. Nam deliciosi se excusant, per labores, cogitantes quòd melius est eis in domibus, & delitijs proprijs, quam in domo & conuiuio Dei: pauci enim sunt de talibus, qui concipere possunt, quòd maiores sint delitię in domo, & cœna Dei quā ipsi inueniunt in his, quæ inordinate diligūt: quia ita sunt a pręsentibus absorpti & excęcati, quod futura quæ nō sunt experti, non cognoscunt. Nec multum desiderant, & ideo venire contemnunt: sicut Regina Vasthi a Rege vocata. Hester. j. Et sicut sacerdotes Ægypti, qui non venerunt ad Ioseph: quia habuerunt annonam. Gen. 47. Et ad literam vide veritatem de hoc. P.3. 11. Sicut, ergo in aula dominorum terrenorum vltimi ad prandium sunt necessitate pauperes: ita ad aulam Dei, & cœnam agni ueri pauperes, qui plus illam desiderant, & citius currunt, & erunt primi. Et si idem sunt necessitate & voluntate pauperes, de illis verificabitur, quòd dicitur de vocatis, Math. 20. Erunt nouissimi, idest paupertimi in foro mundi primi in foro Dei. Auari uero se excusant per expensas, & sic de alijs: ut patet in exemplo posito, quod pulchre ostensum est. Lu. 14. vbi omnes tales se excusabant, alij in uillam, alij in negociationem ibant, sicut faciunt adhuc dum deberent esse in ecclesia, & sermonibus, & obedire Deo uocanti. Sed heu, quia qui inuitati fuerant, non erant digni. Digni accipiuntur, quia apud mundum miseri reputantur, qui labores, & contemptus non negligunt, qui expensis non parcunt, qui inimicos diligunt, qui secundum propositum uocati sunt sancti. Roma. 8.

¶ Prædictorum uero uenire nolentium. Primo ostenditur stultitia. Secundo iniustitia. Primum patet in duobus exemplis. Primo in hoc quod ad lucrum, uel honorem sæculi non solum ueniunt uocati: sed etiam cum magna solicitudine, & laboribus, & expensis quādoque agūt, ut uocentur, non ad uera nec propria lucra, uel honores, uel diuitias, & delitias: sed ad falsas, & apparentes, de quibus durissimum dabunt compotum, pro quibus frequenter damnantur, non uocati uadunt: sicut patet de euntibus ad Romam pro prælaturis, & præbendis, & curis aīarū impetrādis, & de legisperitis, & aduocatis mundi sapientibus, & negociatoribus, qui tantum solicitantur circa diuitias lucrandas, & de multis alijs, quæ sub iniustis dominijs, multa sustinent, & multa mala committūt pro lucro terreno: sed ad veros honores, & diuitias & delitias, per quos saluari semper potestis, ire non uultis ad illum, qui uos uocauit per gratiam suam. Gal. j. Secūdo eandem stultitiam ostendunt in hoc, quod filiam Dei: quia non uidetur eis, quod sit pulchram cum maximo accipere nolunt regno coelorū: Artic. 6. 18

Cum

Cum enim filiam hominis non pulchrā acciperent propter lucrum terrenum, cur filiam Dei, idest vitam virtuosam accipere nolunt cum regno coelorū? Deus nanque in hoc casu, ut multos ad matrimonium istius filiæ inuitaret, facit sicut legitur quendam regem fecisse de filia sua. Fingitur nanque, quòd ille rex duas habuit filias, vnam turpem, & aliam pulchrā, quarum turpem plus dilexit: quia melior erat. Vidensque ꝙ nullus libēter illam acciperet, nisi multum cum illa daret, dedit ei, & cuicunque volēti ipsam in vxorē accipere regnū. Cū altera vero nihil dare voluit, nisi quòd per probitatem suam lucrari potuit. Sic in proposito est de Deo, & vita paupertatis, & pœnitentiæ, & de vita prosperitatis, & abundantiæ: ergò cum prima filia apprehende vitam æternam, in qua vocatus es. 1. Timoth. 6. Et quòd Deus est bona ratione ad hoc motus patet. V. 6. 7. 8.

19 Iniustitia vero illorum in hoc ostenditur, quòd non tantum contra legē Dei: verum etiam contra legē faciunt ciuilem, in qua continetur, quod ex quacunque causa quis in ius vocatus fuerit, si certum est, quod est de iurisdictione vocantis, tenetur comparere: tit. si quis in ius vocatus non venerit. l. ex quacunque, idest in ff. veteri. lib. 2. ti. & l. prędictis. Cui cōcordat lex Dei, dicens. Ambuletis Deo digne vocatione, qua vocati estis. Eph. 4. id est in quocunque statu, vel quacunque de causa vocati sitis. Nec tales non comparentes tantum stulti sunt: sed simul cum hoc pœnam magnam incurrunt, & periculum.

Hoc ostenditur primo exemplo, se-
20 cundo legibus. Exemplum ad hoc est de vocato per potentiam ad regem, apud quem meruit suspendium, quem si rex vocat fideliter promittēs, quòd totum fere factum ei remitteret, si veniret antequam ventus muretur, vel infra breuē terminum, & si nō, ꝙ stet periculo suo, stultus esset, & magno se periculo exponeret, nisi festinanter veniret: ita & nos qui vocati sumus, dum ventus vitæ est in corpore, & nescimus quam breuissimum est illud tempus. Certum enim est: ꝙ est valde breue, & tamen potest esse ꝙ multo breuius sit, quàm opinamur: quia breues dies hominis sunt. Iob 14. Immo respectu æternitatis nihil est: sicut nec gutta aqua respectu aqua maris. Iob 7. Parce mihi domine: nihil enim sunt dies mei. Iterum Iob 9. Dies mei velocius transierunt cursore: quia cursor aliquando quiescit: dies uero nostri nunquam currere cessant. Sequitur. Consumpti sunt absque spe. Sicut ergo super tam arduo negocio citatus, & tam breue: immo, quod magis est timendum, dubium habens diem multum festinat. Ita nos multis a Deo vocati: vt patet sup. eo. c. arti. 3. festinanter specialibus diebus faciamus, quod dicitur Exo. 5. Ibimus viam triū dierum: ad hoc enim Christus uocauit vniuersos fratres suos. 2. Reg. 13.

§ Quorum pœna per exemplum Arti. 7. patet punitionis diuersarum legum, 21 in quibus non comparentes puniuntur. Sicut patet primo per leges canonicas. 24. quæst. 3. de illicita: vbi decretum habetur sub tenore sequenti: factum in consilio Parisiense. Quicunque tribus auctoritatibus, siue citationibus iudicis conuentus, vel tribus edictis Imperatoris fuerit ad iudicem prouocatus, aut vno pro omnibus peremptorie, idest quod causam extinguit fuerit vocatus, & præsentiam suam apud eum iudicem, a quo ei denunciatum est exhibere noluerit, aduersus eū, quasi in contumacem iudicari potest: quinimo nec retractari per appellationem negocia possunt, quotiens in contumacione fuerit iudicatum. Hanc autem trinam monitionem fundat decretū: sicut patet ex glo. super euāgelio Matthæ. 21. vbi paterfamilias bis misit seruos,

uos,& tertio filiū ad inuitatos,vt venirent. Si igitur apud iudices terrenos ter, vel semel peremptorie ad certum locū citatus non comparēs omni appellatione postposita punitur, & contumax reputatur, & secundum leges canonicas excommunicatur: sicut patet in Cle. ti. de dolo & contumacia. per totum. Et secundum leges regni in tali iacens excommunicatione per quadraginta dies capitur, & incarceratur. Sic apud iudicem cælestem, apud quem quis ad locum cœli continue veniendum semel citatur,quādo graui īfirmitate pcutitur, vel quādo in confessione imponitur ei, quòd semper in munda vita ad cœlum vadat. Si vero non venerit continue: sed redierit,iterum citatur quando idē sibi contingit, & sic tertia uice dici posset, quod. Ltriplex Dei citatio eo modo intelligatur,quo dictum est.supra eod. c. arti. 3.Si vero plures Deus aliquem prædictis modis citauerit, in hoc maiorem ostendit citato gratiam. Peremptorie vero tunc quis citatur, quando morte percutitur, siue ergo primo modo, siue secundo citetur a Deo, nisi semper sit in veniendo eo modo, quò venire debet & eo modo, quò in die mortis comparere deberet, id est gratia & bona uita instructus, semper modo prædicto a Deo punitur. Nam quādo mortaliter peccādo reuertitur, & à iudice Deo ad quem vocatur elongat & contumaciter se absentat, excommunicatur quantum ad Deum, & ecclesiam triumphantem: quia extra communionem ponitur sanctorum, & si vsque ad mortem in illa sententia perseuerauerit, capitur, & ęternaliter incarceratur a Deo dicente. Nemo virorum illorum, qui vocati fuerant, gustabit cœnam meam. Lu. 14.

22 ¶ Cui leges cōcordāt ciuiles, ex quibus docetur, quod citatus in causa criminali, si nō cōpareat, bona sua debēt annotari, idest a tachiari, & quasi sub sequestro poni: vt sic in bonis iterum puniatur. Post annum vero debet omnia bona amittere, & in corpore si capi possit, put meruit puniri. ff. de publicis iudicijs. l. inter. & in. ff. nouo. libro 9. Cui cōcordat lex in ff. vete. li. 4. ti. de iudicijs. le. post edictum peremptorium. Et C. li. 7. quomodo & quando iudex. l. consentaneum. & Ltres denunciationes, ex quibus ostenditur, quòd cōtumax est puniēdus, seu mulctandus in bonis, & nihilominus in corpore pœna suspendij, quando capitur, vel alia pœna, quam meruit, est plectendus. Sic in proposito a Deo summo iudice, & Imperatore ad statum gratia per se, vel prædicatores suos vocatus, si venire noluerit, frequenter dum viuit in bonis mulctatur, quod propter peccata sua, & contumacias suas quantum ad Deum Deus permittit, quod bona illorum confiscantur, capiantur, & inquietationibus, & tempestatibus perdantur: sicut ostensum est. T. 5. arti. 1. Cui concordat illud Luc. 19. Auferte ab illo mnam &c. Et nihilominus quando capiuntur in morte eos pœnis puniet æternis: sicut promittit Hieremię 35. Ecce, inquit, ego adducam super Iudam uniuersam afflictionem, eo quod locutus sum ad eos, & non audierunt, vocaui eos, & non responderunt mihi. Et si hoc promittit, non est dubium quin promissum tenebit: quia fidelis Deus, qui vocat nos. 1. Thessal. 5. Sed dicere po- 23
terunt, ꝙ omnes veniunt ad diem, ad quem vocantur, idest ad diem mortis: quia omnes ad mortē currūt, & sic nullus erit cōtumax Quibus rńdetur: ꝙ secundū iura qui corpore cōparet: non tñ eo modo, quo cōparere debet, cōtumax reputatur. Verbi gratia: quis cōparet in curia Romana ostēdēs ius, qđ ptēdit se habere in aliqua electione nō tamē cōparet instructus, idest cū munimētis, qui sibi valere possent cōtra ipsum, tāquā cōtra cōtumacē in eā procedetur: sicut patet ī. 6. Decretalium. ti. de election e. c. 1. Sic in proposito

posito in die mortis omnes compa- rent, & comparebunt: sed peccatores non comparent instructi cum munimentis, quæ eis valere possunt, bonæ vitæ, & uirtutum ad petendum ius in electione Dei, & ideo contra eos sententia dabitur sicut comparuerunt. Et sic iudicabatur ille, qui vocatus ad nuptias. Matth. 22. qui comparuit sine veste nuptiali.

¶ Voluntas. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas duplex diuina & humana: diuina quatuor modis se habet ad hominem, præcipiendo, permittendo, præmiando, & puniendo, contra quam totidem contrarijs modis se habet humana. num 2.*

3 *Quomodo uoluntas nostra est conformanda uoluntati diuinæ.*

4 *Voluntati diuinæ est in omnibus humiliter obediendum, & quomodo vult omnes saluari. num. 5. 6. 7. 8.*

9 *Voluntas tam in bono, quàm in malo licet non opere completa fuerit frequenter remuneratur profecto.*

10 *Voluntas, quæ à Deo non regulatur est periculosa propter quemque, & tantò periculosior, quanto pluribus nocere facit. num. 11. 12. 13.*

Oluntatis: Primo ostenditur distinctio, & ad inuicem comparatio. Secundo quomodo uoluntas Christi est exemplar nostræ volũtatis. Tertio ꝙ volũtati diuinæ est in oĩbus obediẽdũ, & quomodo vult oẽs saluos fieri. Quarto qđ voluntas tã in bono, quã in malo frequenter remuneratur pro facto. Quinto propriæ voluntatis à Deo non regulatæ ratione operantis ostenditur periculum.

¶ Quantũ ad primũ volũtas est duplex. Vna diuina, de qua. 1. Thessal. 4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. Alia humana, de qua 2. Pet. 1. Nõ enim voluntate humana allata est aliquãdo prophetia. Prima quatuor modis se habet ad hominẽ, percipiendo, permittendo, præmiando, & puniẽdo. Præcepit nanque declinare à malo, & facere bonũ, permittit vtrumq; simul crescere triticũ cũ zizania vsq; ad mortis messionem, remunerat obedientes, & punit inobedientes, & sic omnis voluntas mea fiet. Eccl. 46. Ad istam vero voluntas humana quatuor modis se habet correspondenter. Nam ad præcipientem se habet grauiter: quia illa, quæ uidentur leuia, quando propria fiunt voluntate, videntur grauia ex voluntate superioris præcipientis, sicut patet Gene. 19 de Loth, qui quando Angelus dixit quod in monte ascenderet, & se saluaret, se excusauit: postmodum uero illuc perrexit uoluntate. Cuius radix esse videtur, quod homini, cuius natura est uoluntatis libertas, videntur quasi contra naturam alteri subijci, & voluntate priuari: tamen hoc non deberet videri de voluntate Dei, cui seruire regnare est, cui obedire est maxima libertas. Nam à contrario sensu si obedire diabolo fecit hominem captiuum, & seruum, obedire Deo facit hominem liberum: sed obedire diabolo facit hominem seruum, & miserum captiuũ. Nã de talibus dicitur. 2. Thi. 2. Captiui tenentur ad ipsius voluntatem: ergo &c. Ad permittentem vero se habet admiratiue. Nã de multis, quæ Deus permittit: sicut quod via impiorum prosperetur, & quod bene sit omnibus, qui male agunt. Hiere. 12. Et ꝙ multa aduersa Dei eueniãt amicis. Et quod multæ sũt tribulationes iustorum in Psal. multi mirantur, quare volũtas Dei hoc patitur: qui tamen de hoc non admirarentur, si Dei viderent volũtatẽ, & vt Dei amici eius volũtati se cõformarẽt.

Artic. 1. 1

2

Quos ideo admonetur Aug. de Genesi contra Manichæos.lib. 1. Si, inquit, uoluntatem Dei nosse quis desiderat, fiat amicus Deo: quia uoluntatem hominis nosse, si quis uellet, cuius amicus non esset, omnes eius impudentiam deriderent: non autem quisque efficitur amicus Dei, nisi purgatissimis moribus. Et de tali uerificatur illud. Esa.34. Voluntas domini in manu eius dirigetur. Ad præmiantem voluntas peruersorum in via se habet ingrate: sicut ostensum est. T. 5. 16.cum sequentibus. Sapien. 6. Neque custoditis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. In patria vero bonorum voluntas se habet ad illam hilariter dicentium illa: pax hominibus bonæ voluntatis. Luc.2. Ad punientem vero bonorum voluntas cuiuscunque se deberet habere timide: quia impossibile est, quòd peccator illam euadat: quia sicut nullus dum viuit euadere potest mundi partem, orientem, occidentem, austrum, & aquilonem: ita nec moriens Dei euadere potest voluntatem punientem. Quid ergo lucratur qui furtum, vel alia grauia cōmittens de vna patria ad aliam fugiens: hominum euadit iudicia, dum Dei euadere iudicium nullo modo poterit, nec à voluntate sua se auertere. Eccl.18.

Arti. 2. ¶Ergo videtur ad hoc, quòd voluntatem Dei euadamus punientem, ꝙ

3 conformemus voluntatem nostram voluntati diuinæ non tantum eius præceptis obediendo, sed etiam opera, quæ ipse fecit, & a nobis fieri voluit faciendo. Quod si fecerimus omne peccatum mortale vitare poterimus. Nam volendo quòd ipse voluit, & opere ostendendo, quòd ipse ostendit in obedientia, peccatum fugimus superbiæ, dicentes cum illo: illud Matth. 26. Non sicut ego volo, sed sicut tu. Secundo sequendo eius benignitatem peccatum declinamus inuidiæ, & murmurationis de grā alijs facta. Nam ipse ait Matth. 20. Volo & huic nouissimo dare &c. an non licet &c. an oculus tuus nequā est quia ego bonus sum. Tertio eius sequendo pietatem, & indulgētiā: sicut necesse est ꝙ sequamur pro peccato, & nō cōdēnabimur iræ, & vindictæ homicidij. Nā ipse ait Ezech.18. Nolo mortē peccatoris: sed etiā cōtrariū. faciētes reprehēdit, dicēs Matth. 12. Si sciretis quid est misericordiā volo, & nō sacrificiū, non cōdemnassetis innocētes. Quarto eius conformari debemus voluntati, quā ore, & opere ostēdit quātum ad liberalitatem cōtra auaritiā. Iohan. 12. Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, illic sint: vt videāt claritatē. Quinto contra auaros, qui portas claudūt, vel se occultāt in cameris comedētes, & se gratis subtrahentes ne pauperes comedant cū eis. Etiā vult, quod bona opera continuemus cōtra accidiā agentem, donec veniam ad ipsum in morte remunerandum. Sexto vult, & nos velle debemus puritatem munditiæ. Matth.8. & Luc. 5. dixit leproso: volo, mundare. Septimo abstinentiam, & pœnitentiam contra gulam. Eccl. 20. Quantum bonum est correptis manifestare pœnitentiam: sic enim effugies voluntarium peccatum. Sic ergo faciamus Dei voluntatem: quia in capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam Deus, in Psal. 39.

¶In quo patet tertium ꝙ videlicet Arti. 3.

uoluntati diuinæ est humiliter obe- 4
diendū. Circa quod tria ostenduntur. Primo enim intētū ostēditur per exēpla sensibilia. Secundo quod, si exempla illa sequamur, omnes saluabimur. Tertio quomodo nōnulli saluari vellent. Primum patet: quia si insensibilia sicut sol, & luna, & cętera similia, si etiā irrationales creaturę: sicut leones, & omnia animalia: si etiam rationalis creatura, sicut Angeli in cęlo, & dæmones in inferno diuinæ obediunt uolūtati, q aliter propter ipsū de corporibus obsessis non exiisset, sed etiam

canes,

canes,& serui obediunt dominis suis, à multo fortiori nos diuinæ deberemus obedire uoluntati, cuius uoluntas non respicit, nec uocat, nec aliquid circa nos præcipit, uel consiliat, nisi ad utilitatem nostram: ut facientes uoluntatem Dei reportetis repromissioně. Heb. 10. Sed heu pauci ei obediũt: ut patet. V. 9. 15. Ad placẽdum, inquit, regibus multa expendimus,& aliquãdo deficimus: Deo autem placere sola uolũtate possumus,& nolum⁹: immo, qđ peius est non solũ expensis,& laboribus nituntur mundialibus,& potẽtibus placere, & facere quod ipsi uolũt: sed multis uijs malis: sicut periurijs, falsis testimonijs, procurationibus puersis,& cupiditatibus, & crudelitatibus etiam cum Dei,& multorũ maledictionibus eorum conantur facere uoluntatem: quam tamen semper facere non possunt, & ideo finaliter ab eis malos grates reportant. Dei autem uolũtatem in bonis operibus, ex quibus nulla sequetur pena: sed maxima remuneratio, quam semper possent, si uellẽt, nolũt. De qua. 1. Pet. 2. Hæc est uoluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis impudentium hominum ignorantiam. id est infidelium detractiones, qui de hoc scandalizantur, ꝙ legẽ nostram non tenemus: sicut patet. L. 4. Arti. 12. & 13.

5 ¶Si uero uoluntatem diuinam facere,& nostram deserere uellemus,& quietius uiueremus: sicut patet. I. 2. 5. & omnes saluaremur: quia ipse uult omnes homines saluos fieri. 1. Thi. 2. Et Augu. li. de deffinitionibus. Nullum credimus de uoluntate diuina perire, sed permissione. Si ergo uolũtatem nostram illius uoluntati cõformaremus, qui uult omnes saluari, eo modo salutem propriam uolẽdo, quo ipse eam uult, non est dubium, quin salui erimus. Modus autem, quo ipse hoc uult, est per bona opera, & proprium adiutorium: sicut patet per sanctum Tho. in prima parte. q. 19. Arti. 6. ubi quærit: utrum uoluntas Dei, semper impleatur? Et respondet quòd sic, quantum ad illud, quod simpliciter uult,& absolute: quia ex sua sola dependet uoluntate, non autem quantum ad illud, quod uult antecedenter in bonis operibus, quæ ex aliorum dependent uoluntate: quia illa uult quasi cõditionaliter omnes homines saluos fieri, si sint salute digni.

¶Sed hoc ex duabus pendet uoluntatibus: sicut expresse docet beatus Grego. 33. mortalium. super illo Iob. Quis dedit mihi, ut reddam ei. Bonũ, inquit, quod agimus, & Dei est, & nostrum: Dei per preuenientem gratiam, nostrum per obsequentem liberam uoluntatem: si enim Dei non est, unde ei gratias agimus? & si nostrum nõ est, unde nobis tribui præmia speramus? hæc ille. Ex quibus patet quòd duæ uoluntates requiruntur, sine quibus fieri non potest, quarum una stante. i. uoluntate Dei, altera deficere potest si uult: sicut ostensum est in. c. de homine: & c. de prædestinatione. Sicut etiam expresse patet. 1. Thi. 2. ubi dicitur: quòd uult omnes homines ad agnitionem ueritatis uenire. Et. 1. Thessal. 4. Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra. Et multis alijs locis, in quibus inuenitur, quòd Deus uellet, quòd omnes benefacerent antecedenter, & consequenter quòd omnes saluarentur: & tamen illa uoluntate stante immutata: quia uoluntas Dei est immutabilis, apud quem non est trãsmutatio, Ia. 1. Multos uidemus ad agnitionẽ ueritatis nõ uenire: sicut infideles,& multos nõ sancte uiuere: sicut malos Christianos. Sicut ergo uoluit oẽs saluos fieri: ita uoluit oẽs esse humiles, benignos, misericordes, castos, & sic de alijs uirtutibus. Et sicut uoluit, ꝙ oẽs haberẽt gloriã ꝓ mercede boni opis: ita uoluit ꝙ sancte uiuerẽt,& bona opera facerẽt, sine quibus mercedẽ bonorũ operũ nõ reciperẽt. Et sicut noluit, nec uult mortem peccatoris æternam in pœnam, qui dicit: nolo mortẽ peccatoris. Ezech. 18. ita 6

non vult temporalem mortem peccatoris in culpa. Cum ergo videamus quod multi non sunt humiles, sobrij, & quales Deus vellet, quòd essent in vita, mirabile non est, quod multi non sunt saluati: sicut Deus vellet in morte. Nam omnes hic mihi concedent, quod non omnes hic viuunt, sicut Deus vellet: quare ergo concedere nolunt, quod non omnes saluabuntur: sicut Deus vellet, cum vnum sequatur ex alio. Et ex quo concedere volunt, quod multi moriuntur in peccato culpę, quod Deus nō vult, quod est iniustitię: quare concedere nolunt, quòd multi moriuntur morte pęnę, quam Deus vult tanquam iudicium iustitiæ. Et tamen hoc iudicium tenendo, vult omnes homines saluos fieri antecedenter, & consequēter: Antecedenter sicut bonus rex, qui vellet quod subditi sui nunquam peccarent: si tamen peccent, vult quod puniantur, consequenter, & vult quod saluentur, inquantum homines: non autem inquantum homicidæ sunt vel fures, vel fornicatores, vel huiusmodi peccatores. Qui ergo dicit: uult omnes homines saluos fieri inquantum homines, qui creatione, gubernatione, & ratione ostendunt se homines esse, non vult quòd omnes immundi, qui viuunt sicut bestiæ, & potius bestialem ostendunt vitam, quam rationalem sint salui: quia in vita quilibet illorum comparatus est, bestijs insipientibus, & similis factus est illis.

7 ¶ Quibus rationibus cōcordant leges ciuiles. Ex quibus habetur primo, quod clerici nō debēt vocari ad onus tutelę: sed quod oēs priuilegio in hoc casu gaudeāt ecclesiastico: verum est si se gerāt, & viuant tanquā clerici. C. li. 1. ti. de episcopis & clericis, lege generaliter. Sic in proposito: lex Dei vult, quod nullus homo onere grauet dāni: sed quod oēs immunitate gaudeāt salutis: si tñ viuant vt homines, quorū uita est uiuere rationaliter. Item dicit lex, quod aduocati in curijs maioribus: sicut in curia præfecti, prætorij & in curia Affricæ, & huiusmodi, debent facere salarium de publico, quæ quidem lex ex optima fundata fuit ratione, ut aduocati ęqualiter ad omnes se haberent: sed ponamus quod aduocatus desinit postulare, & actus facere aduocati, dicit lex, quod non amittit nomen aduocati: sed salarium. C. lib. 2. ti. de aduocatis diuersorum iudicum. l. nulli. Sic in proposito, qui in baptismo, uel in quadragesima incipiunt esse aduocati pro se, & pro alijs in curia altissimi, ubi maxima est æquitas, si postmodum aduocare cessauerint: licet nomen retineant Christianorum, non tamen mercedem: quia nomen habes ut uiuas, & mortuus es. Apoca. 3. Item dicit lex, quod negociatores publici gaudebunt priuilegio negociorum, quòd non soluent pedagia, & uectigalia, & huiusmodi, dum circa negocia occupantur reipublicæ: si autem circa propria solicitentur, non gaudebunt: in ff. nouo. lib. 11. Tit. de iure immunitatis. l. semper. §. negociatores. Sic in proposito: communia sunt negocia salutis nostræ: quia sunt totius curię cęlestis, & omnium electorum: quia restauratio totius curię cęlestis ex salute nostra dependet, & gaudium omnium electorum. Dū ergo talibus occupatur quis negocijs communibus, non soluet uectigal animæ dæmonibus: sed dum circa propria, id est carnalia occupatur, & uoluntatem propriam sequitur, confundetur Israel in uoluntate sua. Oseæ 10. Item dicit lex, quod uxores militum gaudebunt priuilegijs militum: dum mariti absentes sunt causa reipublicæ, non autē causa rei priuatæ. C. li. 2. ti. de uxo. militum. l. ulti. Sic in proposito, & patet ex applicatione legis præcedentis. Item dicit lex, quod si quis est absens causa reipublicæ, habet priuilegium, quod non currit, contra eum præscriptio:

scriptio: non autem si sit absens causa negocij proprij. in ff. veteri. lib. 4. ti. ex quibus causis maiores: ab hostibus. & l. sequenti. Sic in proposito, & patet per applicationem præcedentium. Quibus leges concordant diuinę. Nam Deus voluit, quod primi parentes semper vixissent, si voluissent, & de hoc eis tacite priuilegium dedit. Gen. 2. vbi præcepit eis, quòd non comederent de ligno vetito, ne morerentur, voluit etiam quod Loth cum societate sua fuisset saluatus. Gen. 19. vbi præcepit ei quòd exiret de Sodoma, & se saluaret, ne etiam respiceret retro, ne periclitaretur. Quod enim Deus prædictos vixisse & saluos fuisse voluisset, patet p præcepta, quæ eis dedit, quæ sunt ostēsiua voluntatis præcipientis sic patet per sanctum Tho. prima parte summę q. 29. artic. 12. vbi ostendit, quod quinque sunt signa voluntatis Dei, prohibitio, pręceptum consilium, operatio, permissio. Quod vero voluntas sua in prædictis non sit impleta, effectus sequens ostendit. Ex quibus patet, quod ad hoc quod voluntas Dei fuisset impleta, oportuit, quod ipsi tenuissent pręcepta, sine quibus impleri non potuit, & quæ tenendo ipsi priuilegio gaudere potuerunt, perpetuę vitæ & salutis, & quę non tenendo ipsa amitterent: voluit ergo quòd ipsi salui fuissent, si ipsi voluissent, & sic vult omnes saluos fieri, & noluit mortem, si ipsi noluissent, qui dicit Ezech. 18. Nunquid voluntatis meæ est mors impij? His ergo prędictis salutationes concordant summorum Pontificum, & edicta Imperatorum, quæ sunt voluntatis illorum expressiua. Summi nanque pontificis salutatio, qua generaliter scribit vniuersis Doctoribus, & Scolaribus Bononię: sicut facit ī principio sexti Decretalium, vel sicut facit in principio Cle. cōmorātibus salutem & Apostolicā benedictionē. In illis tn̄ solummodo effectū habēt, qui se dignos faciunt salute & benedictione. Sic de Deo volēte omnes saluos fieri. Et licet imperator scribat qđ vult omnes quos imperij sui regit clementia esse quietos pacificos, & felicē vitā ducere: nō tamen vult quod latrones, & homicidæ quiete viuant: sed quod suspendantur. Ergo licet in omnibus talibus verba sint generaliter prolata: est tamen tacita cōditio subintellecta, vt uidelicet in illa generali clausula digni includantur & indigni excludantur. Et sic in talibus hoc signum uniuersale omnes habet quodammodo distributionē accommodatam, idest accōmodatam, vel pro quibus intelligitur, & dicitur. Et sic est de hac propositione, qua vult omnes saluos fieri, de quo etiam in Psal. 106. quod deduxit eos in portum voluntatis eorum.

¶ Sed heu multi vellent saluari quantum ad tertiam partem huius articuli sicut latrones uellent pacem. Beatus nanque Augustinus de ciui. Dei. lib. 19. c. 12. dicit qđ omnes etiā latrones, & seditiosi pacem uolunt, sed tamen sic uiuere nolunt, quod deseruiant pacem habere. Sic mali uellent saluari & uitam habere æternam: sed nolunt sic uiuere quod sint digni, ut illam habeant: & ideo non est uoluntas mea in uobis, dicit dominus. Malach. 1. Sed forte dicent, quod non est simile de prędictis exēplis uoluntatis Papę, uel Imperatoris, & Dei: quia Deus posset facere, quod omnes eius uoluntati obedirent, quod alij facere non possunt, quare ergo inquiunt non facit Deus, quod omnes eius obediant uoluntati. His responsum est. P. 11. arti. 2. ubi ostensum est, quod Deus ad hoc facit quantum facere debet. Item forte dicent, quod non est in potestate seu uoluntate illorum, quod sint boni & saluentur. Hoc uero non solum a Theologi: uerumetiam a Philosophis reprobatum est. Philosophus nanque. 3. Ethicorum. c. 11. probat quod uirtus, & uitiū, & uirtuose, & uitiose

ciose viuere est in potestate nostra, & quòd tales operationes sunt voluntariæ. Reprobat insuper ibidem quosdam, dicentes, quod nullus est malus volens. Hoc reprobat per exemplũ custodis reipublicæ, qui grauius punit voluntarie mala committentes, quam ignoranter. Honorant etiam plus voluntarie operantes bona, & suadent hominibus, quòd bene operentur, quod non facerent, si non esset in potestate illorum: quia nullus sapiens nos prouocat ad ea, quæ non sunt in nostra potestate, cum voluntate adiuncta. Si inquit, suadeat, quòd non calefiat in æstate, vel non esuriat subtracto cibo vana est persuasio, quia non est in potestate voluntaria. Sed multi a Deo vitupe rantur, quibus & dicit Esa. 58. In die ieiunij vestri inuenietur volũtas uestras ergo &c. Ex quibus patet, quod si haberẽt voluntatem bene viuendi, bene viuerent. Et ad destructionem consequentis si non bene viuunt, non habent voluntatem bonæ vitæ, nec proprie salutis, quia dicit Philosophus. 10. Ethicorum. c. 11. ꝙ voluntas nõ est manifesta sine operibus: sed aliqui nimis tarde illam ostendere intẽdunt: sicut ille. V. 9. artic. 2. & interim in malis propriam sequi volunt voluntatẽ, cũ illo Prouerb. 29. Puer, qui dimittitur voluntati suæ confundit matrem suam.

Artic. 4. 9 ¶ Seipsum etiam confundit, licet voluntatem suam opere nõ cõpleuerit: sicut ostensum est. P. 8. 9. & 22. Sicut etiam patet per leges, quæ voluntatem puniunt cum verbis sine opere perpetrato: in ff. nouo. lib. 9. tit. de extraordinarijs criminibus. l. 1. §. i. sub his verbis. Alienarũ nuptiarum, itemque matrimoniorũ interpellationes, & si effectu sceleris potiri nõ possint propter voluntatẽ perniciosæ libidinis extra ordinem puniuntur: extra ordinem, id est ad iudicis voluntatẽ. Sic quantum est ad Deum punientur ad eius volũtatem, de qua Prouer. 11. Pondus equum voluntas eius: quia ponderis æquitas requirit, ꝙ voluntas iniusta a voluntate iusta puniatur. Sic etiam a contrario sensu de voluntate in bono, quando quis facit quod in eo est: eo modo quo loquitur Apostolus Roma. 7. Velle mihi adiacet: perficere autem bonum non inuenio. Cum ergo voluntas nõ solum feratur in concupiscentia futuri boni, vel apparentis boni: sed in delectatione ꝑsentis, & in complacentia præteriti. Caueant, & timeant illi, quibus aliena peccata placent, præsentia, vel præterita, quibus nihil cooperantur quantum ad operis perpetrationem: sed forte de illis rident, & ludũt: sicut faciunt multi, qui quales alij homines inferni, mulieres tenent infernales, qualiter etiam amici illorum, vel illi, quos carnaliter diligunt, alios iniuste verberauerunt, & occiderunt & his similia, cum risu, & complacentia narrãt, uel narrari faciũt, qui ẽt de malis, qui alijs acciderunt lætantur. Quorum lætitia multũ lætitiæ assimilatur diaboli, qui ĩ se non fornicatur, nec occidit, nec multa talia facit: & tamen lętatur de hoc quòd alij talia faciunt. Cum enim æqualiter sit actus uoluntatis complacentia peccati sui, uel alterius præteriti: sicut voluntas peccãdi in futuro, & voluntas peccati futuri, quod non commisit: sed desideriũ habuit committendi, puniatur æternaliter tanquam factum: sicut ex legibus ostenditur allegatis. Et lege Dei, quàm recitat Aug. 35. q. 5. Qui uiderit: &c. Qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mæchatus est eam in corde suo. Super quo Decreto dicit glò. Tantum peccat, quilibet studiosa uoluntate committendi adulterum, quantum ipso facto. infra de pęni. dist. j. si cui: Et cito post. Sic ergo committitur adulterium solo animo secundum canones. Similiter periurium. 22. q. 5. qui peierare. Idem in furto, & alijs criminibus: de pœ. dist. j. si propterea: hęc ibi. Nota. I. 12. 22. Quod mirum si Deus ęternaliter complacen-

placentiam peccati puniat præteriti, tanquã factũ.i.si illum, qui illud cõmisit pro delicto, ita istum pro complacentia: quia licet non sit nomine suo factum: illud tamen quantum in eo est approbat, & ratificat, & illi facto ex post consentit, & sic cõsentientes, & agentes, pari pęna puniendi sunt.17.q.4.oẽs.Apud illũ,circa quem nulla cadit præteritio, apud quẽ omnia sunt præsentia. Qui ergo voluntatem malam puniret de peccato pręsenti: quare non puniret de peccato pręterito: cum apud peccantem vtrũque sit malum: & apud iudicem neutrum sit pręteritum: de quo Prouerb. 19. Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem domini in ęternum permanebit. Cui rationi leges cõcordant ciuiles, quæ volunt, quod non tantum in contractibus: verumetiam in maleficijs ratihabitio mandato cõparetur. in ff.nouo. lib. 5.titu. de vi & vi armata leg. 1.§. sed & si eum quis. Et secundum leges canonicas in Decretali.li. 2. ti. de restitutione spoliatorum.c. cum ad sedem. in fine: vbi culpabilis in spoliatione iudicatur, qui illam ratam habuit sub his verbis. Spoliauerunt,inquit,vel mandauerũt spoliari, vel spoliationem saltem ratam habuerint, pronunciauimus &c. Glo.vero ibidem plures ad hoc adducit leges.ff.de vi & vi armata.l.cum a te.&.l.3 §.procurator: & 2.q.1.notum. Quibus etiam aliud concordat decretum.1.q.4.quia præsulatus Ex istis legibus arguitur sic. Ille qui ratum habet delictum præteritum, delinquit: sed cui placet expostfacto illud ratũ habet, ergo &c. Maior est manifesta apud iura pręedicta: minor est manifesta apud Deum, qui intuetur cor, 1. Regum 16. Nam sicut ille apud mũdum ratũ habet, qui expostfacto dicit placet: quia mundus hoc audit: ita apud Deum ille ratum habet, qui in cordis cogitatione dicit placet: quia Deus hoc audit: nam cordis cogitatio apud Deum alta, & aperta est locutio: quia non vox, sed votum resonat in aure Dei. in Psal. Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper, & ideo in voluntate mea confitebor ei apud quem omnis voluntas loquitur,& omne cor patet.

¶Ex quibus in parte patet quòd voluntas mala, quæ a Deo non regulatur, est periculosa. Primo quia Deus illam videt,& iudicat:vt ostensum est. Secundo quia ex tali radice venenosa: licet opera faciat de genero bonorum, non tamen bene,nec meritoria ad vitam æternam:quia ipsa est fons, & radix omnium operum, qui fons si fuerit intoxicatus, omnia opera tanquàm omnes riuulos intoxicat, vel impedit: & corpus ad omnia opera bona impotens reddit: quia prouerbium est: ne cors ne put coeqe que rue.vult: vbi vero fons iste fuerit viuus, & bonus omnes riuulos reddit viuos, & omnia grauia facit leuia. Propter quod legitur quẽdam Deum orasse solummodo pro bona voluntate habenda, asserens se tunc omnia membra habere fortia ad Dei seruitiũ explendum, si voluntas fuerit fortis. Ergo sitis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei.Col. 4. Tertio quia est dux cæcus,cũ quo omnes,& sine quo nullus vnquam ad infernum ductus fuit, Bernard. Nihil punit Deus, nisi propriam uoluntatem, cesset propriã voluntas, & infernus non erit: Voluntate vero Deo & ratione regulata tanquam ductore omnes ad cęlũ venerunt: melius est ergo quantum ad animam,& curialius quantum ad mundum voluntatem diuinam præponere dicendo. Doce me facere uoluntatem tuam: in Psal. quo doctore omnes ad cœlum diriguntur. Vnde Augustinus super Ionnem. 6. Homo a Deo dirigitur cum uoluntati humanæ diuina uolũtas præponitur, quam uoluntatem illam, qua cœlum,& Paradisus Terrestris spoliantur,& infernus impletur. Et curialius quo ad mũdum, ut seruus uoluntatem iusti domini

Artic. 5. 10

mini suę præponat voluntati iniustę. Apud Deum nanque aliter facies non solum incurialitatem: verumetiam periculum incurrit: quia dum illum non sequitur, qui dicit. Qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed lumen præcedere vult in tenebris ambulat culpę & pęnæ, dicat ergo. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Matth. 6.

11 ¶ Quarto quia est portitor claudus. Nam qui scit quid faciendum sit ex vna parte, & ex alia non habet voluntatem illud perficiendi, ex parte voluntatis claudicat: vt sicut claudus quandoque pulcher est sedendo, sed deformis ambulando: sic tales frequenter placent dum sedent in cathedra & docent: sed in ambulatione, & in operibus deformes inueniuntur similes Pharisęis. Matth. 23. Super cathedram Moysi &c. Item quandoque pes claudicantis in exteriori apparentia est ita pulcher, sicut pes recte gradientis, nō tamen in probatione operis. Sic nōnulli verbis voluntatem suam bonam esse ostēdunt: sed in operis, probatione turpissime deficiunt: quia promissa non tenent, & verbis iactata opere non ostendunt, quorum tota virtus est apparens, & non existens: quia exteriorem in verbis, & promissis pulchram apparentiam: sed nec in corde existentiam, nec in opere confidentiam, quibus testimonium reddo quia supra virtutem voluntarij fuerunt. 2. Corin. 8. Tales assimilātur Misphiboseth. 2. Regū 4. qui cecidit de nutrice sua, & claudus effectus est. Nutrix nostra sacra scriptura, atque bona operatio est, quæ non in brachijs noui, & veteris testamenti sursum portat, in lacte suo nutrię, a qua ad modū Misphiboseth multi ad terrā, id est, ad terrena cadunt, & spiritualiter claudi efficiuntur, de quibus Prouerb. 26. Quomodo pulchras tibias frusta habet claudus, sic indecens est in ore stultorum parabola, quam videlicet ore dicunt: sed opere non complent, quibus congruit orare illud: Psal. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine. Quinto quia est raptor, seu tyrānus: quia sicut tyrannus tantum accipit, & mutuat a subditis suis, quòd tam seipsum, quàm illos finaliter depauperat, & confundit. Sic voluntas habens dominium corporis, & sensuum omnium membrorum, modo ab vno sensu accipit delectationes, nunc ab alio, & nunc actum vnius membri, nunc alterius ad illicita mutuat in tantum quòd finaliter tam seipsam, quàm illa ad miseriā deducit; 12
in qua simul pęnas sustinebunt: sicut furtum, vel homicidium præcipiens, & obediens. Etiam nō impediens malum fieri, cum sit in potestate constitutus: sicut prælatus, vel superior; qui videns percutere clericum, & non impediens eandem sententiam excōmunicationis incurrit: extra libro. 5. tit. de sen. excom. c. quantæ in textu & glo. Sic voluntas, cui incumbit inferiora regere, & ad hoc potestatem accepit, si illam a malis non cohibeat, eādem pęnam, & a Dei, & beatorum communione eandem meretur separationem. Nolite ergo regi neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri. Ioan. 1. quia voluntas mī est incōstantię. I. 2. 5. sed illi sunt proprię voluntatis, & inconstantes, qui voluntatem, quam semel dederunt in manu Dei, & prælati, iterum rehabere volunt ad modum pueri, qui pomum, quod dedit, repetit: tales Deum in gloria non inuenient: sed illi, qui in tota uoluntate quæsierunt illum inuenerunt. 2. Paral. 15. Nota simul de merito bonę, uoluntatis, & periculo malæ. A. 23. 13.

¶ Huius autem peruersę uoluntatis tanto maius est periculum, quanto pluribus nocere facit: sicut patet exemplo, quod contingere potuit de tribus philosophis disputantibus, quod esset peius, & periculosius mali domini, vel mali ministri, vel inuidi vicini, Quorū unus dixit quòd 13

dominus

dominus: quia ipse habet posse & velle. Alius dixit baliui, & ministri propter duo. Primo quia frequentius subditos onerant, muneribus, & alijs expensi. Secundo quia vias excogitant, & dominos informant, quomodo nocere poterunt. Nota. N. 4. 8. Tertius dixit, q̃ inuidus vicinus quia ipse pluribus nocet quia ipse ex inuidia, & odio vicinos accusat tam apud dominum, quam apud ministros, & sic nocet animæ propriæ, & domino, & ministris, quibus est causa peccati, & uicinis, quos damnificare facit, & sic istius uoluntas uidetur peior: quia est causa mali tam culpæ, quam pęnę in pluribus huiusmodi habens voluntatem. 2. Paral. 6.

Votum. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Quanta sit voti excellentia ostenditur ex eius magnitudine spirituali, ac fortitudine.*

2 *In commutatione siue dispensatione uotorum tria sunt spectanda.*

3 *Melius esse bona opera facere cum uoto, quam sine uoto ostenditur exemplis, rationibus & authoritatibus. num. 4. 5. 6.*

7 *Responsio ad sex obiectiones, quas fuere solent nonnulli existimãtes non esse melius bona opera facere cum uoto, quam sine. num 8. 9. 10.*

11 *Boni uoti tres conditiones, & quantum sit periculum eorum, qui illud frangunt, quique male uota admittunt. num. 12. 13. 14.*

Oti primo ostenditur excellentia. Secundo vtilitas, in quo ostenditur, quòd meliora & maioris meriti sunt opera ex uoto facta, quam ex propria uoluntate. Tertio contra hoc faciendæ sunt obiectiones cum solutionibus suis. Quarto malorum uotorum, & etiam fractionis boni uoti ostenditur periculum.

¶ Quantum ad primum uoti excellentiam eius spiritualis ostendit fortitudo, & magnitudo. Tantæ nanque est uirtutis, & fortitudinis, quòd simpliciter uouentem, vsque ad mortem Deo ligat, sicut patet de religiosis, qui per uotum, quod in professione solennizant, usque ad mortem in gratia, & usque in sempiternum in gloria Deo copulantur: ex uoto se obligans Domino. Numeri. 21. Intantum enim uouentem ligat, & obligat ad soluendum, quod promisit, quòd episcopus, propter uotum prius emissum de religionem ingrediendo tenetur Episcopatum dimittere, & uotum suum implere: sicut patet extra libro tertio, titul. trigesimoquarto, de uoto, & uoti redemptione. capitul. per tuas: vbi tali rescribit Papa dicens. Regimen resignes ecclesiæ memoratæ, ac reddas altissimo uota tua, ubi dicit gloss. quòd ad hoc compelli debet, & alij etiam, ut ipsum recipiant intrare uolentem, quando recipitur à conuentu & abbate. Ex quo patet, quòd licet sit uoluntatis uotum emittere: est tamen necessitatis reddere: ergo uouete, & reddite domino Deo uestro: in Psal. Si dicant quòd prædicta necessitas locum habet in uoto solenniter, & publice emisso. Respondetur per Decretalem libro quarto, titul. qui clerici, uel uouentes matrimonium contrahere possunt. capitul. rursus: ubi pa. dicit, quòd apud Deum non minus obligat uotum simplex, quam solemne. Sed forte dicent, quod sic obligati ad religionis ingressum possunt expectare usque ad mortem, uel ultimam senectutem, & tunc

Artic. 1. 1

2

votum suum implere, quando vlterius desperant. Et hac cautela nonnulli contra Deum, & salutem propriam vtuntur pro tanto: quia secundum doctores, vbi quis vouit sine cõditione, & temporis præfixione, tenetur exequi statim cũ potest, nisi in vouendo aliud in mente habuerit: sicut expresse patet. Deut. 23. Cum voueris, inquit, votum domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requirit illud dominus Deus tuus & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Nec obstat prædictis, quòd aliquando vota in melius mutantur: quia voti fractor non est, qui illud commutet in melius: extra. lib. 3. tit. 34. de voto, & voti redemptione. c. scripturę. Sed in commutatione, seu dispẽsatione sunt tria attendenda, quid liceat secundũ æquitatẽ: quid deceat secũdũ honestatẽ, quid expediat secundũ vtilitatẽ: extra. li. & ti. pdictis. c. magnę deuotionis.

2 ¶ Istis circunstantijs consideratis & inuẽti secũdũ doctores possunt episcopi in omnibus votis temporalibus dispensare, pręterquã in voto terræ sanctæ: pensate qualitate personarum, & necessitate, vel vtilitate. Quibus concordat Decretalis, extra de voto. c. 1. vbi sic dicitur. Ab eius, qui præsidet, pendet arbitrio: vt consideret diligentius qualitatem personæ, & causam mutationis, & si peregrinatio, vel repensatio melior fuerit, & magis Deo accepta, & secundum hoc debet exinde dispensare. Quibus sacra scriptura concordare videtur. Leuit. 28. vbi primo dicitur de illo, qui uouit animal, quod immolari Deo non potest, si quis Deo uouerit adducetur ante sacerdotem, qui dijudicans utrum bonum, an malum sit, & sic statue precium. Itẽ ibidẽ sequitur. Homo si vouerit domũ suã, & sanctificauit eã domino, cõsiderabit sacerdos: verũ bona sit an mala & iuxta preciũ, quod ab eo fuerit ęstimatũ venundabitur. Si autẽ ille, qui vouerat noluerit redimere eã, dabit quintã partem ęstimationis. Ex quibus ostendi videtur, q̃ vota peregrinationis, & huiusmodi possũt eleemosynis redimi ad arbitriũ pontificis. In votis aũt perpetuis, siue sint necessitatis antequã vocatur, sicut votũ baptismi, & articulorũ fidei, quos secundũ glos. extra de voto. super. c. vnusq́sque vouit in baptismo, siue volũtatis, sicut religionis, & cõtinẽtiæ, episcopi dispẽsare nõ possunt: quia secũdũ glo. prædictã: eque, vel maius bonũ inueniri non potest: vt art. 23. q. ulti. c. ulti. quia castitas sola est, quæ põt Deo animas pręsentare: ut in autẽti. de lenonibus. §. sancimus. Quę oĩa in sacra scriptura confirmantur, quãtũ ad hoc, q̃ mutari nõ possunt. Leuit. 27. Animal autem, quod immolari potest domino, si quis uouerit sanctum erit, & mutari non poterit. Et Numeri 30. Si quis uirorum uotum uouerit, non faciet irritum uerbum suum. In quibus ostenditur talium uotorum magnitudo: qa cum in melius uel maius mutari nõ pñt, sequit̃ q̃ ipsa sunt maximum, q̃ Deo dare uel offerre poterunt propter quod dicitur. Prouer. 15. Vota iustorum placabilia.

¶ Et sicut sunt Deo placabilia suscipienti: ita sunt homini utilia facienti. Artic. 1. 3

¶ Ad cuius declaratione Primo rationes adducentur ad hoc, quod melius est bona opera facere cum uoto, quã sine uoto. Et hoc ostẽditur primo exẽplis, secundo rationibus, tertio autoritatib⁹. Exẽplis primo de dñorũ cõditione, in quib⁹ uidemus, q̃ dñs curialis magis acceptat, & plus remunerat, q̃ det sibi terra, & tenemẽta, id est solũ cũ redditibus, q̃ redditus soli. Sic in proposito de terra cordis nostri, & de redditu bonorum operum. Aliud exemplum ad idem est Anselmi, sic, melius est, & utilius largo domino, qui pro omnibus bono centuplum reddet, dare arborem, & fructum, & plus pro illo facit, quã qui dat fructũ tantum, & reseruat sibi arborem ad faciendum de ea, quòd uult. Arbor est uoluntas, fructus est opus bonum.

Intrans

Intrans religionem vtrũque Deo dat: quia & volũtatem suam ponit in manu illius, qui locum Dei tenet in terris, & opera etiam Deo reddit, vbi secularis opera tantũ Deo dat, & uolũtatem liberã in propria reseruat potestate. Quod etiam istud securius sit, primo patet per exẽplũ de naui fluctibus iactata, quam securius est ad ancoram in portu ligare, dum tẽpestates nimię durant, quam permittere quod ad omne ventum super mare exponatur. Secundo per exemplum de arbore, seu plantula tenera, quæ uentis fere prosternitur, uel cui uentorum imminent impulsus, periculosi, cum sit in natura sua fragilis, securius est, quod stipiti, seu palo ligetur. Sic palo crucis Christi per uotum religionis, continentiæ, uel peregrinationis terræ sanctæ pro amore crucifixi. His igitur exemplis informati offerretis domino in solennitatibus uestris uota, & oblationes. Numeri. 29.

4 ¶ Rationes in super multæ idem concludunt, quarũ tres tangit sanctus Thomas in summa. q. 88. art. 6. Primo quia uouere est actus latriæ, quæ est nobilissima uirtus: illud autem, quod est imperatum a nobiliori uirtute, melius est, & magis meritorium. Secundo quia qui uouet plus se Deo subijcit, quam qui non uouet: sicut qui daret arborem cum fructibus, quam qui daret tantum fructum. Tertio quia per uotum uoluntas immobiliter firmatur ad bonum facere autem aliquid ex uoluntate firmata ad bonum pertinet ad perfectionem uirtutis: ut patet per philosophũ. 2. ethicorum. Præterea melius est habere tria bona, quam duo: sed operans ex uoto habet tria: quia uotum, & bonam uoluntatẽ, & opus bonũ, ubi alius habet tantũ uolũtatem bonam, & opus. Item melior est obedientia, quam propria uolũtas, seu etiam uictima ex propria procedens uoluntate, & opus obedientiæ est maioris meriti, q̃ propriæ voluntatis propter quod quādoque iniungitur pœnitentibus, vt pœnitentias, quæ ex propria faciunt auctoritate, faciãt tãquã eis iniũctas: sed opus procedẽs ex voto est opus obediẽtiæ: ergo &c. Item si maioris meriti esset sine voto peregrinari, vel continere, vel religiosam vitam ducere, sancta ecclesia multos deciperet eis suadendo, quòd hoc votum faciant promissũ: si enim hoc sine voto facere maioris esset meriti, saltem quando inciperent hoc facere, deberet eos a uoto absoluere. Item si magni meriti apud Deum dimittere agrum, uel huiusmodi exteriora propter amorem Dei: sicut patet, Matth. 19. Oĩs, inquit, qui reliquerit domum, uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit: qui magis reliquit magis meretur, & qui maximum maxime: sed uouens perpetuam obedientiam in religione maximum dereliquit, quo maius dimittere non potest: quia seipsum dum se totaliter alteri propter amorem Dei subijcit, si ergo alius in sęculo eandem, uel maiorem faciat pœnitentiam: non tamen pro Deo tantum dimittit, & sic non tantum meretur: quia non solum facere propter Deum, sed etiam de relinquere pro Deo ab ipso Deo remunerabitur: ergo istius opera, quæ consistunt in faciendo, & obediendo sunt meliora: quia sunt quasi holocaustum, sicut ostensum est. L. 2. 1. Vnde beatus Greg. super Ezech. Sicut illi, qui ex possessis 5
rebus subsidia egentibus ministrant in bonis, quæ faciunt, sacrificium Deo offerunt, quod aliquid Deo immolant, & aliquid sibi reseruant, qui uero nihil sibi reseruant offerunt holocaustum, quod maius est sacrificio. Item beatus Gregorius. Melior est obedientia quam uictima: quia per uictimam alienã, per obediẽtiam propria caro mactatur. Cui concordat

cordat Hieronymus epistola. 59. contra Vigilantium disputans. Asseris, inquit, eos melius facere, qui vtuntur rebus suis, & paulatim fructus possessionum pauperibus diuidunt, quàm illos, qui possessionibus venũdatis, semel omnia largiuntur, non a me tibi, sed a domino respõdebitur, qui dicit. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia &c. Matth. 19. Sed obijcis si omnes se recluserint in solitudine, quis celebrabit ecclesias? Cui Hieronymus. Si oẽs fuerint tecum fatui, quis erit sapiẽs? rara est uirtus & a paucis appetitur, & vtinam omnes essent, quod pauci sunt, de quibus. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Mat. 20.

6 ¶ Item Christus voluit matrem suã ad opera castitatis voto obligari: ergo sic facta sunt maioris meriti. Consequentia patet: quia credendum est, quòd filius Dei sic matrem suam gubernauit: quòd opera sua ageret, prout essent maioris meriti. Antecedens probatur tam ex dictis doctorum dicentium, quòd castitatem vouerat cõditionaliter, nisi Deus aliter ordinaret, quod ideo dicunt ad saluandum verum matrimonium inter ipsam, & Ioseph, quàm etiã ex dicto proprio. Lucę 1. Virum, inquit, non cognosco, voui non cognoscere: ideo quæro quomodo fiet istud? Quæstio nanque admiranda super aliqua admirationis causa fundari debet: cum ergo maritũ haberet, si cogitasset cũ ipso societatẽ habuisse: quare ad mirãdo quęsisset, quomodo filium conciperet? cũ hoc sit naturale, & de cõiter accidẽtibus. Tota ergo quæstionis cã super votum fundari videtur conditionale, quasi diceret, ex quo sic voui quomodo ordinauit Deus, quòd ego filium conciperent? &c. Cui Angelus propter istam conceptionẽ contra votũ, uel voluntatem tuam nõ facies: quia Spiritussanctus superueniet in te &c. Si quis dicere velit, quòd questio fundatur super verbo angeli, quo dixit: filius Altissimi vocabitur, nõ videtur verum: quia quare tunc respondisset virum non cognosco, cum viri societas non requiratur ad hoc, quod filius Dei sit vbicunque voluerit. Magis ergo videtur turbatio eius, qua dicitur: turbata est in sermone eius, admiratio eius mouere animum ne a voto, quod fecerat recedere, antequã ordinationis diuinæ sub qua conditione vouerat, expresse intelligeret, Nec tamen postmodum a voto resilijt: quia ordinatio non defuit, quòd a proposito resiliret, quæ dixit: reddã tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea: in Psal. Item si non esset maioris meriti facere cum voto, Iacob Patriarcha Dei errasset. de quo Gen. 28. Votum vouit dicẽs. Si fuerit dominus mecũ &c. Et propheta Dauid, qui dicit. In me sunt Deus uota tua. Et iterum. Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum sæculi, ut reddam uota mea de die in diem. Et 2. Esdræ 8. Voui illuc ieiunium in conspectu domini, vt quærerem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiscum erant filij Israel. Et 2. Paral. 31. Fili Israel obtulerant decimas sanctorum, quæ uouerant Deo suo.

¶ Obiectiones uero contra prædicta. Non obligatus ad uota liberã habet uoluntatem ad unum, uel plura libere faciendum, uel non faciendum: obligatus uero ad unum, uel tenetur ex debito ad ieiunium, uel actum aliũ uirtutis faciendum: sed plus allocatur opus bonum, uel donum illi, qui libere dat, quam illi, qui debitum reddit: ergo &c. Secundo sic, duobus propositis, quorum unus uouit contumeliam, alius non, si uterque peccet, primus grauius delinquit: quia in eo est quodãmodo sacrilegiũ: sicut patet. L. 7. arti. 2. Tertio dicunt ꝙ uouens tentabitur: iuxta illud: Psal. Quanta malignatus est inimicus in sancto. Quarto dicunt, ꝙ dolẽt se uouisse, uel religionẽ intrasse, & sic meritũ amittit, & pręmium. Quinto dicunt quod bona quę facit, facit timore pręlati, uel Artic. 7

etiam

etiã pœnę, quã sustineret uoti fractor, & sic ẽt meritũ euacuat. Sexto dicunt votũ est necessariũ: ergo inuoluntariũ, & cõpulsiuũ: ergo, &c. Ad primũ qñ dr̃ in maiori, nõ uouens põt libere facere, qđ faciendũ est, vel dimittere. Rñdetur, ꝙ si ista cõditio libertatis ad faciendũ bonũ, uel malum faceret vota maioris bonitatis, & laudis, opera nostra maioris essent laudis, & bonitatis, quã opera Dei, & matris eius, & sanctorum angelorũ, q fuerunt, & sunt ad vnũ determinati, ꝙ nõ potuerunt bonũ dimittere, & malũ facere, nec etiã possunt bonũ, qđ faciendum est, non facere. Sicut ergo uotũ ad faciendum malum, uel q̃cunq; fortis obligatio, sicut in dęmonibus, & Pharaone, & alijs obstinatis nõ tollit demeritũ: ita nec obligatio, vel determinatio ad faciẽdũ bonũ tollit meritũ. Quãdo iterũ dicunt in minori, iste est obligatus ad certũ, & bene faciendo debitũ suũ reddi: qs est ita insanus, qui vult dicere, ꝙ opera illius peioris cõditionis sunt: qa obligauit se ad bonũ reddẽdũ, & malũ fugiendũ: qđ facit dũ cõtinentiã uouet: qa sicut per bonã uoluntatẽ intrinsecã fugantur dęmones: ita uotũ cõtinentiæ fugantur hoĩes diaboli ministri, ne mulierẽ uouentẽ ad mrĩmonium, & carnalia desideria solicitẽt. Si ergo bonum est fugere occasiones tentationum, & solicitationum, bonum est vouere.

8 ¶ Quantum ad 2m argumentum primo ponitur instãtia in forma. Plus peccat homo sanę mẽtis eodẽ genere peccati, quã amens, & tñ stultus diceret, q uellet esse amẽs, ut peccatũ suũ leuius esset. Scđo rñdetur p Anselmũ li. de similitudinibus, in quo vult, ꝙ religiosus eodẽ genere peccati grauius peccet, & tñ citius habebit remissionẽ penes exẽplũ de duobus, quorũ vnus alicui dño dat se, & sua totaliter. Alius uero se, & sua, sed nõ totaliter, ambo postmodũ dñm offendunt eodẽ genere delicti, & postmodũ veniã postulãt, primus citius obtinebit: qa gratus dñs recordabiť ꝑcedẽtis doni, & feruentioris amoris, & lõgioris beneficij, qũo etiam in posterũ se, & sua totaliter dãdo gratitudinẽ primã cõtinuabit, & qđ post inimicitias insuper clarior erit amor, ubi maior ꝑcessit offensio: sicut patet de Petro, qui plus peccauit negãdo, quã alij, q non fuerunt de religione apostolorũ, & tñ citius ueniã inueniens a Christo postmodũ plus amabať. Ex quo patet, ꝙ licet fractor voti in hoc peioris sit conditionis, ꝙ grauius peccat, tñ contra istã cõditionẽ, q reddit statũ suũ securior est. Quarũ prima attẽditur penes subleuãtes. Hẽt. n. talis, & spãliter religiosus plures increpãtes, ꝙ alij, & sic licet in puteũ cadat profundius, ꝓ tanto minus dãnũ sustinet: qa citius extrahiť. Secũda attẽdit penes veniã, quã a Deo citius obtinebit, ex his, nãque, q̃ prius Deo dedit, hẽt maior dispositionẽ, & habilitatẽ, ut citius veniã inueniat: quia illa bona opera, q̃ prius fecit, reddũt Deũ prõptionẽ, vt largiať sicut patet in ꝑdicto exemplo Anselmi. Tertia qa postea maior erit cũ Deo q̃ alius, q similiter peccauit, & pœnituit: sicut patet p exẽplum de Petro. Ad tertiũ patet in c. de tẽtatione, ꝙ nõ est malũ tẽtari: nã Christus tenebať a diabolo. Matt. 4. Sed est bonũ, & maximi meriti tentationẽ vincere, q̃ ut uincat, uouens ponit se in manibus Dei, & uicarij Christi, sicut miles in ꝓtectione regis, & philomena ĩ spinis, & custodiať a bubone: sicut patet. C. 17. 26. Exemplo Pauli, qui ait. Gal. 2. Christo confixus sum cruci. Sic uouens specialiter religiosus sciẽs se plantulam tenellam, ne cadat vento tentationis, ligat se cruci tribus clauis scilicet obedientiæ, continentiæ, paupertatis.

¶ Ad quartum rñdetur, ꝙ si dolet se uouisse, hoc est pp aliquã tentationẽ, cõtra quã sapientissime sibi ꝓuidit, ne ab illa uinceretur, ipsam sequẽdo, qñ uoto se ligauit, & cõtra oẽs tales, quas ꝑcogitauit futuras se ancora uoti stabiliuit, & sic de maxima, & optima ꝓuidentia a Deo remunerabitur: quia 9

maluit malũ tentationis ꝑuenire, ꝙ ꝑueniri, & sic fecit ad modum sapiẽtis ꝓuisoris, q nõ ꝓ vno tm̃ anno: sed ẽt ꝓ tota uita sua sibi de uictualibus, & spũalibus ꝓuidit armis, optime sciuit, qđ natura sua fuit inclinata ad malũ, & iõ cõtra motũ sensualitatis ꝑ rõnis actũ.i. per votũ se armauit, & religioni se ligauit. Sicut ergo infirmus ꝑmittit se ligari, ut sequat, & sanet sic talis, & licet qñq; dũ secat, murmuret: est tñ uolũtarius: qa etiã ad hoc se ligari ꝑmisit. Sic licet religiosus, uel uoto astrictus qñq; murmuret ex carnis infirmitate qñ dura sustinet: uoluntariẽ tñ sustinet, ꝓ tãto uoluntariæ ad talia obligari uoluit obediẽdo sacræ scripturæ, qua dr̃ Eccl. 7. Inijce pedẽ tuũ in compedes illius, & in torques illius collum tuum, uinculo enim illius alligatura salutis.

20 ¶Ad quintũ dici põt qđ licet timore plati, uel pœnę faciat: tñ ad huc põt esse meritoriũ ex prima radice: qa amore iustitię tali seruituti se subiecit, ut pęnã talẽ timeret: qa nisi uoluisset, nõ timuisset, & nisi uoluisset nõ vouisset: cum ergo ex uoluntate ꝓcedit votum, & ex voto talis timor, & ex tali timore opꝰ bonũ, vr̃ ꝙ ex tali radice sit meritoriũ: qa si radix sancta, & rami. Rom. 11. Et si deliberatio sancta, & massa. Ad sextũ nõ sequit̃ est necessarium: ergo inuoluntarium, uel cõpulsiuum: quia fideli necessarium est reddere debitũ, & ꝓmissum, & Christiano tenere fidem, si vult saluari, & Christum pati, & cũ hoc fecit voluntariæ, sicut & martyres: licet cõtra inclinationem sensualitatis, cũ uoluntariæ patiebat̃: talis ergo nõ simpliciter necessitatur, uel cõpellitur: quia sicut antea fuit uoluntariũ: ita semper post: quia posset uoto resilire, & religionẽ deserere, si uellet, uel nõ facere illud, quod vouit: ergo non obstante, qđ uoto obligatus remanet potentia ad utrũlibet: ergo non simpliciter ab extrinseco cõpellitur ad vnũ: sed illa necessitas extrinseca hẽt interius voluntatem annexam, qua potius facere vult, quàm votum frangere, & Deum offendere, & sic non necessitate, sed uoluntate: quia Deum offendere non vult, superioribus obedit, & sic uota vouebunt domino, & soluent. Esaiæ 19.

¶Ad hoc autẽ, qđ hęc uota sint dñõ placabilia, tres cõditiones requirũtur. Quarũ vna, uel oĩbus deficientibus vota infatuantur, & franguntur, & uouentes periculũ incurrunt aĩarũ. Primum est ꝙ fiat de meliori bono. Nam secundũ sanctũ Thomã in summa. q. 88. art. 2. nõ debet fieri de malo, nec de indifferenti: sed tm̃ de bono, quod pertinet ad actũ uirtutis, & qđ in aliquo euentu est bonũ, in aliquo malũ nõ obligat, nisi ꝓ euentu bono, ut votũ Iepte, de quo Iudicũ. 11. Votũ vouit dicens, &c. Si ei occurrisset aĩal irrationale debuisset votũ tenuisse, & aliter nõ. Contra istam conditionem faciunt duo genera hominũ: primo ꝑniciosi, quales sunt illi, qui uouent, ꝙ volunt aliquẽ occidere, uel uerberare, vel alicui per se, uel per alios damna inferre, uel quocunq; modo se vindicare, uel aliquod factum illicitũ committere, talia uota non sunt tenenda per decretũ Toletani concilij, 22. q. 4. si publicis sub eo, qui sequitur tenore. Si publicis sacramentorum gestis (qđ Deus auertat) a quibuslibet illicita, vel non bona extitisset conditio allegata, quæ autem iugulare animã patris, aut gerere compelleret stuprum sacratissimę Virginis: nunquid nõ tolerabilius esset stultæ ꝓmissionis vota reijcere, id est, frangere? quàm per inutilium promissorum custodiã exhorrendam criminum implere mensuram? In c. sequenti: ponitur exemplum de Herode, qui iurauit se daturum Herodiadis filiæ quicquid esset petitura. Cito post allegatur uerbum Isido. dicentes in synonimis. lib. 2. In malis promissis rescinde fidẽ, in turpi uoto muta decretum. Impia est ꝓmissio, quæ scelere adimpletur. In c. sequenti, quod incipit: si aliquid ponitur exemplum de Dauid, qui iurauit

Artic. 4.

21

uit p Deū, φ uoluit occidere Nabal, nec uituperatur, φ illud nō impleuit. Sup illo.c. dicit gl.φ si iuraui me peccaturū uenialiter, tale iurm nō debeo adimplere: qa adijcerē peccatū petō.

12 ¶Quantum uero sit prædictorum periculum, primo patet: quia fortissimo uinculo, quo sedeo ligare deberēt, ligant diabolo, & ultimū, & maximū, qd Deo offerre possūt realiter offerūt diabolo: licet Deū uoce noīent in nouēdo: qa tñ in se malū est, non Deo, q malorū uotorū receptor non est, sed diabolo fit. Prou. 20. Ruina est homini deuotare sanctos. Scdo quia sunt stulta, de qbus dicit S. Tho. in q̄stione, & arti. pallegatis. Vota, inquit, stulta: ut de nō pectinādo caput, & similia, potius sunt deridēda, q̄ obseruāda: qa non de meliori. Si uero tale uotū aliquē includat inhonestatē, seu turpitudinē: sicut Herodis de regno dando saltatrici, de hoc dicit decretū. 22.q.4. vnusquisq;: φ tolerabilius est iurm nō adimplere, q̄ φ turpe est cōmittere, & ponit pdictū exēplum de Herode. Sup quo dicit gl. Nō solū ergo iurm rei illicitę nō est seruādum, sed & inhonestę: licet possit seruari sine interitu salutis æternæ: ut extra de iureiurando, quemadmodum.

13 ¶Secunda conditio est quòd fiat cū uoluntate deliberata, & cum reuerenti nominatione Dei, uel sancti, cui fit. Contra illud faciunt, qui faciliter, & quasi ex quadam uouent cōsuetudine, qui pauca sine uoto faciūt. Quorum quantum sit periculū patet: qa sicut ultimum, qd ecclesia pōt facere aīabus delinquentiū est excōicare, & qd rex pt facere corporib⁹ est occidere: ita ultimū, & maximū, quod priuata persona pōt facere Deo bene uouēdo, uel diabolo male vouēdo, est voto se eis obligare. Sicut ergo piculosū nimis esset plātis subditos omni die, & faciliter, & sine cā excōicare, & regib⁹ occidere subditos. Ita, &c. Et si teste Christo de omni uerbo ocioso reddēt rōnē, qualē creditis reddituri sunt de talib⁹ verbis cōputū. Amos 5. Vota pinguiū uestrorū non suscipiā.

¶Tertia cōditio est, φ illud qd uouent reddāt, cōtra quā faciunt, q omnino nō reddēt, quorū periculū patet in Anania, & Saphira, q ſm Hieronymū in Actibus apostolorū, a Deo percussi leguntur: quia qd Deo uouerāt, retraxerunt. Tales Deū, & sanctos gratis inimicos faciūt: sicut patet. P. 7. 76. Nec mirū, φ offendunt: nā & homines iuste offendunt, φ pmissa eis facta nō tenent: ergo melius est non vouere, q̄ post votū non reddere Ecclesiastes 5. q nimis differunt, contra illud Eccle. 5. Si qd nouisti Deo, non moreris reddere. Taliū periculū patet. Malach. 1. Maledictus dolosus, q notum uouens dat Deo debile. i. senectutē, uel ultimam uitę horam. Dicat ergo illud Ionæ 2. Quæcunque ergo vos reddam pro salute domino. 14

¶Vsura. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Quatuor hominum genera à Deo iam ecclesia sancta ordinata.*

2 *Vsura fuit à diabolo inuenta. ibid.*

3 *Vsura prohibetur propter sex.*

4 *Vsurarij qbus reb⁹ assimilent. n. 5. 6. 7.*

8 *Quanta sit vsurariorū malitia ostenditur ex comparatione diuersorum rerum, quarum ipsi malitiam excedunt. num. 9.*

10 *Quanta sit vsurariorum stultitia, vilitas, & periculum. nu. 11. 12.*

13 *Quomodo vsurarij suas vsuras abscōdant sub falsis responsionibus, & palliationibus. n. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.*

21 *Vsurarij nō solū puniunt in cœlo, sed quandoq; etiam in terra in rebus, in filijs, & in pprijs subiectis. num. 22.*

23 *Deus frequenter ostendit in hac vita signū damnationis vsurariorū. n. 24.*

25 *Ostenditur pœna, & periculum eorum, qui mutuo ab vsurarijs accipiunt, & qui de eorum bonis participant, vel qui illos in terris suis permittunt, vel quocunque modo fouent. nume. 26. 27. 28. 29. 30.*

Surarum.

Primo ostenditur inuentio. Secundo prohibitio. Tertio Vsurariorum cõparatio. Quartò malitia. Quinto stultitia, vilitas, & periculum. Sexto responsio, & palliatio. Septimo pena. Octauo damnationis signum. Nono culpa, & periculum aliquorum, qui mutuo ab eis accipiũt, & qui de eorum bonis participant, vel qui illos in terris suis permittunt, vel quocunque modo fouent.

Artic. 1. ¶ Quantum ad primum quatuor genera hominum, quę sunt quasi quatuor rotę in curru Israel, id est in sancta ecclesia sunt à Deo ordinata, & artes illorum, & labores sunt ab ipso inuenti. Ipse nanque ordinauit.

1 Primo prelatos bonos, & uiros ecclesiasticos ad ipsum laudandum, & ad regimen animarum.

¶ Secundo principes, & milites, & alios dominos, & domicellos ad pugnandum, pro iustitia, & terrę defensione, & ad regimen corporum. Tertio fideles negociatores pro vtilitate reipublicę gubernandę.

¶ Quarto omnes fideles, operarios, artifices, seu quoscunque laboratores, qui diligenter implent illud, ad quod nati sunt. Iob 5. Homo ad laborem nascitur, &c. Diabolus uero ordinauit, & inuenit quintum genus hominum, qui sunt quasi rota quinta addita plaustro, id est, usurarios, & ideo nocent. Et quia in labore hominum a Deo ordinatorum non sunt: sed per artem a diabolo inuentam viuere, & lucrari uolunt cũ hominibus in purgatorio non flagellabuntur: sed cum demonibus in inferno. Nam & hoc iustum est: quia usuræ sunt eius nundinæ, in quibus animas accipitur tãquam proprium teloneum. sicut ostẽsum est. S.9.7 Et quia a Deo nec ordinati sunt, nec ars illorum est ab ipso inuenta: ideo a domo sua cœlesti, in qua sui recipient, illos excludet dicens per Psal. 14. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? Sequit: Qui pecuniã suã nõ dedit ad usuram: ergo qui pecuniã suã, uel alias q̃ hic noĩe pecuniæ intelliguntur, in quibus usura cõmitti potest, dat ad usuram, ibi non habitabit: quia non habitabit iuxta te malignus. in Psal. 6.

¶ Vsurarius uero est malignus, & iniustus. Primo quia facit contra legẽ Dei in antiquo testamento. Deute. 23. Fratri tuo sine usura illud, quo indiget, cõmodabis. Et Leuit. 25. Si attenuatus fuerit frater tuus, non accipies ab eo usuras, nec amplius, quàm dedisti. Et in nouo testamento. Lu. 6. Date mutuum nihil inde sperantes. Secundo quia facit cõtra legem naturæ, quæ vult, ꝙ facias alteri quod tibi uis fieri; sed tu uelles, ꝙ in necessitate tua alij tibi sine usura mutuarẽt: ergo, &c. Tertio contra leges sanctæ matris ecclesiæ: sicut patet extra li. 5. titu. 18. de vsuris per totum. Quarto contra legẽ ciuilẽ. C lib. 4. de usuris. l. 1. in qua scribit q̃d usuræ optimo iure debentur. Gl. 1. pessimo Et allegat gl. ad hoc legẽ. C. li. 3. tit. de inofficioso testamẽto. l. fratres. Ad cuius tituli declarationẽ est aduertendũ, ꝙ inofficiosũ, testamentum est, quando ille qui iure sanguinis deberet esse hæres, est in testamento exhæredatus, & alter hæres institutus: in titulo ergo illo ex ostendit in quibus casibus exhæredatus potest habere actionem contra institutum. Quorum casuum vnus continetur in lege prædicta de liberto, quem dominus suus liberum fecit, & hæredem suum instituit, si exhæredatus posset ostendere, quod ille legitimatus, & hæres institutus fuit patrono suo, ipsum legitimanti ingratus habet actionem contra eum. Verba autem legis sunt hæc quantum ad propositum istud. Liberti, qui perperam, & non bene merentes maximisque beneficijs suum patronum assecuti, instituti sunt, &c. quæ uerba glo. sic exponit: beneficijs, id est, maleficijs: ironice enim loquitur. Et allegat ad

Artic. 2.
2

gat ad hoc leges in ff. nouo libro primo titulo de damno infecto ex l. damni. §. quocunque: & libro 9. titulo de furtis. l. inter omnes. Assecuti, id est, persecuti. Quibus concordat illud Iob 2. Benedic, id est, maledic Deo, & morere. Quare ergo mirātur legistæ, quod sacra scriptura, quæ nō debet sanctum dare canibus, tam secrete loquitur, quando non totaliter negligentibus sensum suum ostendit, postquam leges illorum tam occulte, & improprie loquuntur? Vel potest exponi sic, optimo iure, id est, iure diuo, quo aliquando cōcessum fuit Iudæis, ꝙ propter cæteras causas a saracenis: sed non a fratribus suis usuras accipere potuerunt, ut quos bello superare nequibant, usuris depauperarent: quia in terra eis data a Deo habitabant. Deutero. 11. Omnis locus, quē calcat pes, uester erit, quæ concessio cum causis suis nūc cessat. Et ideo qđ fuit tunc optimo iure cōcessum, nūc est optimo iure ꝓhibitū. Deutero. 23. Non fœnerabis fratri tuo ad usuram.

3 ¶Quinto contra antiquam consuetudinem, & Christianitatem, ut scribitur: uix inueniebatur vnus vsurarius in ciuitate, & ipse non fœnerabatur, nisi data fide, quod ipsum nō publicarent: tantum tunc erubuerunt, propter operis vilitatem, & sociorum paucitatem: quando vero de illo vehemens oriebat̄ suspicio domus eius vocabat̄ domus diaboli, & sic ab alijs osculum pacis ei in ecclesia non dabatur. ignis a vicinis in domo eius nō sumebatur. Pueri eum expauescētes digito demonstrabant. Nunc autem propter huius peccati frequentiā vix ab aliquo abhorretur, propter quod nunc dicunt: malum bonum, & è conuerso. Esa. 5. Sicut patet non tantum de his, sed etiam de alijs, quo olim dicebantur falsi assessores: nunc uocantur uiri sapientes: sed væ qui dicunt malum bonum. Esaiæ 5.

¶Sexto contra omnem rationē faciunt. Si enim contra rationem facere diceretur, qui mille libras expēderet circa vnum obibulū lucrandum: immo circa chordā ad ipsū suspēdēdū, multo plus contra oēm faciunt rōnē: quia aīam suam expendūt circa usuram, pro qua semper suspendantur, & semper in suspendio viuentes nunꝗ deponentur. Audaciores sunt oībus furibus: quia furtum suū portant ad locū, ubi certi esse possent: si uellent, quòd spoliabūtur, & damnabuntur: quia nō deficiēt de plateis eius usura, & dolus: in Psal. 54.

¶Propter quod non tantū in morte damnabuntur, sed etiam ante mortem quilibet illorum comparatus est. Primo rebus insensibilibus. Secundo animalibus irrationabilibus, & uilibus. Tertio hominibus malas conditiones habentibus. Artic. 3.

¶Quantum ad primum inter creaturas insensibiles. Primo comparatur pixidi, uel trūco, cuius clauis est amissa, in quo est paruum foramen superius, p quod pecunia immittitur: sed clauis amissa est, extrahi non potest antequàm frangatur. Sic usurarius, & quicunq; aliena detinet, est pixis seu trūcus diaboli, in quo cōgregat illicita lucra: sed quia clauem, id est, uolūtatem amisit restitutionis, extrahi nō possunt, quę male lucrātur, antequàm arca cordis morte frāgatur. Tūc diuitias, quas deuorauit, euomet. Iob 20. Secundo spongiæ quæ aquam recipit sed nō emittit, nisi cōprimat̄. Sic nec isti, nisi morte cōprimantur. Nā propter infirmitatis, uel aduersitatis cōpressionē non restituūt. de quibus in Psal. 34. Dissipati sunt, nec cōpuncti. Tertio bursæ, quæ qn̄que propter pecuniam, quam continet, scinditur, & sic pecuniam portat ad propriā destructionem. Sic usurarius. Propter hoc cuilibet ipsorū dicet: illud Act. 8. Pecunia tua sit tecum in perditionē. 4

¶Quantum ad secundum inter creaturas irrationales. Primo cōparātur, & assimilantur simiæ. R. 1. 26. in fine. Secūdo busonibus, q, vt dr̄, vineā 5 Buso.

exeunt, quando florere incipit, eius odorem non ualentes sustinere. Sic isti omnino terræ dediti exeunt de vinea ecclesiæ Esaiæ 5. quando sciunt, quod prædicabitur, nolentes intelligere: vt bene agant, similes illis. A. 26. 20. de quibus dicit Christus: propterea uos non auditis: quia ex Deo non estis. Si vero uerecundia ducti in ecclesia remanent grauantur, & obloquuntur Amos. 5. Odio habuerũt in porta corripiẽtem, & loquentem perfecte abominati sunt. Et addit propheta causam, & pœnam dicens, pro eo quod diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo, domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis. Tertio usurarij, & quicunque propter ptolem ditandam iniuste acquirunt, sunt similes vipere, quæ occiditur propter pullos, nec filij, vel filiæ in bonis illis prosperabuntur: quia transferantur filij eius, & mendicent, & eijciantur de habitationibus suis: scrutetur fœnerator omnem substantiam eius: vt sicut de diabolo uenit: ita ad diabolum uadat substantia eius. Ad locum vnde exeunt flumina, reuertentur Ecclesi. 1. Quarto assimilantur equo vmbratico: quia plus timẽt vmbram, id est, paupertatem temporalem pro se, & suis, quàm bellum mortis æternæ. Et tamen in rei ueritate pauperes non essent restituendo: quia iniuste ablata restituẽdo restituitur eis regnũ cælorum: quomodo ergo pauper, dicendus est, cui ius acquiritur in tali regno? cui angeli seruiunt, qui habet habentem omnia? qui multa habet in re, & omnia in spe? ergo trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Potius ergo deberent illum timere, qui ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum: in Psal. 71.

Vipere.

6 ¶ Quantum ad tertiam partem huius articuli inter creaturas rationales. Primo assimilantur habentibus infirmitates spirituales. Secundo corporales inter habentes spirituales defectus primo comparantur latronibus, primo propter similitudinem, quam habent cum eis. R. 1. 26. Secundo quia frequenter utuntur re obligata, & sic vsum furantur, & non computant, quod est peccatum secundùm sanctũ Tho. in summa. q. 88. articu. 2. ar. 6. nisi forte talis res esset, cuius usus sine precio soleat concedi inter amicos: sicut patet de libro commodato. Sicut nanque mutuum resistit in his, quæ consistũt in numero, & pondere, & mensura, in quibus non oportet, quòd reddatur idem numero, sed sine deterioratione reddere oportet: sicut patet de equo, libro, & huiusmodi vtendo tergo & deteriorando uestes, & huiusmodi eis impignoratis, quis eos a periculo furti excusabit? Vno ergo vsurario, uel falso homine alium talem decipiente: sicut frequenter contingit deceptus congrue dicere posset: sicut Tullius refert quendam magistrũ dixisse latronum. In domo enim, in qua furabantur vnum preciosum videns iocale dixit, quòd illud specialiter custodirent: in nemore uero quãdo prædam diuiserunt, illud non inueniẽs dixit: mihi uidetur, quòd sunt latrones inter nos. Ait latro ad latronem, quasi sic loquuntur, quando latro latronem, uel falsus falsum, usurarius usurarium accusat, uel cum eo contendit dicens. Vsuram, & superabundantiam accepisti. Ezech. 22. Secundo assimilantur raptoribus. vnde Ambrosius de bono mortis. Et habetur. 14. q. 4. si quis. Si quis, inquit, usuram accipit, rapinam facit, uita non uiuet. Tertio assimilantur homicidis: sicut colligitur ex uerbis August. ad Macedonium. Et habentur. 14. q. 4. quid dicam. Quid dicam, inquit, de usuris, crudelior qui trucidat pauperem fœnore, &c. vult enim dicere, quòd non minus crudelis est, qui trucidat pauperem usuris, quàm qui diuiti aliquid eripit. Sed tales conarẽtur diuites suspendere, uel emendare: quare ergo non conantur idem facere vsurarijs. 2

7 ¶ Inter patientes defectus corporales,

tales. Primo assimilantur litargicis: quia sicut illi ita profunde dormiuit, quod excitari uix poterunt, immo dormiendo moriuntur: ita isti sic dorminnt, quod nullo clamore prædicationis, uel promissionis, uel comminationis euigilare, nec aliena restituere uolunt, nec aliquo excitari possunt, nisi igne infernali, & tunc inuenient, quòd nimis profunde dormierunt. Psal. 75. Dormierunt somnum suum, &c. Sapien. 5. Transierunt omnia, &c. Secundo frenetricis: quia sicut illi infirmitatem suam non sentientes in illa ludunt, & uolentes eos iuuare derident: ita isti. Sicut patet de illo, de quo refert Or-
Exēplū. do episcopus parisiensis, quòd cùm vsurarius esset de minis inferni, & mortis, quæ ei in sermonibus, & alijs reprahensionibus fiebant, ludēs, seruū suum infernum uocabat, qui subito mortuus fuit, & alium inuenit infernum, in quo non habuit trufandi voluntatem, nec congregat diuitias usuris, & fœnore liberali Prouerb. 28.

Artic. 4. ¶Quorum quanta sit malitia patet ex comparatione ad diuersas malas res, quarum tamen malitiā excedunt. sicut patet primo de furibus. In præcedenti nanque articulo ostensum est, quod sunt eis similes, quod etiam sa-
8 tis innuit Christus Matth. 21. vbi eiecit nummularios de templo dicens: Domus mea, &c. uos autē fecistis illam speluncam latronum. Hic uero ostendere restat, quod sunt illis peiores: quia fur communiter de nocte furatur, vnde dicitur a furno, id est, a noctis nigredine. Vsurarius uero furatur nocte, dieq́; nulli parcens tempori, uel solennitati: nam quo ad illud, quod sibi accrescit ex mutuo nūquam dormit, quid illud semper crescit, & dum illud semper crescit, semper crescit peccatum in anima. Hoc ergo peccatum pro tanto omnia alia excedit peccata: quia ab alijs quandoque saltem dum peccatores dormiūt, cessatur, ab isto uero nunquam. Et sic vsurarius similis est diabolo: quia sicut ipse semper uigilat ad male faciendum: ita iste siue dormiat, siue uigilet quantum tamen ad animam, in qua semper peccatum currit, & crescit, sicut tempus currit extra, & crescunt vsuræ, semper cum diabolo ad infernum ambulat, quod ergo mirum est; si cito ad infernum ueniat, qui continue uersus illum currit. Cum vnus vetulus citius ad vnum locum venire posset, cōtinue eundo, quàm vnus cursor, qui multas faceret pausationes. Sic isti tātum festinant, & tot dietas ante mortem faciunt, quod in morte in puncto ad inferna descendent Iob 21.

¶Secundo malitiam excedunt Iudęorum: quia ipsi non accipiunt usuram de fratribus suis Iudęis: falsi uero Christiani a fratribus suis accipiūt Christianis, contra illud Deutero. 23. Non fenerabis fratri tuo ad vsuram. 9

¶Tertio peiores sunt Iuda proditore: quia sicut legitur Matth. 27. Iudas pœnitentia ductus retulit triginta argenteos, quod isti facere nolunt.

¶Quarto peiores sunt inferno: quia infernus, quos incarceratos detinuit, legitimo domino ī passione restituit, quod non facit vsurarius, uel aliena iniuste detinens.

¶Quinto peiores sunt dęmonibus. Primo, quia dęmō vnus in vno loco, pro vno tempore nocet: vsurarius uero simul, & semel multis nocet, quorū bona ad usuras currere facit, vnde nomen eius potest dici legio, id est, multitudo dęmonum Lucę 8. Secūdo quia dęmon de delitijs illicitis, & lucris turpibus, & alijs peccatis, quæ quodammodo peccatoribus mutuat maiorem dat terminum: quia vsque ad mortem: usurarius uero uix dat annū, sed cito repetit dicens. Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego cum usuris utique exegissem illam Luc 19.

¶Horum primo patet stultitia. Secundo vilitas. Tertio periculum. Primū patet primo in hoc, quod potius Artic. 5. 10

fœnerat homini pro minimo lucro, quod ueraciter est damnum, quam Deo in membris suis: sicut dicitur Prouerb. 19. Fœneratur domino, qui miseretur pauperis, pro maximo lucro regni cœlorum sub carta Dei, in qua scribitur centuplū accipiet, beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur. Matth. 5. Secundo quia plus dat pro usuris, quam ille, cui mutuat, pro toto mutuato: quia ponamus, quòd ille, cui mutuat, dat denarium, uel ualorem denarij in septimana. Alius uero qui illum denarium recipit pro illo animam dat, & regnum cœlorum, & pœnæ se obligat
10 infernali: ergo est stultus mercator. Tertio quia non vult restituere denarium, vt habeat Deum, & regnū cœlorum. Sic stulti sunt: quia restituendo non depauperantur, sed ditantur: quia Deum acquiruntur & gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Venerunt mihi omnia bona pariter cū illa Sed forte sperant, quòd filij, vel alij restituent pro eis. Sed uideant ipsi quantum pro suis fecerunt, uel restituerunt, & minus sibi fieri putent: quia quotidie refrigescit charitas multorum. Secundum etiam patet, in hoc,
11 quòd officium illorum vilius est officio cuiuscunq; laboratoris, vel artificis: quia inter omnes artifices ipsi in tantum subterfugia quærunt, quòd vix est aliquis, qui se vsurarium profitetur.
Exēplū. Ad quorum confusionem fertur, quòd quidam prædicans sciēs ibi multos adesse vsurarios, quæsiuit, si aliquis esset vsurarius, & omnibus tacentibus, quæsiuit, si aliquis esset ibi cloacarius. & vno respondente, quòd sic. Intulit prædicator ecce uidetis, quàm uile sit officium usurariorum, vilius uidelicet officio cuiuscunque artis: quia cum alius pro arte sua vilissima respondeat, ipsi pro arte sua loqui erubescunt: quid ergo facient, vel quomodo erubescent in die iudicij, ubi non poterunt se occultare: nec uitia sua palliare, uel excusare: sed oīa nuda erunt, & aperta toti mundo? De quodam etiam alio fingitur, uel fertur, quasi per istum modum, ꝙ in quadam patria prædicans in fine dixit: ꝙ uoluit separatim homines absoluere eiusdem artis. Dixit ergo surgant homines talis artis, & simul benedictionem accipiant, quod cum plures fecissent, vltimo ait: surgant usurarij, quod cū facere nollent, ait: ex quo non vultis surgere, vt habeatis benedictionē: sedeatis, & habeatis maledictionem. Si ergo in die iudicij totius mundi confusionem, & Dei maledictionem vitare vultis, usuras ne singuli a fratribus uestris exigatis. Neemiæ 5. Exēplū.

¶Horum periculum patet primo: quia nunquàm restituent. R. 6. 13. Secundo in hoc, ꝙ omnem uiam cœli eis obstruunt. Nam vniuersæ uiæ dñi misericordia, & ueritas. Viā misericordiæ obstruunt in hoc, ꝙ nihil faciunt pro misericordia, sed pro pecunia, seu lucro quocunque terreno. Viam ueritatis in hoc, ꝙ ore vnum dicit, & opere aliud facit. Dicit nanque ore, ꝙ ꝓ amore Dei ei mutuat, ipsumq; compassione iuuat: sed ꝙ mentitur opus sequens ostendit, quando plus petit, quàm tradidit. Nam aufert ab eo spē lucri terreni, & nō mutuabit: ergo spes illa dat causam contractui: quia sine ipsa non esset mutuaturus, & omne propter quod, & illud magis facit ꝓ amore lucri, quàm Dei. Eis ergo dicturus est Deus. Amen dico uobis: recepistis mercedem vestram. Ergo nullum usuris opprimes. Exodi 22. 12

¶Sed heu cum innumerabiles sint, nullus se vsurarium fatetur: sed omnes usuras suas abscondunt sub falsis responsionibus, & palliationibus. Nā quidam illorum usuram palliant sub specie locati, & conducti contra legē. Coll. 14. Sicut illi de quibus tactū est. V. 8. 41. qui bouem, uel aliud animal realiter uendunt: sed quia emptor statim soluere non potest, ei animal locāt ad certū diē, quo ꝓmittit se soluturum, dicentes. Tantum pro boue ad Artic. 6 13

tale m

talem terminum recipere possumus, verum est,& licitum esset, si bos illorum esset,nunc autem: quia illius est, qui ipsum emit,non bouem:sed dilationem uendunt solutionis, & illud est usura: sicut & quæcunque venditio charior propter termini dilationem Alij dicunt placet partibus: nam tam sibi, quam mihi facio auantagiū: quia de decem solidis, quos ego mutuaui, lucratus est duos uel tres, ex quo lucratur quale est peccatū, ꝙ mihi det partem lucri sui in pecunia, vel in pane,uel carnibus,uel in huiusmodi rebus, in quibus pecuniam sibi mutuatam expendit,& mercatur, uel quare non possum ad mensam eius pro tali pacto comedere? Respondetur quod non ualet,quod placet partibus,uel utraque pars lucratur:ergo est licitum. Nam fornicatio placet partibus:*& tamen peccant* contra Dei p̄ceptum *facientes. Si* ergo auantagium quærunt,mutuet pro amore illius,qui dicit Lucæ 6.Date mutuum nihil inde spetantes, ut lucrentur regnū cœlorum.Vnde glo.super illud. Non in homine spem mercedis ponatis: sed in Deo,quo iubēte hæc fecistis,& hæreditas uestra in æternum erit. Aliter uero non lucratur: quia quod,lucrari æstimat,suum non est.

14 ¶Sed forte dicent ꝙ ille, a quo lucratus est,illud quod lucratur,ei dare posset,cum suum sit, & de suo licitū est ei facere, quod vult. Sicut ergo libero dono facere posset: ita etiam ex libero pacto. Respondetur primo per rationem:quia non est sic suum, quin principalius fuit Dei: quia sui vt baliui,uel distributionis: qa de omni minuto durissimam reddet rationem, Dei autem ut domini, cuius est terra, & plenitudo eius: sicut domini principalis,& ordinatio,& præceptum, & prohibitio eius potius tenenda est de rebus proprijs,quam pacta serui: immo pacta seruorum in hoc casu tenēda non sunt: sicut patet expresse per legem ciuilem.C.lib.2.tit.de pactis.l. pacta.sub hoc tenore. Pactá quæ contra leges, constitutionesq;, uel contra bonos mores fiunt, nullam uim habere,indubitati iuris est. Sed talia pacta sunt cōtra leges diuinas:sicut ostēsum est supra eod.c.artic.2. Et contra leges ciuiles: quia ī iure ciuili approbantur quatuor concilia: sicut patet per glosam.C.lib.4.titu.de usuris sub his uerbis. Iure nouo ex toto tollantur usuræ:ut in autentico de ecclesiastico titulis.co ll.9.§.1. ubi dicit seruādas regulas sanctorum quatuor conciliorum.Sed in Niceno cōcilio sunt prohibitæ:ut distin.47.c.quoniam.Sequitur ibi in glosa. Item si nulla lex diceret, adhuc non ualent, cum sint contra legem Dei. Et inferior nō potest tollere legem superioris: ut ff.ad Trebellianum l.ille a quo, id est,in inforciato,lib. 15.§. tempestiuum. & ff.de arbitris.l.nā magistratus, id est, in ff.uete.lib. 4. Item contra naturam est,vt seruus tollat legem domini sui. C.lib.2.de pactis.l.seruus: ubi de seruo sic dicitur. In deterius autem nouo pacto reformare non potest obligationem recte constitutam. Non ergo stipulatio,non pignus, non iuramentum de his præstandis tenet, ut patet C.lib.1.titu.de legibus, & constitutionibus.l.non dubium,id est,lib. 1.ubi sic scribitur. Nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullū cōtractum inter eos uideri nolumus subsecutum, quam contrahunt lege contrahere prohibente, quod ad omnes etiam legum interpretationes tā veteres quam nouellas trahi generaliter imperamus. Et parum infra sequitur: s̄m prædictā itaque regulam, nec stipulationē huiusmodi tenere, nec mandatū ullius esse momētı, &c. Act.5. Oportet obedire Deo magis, quā hoībus. Hęc sunt multū cōtra illos, cōtra quos disputatur.C.8.arti.6.

¶Si uero quærere uelint: quare lex Dei usuras prohibuit, & quare sine vsuris mutuare præcepit indigēti, & quare fructus rerū impignoratorum 15

compu-

computare debent, cum possit res suas tenere bladum in grangijs, & pecuniā in bursis, quare ergo lex Dei præcipit, quòd ita mutuēt, nisi aliquid inde recipere possint auātagium? Primo respōdet lex ciuilis. C. de legibus, & cōstitutionibus lib. 1. l. non dubium. Legis, inquit, latori, quod fieri non vult, lex tantum prohibuisse sufficiat. Secundo respondetur, quòd sic quærentes parum habent rationis. Si enim eis uidetur quod ipsi debeant ordinare de rebus suis: sicut placet eis, quare nolunt, quod Deus habeat eandem libertatem, qui nobis tradidit bona non pro nobis tantum: quia nec pro diuitibus tantum ista creauit: sed vt vosipsos, & pauperes illos sustinetis, eis dando & mutuando: ut illis rebus vobis uitam acquiratis æternam? Qui ergo quæris, quare Deus talia te facere præcepit: ita insipiens est quæstio, ac si quæreres, quare voluit te esse Christianum, & ire ad ecclesiam, & ieiunare, & eleemosynam, & alia charitatis opera facere: quia sicut ista te vult facere, vt pœnas euadas æternas, & animam salues, & regnum æternum acquiras: ita vult te indigenti mutuare, quia in aliquo casu tanti meriti est istud, sicut aliquod prædictorum. Et ad hoc quòd dicis, quòd interim possis de rebus tuis mutuatis lucrari, & auantagium tuum facere. Respondetur quod illud auantagium non habent, nec sunt certi habere: quia interim totum amittere possint, & incertum pro certo uendere iustitiæ, videtur obuiare. Dicit ergo nō mutuabo? Respondetur minus malum seu periculosum videtur esse non mutuare, quam sic mutuare: quia difficilius est aliena restituere, quā de propria crudelitate pœnitere. Dicunt ergo, moritur fame indigens. Respondetur minus malum est, quod corpus suum

16 moriatur fame, quam anima tua usura. Et tamen medium esset eligendum mutuare videlicet sine vsura: quia ex quo sufficiens pignus habes, nūquam tuum amittere potes. Sed dicunt consuetudo est, & iura regni permittunt, quòd fructus non computentur de agro, uel prato, vel moleudino, vel domo impignorata. Responsio patet ex legibus præcedentibus. Si enī omnes leges, & consuetudines hoc permittant, uel hoc habeant, nihil valet contra regem, Deum, & legē eius, qui ait Leuit. 25. Cōputabuntur fructus, & quod reliquum fuerit reddat, id est, rem impignoratam cum tantū de pignore leuauerit, quantum mutuauit, deductis expensis pignus reddat. Etiam ponamus, quòd malum nō esset de se, est tamen malum, quia a Deo prohibitum. Primorū enim parentum comestio de se malum non fuit nisi quia prohibitum. Dicent forte: quare non possumus de re impignorata interim auantagium sumere, sicut possemus de pecunia interim lucrari? Respondetur, quòd cum nulla pecunia posses tibi tantum interim lucrari, sicut lucraris pro amore Dei mutuando: quia lucraris cœlum. Sed dicent: hic etiam viuere oportet, & lucrum quærere pro nobis, & nostris: verum est, sed non contra præceptum, & legem Dei: quia talis non viuit, sed moritur nec uitam quærit, sed mortem æternam. Sic ergo oportet hic viuere, vt semper viuant: quia quid ualet hic uiuere, nisi detur semper uiuere. Et quid prodest homini si mundum vniuersum lucretur, animæ uero suæ detrimentum patiatur? Melius esset ire ad cœlum cum paupertate, quàm ad infernum cum omnibus diuitijs mundi.

¶ Alij usurarum turpitudinem palliant, & abscondere nituntur sub specie emptionis, & venditionis. Sicut 17 fertur fecisse quidam, de quo fertur, Exēplū. quòd uolēti habere pecuniam ab aliquo sub conditione mutui respondit dicens, non mutuabo tibi pecuniam: sed eme asinum, vel equum meum pro 20. solidis, qui uidelicet non ualet nisi decem & mutuabo tibi tantum ad talem

lum terminum. Sub tali colore a diabolo decipiuntur terminarij, illi videlicet, qui uendunt sicut charius vadit in anno,& si tunc soluere nō possint, aliqui pro temporis prolongatione adhuc vsuras augmentant: sic uidelicet, quòd plus uolunt anno sequenti, quàm tunc ualeat bladum, uel qui bladum, uel bouem uēdunt charius: quia emens non potest statim soluere: ideo forte animal, quando tantum valet decem, uendunt ad 12. Quod enim omnes tales usurarij sint patet expresse. extra lib. 5. titu. 18. de usuris. consuluit. Vel qui bladum uendunt, sicut uenditur circa festum Ioannis Baptistæ, uel quemcunque terminū, in quo de communiter accidentibus bladum charius uenditur. Si enim venderet propter proximi compassionē, & non vt seipsum a periculo custodiæ liberaret, quod contigit ex murium consumptione, uel putrefactione, vel alijs fortuitis casibus, cum hac protestatione, quòd non esset uenditurus bladum suum tempore illo, sed quod tantum ei mutuaret, & quòd ei tantū daret pro illo, quantum reciperet pro tali mensura, quando residuum uenderet, quod etiam daret ei libertatem reddendi bladum pro blado vsque ad terminum, in quo residuum uenderet periculum non incurreret vsurarum.

18 ¶Alij sub colore locationis decipiuntur, qui uidelicet emunt ouem, vel bouem, uel aliud animal ab illo, qui nullū animal habet, & hoc sciens dicit illi, qui pro necessitate pecuniæ venit ad eum, trado tibi tantam pecuniam pro tali animali: sed locabo tibi illud animal, pro tanto ad talem terminum. In hoc enim casu, ut Deum decipiant, pecuniam animal uocant. Consimiliter decipiuntur illi, qui ad illos, qui pro pecunia mutuanda ad eos ueniunt, dicunt: non mutuabo tibi pecuniam, sed animalia. Alio uero respondenti, ꝙ pecunia plus, quàm animalibus indiget dicunt: de pecunia tibi mutuata nullum emolimentum habere possumus: ideo accipe hanc pecuniam, & emas tot animalia, oues, uel boues pro tanta pecunia, & responde mihi in anno tantum ꝓ locatione cuiuslibet animalis, & simul cum hoc redde mihi in fine animalia in forma, qua tibi traduntur. Si enim in hoc casu vsuram non committunt, nec Iudæi usuram non cōmitterent uocātes pecuniam bouem, uel equum, quibus illos 12. denarios quos pro obulo ad septimanam mutuabunt, equum uocare possent. Sic & Christianus falsus, qui cum hoc, ꝙ pecuniā nomine animalis locat, naturam non tenet locationis: quia in locatione animaliū, si animalia moriantur sine defectu illius, cui locantur, moriuntur domino suo: quia locatio non transfert dominium in illum, cui locantur. In prædicta uero locatione pecuniæ transfertur dominium: quia mutuans vult integrū habere. Sed cum certum sit, quòd falsa nominatio naturam non mutet contractus, planum est quòd contractor ille, & apud Deum, & apud homines bonos est usurarius. Idem est de illo, qui dicit, quòd non vult mutuare frumentum: sed dicit pro tanto venditur bladum nunc, habeas tantum de pecunia, & emas tibi tot mensuras bladi, & reddas mihi pro qualibet tantū, quantum ualet in ęstate.

¶Alij decipiuntur sub specie falsæ societatis, qui nolunt esse socij periculi, sed lucri. Alij sub vmbra maiorum dicentes, quòd magni, & diuites, & prælati in manerijs suis mutuant, & vendunt prout charius uēditur in anno. Respondetur primo ꝙ forte domini illorum illud ignorant. Secundo quòd licet ipsi vadant ad infernū, non oportet quòd alij uadant, nisi voluerint: quia licet in naturalibus hoc verū sit, quòd superioribus eclipsatis, necesse est inferiora eclipsari, & obscurari non tamen in uoluntarijs. 19

Alij sub specie damni, & ... debitoum

bitorum dicentes, quod diuites debitores sunt ita falsi, quod oportet eos charius uendere propter damnum, qđ habent: quia nō soluunt fideliter, nec ad terminum, vnde uellent quod prędicaretur ita bene contra malos debitores quibus si ueritas dicatur, verius dici non potest, nisi quòd ipsi ex vna parte sint cupidi vsurarij & alij ex alia parte falsi, & deceptorij debitores. Alij uero se abscondunt sub defectu probationis: sicut illi, qui nunquam mutuant, nisi Soli, qui faciet eis obligationē de 30. ubi non recipiunt nisi 20 timent enim si pluribus simul venientibus mutuarēt, ne usurarij apud mundum probarentur, & non timent ne apud Deum, qui semper est præsens, quādo mutuant, æternaliter cōdemnentur. Nunquàm enim solo p̄sente mutuant, ubi tam Deus, quam angeli, & tota curia adest cęlestis: sicut patet. A. 25.17. & multi dęmones quātum ad intuitum sunt præsentes, & tamen ipsi uidentur esse de istis, qui dixerunt: non uidebit dominus, nec intelliget Deus Iacob. Intelligite insipientes, & stulti aliquando sapiente: nunquid qui plantauit aurē non audiet, aut qui finxit oculum non considerat?

20 ¶Alij uero usuras abscondere nitūtur sub specie curialitatis nolētes pecuniam habere pro pecunia mutuata, sed de pane cum pistoribus, de carne cum carnificibus, de potu cum potatoribus, & sic de alijs, de habendo cōueniunt, non attendentes præceptum Christi. Lu. 6. Date mutuum nihil inde sperantes. Alij usuras suas abscondere nitūtur sub pacto pœnarum, seu sub pacto legis commissoriæ. Est autē illud pactum tale. Obligo tibi pignus tale, id est, rem mobilē, uel hypothecam, id est, rem immobilem, uel pro tanta pecunia ad talem diem, hoc adiecto, quòd nisi soluam tibi illam pecuniam ad talem diem pignus seu hypotheca tibi semper remaneat. Istud faciunt in fraudem usurarum, ut p pecunia ad terminum talem mutuata habeant pignus, multo maioris valoris: quia in spe illud habendi mutuant male usuras suas abscondunt: quia usurarum contractum in omni iure prohibitum abscondere nituntur sub alio contractu æqualiter prohibito. Nam pactum legis commissoriæ propter inopiam debitoris, est inhibitum in iure canonico extra lib. 3. titu. de pignoribus. cap. significante. Et in l. ciuili. C. lib. 8. tit. de pactis pignorum. l. 1. non tantum in foro consciētiæ, & sed in foro iudiciali: intantum, quòd mihi soluenti tibi ratum, id est, quod mihi mutuasti, mihi competit contra te pignoraticia actio. Vult tamen lex prædicta, quòd pignus in die vendatur quando debitor in die non soluit, & creditor tantum accipiat, quantum mutuauit, & residuum soluat debitori. Aliqui uero in fraudem istius prohibitionis non dicunt. Obligo ter tale negotium, & nisi illud redemeris tali die, sit tuū sed uerba habent uenditionis in fraudem prædictæ legis dicentes. Eman illud a te: & nisi redimas illud ad talem diē amittas illud, & fit charta simplicis uenditionis cum scripto a latere, quòd illud redimere posset, realiter est pactum legis commissoriæ licet uerba sint vēditionis. Beatus ergo de quo uerificatur illud Ezechiel. 18. Pignus debitori reddiderit, & per uim nihil rapuerit, ad usuram non commodauerit.

¶Contrarium facientes damnificātur quandoque in rebus, in filijs, & in proprijs subiectis. Primum ostensum est per exemplum fabulæ. M. 9. 2. sed tamen talibus mutuant: quia pulchre promittunt, & quòd lanam, & huiusmodi ī meliori foro habere sperant ratione mutui, & quia etiā charius eis uendunt ratione termini, & hæc est causa, quare falsus promissor, & cupidus mercator ad damnum p̄prium frequenter concordant. Secūdū sæpius uidetur, ꝙ uidelicet de filijs vsurariorū verificat illud Psal. 108. Artic. 7. 21

transfe-

transferantur filij eius, & mendicent, & eijciantur de habitationibus suis: quia ſępe terras, & domos, quæ patres eorum vſuris acquiſierunt, alijs vſurarij obligant, & cum illis, dum durant, luxuriantur, & de patris incendio nihil cogitant. Iuxta illud Iob 18. Non habebũt filij eius memoriam illius, nec miſerebuntur incendij eius: ſed poſtmodum cum ipſi ad idem incendiũ venerint, de eius malitia conquerũtur: quia ſicut dicit Ecclesi. 41. De patre impio conquerentur filij: q͞a per ipſum ſunt in opprobrio. Tertium patet: quia corpus, & animam obligat ad gehennam. Nam cœlum iuſte petere non poteſt: nam ad eandẽ legẽ, & iudiciũ obligat ſe, quo alijs mẽſurant. Matt. 7. Eodẽ iudicio, &c. & eãdẽ mẽſura, &c. Sed ipſe nihil dare, vel mutuare vult, niſi det ſibi melius, q̃ illud qđ tradit: ergo nec cęlũ alio pacto tradetur ſibi: quia ipſe melius dare non pôt: neceſſario ergo illo carebit. Iſte proceſſus, quòd ad paria iudicabũtur,
22 confirmatur per decretalem. lib. 5. tit. de vſuris. cap. quia fruſtra. Vbi ſic dicitur: quia fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem ſtatuimus: vt ſi quis vſurarius a nobis literas impetrauerit ſuper reſtituendis vſuris, vel fructibus computandis in ſortem, niſi prius ipſe reſtituerit vſuras, quas ab alijs noſcitur recepiſſe, autoritas literarum nullatenus audiatur: ita nec in curia Dei aliquid impetrabit, quod ei valebit, niſi prius reſtitutis vſuris, & niſi ab hoc errore ceſſauerit: quia iudicium ſine miſericordia his, &c. Iac. 2.

¶In quo iudicio tanto alijs peccatoribus grauius punietur, quãto plures eius vſuris corrupit illos videlicet, ad quorum manus deuenerunt, qui & in illis peccata augmentant. Et ſecundùm decretalem prædictam talis dũ viuit, & alij pro ipſo poſt mortem fruſtra legem inuocant miſericordiæ, vel pacis, vel requiei, vel adiutorij cuiuſcunque ſancti: quia legẽ miſericordię nõ tenuit: quia nõ ꝓ miſericordia, ſed pro pecunia, vel lucro terreno mutuauit, qui etiã nunquàm a peccato quieuit, fruſtra auxiliũ inuocat quietis per dicentes requiem æternam, &c. Poterunt angeli optime reſpondere: legem non tenuit quietis in gratia: ideo quietem non inueniet in gloria. Immo Deum, & ſanctos, per quorum feſta vſuræ ſuæ creſcebant, & currebant, ſemper prouocauit in culpa, ipſorũ iudicio ſemper inquietabitur in pœna. Et ſi ille in libro Nume. 15. de præcepto Dei legitur lapidatus fuiſſe, qui ligna collegit in ſabbato, quale iudicium dabit de illo, cuius vſuræ per omnes dies ſanctorum totius anni currunt, & continuantur: quia etiam in ſanctiſſimis diebus illas colligit ſibi portatas. Si iterũ nullum tempus iure quis petere poſſit, quod voluntariæ vendidit, quali iure poſſint ipſi petere, vel alij pro eis poſt mortem lucem, vel requiem cœli. Nã dum vixerunt, vendiderunt dilationẽ ſolutionis: quia charius propter illam vendiderunt: in dilatione autem illa nullum tempus eſt niſi dies cum luce, & nox pro requie. Ergo vtrunque vẽdidit tam tempus lucis, quam quietis. Fruſtra ergo petit, vel pro eo petitur lux, vel quies cœli, tum quia cõtra legẽ peccauit lucis, & quietis, dũ vtroque tempore vſurę ſuę currebant, tũ quia ſententia data eſt. Ezech. 12. quòd qui vendidit ad id, quod vendidit, non reuertetur. Ex quibus motiuis fertur quẽdam ſacerdotem motum, qui dum parochianos ſuos admoneret, dicere ſolebat. Orabitis pro omnibus animabus excepta anima patris mei, pro qua non orabitis: quia fuit vſque ad mortem vſurarius, quem ideo dominus non recipiet: quia ſicut dicitur. 2. Paral. 19. Non eſt apud dominum iniquitas, nec munerum cupido. Exẽplũ.

¶Signa autem dãnationis vſurarij Deus frequẽter oſtẽdere dignat' eſt: ſicut patet primo ꝑ exemplũ. M. 9. 40. Artic. 8.

Secun-

23 Exẽplũ. Secundo per exemplum de quodam alio, de quo fertur, ꝙ cum mortuus ab omnibus vicinis fidelibus, & iustis non posset leuari: ut ad ecclesiam portaretur, occurrit cuidã inter eos, ꝙ cõsuetudo illius ciuitatis erat, ꝙ quilibet ad terram portabatur per homines artis suæ; quod cũ alijs intimasset, & ipsi caute fecissent quatuor usurarios uenire, faciliter ipsum leuauerunt. Nec mirum: quia quatuor dæmones portauerũt quintum: vt Deus ostenderet, quòd anima a dęmonibus portabatur ad infernum per hoc, ꝙ corpus sine ministerio diaboli ad terram portari non poterant, sed ab his, qui sicut ipse descendunt in lacum? Ezech. 26. Tertio idem alio ostenditur exemplo de quodam, de quo fertur quasi sic, quòd cum sacerdos bonus illum in ecclesiastica sepultura nolet sepelire, sicut nec debuit, sicut patet per constitutionem Grego. 10. in concilio Lugdunensi. Et extra li. 5. titu. de usuris. cap. quia in omnibus: asserens quòd hæc terra Dei est: ideo in illa homo diaboli non sepelietur, amicis uero uolentibus ipsum in via sepelire restitit minister regis dicens hæc terra regis est, hic non sepelietur. Ipsis uero altercantibus affuit diabolus asserens, quòd tantum faceret pro eis, quòd ipsum portaret ad locum sepulturæ sibi debitum, & tollẽs ipsum portauit ad infernum: ut ibi sepeliretur sepultura illa, de qua Lucæ 16.

Exẽplũ.

24 Exẽplũ. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Quarto idem ostenditur exemplo cuiusdam talis, de quo fertur, quòd cum briga fieret de eius sepultura, alijs asserentibus, quòd non debuit sepeliri sepultura ecclesiastica, alijs dicentibus contra de communi consensu in hoc consenserunt, quòd corpus poneretur super animalia rogantes, ꝙ Deus animalia dirigeret ad locum, ubi uellet ipsum sepeliri, sicut dixerit animalia de Azoto cũ arca testamenti. 1. Reg. 6. Animalia uero directe sine omni humano conductu illud portauerunt ad furcas ibi stantes, nec ultra illud portare uolebant, ut ꝙ latronum uitam duxerat: sicut habetur supra eo. c. 6. cum latronibus sepeliretur, & ibi proijceretur, ubi cadauera putrida proijciuntur. Sicut ille Ioachim. Hiere. 22. Sepultura asini sepelietur, quo ad corpus, & peius quo ad animã: nam sicut asinus per pedes: ita iste per animam trahitur ad foueam inferni ad modum ꝓditoris: quia ꝓditor Dei est cuius seruũ se dicit ore, & occulte contra ipsum agit, & proximum, quem sub specie decipit pietatis. Ideo legitur quidam de quodam vsurario dixisse, de quo fere quòd cũ quendam prædicantem audiret, quòd dęmon omnes usurarios ad infernũ portaret, de sermone cum indignatione recedens, cuidam uicino obuiauit, cui cum causam suę irę narrasset, quæsiuit quid ei dare uellet, & cum ipso rediret, & coram omnibus dictũ suum reprobaret connentione facta abierunt. Prędictus uero vicinus quęsiuit alta voce a ꝑdicatore, si dixisset, quòd diabolus omnes usurarios ad infernum portaret. Dixi, inquit, Cui alius. Non dixisti uerum, non faciet eis tãtam reuerentiam: sed trahet eos post se fuscinulis ad infernum: sicut prædictum est, trahitur cadauer mortuum, & proditor, qui proditoriæ diuitias cõgregat. Sic qui coacernat diuitias usuris. Prouerb. 18. Exẽplũ.

¶Illorum uero, qui mutuum accipiunt ad usuras in aliquo casu, magnum est peccatum, & periculum: sicut ostensum est. H. 4. 17. Et M. 9. 2. Artic. 9. 25

¶Quantum vero sit periculum illorum, qui de bonis sic acquisitis participant, patet per exemplum de sancto Furseo, de quo scribitur, quòd cũ aliquo tempore tunicam ab usurario recepisset, & pro eo specialiter non orauerit, cum esset in infirmitate detentus, portabatur illa tunica coram eo ardẽs ab angelis, & ꝓiecta super faciẽ suã, dixit angelus, ab impio recepisti, ꝑ eo nõ orasti. Sãctus vero sanitati

nitati restitutus semper maculam cōbustionis in facie gessit: quia in tantillo communicauit cum usurario.

¶De talibus dicit Decre. extra li. 5. titu. de usuris. cap tua nos. sic tua nos duxit fraternitas consulēdos: quid de vsurariorum filijs obseruandum sit, qui eis in crimine usurarum de functis succedunt, aut extraneis, ad quos bona vsurariorum asseris deuoluta, tuæ igitur quæstioni literis præsentibus respondemus, quòd filij ad restituendas usuras ea sunt districtione cogendi, qua parentes si uiuerent cogerentur: hæc ibi.

¶Decretū uero sumptum ex uerbis August. ad Macedonium dicit, ꝙ nisi restituant, pœnitentia nō agitur: sed similatur. 14 q. 6. si res aliena. Propter quod dicit Hiero. Cauendum est nobis, inquit, maximè, ne ab his accipiamus munera, quos nouimus viuere de lacrymis Pauperum. Sed dicunt, nobis non imminet periculūm: quia illa iniuste non acquisiuimus, sed tali, uel tali titulo habemus Sed caueāt: quia quilibet respondebit non tantū de eo, quod ut latro acquirit: sed qđ vt latro accipit. Tales enim non secūdùm legem mundi tantum: sed etiam secundùm legem Dei descendent ad infernum uiuentes, non quia usuras acceperunt, uel exercuerunt: sed quia nequitia in habitaculis eorum. R. 6. 11.

26 ¶Et si tantum est periculum eorū, qui bona talia participant: multo maius est periculum illorum, qui bona talia detinent, ubi ipsi mali acquisitores præceperunt, quòd ipsa restituerent: tales enim sunt sicut sanguisugę, quæ tumido membro appositæ sugūt sanguinem corruptum, & membrum sanum faciunt mortem sibijpsis acquirentes Prouerb. 30. Sanguisugæ duæ sunt: scilicet filij, & executores, qui semper dicunt: affer, affer? Hoc cogitare deberent ante mortem, qui ita diligenter diuitias quærunt, ut tales filios, & uxorem, & executores dicerent ingratos. Nunquid cogitat talis miser, quòd vxor sua non habebit vnde se alteri post mortem suam maritet, & iocalia induat, uel filij vnde ad taxillos ludant, & lętiores sint, vel executores sui vnde laute comedant, & bibant, & cantent, & diuitias congregent pro anima sua, ubi ipse pro expensis illorum animam suam perdat. Ergo nūc miser cogitare deberet, quomodo ipsis de bonis ab eo acquisitis, post mortē suam cantantibus, & lętos dies ducētibus, ipse in inferno lugebit, & ipse omnibus bonis carebit, cui nec gutta aquæ concedetur. Luc. 16. Sed dicent: non pro ipsis, sed pro nobis dum uiuimus laboramus. Respōdetur, quòd tam ipsi, quàm omnes auari de rebus tēporalibus nimis soliciti antequàm ditentur, se excusant de cupiditate, & auaritia per mundi fortunam, & propriam necessitatem dicentes. Nullū certum habemus: ideo talia inquirimus, & tenemus: sed cum ditati fuerimus, uel certum, vnde uiuere possumus, habuerimus, largi, & curiale erimus. Et tamen sicut ante certam promotionem se excusabant per propriam necessitatem: ita post promotionem se excusant per amicorū necessitatem. & tales tam in paupertate, quàm in diuitijs semper excusationes quærunt in peccatis.

¶Quantum ad tertiam partem huius articuli periculum illorum, qui publicos usurarios in terris suis recipiunt, uel domos eis locant patet secundùm Gregorium 10. id est, in cōsilio Lugdunensi. titulo de vsuris. c. vsurarum. lib. 6. qui statuit, quod nec collegium, nec alia vniuersitas, uel singularis persona cuiuscunque sit dignitatis, conditionis, aut status, alienigenas, & alios non oriūdos de terris suis publice pecuniam fœnebrem exercentes, aut exercere uolentes, ad hoc domos suas in terris suis conducere, uel conductas habere, aut alias inhabitare permittat, sed huiusmodi 27

vsurarios manifestos infra tres menses de terris suis expellant, nunquam aliquos tales de cætero admissuri, nemo illis ad fœnus exercẽdum domos locet, vel sub alio quocunque titulo concedat, qui vero contrarium fecerint, si personæ fuerint ecclesiasticæ patriarchæ archiepiscopi, episcopi suspensionis: minoris vero personæ singulares excommunicationis: collegium autem, seu alia vniuersitas sententiam interdicti ipso facto se nouerint incursuros, quam si per mensem animo sustinuerint indurato, terræ ipsorum quandiu ibidem vsurarij in ipsis commorantur, extunc ecclesiastico subiaceant interdicto. Cęterum si laici fuerint per suos ordinarios ab huiusmodi excessu omni priuilegio cessante per censuram ecclesiasticam compellantur. Sanctus vero Thomas de Aquino requisitus a Ducissa Lothoringiæ de piculo tenentium tales in terris. Respondit sub hac sententia asserens, quòd similes sunt illis, qui latrones, vel alios malefactores defendunt, vel iuuant, seu supportant propter munera, vel dona: quia sicut isti propter munerã istos supportant: ita illi propter redditus, vel dona, quæ de malo lucro suo: cum ergo de vsuris dent, non est dubium, quin peccẽt, & ad restitutionem teneantur illi, a quo receptum fuerat: sicut ille ad cuius manus deuenit. Sed forte dicent nobis licet recipere redditus de domibus, & terris nostris: cum ergo ab eis vt a quibuscunque redditus recipimus, non peccamus: quia non vsuras, sed redditum
28 recipimus. Respondetur primo: quòd non licet eis domum talibus locare per argumentum legis. P. 8. 23. Ergo nec redditum recipere. Præterea de vsuris si liceret facere redditum seruitutis domino terreno, & si per talem receptionem purgaretur vitium vsuræ, quo ad recipientem: a fortiori videretur, quòd liceret de eisdem facere redditum oblationis Deo, & quòd talis oblatio purgaret vitium vsuræ in recipiente, cum sit actus excellentior, & maioris meriti. Consequens est falsum: sicut patet extra. libro 5. titu. de vsuris. cap. quia in omnibus: vbi concilium Lateranense præcipit ne sepeliantur, nec oblationes illorum quisquam accipiat. Nec mirum: quia nihil de sacco extrahi potest, aliud, quàm ibi positum fuerat: cum ergo in corona, vsurariorum nihil præter vsurarium vel ita vsuris mixtum positum sit, quòd bonum a malo discerni non potest, nihil aliud extrahi potest. De his igitur, qui munera, vel tributa a talibus accipiunt, verificatur illud Psal. Si videbas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuã ponebas. Et illud Esa. 1. Principes tui infideles, socij furum. Nec talia ab eis recipiendo tantum societatem: sed auctoritatem præbent delinquendi: quia ratificant vitium præcedens: per quæ legem in ff. nouo. lib. 8. titu. rem ra. habe. l. quo enim. In qua queritur quot modis quis alterius factum ratificare potest. Et respondetur quòd voce, vel exemplo, seu soluendo quando alius emit, vel recipiẽdo: sicut qñ alius vẽdit: ergo receptio pcij est vnus modus, quo cõtractus ratificat. Cũ igitur 29
isti preciũ recipiãt ad vsurarijs, cõtractum ratificant vsurarũ, & ipsum fieri mandant per regulam iuris, qua dicitur Ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur, quod specialiter tunc verum est, quando nomine alterius, vel ad vsum, seu vtilitatem ratificantis factum est. Paucant igitur præsidentes in suprema curia Christianitatis, & omnes alij, pro quorum muneribus redditibus, & queștis, & cupiditatibus, & exactionibus multi mutuum accipiunt ad vsuras a Iudeis, & alijs, q curiali nomine se vocãt prestatores: vt illorum nullo dato se satiẽt, sed nec in aliquo refocillent appetitum, de qbus Esa. 1.

Omnes

Omnes diligunt munera, in quorum manibus iniquitates sunt in Psalmus. In quorum curijs vsura mater est Symoniæ, & Symonia mater est vsurarũ matrum ciuitate nata, in curia parit, & nutrix in curia dilecta, in ciuitate matrem fouet: quia aufer de curia symoniam, & cupiditatem, & maxima ex parte vsura cessabit in ciuitate. Sãguisuga laicorum dicit semper. affer vsuram. Quomodo ergo immunes sunt à culpa vsurarum, vel quomodo immunes erunt à pœna earundem, aut quid tot leges, & constitutiones ostẽdunt vsuras prohibitas, qui suis cupidis receptionibus tot nutriunt vsurarios, & tot occasiones tribuunt vsurarum? quid de eis verius dici poterit, nisi quòd teste Christo, ad modum scribarum, & Pharisæorum dicunt, & non faciunt, & imponunt hominibus onera grauia: sicut patet. H. 4.17. Nec minimo digito ea supportant: quia nec à collectore decimarum ab eis misso de decimis quas colligit, contenti sunt. Sed de nouis collectis, quæ sub maximis censuris excommunicationis, & interdicti: à multis pauperibus leuant, & religiosorum domibus viuere volunt opulenter. Si vero dixerint se nescire munera eis oblata esse ab vsurarijs mutuata, vel de dantium pignoribus, & grauissimis debitis sub multis fideiussionibus esse leuata. Respondetur, quòd si tam diligenter tanquam sincera cõscientia inuestigare vellent cũ Thobia dicentes. Videte ne forte furtiuum sit. Thob. 2. Si insuper tam solicite inquirerẽt, quod floreni eis oblati sine vitio venirent vsuræ, & symoniæ, & dantis grauamine: sicut considerare volunt per se, vel per suos, quòd sint boni ponderis, & metalli, forsitan spinam inuenirent in pedibus claudicantis, quæ quod gratis à Deo accepit, Deo non gratis tribuit seruienti.

¶ Christus. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Christus multa bona nobis attulit in natiuitate enim nobis attulit exordiũ spiritualis lætitiæ: in conuersatione speculum misericordiæ: in prædicationem documentũ: in tribulatione exẽplũ patientiæ, et innocentiæ: in morte iustã hæreditatis cœlestis vendicationẽ: in resurrectione initium immortalis uitæ: in remuneratione præmiũ æternæ gloriæ. nu. 2.3.4.*

5 *Necessitas mutandi, vel cõfirmandi cũ additamentis antiquum testamentũ, & instituendi nouum ostenditur per exemplum in moribus hominũ, & per exemplum in antiquis legibus. num. 6.*

7 *Noui testĩ vtilitas quadruplex. n. 8.9.*

10 *Quæ sit differentia inter vetus, & nouum testamentum.*

11 *Quare dr̃ nouum testamẽtum. 12.13.*

14 *Qui nam excludantur à noui testamẽti effectu.*

15 *Quid Christo debeamus ad hoc, vt grati simus, & capaces eius testamenti efficiuntur. nu. 16.17.*

18 *Bona opera non adiungentes nomine christiano Christi nomine abutuntur, & iccircò ab eo exhæredantur.*

19 *Nemo potest conqueri de reuocatione legati, vel exhæredatione testamenti, quàm Deus parit contra eos, qui sibi ingrati sunt, & inobedientes. nu. 20. 21.22.23.24.25.26.27.*

Hristus Dei Filius. Primo multa bona nobis attulit. Secundo magna ꝑ nobis condidit. Tertio ostendit, ꝙ si de prędictis gaudere volumus oportet quòd vicem repẽdamus in ipsum credendo ipsum amando, & imitando, atque tenendo, quod per nomen Christianitatis importatur.

¶ Primo in natiuitate nobis attulit exordium spiritualis letitię. Sicut aduentus adiutorium lætificat periclitantem, auditus liberationis incarceratum Luc. 2. Annuncio vobis gaudium magnum: quia natus est nobis hodie Artic. I. 1

hodie saluator, qui est Christ⁹. Matt.j. Natus est Iesus, qui vocatur Christus. Et sicut aduentus lucernæ lætificat sedentes in tenebris: Psal. Paraui lucernam.i. Mariam in eius conceptione, & natiuitate, & annunciatione Christo meo. Vel paraui lucernam id est, Christum, in quo lux seruabatur deitatis. Ioan. 1. Erat lux vera, quam in natiuitate eius ostendit, habitantibus in regione vmbræ mortis. Esa. 9. Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Luc. 1. Ergo ambulemus in lumine Domini. Esa. 2. quia lux orta est iusto: in Psalm. Secundo in conuersatione speculum misericordiæ donando, & condonando: sicut aquila volat ante pullos suos: vt ad simile prouocet. Roman. 15. Suscipite inuicem donando, iuuando, & remittendo: sicut Christus suscepit vos in honorem Dei. Treñ. 4. Ante faciem enim dominus Christus. Tertio in prædicatione documentum sicut sol circuiẽs terram emittit claritatem. Roman. 15. Deus autem patientiæ, & solatij dator det uobis in idipsum sapere in alterutrum, id est, vt quid vnus sapit de Deo alteri sapiat secundum Iesum Christum. i. secundum doctrinam Iesu Christi: vt vnanimes, id est, in fide vno ore in confessione honorificetis Deum. Exemplo Pauli dicentis: an experimentum, quæritis eius, qui in me loquitur Christus? 2. Cor. 13. Quarto in tribulatione exemplum patientiæ, & innocentiæ. 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis: vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius patientiæ, qui cum malediceretur nõ maledicebat. cum pateretur non comminabatur, innocentiæ: quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Quinto in morte iustam hæreditatis cęlestis vendicationem,
2 & hoc per rationem legis ciuilis. C. li. 3. titul. de inofficioso testamento. l. si mater. In qua continetur, quòd si mater duobus filijs hæredibus institutis tertio filio post testamentum suscepto, si in puerperio decessit mater, lex ei cum duobus fratribus largitur hæreditatem: quia ex præsumptione legis non solet mater filium præterire minorem. Sic in proposito Deus, qui est mater nostra, qui dicit Esa. 66. Quomodo si cui mater blandiatur: ita & ego consolabor vos, duos instituit hæredes cœli: unum in lege naturæ, alium in lege Moysi. Postmodum uero mortuus fuit in spirituali puerperio tertij filij. id est. populi Christiani: ergo secundum rationem legis prædictæ duobus filijs, id est electis populi gentilis, & iudaici ante mortem hæredibus regni cœlestis institutis, nobis Christianis bonis, in quorum puerperio mater nostra mortua est, cum ipsis hæreditatis cœlestis iusta competit vendicatio, & hoc per mortem ipsius de quo. 1. Thimoth. 2. Vnus est mediator Dei, & hominum homo Christus, qui dedit semetipsum pro nobis omnibus. Daniel. 9. Post Hebdomadas septuagintaduas occidetur Christus: supple. vt nos hæreditatem cœlestem iuste uendicemus. 2. Corinth. 5. Christus pro omnibus mortuus est. Nota. P. 2. 25. Ergo Christo in carne passo vos eadem cogitatione armamini. 1. Petri. 4. Sexto in resurrectione initium immortalis vitæ ad modum optimi medici, qui medicinam affert per quam infirmus non solum conualescit, sed redditur immortalis. Sic Christus primitiæ dormientium primo Corin. 15. sua resurrectione membra sibi adhęrentia, & milites ipsum sequentes in gloria reddit immortales: quia Roman. 6. Christus cum membris suis resurgens ex mortuis iam non moritur &c. Sed nullus de prædicta hæreditatis vendicatione, uel medicinæ allatione nimis pręsumat: quia si princeps seu rex negligens propter suam negligentiam contra hęresim extirpandam, vel etiam quandocunque inutilis, & dissolutus, & negli-

negligens contra regnum, & iustitiam obseruandam, de regno adepto deponi poterit per Christi vicarium in terris: sicut patet. 15. quæstio. 6. alius, vbi Zacharias Papa deposuit Ludouicum regem Francorum, & Innocentius Ottonem Imperatorem propter suos defectus. A fortiori ratione Christus deponere poterit, & deponet negligentes in regimine spirituali siue proprio, siue alieno, & maxime in proprio: quia ex quo per ordinem charitatis plus ad regimen proprium obligatur, in illo delinquens pro tanto uidetur grauius errare. Tales ergo non præsumant: quia nunquam Christus peccati minister est: absit. Gal. 2. Septimo in
4 remunetatione præmium æternę gloriæ: quando in corpore, & anima electos suos remunerabit, ad modum probissimi, & potentissimi regis, qui milites, qui propria voluntate, quasi derelicta, & proprij periculi obliti ipsum sequendo uitam suam morti vinculis, & multis angustijs exposuerunt, remunerabit secundum conditionem, & probitatem singulorum. Col. 3. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo. Mortui inquit, estis propriæ voluntati Christum sequendo, & uita uestra gloriæ nunc abscondita est cum Christo in cœlo, quam inueniemus quando occurremus, obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. 1. Thessal. 4. Est enim Christus in hoc casu quasi testamentum clausum, in quo quandoque multa bona alicui legata sunt abscondita, & ignota, donec clare videat testamentum, propter quod legatarij quanto plura eis legata sperant, tanto ad illud videndum inardescunt. Sic de Christo, qui est testamentum nostrum, de quo ipse dicit. 1. Corinth. 11. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, quod boni multa in eo eis legata, & obseruata sperant, multum uidere affectant, scientes: quia cum Christus apparuerit uita uestra, tunc & bona vestra, de quibus in Psal. Credo uidere bona domini &c. Et uos apparebitis cum Christo in gloria. Col. 3. Nota. C. 7. 18.

¶ Istud vero testamentum pro electis suis condidit: iuxta ilud Psalm. Disposui testamentum meum electis meis. Circa cuius testamenti ordinationem quatuor restant declaranda. Primo nanque ostendetur istius testamenti necessitas. Secundo vtilitas. Tertio quare dicitur nouum testamentum. Quarto, qui de illo excluduntur etiam, quod iuste de illa conclusione conqueri non possunt. Quantum ad primum necessitas mutandi, vel confirmandi cum additamentis antiquum testamentum, de quo habetur. Luc. 3. 4. & instituendi nouum. Primo ostenditur per exemplum in moribus hominum. Secundum per exemplum in antiquis legibus. In moribus nanque hominum hanc videmus consuetudinem, quod si testator, dum post testamentum superuiuat, & amicos, quibus in illo testamento bona sua legauit, inueniat ingratos, & nouos acquirat bonos, & gatos nouum condidit testamentum, & bona sua nouis legat amicis, antiquis exclusis. Sic Deus, qui in antiquo testamento multa bona legauit Iudæis, qui ordinauit testamentum eius super sacrificia: in Psalm. sicut terram sanctam, & cœlum, quod per terram figuratur dicens. Sta in testamento tuo. Eccle. 11. quia vero postea inuenit eos non solum ingratissimos, sed crudelissimos: quia in Psalmus. Conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius, ipsum ad mortem persequendo, vt hæreditatem terrenam eis legatam haberent dicentes: Hic est hæres, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Marci 12. Ad litteram ipsum occidere procurauerunt, vt ter-

Artic. 2. 5 Testm̃.

ram illam possidere possent dicentes. Ne forte veniant Romani, & tollant nostrum locum, & gentem. Ioã. 11. Christus vero, qui nos amicos acquisierat, de quibus. Ioan. 15. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ precipio vobis, illorum iudæorum, qui antiquitus fuerunt populus peculiaris, videns malitiam opere adimpleuit, quod per prophetas ꝓmisit. Baruch 2. Statuam eis testamentum serui. i. populi iudaici, qui aliquando fuit seruus: sicut ad oculum patet corporalẽ quantum ad terram terrenæ promissionis, de qua exclusi cernuntur, & ad oculum spiritualem quantum ad terram promissionis æternæ, de qua exclusi creduntur. Et sic patet illud Eccle. 16. Longe est testamentum à quibusdã. Istis vero sic exclusis, christianos hæredes instituit in sanguine testamenti æterni. Hebr. 14. Et Hebr. 9. Hic est sanguis testamenti, quod mãdauit ad vos Deus. Et sic patet, quare per nouum testamentum finis legis

6 est Christus. Roma. 10. Secundo hæc necessitas ostenditur per exemplum in antiquis mundi legibus: in quibus inuenitur, quod si mater duobus filijs hæredibus in testamento institutis, tertio postmodum suscepto si testamentum non mutet, illum etiam instituendo, cum superuiuat, & illum instituere posset: ille cum duobus alijs hæreditatem vendicare non potest: sicut patet. C. lib. 3. titu. de inofficioso testamento. l. si mater. Verba autem legis sunt hæc. Si mater duobus filijs hæredibus institutis, tertio post testamentum suscepto, cum mutare illud testamentum potuisset, & hoc facere neglexisset, merito vt non iustis rationibus neglectus de inofficioso testamento querelam instituere poterat: hæc ibi. Istam vero vltimam clausulam si intelligere vis, neglectus scilicet tertius filius non iustis rationibus de inofficioso testamento querelam instituere poterat. Naturam vero, & conditionem illius tituli: vide V. 12. 2. Applicando ad propositum Deus, qui maternum ad nos gerit affectum, duos filios hæredes instituit. id est. electos de gentilitate per testamentum legis naturæ, & electos de iudaismo per testamentum legis Moysi. Hæc enim sunt duo testamenta: vnum in monte Syna. Galat. 4. Ad literam testamentum scriptum datũ fuit in monte Syna. Aliud vero: quia non scriptum certo loco; sed potius cordibus erat insertum, non potest congrue, quò ad locum scripturæ determinari. Tertium uero filium postea adeptus est populum videlicet christianitatis, pro quo si testamentum non renouasset, à petitione cœlestis hæreditatis per rationem legis prædictæ exclusus fuisset, & ideo Christus noui testamenti mediator est: vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocari sunt æterni hærditatis. Hebrȩorum nono. Testamentum meum fidele ipsi: in psalmo. Et sempiternum: quia cum omnibus membris christianitatis Christus manet in ȩternum. Ioan. duodecimo.

Quantum ad secundam partem huius articuli huius testamenti vtilitas est quadruplex, quæ quidem utilitas in prædicta includitur auctoritate, qua dicitur primo Corint. vndecimo. Nouum testamentum est in meo sanguine. Primo enim allicit iucunditate delectabili in hoc, quod est nouum. Secundo certificat ueritate infallibili in hoc, quod dicit testamentum. Tertio humiliat reuerentia, ineffabili meo. Quarto perficit virtute inuincibili in sanguine. Primum patet: quia noua placent, & si sint noua, & meliora, quam antiquiqua plus amorem alliciunt: sed sic est de nouo testamento ergo &c. 7

Minor

Minor probatur: quia antiquum testamentum fuit imperfectum: sicut patet per exemplum, & rationem legis ciuilis. ff. de testa.l.si is qui testamentum. Casus est. Aliquis voluit plures in testamento facere hæredes, de quibus duos nominauit & postea obmutuit, quęrit lex vtrum nominati ex illo testamento sint hæredes futuri, & respondet quòd non: quia lex ait eum magis cępisse testamentum facere, quam fecisse: sicut expresse patet in inforciato. li. 4. tit. 1. de testa.l.præallegata. Sed si postquam ad tempus siluit omnes nuncupet, quos vult hæredes ordinare, tanquam ex testamento perfecto &c. prius nuncupati hæreditatem consequuntur. Sic in proposito Deus incepit facere testamentum suum, quando dedit legem naturę, & legem scriptam, & vtrosque hæredes instituit populum gentilem in testamento pacis. Eccl.45. Statuit illi testamentum pacis, quando dixit: hoc facias alteri, quod tibi vis fieri, & quod non vis tibi fieri, non facias alteri: hoc nanque congrue tenent. Populum vero iudaicum in testamento sacerdotij per sanguinem hircorũ, & vitulorum. 1. Machab. 2. accepit testamentum sacerdotij. Sed istis sic inscriptis, tertium filium non nuncupauit antequam in terris Christus apparens hęredẽ inscripsit populũ Christianũ in testamento euangelij, quod morte sua confirmauit: quia vbi testamentũ est mors necesse est, vt intercedat testatoris. Heb.9. Et ideo toto illo medio tempore illi duo filij hereditatem cœlestem vendicare non poterant virtute testamenti imperfecti, propter quod dolentes, & vltimi filij nominationem, & testamenti cõfirmationem anxie desiderantes, & petentes dixerunt. Respice in testamentum tuum, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem in Psal. Et ne dissipes testamentum tuum. Daniel 3. sed confirma sententiam, & scribe decretũ. Daniel.6. Ad quorum gemitum excitatus: iuxta illud Psal. propter miseriam inopum, & gemitũ pauperum nunc exurgam, tertium filiũ, & testamentũ suum cõfirmauit super caput eius Eccl.44. Secundo idẽ nouum testamentũ certificat nos veritate infallibili quantum ad omnia contenta in testamento euangelij. Pro quo est aduertendum, quòd non omnis ordinatio est testamẽtum perfectum, cui tanquam veritati est credendum, vel fides adhibenda: sed illud quod est signatum, & probatum. Nam testamentum secundum leges scriptura signari debet: in inforciato. lib. 4. tit. de testa.l. testamẽtum in fine: vbi sic signatas tabulas accipi oportet, & testis probari: sicut patet, etiam ibidem.l.6. testamentum. Has vero duas conditiones habuit excellentius nouum testamentum, quàm vetus, vel quęcunque bulla papalis, vel charta imperialis: quia vetus fuit signatum sanguine hircorum, & vitulorum: bullę vero papales signatæ sunt plumbo, & chorda quandoque de serio pendente. Istud vero testamentum signatum est sanguine Christi, & corpore eius in cruce pendente. propter quod Heb. 9. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorũ peramplius, & perfectius &c. In secunda etiam conditione præualet: quia in confessione testamenti veteris nullum legimus testem, nisi solum Moysen interfuisse. Nam de illo solo dicitur Exod. 19. Vocauit dominus Moysen in cacumine montis. Et Exodi. 34. Fuitque ibi cum domino quadraginta dies, & quadraginta noctes, panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem. Et sequitur. Cum descendisset Moyses de monte, tenebat tabulas testimonij &c. In confectione vero testamẽti euãgelij, quod cõficiebatur in nocte cęnæ dominicæ quando dixit. Nouum testamentum est in meo sanguine. Nam nocte testamen-

mentum signari potest.ff. de testamẽtis.l.ad testamentum §. posse: duodecim habuit testes, quibus & dixit. Actuũ primo. Eritis mihi testes, quorum duorum testium illud scripserunt Matthęus videlicet, & Ioannes. Nam sicut notarius Papæ ad maiorem certitudinem, nomen, vel signa sua ponit in fine instrumenti & testamenti ab eo scripti: ita Ioannes in fine testamenti euangelici dicens. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Si quis obijcere velit, quòd tabellio vel notarius qui testamentum scripsit, testis eiusdem testamenti esse non possit. Lex reprobat illam obiectionem friuolam: sicut patet.ff.de testamentis & est in inforciato.lib. 4.l. Domicius vbi Domicius labeo quæsiuit a quodam legis conditore, qui vocabatur Iubentius Celsus quęstionem hanc formam habentem cum salutatione pręcedenti. Domicius labeo Celso suo salutem. Quæritur an testiũ numero habendus sit his, qui rogatus est ad testamentum scribendum, idem quoque cum tabulas scripsisset signauerat. Cui rescripsit in hunc modum. Iubentius celsus labeoni suo salutem. Aut non intelligo, quid sit, de quo me consulis, aut valde stulta est consultatio tua: plus enim quàm rediculum est dubitare, an aliquis iure testis adhibitus iure sit, quoniam idem tabulas testamenti scripserit: hæc ibi de verbo ad verbum in textu. Patet ergo quòd tam Matthæus, quàm etiam Ioannes testis esse potuit, & scimus quia verum est testimonium eius Ioan. vlti. quia melioris, & verioris testamenti sponsor est Heb. 7. Nota. L. 4. 3.

9 Tertio istud testamentum deberet nos ad humilitatis obsequia inclinare propter reuerentiam testatoris, & testium: In ueteris enim testamenti confectione non fuit nisi Deus in diuinitate sua, & Moyses. In factione vero noui testamenti fuit Deus in deitate, & humanitate, & duodecim testes, quibus maior, excellentior, & amplior debetur reuerentia, & humilitatis exhibitio, & fidei adhæsio: quia sic dicitur ad Heb. octauo. Non secundum testamentum, quod dedi patribus hoc testamentum disponam domui Israel: sed excellentius, & cum maiori solennitate, & certitudine, & societate, vt pręedictum est. Si quis vero contra prædicta obijcere velit, quòd ad testamentum Dei non requiritur tanta testium, vel alterius solennitatis obseruantia. Nam lex eximit Imperatorem a iuris solennitatibus, vt licet illas nõ obseruet in testamento suo, tamen nemo potest illud infirmare, sicut patet. C. li. 6. ti. de testamẽtis.l. ex imperfecto: & in ff. veteri. li. 4. tit. de arbitris.l. nã magistratus. A fortiori ergo summo Imperatori Deo eãdem oportet tribuere libertatem. Respondetur, quòd Christus, qui non venit legem soluere, sed adimplere, sicut voluit legis Mosaycæ cerimonias implere: sicut patet de circuncisione, & huismodi: ita etiam voluit legis ciuilis implere solennitatem quantum ad significationem, probationem, & testium productionem eo modo, quo prædictum est: vt alijs imperatoribus, regibus, & principibus daret exemplum leges tenendi, quas ipsi condunt, vel alij Imperatores condiderunt. Nam ad hoc obligantur non tantum exemplo Christi: sed etiam proprijs legibus: sicut patet primo. C. lib. 6. ti. de testamentis.l. ex imperfecto, vbi dicitur. Quod nihil tam proprium imperij est, quàm legibus uiuere. Secundo idem patet. C. li. 1. ti. de legibus, & constitutionibus.l. digna vox vbi sic dicitur. Digna vox est maiestati regnantis legibus alligatis se principem profiteri. Sequitur parum infra. Et reuera maius imperio est submittere legibus principatũ: subaudi secundũ glo. q̃ econuerso leges principatui. Et causam reddit dicens.

Maior

ior, inquit, est honor, & maior conueniētia, cum imperium si de fortuna. Vnde dicitur cuilibet. Si fortuna volet, fiet de rhetore consul. Si volet hæc eadem fiet de consule rethor. At leges diuino nutu sunt probatę, vt infra de præscriptione longi temporis. l. si. hæc ibi in glo. Arguit enim, ꝙ conuenientius est, quòd illud est à fortuna, sic sub illo sigillo, quod est à diuino nutu: vt patet per legem allegatam, quę est. C. lib. 7. ergo &c. Sequitur in textu, ꝙ nobis licere non patimur, iudicamus. glo. successori nostro non licere. Ex quibus patet, ꝙ oīa imperia, & regna, & imperatores, & reges legibus, & non ab vsu, vel propria voluntate deberēt gubernari, quod est multum contra illos. C. 8. Arti. 5. Quorum periculum patet ex lege, & iudicio Dei Sapien. 6. Audite, inquit, reges, & intelligite. Et infra. Non custoditis legem iustitiæ: scilicet horrendæ, & cito apparebit vobis iudicium durissimum ab illo, de quo Luc. 23. Hunc inuenimus dicentem se Christum regem esse.

10 Quarto istud testamentum Christi est maioris virtutis & perfectionis. Pro quo est aduertendum, ꝙ talis est differentia inter testamentum Moysi, & Christi, qualis est in iure ciuili inter codicillos, & legitimum testamentum: quia sicut inter ista inuenitur differentia una quantum ad solēnitatē, quæ attēditur in hoc, ꝙ codicillus fit cum quinque testibus: testamentū cū. 7. C. li. 7. ti. de codicillis. l. vlti §. in omni autem vltima voluntate, alia quātum ad effectum seu perfectionem: quia iure codicilli nullus hęreditatem cōsequitur. C. li. 6. ti. de codicillis. l. hęreditatem: vbi sic dicitur. Hæreditatem quidem neque dari, neque adimi codicillis posse manifestum est. Sic in factione ueteris testamenti non fuit tanta testium solennitas, sicut patet. supra eodem. c. 8. nec tanta virtus, vel efficacia: quia per istud nullus hæreditatem consequi potuit: quia sicut ostensum. supra eod. c. 7. illud testamentum imperfectum fuit, & secundum iuris æquitatem nullus ex testamento imperfecto hæreditatem acquirit. C. lib. 6. de testamentis. l. ex imperfecto: vbi sic habetur. Ex imperfecto testamento nec imperatorē hæreditatem vendicare sępe constitutū est. Quæ omnia legi diuinæ cōformantur quantum ad hoc, ꝙ per legē Moysi nullus hæreditatem consequi potuit paradisi: quia nullum ad perfectum ducebat lex. Heb. 4. Nec mirum: quia testator eius Deus fuit, qui mori non potuit, & ideo legatarij tali testamento non ditabantur: quia sicut habetur Heb. 9. vbi testamentum est mors necesse est vt intercedat testatoris, sed in testamēto Christi testator mortuus fuit, & ideo tanquam ex testamento perfectò, & cōfirmato legatarij hęreditatem cōsequebantur: quia sicut dicitur Heb. 9. Testamentum in mortuis confirmatum est. Ex omnibus istis patet, quòd Christus sicut dicitur Heb. 8. Melioris testamenti mediator est: quia in melioribus repromissionibus sancitum est, & sic super domum Israel, & super domum iuda testamentū nouū. Heb. 8.

¶ Ex qua autoritate elicitur ratio quærendi: quare dicitur nouum testamentum. 11 Quantum ad tertiam partem huius articuli est aduertendū, quòd multis de causis potest dici nouum. Primo propter nouas ordinationes. In priori enim erat scriptum. Oculum pro oculo. In isto, Si quis percusserit te in vna maxilla, præbe ei alteram. In illo Diliges amicum, & odio habebis inimicum. In isto Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui vos oderunt. Matthæi quinto. Sic ergo patet quòd in priori erant leges austeritatis, & timoris, & seruitutis, propter quod Gallatas quarto. Hæc enim sunt duo testamenta. Vnum quidem in monte. Synai in seruitutem generans ad literam. Testamentum illud factum fuit in mōte Synai, & adhuc per totum mun-

dum seruit cum filijs. Illa autem, quæ sursum est.i. lex Christi libera est, qua libertate Christ⁹ nos liberauit. Si quæras, & quando, & quomodo nos sic liberauit. Respondetur, ꝙ cõdẽdo nouũ testamentum, & in illo nos instituendo hæredes regni cęlestis nos liberauit à seruitute legis antiquæ, & peccati. Hoc enim ostenditur per exemplum antiquorum sapientum, qui senserunt, & deciderunt, quod eo ipso, quod quis seruum instituit hæredem, consequitur libertatem: sicut expresse patet. C. lib. 6. titul. de necessarijs seruis hæredibus instituendis. l. cum serui. Casus est iste. Quis sciens aliquos esse seruos ipsos tanquam liberos hæredes ordinat, cum aliter nobilis hęreditatis dominum habere non possent, nec eo vt domino uti nisi essent liberi, dicit lex ea scriptura benigna interpretatione proinde habenda est, ac si liberi & hæredes instituti fuissent. Sic in proposito de Deo, qui ordinauit nos, quos sciuit pro tunc esse seruos legis, & peccati. Hæredes quidem Dei, cohęredes autem Christi Rom. 8. quia illam hæreditatem nobilem sine libertate cõsequi nõ potuimus, ex hoc ipse nos a seruitute legis liberauit, & sic Christus nos redemit de maledicto legis. Gal. 3.

12 ¶ Secundo propter nouum modũ scribendi. Antiquum enim testamẽtũ scriptũ erat in tabulis lapideis. Istud vero in carnis Christi clauis, & flagellis tortorum Eccl. 44. In carne eius fecit stare testamentum. Nota ad hoc legem. O. 4. 15. Hebr. 10. Hoc est testamentum, quod testabor ad eos: dabo leges meas, supple scriptas in carne mea, in corda eorum per fidem & amorem. Tertio propter nouum ius consequendi hæreditatem per Christi mortem. Et per quem modum hoc fiat potestis uidere per exemplum rationis antiquorum. Pro quo est sciendum, quòd pater filium pupillum hæredem instituendo, & ei seruum substituendo, sic uidelicet, ꝙ si filius moriatur, seruus ei succedat, filio mortuo, seruus succedit: sicut patet. C. lib. 6. titul. de necessarijs seruis hæredibus instituendis. l. cum quidam ubi prædicto casu posito: cum tamen inter antiquos prudentes quõdam de hoc magna fuisset altercatio, in fine imperator decidit dicens. Sit itaque vni pupillo liber, & mortuo pupillo necessarius hæres. Sic in proposito de Deo patre, & filio eius, & nobis, si tamen necessarij serui fuerimus, erimus hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Rom. 8. quia sicut dicitur. 1. Corinth. 3. Nos Christi sumus hęredes, Christus autem Dei.

¶ Quarto propter noua legata, & nouos dispẽsatores, & testamenti Dei dispositores, & diuisores. Pro quo est aduertendum ꝙ Christus moriens nõ solum legauit nobis hæreditatem, sed etiam omnes actus uirtutum, per quos hæreditatem consequi possumus. 13
Nam de omnibus virtutibus intelligi uoluit, quod de vna dixit. Pacem meam relinquo vobis. Iudæis vero in veteri testamento præcepit pugnare, & aduersarios gladio percutere. In nouo præcepit gladium in vaginam ponere. Diuersorum autem huiusmodi legatorum principalem voluit esse spiritumsanctum, qui diuidit singulis. 1. Cor. 12. & secundarios prælatos, & aliorum rectores. Spiritus uero sanctus ita legata diuidit. Nam uni datur sermo sapientiæ, alteri gratia sanitatum, alteri prophetia, & sic de alijs. Et in hoc se habet sicut virtus diuisiua in corpore naturali, quæ diuidit singulis membris situm, & actum ei conuenientem. Et hoc est quod Apostolus Roman. 12. Corpus vnum, & menbra habet multa Christus. Et sicut inconueniens esset, quòd vnum membrum situm, vel actum vendicaret auctoritate propria, quòd natura diuisiua increata, vel creata nõ dedisset: ita

in proposito, ꝙ aliquis intromittat se de officio, vel operatione, ad quæ nec spiritussanctus, nec prælatus ipsum tanquam dignum exponit, uel ipsi auctoritatem tribuit, sicut faciunt, qui auctoritate propria prædicant Rom. 10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur: & qui prophetizant, uel de gratia sanitatum voluntate propria se intromittunt, sicut sortilegi, & sic de alijs, qui omnes merentur totum amittere, quod sic vsurpant per legem. C. libr. 6. titul. de legatis. l. non est dubium: vbi habetur quòd legatarius tantum de sibi legatis amittere debet, quantum propria auctoritate subtraxit. Sic in proposito propter quod Heb. 5. Nemo sibi sumat honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, & tunc tenebit Christus quod promisit dicens: neque prophanabo, id est frustrabo testamentum meum in Psalm. Ergo dominum Christum sanctificate in cordibus vestris. 1. Petri. 3. vt nec intentio vestra, nec operatio eius excedat uoluntatem, nec executoris eius spiritussancti distributionem.

14 ¶ Si vero aliter feceritis quantũ ad quartam partem huius articuli de effectu testamenti tam lege prædicta, quã etiam legibus sequentibus excludemini. Pro quo est aduertendum, ꝙ antiquorum prudentium sententia fuit: sicut patet in. ff. 1. in inforciato. li. 5. tit. si quis omissa causa testa. & c. l. si quis sub conditione vbi habetur, ꝙ si quis est sub conditione factus hæres in testamento, si per legatarium stet quo minus conditio impleatur hęreditatem non consequatur: quia deficit in conditione, cui parere potuit, si uoluisset. Idem patet per aliam legem. C. libr. 6. titul. de seruis necessarijs. l. filioli. In qua de tali dicitur. Qui hæres fuit institutus simpliciter, & libertate donatus sub conditione: si autem eam id est conditionem neglexerit, minimeque compleuerit, & libertate eum, & hæreditate sua culpa volumus defraudari. Sic in proposito nos habemus ius in hæreditate cęlesti: si tamen sicut dicitur Deuter. 19. Si custodieris mandata eius, & feceris, quæ ego præcipio tibi hodie, vt diligas dominum Deum tuum, & ambules in uijs eius, si istam conditionem non impleuerimus, totum ius amittimus. Exemplo Angelorum cadentium, & primorum parentum, qui pro defectu impletionis tacitæ conditionis perdiderunt ius in hæreditate paradisi cœlestis, & terrestris: quia non custodierunt testamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare: in Psal. Nota. Luc. 3. 5. ergo diuisus est Christus? absit. 1. Corinth. primo. vt testamentum non teneat, uel legatum non soluat: sed ipsi sunt diuisi a Christo, & frustra nomen perferunt Christianitatis iterum Christũ crucifigentes.

¶ Ad hoc quòd de effectu testamẽti Christi gaudeamus, oportet quòd vicem, & gratitudinem expendamus, & capaces eius testamenti efficiamur. Artic. 3. 15
Ad cuius intellectum tria sunt dicenda. Primo ostenditur quid ei debeamus. Secundo, quòd si hoc non reddimus, legatum reuocabitur. Tertio quòd de tali reuocatione seu exhæredatione nullus iuste conqueri potest. Quantum ad primum. Primo debemus ei fidem, vt ipsum firmiter credamus quia non credentes in ipsum non reputamus ipsum cœli testatorem, & sic testamentum eius impugnantes legato carebimus per legem. Psalm. 4. 27. Secundo ipsum diligere ratione bonitatis suæ, & ratione firmitatis propriæ: quia sicut nullum instabile potest firmiter stabiliri, nisi firmo, & stabili adhæreat ita nec nos nisi amore ei adhæreamus, qui stabilis manet, de quo Iohannis duodecimo. Christus manet in ęternum. Ei ergo firmiter adhærendum est exemplo illorum, qui dicunt Roman. 8. Quis nos separabit à charitate Christi? &c.

Tertio omnia opera nostra quantum ad intentionem, & operis executionem sunt super ipsum fundanda: vt ipsius voluntatem, & gloriam in omnibus tanquàm fundamentum stabile attendamus: quia fundamentum aliud nemo potest ponere, prẹter id, quòd positum est, quod est Christus Iesus. primo Corinth. tertio. Quarto ipsum prædicare & multas animas ei acquirere, atque opera virtuosa tanquàm serui vtiles quicquid acquirūt domino acquirunt. C. lib. 4. ti. per quas personas nobis acquiritur. l. 1. Ita nos qui legatione pro Christo fungimur. 2. Corinth. 5. Quicquid prædicando, vel bene operando & viuendo acquirimus, Christo, cuius serui sumus, acquirimus: vt quilibet dicere possit illud. Gal. 2. Viuo ego bene operando, iam non ego: viuit vero in me Christus: cum hoc acquiro, & per quem hæc opera vitæ spiritualis facio.

16 ¶ Sed ponamus ꝙ prælatus, vel dñs terrenus subdito suo prẹcipiat ꝙ aliquid operetur ad eius vtilitatē, & ipse hoc faciendo intendit honorē Christi, cui acquiritur illud opus vel qui potius fit, certe ipsi Deo qui potius attēdit cordis intētionem quàm operis executionem. Quod, vt melius videatur ponamus casum legis, qui habetur. C. li. 4. tit. per quas personas nobis acquiritur. l. si duo. Casus est iste. Duo seruum cōmunem habeāt vnus iussit, quòd aliquid sibi acquireret per alterius stipulationem, id est promissionem ipse verbo seruus facit, quod alteri dño illud promisit dubium fuit inter antiquos sapientes, cui illud acquiritur, vel mittenti, vel illi, cui promisit. & determinatur in lege prædicta quòd in aliquo casu illi acquiritur lucrum, quod in hac accidit causa cuius mentionem seruus fecit sub his verbis: multo etenim amplius oportet valere dominici nominis mentionem, quàm herilē iussionem. Sic in proposito quantum ad illos, qui cōmunibus opibus suis mētionem in cordis intentione faciūt de Christo ergo dominum Christum sanctificate in cordibus uestris. 1. Pet. 3. Not. L. 1. 5.

¶ Quinto omnia terrena debemus propter Christum cōtēnere, & in militia ad ipsum pertinēte totaliter occupari exēplo militū imperatoris quib⁹ præcipit lex. C. li. 4. ti. locati. & conducti. l. milites dicens. Milites nostros alienarū rerū conductores aut fideiussores, aut mandatores conductorū fieri prohibemus, ne omisso armorū vsu ad opus terrestre se conferant: armis autem, & non priuatis negocijs occupentur: vt meritis, & signis suis iugiter inhærentes rem publicam, a qua aluntur, ab omnia bellatorum necessitate defendant. Hæc ibi. Quātomagis nemo militans Deo implicat se negociis secularibus. 2. Timoth. 2. Sed heu sicut milites mundi, de quibus tactum est. N. 3. 15. nunc ad illa conuertuntur facta nefanda, de quibus dicitur. C. li. 4. tit. locati. & conducti. l. licet. Milites, inquit immemores ad huiusmodi sordida audeant venire ministeria, & relictis studijs publicis, signisq; victricibus, ad conductiones aliarū rerum prosilire, armorum austeritatem non in hostes ostendere: sed circa vicinos forsitan aduersus ipsos miseros colonos, quos defendendos susceperunt conuertere. Sic de militibus Christi fere omnes, quæ sua sunt quærunt, & inique quæ Iesu Christi. Phil. 2. multum contra illius exemplum, qui dicit Phil. 3. Omnia arbitratus sum, vt stercora, vt Christū lucrifacerem. Et qui docet. 2. Timoth. 2. Certa ut bonus miles Christi. Et magnam committunt ingratitudinē contra illum, de quo dicit Phil. 2. Hoc enim sentite in vobis, quod in Christo Iesu, qui cū in forma Dei esset &c.

¶ Propter quod merentur Dei legatum amittere per legem, quæ est. S. 8. 6. Nec mirum: quia nomine 18

Christi

Christi abutuntur, & nomen Christianitatis male portant, dicentes se esse Christianos, cum Christianorum opera non faciant. Et iste error plus in arte Christianitatis, quàm in quacunque alia regnat. Non me sed Augustinum audite lib. de vi. Christia. c. 7. Quis inquit, tam vanus & miser est, qui aduocatum se cum literas nesciat, audeat profiteri? quis tam vanus & excors est, ut profiteatur se militem, cum arma gerere nesciat: nemo quoque nomen sine causa sortitur: sutor, ut ita dicam, necesse est, ut calciamenta conficiat si uult ut talis vocetur aut faber, aut artifex quilibet artis peritia facit. de negociis nuncupetur Huiusmodi exemplis agnoscimus nullum sine actu nomen: sed omne nomen ex actu. Tu vero quomodo Christianus diceris, in quo nullus actus Christi apparet: certe ad damnationem tuam frustra tibi nomen vendicas alienum. Si vero hoc negare vellis, operibus credite: considerando quæ sunt opera Christi, quæ enumerat Augustinus ibidem præmittendo quid importet nomen Christiani Christianus, inquit, iustitiæ bonitatis, integritatis, humanitatis, innocentiæ, patientiæ, castitatis, prudentiæ, humilitatis, pietatis est nomen. Quomodo ergo vendicat sibi nomē Christiani qui de tam pluribus rebus nec pauca habet. Si ergo velitis scire, quis est uerus Christianus audite Augustinum ibidem. Christianus, inquit ille est, qui non nomine tantum sed in opere est Christianus ille, qui Christum in omnibus imitatur, qui sanctus, innocens est, in cuius pectore malitia non habet locum, in cuius pectore sola pietas consistit, & bonitas, qui neminem nouit nocere, vel lædere: sed omnibus opem ferre. Christianus ille est, qui exemplo Christi nec inimicos nouit odire: sed magis aduersantibus sibi benefacere, & pro persecutoribus suis, & hostibus exorare. Nam qui aliquem lędere vel nocere paratus est, ille mentitur se esse Christianum. Christianus est, qui potest iusta voce dicere. Nemini nocui hominum, iuste vixi cū omnibus. Tantum ergo credamus illum Christianum esse, in quo hæc videmus, & non qui se Christianum dicit, & hoc non facit. Nam sicut signo, seu sigillo sine verbis, & non verba sine signo & & fructui sine foliis, & non folijs sine fructu: ita operibus, & non verbis credite. Sic ergo luceat lux vestra, ut uideant opera vestra bona, & per illa nos existimet homo, ut ministros Christi. 1. Corinth. 4. Aliter legatum reuocabitur.

¶ Quantum ad tertiam partem huius articuli nullus de legati reuocatione, uel sua in testamento Christi exhæredatione: nec videlicet saracenus, nec iudæus, nec malus Christianus iuste conqueri, vel querelam inofficiosi testamenti rationabiliter proponere poterit. Primo quòd non saracenus patet per legem: quia si filia exhæredata in testamento patris eò quod impudice vixit, iuste nō habet querelam: Ergo a fortiori nec saraceni, qui secundum legem suam Machometi impudicam ducunt uitam, quantum ad vxores & concubinas, quas secundum legem illorum habent: sicut patet intuenti Alcoranum. Sed filia talis iustam non habet querelam, nec aliquid de hæreditate recuperat per legem. C. li. 3. ti. de inoffic. testa. l. si filiam. Ergo &c. Cui concordat lex Dei dicens. Eph. 5. Fornicator aut immundus non habet hæreditatem in regno Christi. Secundo quòd non iudæa patet: quia iudæa fuit mater Christi, quantum ad carnis propagationem, & inimica eius quantum ad mortalem persecutionem: talis uero mater nullam actionem inofficiosi testamenti contra filium proponere potest: sicut patet. C. lib. eod. tit. l. liberi. In qua talis est tenor. Si autem mater contra filii testamentum inoffi- 19

inofficiosum actionem instituat, inquiri diligenter iubemus: utrum filius natura ex iusta causa læsus matrem nouissima læserit voluntate, quòd nec luctuosam ei, & legitimam reliquerit portionem ex testamento: si tamen mater inhonestis factis, atque indecentibus machinationibus filium forte obsedit, insidijsque clandestinis, vel manifestis appetijt, vel inimicis suas amicitias copulauit, atque in alijs sic versata est: vt inimica eius potius, quàm mater creditur, hoc probato inuita filij acquiescat voluntati.

20 ¶ Tertio nec malus Christianus ꝑ legem eiusdẽ libri, & tituli, qui incipit fratres. In qua continetur, ꝙ hęredes in testamento scripti exhæredari poterunt propter malam vitam, vel ingratitudinem sub his verbis. Si scripti hæredes infamiæ uel turpitudinis; uel leuis notæ macula asperguntur, vel liberti; qui per peram, & non bene merẽtes, maximisque beneficijs. Glo. id est maleficijs suum patronum assecuti instituti sunt. Sic in proposito de Christianis, qui post testamentum Christi, in quo quantum ex parte Christi est, sunt hęredes instituti, grandia committunt peccata, & ingrati Deo existunt, operibus ipsum negantes. Nam negatio Christi non tantum fit verbis, sed etiam factis per Decretum sumptum ex verbis Hieronymi. 11. q. 3. æstimant sub tenore sequenti. Æstimant quidam in eo tantum Deum negare, si in persecutione quis a gentibus comprehensus se confiteri renuit Christianum esse. Ecce Apostolus omnibus factis, quę puersa sunt, Deũ asserit negari, Christus sapientia est iustitia, veritas, sanctitas, fortitudo, negatur per insipientiam sapientia, per iniquitatem iustitia, per mendacium veritas, per turpitudinem, & libidinem sanctitas, per imbecillitatem, id est impatientiam, vel inconstantiam animi fortitudo: quotiescũq; vincimur vitijs Deum negamus. Nec arbitrandum est in die iudicij, illos tantum a Dei filio esse denegandos, quando dicet. Nescio vos qui in martyrio Christum negauerunt: sed etiam omnes illos, quorum opere, vel sermone, vel cogitatione Christus negatus negat, vel confessus confitetur. Iuxta illud Luc. 9. Qui me erubuerit, & sermones meos, hunc filius hominis erubuerit, eius populus, qui eum negaturus est. Nota legem prædictis concordantem. S. 5. 5. In qua ostenditur, ex quibus causis pater licite potest exhæredare filium. Nota etiam leges ad illud propositum. C. li. 5. ti. de repudijs. l. consensum. & l. iubemus. Inter culpas autem vxoris, in quibus ostenditur, pro quibus culpis vxor dotem amittit: sicut pro adulterio, & alijs peccatis ibi enumeratis. Quæ quidem leges pro tanto faciunt ad propositum, quòd sicut mulier propter delictum commissum contra maritum mortalem dotem amittit temporalem: ita anima, quæ est sponsa Christi effecta in susceptione baptismi & fidei Christiani. Oseæ 2. Sponsabo te mihi in fide: delinquens contra sponsum immortalem dotes amittit corporis, & animæ æternas, de quibus. R. 7. ar. 6. Et ei fideliter adhęrens dotes illas habebit. Quod enim ista similitudo inter sponsum mortalem & immortalem sit bona: patet. 1. Corinth. 11. Viri, inquit, caput Christus est: caput autem mulieris vir. Et Eph. 5. Vir caput est mulieris: sicut Christus est ecclesiæ.

¶ Sicut ergo bona mulier post 21
mortem mariti meretur dotem: ita etiam bona anima post mortem Christi meretur dotem hęreditatis Christi. Sicut quintus filius quondam patris sui promeruit hęreditatem. De illo nanque patre tale exem- Exẽplũ.
plum poteris excogitare, quòd habuit quinque filios, quorum probare voluit prudentiã animi, & affectionem

nem voluntatis, vt sapientiorem, & rationabiliorem habentem voluntatem hęredē institueret, intelligensq́; quòd melius ad huiusmodi rei veritatem deuenire posset per illorum resp̄ōsiones, ad aliquā bonā quæstionē ab eis quæsitā: quia in talibus responsionibus frequēter tā intellectus, quā appetitus cōditio manifestatur. Ab eis ergo simul congregatis quæsiuit, quā vitā in hoc sęculo mallent ducere, posito ꝙ possent habere omnia, quę habere vellent pro via quam optarent, & præcepit singulis, quòd dicerent, quid in hoc casu optarent, vel desiderarent, promittens ei, qui melius diceret, suam hæreditatem. Primus dixit, quòd ipse vellet aurum, & argentū, quantū vellet expendere. Secūdus dixit, quòd ipse mallet magnū terrarū dominiū. Tertius dixit, quòd maluit multos habere amicos, & esse ab omnibus parentibus, & vicinis dilectus. Quartus dixit, ꝙ ipse in hoc casu eligeret omnia habere carni delectabilia, & nil pati aduersitatis. Quintus dixit ꝙ ipse maluit esse bene cū Deo, & hoc potius diligeret. Audistis responsiones, audite illorum rationes. Primus vidit, quod videtur eis, qui
22 multos habent denarios, quòd omnia cum illis habere possunt, adoptauit magnam habere pecuniā: vt cum illa etiam bona haberet. Secundus videns, quod habentes thesauros multis modis eos amittunt, aliqui per furtum, aliqui per incendium ignis, aliqui per maris pericula, elegit bona habere immobilia tanquam magis durabilia. Tertius videns, quòd tam primus, quàm secundus amittere posset ab eis desiderata, si paucos haberent amicos, & per multos inimicos: quia primus per latrones, & secundus per falsos homines omnia posset perdere, & ꝙ tunc nullum haberent refugium, cogitans insuper quòd melius esset per latronum, & falsorum amicitiā sua, quæ habuit, conseruare, quam plura habere, & omnia tempore, quo minus uellet amittere, talium elegit societatem. Quartus uidens, quòd omnes tres prædicti cum omnia haberent p̄dicta ab eis desiderata: simul cum hoc in casu pati possent aliqua carni nociua: sicut infirmitatem, famē, uel sitim, & huiusmodi, & ꝙ posset multis carere, quādo appetit inordinate, elegit omnes carnis habere delitias ad uoluntatem ordinatam inordinanter. Quintus uidens, quòd omnes defecerunt in uno puncto: quia nec argentum primi, nec dominium secūdi eos liberare potuit in die mortis, quòd ēt oēs amici eius spreuerunt quemcunque inter angustias mortis: sicut patet. A. 21. 6. Et ꝙ etiam omnes delitiæ finiūtur ī pęna, & ꝙ Chr̄s non deficiet amicis suis, neq; ī hoc seculo, neq; ī futuro, elegit ꝑ bonā vitā esse cū deo, & huic pater adiudicauit hęreditatē. Ista est parabola instātis tēporis, nam Deus pater creatione multos habet filios. Deute. 32. Nonne ipse est pater tuus, &c. de quibus ille tātū, qui bene elegit, & bene viuit, suā hęreditatem habebit: Inter quos tamen multi primo assimilātur filio: quia nimis capiunt aurum, argentum, & bona mobilia, sicut mercatores, & usurarij, & munerū receptores, qui multas pecunias colligūt ex usuris, & iniquitate, videntes se omnia posse cum pecunia habere circa istum mundum cum muneribus, & expensis, & futurum cū eleemosynis, sed cōmuniter in vtroq; deficiūt, & illas cōtra ꝓpria detinent salutē: qa nec bn̄ acquisita in eleemosynis largiūtur in charistia, nec male acquisita restituūt. Alij videntes, ꝙ tales frequēter multis modis talia amittunt cū secūdo filio emūt immobilia: sicut patet de mercatoribus, & malis ꝑquisitoribus, & ꝓlatis q̄ talia sibi, & suis emūt filijs, & nepotibus. Sed quia sic empta frequenter emuntur de pecunia vsuraria, vel aliter male acquisita, vel de pecunia ecclesię, cum qua quicquid immobile emitur, ecclesiæ acquiritur: secundū iura ecclesiastica,

quæ

quæ volunt, quod quicquid emptum fuerit de pecunia ecclesiæ, ad ipsam reuertatur. 11. quæst. 3. c. 1. & quæst. 5. fixum. & extra de peculio clericorum. c. 1. talia a perquisitorib᷒, vel a suis assignatis cito elabuntur. Quod videntes tam illi, quàm alij malefactores, quòd sine supportatoribus, nec diu viuere, nec euadere possunt confusione sine amicis, & fautoribus nituntur amicos habere, & fautores in malignitate cum tertio filio. Et hac de causa magni domini falsis patriæ ductoribus, & econuerso, & latrones potentibus amicitia copulantur. Alij videntes, quòd in omnibus talibus multa sunt tædia, se qnantum possunt dant carnis desiderijs in otium, gulam, luxuriam cum quarto filio. Alij videntes, quod omnia ista finem habebunt in morte, & quòd omnes isti in puncto vno deficiunt, in hoc videlicet, ꝙ Deo non conantur placere, nec timent, vt deberent, sicut ostēsum est. F. 4. 27. cum concordantijs. Quod etiam omnibus prædictis deficientibus Deus non deficiet omnibus prędictis spretis, Deo per amorem, & bonam vitam adhærent cum quinto filio dicētes cū Apostolo. Phil. 1. Mihi viuere Christus. Et tales hæreditatem habebunt Iesu Christi domini nostri, & non alij, sicut videre potestis per finem parabolę sequentis, quæ ad nostram doctrinā ostendit rem possibilē, quę aliquando contingere potuit.

23 ¶ De septem sapientibus magni nominis, quos dn̄s illius terrę ad se vocauit, ut sapientiam illorum experiretur, & ad hoc vt plenius, de hoc informaretur, a singulis unā quęsiuit quæstionem. A primo quæsiuit quid esset ab hominibus desideratum, de quo nullus contentus erat de parte sua. Qui respondit hoc esse veritatem. Quomodo vero hoc fit potestis videre in his, quæ desideratis quando aliquis debet multis prædicare: quia si quis habeat inimicum, qui eum accusando, uel ei detrahendo læsit, optat, vel rogat, quòd prædicet contra tales ueritatem dicendo. Sic ille qui mutuauit ei, qui non reddit die suo, rogat quod prædicet contra malos debitores. Et ille debitor petit, quòd prædicet contra vsurarios, qui charius vēdunt propter terminum, vel qui aliquid habere uult pro mutuo, & sic de omnibus alijs vitijs. Ille, qui non sentit se culpabilem in tali uitio, quod uidet in alio sibi nociuum, rogat quòd veritas de hoc dicatur. Vidistis ergo, & audistis quomodo ueritas ab omnibus desideratur: sed reuera ille, qui sentit se immunem in illa culpa per qua vellet, quòd prædicaretur contra alium, quā doque in alia est culpabilis, dum tangitur murmurat. Et sic patet quod quando culpę omnium simul ponūtur, & veritas dicitur tam contra vnū, quàm contra alium nullus contentatur de parte sua: sicut patet. A. 26. 16. Et sic patet veritas responsionis istius: & tamen fatue faciunt: quia quilibet appeteret plus, quòd vulnus in corpore proprio sanaretur, quàm alieno. Ita deberet de vulnere animę desiderare. A secundo quæsiuit, circa quid plus sollicitantur, & expendunt homines, quòd est magis contra cor in suo optimo esse & optima natura. Qui respōdit, quòd circa scientiam, & sapientiā. Et quomodo hic fit videre potestis hoc modo: quoniam scitis, quòd sciētia artis liberalis, pro qua homo honorari potest, vel mechanicę de qua viuere potest, quo ad mundum bona est indigenti, & omnes scire deberetis, quod viuere secundum legem Dei est optima scientia, & sapientia, sine qua omnes aliæ in fine nihil valebūt: & tamen uidetis, quòd multi, qui circa alias scientias laborant, & expendant, hanc sapiētiā, & scientiam maxime habent contra cor: sicut patet inductiue de superbis, iracundis, auaris, gulosis, otiosis, luxuriosis, & de omnibus alijs: nam quod habent tantum cōtra cor: sicut peccatum derelinque-

re,& viuere secũdum legem Dei, quia sapientiam atque doctrinã stulti despiciunt. Prouer. 1.

24 ¶ A tertio quæsiuit, quę sit maior iniquitas, quæ fit in terra qui respondit male docere. Et causam assignauit dicens. Si quis furatur, bona aufert exteriora, si occidat, corpus destruit: sed si male docet, quòd quis luxurietur, vel malum quodcunque facit, animam confundit, quæ melior est, quàm bona exteriora, vel corpus, & sic talis peior est latrone, & homicida, & etiã cõbustore domorũ, & ecclesiarũ: quia tẽplũ Dei cõburit spirituale, quod melius, & durabilius est.

¶ A quarto quæsiuit, quæ fuit maior sapientia, quam Christus fecit nouam legem ecclesiæ nũciando qui respondit, quòd in hoc, quòd simplices, & illiteratos elegit discipulos: quia si sapientes mundi, vel diuites, vel nobiles, vel potẽtes elegisset, inimici fidei infideles dixissent, ꝙ tales voluisset habuisse Apostolos, qui per potentiã, vel parentelam, vel sapientiã mundanam eis mundum subiugauerunt, & non per gratiam, vel virtutem.

25 ¶ A quinto quęsiuit, quæ esset maior mundi stultitia qui respõdit, quòd qui sua, & quæ semper habere posset, negligere, & aliena, & quæ necessario amitteret, diligenter curaret: & tamen ista multi implicati sunt: nam bona opera sua, quæ secum portare possunt negligunt: res vero mundiales: quæ Dei sunt, de quibus districtum reddent compotum, nec illa secum ferre poterunt, diligenter curant. Si ergo scire vultis vtrum in ista fatuitate sitis detenti, videte circa quæ plus cogitatis, vel laboratis: vtrum sitis citius, diutius, & delectabilius in diebus ferialibus circa pertinẽtia ad corpus, vel in diebus festiuis circa ea, quæ ꝑtinent ad salutem animarum: utrumve plus festinatis carnem curare infirmam, vel animam, & si inueneritis ita esse, quod sitis stultissimi certitudinaliter scire potestis.

¶ A sexto quęsiuit quod fuit maius mundi mirabile respondit, quòd hoc quod homo potius vult duci ab inimico ad mortem, quàm ab amico ad uitam. Cui dominus, qui ducuntur ab inimicis? Cui ille: mundus, caro, dæmonia sunt inimici, quorum mundus ducit ad cupiditatem, caro ad accidiam, gulam, luxuriam, dæmon ad superbiam, iram, & inuidiam Christus vero est amicus, qui ducit ad omnia contraria. Et quòd multi illos inimicos, & pauci amicum sequuntur, opera ostendunt, & multitudo in nũdinis in die festo, & paucitas in Ecclesia. Horum stultitia patet. O. 4. 3. Numerus etiam peccantium, & tabernas, & alia mala frequentantium illud ostendit, de quibus. Eccles. 1. Stultorum infinitus est numerus. Sed causa est: quia via inimicorum est magis delectabilis, inexpertis: sed nolite cogitare ꝑ quã viã, sed quo ducit.

A septimo quęsiuit quid esset mũdi certissimum respondit mors: sicut 26
patet. M. 11. 24. & tamen (de quo dolẽdum est) quasi omnes sic viuunt, ac si nunquàm mori deberent. Quod tamen est, quòd sicut melius esset ei, qui ligatur ad arborem, cui sagittatur, vbi uideret ex omni parte sagittantium aliquos occidere, se disponere statim ad mortẽ, q̃ cogitare, ꝙ longam vitam duceret, & in illa spe multa mala interim facere: ita nobis: quia uita cuiuscunque nostrum est ligata ad corpus quasi ad arborem quandam, de qua euadere non potest ante per mortis sagittas multos ex omni parte occidere. Tales ergo, qui non cogitant, sed uiuunt quasi essent immortales, optime repræhendunt philosophi in persona Alexandri. M. 11. 86. Talibus ergo non dabit Deus hæreditatem cœli: quia illam non desiderant, ut deberent, quos nunc flens dico inimicos crucis Christi. Phil. 3. sed illos, qui ueraciter dicere possunt cum Apostolo. Gal. 2. Viuo ego, iam non ego: uiuit in me Christus.

¶ Et

¶ Et quòd omnes sic uiuere deberent patet ex ratione responsionis primę quæstionis sequentium, & ex auctoritate Apostoli omnes quæstiones concludente. Prima quæstio est, quæ sit liberior res mundi. Responsio. N. 3. 10. Secunda est, quod membrorum corporis sit sumptuosius Responsio. N. 3. 13. Tertia, quod est minus mirũ mũdi. Responsio. N. 3. 15. Quarta, quę sit vanior laus mundi. Responsio. N. 3. 15. §. quid valet. Quinta, qui homines mundi habent breuiorem visum. Responsio. N. 3. 17. Sexta quod est bonum, quod homo communius volens amittit Responsio. N. 4. 1. Septima, quid est, in quo facere credit contra proximum & plus, & citius facit contra seipsum. Responsio. N. 4. 4. Octauo, quæ sit maior mundi rusticitas. Respõsio. O. 3. 1. Item. O. 6. 24. Nona quod est iustius peccato mundi. Responsio. N. 4. 7. & O. 3. 3. Decima, quæ est maior mundi irrationabilitas. Respõsio odio habere maximos amicos: sicut patet. O. 3. 4. Et T. 5. 40. Et O. 3. 8 Vndecima, quod est peccatum in quo est minor duplicitas, & maior concordia inter peccatum interius in corde, & exterius in opere. Responsio superbia. O. 7. 16. Duodecima in quo puncto minus pro Deo faciunt multi, quàm pro quocunque homine. N. 3. 5. Et O. 4. 11. Et quibus tales assimilantur. O. 4. 1. Nec sic vos, sed sicut dicitur. 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi. Gratias ago Christo, qui hunc tractatum in suo nomine terminaui, & quò duce hunc laborem perduxi vsque ad Christum ducem. Dañ. 9.

FINIS.

VENETIIS,

Apud Dominicum Nicolinum.
M D LXXXV.